Universidad de Deusto
Biblioteca

F. Aranda De, Deo. Seu. Schola

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

R. P. DOCTORIS
PHILIPPI ARANDA
MONEVILLENSIS
E SOCIETATE IESV
IN CÆSARAVGVSTANO COLLE
GIO THEOLOGIÆ PRIMARII PROFESSORIS
SANCTÆ INQVISITIONIS HISPANICÆ QVALIFICATORIS

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
BILBAO
25493

ARANDA DE DEO

SEV SCHOLA

SCIENTIAE MEDIAE.

Universidad de Deusto
Biblioteca

R. P. DOCTORIS

PHILIPPI ARANDA

MONEVENSIS

E SOCIETATE IESV

IN CÆSARAVGVSTANO COLLEGIO, THEOLOGIÆ PRIMARII PROFESSORIS,

SANCTÆ INQVISITIONIS HISPANÆ QVALIFICATORIS,

& in Archiepiscopatu Cæsar-Augustano

Examinatoris Synodalis:

IN PRIMAM PARTEM:

DE DEO SCIENTE, PRÆDESTINANTE, ET AVXILIANTE:

SEV

SCHOLA SCIENTIÆ MEDIÆ:

LIBRIS TREDECIM, TRIPLICI TRACTATV,

DIVISIS PROPOSITA, ET DEFENSA.

Es del Coll.º de la Compañía de Alcalá de Palencia y de su Librería

Anno 1693.

Cæsar-Augustæ: Typ. DOMINICI GASCON Infantionis, Regii Nosocomii de Gratiâ Typographi. Cum permissu Superiorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI

DOMINO D. DIONYSIO FAVSTO XIMENEZ DE VRREA, ZAPATA, FERNANDEZ DE HEREDIA,

VERA, DIEZ DE AVX, ET IXAR, COMITI DE ARANDA; Marchioni de la Vilueña; Vice-Comiti de Viotá; Baroni de Traſmoz, de Caſtrovetere, & la Mata; Domino Tenentiæ de Alcalatèn, Lucena, Alcora, Chodes, Miſlata, & Benaloba; Equiti Calatrabenſi, Commendatario de Belmez.

SCHOLÆ Noſtræ, leve hoc, & exiguum ab Authoris Calamo, Patrocinium, ut ſubinde Tuis poſſit Oculis, Manibuſve dignum accedere, Princeps Excellentiſſime, de Tui claritudine Nominis, audet, & gaudet ſumere Granditatem, & Excellentiam. Cui Has, vel ſolâ Tui obumbratione Nominis, non communices, Qui & Animi Dotibus, & Generis celſitudine, & amplitudine Statûs, EXCELLENTISSIMVS es; verè Fauſtus, & DIONYSIVS? Natus, ut vidimus inter feſtivos Aragoniæ plauſus, ad ſuſtinendam Magni Generis Fauſtitatem, meritò dictus olim es Dionyſius, nempe DIVINITVS STILLATVS, ut, Manuducente curas Hominum Cœlo, conſtaret ex omine Nominis, cui potiſsimùm deberes Originem.

Divinitùs Stillatus, hauſiſti cum Luce, Veram Nobilitatem, & omninò Tuam, Dotes Animi planè Divinas. Omnia excellunt in Te: Indoles, Ingenium, Eruditio. Qui te propè non noverit, illitum, aut inſperſum officioſæ alicujus aſſentationis tincturâ calamũ ſuſpicabitur; ſi, inter Equeſtris, & Politicæ Diſciplinæ Decora, (quæ tui ſunt Gradûs, & quibus emines,) Tuã inſuper Excellentiã per Mythologias, per Hiſtorias, perque alia omnigenæ, tàm ſacræ, quàm prophanæ, Eruditionis ornamenta, commendare velim. Sed

ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab omni assentationis nævo me procul arcet ille Tuus splendor Indolis, & Ingenii, quo non semel, dum Excellentissimus Parens Tuus, Comes de Aranda Septimus, cum summâ, pro Rege Catholico, Gallecæ Provinciæ Præfecturâ, Corunniæ ad Durium sedit, Iuventutem illam, & Nobilitatem, à Tuo, Amæniores Musas,& Suavem eruditionem respirante suspensam alloquio tenuisti; quo devinxisti postmodùm Lateri tuo Turris Syllanæ Cives, eâ solùm offensos in voce, quòd relinqueres: quo demum inter Optimos quosque, non à Tuorum modò Majorum gloriâ, sed à Tuis potissimùm Dotibus, exhibes Aragoniæ, Te, bene cultæ, ac Eruditæ Nobilitatis Veram Idæam.

Sed, cùm Majorum Tuorum gloriam attigi; attigi quidem Apices Magnitudinis; & Apices omni ex latere Regios. Ibo, ritu tractus Epistolæ, per summa capita; Rei Summitate coactus,dum per Tuorum Decora retrogredior, semper ire per Summa. Influit in Te, *per Ximenios de Vrrea*, quos Statu, & Stemmate repræsentas, Imperatorius Sanguis à Maximiliano, Henrici Quarti Cæsaris Filio: *per Zapatas*,quorum Avitam ab Alphonso Aragonum Rege, Cæsaraugustæ Restauratore Toparchiam, in Marchionatu de la Vilueña suscitas, à Rege Sanctio Abarcâ, Regius: *per Diez de Aux*, quos etiam inter Stemmata præfers, Regius itidem ab Henrico Secundo Galliarum Rege: *per Fernandios de Heredia*, quos Cognomine Patrio Sustines, Purus adeò, sublimisque,ut Reges in Aragoniâ facere potuerit in Infante Ferdinando: *per Veras* denique, (ut alia taceam) adeò verè Nobilis,ut vix sit, in Europâ totâ, Magnum, Regium, & Imperiale Genus, cui Te, Maternus iste *Verarũ* Splendor, latè à Romanis Olim *Veris* diffitus per totam Europam, per Angliam, per Gallias, per Aragoniam, per utramque Castellam, perque Lusitaniam, non innectat.

Huic tanto Generis, & Prosapiæ Tuæ Soli, quos,& quàm præclaros in Excellentissimâ Conjuge, Dominâ D. IOANNA ROCAFVLL, ET ROCABERTI, Majestatis, & Celsitudinis Radios addidisti? Non ego sum tam præcipitis calami,ut audeam in præsenti, tantæ HEROINÆ Superiores omni panegyri Dotes, & omnium ore, penè Divinas, leviter etiam attingendo, vulnerare Modestiam, suo Fastigio parem, tantæ Dominæ; Quam si Sæcula prisca tulissent, non illa, opinor, Dianas suas, suas Pallades, ac Semirames, & illa, quasi sexum supergressa, Fœminarum miracula protulissent. Hæc, illa est, quæ ab Antiquissimis Comitibus *de Peralada*, *& Albatera*, Deique Gratiâ Vice-Comitibus *de Rocaberti* (summis illis Europæ Nominibus,) Domui Tuæ, Princeps Excellẽtissime, Regias plusquàm quadraginta Nuptias,& Coronas in Stirpe suâ, Imperialia Diademata novem, & innumera sive ex Aris Sacra, sive ex Togâ, Militiâque prophana Stemmata, suo Nomine, Superaddidit; adeò excelsa, & sublimia, ut vix possit enumerari Nobilium Domus, quæ non gaudeat *hisce Rupibus* superextrui Familiam suam.

Ex his,quanta (Deus bone!) adolescet in dies Excellentissima Filia, crescens in Plurium vota,& in Parentis utriusque gaudium, Primogenita, Puella Lectissima, Domina D. Antonia Ximenez de Vrrea, Rocafull, & Rocaberti. O, Crescat in Spem Familiæ, suscitatura Regios Avos, & Atavos, Sobole plurimâ, & felicissimâ. Sic voveo,& apprecor, Comes Excellentissime: nec ultrà Me progredi sinit Horum Trium reverentia Nominum: quorum singula singulis, summum semper encomium est:& quorum mihi singula, jamdiù sunt, oppignerati Nota, & Omen Obsequii: satis gaudenti,& exultanti, quòd à Trino Nomine Patris, Matrisque ac Filiæ, Trino Tractatui Mei Operis, Excellentissimum & Auspicium paraverim, & invenerim Patrocinium. Cæsar-Augustæ: ex hoc Collegio Societatis Iesu. Die 1. Ianuarii,anno 1693.

EXCELLENTISSIME DOMINE:

EXCELLENTIÆ TVÆ

Servus Obsequentissimus

Philippus Aranda.

FA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

FACVLTAS

Reverendi Admodum Patris, P. Gabrielis Sierra Provincialis Societatis Iesu in Provinciâ Aragoniæ.

GABRIEL Sierra Societatis Iesu in Provinciâ Aragoniæ Præpositus Provincialis, potestate ad id mihi factâ à Reverendo admodùm Patre nostro Thyrso Gonçalez, Præposito Generali, facultatem facio, ut *Libri tredecim* in Primam Partem, inscripti: *De Deo Sciente, Prædestinante, & Auxiliante: seu Schola Scientiæ Mediæ*, à Patre Philippo de Aranda Societatis nostræ Theologo compositi, & ejusdem Societatis gravium, doctorumque hominum judicio approbati, typis mandentur; in quorum fidem has litteras manu nostrâ subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Oscæ 11. Aprilis 1692.

Gabriel Sierra.

CEN-

CENSVRA, ET APPROBATIO

PERILLVSTRIS DOMINI D. STEPHANI COLAS, Sacræ Theologiæ Doctoris, Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsar-Augustanæ Primicerii, Examinatoris Synodalis, & multiplici Suggestùs, & Cathedræ commendatione perillustris.

EX Commissione Perillustris Domini D. Bartholomæi Sanz de Verâ, Oxomensis Præcentoris, & Cæsar-Augustani Archiepiscopatûs Gubernatoris, ac Vicarii Generalis pro Illustrissimo, & Reverendissimo Domino D. Antonio de la Riba Herrera, Archiepiscopo Cæsar-Augustano, Magno Castellæ Præside: Reverendi admodùm P. M. Philippi Aranda Societatis Iesu, Theologiæ in suo Collegio jamdiu Publici Professoris, Opus *in Primam Partem* inscriptum, *Schola Scientiæ Mediæ*, & video, & miror. Quis enim ad tam frequentes Ambidextri Ingenii Partus, præ admiratione, non hæreat? Suspensos è Sacro Suggestu, non semel, aut iterum, sed iterato Quadragesimalis Oratoris munere, cùm Nos habebat; ecce conversâ è Moyse, & Prophetis ad Magistrum, & Thomam manu, Arbiter Suggestûs, & Cathedræ, Opus illud, *de Incarnatione*, in Scholas emisit, suis adeò numeris absolutum, ut nescias, quo ipsum tempore, inter adeò diversa studia, & multiplici oppressus Negotiorum mole, potuerit Author, quasi totus Laborasset in solo, perficere. Nunc autem nec intermisso Negotiorum cursu, nec omisso suggestu, nec prætermissâ quotidianæ Prælectionis curâ, *Scholam* aperit *Scientiæ Mediæ*: Spissum adeò Opus, & arduum, ut solâ possim Ipsum admiratione metiri. Clarè proponit; dilucidè dividit; securè decidit; pugnat acriter; inoffensè se expedit; circumspicit omnia; & singula præcavet, ita felici ingenio, & nihil timente, ut circa Controversiæ Punctum, in quo versatur, (cùm ferè immensum sit) Antiquos Omnes, & Modernos Doctores, id est, singularum Scholarum Encyclopediam, pro formandâ, & illustrandâ suâ, gerere videatur in Calamo. Quo magis Volumen evolvo, eò magis, in ejus commendationem, occurrit Turris illa David, *quæ ædificata est cum Propugnaculis*: seu (ut legunt Hebræi,) *ad Scholam, & ad Doctrinas*. Turrim considero Scholam Scientiæ Mediæ: sed additis Propugnaculis à recenti Artificis manu; quam Turrim vidi, ædificatam veneror in inexpugnabilem Scholam. *Mille clypei pendent ex eâ, Omnis Armatura Fortium*: seu intelligere velis Spolia, quæ Fortissimi, Molina, Suarez, Vazquez, Lessius, & alii celeberrimi Societatis Scriptores, quos præ copiâ numerare non possim, ad hujusce Turris, & Scholæ Pinnas, & Pennas, suspenderunt; seu intelligere velis eorum lanceas, sive pro lanceis Calamos, in Turritæ Scholæ decorem appensos. Inter istos, & illa, non ego vereor, Authoris calamum, in Turris apice, ad Scholæ propugnaculum, ad Societatis gloriam, & ad ejusdem Authoris famam immarcescibilem, collocare. Cujus in absolutissimâ elucubratione, cùm nihil videam Religioni, Fidei, Morumque Sanctitati non congruum, & omnia venerer luce dignissima; ad omnium lucem, luce dignissimum Opus censeo. Cæsar-Augustæ die 8. Decembris anno 1692.

D. Stephanus Colàs, Theologiæ Doctor, Cæsar-August. Ecclesiæ Primicerius.

IMPRIMATVR.

D. Bartholomæus Sanz de Verà, Arch. Cæsarang. Gub. & Vic. Gen.

**

CEN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

CENSVRA, ET APPROBATIO

D. D. THOMÆ DE BROTO, SACRÆ THEOLOGIÆ Doctoris, Philosophiæ in Almâ Cæsar-Augustanâ Academiâ, jamdiu Interpretis, & in Ecclesiâ Cæsar-Augustanâ, ex Concursu, Pœnitentiarii Portionarii.

TRactatum *Triplicem* de Deo Sciente, Prædestinante, & Auxiliante, *videlicet*, *Gerionem Scholasticum, pro Schola Scientiæ Mediæ, Authore Reverendo Admodum Patre Magistro Philippo Aranda, Primario Professore, Propositionum Fidei Censore, & Examinatore Synodali, Committente Perillustri Domino D. Antonio Blanco, Regiam Aragoniæ Cancellariam Regente, legere, & evolvere jubeor, dicturus, an inoffensis Nostrarum Legum, & Politiæ Civilis, Regiæque Authoritatis Apicibus, per Scholæ argumenta decurrat. Uno Verbo, satis Ego Commissioni gratæ feciſſem, brevi testatus, salvos eos Apices omnes in Opere, nisi, quamvis verberaturum, Me, Authoris & Amici, & Magistri Mei Modestiam, è Censore cogeret in Panegyristem, ipsius Operis admiratio.* Scholam Scientiæ Mediæ *cùm in limine legi; ex amicitiâ, & reverentiâ, propter rei magnitudinem, timui: cùm Scholam ingrediar, & illius perlustro compagem, & ordinem, visâ pari successùs magnitudine, stupeo. Quanta Rerum, & Controversiarium, in uno Opere, multitudo? Quanta, in eâ multitudine, methodus? Quanta, in ipsâ methodo, perspicuitas? Quantæ, in perspicuitate, Subtilitas & Profunditas! De Authore, Sallustius:* Vbi intenderis Ingenium, valet. *Sed magis appositè Trajani Encomiastes*: Magna Philippum, *ex Operibus, nempe nuper editis,* Fama præcesserat: Major inventus est. Summa est Facultas Copia, Vberras. Multa Lectio; Multa Scriptio elucet, Proæmiatur aptè; narrat apertè; pugnat acriter; colligit fortiter: postremò Docet, Delectat, & Afficit. *O, Plures ingrediantur hanc Scholam, Lucraturi Sortẽ probatissimi Magisterii, & Fructus solidæ Disciplinæ. Sic voveo, & Censeo. Cæsar-Augustæ. Kalendis Ianuarii, anno* 1693.

Doct. Thomas Broto.

IMPRIMATVR.

Blanco Regens.

LE-

LECTORI BENEVOLO.

NOLLEM, Ingenue Lector, ut, dum legis in Limine SCHOLAM SCIENTIÆ MEDIÆ, ulli verteres arrogantiæ Titularem Epigraphem, quasi tot inter celebres Scriptores Scholæ Nostræ, ininimus ipse, ac ex omni parte postremus vellem Totius Scholæ repræsentare Personam in opere: *Non ea vis Animo; nec tanta Superbia Menti.* Mens, & animus, ut spopondi pridem in tertio Tomo, qui in Tertiam partem emissus est primùm, solùm est, accuratè percurrendo selectiores controversias Primæ Partis, & aliquas Primæ Secundæ, ita toram Scholam Nostram, quam jure nomino *Scholam Scientiæ Mediæ*, repræsentare, ut quidquid pro ipsâ, & contra ipsam, Authores, & Scholas inter se Mente dividit, & obarmat in dies, in hoc vno, eoque Theologiæ meæ Primo volumine, pro meâ tenuitate complectar. Et quidem, SCIENTIA MEDIA, Regina, & Arbitra Scholæ Nostræ, cùm in Tractatu triplici *de Deo Sciente, Prædestinante, & Auxiliante*, tanquam in præliari suo Campo suas expediat copias & exinde, collatis mutuò signis, Victoriâ tandem partâ, triumpher tanquam in Regno suo; pro sui luce Tres illos sibi Tractatus adjungi necessariò postulat: quos ipse volui sic dispositos, ut sine transcensu vnius in alterum, ex vno latere tota posset introspici Schola Scientiæ Mediæ; & ex altero (quod intendo) daretur Prima Pars ferè tota Doctoris Angelici: nam quæ se potest in Primam Partem offerre, digna Nomine, Controversia!, quæ in speculationem hujusmodi; sive in eo, quod rejicit, sive in eo, quod statuit, nullo impellente, suo quasi gressu non veniat? Ex utroque fit Schola Scientiæ Mediæ, ritu Gentis illius, quæ juxta Esdram, pro Muro ad hostium oculos ædificando, *vnà manu suâ faciebat opus, & alterà tenebat Gladium.* Et *in eo, quod rejicit*, sunt illæ septem Bases Scholæ Thomisticæ: Circa Modum concurrendi Divinum, omnium Princeps, & *Prima*: an ad actiones etiam liberas, ex sui prærogativâ prædeterminet, Causa Prima, Secundas? *Altera*, circa radicem contingentiæ: an, quidquid pro quovis statu, tàm Absoluto, quàm Conditionato verum est, primitùs id habeat ex vi Divini Decreti determinantis, ut determinatè sit verum. *Tertia*, exinde consequens circa modum cognoscendi Divinum: an Deus unicè præsciat in Decreto, tanquam in medio, Futura contingentia: Absolutè simpliciter extitura in simpliciter Absoluto: Conditionata verò in Absoluto quidem ex parte Actûs; conditionato tamen ex parte objecti? *Quarta* circa modum providendi & prædefiniendi: an, ex se sine prævia Scientiâ Creatæ Voluntatis, se pro libito determinare præcognitæ ad hoc potiùs, quàm ad illud, singulas ejus actiones Deus æternâ Prædefinitione præoccupet? *Quinta* circa Generalitatem hujus Concursûs: an etiam Prædefinitionem extendat adusque materialem Entitatem peccati? *Sexta*, circa Naturæ tenuitatem erga supernos Actus, & munus elevantis ipsam ad istos Comprincipii: an hoc sit tota Ratio, & Virtus Agendi? *Septima* demum: an hæc Elevatio ita postulet Intrinsecum Comprincipium, ut suppleri non possit per extrinsecam Assistentiam Omnipotentiæ? Ex his quæ sunt Notæ Characteristicæ Scholæ, adversus Nos, sentientis, & pugnantis, tot aliæ consequenter annexæ Quæstiones sunt, ut, nisi in integrùm apponantur tres prædicti Tractatus, quos ipsæ frequenter incursant: nec etiam ex integro possint rejici Capitales illæ septem Controversiæ. Earum quinque priores, Ipsa Scientia Media, sui quidditate, directè repellit: Indirectè reliquas duas: Et, ipsis pro suæ Scholæ basi rejectis, ad veritatis, quam anhelat, thronum

Universidad de Deusto
Biblioteca

num excidit Columnas ſeptem: quarum in Primâ, Liberi Arbitrii exemptionem à Divinis etiam Prædeterminationibus erigit: in Secundâ, ſolidam methodum diſcurrendi circa radicem Contingentiæ, & determinatam Veritatem eorum, antequam ſint: in Tertiâ, Modum cognoſcendi Divinum, in quo præeminet ipſa Theſſera Scholæ, Scientia Media: in Quartâ, ſuave illud, & forte, id eſt, Arbitrio Creaturarum attemperatum Providentiæ Divinæ Myſterium, & Divinarum Prædefinitionum: in Quintâ: Divinæ Sanctitatis Elongationem à Prædeterminatione mâ in concurſu cum Cauſis moraliter deficientibus: In Sextâ, Munus elevationis ſcitra totalitatem virtutis in elevante Comprincipio: in Septimâ tandem, poſſibilitatem Elevationis per extrinſecam Aſſiſtentiam. His quaſi Columnis ſtat Schola Scientiæ Mediæ: quibus ſtantibus, ipſa in tuto eſt; ſed nec earum firmitas ſtare poteſt, nec earum plenè noſci pulchra ſoliditas, niſi quantum per Edicta Pontificia liceat, ad appendices etiam Quæſtiones, quæ, & innumeræ ſunt, & graviſſimę, calamus ſeriò convertatur. Id quod, abjunctis, & ſepoſitis, quæ in volumen annexui, præſtari vix poſſet. Et per hæc habes, Lector, Scribentis ſcopum: & habes Scriptionis ideam. Res tota, ut vides, magni certè moliminis eſt, & quæ in tam diſcordi Scholarum, & Authorum, ſuas uniuſcujuſque Partes, indeſinenti conatu, promoventium copiâ, calamum exigit diligentiſſimum. Hunc Ego ſpondere, de me, non auſim; contentus eâ contentione laboris in hæc qualia ſint ea cumque mei, ut quando illum pro mei Ingenii tenuitate ſpondere non debeam, æſtimato ſaltem laboris, & Curarum diſpendio, poſſim. *An meritò* (ut Plinii Verbis finiam) *ſcies cùm legeris Librum, cujus amplitudo non ſinit me longiori Epiſtolâ præloqui: oportet enim Nos in hac certè (in quâ poſſumus) breves eſſe: quo ſit excuſatius, quod Librum ipſum, non tamen ultrà Cauſæ amplitudinem extendimus.* VALE.

INDEX,

INDEX, ET ORDO TRACTATVVM, LIBRORVM, DISPVTATIONVM, ET SECTIONVM.

NVMERVS PAGINAM INDICAT.

TRACTATVS PRIMVS.

De Deo Sciente. *Pag.*1.

LIBER PRIMVS.

Scientia Dei ſecundùm ſe, ejuſque objecta, & Proprietates. Pag.2.

DISPVTATIO I.

Vtrùm Deo conveniat Scientia Per modum Actus primi, ſeu Actus Primus Intelligendi? Pag.3.

Sect.1. *Principia, & ſtatus controverſiæ, & opinandi varietas.* ibid.

Sect.2. *Excluditur à Deo Actus Primus Realis intelligendi.* Pag.5.

Sect.3. *Excluditur à Deo Actus Primus intrinſecè virtualis intelligẽdi.*p.10

Sect.4. *Excluditur, etiam admiſsâ inter capacitatem intelligendi, & Intellectionẽ Dei diſtinctione virtuali, Ratio Principii Virtualis.*pag.14.

Sect.5. *Excluditur etiam reſpectu Actus contingentis, & liberi Actus Primus Virtualis, & Virtuale Principium.* pag.19.

§.1. *Indicatur Mens noſtra de conſtitutione Actuum contingentium, & liberorum in Deo.* ibid.

§.2. *Ratio directæ concluſionis, ejuſque defenſio.* pag.24.

Sect.6. *Excluditur etiam à Deo Ratio Actus primi, & ſecundi Intellectivi per rationem.* pag.26.

Sect.7. *Illationes, & quæſtiones annexæ: ubi de Potẽtiâ proximâ, Specie, Habitu, & Memoriâ.* pag.27.

DISPVTATIO II.

Quomodo Scientia Dei ſe habeat ad Dei Eſſentiam? pag.30.

Sect.1. *Circa Eſſentiam Dei, quæſtionis terminus; punctum; judicia Theologorum; Noſtrumque de ipſis judicium.* ibid.

§.1. *Præviæ notationes.* ibid.

§.2. *Punctum quæſtionis, & opinandi modi.* pag.31.

§.3. *Authoris judicium de ipſis.*p.32.

Sect.2. *Mens Noſtra circa æqualitatem Divinarum Perfectionum.* pag.33.

Sect.3. *Mens Noſtra circa Virtualẽ intrinſecam diſtinctionẽ neceſſariarũ Perfectionũ Abſolutarũ Dei.*pag.36

§.1. *Rationes pro verâ ſententiâ.*ibid.

§.2. *Solutio tẽtata ſupprimitur.*pa.38.

§.3. *Argumenta contraria diluuntur.* pag.40.

§.4. *Alia argumenta ex Myſterio Trinitatis, & Incarnationis.* pag.44.

Sect.4. *Mens noſtra circa Metaphyſicam Eſſentiam Dei.* pag.48.

Sect.5. *Objectiones ſolvuntur: & dirimitur controverſia.* pag.50.

DISPVTATIO III.

De Objecto Divinæ Scientiæ ſecundùm ſe. pag.53.

Sect.1. *Divinæ Scientię Objectum materiale.* pag.54.

Sect.2. *Ejuſdem objectum formale.*p.57.

§.1. *Concluſiones veræ ſententiæ.*ibid.

§.2. *Objectiones contra primam.*p.58.

§.3. *Objectiones contra ſecundam, & tertiam.* pag.59.

§.4. *Objectiones contra quintam, & ſextam.* pag.60.

§.5. *Vltima Objectio: ubi de Mente Magni Dionyſii.* pag.61.

Sect.3. *Quæſtiones affines.* pag.62.

DISPVTATIO IV.

*Divinæ Scientiæ cognoſcẽdi modus.*p.63.

Sect.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX, ET ORDO

Sect.1. *Exclusis modis indecoris, & repugnantibus, assignantur modi Divinæ cognitionis.* pag.64.
Sect.2. *Objectiones: ubi an sit Abstractiva, vel comprehensiva, Dei cognitio in Creaturis?* ibid.

DISPVTATIO V.

Divinæ Scientiæ Proprietates. pag. 68.
Sect.1. *Veritas, Certitudo, Evidentia, & Vniversalitas.* ibid.
Sect.2. *Simplicitas, & æqualitas: ubi an in Deo possibilis sit simplex Apprehensio.* pag. 72.
Sect.3 *Invariabilitas, & Immutabilitas.* pag. 73.

DISPVTATIO VI.

Divinæ Scientiæ Divisiones. pag. 75.
Sect.1. *Percurruntur faciliores.* ibid.
Sect.2. *Divisiones celebriores.* pag.77.

LIBER SECVNDVS.

Scientia Dei Naturalis, Ejus Objecta, & Prærogativæ. pag. 81.

DISPVTATIO VII.

Quousque Deus sit connexus cum Veritate Possibilium, & Impossibiliū ibid.
Sect.1. *Mens Nostra circa Possibilitatem, & Impossibilitatem.* pag.82.
Sect.2. *Mens nostra circa connexionem Dei cum Creaturis.* pag. 84.

DISPVTATIO VIII.

Quousque Deus Scientiâ suâ Naturali cognoscat Possibilia? pag. 87.
Sect.1. *Decisio quoad Divinam Cognitionem Possibilium in ipso Deo.* ibid.
Sect.2. *Deus etiam immediatè cognoscit in se ipsis Possibilia.* pag. 88.

DISPVTATIO IX.

An intra objecta Scientiæ Naturalis sit aliquod, distinctum ab omni Possibili? pag.91.
Sect.1. *Objecta cognitioais fingentis, realia necessariò sunt.* ibid.
§.1. *Probationes Asserti.* ibid.
§.2. *Specialiores objectiones.* pag 93.
Sect.2. *Tota vis identificandi, vel separandi consistit in Actu fingēte.* p.97.
Sect.3. *Objectū Rationis seu Impossibile nihil dicit distinctum ab ente Reali, sed ex Rebus reipsà possibilibus, & ex cognitione fingēte coalescit.* p.101
Sect.4 *Defensio Doctrinæ præcedentis, & decisio controversiæ.* pag. 103.

DISPVTATIO X.

Scientiæ Naturalis Dei Prærogativæ. pag. 107.
Sect.1. *Quanta ejus indefectibilitas?* ibid.
Sect.2. *An Præcessio ad operationem ad intra, sit ejus privativè propria: & quomodo?* pag. 109.
§.1. *Quæstio, & opinandi modi.* ibid.
§.2. *Prior Pars Sententiæ veræ* p.110.
§. 3. *Veræ Sententiæ Posterior pars.* pag. 115.
§.4. *Decisio Controversiæ; & defensio præcedentis Asserti: ubi quomodo Verbum procedat, etiam tanquam Verbum, & locutio contingentium, horum notitiâ non præcedēte?* p.118.

LIBER TERTIVS.

Scientia Dei circa liberè contingentia: an ipsius Dei Prædeterminatione nitatur? pag. 121.

DISPVTATIO XI.

Status, & Gravitas controversiæ: Iudicia Theologorum Tenenda Veritas: & capita argumentandi. pag.122.
Sect.1 *Quid Prædeterminatio? Ejus initium, & Authoritas.* ibid.
Sect.2. *Prædeterminantes Benigniores.* pag. 124.
Sect.3. *Authoritas contra Prædeterminationem.* pag.125.
Sect.4. *Tenenda veritas: & locorum, unde probari debeat, indicatio.* p.127.

DISPVTATIO XII.

Physica Prædeterminatio Principiis philosophicis non cohæret. pag.129.
Sect.1. *Non se potest habere, si detur, ex parte Actūs Primi.* ibid.
Sect.2. *Se debet habere, si detur, ex parte Actūs primi* pag.130.

DISPVTATIO XIII.

Physica Prædeterminatio, seu Vis physicè Prædeterminans libertatem creatam extinguit. pag.134.
Sect.1. *Physicè præeterminatus ad operandum, operatur necessariò.* ibid.
§.1. *Aliquæ ostensiones Asserti.* ibid.
§.2.

TRACT. LIB. DIPVTAT. ET SECTIONVM.

§.2. *Tres aliæ Probationes ostensivæ.* pag.137.
§.3. *Vlteriores Demōstrationes* p.138.
Sect.2. *Imprædeterminatus ad Operandū necessariò desinit operari.* pag.140.
§.1. *Aliquæ Propositionis Ostensiones.* ibid.
Sect.2. *Aliæ ostendendi Formæ.* pag.141.
Sect.3. *Firmantur præcedentia ex Definitione Potentiæ liberæ: ubi rursus, & directè de Sensu Composito, & Diviso.* pag.144.
§.1. *Argumentum ex Definitione libertatis.* ibid.
§.2. *Solutio solemnis ex distinctione Sensūs Cōpositi, & Divisi.* pag.146.
§.3. *Solutiones aliæ Thomisticæ.* p.150

DISPVTATIO XIV.

Physica Prædeterminatio, seu Suppositio physicè prædeterminans, Divinam æquitatem lædit. pag.155.
Sect.1. *Si necessaria sit ad operandum Prædeterminatio Thomistica, Imprædeterminatus caret Auxilio sufficienti.* ibid.
§.1. *Aliquæ Probationes Asserti.* ibid.
§.2. *Ratio à priori: ubi intercipiuntur Evasiones Thomisticæ.* pag.157
Sect.2. *Amissa necessitate Prædeterminationis ad operandum, respectu Imprædeterminati, nec obligant Præcepta, nec possibilia sunt.* pag.160.
§.1. *Positionis ostensio multiplex.* ibid.
§.2. *Solutio Thomistarum omni ex parte discussa, & excussa.* pag 163.
Sect.3. *Amissâ Prædeterminatione, non esset in Deo voluntas seria, circa suorum Præceptorum observationem: casu, quo Prædeterminationem negare decerneret.* pag.169.
§.1. *Prævia ad Argumentum.* ibid.
§.2. *Proponitur triplex.* pag.170.
Sect.4. *Amissâ Prædeterminatione, Deus impediret ne observētur Præcepta, quæ imponit.* pag.172.

DISPVTATIO XV.

Explodūntur Sententiæ Prædeterminātium benigniorum, seu Evasiones Prædeterminantium. pag.175.
Sect.1. *Opinio M. Lorcæ: ubi de Prædeterminatione identificatâ cum actione.* ibid.
Sect. 2. *Alia Opinio Media: ubi de Inclinatione prævià, non productâ, sed resultante.* pag.178.
Sect. 3. *Tertius Opinandi modus: ubi de Prædeterminatione morali, & infallibilizante.* pag.181.
§.1. *Impugnationes Nostræ.* ibid.
§.2. *Solutiones Thomisticæ, & similes.* pag.182.
Sect. 4. *Quartum Opinandi medium: ubi an Prædeterminatio fingi possit adquiribilis, & evitabilis à Creaturâ pro libito?* pag.185.
Sect. 5. *Quintum Medium Opinandi: ubi de prævià dispositione ad Prædeterminationem, sive Negativâ, sive positivâ.* pag.187.
Sect. 6. *An per mutuam prioritatem leniri possit difficultas Prædeterminationum.* pag.190.
§.1. *An mutua Prioritas possibilis?* ibid.
§.2. *An permissa possibilis, faveat, aut Scholæ Prædeterminanti, aut Ejus principiis?* pag.191.
3. *Specialiter implicat in punctō libertatis.* pag.192.
Sect. 7. *An fingi possit subsidium conde terminans, & Prædefiniens.* p.193.

DISPVTATIO XVI.

Vtri Scholæ faveat Tridentinum, Prædeterminanti: an Nostræ? pag.195.
Sect. 1. *Quid pro se alleget ex Tridentino Schola Prædeterminans?* Ibid.
Sect. 2. *Doctrina Tridentini de libertate, cum Doctrinâ Prædeterminantium, comparata.* pag.198.
Sect. 3. *Argumentum ex Doctrinâ Tridentini contra Physicam Prædeterminationem.* pag.200.
Sect. 4 *Quid de Concilio Senonē?* p.203.

DISPVTATIO XVII.

Scholę Prædeterminăti Satisfacit. p.205.
Sect. 1. *Arguit ex Primatu Causæ Primæ in agendo.* ibid.
Sect. 2. *Ex Primatu Dei in determinando.* pag.207.
Sect. 3. *Ex primatu Divini Domini.* p.209
Sect. 4. *Ex Insufficientiâ, & inutilitate*

De-

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX, ET ORDO

Decreti Indifferentis. pag.210.
Sect. 5. *Ex speciali Dependentiâ Honestatis à Deo.* pga.212.
Sect. 6. *Ex supremitate Divinæ Potentiæ.* pag.213.
Sect. 7. *Ex Summâ Efficaciâ Divinæ Voluntatis.* pag.216.
Sect. 8. *Ex Divinorum Decretorum Efficaciâ.* pag.217.
Sect. 9. *Ex Inutilitate Scientiæ Mediæ pro concordiâ libertatis Nostræ cum Divinâ.* pag.218.
Sect. 10. *Ex possibili concordiâ Decreti inevitabilis cum libertate Nostrâ.* pag.221.
Sect. 11. *Ex eodem capite conante probare Concordiam.* pag.225.
Sect. 12. *Ex eodem Capite, dando rationem à priori.* pag.226.
Sect. 13. *Ex necessitate, & utilitate Orationis.* pag.228.
Sect. 14. *Ex Distinctione Gratiæ Excitātis, & Adjuvantis.* pag.231.
Sect. 15. *Ex Proprietatibus Gratiæ Efficacis, & nonnullis Phrasibus Sacræ Paginæ.* pag.235.
Sect. 16. *Insinuatio locorum, unde potest insuper arguere Schola Prædeterminans: & indicatio solutionũ.* p.237.

DISPVTATIO XVIII.

Præcedentium Efficax Confirmatio ex Sequelâ Thomisticâ de Prædeterminatione Peccati quoad materiale. pag.238.
Sect. 1. *Quid Hæretici, quid Catholici senserint de hac Doctrinâ? Ejusque necessitas: & argumentum.* pag.239.
Sect. 2. *Decretum Prædeterminans ad materiale Peccati est Deo simpliciter impossibile.* pag.242.
§.1. *Prima Probatio ex Trident.* ibid.
§.2. *Altera ex Sanctis Patribus.* ibid.
§.3. *Tertia ex causalitate peccati.* ibid.
§.4. *Quarta ex impossibilitate Divinæ Permissionis.* pag.247.
§.5. *Quinta à paritate Prædeterminationis Moralis.* pag.248.
§.6. *Sexta ex prohibitione Actionis materialis.* pag.249.
§.7. *Septima ex impossibilitate Peccati.* ibid.
§.8. *Octava ex discrimine Tentationum.* pag.250.
Sect. 3. *Respondetur Thomistis.* pag.252

LIBER QVARTVS.

Scientia Dei Libera, & ejus Objecta. p.257

DISPVTATIO XIX.

De Futuritione Secundum se. pag.258.
Sect. 1. *Controversiæ termini: Status: Opiniones: & discrimen earum in fundamentis.* ibid.
Sect. 2. *Thomistica Futuritio rejicitur.* pag.261.
Sect. 3. *Rejicitur Futuritio Media.* p.265
§.1. *Capita rejiciendi, & objectiones aliquę.* ibid.
§.2. *Alia Objecto: ubi: quo sensu teneat Schola Societatis, Futura habere Veritatem determinatam in seipsis?* pag.267.
Sect. 4. *Expungitur Futuritio Nominalis, & Realis adstruitur.* pag.269.
§.1. *Conclusio Ejus Explicatio. Authoritas: & Ratio à priori.* ibid.
§ 2. *Solemnis Solutio Rectiorũ.* p.271
§.3. *Aliæ Probationes.* pag.273.
Sect. 5. *Argumenta contra Doctrinam præcedentem.* pag.274.
§.1. *Classis Prima Objectionum.* p.275.
§.2. *Altera Classis Objectionũ.* p.278.
§.3. *Tertia Classis Objectionũ.* p.282.
§.4. *Vltima Objectio: Vbi: quænam ex prærelatis Opinionibus sit conformior Scholæ Nostræ?* pag.284.

DISPVTATIO XX.

Quibus convenire possit Futuri Denominatio? pag.285.
Sect. 1. *De Futuritione secundũ quid.* ibid
Sect. 2. *Nulla Competit Decretis Divinis absolutè existentibus respectivè ad Perfectiones necessarias.* p.287.
Sect. 3. *An Decretis, quæ non sunt, sed essent?* pag.288.
Sect. 4. *Futuritio istorum Decretorum conditionata consistit in Actu præsenti Voluntatis.* pag.289.
Sect. 5. *Defenditur Doctrina præcedens.* pag.291.

DIS-

TRACT. LIB. DISPVTAT. ET SECTIONVM.

DISPVTATIO XXI.

An Futura physicè sint præsentia Divinę Æternitati, antequam sint, ut alienæ Mensuræ pag.293.
Sect. 1. *Cardo Difficultatis: & Sententiæ.* ibid.
Sect. 2. *Assertiones Veræ Sententiæ.* p.295
Sect. 3. *Occurritur Objectionibus.* p.297.

DISPVTATIO XXII.

In quo Deus absolutè Futura cognoscat pag.300.
Sect. 1. *Excluditur à medio cognoscendi futura, physica eorum coexistentia ad æternitatem, & Decretum prædeterminans.* ibid.
§. 1. *De Physicâ Thomisticâ Coexistentiâ Futurorum, quoad intuitionem eorum.* ibid.
§. 2. *De Decreto Prædeterminante quoad finem eundem.* pag.302.
Sect. 2. *Alia Excludantur à mediis cognoscendi Futura?* pag.304.
§. 1. *Quid de Objectivâ Futuritione, & Ideis?* ibid.
§. 2. *Quid de Causis Proximis?* p.305.
Sect. 3. *An in aliquo medio distincto à Futuris, præcognosci à Deo possint Futura libera, saltem ex abundanti?* pag.307.
§. 1. *Quid de Scientiâ & de Complexo ex Hypothesi, & Mediâ?* ibid.
§. 2. *Quid de Divinis Decretis?* Ibid.
Sect. 4. *Deus, in seipsis, Absolutè Futura, cognoscit, citra ullam præviam determinationem æternam.* pag.309.
§. 1. *Assertionis Authoritas.* ibid.
§. 2. *Ejus Ratio.* pag.310.
§. 3. *Doctrinæ Defensio.* pag.311.

DISPVTATIO XXIII.

Libertatis Creatæ Cõcordia cum Divinâ præscientiâ Futurorum. pag.315.
Sect. 1. *Rationes dubitandi.* ibid.
Sect. 2. *Prædictæ Concordiæ vera Ratio.* pag.317.
Sect. 3. *Dissipantur rationes dubitandi.* pag.319.

LIBER QVINTVS.

Scientia Dei Media, Ejus Objecta, Proprietates, & Vsus. pag.321.

DISPVTATIO XXIV.

Existentia Divinæ Scientiæ Conditionatæ Contingentis. pag.322.
Sect. 1. *Quæstionis Status, Termini, & Iudicia Theologorum.* ibid.
Sect. 2. *Circa omnes eventus Creatæ Libertatis, Conditionaliter existentes datur in Deo Infallibilis, & certa Notitia.* pag.325.
§. 1. *Ostensio ex Scripturis.* ibid.
§. 2. *Ex Patribus.* pag.326.
§. 3. *A Ratione.* pag.327.
§. 4. *Ratio à priori.* pag.328.
Sect. 3. *Veritas asserta defenditur.* p.330.
§. 1. *Objectiones Communes.* Ibid.
§. 2. *Objectiones Speciales.* pag.333.
§. 3. *Vltima Objectio: ubi supprimitur exotica Cogitatio.* pag.336.

DISPVTATIO XXV.

Scientiæ Conditionatæ Thomisticæ Contingentis relegatio. pag.339.
Sect. 1. *Sententia Thomistica: Dissidia Thomistarum in ipsâ: Discrimen à Nostrâ: & Iudicia Theologorũ.* Ibid
Sect. 2. *Scriptura, & Patres contra Thomistas.* pag.341.
Sect. 3. *Rationes Theologicæ contra ipsos.* pag.344.
Sect. 4. *Specialiores Rationes.* pag.347.

DISPVTATIO XXVI.

Scientię Divinæ Medię Existentia. p.350.
Sect. 1. *Authoritas pro Scientiâ Mediâ.* Ib
Sect. 2. *Positivę Rationes pro Ipsâ.* p.351
Sect. 3. *Rationes à priori.* pag.354.
Sect. 4. *Difficultas de Determinativo Scientiæ Mediæ.* pag.356.
§. 1. *Proponitur multipliciter.* Ibid.
§. 2. *Verus, & planus respondendi modus.* pag.357.
§ 3. *Illationes: & rationum dubitandi Solutio.* pag.359.
Sect. 5. *Scientiæ Mediæ, ab Argumentis Oppositis defensio.* pag.361.
§. 1 *Prima Classis Impugnationũ* Ibid.
§. 3. *Altera.* pag.365.
§. 3. *Tertia* pag.367.

DISPVTATIO XXVI.

Scientiæ Mediæ Tendentia, & Objecta. pag.369.
Sect. 1. *Tendentia Scientiæ Mediæ.* Ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sect.2. *Ejus Objecta ex parte Hypotheſis.* pag.370.
Sect.3. *Ejuſdem objecta ex parte Eventus.* pag.371.

DISPVTATIO XXVIII.

Proprietates, & Vſus Scientiæ Mediæ. pag.372.
Sect.1. *Indiviſibilitas, & Impedibilitas Scientiæ Mediæ.* Ibid.
Sect.2. *Ejus Abuſus, & Vſus: remiſſivè.* pag.373.

TRACTATVS SECVNDVS

De Deo Providente, & Prædeſtinante. Pag.375.

LIBER SEXTVS

Providentia Dei ſecundum ſe, ſeu Deus Providens. pag.376.

DISPVTATIO XXIX.

Divinæ Providentiæ exiſtentia, Natura, Varietas, Attributa. ibid.
Sect.1. *Supponitur exiſtentia Providentiæ.* pag.377.
Sect.2. *Ejus cõſtitutio & Definitio.* Ibid.
Sect.3. *Quidditativè non claudit actus verſantes circa finem.* pag.383.
Sect.4. *Ejus varietas: ubi de Naturali præſertim, & ſupernaturali.* p.387.
§.1. *Multiplicitas Providentiæ.* Ibid.
§.2. *Naturalis cum Supernaturali confertur.* pag.388.
§.3. *Aliæ Quæſtiones de Providentiâ Naturali.* pag.392.
Sect.5. *Providentiæ Divinæ Attributa.* pag.393.

DISPVTATIO XXX.

Divinæ Providentiæ conſideratio quoad Actus Intellectus. pag.398.
Sect.1. *Excluditur à Providentiæ Divinæ Conſtitutione Imperium Intellectuale.* Ibid.
§.1. *Quæſtio: & Opiniones.* Ibid.
§.2. *De qualitate Intellectualis Imperii.* pag.399.
§.3. *De ejuſdem neceſſitate, & munere.* pag.402.
§.4. *Exceluditur.* pag.405.
§.5. *Concluditur ejus repugnantia: & in Deo, præſertim.* pag.408.
Sect.2. *Excluditur à formali ejuſdem Providentiæ conſtitutivo Scientia Viſionis libera.* pag.410.
§.1. *Termini & Opinandi modi.* Ibid.
§.2. *Iudicium de Opinionibus intra Scholam Noſtram.* pag.411.
§.3. *Thomiſticæ Opinionis Exclusio.* pag.413.
§.4. *Thomiſtis Arguentibus ſatisfit.* pag.416.
Sect.3. *Admittitur ad Divinæ Providentiæ conſtitutivum ſimplex Intelligentia.* pag.419.
§.1. *Duæ Concluſiones.* Ibid.
§.2. *Duæ Quæſtiones circa modum conſtituendi.* pag.422.
Sect.4. *An neceſſariò admittenda ſit Scientia Media ad Formale Conſtitutivum Divinæ Providentiæ.* pag.424.
§.1. *Controverſiæ ſenſus, & Authorum. Et prævia ad illam.* Ibid.
§.2. *Vera Sententia.* pag.426.
§.3. *Defenditur Doctrina præcedens.* pag.428.
§.4. *Objectio celebris de objecto Hypotheſis.* pag.432.
§.5. *Vltimæ Objectiones & Doctrinæ Epitome.* pag.435.

DISPVTATIO XXXI.

Divinæ Providentiæ Conſtitutio ex neceſſariâ Præcedentiâ Scientiæ Mediæ. pag.437.
Sect.1. *Controverſiæ Termini, Status, & Iudicia Theologorum.* Ibid.
Sect.2. *Scientia Media conſtituit neceſſariò Providentiam Dei moralem, & ſigno apto ad ſtrictè movẽdũ.* p.440.
§.1. *Explicatio, & Probatio præaſſertæ Veritatis.* Ibid.
§.2. *Argumentis in oppoſitum reſpondetur.* pag.442.
Sect.3. *Scientia Media conſtituit Moralem Dei Providentiam cum indiſpenſabili prioritate ad quamvis volitionem collativam Auxilii.* p.447.
§.1. *Probatio Principalis.* Ibid.
§.2. *Tres aliæ Probationes ex conditione ipſius Scientiæ.* pag.449.
§.3. *Aliæ tres Probationes ex Auxilii Efficacis Beneficientiâ.* pag.451.
§.4. *Quatuor Probationes ex conditione Divinæ libertatis.* pag.452.
§.5. *Vlterior Probatio ex eo, quòd alioquin deſtrueretur Scientia Media.* pag.455.
§.6. *Vltima Probatio ex concordiâ præaſſertæ Doctrinæ cum libertate.* pag.459.
Sect.4. *Objectionibus in Contrarium obviam itur.* pag.461.
§.1. *Duo Argumenta in Oppoſitũ.* Ibid.
§.2. *Duo alia argumenta.* pag.463.
§.3. *Aliud grave argumentum.* p.465.
§.4. *Cætera argumẽta ſolvũtur.* p.467
Sect.5. *Doctrinarum præcedentium defenſio ab Impugnatione recenti.* pag.469.
§.1. *Quid de Authoritate: Vbi de Mẽte Societatis, & Molinæ.* pag.470.
§.2. *Iudicium de Duabus Propoſitionibus Impugnantis, Primâ & Tertiâ.* pag.471.
§.3. *Iudicium de Secundâ.* pag.474.
§.4. *Iudicium de Quarta Propoſitione.* pag.477.
Sect.6. *Corollarium de Speciali Dei Beneficientiâ: Vbi de neceſſitate ſtrictę Directionis Scientię Medię.* p.479.
§.1. *Certa ponuntur: & Prima Concluſio.* Ibid.
§.2. *Secunda Concluſio: ubi de qualitate affectûs.* pag.481.
§.3. *Tertia Concluſio: ubi de Motivo neceſſario.* pag.482.
§.4. *Quarta Concluſio: Vbi de neceſſitate Beneficientiæ Divinæ.* p.484.
§.5. *Quinta Concluſio: Vbi tandẽ de neceſſitate Strictę Directionis.* p.485.

DISPVTATIO XXXII.

Divinæ Providentiæ conſideratio quoad Actus voluntatis. pag.488.
Sect.1. *Qualis eſſe debeat Intentio finis ad Providentiam neceſſaria?* Ibid.
§.1. *Quæſtiones faciliores.* Ibid.
§.2. *Quæſtio difficilior de neceſſitate Intentionis efficacis ad electionem mediorum efficacium.* pag.490.
Sect.2. *An Electio in Deo diſtingui debeat, aut poſſit ab Vſu? Vbi de Ordine Intentivo, & Executivo.* p.492.
§.1. *Quæſtio, & Opiniones.* Ibid.
§.2. *Prima pars Sententiæ vera.* p.493.
§.3. *Altera pars: vbi excluditur diſtinctio Ordinis Executivi ab Intentivo.* pag.496.
Sect.3. *An Decretum Executivum Medii alioquin Indifferentis, ne noceat libertati, debeat eſſe inconnexum cum effectu determinato?* pag.500.
§.1. *Doctrina Plauſibilis Recentiorum.* Ibid.
§.2. *Tenenda Sententia.* pag.503.
§.3. *Duo Argumenta difficilia urgentur, & ſolvuntur.* pag.506.

LIBER SEPTIMVS

Providentia Dei Prædefinitiva, ſeu Deus Prædefiniens. pag.513.

DISPVTATIO XXXIII.

Prædefinitio ſimpliciter independens à Scientiâ Mediâ. pag.514.
Sect.1. *Thomiſtica Prædefinitio ex triplici titulo excluditur.* Ibid.
Sect.2. *Schotiſtica ex titulo etiam pari.* pag.517.

DISPVTATIO XXXIV.

Prædefinitio Suariſtica, ſeu ſimpliciter dependens à Scientiâ Mediâ. p.523
Sect.1. *Expenditur, & exponitur ejus Natura.* pag.524.
§.1. *An ſit Decretum abſolutum?* Ibid.
§.2. *Quouſque ſit hoc Decretum Infruſtrabile?* pag.525.
§.3. *Ex quo titulo prærequirat Scientiam Mediam?* pag.526.
§.4. *Quouſque efficax? ejuſque Cauſalitas.* pag.529.
§.5. *Ejus tendentia, Evitabilitas, & Indifferentia.* pag.530.
§.6. *Diſcrimen à Thomiſticis, & Schotiſticis.* pag.532.
Sect.2. *Adſtruitur ejus Poſſibilitas.* p.533
§.1. *Probatio.* Ibid.
§.2. *Objectiones duæ.* pag.535.
§.3. *Aliæ duæ Objectiones difficiliores.* pag.537.
§.4. *Cæteræ Objectiones.* pag.541

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX, ET ORDO

Sect.3. *Adstruitur existentia circa omnem Actum Honestum.* pag.542.
Sect.4. *Adstruitur etiam circa omnem Actum Honestum Metaphysica in Deo Necessitas Prædefinitionis præassertæ.* pag.546.
§.1. *Assertæ veritatis Ostensio.* Ibid.
§.2. *Objectionibus novis occurritur.* pag.548.
Sect.5. *Quomodo stet cum Doctrinis præcedentibus Indifferens Præparatio Divinæ Omnipotentiæ ad concurrendum ad Actus liberos Creaturæ?* pag.553.
§.1. *Ponderatio difficultatis: Modi solvendi Excluſi: & quid in eâ certum?* Ibid.
§.2. *Communis Recentiorum existimatio.* pag.554.
§.3. *Prima pars veræ Sententiæ: ubi: an circa concursum ad peccatum possit in Deo dari Volitio?* pag.555.
§.4. *An Præparatio Divinæ Omnipotentiæ formaliter requirat aliquam volitionem Concursûs?* pag.557.
§.5. *An requirat necessariò Decretum Indifferens Entitativè?* pag.558.
§.6. *An cum Decreto efficaciter Prædefinitivo stare possit Decretum Indifferens Entitativè?* pag.560.
§.7. *Quod Decretum requirat ad Præparationem Omnipotentiæ? & quomodo se habet ad libertatis constitutionem?* pag.562.
§.8. *In quo demum consistat Formalis Præparatio Divinæ Omnipotentiæ? & Doctrinæ applicatio ad Præcedentes.* pag.564.
§.9. *Difficultates contra Præcedentem Explicationem Superantur.* p.565.
§.10. *Instantia novissima.* pag.568.
§.11. *Epitome Doctrinæ totius* p.570.

DISPVTATIO XXXV.

Prædefinitio pendens à Scientiâ Mediâ in Operari & non in Esse. pag.571.
Sect.1. *Quæstionis Termini, Status, & Iudicia Theologorum: ubi de Prædefinitione Disiunctivâ, pendente alioquin in esse à Scientiâ Mediâ.* Ibid.
Sect.2. *Prædefinitio Independens in existendo à Scientiâ Mediâ, cum libertate componi nequit.* pag.574.
Sect.3. *Solvuntur Argumenta contraria.* pag.578.

DISPVTATIO XXXVI.

Prædefinitio proximè Operativa, vel Executiva, vel Condeterminando comitans. pag.582.
Sect.1. *Quæstionis termini: Iudicia Theologorum: Vazquii & DerKennis, de de Decreto comitante.* Ibid.
Sect.2. *Prædefinitio proximè Operativa, vel Executiva nequit componi cum Actûs libertate.* pag.584.
§.1. *Probationes Asserti.* Ibid.
§.2. *Obiectiones Oppositæ: ubi de Influxu Gratiæ in Actum pro instanti determinato præceptum.* pag.586.
Sect.3. *Quid de Doctrinâ D. P. Gasparis de Ribadeneyrâ, ac Decreto Condeterminante?* pag.590.
§.1. *Mens nostra circa Doctrinam Præfati Doctoris.* Ibid.
§.2. *Quid pro se allegaverit Doctissimus Author?* pag.594.

DISPVTATIO XXXVII.

Prædefinitio unicè nixa motivis infallibiliter antibus moraliter, præcisim à Scientiâ Mediâ? pag.599.
Sect.1. *Terminorum & Sententiæ suffragâtis Propositio & Expositio.* Ibid.
Sect.2. *Deciditur eius impossibilitas.* pag.600.
Sect.3 *Respõdetur Adversantibus* p.601.

DISPVTATIO XXXVIII.

Quid de Prædefinitionibus erga Res, malitiæ aliquomodo annexas? pag.603.
Sect.1. *Quæstiones aliquæ cõcernẽtes.* ibid
Sect.2. *An, & quousque prædefiniri possit à Deo Cognitio vel motus Animi circa turpia?* pag.606.
Sect.3. *An Infallibilitas peccãti?* p.608.
Sect.4. *An Deus prædefinire possit punitionẽ unius peccati per aliud?* p.609.

DISPVTATIO XXXIX.

Efficax Prædefinitio Pœnitentiæ, sine anteccessione Prævisionis Absolutæ Peccati futuri. pag.611.
Sect.1. *Explicatur vera Sententia.* Ibid.
§.1.

TRACT. LIB. DISPVTAT. ET SECTIONVM.

§.1. *Rei Possibilitas.* Ibid.
§.2. *Prima via defendendi.* pag.613.
§.3. *Altera communior.* pag.615.
§.4. *Quid de facto tenendum?* pag.617.
Sect.2. *Defenditur Doctrina præcedens.* p.618.
Sect.3. *Quid de Prædefinitione Humilitatis?* pag.625.

LIBER OCTAVVS.

Providentia Dei Prædestinativa: seu Deus Prædestinans, & Reprobans. pag.627.

DISPVTATIO XXXX.

Prædestinationis definitio: Comparatio cum Providentiâ, & libro Vitæ: & Necessitas. pag.627.
Sect.1. *Prædestinationis Definitio, & Constitutio.* pag.628.
Sect.2. *Ejusdem cum Providentiâ, & Libro Vitæ Comparatio.* pag.629.
Sect.3. *Prædestinationis Divinæ necessitas.* p.632

DISPVTATIO XXXXI.

Prædestinationis Subjectum, & Termini. p.635.
Sect.1. *Aliis decisis, instituitur quæstio de Creaturâ imprædestinabili per Merita: & Theologorum judicia circa ipsam.* ibid.
§.1. *Faciliora præmittuntur.* ibid.
§.2. *An repugnet Creatura Rationalis sic imprædestinabilis? & reiiciuntur duo modi defendendi.* pag.636.
§.3. *Proponuntur, & explicantur alii modi.* pag.637.
Sect.2. *Metaphysica vaga necessitas alicujus Auxilii efficacis in immenso infinito Auxiliorum plenè Indifferentium est Chymerica.* pag.640.
§.1. *Conclusionis expositio: & Probatio multiplex.* ibid.
§.2. *Exarmatur opinio de vagâ necessitate.* pag.645.
Sect.3. *Iudicium de aliis modis sectione primâ propositis, & vera Sententia.* pag.648.

DISPVTATIO XXXXII.

Prædestinationis Respectus ad merita. pag.650.
Sect.1. *Controversiæ Termini: Status: Sententiarum varietas: & origo dissidii.* ibid.
§.1. *Controversiæ termini, & Status.* ibid.
§.2. *Varietas opinandi.* pag.652.
§.3. *Cardo dissidii inter Authores.* pag.653.
Sect.2. *Arguit pro se Vazquez à Necessario.* pag.654.
§.1. *Primum Argumentum ex Capite liberratis.* ibid.
§.2. *Alterum ex Sequelâ Positivæ Reprobationis ante prævisum peccatum.* pag.655.
§.3. *Alia Argumenta difficilia ex condicione ipsius Gloriæ.* pag.656.
§.4. *Argumentum quintum ex Voluntate Dei circa omnes.* pag.660.
§.5. *Argumentum aliud à priori.* pag.661.
Sect.3. *Arguit pro se Vazquez à Congruenti.* pag.662.
Sect.4. *Arguit pro se Vazquez ab Authoritate.* pag.665.
Sect.5. *Sententia Doctoris Eximii arguit pro se contra Primam, & Nostram.* pag.667.
§.1. *Primò ab Authoritate.* ibid.
§.2. *Secundò à Congruenti.* pag.669.
§.3. *Tertiò à necessario.* ibid.
Sect.6. *Iudicium de Præfatis Sententiis: & explicatio Nostræ.* pag.670.
Sect.7. *Quæstiones annexæ.* pag.672.

DISPVTATIO XXXXIII.

Prædestinationis Causæ: & Effectus. pag.673.
Sect.1. *Causæ Morales.* ibid.
Sect.2. *Effectus Prædestinationis.* pag.674.

DISPVTATIO XXXXIV.

Prædestinationis Attributa. pag.677.
Sect.1. *Vndenam ejus certitudo?* pag.678.
Sect.2. *Quomodo stet ejus certitudo cum nostrâ libertate? Et in manu nostrâ, Prædestinari?* pag.679.
Sect.3. *Difficultas emergens de Discretione Prædestinari à Reprobo: & salutariter Consentientes, à Dissentiente.* pag.680.
Sect.4 *Defenditur Doctrina præcedens.* p.682.

DISPVTATIO XXXXV.

De Reprobatione. pag.685.
Sect.1. *Ejus conditio, & Respectus ad Demerita.* ibid.
§.1. *Reprobationis divisa; Quæstio ponitur; & opinandi varietas.* ibid.
§.2. *Dirimitur quoad Possibile Controversia.* pag.686.
§.3. *Quoad factum.* pag.690.
Sect.2. *Reprobationis Causæ, & effectus: ubi de numero Reproborum.* pag.691.

LIBER NONVS.

Deus generaliter Providens, & Benefaciens: seu Generalis ejus Beneficientia. pag.693.

DISPVTATIO XXXXVI.

Ostenditur Generalitas Divinæ Beneficientiæ quoad creationem. pag.694.
Sect.1. *Ratio Veritatis propositæ.* ibid.
Sect.2. *Occurrit aliquibus obiectionibus.* p.695.

DISPVTATIO XXXXVII.

Ostenditur ejusdẽ Generalitas quoad Finẽ. p.699
Sect.1. *Bonum Felicitatis æternæ est incomparabiliter majus malo æternæ miseriæ: & spes istius eligibilior, quàm sit timendum periculum istius.* ibid.
Sect.2. *Deus, omnes homines, etiam reprobos, vult*

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX, ET ORDO

vult salvos fieri, voluntate verâ, propriâ, & beneplaciti. pag.701.
§.1. Veritatis ostensio. ibid.
§.2. Defenditur ab oppositis. pag.703.
Sect.3. Prædictæ Divinæ Voluntatis attributa, & effectus: ubi qualem Thomistæ existiment cum Gonet? pag.707.
§.1. Rejectis Thomistis, veritas aperitur. ibi.
§.2. Prædictæ Voluntatis plenior explicatio. pag.708.
Sect.4. Colligitur intenta veritas. pag.709.

DISPVTATIO XXXVIII.

Ostenditur Divinæ Beneficentiæ Generalitas quoad media. pag.710.
Sect.1. Pravia lux ad Resolutionem. pag.711.
Sect.2. Regula Generalis pro Generalitate sufficientis Auxilii. pag.712.
Sect.3. Objectio prima: ubi de Parvulis. p.715.
Sect.4. Objectio secunda: ubi de Adultis in genere, & maximè Reprobis. pag.717.
Sect.5. Objectio tertia: ubi de continuitate sufficientiis Auxilii. pag.719.
Sect.6. Objectio quarta: ubi de obcæcatis, & obduratis. pag.721.
Sect.7. Objectio quinta: ubi de Infidelibus. pag.724.
Sect.8. Objectio sexta: ubi sensus Axiomatis: Facienti quod est in se, Deus non denegat Gratiam. pag.728.
§.1. Aliorum Iudicia circa sensum Theologici Axiomatis. ibid.
§.2. Expositio Doctoris Eximii. Mens Nostra: & solutio totius Difficultatis. p.731.

DISPVTATIO XXXIX.

An ex præscientiâ Dei Pareatur præjudicium Divinæ Beneficientiæ, quoad Media. p.736.
Sect.1. Cum Inefficaciæ præscientiâ stat in Deo Auxilium conferente prævisum inefficax, Sinceritas, & Serietas Intentionis, Desiderii, & Suassionis. Ibid.
Sect.2. Etiam stat ex parte Auxilii Ratio Beneficii: & ex parte Dei Ratio Beneficentiæ. pag.738.

TRACTATVS TERTIVS.

De Deo Auxiliante. Pag.743.

LIBER DECIMVS.

Natura, & Excellentia Auxiliantis Divinæ Gratiæ. pag.744.

DISPVTATIO L.

Prodroma: de Naturâ, Gratiâ, & Libero Arbitrio. pag.745.
Sect.1. De multiplici Statu Naturæ. Ibid.
§.1. Terminorum Explicatio. Ibid.
§.2. An Status puræ Naturæ sit aliquomodo repugnans? pag.746.
§.3. Veritas asserta defenditur. pag.748.
Sect.2. De libero Arbitrio: ubi quale manserit post Peccatum? pag.752.
§.1. Imago liberi arbitrii secundùm se. Ibid.
§.2. Quale manserit post peccatum? p.753.
§.3. Objectiones repulsæ. pag.757.
Sect.3. Acceptiones Gratiæ: Errores circa ipsâ, & Dogmata contra Iansenistas. pag.758.
§.1. Gratiæ Acceptiones. Ibid.
§.2. Errores circa Divinam Gratiam. p.760.
§.3. Dogmata: ubi an Divinæ Gratiæ Auxilia pro statu Naturæ lapsæ, intrinsecè differant ab Auxiliis, integræ Naturæ, collatis? pag.762.

DISPVTATIO LI.

Natura Auxiliantis Gratiæ. pag.767.
Sect.1. An adæquatè consistat in Actibus Intellectûs, & Voluntatis? Ibid.
§.1. Authorum sensus. Ibid.
§.2. Conclusiones veræ Sententiæ. pag.768.
§.3. Aliquibus Thomistarum argumentis, præsertim ab Authoritate, fit satis. pag.770.
§.4. Instantia Goneti cum aliis melioris Speciei. pag.773.
§.5. Alia Argumenta Thomistica. pag.775.
§.6. Occurritur specialiter adstruentibus possibilitatem Qualitatis ex se transeuntis: Vbi Mens Nostra de Dominio Dei quoad desitionem rerum. pag.778.
Sect.2. Ad quos Actus Intellectûs, & Voluntatis reducantur Auxilia Gratiæ? pag.783.
§.1. Opiniones. Ibid.
§.2. Illustrationis Gratia nullam mētis Operationem excludit. pag.784.
§.3. Gratia Inspirationis affectum Indeliberatum inefficacem numerat, eumque multiplicem. pag.785.
§.4. Potest esse Affectus efficax: deliberatus tamen, contra Albeldam. pag.787.
Sect.3. An Inspiratio sit Beneficium moraliter ab illustratione distinctum? pag.790.
§.1. Mens Authoris. Ibid.
§.2. Objectiones. pag.792.

DISPVTATIO LII.

Excellentia Gratiæ cōtra Pelagiū assertæ. p.794
Sect.1. Status Controversiæ: & Iudicia Theologorum. pag.795.
Sect.2. Eligitur vera Sententia. pag.797.
§.1. Cogitatio naturalis honesta Congrua nō est semper Beneficium distinctum à beneficio Creationis, & extra ejus Ordinem. Ibid.
§.2. Cognitio naturalis honesta Congrua nequit esse dogmatiè Gratia. pag.804.
§.3. Gratia Theologica, seu Dogmatica est Supernaturalis quoad substantiam pag.809.
Sect.3. Patri Vazquez contra P. Suarez argumenti fit satis. pag.811.
§.1. Argumentū primū ab Authoritate. Ibid.
§.2. Alia duo Argumenta à Ratione. p.813.
§.3. Instantia Difficilis. pag.815.
§.4. Alia Argumenta ex Salute Gentilium: & ex necessitate Gratiæ ad merendū. p.817.
§.5. Alia argumenta ex Impotentiâ ad quid quam Honestum. pag.819.

TRACT. LIB. DISPVTAT. ET SECTIONVM.

LIBER VNDECIMVS.

Necessitas Gratiæ Auxiliantis. pag.823.

DISPVTATIO LIII.

Necessitas Gratiæ Auxiliantis ad Actus Salutares. Ibid.
Sect.1. Dubia resolvenda, aliorumque Iudicia proponuntur. pag.824.
Sect.2. Ad singulos Actus Salutares necessaria est Gratia Actualis Illuminans, & Afficiens. pag.825.
§.1. Firmatur Conclusio Generalis. Ibid.
§.2. Illationes opportunæ. pag.826.
§.3. Objectiones in Contrarium. pag.828.

DISPVTATIO LIV.

Quanta sit Supernaturalis Gratiæ Illuminantis necessitas ad Salutares Affectus? pag.831.
Sect.1. Etiam est Metaphysica. Ibid.
§.1. Explicatio Conclusionis. Ibid.
§.2. Probatio duplex. pag.832.
§.3. Tertia Probatio. pag.835.
Sect.2. Defenditur Doctrina præcedens. p.837.
§.1. Principalis Objectio. Ibid.
§.2. Objectiones aliæ. pag.840.
Sect.3. Corollaria ex præcedēti Doctrina. p.843

DISPVTATIO LV.

Necessitas Auxiliantis Gratiæ ad Verum Naturale. pag.847.
Sect.1. Nonnullis extra Controversiam positis, Sententia proponuntur. pag.848.
Sect.2. Dirimitur Controversia. pag.849.

DISPVTATIO LVI.

Necessitas Auxiliantis Gratiæ ad Bonum Naturale. pag.852.
Sect.1. Varietas Opinandi. Ibid.
Sect.2. Ad Actus Naturales honestos PER SE Gratia nulla requiritur. pag.853.
Sect.3. An PER ACCIDENS, & ex lege requiratur ad ipsos Gratia Theologica? p.857.
§.1. Patris Ioannis Martinez de Ripaldâ singularis Opinio. Ibid.
§.2. Resolutio contra Ipsam: & Probatio ab Authoritate. pag.858.
§.3. Multiplex à ratione Probatio. pag.859.
Sect.4. Fit satis Patri Ripaldæ. pag.861.
§.1. Examinatur Authoritate. Ibid.
§.2. Objectio secunda Solvitur. pag.863.
§.3. Proponitur tertia, & Solvitur. p.864.
§.4. Quarta de Auxiliorum continuitate. pag.866.
§.5. Quinta proponitur, & Solvitur. p.866.
§.6. Alia, argumenta: ubi Mens Authoris de Doctrina Ripaldæ. pag.869.
§.7. Quid de discursu P. Kominch? pag.871.
Sect.5. An ex alio capite possit defendi ista necessitas de peraccidens? Ibid.
§.1. Dissentitur, & excutitur recens Existimatio. Ibid.
§.2. Quid allegari possit pro Impugnato Discursu? pag.876.

DISPVTATIO LVII.

Necessitas Gratiæ ad Bonum etiam Naturale ratione Excellentiæ, aut Tentationis urgentis. pag.879.
Sect.1. Nonnullis præstitutis, Sententiæ proponuntur. Ibid.
Sect.2. Vera Sententia circa Actus Morales honestos naturales ex se difficiles. pag.883.
§.1. Octo Conclusiones. Ibid.
§.2. Earum defensio. pag.887.
§.3. Confirmatio præcedentium: ubi iterum: an Dilectio Dei super omnia sit ex hoc Conceptu Supernaturalis? pag.890.
Sect.3. Vera Sententia circa Actus honestos naturales ex occurrente tentatione difficiles. pag.892.
§.1. Ejus sex Assertiones. Ibid.
§.2. Præcedentium illustratio. pag.895.

DISPVTATIO LVIII.

Necessitas Gratiæ, ratione Collectionis, aut Continuationis in Rebus de vitâ sine Gratiâ præstabilibus. pag.897.
Sect.1. An tota Lex Naturalis observari possit sine speciali Gratiâ? ubi de Dono Perseverantiæ, & Confirmationis in Gratiâ. Ibi.
Sect.2. An evitatio Omnium Venialium stare possit sine speciali Privilegio? Quid, hoc sit, & cui concessum? pag.900.
Sect.3. Corollarium de Impossibilitate Moralî. pag.904.
§.1. Mens Authoris. Ibid.
§.2. Perutiles Illationes. pag.906.

LIBER DVODECIMVS.

Concursus Gratiæ Auxiliantis. pag.909.

DISPVTATIO LIX.

Concursûs Qualitas. Ibid.
Sect.1. An Moraliter, & effectivè concurrant ad Actus Salutares, Actualis Gratiæ Auxiliæ? pag.910.
§.1. Quid Concursus Moralis, & Effectivus? & Sensus Authorum. Ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IND. ET ORDO TRACT. LIB. DISPVT. ET SECT.

§.2. Sententia verosimilior. Ibid.
Sect.2. Objectiones: ubi: an ex Intensione, & multitudine Auxiliorum oriri possit Moralis aut Physica impossibilitas dissentiendi? pag.913.

DISPVTATIO LX.

An Influant in Actus Salutares Auxilia ut tota Ratio, & Virtus Agendi? pag.915.
Sect.1. Status Controversiæ: & Mens Angelici Præceptoris. Ibid.
Sect.2. Vera Sententia. pag.916.
§.1. Duplex nostræ Sententiæ Pars. Ibid.
§.2. Tertia Pars Sententiæ nostræ. pag.922.
Sect.3. Solvuntur Argumenta Thomistica. p.923
§.1. Argumenta ab Authoritate: ubi de Mente Sancti Thomæ. Ibid.
§.2. Aliud Argumentum à Ratione, ex Godoy. pag.925.
§.3. Alia duo Argumenta ex eodem. p.928.
§.4. Alia Argumenta à Pari, & ab Absurdo. pag.929.
Sect.4. Præcedentium illustratio, resolvendo Quæstiones affines. pag.931.
§.1. Inchoatæ Virtutis explicatio. Ibid.
§.2. Cur Voluntas determinet: & Gratia elevet? pag.933.
§.3. An ex inæquali perfectione Potentiæ naturalis præcisè, possit venire inæqualitas Supernæ Operationis? pag.935.

DISPVTATIO LXI.

An Activitas Gratiæ Suppleri possit per Extrinsecum Omnipotentiæ Specialiter applicatæ, vel assistentis? pag.937.
Sect.1. Audiuntur Thomistæ. pag.938.
§.1. Primum Argumentum. Ibid.
§.2. Argumentum Secundum. pag.940.
§.3. Tertium ab Absurdo. pag.942.
§.4. Quartum Argumentum. pag.943.
§.5. Alia duo Argumenta. pag.946.
Sect.2. Vera Sententia. pag.947.
§.1. Ejus Expositio, & Prima Probatio. Ibid
§.2. Aliæ duæ Probationes à Priori. p.948.
§.3. Ulterior Probatio à Posteriori. p.950.
Sect.3. Illustratur Asserta Veritas decisione Quæstionum Affinium. pag.952.
Sect.4. An Auxilium Concurrat, & elevet ad Actus se intensiores? pag.956.

LIBER DECIMVS TERTIVS, ET VLTIMVS.
Causæ Gratiæ: & Divisiones. pag.959.

DISPVTATIO LXII.

Causæ Gratiæ Auxiliantis. pag.959.
Sect.1. Causæ Proximæ, & Efficientes. pag.960.
Sect.2. Causæ Excitantes. pag.963.
Sect.3. Causæ Morales. pag.965.

DISPVTATIO LXIII.

Auxiliantis Gratiæ Multiplicitas. pag.967.
Sect.1. Percurruntur, & explicantur Actualis Gratiæ Divisiones. Ibid.
Sect.2. Comparantur inter se, & illustrantur. pag.969.

DISPVTATIO LXIV.

Proponens, & non decidens: An Gratiæ Efficacis Auxilium ex Differentia entitativè intrinsecâ, essentialique, atque ex vi Prædeterminandi sit Efficax? pag.973.
Sect.1. Principia Communia: & Legitimus Controversiæ sensus. pag.974.
§.1. Principia in hoc Puncto Catholicis Communia. Ibid.
§.2. Legitimus Controversiæ sensus. p.976.
Sect.2. Communis Sententia Thomistarũ. p.980.
§.1. Quoad liberum Arbitrium, & Gratiam Efficacem. Ibid.
§.2. Prædeterminantis Scholæ divisio. p.981.
§.3. Quid alii Scripserint de Schola Prædeterminante? pag.983.
Sect.3. Sententia Iesuiticæ Scholæ: & quàm sit extra aliquorum imposturas, & Errores Hæreticorum? pag.985.
§.1. Ejus Repræsentatio, & Vnanimitas in Puncto principali. Ibid.
§.2. Liberatur ab Imposturis. pag.986.
Sect.4. Sententiæ Neutrales, aut Mediæ. p.988.

DISPVTATIO VLTIMA.

Et Appendix Excursio: Cur Secunda Trinitatis Persona, præ Tertiâ, Filius; & illius Processio, Generatio? pag.991.
Sect.1. Ponderatio Difficultatis: insinuata DD. in ipsâ Varietas: & Nostrum de ipsâ judicium. Ibid.
Sect.2. Legitima Resolutio. pag.993.
Sect.3. Authoritas, & Ratio pro Sententiâ Nostrâ. pag.996.
Sect.4. Objectiones Solvuntur. pag.998.

R.P.

R. P.

PHILIPPI ARANDA

E SOCIETATE IESV,

DE DEO

SCIENTE, PRÆDESTINANTE, ET AVXILIANTE:

SEV SCHOLA SCIENTIÆ MEDIÆ:

TRACTATVS TRIPLEX:

ET PRIMVS

DE DEO SCIENTE.

SVMITVR *in præsenti* Scientiæ *Vox, non pro Conclusione Demostrativi Discursùs, sed pro Notitiâ certâ, & evidenti Veritatis, sine imperfectionibus scientiæ creatæ, videlicet: accidentis, qualitatis, & causalis dependentiæ. Dari eam in Deo, docet Fides; & demonstrat evidentia naturalis. Fides* ex Eccleſiaſt. 23. 28. Eſth. 14. Pſalm. 138. ex Apoſt. ad Roman. 11. *& alibi propè infinities. Sume verba Davidis* Pſalm. 146. Sapientiæ ejus non eſt numerus. *Et quì posset alioqui subsistere series Scripturarum, Locutionum, & Revelationum Divinarum, sine Scientiâ Dei?*

Eccleſt. 23. 28. Eſth. 14. Pſal. 138. Rom. 11. Pſal. 146.

Evidentia Naturalis. Primò ex Summâ Perfectione Dei: nam ex terminis, Scire, *Perfectio eſt. Secundò ex*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Libertate, Dominio, & Providentia Dei, necessariò requirentibus scientiam rerum, quibus dominatur, & providet. Tertiò ex Virtutibus, & Felicitate ipsius Dei. Quartò ex Effectibus, quorum multi sunt intellectuales; & necessariò arguunt in causa perfectionem intelligendi, quam inde accipiunt: nam ut habes in Psalm. 93. qui finxit oculum, non considerat? *Quintò ex Pulcritudine, & Ordine Vniversi convincente præuotitiâ in Authore. Quæ, facili discursu dilatanda, satis nobis, & abundè sunt pro supponenda, & stabilienda existentia Scientiæ Dei. Agunt de ipsa Magist. in* 1. *sent. dist.* 35. & 36. *Sanctus Thomas specialiter in* 1. *part. quæst.* 14. & *ibidem Interpretes utriusque, tàm Nostri, quàm Exteri.*

Psal. 93.

Magister. S. Thomas. Interpretes.

LIBER PRIMVS.

SCIENTIA DEI SECVNDVM SE, EIVSque objecta, & Proprietates.

1 *S. Thomas.*

HÆRENT hìc plurimi, meritò reveriti S. Thomam, in explicandâ ratione, qua Doctor Angelicus probat Scientiam Dei. Ea est ex gradu Immaterialitatis: quasi gradus Immaterialitatis sit irrefragabilis ratio Cognoscitivi. Discursus, licèt alioquin probet, certè laborat obscuritate. Nam in quo sensu sumenda est hìc Immaterialitas? En difficultas! Thomistæ communiter, satis bene explicati à Ruiz, & ab Herrera, sumendam ajunt, pro Gradu quodam essendi fundante modum operandi supra dispositiones materiæ, & imitativum spiritualitatis: & hanc Immaterialitatem, contradistinctam ab Entitativâ, vocat optimè Lumberius *Immaterialitatem Exercitivam*. Pater Quirós sumendam censet pro substantiali immaterialitate, seu positivo recessu à materialitate, habito ex elevatione, seu titu-

Thomistæ explicati à Ruiz, & Herrera.

M. Lumb. P. Quirós.

titulo Perfectionis in Esse. P. P. Ribadeneyra, & Nicolaus Martinez sumendam censent, pro Immateriali, contrapositè ad Imperfectum, ita ut Materiale sonet in calamo S. Thomæ ens imperfectum; & Immateriale, recessum positivum à limitationibus *Materialitatis*, id est, *Imperfectionis*. Quovis modo sumatur Immaterialitas, vides, clariùs probatam jam esse Existentiam Scientiæ Dei. Rationem Angelici Præceptoris ipse discussi generaliùs & probavi, cùm sermo fuit de impossibilitate substantiæ spiritualis non Intellectivæ, disputando *de Actibus*.

In primam par. tract. 1. de Deo sciente. Ribaden. Nicolaus Martinez.

Tract. de Act. Hum.

DISPVTATIO I.

VTRVM DEO CONVENIAT SCIENTIA PER modum Actûs primi: seu Actus Primus intelligendi?

2 RESPECTV creatæ Intellectionis, quatuor sunt, quæ se tenent ex parte Actûs primi Intelligendi. *Primum*, substantia Intellectiva, quæ est Entitas Animæ. *Alterum* Potentia, seu Facultas Intellectiva, qui Intellectus est, sive realiter ab Anima distinguatur, sive tantùm virtualiter, vel formaliter. *Tertium*, species intelligibilis, quæ facit vices Objecti, & ultimò complet potentiam proximam intelligendi. *Quartum*, Intellectualis habitus, quod est juvamen superadditum intellectui, roborans ipsum, & inclinans ad intelligendum. De Quatuor his Principiis est in præsenti sermo, dum quærimus: an in Deo detur Actus primus Intelligendi: de duobus verò prioribus potissima quæstio: Nam Actus primus Intelligendi, idem est, ac Potentia Intelligendi: cùm enim Actus sonet exercitium, (ut acutè notat Ribadeneyrâ,) ipsum Posse, quia jam est aliquid rei, ad quam est *posse*, & exercitium habendi Potentiam, jure dicitur Actus Primus ad rem ipsam, quæ dum exercetur in se, poni dicitur in actu secundo.

Ribaden.

SECTIO I.

PRINCIPIA, ET STATVS CONTROVERSIÆ; ac opinandi varietas.

Regulæ pro Divinis prædicatis.

3 PONO primò: Ea solùm prædicata ponenda in Deo esse, secundùm propriam rationem formalem, quæ secundum ipsam dicunt Perfectionem, sine imperfectione. Ratio est evidens: quia Deus est summè perfectus: ergo continet omnem Perfectionem, & nullam in se dicit imperfectionem. Vnde descendunt duæ *Regulæ* generales. *Prima*: quoties aliquis gradus essendi, denudari ab imperfectione nequit, repugnat in Deo. *Altera*: quoties aliquis gradus essendi, seclusis imperfectionibus, servat in sui ratione Perfectionem, reperitur in Deo. Ideò negamus Deo *Discursum*; damus *Scientiam*: quia sublatis imperfectionibus *transitûs*, & *causalitatis*, nò manet ratio Discursûs: sublatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

tis verò imperfectionibus, quæ Scientiam Creatam comitantur, accidentis, qualitatis, & dependentiæ, manet adhuc tota ratio Scientiæ. Quare si Actus primus, seu Potẽtia Intelligendi importet sub isto conceptu, imperfectionem, non erit in Deo.

Potentia Quotuplex?

4 Pono secundò: Duplicem assignari solere Potentiam: *Physicam*, alteram; alteram, *Logicam*. Potentia *Logica* præcisè consistit in non-repugnantia alicujus rationis, videlicèt, ut ex ejus positione, nulla sequatur contradictio. Potentia *physica* consistit in aliqua vi, per quam non solum res definit repugnare, sed etiam poni potest, & acquiri, exercendo aliqualiter eâ vim sui. Subdividitur hæc Potentia physica, in Physicam per modum Principii: & in Physicam, quasi merè passivam, aut terminativam. Prioris exemplum, est virtus influxiva. Posterioris, est physica unibilitas unius extremi cum alio. Sed cur, inquies, ex his Potentiis, altera appellanda sit *physica*; & alia, *logica*? Respondeo, dici alteram, physicam: quia de ea agit Physicus in indagine causarum efficientium: alteram, dici, Logicam: quia ea est cura Logici solius, vel Metaphysici, abstrahentis, & præscindentis.

5 Pono tertiò: Negari non posse Deo *Capacitatem*, seu vim intelligendi per modum Potentiæ *logicæ*. Ratio est evidens. Primò: quia negari Deo nequit formale exercitium intelligendi, seu actualiter intelligere: ergo negari ipsi nequit posse intelligere: valet enim ab actu ad Potentiã affirmativè consequentia. Secundò: quia ex *Rhemensi* non solùm est in Deo, id *quo* *Rhemens. Concil.* intelligit, & est Sapiens, sed etiam id *quod* intelligit, & est Sapiens, nempe substantia intelligens: ergo negari Deo nequit Capacitas, seu vis intelligendi, saltem per modum *potentiæ Logicæ*. Ex his liquidò manet, & descendit

Controversia.

6 Status Controversiæ: an sit in Deo Capacitas intelligendi per modum Potentiæ plusquam logicæ? Quæ Potentia plusquam logica, cùm considerari possit primò secundùm se; secundò comparativè ad actum intelligendi suum; & ita Comparatio fieri possit in triplici sensu, videlicet, in sensu reali, in sensu virtuali, in sensu formali per rationem; *quatuor dubia* tandem amplectitur Cõtroversia præsens. *Primum*: an in Deo detur vis intelligendi, constituta per prædicatum proprium Actûs primi, sive distinguatur ab actu secundo intellectionis, sive non? *Alterum*: an detur in Deo vis intelligendi per modum Actûs primi realis, & physici, citra imperfectionem receptionis & productionis realis? *Tertium*: an saltem detur actus primus intelligendi virtualis, seu per modum principii Virtualis. *Quartum*: an demum negari Deo possit, aut debeat Vis, seu Actus primus intelligendi, per rationem cum fundamento in re? Ex his Capitibus orta est tota varietas Opinandi, quam reduci video ad quatuor Capitales Sententias.

7 Prima Deo concedit Intellectivum per modum Actus primi realis, seu Actû primum realem Intelligendi. Sed est diversitas inter Patronos ipsius. Sunt primò qui doceant eum Actum primum Intelligendi esse, non realem utcumque, sed physicum. Sic locuti videntur Schotus, Durandus, & Alensis, quos imitantur Schotistæ, per distinctionem *ex natura rei*. Sunt secundò qui doceant eum Actum primum intelligendi, non esse physico-realem, esse verò realem intentionalem: id est, non esse per modum potentiæ physicè productivæ, sed realiter intentionaliter operativæ, quam appellat Avendaño realem potestatem sufficientiæ ad intelligendum: ita P. Ripalda *in Manuscriptis*, quem secuti sunt PP. Quirós, & Avendaño. Sunt tertiò qui doceant dari in Deo veram Potentiam intelligendi plusquam logicã, atque adeò realem, & cum omni proprietate, importante prædicatum proprium Actûs primi, quidquid sit de modo distinctionis, & habitudinis ad actum secundum intelligendi: sic Alarcon, Granadus, & alii Moderni, quibus adhæsit Godoy.

Prima sententia. *Schotus. Durandus Alensis.* *Ripalda. Quirós. Avendaño* *Alarcon, Granadus, & alii cũ Godoy.*

8 Secunda negat Deo Intellectivum per modum Actûs primi Realis; concedit verò per modum Actûs primi, Virtualis. Sic videntur insinuasse nonnulli veteres, quos explicant, & clarè sequuntur Arrubal, Arriaga, Borrull, & alii Recentiores. Sed divisi etiam sunt. Sunt enim primò qui absolutè loquantur, rati Capacitatem intelligendi distingui virtualiter intrinsecè ab actuali intellectione, & hanc oriri virtualiter ab illa. Sunt secundò qui loquantur hypotheticè, dato nempe quòd intercedat virtualis intrinseca distinctio. Sunt tertiò qui negent actum primum etiam

Secunda sententia. *Arrubal. Arriaga. Borrull.*

etiam virtualem respectu Intellectionis necessariæ; & unicè admittant respectu contingentis.

Tertia sententia.

9 Tertia negat Deo Intellectivum, non solum per modum actus primi realis, sed etiam Virtualis; concedit verò per modum actus Primi formalis ex modo nostro Concipiendi, seu per rationem. Ita Moderni aliqui: quorum duplex potest esse sensus. Primus: in Deo revera nõ dari prædicatum ullum proprium actus primi; confingi verò per intellectum nostrum ex analogicâ comparatione ad Creaturas. Alter: revera dari in Deo prædicatũ in munere potentiæ proprium actus primi; solâ tamen extrinsecâ distinctione rationis distinctum ab actuali intellectione.

Moderni.

Quarta sententia.

10 Quarta Sententia, Deo negat in linea Intellectivi omne genus Actus Primi etiam per rationem, asseritque vivere Deum vitam Intellectivam omninò purissimam ab omni conceptu potentiæ plusquàm logicæ. Ita post Aureolum, & Doctorem Eximium, Albiz, Herize, Hemelmã, Ribadeneyra, & Herrera cum Magistris optimæ notæ quos inter est P. Thomas Munièssa *in excultissimo suo tract. de essẽtia disp. 4.* Authorũ censum & loca dabit Ribadeneyra *hic disp. 2. cap. 2. nu. 5. & 6. & tract. de Vol. disp. 6. cap. 2. nu. 5.* Nota non esse Sermonem hic nobis de Intellectione Notionali (quam & ego nullam agnosco *in Tract. de Trinitate*) sed de Essentiali, & communi.

Aureolus. Suarez Albiz. Herize. Hemelman Ribaden. Herrera. Munièssa.

SECTIO II.

EXCLVDITVR A DEO ACTVS PRIMVS Realis Intelligendi.

11 PRima Conclusio: Repugnat Deo Actus primus realis physicus Intelligendi. Ostenditur. Actus primus per modum potentiæ physicæ est respectivus ad actum secundum: ergo eo modo, quo est, opponitur & distinguitur ab actu secundo: ergo Actus primus physico-realis, realiter physicè distinguitur ab actu secundo. In hac veritate fundatur Mysterium Trinitatis. Sed inter absolutas Perfectiones Dei, quales sunt Intellectivũ & intellectio, repugnat realis oppositio, & distinctio, ut in *Rhemensi*, & *Florentino* docet Fides: & ex Potentialitatis, & cõpositionis sequelâ demonstrat ratio naturalis: ergo repugnat etiã actus primus physico-realis intelligendi: Confirmatur. Si semel posset admitti, sine reali distinctione ab actu secundo Potentia vera physico-realis, seu realis physicus Actus primus, omninò corruit Ratio probandi, vel tuendi realem distinctionem Personarum, & Mysterium Trinitatis contra Sabellium, hæreticè ratum, unicam & eandem esse Personam, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum: ergo talis actus primus repugnat in Deo: ergo.

Rhemens. Florentin.

In primam par. tract. 1. de Deo sciente.

Sabellii error.

12 Secunda Conclusio: Repugnat etiã Deo Actus primus Intelligendi realis intentionalis. Ostenditur. Esse, reale, non physicum, sed intentionale Principium alicujus, solùm est vel id, vi cujus aliquid accipit existentiam intentionalem, quæ cognitio est; vel id, quod unicè exercet munus Principii, per existentiam intentionalem, ut Finis: Sed Capacitas intelligendi Divina neutro modo comparatur ad intellectionem: ergo nec est Actus primus Intelligendi realis intentionalis. Major ipsâ terminorum expositione clarescit. Minor probatur, quoad primam partem: quia intellectio non solùm est in Deo per existentiam intentionalem: sed per realem, & physicam. Quoad secundam: quia Deus non habet actu intelligere quia cognitus est.

13 Vrgetur. Vt in Deo admitteretur reale intentionale principium respectu Intellectionis; ipsa Intellectio deberet esse terminus quasi passivè intentionaliter operatus; sed non intellectio, sed objectum est terminus quasi passivè intentionaliter operatus: cognoscere enim est intentionaliter agere; atque adeò intentionaliter agi, cognosci est: ergo per has voces actûs Primi realis intentionalis, importari nequit potentia plusquam logica respectu intellectionis, quæ præsens quæstio est.

14 Tertia Conclusio: Præcisim à distinctione, & productione virtuali, repugnat in Deo Actus primus Intelligendi, aliquomodò realis, & verè tangens lineam Actus primi, necessario est Principium Intellectionis, in aliquo sensu plusquam formali ex modo concipiendi nostro; sed præcisim à distinctione, & productione virtuali, repugnat dari principium intellectionis, in aliquo sen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primam part. tract. 1. de Deo sciente.

sensu pluſquam formali: ergo & repugnat actus primus Intelligendi aliquomodo realis. Major patet ex ipsis terminis: nam conceptus actus primi est conceptus virtutis respectivæ ad actum secundum, & ipsum præcontinentis. Tùm etiam quia conceptus Actus primi, excedentis potentiam logicam, necessariò conducit ad existentiam sui termini, non quidem excludendo præcisè contradictionem, neque formaliter, & ultimò, sed radicaliter, & initiativè: ergo per modum principii.

15 Minor primi syllogismi probatur: quia de ratione Principii est distingui à principiato: ergo de ratione Principii aliquomodo realis est distingui aliquomodo realiter à principiato. Sed inter prædicata Dei absoluta repugnat ex Fide, & ex ratione distinctio pluſquam virtualis, seu Scotica: ergo præcisiùs ab his, repugnat inter ipsa Principii ratio aliquomodo realis. Omnia bene descendunt ex antecedente: quod ex *Philosophia*, & *Theologia* videtur omninò certum. Ex *Philosophia*: quia ratio principii imbibit ordinem principii, & termini, initii, & finis. Tùm etiam quia ratio principii ex se primariò tendit ad multiplicationem entium supra se. Tùm demùm quia nõ esset, unde ab effectibus posset demonstrari existentia primæ Causæ. Ex *Theologia*: quia in hoc principio nititur ratio tuendi Fidem Trinitatis cõtra Sabellianos, *ut suprà* notavi.

Suprà nn. 11.

16 Quarta Conclusio: ex solâ hypothesi distinctionis, & productionis virtualis inter Intellectivum, & intellectionem Dei, nequit in Deo statui Actus primus intelligendi simpliciter realis, & propriè talis. Est contra Thomistas nonnullos, quibus præluxit Godoy. Ostenditur. Principium, eo modo quo opponitur, & principiat terminum, principium est: ergo si solùm secundùm quid, & cum addito diminuente opponitur, & principiat, nequit esse principiu simpliciter, & propriè tale. Atqui in suppositione, quæ loquimur Intellectivum unicè opponeretur, & principiaret intellectionem secundum quid, & cum addito virtualiter: ergo in ea suppositione nequit intellectivum dici actus Primus simpliciter realis, & propriè talis. Omnia constant ex primo antecedente, quod ex terminis certum esse debet: qualitas enim Principii colligenda est ex modo quo se habet ad terminum, eumque producit. Videatur Ribadeneyra *disp. 2. de Scientia Dei à num. 55.*

Godoy, & Thomistæ.

Ribaden.

17 Objicies primò: contra *primam Conclusionem*. De ratione principii physici non est distingui realiter à termino suo: ergo licet intellectivum Dei non distinguatur realiter ab Intellectione, potest exercere vices Principii physici. Antecedens probatur primò: quia in Divinis Pater habet realem potentiam physicam ad generationem: quæ generatio est realiter identificata cum ipso. Secundò: quia Intellectio Patris Æterni est Principium *quo* productivum Filii: & tamen ea intellectio realiter identificatur cum ipso Filio. Tertiò: quia saltem Divinus intellectus est reale principium communicativum Intellectionis secum identificatæ. Quartò: quia Humanitas Christi Domini est Principium physicè reproductivum sui, in Eucharistiâ, juxta opinionem satis communem. Quinto demum, & à priori: quia nõ dicit majorem oppositionem relativam Actus primus realis ad secundum, quàm Intelligens ad intellectionem; & intellectio ab objectum: sed hæc oppositio relativa stat sine reali distinctione: ergo similiter illa.

18 Respondetur: Nego antecedens, de Principio physicè productivo, quode loquimur. Ad primã probationẽ, Pater Æternus non est Principium physicum Generationis activæ, ab ipso indistinctæ, sed Passivæ, identificatæ cum Filio, & distinctæ realiter à Patre. Ad secundam, nego similiter, quod assumitur: Principium enim *quo* producitivum Filii consistit in Relativo: quippe repugnat aliquid sui ipsius physicè productivum: quare Principium *Quo* Filii solùm potest esse Paternitas ab eo distincta. Ad tertiam concessõ, quod assumitur, nego quod infertur. Nam Principium communicativum non debet producere formam, quam communicat: unde nec debet ab ea distingui. Sed de his in *Tract. de Trinit.* Ad quartam, nego similiter eam doctrinam de productione, aut reproductione sui ipsius, tamquam oppositam veræ Philosophiæ, & Principiis nostræ Fidei. Ad quintam, nego majorem. Nam relatio & oppositio inter Actum primum, & secundum physicum est relatio producentis, & producti, atque adeò impræscindibilis à reali distinctione: at Intelligentis ad intellectionem, & Intellectionis

Latè in Tract. de Trinitate.

In 1. 2. tract. de Actib.

ctionis ad objectum, solùm est respectus *secundum dici*, & *purè intentionalis*, consistens in vi perceptivâ, seu expressivâ alicujus: quæ ratio nullam distinctionem importat, ut patet in Cognitionibus reflexis supra se: *quales* ego omnes puto.

19 Objicies secundò contra *eandem*: Deus verè, realiter, & propriè intelligit: ergo verè, realiter, & propriè potest intelligere: ergo habet veram, realem, & propriam potentiam intelligendi. Patent consequentiæ: sunt enim ab actu ad posse. Confirmatur primò: Deus realiter vivit, sicut & intelligit realiter per Intellectionem: sed vivere est physicè agere, seu operari immanenter: ergo Deus physicè agit per Intellectionem. Confirmatur secundò: in Deo datur reale, & formale exercitium intelligendi, & volendi: ergo & datur Potentia quæ se realiter formaliter exercet. Confirmatur tertiò: Deus prout intelligens est magis operans, quam prout æternus: ergo strictiori sensu debet in Deo dari potentia ad intellectionem, quàm ad æternitatem; sed ad istam etiam datur potia logica: ergo datur ad illam pluſquam logica. Confirmatur quartò: Repugnat actus secundus Intelligendi, sine actu primo; sed in Deo datur Actus secundus intelligendi propriè, & verè: ergo & Actus primus. Cõfirmatur quintò: Capacitas intelligendi, quæ datur in Deo, pertinet ad lineam Intellectualitatis; sed non tanquam actualis intellectio: ergo tanquam potentia ad ipsam: ergo.

20 Respondetur. Ad argumentũ, concesso antecedente: distinguo consequens: potentia physica, nego: logica, concedo consequentiam: sicut ex *esse Deum* infertur *posse*; & ex *existere*, *posse existere*: Itaque ex *actu* consequentia valet ad *posse*, non physicum, sed logicum. Ad primam confirmationẽ Nego minorẽ de omni vivere: fallit in his, & similibus adhæsio nostrarum apprehensionum ad modum imperfectum vivendi nostrum: ultra quem elevanda mens est, cum de *Elevatissimo* Entium loquimur. Ad secundam dico, dari in Deo reale exercitium intelligendi per modum purissimi actus; non verò per modum actus secundi physici. Ad tertiam distinguo antecedens: est magis operans physicè, & *secundum esse*, nego: *secundum dici*, grammaticaliter, & analogicè ad Creaturas, concedo antecedens, & nego consequentiam. Ad quartam nego minorem: Exercitium enim intelligendi non est in Deo per modum actûs secundi, sed per modum actus purissimi, & actualissimi; omninò quidem à se. Ad quintam Distinguo minorem: ex modo cõcipiendi, concedo minorem: in se & ex parte objecti, nego minorem, & consequentiã de potentiâ pluſquam logicâ.

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

21 Objicies tertiò, & contra *secundam Conclusionem* primò ex Patre Quiròs: Ad rationem Principii physici sufficit esse id quod operatur physicè, quamvis sit indistinctum ab ipsa operatione; ut patet in Æterno Patre: ergo ad rationem Principii realis intẽtionalis sufficit esse id quod operatur intentionaliter, quamvis indistinctum sit ab operatione. Sed Deus, prout intelligens, est id quod operatur intentionaliter: ergo quidquid sit de distinctione intellectionis ab intellectivo, datur in Deo principium reale intentionale intelligendi.

Ex Patre Quiròs.

22 Confirmatur primò: si Deus secum identificaret productionem physicam creaturarum, esset earum principium physicum: ergo licèt Deus secum identificet Intellectionem, est principium reale intentionale ipsius. Patet consequentia: quia ideò antecedens est verum, quia tunc productio physica esset id quo Deus physicè produceret; & ipse Deus id quod produceret: sed etiam Deus est id quod intelligit per intellectionem: ergo. Confirmatur secundò: Non magis est de ratione principii Productio, quàm distinctio; at datur reale principium intentionale sine productione intellectionis. V. g. casu quo Deus Intellectui creato cognitionem infunderet: ergo & dari potest sine distinctione.

23 Respondetur. Ad argumentũ, concesso antecedente, transeat consequens: licèt enim demus Adversariis usurpationem, quam sibi fingunt, Principii intentionalis: (legitimam nos *suprà* dedimus *nn. 12. & 13.*) solùm infertur: quod sicut Principium identificans secum activam processionem, non habet rationem Principii physici respectu identificatæ processionis, sed respectu termini producti, & procedentis: ita in casu nostro Principium intentionale, non habebit rationem intentionalis principii respectu intellectionis identificatæ, sed respectu termini intentionali-

Suprà nn. 12. & 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In prima par tract. 1. de Deo sciente.

naliter operati, quod objectum est: id autem extra quæstionem est. Patet exinde ad primam confirmationē. Ad secundam concessā majori, distinguo minorem: datur reale principium intentionale ipsius intellectionis, nego: ipsius objecti, circa quod perceptivè versatur, transeat. Quid ad nos?

Ex eodem

24 Objicies quartò, & contra *eandem* secundò ex eodem Authore: Ea proprietate, qua datur vera operatio in aliquo supposito, si suppositum per ipsam operatur, est principium taliter operandi: sed Intellectio est operatio intentionalis: ergo Deus per ipsam operans, est principium intentionaliter operandi. Major est evidens. Minor patet ex conceptu vitæ: quia vivere est operari, & habere ab intrinseco, & immanenter operationē, aliquam: id autem negari Deo nequit, sicut nequit & Vivere. Confirmatur. Datur in Deo verus actus Intentionalis: ergo & vera Potentia Intentionalis. Consequentia patet ex actu ad posse. Sed hæc Potentia non est logica. Primò: quia Potentia logica non est intentionalis, sed physica: Secundò: quia Potentia logica non est potentia operandi, sed essendi. Tertiò: quia Potentia logica non est ad aliud, sed præcisa possibilitas sui. Hæc multis exaggerat Pater Quirós *disp. 35. sect. 3. a nu. 18. adusque 22.*

Latè exaggerante.

25 Respondetur. Ad argumentū: ex primo toto Syllogismo, (quod transmitto) solum infertur in Deo esse Principium intentionaliter operandi objectum: quod ab re præsenti est: id enim est unicè Deū ipsa esse cognoscitivum. Ad illud de cōceptu vitæ (quo maximè fidunt Adversarii) jam dixi *supra*. Addo nunc, primò: præter voces nihil ab Adversariis dici posse, plusquam à nobis dicitur. Secundò: *Vivere* etiam in Deo appellari operationem, grammaticaliter, & analogicè ad Creaturas. Tertiò: Deum vivere, quia se exercet per simplicem immanentiam: habet enim constitutivè, & ab intrinseco, citra positivam egressionem, seu negativè, intellectionem, per modum purissimi actūs. Ad confirmationē, concesso antecedente, distinguo consequens: respectu objecti, transeat: respectu intellectionis, nego: Soli enim est respectu Intellectionis Potentia logica: quæ cùm sit respectu operationis intentionalis est metaphysicè

Supra nu. 20.

potentia essendi operationem intentionalem objecti. Vide *supra à nu. 14 & nu. 20.*

Supra ibid. & à nu. 14.

26 Objicies quintò, & contra *tertiam Conclusionem* primò: Nam ex *Rhemensi* non solùm datur in Deo id *quo* est Sapiens, sed id *quod* est Sapiens: ergo non solùm datur Intellectio, sed Capacitas intelligendi per modum Actūs primi. Illustratur argumentum primò: Præscindi potest ab intelligente Creato, & Increato ratio Intelligentis; sed hæc ratio ita propria est Intelligentis Creati, ut non conveniat creatæ Intellectioni, ut patet: ergo datur in Deo ratio intelligentis ita propria intelligentis creati, seu actūs primi, ut nullo modo conveniat intellectioni creatæ, seu actui secundo. Sed hæc ratio est Capacitas perceptiva, per modum potentiæ plusquam logicæ. Probatur hæc minor: & illustratur argumentum secundò: In Intellectione creatâ datur ratio repræsentationis, & expressionis, & potentia logica ad esse repræsentationem, & expressionem: sed in Deo datur ratio non communis intellectioni creatæ: ergo datur ratio potentiæ plusquam logicæ ad esse repræsentationem, & expressionem: ergo ea capacitas perceptiva est in Deo per modum potentiæ plusquam logicæ: ergo.

Ex Rhemensi.

27 Respondetur. Mens Concilii Rhemensis est, non esse in Deo Intellectionem accidentaliter advenientem, sed Deum esse substantiam seipsā intelligentem. Vnde ad Concilii mentem impertinet, an ea Capacitas perceptiva habeat in Deo munus aliud, quam puræ potentiæ logicæ. Nego igitur consequentiam. Ad primam confirmationem concesso primò Syllogismo, nego minorem subjunctam. Nam Ratio Intelligētis præcisim accepta à creato, & ab Increato, estò dicat capacitatem intelligendi, quæ nō convenit Intellectioni creatæ, præscindit etiam, an ea capacitas sit per modum potentiæ logicæ, aut per modum potentiæ plusquam logicæ. Contracta ad creatum Intelligens, importat capacitatem per modum potentiæ physicæ, ex necessitate productionis, & informabilitatis. Contracta verò ad Increatū, unicè dicit capacitatem per modum potentiæ logicæ. Nam, cùm Intellectio Divina, utpote substantialis, completa, & ens à se, non solùm sit Intellectio, sed intelligens: eòipsò quòd non repugnet Deum esse eam intellectionem, potest

Ejus mens

Deus

Deus intelligens esse. Inde, Ad secundam confirmationem, concessis præmissis, negetur duplex consequentia: & videatur Ribadeneyra optimè super his discurrens *disp. 2. cap. 3. à nu. 36.*

Ribaden.

28 Objicies sextò, & *contra eandem* secundò: Intellectio creata secundùm se, non continet in suo conceptu totam perfectionem intellectivi: ergo si Divinum Intelligens unicè dicit perfectionem intellectivi, in intellectione creatâ, contentam, non dicit totam perfectionem Intellectivi. Ergo ut in Deo sit tota perfectio intellectivi, dari debet ratio intellectivi repugnans Intellectioni creatæ, seu actui secundo, & propria actūs primi. Confirmatur primò: In subsistente Divino absoluto non solùm datur ratio subsistentiæ, respondens creatæ subsistentiæ, sed etiam ratio maximè propria Naturæ: ergo similiter in Intelligente Divino non solùm datur ratio respondens Intellectioni creatæ, sed ratio maximè propria creati Intellectivi: ergo. Confirmatur secundò: respectu veritatis contingentis non solùm est in Deo ratio expressionis, & repræsentationis, sed etiam ratio capacitatis perceptivę, propria intellectivi creati: ergo & respectu veritatis necessariæ. Antecedens patet: nam expressio est prædicatum Deo contingens: capacitas, necessarium. Consequentia probatur: Vel cognitio veritatis necessariæ dicit aliquid præter conceptum expressionis, vel non? Si secundum: ergo datur in Deo condistincta capacitas. Si primum: ergo illud aliquid est capacitas intelligendi, quā de loquimur: ergo.

29 Respondetur. Ad argumentum, concesso entymemate, nego consequentiam, quā parte contendit, eam perfectionem, quæ in Deo est, & quę repugnat actui secundo creato, esse propriam actūs primi: solùm enim est perfectio, quæ, si præcisè sumatur sub hac expressione *Capacitas intelligendi*, præscindit ex conceptu suo ab imperfectionibus Actūs primi creati: ut *nuper* dixi. Ad primam confirmationem permisso antecedentis assumpto (quod ostendi falsum *in Tract. de Trinit.*) distinguo ipsum antecedens: ratio maximè propria naturæ, præscindentis à capacitate subsistendi per modum potentiæ plusquam logicæ, concedo: eam capacitatem imbibentis nego antecedens: & sub

Nuper nu. 27.

Aranda de Deo.

eisdem terminis distinguendum est consequens. Ad secundam confirmationē transmisso antecedente, de quo *sect. 5.* negetur consequentia: nam licet intellectio Divina veritatis necessariæ dicat in se substantiam intelligentem non solùm realiter, sed etiam virtualiter identificatam cum intellectione, atque adeò capacitatem intelligendi, nunquam aut nusquam ostendi potest eam capacitatem aliud habere munus potentiæ, præterquam logicæ.

In primā par tract. 1. de Deo sciente. Inf. sect. 5. à n. 74.

30 Objicies septimò, & contra *quartam Conclusionem* primò ex Godoy *operosè* disputante *disp. 24. §. 5.* Datur in Deo cum omni proprietate actualis Intellectio, citra realem egressionem, & receptionem: ergo & datur cum omni proprietate Potentia Intellectiva plusquam logica, citra vim realiter elicitivam, & receptivam. Consequentia urgetur à pari. Intellectio creata non minùs dicit realem egressionem, & receptionem, quàm Potentia intellectiva, vim realiter elicitivam & receptivam: sed sine illis salvatur in Deo proprietas realiter vivendi, & intelligendi: ergo sine his salvari potest proprietas potentiæ realis. Confirmatur: Datur in Deo, respectu Attributorum, Naturæ ratio cum omni proprietate, citra realem emanationem, & receptionem: quidni ergo detur Potentiæ intellectivæ ratio cum omni proprietate citra vim realiter elicitivam, & receptivam? *Infirma* sunt hęc ad honestandum recessum à manifestā Sententiā Sancti Thomæ, qualis est Nostra

Ex Godoy.

1. S. Thomæ part. quæst. 41. art. 4. ad 3.

31 Respondetur. Concesso antecedente, nego consequentiā. Ad probationē permissā majori, & concessā minori, nego etiam consequentiam. Ratio est: quia Intellectio creata, ex conceptu intellectionis non importat egressionem, aut receptionem: & sine ipsis salvatur tota perfectio Intellectionis: at Potentia plusquam logica importat constitutivè distinctionem congenerem ab actu secundo, & vim influxivam in ipsum: unde sine his salvari nequit realis Potentiæ ratio. Quorum ulterior ratio est: quia nomine Intellectionis, unicè venit ratio formalis manifestandi aliquid substantiæ cui non repugnat illud ipsum manifestari. At nomine Potentiæ plusquam logicæ necessariò venit fœcunditas quædam ad terminum, seu vis rerum multiplicativa supra se per ter-

mini

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

mini positionem : qui conceptus necessariò distinctionem importat ejusdem lineæ, cujus Potentia est. Ad confirmationem: dupliciter Natura sumitur: primò: quoad conceptum Radicis, juxta Arist. *Aristot. 2. phys.* Secundò: quoad conceptum quidditatis sufficiens ad rei Constitutionem, seu Essentiæ Metaphysicæ. Priori modo non est in Deo Natura, cum omni proprietate, ut assumit sine probatione Godoy: benè verò, modo posteriori: quid verò inde in nos?

Godoy.

32 Objicies octavò, & contra eadem *quartam Conclusionem* secundò Distinctio virtualis sufficit salvare oppositionem realem contradictoriâ inter formalitates realiter identificatas: ergo sufficit etiam salvare oppositionem realem relationis producentis, & producti inter formalitates realiter identificatas: ergo cum solâ distinctione Virtuali inter Intellectivum, & Intellectionem dari potest ratio principii realis, & actûs primi. Consequentia secûda bene sequitur. Antecedens est inter Modernos certum: & probatur consequentia prima: primò: quia major est oppositio contradictionis, quàm oppositio realis: ea enim est oppositionum maxima. Secundò: non majorem distinctionem exigit negatio à prædicato negato, quàm potentia productiva à termino producto; sed potest salvari per distinctionem virtualem identitas realis negationis, & prædicati negati: ergo & identitas producentis, & producti.

33 Respondetur, argumentum niti acceptione Distinctionis Virtualis valde alienâ, & omninò falsâ, ut *Sæpè* inculcavi, & dixi. Distinctio virtualis non importat alieitatem intrinsecam inter eas formalitates, quæ dicuntur virtualiter distinguisic enim distinctio foret reipsâ formalis, aut Schotica. Vnde inter ipsas formalitates identificatas nulla oppositio intrinseca, & immediata intervenit: quanto minùs negatio, & identitas prædicati negati? Quare nego antecedens quod probari video concludenter: & infero distinctionem virtualem omnino importare, & imbibere mediatam realem distinctionê, seu realem distinctionem in tertio, videlicet immediatam distinctionem realem negationis, & prædicati negati: quæ tamen, ob eminentiam entis, identificari tertiæ formalitati possint, licèt inter se distincta realiter. Sed de his *alibi*, & *infra* uberiùs.

Infra disp. 2. à n. 148. & mox à n. 36. adusque 42.

34 Addendum tamen reor, nequem species argumenti incautum fallat, hac arguendi formâ Trinitatis Mysteriû impeti: Nâ conari possent Sabelliani Producês & Productum per solam Virtualem Distinctionem posse componi. Quare inter Oppositionem contradictoriam *Produci, & non produci*: & inter Relativam, Producere, & Produci, magna disparitas est, ut illa possit Distinctionis Virtualis ope componi; & hæc, non possit. Disparitas igitur est: quia *Productio Realis* importat *ex terminis* realem immediatam distinctionem: non verò *Produci, & non produci*. Illud patet: quia *Producere realiter* (ut *infrà* premam) est augere physicè res supra Virtutem Principii: quæ veritas sine immediatâ pluralitate concipi nequit. At *Produci, & non produci* solùm est verificatio Prædicatorum aliàs contradicentium: quæ verificatio est quasi effectus secundarius Realis distinctionis, sine primario, (id est, reali distinctione immediata,) possibilis: si nempe, res de quâ verificatur, ratione suæ perfectionis possit sine primario effectu distinctionis realis, gaudere virtute æquivalenti: qualem in Deo concederes nos cogit Fides, & suadet Infinitudo.

SECTIO III.

EXCLVDITVR A DEO ACTVS PRIMVS intrinseci Virtualis intelligendi.

35 ARgumentor primò, & specialiter respectu Intellectionis necessariæ, quâ de nunc loquimur. Repugnat inter Intellectivum, & intellectionem ratio Actus primi, & secundi, in eo genere in quo repugnat inter ipsa distinctio; atqui inter Intellectivum, & Intellectionem Dei repugnat Virtualis intrinseca distinctio: ergo & ratio actûs primi, & secundi intrinsecè virtualis est ergo. Syllogismus legitimus est: & major evidens: nam conceptus Actûs primi est respectivus: atque adeò distinctionem importat in eâ lineâ, in quâ Actus primus exerceat.

36 Minor ostenditur primò: quia Virtualis intrinseca Distinctio: nempe capacitas componendi cum perfectâ identitate prædicata contradictoria, poni nó potest nisi

Legitimus Sensus distinctionis virtualis.

nisi docente Fide, vel cogente ratione naturali: atqui nec Fides docet, neque cogit ratio naturalis in præsenti: ergo poni in præsenti nequit Virtualis intrinseca distinctio. Minor, argumentorum solutione constabit. Major patet: tùm ex difficultate talis distinctionis; tùm ex prærogativâ Divinæ simplicitatis: Secundò: quia nequit poni distinctio virtualis, ubi nulla assignari contradictoria possunt, quæ verificet: ut vna formalitas possit dici distincta virtualiter ab altera: sed inter Intellectivum, & intellectionem Dei necessariam, nulla possunt assignari contradictoria, ut unum sit virtualiter distinctum ab altera: ergo. Tertiò & potissimùm: quia distinctio virtualis imbibit necessariò realem distinctionem in *tertio*, id est, realem discrepantiam in aliquo prædicato, quod ex formalitatibus virtualiter distinctis, uni realiter identifices, & realiter distinguas ab alterâ; atqui inter Intellectivum, & intellectionem necessariam Dei repugnat hæc realis distinctio, & discrepantia: ergo & virtualis intrinseca distinctio. Minor est certa: & major *jamdiu* mihi vera ex Antonio Perez, Esparza, Quirós, Ribadeneyra, Haulnoldo, & Thyrso: de quâ nonnulla dabo *disp. seqq. à nu.* 148.

Exponitur:

Ant. Per. Esparça. Quirós. Ribaden. Haulnold. R. P. N. Thyrsus.

37 Firmatur interim, & illustratur hæc ratio primò: Inter Prædicata mutuò, & adæquatè convertibilia; seu identificata realiter, omninò repugnat virtualis intrinseca distinctio; sed Intellectivum, & intellectio necessaria Dei sunt prædicata mutuò, & adæquatè convertibilia, seu identificata realiter: ergo repugnat inter Intellectivum, & Intellectionem necessariam Dei, virtualis intrinseca distinctio: ergo &c. Consequentiæ bene sequuntur. Minor est certa: & ostenditur major: Ad distinctionem virtualem intrinsecam, formaliter requiritur effectus secundarius maximè proprius distinctionis realis: nempè quòd possit aliquid affirmari de unâ entitate; idemque possit verè negari de eadem: hæc est communis omnium explicatio: sed eoipso reperiri non potest inter extrema mutuò, & adæquatè convertibilia: quod ostendo breviter sic: Nam vel illa entitas dicit aliquid de quo verè neges oppositum, vel non? Si secundum: negas id ipsum quod explicando distinctionem concessisti. Si primum: ergo illud quod verè negas, non est adæquatè conver

Et illustratur. Primò.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Secundò.

tibile cum ipsô de quo negas. Nam Negatio formalis verificari nequit sine objecti vâ negatione: nec hæc invenitur sine distinctione reali.

38 Firmatur secundò contra communes evasiones: & arguo sic: Vt Intellectivû, & Intellectio necessaria Dei negentur ad invicem virtualiter interse, debet assignari prædicatum, quod de eorum altero plus negetur, quàm ipsa negantur interse. Explico propositionem: postea probaturus: *dicis*, intellectivum distingui virtualiter ab Intellectione. *Pero* cur ita sit? *Respondes*: quia aliquid convenit Intellectivo, quod non convenit Intellectioni. *Assero* igitur: hoc aliquid, quod de Intellectivo dicitur, & negatur de intellectione, magis intimè affirmari debere de extremo de quo dicitur, quàm Intellectio, & intellectivum, magisque negari debere de extremo de quo negatur, quàm prima negentur interse. Atqui repugnat quòd prædicatum aliquod absolutum negetur plusquam virtualiter de Intellectivo, & intellectione necessaria Dei: ergo repugnat, quòd Intellectivum, & Intellectio negêtur virtualiter adinvicem interse: ergo &c.

Nota bene

39 Major, in quâ est difficultas, ostenditur: primò: distinctio Virtualis inter absoluta, & relativa sic se habet: inde ergo sumenda est intelligentia distinctionis virtualis, unde nota est. Secundò: Nam propter aliquid distinguis Intellectivum, & Intellectionem virtualiter. Quod est hoc aliquid? *Dicis*: convenire virtualiter uni, quod alteri virtualiter non convenit. Contra: quia hoc est dicere; distingui virtualiter, quia unum virtualiter non est quod est aliud: quod præterquàm quòd est otiosu, & ipsa quæstio; recidit in interrogationem eandem: quid nempè habeat unum intrinserè, & ex parte rei præ alio, cur virtualiter neganda mutuò sint, & unum virtualiter non sit aliud? Tertiò: quia *negatio solius identitatis virtualis* nequit esse distinctionis *effectus maximè proprius*: sed ad virtualem distinctionem requiritur effectus maximè proprius realis distinctionis quoad aliquod prædicatum: ergo requiritur quoad ipsum prædicatum vi cujus, vel in ordine ad quod aliqua virtualiter distinguantur, major negatio quàm negatio solius identitatis virtualis: ergo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Viterius explicatur.

40 Argumentor secundò: Repugnat prædicatum existere diminutè, & virtualiter, nisi in via alterius exercitè, & formaliter existentis; quod nempe sufficiat ad formalem verificationem existentiæ virtualis alterius: sed repugnat in Deo formaliter, & exercitè prædicatum, vi cujus sufficienter constituj possit in ipso Deo virtualiter Actus primus Intelligendi, seu virtualis actus primus intrinsecè, ex parte rei: ergo repugnat in Deo actus primus Intelligendi intrinsecè virtualis. Major est evidens, ab *inductione*, & à *ratione*: à *ratione*: quia repugnat in terminis, quod aliquid existat, & nihil sit formaliter, & in se. Ab *inductione*: nam si Omnipotentia est virtualiter esse Creaturarum, id habet per formalem virtutem productivam earum: si aurum est æquivalenter argentum; id habet per formalem valorem intrinsecum: si distinctio virtualis est æquivalenter realis distinctio, id habet per formalem vim componendi prædicata contradictoria. Minor autem probatur: tùm ab impossibilitate assignandi tale prædicatum formale sufficiens. Tùm quia, ut detur virtualiter actus primus debet assignari formaliter aliquid maximè proprium Actûs primi physici & realis: quid hoc erit? Expectandum erit, ut impugnemus.

An dicat immediatam alietatem?

41 Argumentor tertiò: Distinctio purè virtualis, id est, condistincta ab Schoticâ, & actuali, est insufficiens ad rationem actûs primi, & secundi: sed inter Intellectivum, & Intellectionem Dei, ad summum non est major distinctio quàm ea purè virtualis, ut modò supponimus: ergo neque datur ratio actûs primi, & secundi. Major, in quâ est difficultas, suadetur: nam ad rationem actûs primi, & secundi necessaria est distinctio, quæ faciat intrinsecam pluralitatem, & alietatem in prædicatis immediatis: Sed distinctio purè virtualis nullam facit: ergo insufficiens ea est. In hoc Syllogismo est tota vis. Major mihi est vera: quia *transitus*, & *productio* necessariò imbibunt intrinsecam oppositionem, & alietatem, eo modo quo sunt: *transitus* enim sui ad se, & productio sui à se, repugnat ex ipsis terminis: requiritur ergo ad transitum, & productionem intrinseca alietas, & pluralitas: neque video, quomodo possit esse independenter ab intellectu intrinseca pluralitas, & alietas, sine actuali exclusione.

42 Minor Syllogismi proximi probatur: Tùm quia Mera æquivalentia ad aliquid non est formaliter ipsum aliquid: sed distinctio purè virtualis est mera æquivalentia ad actualem distinctionem: ergo. At sine actuali distinctione repugnat intrinseca & immediata alietas: ergo. Minor subsumpta, præterquàm ex terminis mihi patet, urgetur: nam immediata intrinseca alietas dicit unum, & aliud independenter ab intellectu; sed unum & aliud independèter ab intellectu stare nequit sine actuali exclusione: ergo. Tùm etiam: quia nequit inter Naturam, & Paternitatem v.g. admitti genus distinctionis alienativum identitatis inter utramque summæ; sicut inter Paternitatem & Filiationem nequit admitti genus immediatæ identitatis alienativum distinctionis immediatæ inter utramque: ergo nec minor simplicitas nec identitas potest admitti independenter ab intellectu inter Paternitatem, & Naturam, quàm inter Paternitatem, & ipsam Paternitatem. Sed intrinseca & immediata alietas est alienativa identitatis summæ: ergo distinctio virtualis nullam importat alietatem intrinsecam in prædicatis immediatis.

43 Objicies primò: Intellectus, & intellectio sunt in creatis Actus primus, & secundus realis: ergo in Deo virtualis. Probatur consequentia: primò: quia ad actum primum, & secundum virtualem sufficit æquivalentia ad actum primum & secundum realem. Secundò: quia quæ in nobis realiter distinguuntur, distinguuntur virtualiter in Deo: datur enim eoipso in Deo perfectio æquivalens rebus realiter distinctis. Tertiò: quia æquivalentia Actui primo, & secundo realibus quoad munera propria Actûs primi realis, & secundi nequit non esse Actus primus, & secundus virtualis; sed in Deo datur hæc æquivalentia: quod ostenditur: nam munera propria Actûs primi realis sunt, percipere ut *quod*: munus verò actûs secundi realis est exprimere objectum, ut *quo*: sed hæc munera formaliter reperiuntur in Deo, citra realem distinctionem: ergo. Quartò: quia Intellectio Divina, utpote expressio objecti, alicui exprimit objectum: non alteri, quàm intellectui: ergo exprimit Intellectui: sed hic conceptus exprimendi objectum alicui est conceptus respectivus, atque adeò distinctivus: ergo inter intellectum & intellectionem Dei intervenit aliqua distinctio: non realis formalis: ergo virtualis. Leve argumentum: quod tamen delusit innumeros.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

44 Respondetur. Concesso antecedente, nego consequentiam. Similiter enim inferri possent in Deo cum hoc addito *virtua iter*, materia, forma, accidens Corpus, Canities, & aliæ puerilis Theologiæ quisquiliæ. Ad primam probationē, negetur assumptum: non enim quælibet æquivalentia ad actum primum, & secundum sufficit ad actum primum, & secundum virtualem, sed ea, quæ per munera propria actûs primi, & secundi realis componat prædicata contradictoria: cæteræ enim æquivalentiæ purè sufficiunt ad distinctionē rationis extrinsecam. Ad secundam negetur etiam assumptum, evidenter falsum: quot enim sunt distincta realiter in nobis, quæ in Deo virtualiter distincta non sunt? & ratio est: quia distinctio virtualis non est utcumque æquivalentia rebus realiter distinctis, sed earum distinctioni per formalem susceptionem prædicatorum contradicentium.

45 Ad tertiam negetur minor, ejusque probatio: nam munus speciale actûs primi realis est exprimere *id quod* per realem influxum, seu per modum potentiæ plusquam Logicæ. Ad quartam dico illum respectū solùm appellari respectum *secundum dici*, sicut respectus identitatis: unde Divina Intellectio, utpote Intellectio substantialis, & intelligens exprimit objectum alicui, non quidem distincto, sed identificato, idest, sibi ipsi: sicut licèt intellectio sit alicujus expressio, non opus est ut sit expressio alicujus distincti, sed sui ipsius.

46 Objicies secundò: Capacitati intelligendi Divinæ, & Intellectioni etiam necessariæ Dei competunt prædicata contradictoria: ergo & virtualis distinctio: ergo & ratio actûs primi & secundi intrinsecè virtualis. Probatur antecedens. Primò: quia ratione capacitatis ad intelligendum non intelligit actualiter Deus: intelligit autem ratione intellectionis. Secundò: quia hæc causalis est vera: Deus potest intelligere, quia intelligit: non verò econtra. Tertiò: quia Intellectus Dei est principium Filii; non verò intellectio. Quartò: quia Verbum procedere dicitur per Intellectionem, seu ex Intellectione: non verò per Intellectum, aut ex intellectu. Quintò: quia Intellectioni non repugnat contingentia ex cōceptu intellectionis: alioquin nulla intellectio foret contingens: Capacitati verò intelligendi repugnat contingentia ex ipso conceptu Capacitatis intellectivę: ergo.

47 Respondetur. Nego antecedens. Ad primam probationem negetur assumptum, sumptis formalitatibus ex parte rei, & objecti: quidquid sit de nostro modo concipiendi per diversas expressiones nunc comparante Deum cum intellectu nostro; nunc cum nostra intellectione. Ad secundam nego similiter assumptum, præterquàm ex ipso nostro modo concipiendi. Nam secundum se æquè Deo est intelligendi ratio, posse intelligere, ac intellectio. Ad tertiam, & quartam dico Verbum æquè ex intellectu procedere, ac ex Intellectione: & æquè Intellectionē, ac Intellectum esse Principium Filii, sensu quo hæc usurpari solent à Theologis *in tract. de Trinit.* ut videre est *ibi* apud Montoyam *disp.* 2. & *ibi* etiam docuimus. Ad quintam dico, eo discurrendi generè probandam ubique virtualem distinctionem: nam homini ex conceptu animalis non repugnat identitas cum Leone: repugnat ex conceptu Rationalis. Itaque Distinguo majorem: non repugnat contingentia ex conceptu Intellectionis, ut est in se; nego: ut abstractè subest conceptibus nostris, concedo: est dicere: Intellectionem necessariam, genericè expressam sub hac expressione *Intellectio*, quā confunditur cum intellectionibus etiam contingētibus, utique non exprimi, expressione repugnantis contingentiæ: quid inde ad rem præsentem?

Montoya, & Author in tract. de Trinit. disp. 4. Latè.

48 Objicies tertiò: ex Patre Matthiâ Borrull *disp. 4. de Attrib. & primâ de Voluntate*: Intellectio est Operatio procedens, ut proprietas à Natura, quæ est capacitas intelligendi: sed non realiter: ergo virtualiter tanquam actus secundus virtualis à Primo. Major probatur primò *ex Synodo sexta act.* 18. dicente, quod *in Christo quemadmodum duas Naturas, ita & duas voluntates naturales, & duas naturales operationis agnoscimus*: has postea vocat Synodus ipsa, *Proprietates Naturarum*, & subdit: *Duas Operationes Communi-*

P. Borrull

Sexta Synodus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

muniter, & indivisivè procedentes prædicamus: ergo ex mente Concilii Volitio, & Intellectio Dei, sunt *Operationes*, & *Proprietates*, & *Procedentes*. Hæc eo conatu promovet prædictus Author, ut ex eo textu distinguendas putet realiter ab Animâ Potentias, Intellectum, & Voluntatem Secundò: quia Intellectio est perfectio positivè vitalis: ergo est perfectio positivè ab intrinseco habita: ergo est positivè procedens ab intellectu: ergo saltem virtualiter ab ipso distincta.

Scopus, & Mens Sextæ Synodi.

49 Respondetur. Mens Concilii satis est clara: intendit in Christo duplicem operationem Divinam, & humanam, sicut & duplicem voluntatem, & duplicem Naturam. Vtitur ad hæc vocibus propriis Scholæ: ubi Voluntas dicitur Proprietas Naturæ, & procedens ab ipsâ; & vitale exercitium dicitur operatio, quâ se vivens exercet. His terminis usa Synodus est, intenta realitati duarum naturarum, duarum Voluntatum, & duplicis vitæ impermixtim exercitæ in Christo: quid autem ad Concilii Scopum, aut mentem facit quòd eæ voluntates reverà procederent, vel non procederent à suis unaquæque naturis? quòd ea exercitia Vitæ essent aut non essent reales operationes?

Ex mente P. Suarez.

50 *Actus vitales* rectè vocavit Synodus *Operationes*, tùm ex stylo Scholæ, tùm quia ut habet optimè Doctor Eximius, *tom. 1. in 1. p. lib. 3. nu. 12.* Vivere dicitur *operari*, præcisim à distinctione inter Operationem, & operantem, quia est genus nobilissimi exercitii. Rectè vocavit etiam voluntates, *proprietates Naturarum*, sivè ratione inseparabilitatis, sive ratione constitutionis. Rectè demum eas operationes *procedentes* dixit, præscindendo an realiter, an purè analogicè, nempe juxta conditionem operationis. Rem Synodus intendit, non voces: quas, expositas eas quidem variis sensibus juxta materiam subjectam, accepit ex Scholis. Negetur ergo major. Ad primam probationem patet ex modò dictis Concilii mens longè ab Scopo præsentis controversiæ.

Suprà à nu. 20. & 25.

Ad secundam patet ex *nu.* 20. & 25.

SECTIO IV.

EXCLVDITVR, ETIAM ADMISSA INter Capacitatem intelligendi, & Intellectionem Dei Virtuali distinctione, ratio Principii Virtualis.

Suprà nu. 33. & à nu. 41.

51 ET primò quidem ex dictis à *num.* 33. & 41. arguo sic: quia imperceptibile est, quòd ex parte rei aliquomodò una formalitas fluat, succedat, & emanet ab aliâ, & intelligatur prius possibilis, quam existens, sine actuali pluralitate inter utramque: sed ratio principii virtualis stare nequit quin una formalitas fluat, succedat, & intelligatur prius possibilis, quam existens: ergo stare nequit sine actuali pluralitate. Atqui virtualis distinctio *ex locis citatis* est omninò insufficiens ad actualem pluralitatem immediatam formalitatum: ergo est etiam omninò insufficiens ad rationem Principii, & productionis virtualis: ergo etiam eâ distinctione permissâ, &c.

52 Secundò sic arguo: Ratio principii, & productionis, verificata ex parte rei independenter ab intellectu, imbibit, aut infert necessariò distinctionem simpliciter realem: ergo omninò repugnat ratio principii virtualis. Consequentia dabitur: nã in eo differt juxta adversarios Principium virtuale à reali formali, quòd virtuale citra realem distinctionem exerceri possit. Probatur igitur antecedens. Nam si ratio principii, & productionis verificata ex parte rerum independenter ab intellectu, legitimè non inferret realem distinctionem, Probatio, quâ Patres Ecclesiæ contra Sabellium ex oppositione Productionis, inferunt realem distinctionem Personarum, evanida esset; & omninò nulla: sic enim arguunt cum Cyrillo *lib. 1. in Ioann. cap. 2. Nulla ratio patitur, ut quod ab alio effluxerit, ab eo, à quo effluxit, non distinguatur.* Sed id dici nequit: ergo.

Cyrillus.

53 Dices: distinctionem realem colligi à Patribus, non quidem ex ratione Principii, & productionis, præcisè; sed ex ratione Principii, & productionis realis. Optimè: Per te, Reale Principium, & productio realis, non est utcumque Principium, & productio independenter ab intellectu verificata, sed principium, & productio termini realiter distincti: sed

per

per te Patres non probabant distinctionem realem ex ratione Principii, & productionis, exercitæ independenter ab intellectu, sed ex ratione Principii & productionis ad terminum realiter distinctum: ergo probabant distinctionem realem, ex eâ ipsâ reali distinctione: quam supponebant. Id negari potiùs cum Hæreticis esset, quàm arguere.

54 Tertiò sic arguo: Distinctio virtualis intrinseca est perfectio æquivalens citra realem distinctionem effectui primario realis distinctionis per formalem effectum secundarium ipsius, quem formaliter imbibit: ergo Productio virtualis intrinseca debet esse perfectio æquivalens citra realem productionem effectui primario realis productionis per formalem effectum secundarium ipsius, quem formaliter imbibat. Atqui repugnat, etiam ubi intervenit distinctio virtualis intrinseca, perfectio formalis æquivalens effectui primario realis productionis per munus formale secundarium ipsius: ergo etiam ubi intervenit virtualis intrinseca distinctio, repugnat intrinseca virtualis productio. Antecedens primi entymematis est omnium. Consequentia patet primò: quia virtualis productio debet exponi cum proportione ad virtualem distinctionem: alioquì voces maximis hallucinationibus manebunt obnoxiæ. Secundò: quia quod ponitur per æquivalentiam, & virtualiter necessariò reduci debet ad aliquod esse formale, vi cujus res dici jure possit alteri æquivalere.

Suprà à nu. 40.

55 Minor, in quâ difficultas est, ut ostendatur, adverte in productione reali *tria* inveniri. *Primum* est, ratio propagativa & multiplicativa numeri rerum per termini positionem. *Alterum*, realis prioritas, & distinctio. *Tertium*: physica ratio cur novum esse existat in rebus. Ego alia non video in reali productione, sive primariò, sive secundariò. Nam recursus ad nescio quas novitates essendi virtuales, virtuales antecedentias, & prioritates, ut

P. Borrull

facit cum aliis P. Borrull, est recursus ad prædicata, quæ nec possunt esse propria realis productionis, ut patet, & quæ iterum explicanda sunt per aliquid formale, quod nunquam assignatur. Iam sic: Atqui nullum ex tribus illis prædicatis maximè propriis productionis realis inveniri potest sine reali distinctione, ut expendenti constabit: ergo ubi sola intervenit distinctio virtualis intrinseca, repugnat perfectio sufficiens ad virtualem productionem. *In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.*

56 Illustratur hæc ratio primò: Distinctio virtualis necessariò constituitur per conceptum, qui repertus inter extrema finita stare nequit sine reali distinctione, ex solâ adjectione finitudinis; & repertus inter extrema infinita, titulo infinitudinis, stare potest sine reali distinctione: ergo Productio virtualis necessariò constitui debet per conceptum, qui repertus inter extrema finita, ratione finitudinis stare nequeat sine reali productione; & ratione infinitudinis stare possit inter infinita extrema sine productione reali. Antecedens communiter datur, & consequentia urgentissimæ paritatis est. Atqui Conceptus hujusmodi, alioquin proprius realis productionis, inassignabilis est, & impossibilis: quod ostenditur: tùm ab impossibilitate assignationis: tùm à prioris quia omnes & singuli conceptus maximè proprii realis productionis, præcisim à differentiâ finitudinis, & infinitudinis, important esse realem distinctionem extremorum, & veram denominationem producentis, & producti: ut patet ex Mysterio Trinitatis ergo conceptus proprius realis productionis, qui præcisim à finitudine, & infinitudine non importet denominationem producentis, & producti, realemque distinctionem inter ipsa, impossibilis est.

57 Illustratur secundò: Ad conceptum virtualis Productionis intrinsecæ, requitur, ut citra realem productionem, prædicatum virtualiter productum, realem existentiam, & sui esse accipiat ab aliâ formalitate virtualiter producente. Ratio est: quia si tota hæc vox futura non sit rebus vacua, & prorsus inanis, ita debet æquivalere productio virtualis productioni reali, ut sicut hæc dat esse, & realiter existere termino per realem multiplicationem, & productionem: illa citra realem multiplicationem det esse realiter, & realiter existere termino. Atqui inter formalitates realiter identificatas implicat, ut una det esse realiter, & realiter existere alteri: quod ostendo: nam existente realiter unâ formalitate jam manet exercita realiter existentiâ identitatis cũ altera, atque adeò, & exercita manet insimul ipsa: ergo ea existentia nequit exi-

stere

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo Scientc.

stere ex vi primę formalitatis. Dices: productione virtuali non dari realem existentiam, sed virtualem. Contra primò: nam id est ludere terminis. Secundò: quia virtualis existentia non est existentia formalis: perfectio autem ex se habet formaliter existere. Tertiò: quia eam existentiam accipere debet terminus producens, quâ existit in se; sed existit, non quidem existentiâ æquivalenti, sed formali, realique: ergo.

Suprà à nu. 40. & nu. 54.

58 Quartò sic arguo: Implicat prædicatum formale constitutivum virtualis influxûs, & productionis: ergo implicat prædicatum formale constitutivum Principii Virtualis: ergo implicat æquè virtualis productio, ac principium virtuale. Cõsequentia hæc patet: quia ut *supè* dixi, quidquid virtualiter dicitur, nisi debet in aliquo prædicato formali. Prima non patet minùs: quia impossibili modo productionis, rectè colligitur impossibilitas principii productivi.

59 Antecedens, inductione brevi convincitur. Imprimis pro eâ formali constitutione non sufficit, distinctio virtualis: Nam unum ab alio distingui, non est unũ produci ab alio. Neque sufficit distinctio virtualis cum eminentiali continentiâ unius in altero: Nam vel hæc continentia est per modum principii? & hæc est quæstio: & ejus continentiæ formale constitutivum optamus: vel est per modum rei æquè perfectæ, & valentis, vel ratione identitatis: & hæc continentia inter Divinas perfectiones est mutua. Neque sufficit distinctio virtualis, cum prioritate unius ad alterum. Tùm quia eadem quæstio redit de formali constitutione illius prioritatis. Tùm quia ea prioritas si solùm est virtualis non est ad rem; cum non sit munus realis productionis. Tùm etiam quia non omnis prioritas fundat, aut fundatur in productione. Neque sufficit distinctio virtualis unius per modum radicis. Nam hæc est quæstio: quid importat conceptus radicis? Neque sufficit distinctio virtualis, cum exigentia alterius. Nam exigentia non est conceptus productionis. Neque demum sufficit ratio vitalitatis, quasi imbibat immanentem emanationem ab intrinseco viventis. Nam ad hoc sufficit realis immanentia identitatis, ex positivâ perfectione exigens esse à se, & non ab alio. Nihil ergo potest assignari, quod sufficiat.

Moderni cũ Arrubal.

60 Dices ex Modernis secutis Arrubalem: Virtualem productionem formaliter in eo stare, quòd una divina Perfectio virtualiter ab alia distincta, ita se habeat circa eam, ut realiter produceret, si realiter distingueretur ab ipsâ; adeò ut reali productioni nihil obstet, præter realem identitatem. Insequitur multis hanc solutionem ingeniosissimè P. Ribadeneyra *de Voluntate di p. 6. à nu.* 8. & ex ipso Thyrsus *disp. 2. à nu.* 7. Ipse brevi sic disputo: imò: nam ad hoc nulla est opus virtuali intrinsecâ distinctione, contra adversarios. Secundò: ita se habere Virtutem intelligendi cum Intellectione Dei, ut, realiter produceret istam, si distingueretur ab illâ, est ita se habere, ut realiter produceret intellectionem, si foret omninò chymera: ut patet ex terminis: atqui prædicatum ita se habendi, ut reipsa produceret, si chymera omninò foret, est omninò chymericum: ergo tale prædicatum in Deo non est. Tertiò: vel in Deo datur ea præsens virtus producendi pro hypothesi distinctionis, vel non? Si secundum: ad quid hæ voces? Si primum: quid magis absonum in Divinis quàm præsuppositio distinctionis ad realem productionem; cum solo istius titulo illa defendatur? Quartò: quis agnoscat virtutem producendi, pro hypothesi, pro qua ex se ipsâ impedita est omnimodè existere, & pro quâ necessariò non esset ipsa res?

Ribaden. M. Thyrs.

61 Quintò sic demum arguo: De Perfectionibus divinis sentiendum est, quàm dignè possimus: ergo singulis est concedenda omnis perfectio quæ non convincitur ipsis repugnare. Hæc clara sunt. Atqui esse omnimodè à se etiam virtualiter est perfectio, nec ea convincitur repugnare singulis Dei prædicatis: ergo singulis concedenda est perfectio omnimodæ aseitatis etiam virtualis: ergo repugnat ratio principii virtualis. Minor subsumpta patet quoad primam partem: quia ea omnimoda aseitas etiam virtualis est saltem perfectio Divinæ essentiæ. Quoad secundam: quia sine ullâ productione virtuali intelliguntur omnia, quæ de divinis perfectionibus intelligi debent, ut ex dictis constat, & fiet clarius ex dicendis.

62 Objicies primò: Productio virtualis nullam ponit imperfectionem in Deo: Deinde per ipsam melius explicatur Dei vitalitas & Naturæ munus respectu Attributorum, & proprietatum: ergo neganda non est. Antecedens quoad secundam partem patet, & probatur quoad primam: Impossibilis est imperfectio in prædicato realiter formaliter improducto: nam omnis finita perfectio necessariò est producta realiter; & sine finitudine non est imperfectio: atqui virtualis productio necessariò secum inhibit esse inter prædicata realiter formaliter improducta: ergo.

63 Confirmatur primò: quia producere, & produci, etiam realiter, non est imperfectio, ut est de fide: ergo multò minus producere, & produci virtualiter. Confirmatur secundò: Non repugnat per nos Virtualis distinctio inter divinas perfectiones, inter quas alioqui repugnat distinctio realis: ergo licèt repugnet productio realis, non est cur repugnet Productio virtualis. Confirmatur tertiò: Non est in Divinis distinctio realis, nisi ubi est oppositio relationis producentis, & producti realiter: ergo neque debet admitti distinctio virtualis, nisi titulo productionis virtualis. Confirmatur quartò: Productio virtualis nihil est aliud quàm æquivalentia ad formalem, sita in eo quòd vis intelligendi Divina sic se habeat respectu Intellectionis, ut realiter produceret, si realiter distingueretur ab illâ: sed hæc æquivalentia negari nequit: ergo.

In primâ par. tract. 1. de Deo Scientc.

Inf à à nu. 85. & nu. 180.

64 Respondetur. Ad argumentum negetur antecedens quoad partem utramque: quoad secundam: quia alioquin sicut Deo convenit realiter vivere, & habere naturam, convenire deberet realis emanatio, & productio: quemadmodum ergo sine reali emanatione, & productione explicatur Naturæ, & vitæ realitas, sic explicabitur omninò decentiùs sine virtuali emanatione, & productione: vide *suprà nu.* 20. *& 31* Quoad primam: quia Virtualis productio vel est titulus sine re, vel necessariò importat conceptum omninò chymericum, vel necessitatem realis distinctionis, & productionis: ut ex *suprà* disputatis videre est.

Suprà nu. 20. & 32.

65 Ad primam confirmationem. Concesso antecedente, negetur consequentia: Ratio est: quia fœcunditas realis, perfectio est ex fide: fœcunditas verò virtualis, omninò repugnat: nam ex suo conceptu, si quem formaliter importat, destruit identitatem immediatam quam servare debet. Ad secundam concesso etiam antecedente, negetur consequentia: quia pro constitutione virtualis distinctionis, assignabile est prædicatum formale maximè proprium realis distinctionis; at inassignabile est pro constitutione virtualis productionis. Ad tertiam. Permisso antecedente, quod in Mysterio Divinæ libertatis, est falsum (ut dicetur *sect.* 5 §. 1. à *nu.* 85.) negetur consequentia: Ratio est: quia Divina simplicitas, quæ obstat pluralitati, nisi ubi exigit inexcusabilis perfectio Dei, qualis fœcunditas est; omninò exigit ne pro virtuali distinctione asseratur titulus, qui majorẽ distinctionem exposcat, qualis est intrinseca Productio virtualis, ut *suprà*. Ad quartam dicatur ex *nu.* 60. eum conceptũ esse omninò chymericum. Iam æquivalentia ad producentem, & productum, quoad aliquod munus nullo modo requirens distinctionem, aut productionem realem, non sufficit ad virtualem intrinsecam productionem.

Suprà à nu. 52. & num. 60.

66 Objicies secundò: Permissâ semel inter vim intellectivam, & intellectionem Dei virtuali intrinsecâ distinctione, Divinus intellectus necessariò virtualiter antecederet Intellectionem, sicut Natura Divina antecedit Attributa, & Relationes; sed nequit intelligi virtualis antecedentia sine influxu virtuali: ergo neque virtualis illa distinctio. Major probatur: quia Intellectio eo modo, quo distinguatur ab intellectivo, debet ab ipso immanenter esse productivè ut denominet intelligens: quod ostenditur: nam si creata Intellectio non produceretur realiter ab intellectu, quantumvis esset intrinsecè in illo, non denominaret ipsum intelligentem: ergo si Divina intellectio distinguatur virtualiter ab Intellectu Dei, nec ab ipso virtualiter procedit, nequit ipsum denominare intelligentem. Confirmatur: semel admissâ distinctione inter Intellectum & intellectionem Dei, Intellectio nequit esse actus purissimus: nec capacitas intelligendi sistit in lineâ potentiæ purè logicę: ergo in eâ hypothesi necessariò datur ratio principii, & actus primi Virtualis. Antecedens patet: Tùm quia de ratione actûs purissimi est denominari per se ipsum; sed tunc capacitas intelligendi non denominaretur intelligens per seipsam. Tùm etiam quia potentia purè logica non distinguitur virtualiter ab actu suo: ergo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

67 Respondetur, Negetur Major: quia neque in eâ hypothesi Intellectus, neque in ullâ, Natura habet respectum radicis, prioritatis, & antecedentiæ, pluſquam analogicè, factâ comparatione ad creaturas, quarum per ſpecies Divina apprehendimus. Ad probationem negetur aſſumptum. Ad probationem adjunctam iſtius, conceſſo antecedente, nego conſequentiam. Diſparitas eſt: quia ut Intellectio vitaliter denominet, debet eſſe in, & à vivente vel poſitivè, per realem & immanentem influxum, vel negativè per poſitivam perfectionem repugnantem eſſendi ab alio, præterquam per puriſſimam identitatem cum ipſo vivente: his duobus modis poteſt intellectio eſſe viventi immanens: prior eſt imperfectus: perfectiſſimus, alter, utpotè proprius vitæ improductæ: cùm autem ſecundus repugnet intellectioni creatæ, patet neceſſarium in ipsâ fore primum modum immanentiæ.

68 Ad confirmationem. Negetur utraque pars antecedentis: prima: quia de ratione actûs puriſſimi eſt excludere omne genus potentialitatis, & influxûs ad ſe, quicquid ſit, an de ipsâ reſpectivè ad aliam formalitatem verificentur aliqua contradictoria quæ ſufficiât ad virtualem diſtinctionem: cùm autem, etiam permiſsâ virtuali diſtinctione inter Capacitatem intelligendi, & Intellectionem Dei, nulla præcedat ad intellectionem potentialitas, & influxus, ſed puriſsima ſit exigentia ut utraque formalitas ſit omnimodè à sè, non obeſt ea diſtinctio perfectioni actûs puriſsimi. Secunda: quia Potentia (quod eſt maximè notandum contra Herreram aliquatenus repugnantem) non excedit lineam potentiæ logicæ, niſi per aliquod munus attributale potentiæ: qualia ſunt vis productiva, vis diſtinctiva ex eo munere, & id genus alia: Ratio eſt: quia prædicatum non afferens munus diſtinctum potentiæ, præterquàm ea quæ ſecum imbibit Potentia logica, nequit extrahere Conceptum à Potentiâ *purè* logicâ. Cùm autem ea diſtinctio, quæ aliunde permittitur, neque veniat ex munere potentiæ, neque ex vi ullâ productivâ, nequit Potentiam illam extrahere à Potentiâ purè logicâ: ly *purè*, excludente aliud munus potentiæ: quicquid ſit: an in aliâ impertinenti conſideratione dici poſsit Potentia logica non pura.

P. Herrer.

69 Objicies tertiò: Conceditur in Deo Virtualis diſtinctio, ſaltem Naturæ à Relationibus; Virtualis defectibilitas, & contingétia actuum liberorum: virtualis Prioritas notitiarum conſtitutiva divinæ libertatis: ergo admitti etiam debet ratio virtualis Principii, virtualis Productionis, & actûs primi virtualis. Loquar de liberis expenſius *ſect. ſeq.* Reſpondeo nunc conceſſo antecedente, negando conſequentiam. Diſparitas eſt: quia pro conſtitutione Principii, influxûs, & actûs primi Virtualis nequit aſsignari formale prædicatum, vi cujus detur in Deo æquivalentia ad reale Principium, & realem productionem, quoad munera propria, & differentialia eorum conceptuum, ut opùs erat: at pro conſtitutione virtualis diſtinctionis, Virtualis defectibilitatis, & contingentiæ, ac Virtualis prioritatis, aſsignatur formale prædicatum. *Vide ſeq.* *ſeq.*

70 Aſsignatur pro Virtuali diſtinctione perfectio vi cujus formaliter componuntur prædicata alioquin contradictoria: quod eſt munus maximè proprium realis diſtinctionis: non quidem generi-cum & commune; ſed ita præſuppoſitivum aut arguitivum realis diſtinctionis, ut, ubi non ſit infinitas perfectionis, reperiri unquam nequeat ſine diſtinctione reali.

71 Aſsignatur pro virtuali contingētiâ & defectibilitate: quia defectus realis duo dicit. Primum: defectum ſimpliciter quoad eſſe, ſeu entitativum, aliorum; defectum utique ſimpliciter realem quoad denominare, ſeu denominativum. Unde perfectio quæ ita alioquin deſit, licèt ſimpliciter non deficiat, ut reipsâ ſimpliciter non denominet, perinde virtualiter eſt, ac ſi ſimpliciter non eſſet. Cùm igitur reſpectu liberorum in Deo detur hic modus eſſendi, ut reipsâ pro libito Dei deſinant denominare realiter, jure dicitur eſſe in Deo virtualis defectibilitas, & contingentia. Vide *mox* a*n*. 80. & 84. *Præſertim* à *n*. 80. & 84.

72 Aſsignatur pro Virtuali Prioritate. Nam prioritas realis duo etiam dicit. Primum: realem diſtinctionem & plerumque ſeparabilitatem; *Alterum*, independentiam realem quoad eſſe. Cum autem ſignum Divinæ libertatis habeat hanc independentium cum jure determinandi pro libito qui actus ipſam denominet, aut denominare deſinat, jure etiam dici poteſt dari in Deo Virtualis proritas.

Ra-

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

73 Ratio omnium eſt: quia ad ponendum in Deo aliquem conceptum Virtualem non ſufficit quævis æquivalentia ad munera alterius, quod virtualiter intenditur poni, nempè ad munera generica, & & valde generalia, quæ ubique ſine tali re reperiri poſſunt, ſed ad munera maximè propria ipſius, & ita quidè propria, ut ſaltem, niſi per compenſationem omninò mirabilis perfectionis reperiri nequeant, ſine ipsâ re. Quæ doctrina, ſi non eſſet vera, faciè foret multiplicare virtualitates omninò otioſas tàm in creaturis, quàm in Deo.

SECTIO V.

EXCLUDITUR ETIAM RESPECTU Actûs Contingentis, & liberi in Deo Ratio Actûs Primi, & Principii intrinſecè Virtualis.

§. I.

INDICATUR MENS NOSTRA DE CONSTITUTIONE Actuum Contingentium, & liberorum in Deo.

Libertatis Divinæ explicatio difficilis.

74 Eſt ſumma Difficultas: ejuſque brevis ſumma eſt: Vel Actus Contingentes, & liberi Dei, quibus reipsâ, eſt, & denominatur Intelligens, & volens, ſunt adæquatè intrinſeci Deo, identificatique realiter cum Perfectionibus neceſſariis: vel non? Si ſecundum: ergo Deus redditur contingenter intelligens, & volens liberè per aliquid à ſe diſtinctum: quod imprimis manifeſtam involvit compoſitionem ex Actû, & Potentia: deinde repugnantiam vivendi per aliquid viventi extrinſecum: tertio demum temporalitatem harum denominationum in Deo, vel æternitatem in aliquo diſtincto à Deo pro denominationum æternitate. Si ergo primum: quomodo eſt cum libertate indefectibilitas propria Divinorum? quomodo cum identitate indifferentia ut non ſit denominatio? quomodo cum defectibilitate, (quæ tandem videtur admittenda) Divinitas, aut cum ipsâ realis Identitas? Ecce nodos, quòquò te vertas, nexu multiplici recurrentes!

Sententiæ & primæ:

75 Tentatæ ſunt tres viæ ſolvendi. *Prima* complendo denominationem intelligendi, & volendi divinam liberam per aliquid extrinſecum, vel negativum, vel poſitivum Effectûs, Actionis, aut Modi: ita ut Neceſſaria Perfectio Cognitionum & Volitionum indefectibilium Dei, adjecto contingenter extrinſeco effectûs, Actionis, aut Modi, tanquam obliquo, denominet ipſum Deum contingenter intelligentem, & volentem. In hac ſolvendi viâ, tota in re contingentia ſtat in extrinſeco vel Modi, vel Actionis, vel Effectûs: ex quo extrinſeco, ſive tanquam conditione ſine quâ non, ut aliqui dicunt, ſive ut alii malunt, tamquam partiali conſtitutivo, ſalvatur contingentia Denominationis in intelligendo, & volendo. *Secunda* eſt, admittendo quoſdam modos eſſendi, quos vocat entia purè denominativa, diminuta, & ſecundum quid: quæ, potiùs ſunt entis munera, quàm entia; atque adeò, ut non ſunt ſimpliciter aliquid, nec ſimpliciter nihil; nec ſimpliciter diſtinguuntur, nec ſimpliciter identificantur cum Deo: ſufficiunt tamen ad munus determinandi Divinum intellectum, & voluntatem, hancque & illum ab æterno denominandi: & in his eſſendi modis ſtatuit Actus contingentes & liberos Dei. *Tertia* eſt, dicendo, actus eſſe adæquatè intrinſecos Deo; ſive ex Infinitate Neceſſariarum Cognitionum, & Volitionum Dei, etiam ſufficientium ad novas denominationes ex libito Dei, ſine novâ quaſi formâ, ut volunt aliqui cum Suarez: ſive ex adjectâ virtualiter Neceſſariis Perfectionibus ulteriori terminatione de genere Intelligendi, & Volendi: quæ apud aliquos non eſt Perfectio ſecundùm ſe: apud alios eſt etiâ realiter deffectibilis, non obſtante identitate: apud alios tamen, ſolùm eſt deffectibilis virtualiter. Hæ ſunt ſententiæ. Authores vide apud Ribadeneyram *diſp.* 15. 16. & 17. *de Volun ate Dei*. *Secunda.* *Tertia.* *Authores apud Ribadeneyr am.*

76 Cenſeo primò: Denominatio liberè, & contingenter intelligendi, & volendi nequit in Deo vel conſtitui, vel compleri, vel præcisè ſalvari per contingentiam extrinſeci obliqui, quod illud cumque ſit. Eſt contra primam opinandi claſſem: & inſinuo Principia planè demonſtrativa. *Primum* eſt: Nequit aliquid æternum, ut æternum eſt, conſtitui in ſe, & diſcerni à nò ipſo, per aliquid temporale: atqui Denominatio intelligendi, & volendi in Deo eſt æterna: ergo nequit in eſſe denominationis æternę vel in ſe conſtitui, *Per extrinſeca nequit eſſentiri.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

vel discerni à non ipsa, per aliquid temporale. Omnia autem extra Deum (si quid sunt) temporalia sunt. *Alterum*: Quidquid extra Deum existit, existit in tempore, ex æterno Placito vel determinante, vel permittente: in quo igitur, vel pro totâ æternitate, vel pro qualiquali prioritate ad existentiam vel permissam, vel determinatam, consistit hoc placitum, & libitum Dei? *Tertium*: Apud nos certum est dari absolutè Scientiam Mediam, id est, scientiam, quâ simpliciter, & absolutè denominatur Deus sciens veritates conditionales contingentes, independenter ab ullâ exercitâ suppositione contingenti tam extra, quàm intra Deum. Per quid ergo extrinsecum constituetur & complebitur hæc vera, & absoluta denominatio? *Quartum*: Quia sicut ex terminis videtur implicans, quòd aliquid in genere causæ formalis reddatur album, aut nigrum per Cognitionem, aut volitionem: ita videtur implicans, quòd aliquis quasi in genere causæ formalis reddatur Cognoscens, aut volens per contingentem adjectionem Albedinis, aut Nigredinis.

Neque per entia Media.

77 Censeo secundò: Neque potest in Deo similis denominatio constitui, vel salvari per illa entia purè Denominativa, & diminuta, derquibus secunda classis Opinandi. Ratio mihi est primò: ex Doctrina generali, quam *sæpe* statui adversus has umbras Entium. Nam id, cui verè, & extra alienationem competit aliquod prædicatum positivum intrinsecum, & quidem aliàs proprium entis simpliciter talis, ens simpliciter est, simpliciterque differt à nihilo: & simpliciter existit: quid enim est simpliciter existere, nisi per se tale esse, ut de præsenti extra alienationē positivè verificet affirmationem sui? At extra alienationem his quasi larvis entium cōpetunt intrinseca positiva prædicata, æterni, immensi, determinabilis, intellectionis, volitionis, & alia. Secundò exinde: Tales essendi Modi, contingenter sunt: à quo ergo determinatur ut sint? siquidem à se non sunt, quo genere emanationis à Deo accipiunt illud qualecumque esse, quo gaudent? Tertiò: Nam quò modus essendi vilior est, eò magis summum ens dederet tanta necessitas, ut sine illo nequeat esse, aut nequeat sine illo appendicem gloriam suæ felicitatis habere: at hujusmodi essendi modi adeò tenues sunt, ut

Infrà lib. 3. dub. 251 & lib. 4. Latiùs à nu. 42. & in Tract. de Bonit. & Mal.

ad ens simpliciter non pertingant; & tamen sine ipsis stare nequeat Deus: ergo. Quartò: quia semper intellectui recurrit invinciliter ista difficultas vivendi intellectivè, & affectivè per aliquid extrinsecum viventi.

Authoris Mens.

78 Censeo tertiò: Denominatio contingenter, & liberè respiciendi extra, tàm affectivè, quàm intellectivè, debet esse adæquatè intrinseca Deo, & identificata cum ipso. Resolutio legitimè nascitur ex duobus præcedentibus: & firmatur ex conditione vitæ intentionalis: Vivere enim imbibit immanentiam specialem exercitii vitalis in ipso Vivente: & specificè vivere per Intellectionem, & volitionem imbibit intimiorem immanentiam in ita Vivente. Immanentia autem, nisi vergat in imperfectionem informationis, & receptionis, necessariò dicit Identitatem, sive Immediatam, sive mediatam. At in casu nostro, Identitas nequit non esse Immediata, quia non est immediata distinctio: ergo.

79 Censeo quartò: Hæc denominatio contingenter, & liberè ad extra respicientis tàm affectivè, quàm intellectivè, formaliter sumitur à Formalitate, de linea intelligendi, vel volendi, quasi per modum actûs virtualiter superadditâ Perfectionibus necessariis Dei, & aliquomodo contingenti, quantum sufficit, ut possit Deus realiter non denominari sic volens, aut sic intelligens. Hęc Resolutio *quinque* dicit in retsu meo, & vero, Divinæ libertatis Mysterio necessaria. *Primum*: Formalitatem, à qua formaliter venit denominatio intelligendi, & volendi contingenter, & liberè, esse de linea intelligendi, & volendi: & hoc mihi est evidens: quia reddi intelligens, & volens nisi per intellectionem, & volitionem est imperceptibile. *Alterum*: Formalitatem hujusmodi esse veram formalitatem virtualiter distinctam, & superadditam Perfectionibus necessariis Dei. Hoc etiam est mihi contra Suarez evidens: quia in terminis repugnat existere omnia & singula constitutiva Denominationis & Denominationem non esse: & pariter implicat novam verificari denominationem libiti, & exercitii, sine ulla nova libiti, & exercitii formâ, seu quasi formâ. *Tertium*: eam formalitatem esse, quasi per modum Actûs. Est etiam evidens: est enim exercitium, quo

Suarez.

quo Deus intellectivè vel affectivè se determinat ad denominationem, quam potuit reipsâ non habere. *Quartum*: Eam formalitatem esse aliquomodo contingentem. Etiam est evidens: quia sine aliqua contingentiâ nequit stare catholica veritas, quòd Deus ita liberè aliqua vult, & intelligit, ut reipsa potuerit ea nec velle nec intelligere. *Quintum denique*: eam contingentiam, tantam esse debere, ut Dei libertas in intelligendo, & in volendo non sit voce tenus, & simulata libertas: & hoc ex ipsis terminis est etiam evidens.

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

80 Censeo quintò: Formalitatis istæ, virtualiter superadditæ ex libito ipsius Dei, ita sunt contingenter quoad objectivum illud esse terminationis, & respectûs contradistinctum virtualiter à Perfectionibus necessariis Dei, ut penès illud potuerint verè & realiter non esse: idque sufficit ad plenam veritatem Denominationis liberæ: non tamen dici possunt, aut debent, posse simpliciter deficere, simpliciter non esse, aut esse simpliciter nihil: sed ad summum, diminutè, virtualiter, & secundum quid. In istorum terminorum veritate, & explicatione, stat tota res: & per hos terminos, nullo ferè interse discrimine rem, seque explicant, posti Fonsecam, Henriquez, Zuñigam, & De Salas, Nostet Antonius Perez, Esparza, Martinonus, Borrull, & Haulnoldus cum gravissimis Magistris Provinciæ Castellanæ, Toletanæ, & Nostræ. Resolutio quatuor partes habet, explicandas singillatim & probandas.

Fonseca. Henriquez De Salas. Ant. Per. Esparza. Zuñiga. Martinon. Borrull. Haulnold. & alii Magistri.

81 Prima est, de verâ contingentiâ, quoad posse non esse realiter penès objectivum illud esse terminationis, & respectûs, in Formalitate superadditâ. Termini, quoad hanc partem non egent explicatione. Probatur hæc prima pars. Implicat veritas contingentiæ quoad denominare, seu denominationis, implicante veritate contingentiæ quoad singula, & omnia constitutiva Denominationis: si enim stant omnia, & singula, ex quibus constituitur Denominatio, quomodo non est ejus veritas, ejus munus, & ejus exercitium? aut quomodo deest virtualiter quoad munus denominandi, si nullum prædicatum deest? Quod ita dico, ut intercipiam verborum Lusus, hîc passim obvios. Sed veritas contingentiæ quoad denominare, seu denominationis, certa est: ergo debet esse certa veritas contingentiæ quoad aliquod ex ejus constitutivis, penès objectivum esse quod habet, dum est.

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

82 Secunda pars, de sufficientiâ ad plenam veritatem liberæ denominationis, eo præcisè, quòd Forma ita intelligendi, vel volendi, possit verè non esse: est evidens. Quia ut verè, simpliciter, & realiter verum sit non dari constitutum, aut denominationem, sufficit, ut ex ejus constitutivis desinat aliquod esse, eo modo, quo requirebatur esse ad veritatem Denominationis, & Constituti: Sed ad veritatem Denominationis, & Constituti, quoad Intelligere, & velle libenum Divinum, requiritur quòd illa formalitas existat non solùm existentiâ essentiæ, & necessariorum, sed etiam existentiâ contingenti; nec solùm quoad suam essentiam, sed etiæ quoad objectivum illud prædicatum terminationis, & respectûs: ergo si hoc verè desinit esse, quamvis cætera sint, non stat veritas denominationis, & Constituti.

83 Tertia pars eget explicatione. Itaque dico, Actum liberum, ut liberum, seu formalitatem intelligendi, & volendi cōtingenter, & liberè, per quam Deus denominatur intelligens, & volens, non posse nec debere dici, *simpliciter deficere, simpliciter non esse, simpliciter esse nihil*, dum *non est*. Hæc pars, in quam incautè impingunt aliqui contra Nos, est verissima: Non solùm, quia *deficere simpliciter* sonare videtur, *posse non esse rem, quæ semel extitit*, (quod de Prædicatis, æternis ex suppositione quòd sint, nō potest esse verū:) sed explicatur aliter & probatur: Nequit simpliciter deficere, nec simpliciter non esse, nec esse simpliciter nihil, dum non est, illud prædicatum, cujus, *etiam dum non est*, tota Essentia necessariò manet; potissima tota Perfectio; & Existentia, quâ, dum est, denominatur; & est existens: imò, cujus essentia tota, & potissima perfectio manet in ejus *non esse*, seu in ejus contradictorio; atqui Formalitas, quæ loquimur, talis est, ut, etiam dum non est ex libito Dei se determinantis ad oppositam, maneat ejus essentia tota, potissima tota perfectio, & existentia: imò maneat in ejus *non esse*: ergo talis formalitas, nequit dici, *dum non est, simpliciter deficere, non esse simpliciter, aut esse simpliciter nihil*. Consequentia est bona: Et mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

minor certa: quia in Deo unica est Essentia omnium tàm Relativorum ad intra, quàm Relativorum contingenter ad extra. Major autem ex suis terminis est evidens: quomodo enim deficit simpliciter id quod reipsâ manet quoad potissimum sui?

84 Quarta pars, de contingentiâ, seu *non esse diminutè, secundum quid, & Virtualiter*, patet. Formalitas enim, quæ secundùm objectivum conceptum verè non est, licèt quoad essentiam suam maneat, & potissimam perfectionem, bene dicitur non esse *saltem secundùm quid, & diminutè*, quia aliquomodo citra alienationem, verè non est. Et id est quod acuti Theologi cum Antonio Pe. ez nostro (voce tenùs ab aliquibus explicati, & intellecti) vocant defectum virtualem, aut virtualiter deficere, seu quoad denominationem: non quidem præcisè, (ut volunt aliqui, quos ineluctabiliter premit Ribadeneyra) quia Formalitas ista exercitii liberi, aliàs nullatenùs verè contingens quoad formale esse suum, se habet pro libito Dei, quasi deficiat, quia desinit denominare: istæ enim sunt meræ voces: sed quia verè desinens esse quoad esse formale respectivum, quantumvis alioquin manens quoad totam essentiam & potissimam perfectionem & existentiam suî, in munere denominandi ita se habet à parte rei, ac si simpliciter, & omninò deficeret ex *nn.* 71.

Ant. Per. Esparza. Haulnold.

Ribaden.

85 Censeo sextò, & ultimò: Istæ Formalitates contingentes modo quo diximus, realiter interse distinguuntur *quoad esse Contingens & respectivum*, si oppositę sint, & incompossibiles: v. g. Volitio, & Nolitio ejusdem objecti: ac ejusdem Affirmatio, & Negatio: non tamen distinguuntur realiter ab Essentia Divina, & Prædicatis necessariis: sed cum istis realiter identificantur, dum sunt. Hæc est tota hujus Mysterii difficultas, lenienda ex his quæ docet nos Fides in Mysterio Trinitatis. Sicut enim in Trinitate, Formalitates Relativæ, quoad Conceptum Relativum, interse distinguuntur: non tamen distinguuntur, sed identificantur realiter cum Essentiâ in singulis unâ: ita ut hæc, quamvis identificetur cum Personalitate Patris, sit in Filio quin identificet Personalitatem Filii cum Personalitate Patris, imò quasi in Filio, prout in ipso, sit aliquomodo sine Personalitate Patris: Ita, proportione servatâ, in Mysterio libertatis Formalitates contingentes, quoad conceptũ relativum ad extra, si oppositæ sunt, interse distinguuntur: non verò distinguuntur, sed, dum sunt, identificantur cum Essentiâ, & Perfectione necessariâ, sic, ut hæc, quamvis realiter identificetur cum Formalitate denominante, prout sic sine alterâ sit: sine dispendio identitatis suî cum ipsâ, si sit, & denominet.

86 Hoc autem salvari posse, & debere, probatur, suadendo duplicem partem Resolutionis: & secundam in primis: nam beneficio Distinctionis Virtualis, & infinitudinis in essendo Divinæ, non est imperceptibile, quòd de prædicatis realiter eisdem verificentur prædicata aliàs contradictoria, qualia sunt necessitas, & contingentia: existere indefectibiliter, & posse deficere modo quo diximus: nec enim id majoris est difficultatis, quam Improduci, & produci: existere improductè, & posse produci: hoc autem necessarium est ex Fide in Mysterio Trinitatis: & illud, sufficit pro Mysterio libertatis Divinæ. Prima pars ostenditur: quia Formalitates adinvicem incompossibiles non sunt mutuò affirmabiles interse: ergo realiter distinguuntur. Tùm etiam quia Incompossibilitas est maxima oppositionum, aut certè non est minor oppositione Relativâ.

87 Iam verò, ut multis quæ adversus hujusmodi sentiendi, & explicandi modum arietant Arriaga, Quirós, Ribadeneyra, & Card. Pallavicinus, eatur obviâ sine strepitu: Rogas primò: An istæ Formalitates contingentes sint Perfectio, secundùm esse formale contingens? & Affirmo: quis enim concipere possit, non esse Perfectionem posse esse totam Perfectionem? *Dices.* ergo deest Deo aliqua Perfectio. Distinguo: deest simpliciter, nego: secundùm quid, subdistinguo: Deest in Deo, & est, aut esse potest in Deo, ut est, nego. Deest, & nec est nec esse potest in Deo, ut est, concedo. Quid autem mirum, quod non sit in Deo, quod ex genere suo, si esset, esset Perfectio, & nullibi potest esse nisi in Deo: & in Deo, ut ex suæ perfectionis exigentiâ & libito est, non est possibilis? Esset contra rationem summè perfecti, non habere Perfectionem, modo possibili haberi. *Instas*: hæc est sententia Cajetani, quam Theologi carpunt. Nego.

Arriaga. Quirós. Ribaden. Cardinal. Sfortia.

Caje-

Cajetanus.

Cajetanus enim plusquam virtualem distinctionem invexit: & actus liberos Dei putavit quasi modos ipsius, ut videre apud ipsum est 1. *part. quæst* 19. *art.* 2. *& 3. & 3. part. quæst.* 1. *art.* 1.

88 Rogas secundò: si Perfectio necessaria Dei separatur à formalitate illâ contingenti, quomodo non distinguitur realiter? Quomodo manet identitas? Respondeo: has voces *separat on's* cautè usurpandas. Separatio enim vulgò sonat aut distantiam entitativam pariter existentium; aut localem; aut minimùm, permanentiam existentis sine alia essentiâ, aut sine alio quod existebat, & existere desiit. Nullum ex his quatuor admittitur à nobis in præsenti: nam Dei Perfectio necessaria, & Actus liber existens non se separant entitativè: est enim una utriusque essentia: neque localiter possunt: quia immensitas est communis: neque necessaria permanent, deficiente quoad essentiam, & potissimam Perfectionem, Actûs liberi formalitate: neque ita permanent, ut existere desinat Actus liber, si semel extitit: est enim, ex suppositione quòd existat, æternus.

89 Solùm ergo potest dici, quòd Essentia Divina liberè *separatur* à formalitate contingenti, quæ non est, quatenus liberè exercet Identitatem æternam cum *non esse* illius, seu cum oppositâ formalitate: & liberè non exercet æternam identitatem cum illâ. *Dicis*: Ergo distinguitur. Nego consequentiam. Implicat enim quòd Essentia distinguatur ab illo: cujus Essentia est. *Instas*: ergo non deest. Distinguo ex *num.* 83. Non deest simpliciter, concedo. Secundùm quid, nego. *Replicas*: ergo simpliciter manet. Nego: quia manere simpliciter petit existentiam sufficientem, ut res sit: Res autem petens duplicem existentiam, ut sit, simpliciter non existit, si non est utraque: sed neque simpliciter deficit, si manet aliqua.

90 *Instas*: si tes non est, quomodo manet identitas Essentiæ cum ipsâ? Dico, manere identitatem virtualiter indistinctam ab Essentiâ: non verò manere totam identitatem, quæ ex duplici formalitate, necessariâ, & contingenti, coalescit: in eâ verò identitate partiali, quæ ex parte Essentiæ manet, manere necessitatem identificandi sibi formalitatem, dum sit. *Urges*: Lumine naturæ notum est, non posse identificari, quæ semel non sunt idem. Respondeo primò: Mysterium istud, sicut nec Trinitatis Mysterium, regulari non certò sunt. Secundò Distinguo: quæ semel non sunt idem, ex mutuâ exclusione unius ab alio, concedo: ex præciso non usu realis identitatis inter ipsa: nego: nam iste non usus identitatis potest provenire, (ut in casu nostro) ex perfectione identitatis: non verò ex ullâ adinvicem exclusione. Si enim in Essentiâ manet necessitas identicè essendi formalitatem, contingentem, si velit per ipsam denominari: semper aptitudine, & conditionatè sunt idem: licèt actu semper idem non sint, quia altera formalitatum actu non est in se, sèper tamen existens quoad necessitatem non essendi, dum sit in se, aliud à Perfectione necessariâ Dei.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

91 Rogas tertiò: Quomodo stare potest, vel cum perfectione dignâ Deo, vel sine imperfectione, conceptus verè non essendi, vel deficiendi: qui videtur esse conceptus creaturæ? Respondeo ex *num.* 83. formalitatem hujusmodi contingentem ita non esse, *dum non est*, ut in primis maneat tota ejus Essentia, potissima perfectio, & necessitas essendi Deum dum sit: unde neque simpliciter deest, neque simpliciter est nihil, neque simpliciter deficit, ut diximus: & ita præcisè non esse, ut ipsum ejus *non esse* sit ejusdem Essentiæ cum ipso, & tanta perfectio: unde nunquam deest per parum recessum ab esse, & à perfectione, nec per accessum ad nihil: Quare nulla miscetur imperfectio, quæ comitatur contingentiam Creaturæ: nam Creatura ita deficit, ut deficiat quoad totam essentiam, & existentiam, & per parum recessum ab esse, & adæquatum accessum ad nihil.

Supra nu. 83.

92 Ex quibus cessare debent illæ, potiùs, quàm argumenta, admirationes: v. g. *Posse non esse Deum*, est imperfectio. Distinguo: posse non esse Deum, & esse: concedo: posse non esse Deum, si non sit, cum necessitate essèdi Deum, si sit, nego. *Alias* Quod est Deus, non potest non esse. Distinguo: si semel sit, concedo: si non sit, nego. *Alia*: aliquid ita est Deus, ut potuerit non esse Deus. Distinguo, essendo tamen à parte rei, nego: non essendo, concedo. *Alias* ergo Deus quoad aliquid sui potuit non esse. Distinguo, sub termi-

su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

suprà positis, aliquid sui, id est Essentiæ, quâ Deus est Deus, nego: aliquid sui contradistinctum ab Essentiâ, concedo. *Alias* ergo aliquid, quod est Deus, potest à Deo contemni, & respui. Nego consequentiam: Licèt enim, aliquid, quod modò est Deus, potuerit non esse, non ita impediretur ab esse, ut contemneretur, & respueretur, sed ut esset formalitas quâ aliquid extra Deum formaliter respueretur, & contemneretur à Deo. *Alia* ergo illa formalitas haberet esse ex beneficio Dei. Nego consequentiam. Vbi enim non est distinctio quoad esse, non datur locus Beneficentiæ. *Quomodo* ergo, citra productionem, determinatur existere illa formalitas contingens? Sed huic interrogationi, cujus gratiâ insinuavi, quantum est satis, sensum meum circa Mysterium Divinæ libertatis, satisfaciet resolutio sequens.

§. II.

RATIO DIRECTÆ CONCLVSIONIS, ejusque defensio.

39 RAtio est: quia Conceptus ex se repugnans, nullibi potest inveniri, & exerceri; sed Conceptus Principii, influxûs, & Productionis purè virtualis est ex se repugnans: ergo nullibi potest inveniri, & exerceri: ergo neque respectu Actûs contingentis, & liberi in Deo. Major, & consequentiæ patent. Minoris veritas statuta nuper est *sect. præced.* & firmatur: quia Conceptus iste deberet esse æquivalentia quoad munus exercitii dantis termino novum existere, & augentis ipsâ termini positione numerum rerum suprà se: ad id enim ordinatur omnis fœcunditas tàm in Deo, quàm extra Deum: sed hæc æquivalentia repugnat cum solâ virtuali distinctione, ut suprà pòderabamus: ergo. Solvamus argumenta quæ difficilia sunt.

94 Objicies primò: Divinus Intellectus non est determinatus per perfectionem sui necessariam, seu per seipsum ad scientiam Visionis de Existentiâ Mundi v.g. sicut neque Divina Voluntas ad ejus volitionem: determinantur verò per Intellectionem, & Volitionem, liberas, contingentes, & defectibiles, saltem *diminutè, secundùm quid*, & modo dicto à *nu.* 84. *Virtualiter*: ergo non se habent ut Actus purissimus, sed ut actus primus & potentia physica ad actum secundum: ergo. Consequentia probatur primò: quia actus purissimus non est per seipsum indifferens, sed determinatus. Secundò: quia ita Deus respectu horum actuum est indifferens, ut sine ipsis, saltem quoad denominationem realiter potuerit existere: ergo se habet ut potentia physica ad ipsos actus. Tertiò: quia ininteligibile est quomodo Deus liberè se determinet, liberè inducat, & det esse iis actibus sine virtuali Productione.

95 His convictus videtur P. Augustinus Herrera *hîc quæst. 2. sect. 3. & 4.* ut saltem respectu actuum contingentium admiserit in Deo Potentiam plusquam logicam, & Principium virtuale quoad munus transeundi ab statu indifferentiæ ad statum determinationis formalis. Hanc potestatem vocat veram Potestatem Indifferentiæ: & in ratione indifferentiæ appellari posse censet veram, & physicam Potestatem. *P. Doctor Augustin. Herrera.*

96 Non placent hi termini. Primò: quia distinctionem arguunt immediatam, & majorem quàm sit virtualis distinctio: qui enim possit imaginari transitus, & principium sine actuali pluralitate? Secundò. quia ex *nu.* 68. Potentia non excedit Potentiæ logicæ lineam ex prædicato nullum afferente munus potentiæ plusquam logicæ: atqui sufficientia ut actus sit, citra influxum, & productionem, non est munus potentiæ plusquam logicæ: alioquin etiam respectu existentiæ Dei daretur plusquam logica potentia: ergo. Tertiò: quia licèt in Deo detur vera, & realis libertas, atque adeò indifferentia, non tamen exinde colligi in Deo potest præterquàm virtualis Prioritas explicata *nu.* 72. citra ullam vim producendi, quæ subire possit appellationem Potentiæ physicæ, aut notionem Principii, ut ex nostrâ solutione constabit. Igitur ad argumentum *Suprà nu. 68.* *Et nn. 72.*

97 Respondetur: & concesso antecedente quoad denominationem, & illam existentiam diminutam, de quâ §. *præcedenti*, nego consequentiam. Nam notioni Purissimi actûs solùm obstat indifferentia perfectibilitatis, & Potentialitatis, se reducentis ad suum actum vel per receptionem ipsius, aut per influxum & productionem: non verò obstat realis sufficientia, ut sit identicè denominatus per exer- *Et §. præcedenti.*

exercitium existens omnimodè à se, citra ullam potentialitatem, aut perfectibilitatem, aut emanationem unius ab alio: sic autem, & non aliter se habent in Deo Intellectus, & Voluntas respectu actuum in denominando contingentium. *In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.*

98 Ad primam consequentiæ probationē, distinguo antecedens: nō est indifferens, sed determinatus, quoad esse simpliciter, concedo: quoad denominare, subdistinguo: si necessarius sit, concedo: si liber, nego: libertas enim exigit, ut sò ùm denominet ex libito ipsius Dei; non tamen obstat ne sit omninò incapax emanandi; quia stare potest cum perfectâ Identitate repugnante rationi principii: stat igitur perfectissima Dei libertas cum reali & verâ sufficientiâ, denominandi se pro libito sic vel aliter exercendo identitatem essentiæ cum hac, aut illâ terminatione ad extra respectivâ, per exercitium tamen, omninò resistens omni imperfectioni potentialitatis, & simpliciter existens à se; utpote exercitium simpliciter identicum entis omninò perfecti, nec se potentis meliorare per actus suos.

99 Ad secundam, concesso sub eisdem præcisè terminis antecedente, nego consequentiam: sicut enim realis ea indifferentia consistens in sufficientiâ purissimè se denominandi pro libito sic vel aliter, ut *jamjam* dixi, stat optimè sine physicâ vi productivâ, & sine ullâ umbrâ realis potētialitatis; ita potest optimè stare sine ullâ vi productivâ virtuali. Ratio est: quia infinita perfectio Divinæ libertatis non solùm excludit realem formalem imperfectionem, sed etiā virtualem imperfectionem: imò sunt aliqui virtuales conceptus qui constitui formaliter nequeunt nisi per formalem imperfectionem: qualem puto conceptum virtualis principii, & productionis. Explico id ipsum exemplo. Licèt in Deo detur indifferentia realis, ut denominetur sic vel aliter, ipsa perfectio talis indifferentiæ, & ejus exercitii, omninò resistit, ut exercitium talis denominationis esse possit accidens virtuale: quippe tali notioni resistit substantialis identitas: at non minus resistit notioni virtualis influxûs perfectissima aseitas, & plenitudo Divinæ Perfectionis: ergo ea indifferentia explicanda omninò est citra virtualem influxum, &c.

100 Ad tertiam admisso quòd Actus contingentes, & liberi Dei, ut qui reipsâ simpliciter non deficiunt, semper sunt quoad essentiam sui, nec eam habent aliter, quàm per exercitium identitatis istius ad illos: nego antecedens in sensu quem intēdit arguens. Nam Libertas Dei stat in reali, ut sæpe dixi, sufficientiâ se denominandi pro libito per exercitam Identitatem perfectionis necessariæ: cum Terminatione Contingente, seque sic determinandi per eam ipsam Terminationem Identicam, citra ullā productionem, aut influxum. Quod firmatur duplici consideratione. Prima est: quia Deus reverâ, & realiter se determinat; & nihilominus non producit realiter per vos: non ergo requirit vis determinandi, vim producendi. Secunda: quia (si parva licèt cōponere magnis) juxta doctrinas satis communes, voluntas se determinat liberè ad puras omissiones, sine ullâ inductione, aut productione: sicut ergo intelligi ab adversariis potest vis se liberè determinandi, sine ullâ productione; cur in Deo intelligere id nequeant? Quòd si paritas in eo videatur deficere, quod pura omissio sit negatio; actus verò divini sint quid positivum; premit in eo paritas maximè: Primò: quod utrobique libertas est ad actum non simpliciter perfectivum, licet ex capite diverso. Secundò: quia sicut ibi determinatio non exigit influxum ex defectu entitatis in exercitio, ita necdhic ex perfectione omnimodæ identitatis, & aseitatis in ipso exercitio.

101 Objicies secundò: Denominatio Deo libera est contingens: alioqui non esset libera: sed omne contingens, eo modo quo contingens est, est ab alio: ergo & ea denominatio: ergo se habet ut actus secundus oriundus à primo. Probatur minor primò: quia ex contingentiâ probari solet existentia Causæ Primæ, à qua sint entia contingentia. Secundò: quia Contingens eòipsò est indifferens ut sit, & ut non sit: ergo non habet essentialiter actu esse: ergo nec habet à se: ergo ab alio. Hæc objectio probaret etiam realem productionem: nam cùm Dei libertas, realis sit, & veram indifferentiam imbibat, virtuali solùm influxu contenta non esset.

102 Respondetur. Admissâ majori cū proportione ad perfectionem & infinitatem Dei: quæ non patitur in exercitio suo præter defectibilitatem, & contingentiam fecun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Suprà nu. 83.

secundùm quid, diminutam, & virtualem, explicatam *suprà*, distinguo minorem: omne simpliciter contingens, & quoad esse distinctum, concedo: omne contingens secundùm quid, & purè in denominare, cum identicâ necessitate non deficiendi quoad essentiam, nego minorem. Ratio est: quia productio & influxus tendunt ad esse distinctum: quippe finis est augere per termini positionem numerum entium supra se. Ad primam probationem conceditur assumptum: nam ex contingentiâ rerum simpliciter in essendo, debet tandem deveniri ad causam omninò necessariam in existendo. Ad secundam, distinguo antecedens: Contingens eòipsò est indifferens ut sit, vel non sit, saltem *secundùm quid*, concedo. *Simpliciter*: subdistinguo: si nullam formaliter imbibat, vel exse supponat necessitatem essendi, quoad essentiam sui, cóncedo: si supponat aut imbibat, nego. Libertas autem exercitii Divini nostat in contingentiâ simpliciter quoad sui esse: sed quoad purè denominare realiter, per contingentiam præcisè *secundùm quid* & quoad esse Respectivù *ad extra*. Et quidè hujus Mysterii sublimitas nullâ ratione lucem accipere potest ab his influxibus, & productionibus virtualibus: quæ præter speciosas voces plerumque fallentes, important nihil.

SECTIO VI.

EXCLUDITUR ETIAM A DEO RATIO Actûs Primi, & Secundi Intellectivi, per rationem.

103 RAtio est: Nihil est per quod Capacitas Intelligendi Divina, citrà fictionem constitui possit in ratione Principii, & actûs Primi respectu Intellectionis, etiam ratione nostrâ: ergo ne ratione quidem nostrâ potest in Deo admitti ratio Principii, & actûs primi. Consequentia patet. Antecedens facilè probabitur, supponendo imprimis, reverâ & independenter ab operatione mentis nostræ, non dari in Deo prædicatum sufficiens ad quidditatem Principii, & Actûs Primi, sive realis, sive virtualis, ut probatum est: deinde percurrendo discursus Recentiorum.

104 Non sufficit in primis, eam Capacitatem distingui ratione nostrâ ab Intellectione. Nam unum ab alio distingui, non est unum ab alio principiari, ut notum est. Secundò, non sufficit, eam Capacitatem concipi à nobis adinstar principii Intellectionis, factâ analogicè comparatione ad Creaturas. Nam Deus, & Angeli concipiuntur adinstar Corporis; nec sunt Corpus per rationem: Pater Æternus concipitur adinstar senis; nec est per rationem senex: Deus concipitur instar principii Imperfecti; nec est principium imperfectum per rationem. Tertiò: non sufficit eam capacitatem concipi à nobis tanquam aliquid prius. Nam sicut ex cognitione infinitæ capacitatis ad intelligendum, oritur rectè cognitio infinitæ intellectionis; ita ex istius cognitione oritur legitimè cognitio illius: si igitur prioritas per rationem in hac Cognitionum dependentiâ consistit, æquè erit per rationem prior Intellectio, ac capacitas illa, respectivè. Quartò, non sufficit, esse in Deo prædicatum substantialis Intelligentis, ut *quod*: nempe quod in creatis soli comperit actui primo. Nam licèt Ratio intelligentis, ut *quod*, in creatis soli competat subjecto passivo, Deus per rationem, ex conceptu Intelligentis ut *quod* non est subjectum passivum: & licèt Intellectio in creatis sit accidens, Deus, ex eo conceptu intellectionis, ne per rationem quidem, est accidens: Non est ergo sufficiens fundamentum ad constitutionem Principii, & actûs primi, adhuc per rationem.

105 Confirmantur hæc omnia. Distinctio rationis extrinseca supponit ea prædicata, quæ distinguit; non facit: ratio est evidens: quia nostræ cognitiones non immutant objecta, quæ tangunt. Exinde licèt in Deo mens nostra distinguat extrinsecè per diversum exprimendi modum Misericordiam, & Iustitiam, ea prædicata non facit: & licèt in nobis distinguat Animal, & Rationale, non facit ea prædicata, sed supponit: Atqui in Deo non est ratio Principii physici, aut virtualis, neque ratio actûs primi virtualis aut physici, ut suprà probatum est: ergo quantumvis accedat ratio nostra, citra fictionem operans, & ratiocinans, inducere nequit, aut invenire rationem Principii, aut actûs primi.

106 Objicies. Tàm repugnat Divinæ simplicitati, distinctio, quàm principiatio formalitatum: sed nihilominùs una Dei formalitas per rationem ab aliâ distingui potest: ergo & principiari. Confirmatur primò: Divinæ Formalitates distinguuntur extrinsecè ratione nostrâ, quando concipiuntur per connotationem ad res creatas distinctas: ergo par ter erit una per rationem Principium alterius, quando concipiantur per connotationem ad res creatas, quæ sint Principium, & Principiatum: Atqui Capacitas intelligendi Divina, & intellectio concipiuntur hujusmodi, ut patet: ergo. Confirmatur secundò: simplicissima Dei entitas æquivaleat nostro Principio intelligêdi, & nostræ Intellectioni ab eo productæ: ergo ratione hujus æquivalentiæ saltem analogicè per rationem datur in Deo Principium Intellectionis. Confirmatur tertiò: Capacitas intelligendi realiter distincta ab Intellectione, est reale Principium illius: ergo distincta per rationem, erit per rationem principium illius.

107 Respondetur. Admissâ majori, & concessâ minori, nego consequentiam discrimen est: quia unum distingui per rationem ab alio prædicato, solum est objectum subesse Cognitionibus vel definitivè, vel expressivè diversis: id quod potiùs est natura & imperfectio cognitionum, quàm objecti: mentis nostræ, quàm rei cognitæ: idque experimur satis. At nulla potest esse cognitionis energia, quæ sufficiat ad fabricandum in objecto prædicatum, quod in ipso non reperit. Cognitio enim, nisi falsò ratiocinetur, solum præstat objecto denominationem cogniti: unde prædicatis, quæ in objecto non sunt, non præstat eam denominationem: non ergo potest ulla cognitio, nisi fingendo, sufficere ut de objecto, ubi ratio principii nulla est, dicatur ulla principii ratio.

108 Ad primam confirmationem concesso antecedente, negetur consequentia: discrimen: quia ex eâ diversâ connotatione jam oritur diversitas expressiva, vel definitiva Cognitionum: in quâ stat distinctio per rationem: at ex connotatione ad prædicata, quibus res caret, non potest resultare in re ipsâ verè concepta prædicatum, quo caret secundùm se: alioquin ex connotatione ad creaturam, ad accidens, ad principium imperfectum, Deus esset per rationem creatura Principium imperfectum, & accidens. Ad secundam concesso antecedente, negetur consequentia ob rationem eandem. Ad tertiam concesso etiam antecedente, negetur consequentia ex *nu.* 104. Nam in casu distinctionis realis, vitalitas explicari nequit nisi per immanentem influxum: at in casu distinctionis formalis extrinsecæ, non variatur intrinseca vitalitas quæ cognoscitur, repugnans ex immanentiâ perfectissimæ aseitatis omni potentialitati, & principiationi.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

SECTIO VII.

ILLATIONES, ET QUÆSTIONES annexæ: ubi de Potentiâ Proximâ, Specie, Habitu, & Memoriâ.

109 ILlatio Prima: In Deo datur tota Perfectio Intellectûs, & Voluntatis, consistens in substantiali capacitate Intelligendi, & volendi, citra omnes eas imperfectiones, quas in nobis immiscet his gradibus vitæ limitatio. Unde patet quàm irriti sint conatus plurium Recentiorum, quibus plaudit Godoy, existimantium, negari à nobis, utpote infectis omne genus Principii, & actûs Primi, veram rationem Intellectûs, & Voluntatis in Deo. Negamus imperfectiones: damus, quidquid perfectionis in his gradibus lucet. *Godoy, & Recent.*

110 Illatio Secunda: In Deo Capacitas Intelligendi, & Volendi, seu Intellectus, & voluntas, non est per modum Potentiæ plusquâ logicæ. Nam Potentia non excedit lineam Potentiæ logicæ nisi per munus aliquod proprium Potentiæ physicæ: rationes enim aliæ impertinentes ad Potentiæ lineam, neque ullum potentiæ munus afferentes, nequeunt extrahere potentiam à purâ sufficientiâ ut res sit, seu à potentiâ logicâ, ut suprà diximus; sed in Capacitate Intelligendi, & Volendi Divinâ nullum est munus proprium Potentiæ physicæ: ergo.

111 Illatio tertia: Deus realiter vivit vitam intellectivam, & volitivam omninò parissimam. Hæc illatio est ex dictis hucusque legitimè: & Doctorum Angelici, & Eximii. *Illius 1. part. quæst. 41. art. 4. ad 3. hujus disp. 30. metaph. sect. 15.* Nec obest primò Rhemense dicens, dari in Deo id *quod*, & id *quo* est Sapiens. Id enim citra ullam potentialitatem debet intelligi. *S. Thomas P. Suarez Rhemense.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ part. tract. 1. de Deo sciente.

Nec obest secundò Augustinus, dicens, Deum esse *causam suæ Sapientiæ*: per *causam* enim intellexit *rationem formalem.*

Augustin.

Nec obest tertiò Chrysostomus de Deo dicens: *non à sapientia, substantia, sed à substantia sapientia.* Id enim quoad nos analogicè discurrentes per species Creaturarum intelligendum est. Nec obest quartò Iustinus dicens: *quæ differentia est potentiæ ad actum, ea est voluntatis Divinæ ad ipsum velle.* Nam illud opusculum à Bellarmino non putatur esse Iustini: vel id Intelligendum est tantum extrinsecè, ex modo significandi. Nec obest denique Apostolus dicens de Deo *secundùm propositum voluntatis suæ*: ubi videtur distinxisse volitionem à voluntate. Id enim unicè significat specialitatem amoris: ad quam nullus requiritur actus primus. Transeamus jam ad quæstiones affines.

Chrysost.

Iustinus.

Cardinal. Bellarm.

Apostol.

An in Deo potestas proxima intelligendi?

111 Quæstio prima est: An detur in Deo Potestas proxima intelligendi, aliquomodò distincta à potestate radicali, ut contingere dicitur in nobis: ubi substantia animæ dicitur esse radicalis potestas intelligendi; formalis, & proxima verò, ipsa facultas intelligendi, qui intellectus est? Affirmant Arriaga, & Godoy, & moventur: quia datur in Deo prædicatum intellectivi, in quo convenit cum principio radicali creato, & non cum proximo: nempè, substantia intelligens, ut *quod*: & datur prædicatum intellectivi, in quo convenit cum Principio Proximo creato, & non cum radicali: nempè Potestas intelligendi, excludens, aut inexigens aliud à quo compleatur: ergo. Debile motivum. Nam ratio principii radicalis stat in virtute substantiali, per se ipsam insufficienti ad actum intellectionis, & indigenti ulterioris comprincipii: Ratio verò principii proximi stat in facultate subsidiariâ virtutis insufficientis: quæ rationes sunt procul à Deo. Quare

Arriaga. Godoy.

Communis opinio.

113 Negandum reor ex communi nostrorum. Ratio est primò: quia munus facultatis proximæ est respectivum ad Principium physicum, seu reale, seu virtuale: at in Deo non est ulla ratio principii physici sive realis, sive virtualis: ergo. Secundò: quia facultas proxima intelligendi, ut condistincta à principio radicali, cujus in subsidiū instituta est, necessariò arguit insufficientiam, & imperfectionem principii radicalis: at hæ rationes omninò Deū dedecent: ergo. Hæc in re tenui satis.

An Habitus? Henric. Arriaga.

114 Quæstio secunda est: An in Deo detur in aliquo sensu ratio formalis habitûs? Affirmat post Henricum etiam Arriaga: & movetur primò: quia in Deo sunt virtutes morales: ergo & intellectuales: quis enim Deo negerit scientiam, Prudentiam, artem? Sed virtus est Habitus: ergo. Secundò: Nihil aliud est operari ex habitu, quàm operari promptè, ac facilè: sed Deus promptissimè, ac facillimè intelligit: ergo ex habitu. Infirma motiva. Primum: licèt in nobis, quia in virtutis exercitio capaces sumus difficultatis, vincendæ per habitum; Virtus sit habitus: At in Deo Virtus vel est purissimus actus permanens: vel promptitudo purissima ad virtutis exercitium, incapax cujusvis difficultatis. Secundum: quia operari ex habitu non est præcisè operari promptè, sed operari tanquam principium capax operari cum difficultate superabili ratione adjuncti alterius comprincipii. Quare

Communis opinio.

115 Negandum etiam reor ex communi Theologorum: Primò: quia ratio habitûs est respectiva ad Principium physicum, seu virtuale, seu formale, quod compleat, aut juvet: at in Deo nulla est principii ratio. Secundò: quia munus habitûs est, Potentiam alioqui capacem difficultatis in operando reddere promptam, ac facilem: unde in iis potentiis, quæ ex perfectione, promptissimè se exercent, omninò repugnat. Tertiò: quia munus habitûs arguit in Potentiâ cujus in juvamen datur, manifestam imperfectionem.

An ratio speciei impressæ? Godoy. Arriaga.

116 Quæstio tertia est: an detur in Deo ratio formalis speciei impressæ? Affirmant non pauci, quos protegunt impensè Godoy, & Arriaga: qui moventur primò: quia munus speciei est determinare intellectum, ut cognoscat objectum; at quodlibet objectum determinat Deum ad sui cognitionem. Secundò: Tria possunt excogitari in specie impressâ: representare objectum intellectui: Vnire Objectum intellectui in esse intelligibili: & concurrere vice objecti ad intellectionem: sed hæc tria competunt Essentiæ Divinæ respectu Divinæ intellectionis: ergo. Tertiò: quia Essentiæ Dei multi Theologi, inter quos Angelicus Doctor, attribuit munus speciei impressæ.

S. Thomas

Neganda cū Suarez

117 Negandum reor cum Eximio nostro Doctore. Primò: quia munus speciei im-

impressæ est respectivum ad Principium elicitivum intellectionis, ipsum juvando, & vice objecti complendo ad notitiæ partum: at in Deo nulla est ratio principii sic elicitivi. Secundò: quia munus etiam proprium speciei est complere potentiam se solâ insufficientem ad intelligendum: id autem sine imperfectione potentiæ intellectivæ fiare nequit. Tertiò: quia capacitas intelligendi Divina, præcisim ab speciei munere, vel formalitate, vel est completa, & determinata ad intelligendum, vel non? Si secundum: ergo dicit imperfectionem in lineâ intellectivi omninò repugnantem Divinæ intellectualitati. Si primum: ergo præcisim à munere, vel formalitate speciei, jam habet quidquid ab his sumere potest: ergo. Quartò: quia ut in Deo ponantur etiam virtualiter facultas proxima intelligendi, habitus, & species, debet in Deo formaliter reperiri munus maximè proprium ejus facultatis, habitûs, & speciei: at munus istud importat imperfectionem, juvaminis adventitii; comprincipii physici, & incompleti: ergo.

118 Motiva in oppositum debilia sunt. Primū: quia ad speciei rationem non sufficit utcumque vis determinandi ad intellectionem, sed determinandi per modum comprincipii fœcundantis intellectum ex se insufficientem. Alterum: quia falsum omninò assumitur in majori, & permissâ majori, est ex præcedentibus falsa minor. Tertium: quia sensus Angelici Præceptoris, cùm dicit in Deo Divinam Essentiam facere vices speciei, non est, in Deo dari rationem formalem speciei, sed Divinam Essentiam omninò sufficere pro his, quæ in nobis præstat species impressa: unde posse dici Divinam Essentiam æquivalenter speciem quasi impressam omnium intelligibilium: quia ex se est necessitas perfectissima cognoscendi omne verum.

Mens Angelici Magistri.

An Memoria? Ruiz de Montoya.

119 Quæstio quarta est: an in Deo detur aliquo vero sensu Memoria? Affirmat impensè Pater Ruiz de Montoya ductus primò: quia Scholastici, dum citra metaphoram loquuntur, asserunt Memoriæ fœcundam Patris esse Principium productivum Verbi: quæ locutio sumpta est ex Patribus apud eundem videndis. Secundò: quia *Memoriæ* propriæ sumptæ nomine, solum venit adæquatum principium intelligendi tā ex parte objecti, quā ex parte virtutis: at hæc adæquatio negari Deo nequit: ergo neque Memoria. Non sufficiunt hæc. Non primum: quia sensus eorum Patrum, & Theologorum esse debet, Patrem esse fœcundum ad productionem Verbi per intellectum: in quo aliquatenus assimilatur ad munus speciei impressæ: verùm sine proprio munere ipsius. Nō secundum: quia licèt in Deo detur plenissima sufficientia intelligendi, non verò datur ulla ratio principii, ad cujus completionem ordinatur specierum congeries, & excitatio: in quā propriè sumpta, memoria consistere dicitur. Quare

I. Sent.

I. Sent.

120 Negandum esse reor. Primò: quia vel sermo est de memoriâ in actu primo, vel de memoriâ in actu secundo: si primum: ea requirit species: quæ in Deo nō sunt. Si secundum: ea in Deo est, sine ullius speciei excitatione, perfectissima supercomprehensio omnis veritatis. Secundò: quia memoria propriè dicitur præteritorum respectivè ad cognoscentem: at Deo quid præterit? Tertiò: quia non minùs in Sacris Litteris invenitur, & prædicatur oblivio de Deo, quàm memoria. Oseæ primò: *Oblivione obliviscar eorum, &c.* at ob ivio propriè de Deo dici nequit, ut patet: ergo neque memoria. Stat igitur vice memoriæ, in Deo infinita super comprehensio omnis veritatis, ut dixi.

Neganda.

Oseæ 1.

121 Adverte, ne per rationem quidem, admitti in Deo posse, citra fictionem, rationes facultatis proximæ, speciei impressæ, vel habitûs. Ratio est ex dictis *à num. 103.* quia si semel hæ rationes exclusæ sunt ex parte objecti, nulla nostra cognitio, citra fictionem, potest in eo ipsas invenire, vel fabricare.

Suprà à nu. 103.

DIS-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

DISPVTATIO II.

QVOMODO SCIENTIA DEI SE HABEAT ad Dei Essentiam?

S. Thomas

122 ALII aliter quærunt: an Deus formaliter intelligat per essentiam suam? Dedit ansam quæstioni Doctor Angelicus *hic art.* 4. dum quærit: *An ipsum intelligere Dei sit ejus substantia?* Duplex potest esse sensus. *Primus*: an necessaria Dei Scientia virtualiter, & ex parte rei metaphysicè Deum essentiet? *Alter*: an etiam per ratio-

Scopus Disputationis.

nem, & ex modo nostro concipiendi constituat Essentiam Dei? Ex hoc duplici sensu, (quem aliqui non satis advertunt, rati proinde plures hac in re locutos contradictoria,) orta est varietas opinandi. Sed nec eam repræsentare, nec rem pro sui dignitate decidere possumus, quin rem generaliùs, & altiùs evolvêtes speculemur: in quo, ex mente DD. & ex rei veritate consistat Essentia Metaphysica Dei, tàm ex parte rei, quàm ex modo nostro concipiendi. Id quod hìc, paucis multa complexus, quàm brevissimâ, & clarissimâ methodo, peragam.

SECTIO I.

CIRCA DEI ESSENTIAM, QVÆSTIONIS Termini, Punctum, Iudicia Theologorum, nostrumque de ipsis.

§. I.

PRÆVIÆ NOTATIONES.

Significatum Essentiæ varium.

123 NOto primò: *Essentiæ* vox Lubricæ significationis est. *Primò* significat quidditatem cujusque entis, aut prædicati: & hoc sensu venit, dum dicimus in logicâ: *Definitio est Oratio explicans essentiam rei.* In hoc sensu, tot in ente quolibet sunt essentiæ, quot prædicata. *Secundò* significat quidquid res habet per realem identitatem: sic dicimus, hominem *essentialiter* esse risivum. *Tertiò* significat illa prædicata, per quæ res constituitur, adæquando conceptum illum, quo de ipsa rogamus, *quid sit?* In hoc tertio sensu sumimus *Essentiam* in præsenti: nempe pro Deitate, seu pro eâ ratione, quæ Deum constituit in esse Dei, & quæ Personalitatibus formaliter adjuncta dat *esse Deum*, adæquando vocem hanc, *Deus*; sub quâ rogamus: quid est?

Conditiones Constitutivi.

124 Noto secundò: Inter multas conditiones, quas non pauci pro designando metaphysico rerum constitutivo, nimis scrupulosè requirunt, tres sunt indispensabiles, ad quas cæteræ reducendæ sunt. *Prima* est: ut ea prædicata sint Essentia Metaphysica, quibus præcisè positis (seu re, seu ratione) res ponitur: & quibus præcisè ablatis, aufertur. Ratio est evidens: quia essentia necessariò sufficit ad rem cujus est essentia: implicat autem esse quod sufficit, ut sit res, & rem non esse; aut sine eo quod sufficit ut res sit, tem ipsam esse. *Secunda* est: ut sint prædicata adæquativa vocis, quâ Definitum exprimimus. Ratio est etiam evidens: quia per prædicata, quæ non adæquant significatum Definiti, nequit res intelligi ita sufficienter constituta, ut iis præcisè positis res ponatur. *Tertia est*: Ut nihil, præ ipsis Prædicatis, sit radix Perfectionum suppo-

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Quotuplex in Deo genus Prædicatorum?

siti. Ratio est etiam evidens: quia Perfectiones suppositi, si aliundè fluunt, fluunt vel exigentialiter, vel physicè, vel illatione naturali ex esse, seu naturâ suppositi. Aliæ conditiones de *majori nobilitate*, de *radicatione*, de *prioritate*, impertinentes plerumque sunt, &, inter prædicata realiter eadem, dubiæ, vel falsæ suppositionis. Definio igitur Essentiam: *Primum, & adæquatum constitutivum rei.*

Essentia Physica, & Metaphysica

125 Noto tertiò: Duplex Essentia solet de rebus considerari. *Physica*, seu *quasi Physica*, & *Metaphysica*. Physica in compositis non est ita signatu difficilis: in simplicibus non est ita facilis. Verùm in utrisque Physica, seu quasi Physica essentia sunt entitativæ Perfectiones rei, prout in se sunt, sive realiter distinctæ, sive indistinctæ, juxta regulas *num. præced.* Metaphysica sunt eædem entitativæ Perfectiones, prout sub abstractione indivisibili subsunt conceptui definitivo per genus, & adæquatam differentiam, juxta easdem Regulas. Vnde contra plurium imaginationes fit primò: Essentiam Physicam, & Metaphysicam realiter distingui non posse. Nam, ut *alibi* notavi, Physica est verificativa Metaphysicæ. Secundò: totam essentiam physicam imbibi in Metaphysicâ: nam res nequit poni, nisi metaphysicè, & physicè sit suum esse. Tertiò: eas Essentias solùm ex modo concipiendi, seu exprimendi differre. Exemplifica hæc singula in Essentiâ Hominis, Physicâ, & Metaphysicâ. Illa est, *Corpus, & Anima unita*: hæc, *Animal Rationale*.

In Dialectica.

Duplex Quæstionis sensus.

126 Noto quartò: Metaphysica Essentia Dei in duplici sensu potest investigari. Primò ex parte rei, seu objecti secundum se: secundò ex parte nostri modi concipiendi. In primo sensu quæritur, in quâ Perfectione consistat Quidditas Dei, seu Deitas, sumpta secundùm se, virtualiter ex parte rei? In secundo: per quæ prædicata exprimenda sit Deitas, cum per rationem nostram assignamus Essentiam Dei; Hæc distinctio pro vitandâ confusione apud non paucos obvia in tè præsenti est maximè necessaria. Fateor, Essentiam in primo sensu posse dici quasi physicam: & simpliciter Metaphysicam in secundo: video tamen, adhuc in linea Essentiæ Metaphysicæ, hanc ab acutis Theologis distinctionem fieri, probarique.

127 Noto quintò, quoad rem præsentem, triplex considerari debere Prædicatorum genus in Deo. Alia sunt Absoluta necessaria: alia Relativa: quæ nempè sunt ad terminum realiter distinctum intra Deum, ut Paternitas, Filiatio, & Spiratio utraque: Alia demùm contingentia, vel libera: quæ nempè, saltem secundum quid, & quoad denominationem potuerunt in Deo non esse. Ex absolutis necessariis, toti Trinitati communibus, aliqua sunt communia Creaturis, ut *Ens, Substantia, Vivens, Intellectivum*: Alia specialia, & characteristica Dei, ut *Ens à se, infinitum, omniscium, Omnipotens*. Ex his characteristicis, sunt aliqua transcendentia, quæ nempè in quolibet Attributo formaliter imbibuntur, ut *Ens à se*, & *infinitum*: alia sunt intranscendentia, quæ Attributum speciale constituunt, *ut Omnipotens, Omnicomprehensivum, &c.* Demùm ex Absolutis, aliqua sunt ex genere suo *substantialia*: quæ nempè ubique, tam in Creaturis, quàm in Deo spectant ad essentiam, ut *Ens, Substantia, Vivens, Spiritus, Intellectivum*. Aliæ sunt ex genere suo *Attributalia*, quæ nempè (quidquid de Deo sit) non ubique, spectant ad essentiam, ut in Creaturis: *Volitivum, Sapiens, Iustum, &c.* His ita prænotatis

§. II.

PVNCTVM QVÆSTIONIS; ET opinandi modi.

128 PVncto Controversiæ præsentis est, assignare in illo duplici sensu, de quo *n.* 126. nempè tam ex parte rei, quàm ex parte modi, Perfectiones, per quas juxtà regulas *num.* 124. constituenda, & exprimenda sit Metaphysica Quidditas, & Essentia Dei, seu Deitas? Et origo dissidii inter Authores magni, provenit ex triplici capite. *Primò* ex non distinguendo inter Dei constitutivum *in esse rei*, & inter ipsius constitutivum *ex parte modi*. Exinde enim nascitur magna confusio apud Authores. *Secundò* ex suppositâ, & existimatâ virtuali intrinsecâ distinctione, & prioritate inter Divinas Perfectiones etiâ necessarias. *Tertiò* ex imaginatâ inequalitate inter ipsas easdem Perfectiones Dei. Vnde deduci solet, designandam esse pro Essentiâ Methaphysicâ Dei, quæ nobilior sit, & radix cæterarum, dummodò com-

ple-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

In prima Classe.

Bañez. Alvarez. Legionensis Argentin. Schotus. Hemelmã. Gillius. Iosephus Augustin. Recupitus Ferrerius Amicus. Francisc. Lugo. Aversa. Smisingus

In secũda, Albertin. Arrubal. Ioan. Thomas. Discalceati. Albs. Herize. Phasolus. Hemelmã. Ajosus. Zuñiga. Martinus Perez.

In tertia, Molina. Valentia. Becanus. Albiz. Koninch. Ant. Per. Ribaden. Amicus. Ægidius Lusitanus. Montoya. Quirós. Muniessa cum Patr. Suarez.

In quartâ

pleta, & adæquata sit in lineâ suâ. Ego ad quatuor classes reduci video sententias omnium Theologorum in re præsenti.

129 Prima classis est eorum, qui nullâ factâ distinctione inter constitutivum in esse rei, & ex parte modi, pro Metaphysicâ Quidditate Deiassignant, unum ex prædicatis transcendentibus. Alii *Ens à se*, ita Bañez, Alvarez, & Legionensis. Alii, *Ens infinitum*; ita Argentinas, & Schotus. Alii, *Ens necessarium*. Singulos prolixè citat Hemelman *tit. 4. d sp. 1* Accedunt huic classi Pater Gillius, Pater Iosephus August. Pater Recupitus, Pater Ferrerius, Pater Amicus, Pater Franciscus de Lugo, Aversa, & Smisingus.

130 Secunda classis, neglectâ etiam eâ distinctione, recurrit ad specialem perfectionem intranscendentem. Eam aliqui volunt esse intellectivum radicale, seu per modum Actûs primi: sic Albertinus, Arrub. & alii Moderni citati, & protecti novissimè à Borrull, & Godoy. Alii, actualissimam intellectionem, ut Ioannes Thomasius, Discalceati, Albs, & ex nostris Herize, Phasolus, & Hemelman, quem singulariter *vide loc. cit. cap 2.* Alii Intellectivum simul, & Volitivum, radicaliter: sic Ajosius. Alii demum Intellectionem simul, & volitionem: sic Zuñiga citatus, & secutus à Martino Perez *disp 11 de Trinitate sect 6.*

131 Tertia classis facit distinctionem constitutivi ex parte rei, & ex parte modi, & asserit diversimodè discurrendum. Nam pro Essentiâ Metaphysicâ Dei ex parte rei, assignat omnes perfectiones absolutas necessarias, sive interse virtualiter distinguatur, sive non. Ita Molina, Valentia, Becanus; clariùs Albiz, Koninch, Antonius Perez, Ribadeneyra, & Amicus, qui singulariter, addit etiam Relativas Perfectiones: clarissimè Ægidius Lusitanus, Montoya, Quirós, & Muniessa secuti Doctorem Eximium qui eam Sententiam hoc sæculo præ omnibus illustravit *lib. 1. de Essentia Dei cap. 11.* De constitutivo ex parte modi variant ex his multi cum Authoribus primæ, & secundæ classis.

132 Quarta classis, factâ etiam eâ distinctione, asserit in utroque sensu, scilicet & ex parte rei, & ex parte modi, constituendam esse metaphysicè quidditatem Dei, seu Deitatem per omnem perfectionem simpliciter simplicem, id est, per Omnes perfectiones necessarias absolutas Dei, præcisim à Relativis prædicatis, & contingentibus: cum hoc solo discrimine, quod Dei quidditatem ex parte rei eæ omnes perfectiones essentiant, secundùm se, & sub suis unaquæque conceptibus singulariter expressis: verùm ex parte modi, sub conceptu per eas singulariter acceptas unicè verificabili; nempe: *Plenitudo substantialis omnis perfectionis infinitæ simpliciter simplicis*, seu *absoluta necessaria*. Ita doctissimi Magistri cum P. Muniessa singulariter illustrante, *tom. 1. de Essentia disp. 5.* interpretantur Authores tertiæ classis, & maximè P. Suarez *loc. cit.* & expressè P. Quiros *tom. 1. in 1. part. disp. 17.* jure citans Recupitum, Amicum, & Martinonum. Et hæc, de Metaphysicâ Dei essentiâ, judicia Theologorum.

Suarez. Quirós. Muniessa. Recupitus Amicus. Martinon. Alii Doctiss.

§. III.

AUTHORIS IUDICIUM DE DIVERSItate opinandi.

133 EGo breviter de ipsis insinuo meũ. Et de primâ Classe censeo, eam vel omninò relabi in quartam *num. præcedentis*, vel insufficienter explicare Quidditatem Metaphysicam Dei. Prima pars, quæ est mihi verosimilior, ostenditur hoc discursu. Ens à se, ens Infinitum, ens necessarium, definitivè sumptum est ens sibi perfectè sufficiens ad essendum: sed perfecta sufficientia sibi ad essendum formaliter stat in cumulo omnis perfectionis: nam quævis imperfectio, seu defectus est insufficientia sibi ad essendum, quippe secum contemptibilitatem importans: ergo. Confirmatur: Ens illimitatum in lineâ essendi est summum bonum, ut liquet ex *nostra disp. de Summo Bono*; sed Summum Bonum est plenitudo Omnis perfectionis: ergo. Secunda pars mihi clarior est. Primò: quia ex nuper attactis, hic Conceptus æquè Relationes imbibit, ac Absoluta; sed Essentia Dei non dicit constitutivè Relationes: ergo. Secundò: quia vel ens à se est, perfectio aseitatis realis, pro necessitate essendi sine causâ: & hoc æquè competit Relationibus: Vel aseitatis virtualis: & hoc omnibus prædicatis Divinis competit: ergo insufficienter procedit hæc classis. Tertiò: quia hic Conceptus

De prima Classe.

In 1. 2 lib. de Summ. Bono.

potiùs explicat transcendentalem differentiam entis Divini, quàm naturam Deitatis.

De secũda Classe.

134 Censeo secundò de secundâ Classe, eam quoque diminutè procedere. Primò: quia supponit inæqualitatem, & distinctionem absolutarum perfectionum Dei. Secundò: quia nihil curat Quidditatem Deitatis ex parte rei. Tertiò: quia nulla perfectio singularis adæquatè significatum Definiti sub hac voce *Deus*: imò nulla talis est, ut eâ præcisè positâ, poni necessariò dicatur essentia entis, quo nihil excogitari melius possit, qui Deus est. Quartò: quia nulla potest assignari perfectio in Deo, quæ de ipso non dicatur *in quid*: cur ergo excludenda ulla est: Quintò: quia si velimus ludere cum Adversariis, in lineâ entis perfecti nequit assignari prædicatum adæquatum, & nobilius, quàm cumulus omnis perfectionis. Sextò: quia sine ullo fundamento assignatur potius una perfectio præ aliis, una linea vitæ, præutraque; una linea perfectionis, præ lineâ omnimodæ perfectionis.

De tertia Classe.

135 Censeo tertiò de tertiâ classe, eam quidem rectè procedere quoad esse rei; procedere verò parùm consequenter. Primò: quia essentia metaphysica ex parte rei, & ipsâ essentia ex parte modi, nequeunt discerni nisi tanquam implicitum, & explicitum ex *num. 125.* & ratio est: quia de ratione essentiæ est, ut eâ præcisè positâ, res ponatur, aliis quibuscunque præcisis: quis autem concipiat rem poni sine sufficiente constitutivo, ut sit ex parte rei? Secundò: quia ut dixi contra tertiam classem, omninò liberè assignatur potius una essendi linea, præ aliâ, una linea vitæ præ aliâ, una linea perfectionis præ alia, seu præ omnibus. Summus in quartâ classe cum Patre Suarez, cujus mentem sequentibus exponemus, præmissis generalibus principiis, unde descendit.

De quarta Doctor Eximius Suarez.

SECTIO II.

MENS NOSTRA CIRCA ÆQUALITAtem Divinarum Perfectionum.

136 EAm explico sic: Singulæ Divinæ Perfectiones, quæcumque sint, sive prout virtualiter, sive prout formaliter adinvicem distinctæ, sunt formaliter æquales, in gradu Perfectionis; & quæsi-

Aranda de Deo.

ber intensivè tùm perfecta, quàm omnes simul sumptæ. Ita Vterque Delugo; Cardin. *disp. 2. de Incarnatione sect. 5.* Franciscus *in primam part. disp. 35. cap. 2.* Granadus alios citans *tract. 2. disp. 5.* Quirós *disp. 18. sect. 4.* Ribadeneyra *disp. 24. de Voluntate* Antonius Perez *pas. m in 1. & 3. part.* Prudentius *tract. 1. de Incarnatione disp. 3. dub. 1. sect. 6.* Aldrete *variis in locis* præsertim *hic disp. 14. sect. 7.* & Magistri Doctissimi Provinciæ nostræ cum Patre Muniessa, novissimè ornate, & illustrante *tom. 1. de Essentia Dei disp. 3. à sect. 7.*

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Vterque Delugo. Granad. Quirós. Ribaden. Ant Per. M. Prud. Aldrete. Muniessa.

137 Prima Ratio à priori: Repugnat inæqualitas inter Divinas Perfectiones, quin detur inferioritas, & minoritas in unâ, respectu alterius; sed inter Divinas perfectiones repugnat hæc inferioritas, & minoritas: ergo & inæqualitas: ergo. Consequentia patet: & major est evidens: omnis enim inæqualitas importat minoritatem comparativam. Probatur minor: primò: quia omnis inferioritas, & minoritas dicit terminum, à quo exceditur: sed Divinæ Perfectioni repugnat, in genere perfectionis terminus ullus: ratio est: quia de conceptu *infiniti simpliciter*, prout contradistincti *ab infinito secundùm quid*, est carere termino intrinseco, & extrinseco; nihilque ipso posse assignari majus; sed omnis Divina perfectio est infinita, & summa simpliciter: ergo. Secundò: quia omnis inferioritas, & minoritas, est ex se aliqua parvitas, in eo genere in quo minoritas est; sed omnis parvitas est ex se defectus, & imperfectio: ergo & Omnis inferioritas. Sed Perfectioni sine imperfectione repugnat omne genus imperfectionis: ergo.

138 Communis fuga esse solet: Singulas Dei Perfectiones esse summas, non quidem in omni genere, sed in suâ quamlibet lineâ: nec aliter contingere posse. Contra est primò: quia sic non satis occurritur formæ nostræ. Secundò: quia redit eadem tota vis ad eas lineas: vel enim una linea Perfectionis est alteri prorsus æqualis, vel non? Si primum: habemus intentum. Si secundum: neque est linea summè perfecta: imò neque perfecta simpliciter ex illâ inferioritate, minoritate, & parvitate comparativâ. Quare argumentum instauro, &

139 Illustratur hæc ratio: Limes, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

terminus Perfectionis, seu id, quod Perfectionem monorat & finit, est defectus, & imperfectio: ergo Perfectio carens omni defectu, & imperfectione non habet limitem ullum perfectionis: ergo in genere perfectionis non habet, unde minoretur: ergo in genere perfectionis est simpliciter infinita & summa. Sed inter summa simpliciter, in genere in quo summa sunt, repugnat inæqualitas: cò enim ipsò periret utrinsque summitas ex limite perfectionis: ergo inter Divinas Perfectiones, quæ ex conceptu Divinæ repugnant Omni imperfectioni, & manent summæ simpliciter, repugnat Omne genus inæqualitatis, in gradu perfectionis. Omnia descendant bene ex antecedente: quod mihi est evidens ex ipsis terminis, & ostenditur primo, rogando, qui posset esse limes Perfectionis, nisi imperfectio? Secundo: quia omnis finitudo, & limitatio, in eo genere in quo est, est parvitas, & impedimentum accessus ad summum; at parvitas, & impedimentum summum in genere perfectionis est imperfectio. Tertiò: quia per perfectionem nequit limitari perfectio: limitari ergo debet per rationem oppositam imperfectionis. Quartò: quia nulla esset finitudo perfectionis, si nulla esset possibilis imperfectio: ergo limes, & terminus perfectionis est defectus, & imperfectio.

140 Secunda ratio à priori: Quælibet Divina Perfectio, quomodocumque contradistincta ab aliis perfectionibus, imbibit in suo esse formali, identicam exigentiam cum omni perfectione, saltem in tertio, seu realem identitatem cum omnibus aliis, saltem in tertio: Atqui Perfectionem imbibere in suo esse formali eam identicam exigentiam, seu esse realiter omnem perfectionem est æquè æstimabile bonum, & perfectum, ac omnes ipsæ perfectiones, seu ipsum esse formale omnium perfectionum: ergo quælibet Divina perfectio est æquè æstimabilis, bona, ac perfecta, ac omnes etiam simul sumptæ: ergo inter Divinas Perfectiones repugnat inæqualitas perfectionis. Consequentiæ liquent, & præmissæ probandæ, in quibus est tota vis.

141 Major imprimis explicatur, & probatur simul: nam si stemus virtuali distinctioni, ea præscindere nequit à reali identitate: atque adeò quævis perfectio prout contradistincta virtualiter, imbibit realem identitatem, seu habitionem alterius à se virtualiter distinctæ: cùm verò nulla sit in Deo perfectio, quæ non identificetur cum Essentia Divinâ identificatâ cum singulis prædicatis intra Deum; nulla est, quæ saltem in tertio, (quod sit omnia) non dicat identicam habitionem omnis perfectionis. Id quod urgetur in quoris genere distinctionis: nâ differentia transcendentalis prædicati Divini, seu Divinitatis, est formaliter, identitas realis, seu identica realis habitio Essentiæ Divinæ, seu omnis perfectionis: ergo quælibet divina perfectio, quomodocumque contradistincta ab aliis, imbibit in suo esse formali, esse realiter omnem perfectionem, saltem in tertio: & hæc erat major.

142 Minor primi Syllogismi probatur: tùm ex ipsis terminis, quis enim plùs æstimet Sapientiam, quàm realiter esse Sapientiam? Tùm etiam: quia continentia eminentialis productiva arguit in continente æqualem, & fortè majorem perfectionem, quàm sit perfectio termini contenti, ut notum est: ergo arguit saltem æqualitatem, formalis continentia ex vi realis identitatis. Probatur consequentia Primo: quia ille continendi modus per identitatem est strictior, & superior, imò summus. Secundò: quia is continentiæ identicæ modus præstat, ut perfectio in suo esse formali sit ipsum esse realiter Omnes perfectiones, atque adeò præstat, ut ex vi sui esse formalis sit summè perfecta in omni genere; nulliusque generis perfectionis possit de ipsâ negari realis habitio, seu identitas: ergo necessariò sufficit ad præintentam æqualitatem perfectionis.

143 Tertia ratio à pari, quæ præcedentes confirmet: Personæ Divinæ sunt omninò æquales in perfectione: ergo, & singulæ Divinæ Perfectiones, prout abinvicem condistinctæ. Antecedens de fide est, & habetur expressè in Symbolo Athanasii. *Athanas. Symbol.* Probatur consequentia: si enim semel admitteretur inæqualitas inter Divinas perfectiones, non est cur inter ipsas Personalitates nò deberet admitti. Ratio est: quia spectant ad genera perfectionis inæqualis; una est improducta, & dat; aliæ sunt productæ, & accipiunt: una pertinet ad genus Intellectivi; alia ad genus volitivi. Ergo nec esset cur inter ipsas personas nò deberet inæqualitas admitti. Nam

Inæ-

Inæqualia, addito æquali, qualis est Essentia toti Trinitati communis, manent inæqualia. *Dices*, id esse verum, nisi compensetur excessus per rationem adjunctam, ut accidit in Personis: nam Essentia, cùm sit plenitudo omnis perfectionis, sopit, & compensat aliquem excessum Personæ ita tum. Benè. Cur igitur differentia entis Divini, non sopit, & compensat excessum, siquis est, inter genera Intellectivi, & Volitivi; Viventis, & Potentis, cùm eas perfectiones transferat ad lineam summæ? & urgebo, quidquid dixeris, paritatem.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

144 Quarta ratio à posteriori: Amabilitas, adoratio, & cultus sequuntur taxam Bonitatis, & perfectionis: sed inter Divinas Perfectiones, amabilitas est æqualis, & unicuique debetur æqualis cultus, & adoratio: ergo inter ipsas est perfectissima æqualitas in gradu perfectionis. Minor ex se patet: alioquì Deus non amaret amore æquali perfectiones suas; nec Personæ æqualiter amarent adinvicem Proprietates Personales: neque singulæ Perfectiones essent ex se dignæ Summo cultu, quod quis credat? *Dices*: singulas esse æquè amabiles, & adorabiles respectu nostri: quia singulis debitus est omnis amor & cultus possibilis. Contra: primò: quia licèt inspecta finitudine nostri amoris, & cultûs, omnis amor & cultus noster sit debitus singulis divinis Perfectionibus; tamen, si perfectiones sint inæquales in se, totus hic amor, & cultus magis deberetur majori, quàm minori: quia major est magis digna, quàm minor: id autem est absurdum. Secundò: quia respectivè ad ipsum Deum non est cur amor non sequatur inæqualitatem perfectionum; & respectu majoris sit major; minor, respectu minoris: quod etiam absurdum est.

Ex Heriz.

145 Objicies ex Herize: quia nullus est Theologus: qui non distinguat in Deo rationes *Primarias*, & *Secundarias*: *Absolutas*, & *Relativas*: Sed primariæ, & absolutæ sunt perfectiones. Confirmatur: nam alioquì Paternitas v.g. esset tàm perfecta, quàm Deitas: id autem esse falsum, patet: nam Paternitas neque continet formaliter essentiam, neque eminenter: ergo nequit esse tàm perfecta, quàm Deitas. Antecedens probatur: tùm quia non dicit perfectiones essentiæ. v.g. Omnipotentiam, Sapientiam, &c. Tùm quia nullo modo principiat essentiam, sed potiùs econversò. Respondetur. Distinguo: qui non distinguat rationes *primar. & secundar. constitutionis*, concedo: primatu *perfectionis*, nego. Primum agnovere Theologi: non secundum: unde nego minorem. Ad confirmationem concedo sequelam cum Cardinali de Lugo juxta illud Augustini: *Tantus est solus Pater, quantus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus*: & ratio sumitur à Patre Suarez ex secundâ ratione, quàm ut sumus à *num.* 104. quare nego minorem. Ad probationem dico Paternitatem ex identicâ continentiâ æquivalere omni perfectioni, cujus retinet identitatem realem, quomodocumque eam præscindas, & sumas. Illud de principiatione essentiæ Vanum est ex *disp. præced.*

Card. Lug. Suarez ch. Augustin

Suprà à nu. 51. Ex Arriaga.

146 Objicies ex Arriaga: Sapientia ex genere suo est perfectior, quàm Potentia: juxta illud: *Melior est Sapientia, quàm vires*: ergo etiam Sapientia Divina, quàm Omnipotentia. Probatur consequentia: quia si inæqualibus addantur æqualia, manent inæqualia: etiamsi, quæ superadduntur, infinita sint, ut pater, si binario, & centenario addatur numerus infinitus. Objectio, quâ maximè fidunt adversarii, patitur manifestam instantiam, quam habes *nu.* 143. Respondetur, igitur, permisso antecedente quod est maximè dubium, & unicè potest esse verum ex nostro modo concipiendi, manuducentibus speciebus Creaturarum, per quas cognoscimus; nego consequentiam. Ad probationem distinguo antecedens: si id quod superadditur, non est summum in linea perfectionis, faciensque rem simpliciter summam, concedo: si summum est, &c. nego: quia tunc ea differentia summi simpliciter sopit, & compensat excessum siquis est, generum, quæ contrahit ad lineas, inter quas repugnat inæqualitas. Talis est differentia prædicati Divini.

Ex Borrull

147 Objicies ex Borrull. Libera, quâvis habeant identitatem cum necessariis, non sunt æquè perfecta, si perfecta sunt ratione sui: ergo titulus identitatis non sufficit ad inducendam æqualitatem Perfectionis. Antecedens patet: quia Defectibile non est æquè perfectum, ac indefectibile. Confirmatur: Paternitas præcisim ab identitatem cum essentia, non est ratione sui tàm perfecta quàm essentia: ergo neque ratione talis identitatis. Patet antecedens: quia alioquin frustrà esset recur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

sus ad eam identitatem. Probatur consequentia: quia ea identitas Paternitatis ad essentiam non est perfectior Paternitate, cùm sit ipsa Paternitas. Respondetur: Et nego antecedens: quia actus liber est Deus, & licèt diminutè, & secundùm quid contingens; simpliciter quoad Essentiam sui indefectibilis ut *suprà* dictum est: quid ergo mirum, quòd formalitas identificata cum omni perfectione, sit summè perfecta? Ad confirmationem concesso antecedente: quia præcisim ab eâ identitate non concipitur, ut Divina Paternitas: nego consequentiam. Ad Probationem distinguo: non est perfectior Paternitate Divinâ, concedo. Paternitate, præcisim sumptâ nego: quid tamen inde contra nos?

Vide sup. à nu. 74.

SECTIO III.

MENS NOSTRA CIRCA VIRTUALEM intrinsecam indistinctionem necessariarum Perfectionum absolutarum Dei.

§. I.

RATIONES PRO VERA SENTENTIA.

148 EAm explico sic: Omnes Absolutæ Perfectiones necessariæ Dei sunt ex parte sui simplicissima quædam Virtualitas: quare repugnat inter ipsas distinctio Virtualis intrinseca; quæcumque ipsæ sint. Ita omnium optimè, & accuratissimè Pater Antonius Perez, Pater Martinus Esparza, Pater Ribadeneyra, Pater Thyrsus Gonzalez, Pater Haunoldus, & Pater Quiròs omninò videndus *disp. 15. & 16. de Deo*, quos sequuntur Magistri Doctissimi. Ego studens brevitati præter ea, quæ *supra à nu. 37.* opportunè anticipata sunt, asseram in probationem ex innumeris, quæ possum, pauca, quæ rem brevi, & clarè conficiant.

Ant. Per. M. Esparz Ribaden. R. P. Thyrsus. P. Quiròs. P. Haunoldus. Vide supr. à nu. 37.

149 Argumentor principaliter primò: Nequit admitti distinctio virtualis intrinseca inter Perfectiones necessarias absolutas Dei, quin de ipsis verificentur rigorosa contradictoria in sensu simpliciter reali; id est: quin de unâ earum simpliciter in sensu reali affirmetur aliquid, quod idem simpliciter, & in sensu reali negetur, & disconveniat alteri; sed hoc est impossibile: ergo impossibilis est inter eas Perfectiones distinctio intrinseca virtualis. Minor datur à plerisque, & danda est ab omnibus: Nam prædicatum, quod alteri realiter disconvenit, necessariò ab eo distinguitur realiter: nulla enim rei sibi ipsi disconvenit, nec repugnat. Major ut probetur; sumo Dei intellectionem, & Volitionem Dei, exempli gratiâ: dequo ipsis verifica contradictoria, quæ mavis, & modo quo velis: sic argumentor in probationem majoris, variis arguendi formis, quæ multipliciter rem convincant.

150 Prima sit: Intellectio v. g. est realiter simpliciter volitio omnimodo, quo volitio à parte rei est realiter, & simpliciter volitio; sed volitio à parte rei est realiter simpliciter volitio per modum essendi virtualiter volitionem, & principium Spiritus Sancti: ergo intellectio à parte rei est realiter simpliciter volitio per modum essendi virtualiter volitionem, & principium Spiritus Sancti. Syllogismus est in formâ. Concessis præmissis, infertur, nullam dari distinctionem virtualem inter intellectionem, & Volitionem Dei: Nam ea distinctio, à parte rei debet esse: si ergo à parte rei non est, nulla est. Minor est Adversariorum. Nega igitur majorem, & ecce contradictoriam: ergo intellectio non est realiter simpliciter volitio omnimodò, quo volitio à parte rei est realiter, & simpliciter volitio: ergo aliquid, seu aliquis modus essendi dicitur, & convenit realiter simpliciter volitioni, qui negandus est, & disconvenit realiter simpliciter intellectioni: ergo non sunt omninò realiter idem adæquatè: quod in majori nostrâ contendebam.

151 Secunda sit: Aliquo modo intellectio Dei est à parte rei realiter simpliciter intellectio, scilicet per modum essendi virtualiter intellectionem, virtualiter priorem, & principium Verbi: quo modo volitio Dei à parte rei realiter simpliciter non est intellectio: scilicet per similem modum essendi intellectionem: ergo si semel intellectionem à volitione virtualiter distinguis, aliquis modus essendi realiter simpliciter convenit vni, qui realiter simpliciter alteri repugnat: ergo si semel eas virtualiter distinguis, verificas contradictoria in sensu simpliciter reali, & realiter inadæquatè distinguis. Consequentiæ patent: quòd si neges antecedens: ecce contradictorium: ergo nullo modo intellectio

In primâ par. tract. 1. de Deo sc. ente.

ctio Dei est à parte rei realiter simpliciter intellectio: quo volitio non sit etiam à parte rei realiter simpliciter intellectio. Sed modus quo à parte rei realiter simpliciter Intellectio Dei est Intellectio, est modus essendi virtualiter intellectionem, & principium Verbi: ergo modus quo à parte rei realiter simpliciter volitio est Intellectio est modus essendi virtualiter intellectionem, & principium Verbi. *Dices*: confundi esse simpliciter, cum esse virtualiter: sed contra nam esse virtualiter, non est aliquid mentale, sed realiter simpliciter in rebus existit. *Repide suprà num. 40.*

Suprà nu. 40.

152 Tertia sit: Hic Syllogismus rectè concludit in *Barii*: Quidquid realiter simpliciter participat intellectio Dei realiter simpliciter participat Volitio Dei; sed intellectio Dei realiter simpliciter participat esse prædicatum indistinctum virtualiter ab intellectione, & principio Verbi: ergo Volitio realiter simpliciter participat esse prædicatum indistinctum virtualiter ab intellectione, & principio Verbi. Concessis præmissis, negari consequentia nequit: vide ergo quam ex præmissis negare velis? Minorem non potes: quia continet sententiam tuam. Nega ergo majorem: & ecce contradictoriam: ergo non omne quod realiter simpliciter participat intellectio Dei, realiter simpliciter participat Volitio Dei: quomodo ergo sunt omninò, & adæquatè idem? *Dices*: in his committi vitium fallaeis elenchi, & solùm exinde fieri, realiter convenire volitioni esse intellectionem virtualiter indistinctam ab intellectione, quod verum est: non verò, esse volitionem virtualiter indistinctâ ab intellectione; quod nec realiter habet intellectio.

153 Contra manifestè primò: Vel intellectio est à parte rei simpliciter tam volitio, quàm principium Spiritûs Sancti, & prædicatum virtualiter indistinctum à volitione, vel non? Si secundum: ergo magis negatur de intellectione, prædicatum principiandi Spiritum Sanctum, & prædicatum virtualiter indistincti à volitione, quàm negetur ipsa volitio: ergo negatur plusquam virtualiter: & id intendo. Si primum: ergo sicut intellectio realiter simpliciter est volitio, ita simpliciter realiter erit intellectio virtualiter indistincta à volitione, & principium Spiritûs Sancti: nempè quia quidquid realiter simpliciter dicitur de vno, debet dici de altero, si realiter adæquatè sunt idem. Secundò: quia si simpliciter, & adæquatè sunt vnum, & idem, intellectio, & volitio: non potest realiter diversimodè esse prædicatum in intellectione, ac in volitione, nec ipsas denominare realiter diversimodè.

In primâ par. tract. 1. de Deo sc. ente.

154 Argumentor secundò sic: Distinctio Virtualis intrinseca, verificativa prædicatorum aliquid contradicentium, imbibit distinctionem simpliciter realem in tertio; sed inter Perfectiones absolutas necessarias Dei repugnat distinctio simpliciter realis in tertio: ergo & inter intrinseca distinctio virtualis. Consequentia bona est: & minor certa: Nam distinctio realis in tertio nihil est aliud, quàm identitas duorum prædicatorum, quorum alterum realiter distinguitur à tertio prædicato, quod alterius eorum realiter identificatur: unde nequit esse inter prædicata adæquatè realiter identificata inter se, & quoad omnia mutuò, & adæquatè inter se convertibilia; ut patet in Essentiâ, & Paternitate: ex quibus Essentia identificatur realiter cum Filiatione, à quâ realiter distinguitur Paternitas identificata realiter cum Essentiâ; Arguì omnes absolutæ Perfectiones Dei sunt adinvicem adæquatè realiter convertibiles, & identificatæ, ut est certum: ergo repugnat inter ipsas distinctio simpliciter realis in tertio.

Suprà à nu. 37.

155 Major principalis Syllogismi, in quâ est difficultas, ostenditur primò ex insinuatis *suprà à num. 37.* Secundò: quia distinctio virtualis intrinseca verificat, & identificat Prædicata ex genere suo contradictoria; atqui Prædicata ex genere suo contradictoria realiter immediatè necessariò distinguuntur: ergo distinctio virtualis intrinseca necessariò imbibit prædicata realiter immediatè necessariò distincta: ergo necessariò imbibit realem distinctionem in tertio. Consequentia patet. Major sui expositione clara est: tum quia effectus secundarius realis distinctionis, ut vocant, sunt propriè, & rigorosè contradictoria ex genere suo: nam, quæ ex naturâ rei, vel ex genere suo nec sibi contradicunt, nec repugnant sibi, nunquàm possunt arguere realem distinctionem ex genere suo. Tùm etiam quia si prædicata nec sibi repugnant ex genere suo, nullam

ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

ex genere suo fundate possunt distinctionem: nam quòd sibi disconveniant ratione differentiæ contrahentis, arguet distinctionem, ubi tales differentiæ sint: nullam verò, ubi tales differentiæ desint.

156 Minor ergo proximi Syllogismi probatur. Primò: quia Prædicata ex genere suo contradictoria, sibi mutuò repugnant, ut patet ex terminis; cujus ratio est: nam unum est alterius exclusio: important enim esse, & non esse ejusdem prædicati: sed nulla res seipsam excludit, nec sibi contradicit, aut repugnat: quid enim magis conforme rei, quàm quod est? ergo prædicata ex genere suo contradictoria, realiter immediatè necessariò distinguuntur. Secundò: quia oppositio contradictionis non est minor oppositione Relationis: ergo non est minor vis in oppositione contradictionis ad entitativam exclusionem extremorum, inter quæ immediatè versatur, quàm in oppositione relationis. Atqui ne in Deo quidem stare potest realis oppositio relationis sine immediatâ exclusione, & distinctione extremorum, inter quæ immediatè versatur: ergo nec stare potest realis oppositio contradictionis. Consequentia urgenda est à fortiori, cùm oppositio Contradictionis sit maxima Oppositionum.

157 Illustratur, & firmatur primò vis argumenti; Contradictorium est verè negabile de Contradictorio: ergo realiter distinguitur. Atqui distinctio virtualis intrinseca est identitas formalitatum, quibus contradictoria competunt: ergo est identitas formalitatum, quibus distinctio realis competit: non quidem immediata, & in seipsis, ut patet: ergo in tertio. Cætera patent: & tota difficultas est in primo entymemate. Cujus consequentia probatur primò: quia veritas negationis formalis, & intentionalis stare nequit sine negatione objectivâ: sicut veritas affirmationis sine identitate objectivâ; sed objectiva negatio alterius nequit ab actuali distinctione præscindi. Secundò: quia ratio destruendi aliud, est ipsius non esse: ergo ratio destruendi aliud in alio, vel ab alio, est non esse aliud. Tertiò: quia distinctio est unum non esse aliud: eâque proportione una res distinguitur ab aliâ, quâ non est alia; atqui negatio objectiva, & realis facit unum non esse aliud: ergo actu distinguit. Hæc de primâ consequentia. Primum antecedens est mihi evidens. Tùm quia si negari non potest unum prædicatum de alio, sibi non opponuntur mutuò: ergo non sunt contradictoria: & perit quæstio. Tùm quia distinctio virtualis necessariò importat idem affirmari, & negari de eadem entitate: ergo quia contradictoria sunt mutuò negabilia.

158 Illustratur secundò, ponendo exêplum in Intellectione, & Volitione, quas perfectiones maximè contendut Adversarii virtualiter intrinsecè distinguendas, ex eo quòd de Intellectione verificetur esse Principium Verbi, non verò de Volitione. Sumo ergo hoc prædicatum, & arguo sic: Qui dicunt volitionem non esse Principium Verbi, apertè contradicunt his qui asserunt volitionem esse realiter Principium Verbi, ut est evidens: ea enim est definitio contradicentium: ergo non dicunt unum & idem realiter. Sensus cõsequentis est: realiter diversa verificativa requiri in negãtibus, ac in affirmantibus: Sed verificativum affirmantis est Volitionem esse Principium Verbi; & verificativum negantis est non esse Principium Verbi: ergo esse Principium Verbi, & non esse Principium Verbi non sunt realiter idem. Iam sic: sed per vos Intellectioni competit esse Principium Verbi; volitioni verò non esse Principium Verbi, ratione virtualis distinctionis: ergo ratione Virtualis distinctionis competunt Intellectioni, & volitioni prædicata realiter distincta. Atqui ea, quibus competunt identicè prædicata realiter distincta, nequeunt esse adæquatè realiter identificata: ergo Distinctio virtualis necessariò importat aliquam realem distinctionem in tertio: ergo.

§. II.

SOLVTIO TENTATA SVPPRIMITVR.

159 Respondent ex doctrinâ P. Herrera Moderni quidam valdè præfidenter, distinguendo duplex genus Prædicationum: nam aliæ sunt, ajunt, in quibus Prædicatum abstractè dicitur de subjecto; & aliæ sunt, in quibus solùm concretè dicitur. Est magnum discrimen inter utrumque genus prædicationum: nam in prædicatione abstracti de subjecto, si verè negat prædicatum de subjecto, indicatur distinctio realis inter subjectum, & Prædicatum: *Doctor P. Augustin. de Herrera.*

natum: quia ex conditione Verbi *est*, tunc negatur identitas realis inter utrumque. At in prædicatione concretâ, etsi verè negetur denominatio Prædicati, seu prædicatum concretè de subjecto, (quod idem est) non exinde indicatur realis distinctio inter prædicatum, & subjectum: quia non negatur identitas realis, sed identitas requisita ad denominationem: unde, cum ad denominationem aliquorum prædicatorũ in Mysterio Trinitatis, & similibus; requiratur præter identitatem realem, etiam virtualis identitas: eoipso quòd negetur virtualis identitas, absolutè negatur realis denominatio: denominatio enim, & quævis Res, reipsâ deficit, deficiente quovis ex suî constitutivis.

160 Explicant exemplo, intelligendi v. g. respectivè ad intellectum: & producti respectivè ad Filiationem. Si sumas abstractè, verè dicis: Natura est producti, est productio, est Filiatio producta. Similiter si sumas intellectionem abstractè, verè dicis: Voluntas est intellectio. Fac prædicationem concretam: Voluntas est intelligens: falsò dicis: & verè negas: Natura non est producta. Quid autem negas? Identitatem realem. Non utique: quia falsò negas: Ergo solùm negas identitatem virtualem. Et ratio est, inquiunt: quia ad denominationem intelligẽtis non sufficit identitas realis intellectionis, sed etiam virtualis: unde ex solo defectu identitatis virtualis inter intellectionem, & voluntatem simpliciter deficit realis denominatio. Similiter ad denominationem productæ, & id genus aliàs, non sufficit realis identitas, cum produci, sed etiam virtualis: unde negatâ virtuali tantùm identitate, inter naturam, & produci, vera manet negatio realis denominationis: non ergo ex negatione talium denominationum convinci potest ulla distinctio realis.

161 Hæc est tota solutio: in quâ vera sunt aliqua: falsa plurima: & accomodatio perdifficilis. In primis accomodatio est violenta, & perdifficilis ad argumenta nostra sumpta ex rigore contradictionis, & ex conceptu legitimo distinctionis virtualis: ad quæ duo nihil facit tota doctrina: nam contradictio ex terminis est binarium sese excludentium, & sese quasi suo constitutivo abstrahentium, separantium, & distinguentium. Deinde distinctio virtualis dicitur per secundarium effectum formaliter habitum distinctionis realis: quis autem unquam dixit effectum secundarium realis distinctionis, esse distinctionem virtualem; seu negationem virtualis identitatis. Quæ singulà præoccupata sunt satis ex formis arguẽdi nostris, & suprà *à num.* 37.

In P. primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

162 Fateor discrimen inter prædicationes concretas, & abstractas: & per istas negari non posse verè prædicatum de subjecto sine reali distinctione: per illas verò posse: quia in prædicationibus abstractis, Verbum est, identitatem affirit: in concretis verò solùm indicat habitudinem subjecti ad prædicatum cum aptitudine ad denominationem illius, ut explicui in tractatu *de Trinitate*, & iterum exponam § §. *sequenti b.* Hanc verò doctrinam alioqui veram non explicari, nec applicari benè ab istis Modernis, nec ab Herrerâ ad punctum præsens, (præter ea, quæ *num. præcedenti* tetigi) est mihi evidens.

163 Sic enim arguo contra totam explicationem. Primò: tres sumendo denominationes, seu tria prædicata concreta, v. g. *Intelligendi, Producendi, & Vniri* Stare non potest, quod de vnâ formalitate dicatur denominatio Intelligentis, Producentis, & Vniti, negeturque de alterâ, quin saltẽ virtualiter distingantur ad invicem suppositâ reali eorumdem identitate: id apud eos, quos impugno, verissimum est. Sed tota doctrina deficit in his denominationibus: ergo prædicta doctrina, pro præsenti puncto, non sufficit. Minor probatur: quia doctrina stat in eo quòd ad veritatem harum denominationum requiritur virtualis identitas formæ, seu quasi formæ cum prædicato, de quo verè dicuntur: unde per negationem earum, solum negari sufficit identitatem virtualem: atqui id est evidenter falsum: quod ostendo: nam imprimis denominatio intelligentis futura conditionata v. g. apud Absoluta Dei distinguentes, dicitur de intellectu divino: negatur de Voluntate: & utrobique deficit identitas virtualis: nam Scientia Media æquè distinguitur virtualiter ab intellectu, ac à voluntate. Deinde denominatio Producentis Spiritum Sanctum, & spirantis, dicitur verè de Patre, & Filio, & verè negatur de Natura: & utrobique deficit virtualis identitas;

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

tas; nam activa spiratio, seu productio, æquè virtualiter distinguitur à Patre, & à Filio, ac à Naturâ. Denique denominatio vniti dicitur de Verbo, & negatur à multis de Naturâ, & si de Naturâ dicatur, negatur ab omnibus de Paternitate: & tamen unio æquè realiter distinguitur à Naturâ, & à Verbo, ac à Paternitate: ergo tota Doctrina est evidentis falsitatis.

164 Arguo contra secundò: ideò dicis non verificari de Naturâ concretè, esse Productam: verificari verò de Filiatione: quia denominatio productæ est virtualiter eadem cum Filiatione; & non est eadem virtualiter cum Naturâ: & negatur proinde solùm identitas virtualis prædicati de subjecto, quando negatur de Naturâ, productam esse. Sed instò: cur si est idem realiter Natura, & Filiatio, potest Filiatio habere virtualem identitatem cum esse producto, & non Natura? *Dices*: quia distinguuntur inter se virtualiter. Sed cur distinguuntur virtualiter? Vel *respondebis* per ipsam interrogationem, vel *dices*, ideò esse: quia uni convenit unum, quod alteri non convenit. Instò: vel hoc quod uni convenit, & non alteri, solum convenit virtualiter, vel etiam realiter? Si primum: hæremus eidem salebræ. Si secundum: ergo quia uni convenit vnum realiter, & alteri realiter non convenit, sed oppositum. Rogo modò, vel hoc vnum, quod vni realiter das, & alteri realiter negas, & oppositum realiter distinguuntur, vel non? Si secundum: quomodo ergo negare potes de re, quod reipsâ est? Si ergo primum: manifestè relaberis in sensum nostrum. Inde

165 Arguo contra tertiò: ex latiùs deductis supra *nu.* 38. & 39. ut duo virtualiter distinguãtur, aliquid debet de vno simpliciter posse affirmari, & negari simpliciter de altero: hæc enim est natura distinctionis virtualis: ergo illud aliquid, quod simpliciter uni convenit, & simpliciter negatur de altero, magis debet distingui ab eo de quo simpliciter negatur, quàm ea duo distinguantur inter se. Sed ista distinguuntur virtualiter: ergo illud aliquid debet ab eo, de quo negatur, distingui plusquam virtualiter: ergo realiter: ergo virtualiter distincta, necessariò distinguuntur realiter in tertio. Omnia sequuntur bene ex primo Entymemate: cujus antecedens continet definitionem distinctionis virtualis. Consequentia probatur primò: Nam si id quod simpliciter negas de aliquo, non magis ab eo distinguitur, quàm quod de eodem simpliciter dicis: quomodo negare simpliciter potes? Secundò: Nã propter aliquid distinguis virtualiter *A*, & *B* quid est hoc aliquid? Dicis, esse *C.* conveniens *B.* & non *A.* Instò: vel *C.* distinguitur plusquam virtualiter, vel non? Si secundum: vanò distinguis: & non promoves explicationem. Si autem primum: habeo intentum. Tertiò: nam negatio solius identitatis virtualis, nequit esse effectus realis distinctionis: ergo.

166 Confirmantur hæc omnia. Implicat aliquid de aliquo negari realiter quo ad denominationem, & munus: & de aliquo id ipsum realiter affirmari: quin de ipsis possit realiter affirmari, & negari aliquid in abstracto: sed per vos nequit aliquid in abstracto negari sine objectivâ distinctione reali: neque affirmari sine objectivâ reali identitate: ergo nequit aliquid de aliquo negari realiter quoad denominationem, & munus sine aliquâ reali distinctione. Consequentia bene sequitur. Minor est adversariorum doctrina. Probatur major: *tria* requiruntur ad denominationem: *Capacitas subjecti: forma denominans*: & *Modus habendi*: ecce tria abstracta: quæ si sint simul, necessariò est denominatio. Nunc sic: Vel in rebus sunt simul hæc tria Abstracta, vel non? Si secundum: ergo ideò negas denominationem: quia realiter negare potes aliquod abstractum, seu, *ut tecum loquar*, aliquid in abstracto. Si primum: non potes negare vere denominationem: ergo negari verè non potest aliquid quoad denominationem, quin verè possit aliquid in abstracto negari.

§. III.

ARGVMENTA CONTRARIA Diluuntur.

167 OBjicies primò: A parte rei verificantur istæ propositiones contradictoriæ: Intellectus vel Intellectio est Principium Verbi: non verò voluntas, nec volitio: Verbum procedit per Intellectionem; non verò per voluntatem: Verbo communicatur ex vi processionis Intellectio; non verò volitio: Pater generat intellectione, seu intelligendo; non verò volitione, seu volendo: quæ videre potes expressè à Patribus, & Theologis tradita *in tract. de Trini ate apud* Montoyam *disp.* 93. & 94. Arriaga *disp.* 42. Borrull *disp.* 7. ergo de Intellectu, & Voluntate Divinis; deque Intellectione & volitione verificantur contradictoria: ergo virtualiter intrinsecè distinguuntur. Firmatur: nam Patres, & Concilia expressis omninò locis, passim asserunt Filium non esse genitum voluntate: at certum est esse genitum intellectu: ergo de Intellectu, & Voluntate negari nequeunt contradictoria pro ipsorum virtuali intrinsecâ distinctione.

Patres, & Theologi apud Montoya. Arriaga. Borrull.

168 Noto primò: Negari non posse, Processionem Verbi aliquo verò sensu esse per voluntatem necessariam Patris, atque adeò ab eâ procedere Verbum Fundamentum, Scriptura, Patres, & Ratio. Scriptura: *Ex Viero ante Luciferum, genuite*: *Eructavit Cor meum Verbum*: ecce expressionem Voluntatis! Patres: audi Iacobum Apostolum apud Clem. Rom. *l. b 8 cap. 12. Generasti voluntate, virtute, & bonitate immediatè Filium.* Audi Concilium Sardicense: *Quòd neque Consilio, neque voluntate Pater genuerit Filium anathematizat Sancta, & Catholica Ecclesia.* Vide alia apud Montoyam *loc. cit.* Ratio: quid enim absurdius, quàm omnem Dei operationem ad extra fieri sapienter, & ex vi amoris; & præstantissimas operationes ad intra procedere, alteram non sapienter, alteram verò non-voluntariè?

Scriptura Patres, & Ratio.

Iacob. Ap. apud Clem Concilium Sardicens.

Montoya.

169 Noto secundò: Negari etiam non posse, Processionem verbi aliquo sensu simpliciter reali non esse ex voluntate, aut ex consilio Patris: id enim habent expressè Concilia, & Patres contra Arium. Quare componenda est utraque hæc veritas: & componitur facilè, & optimè, ex his quæ notarunt Pater Antonius Perez, & Sparza, post ipsum Montoyam: nempè quia Patres dum simpliciter, & in sensu reali negant Processionem Filii esse voluntate, loquuntur de voluntate indifferenti, & liberâ, contra Arium, conatum Filium à Patre gigni voluntate, id est, *liberè*; atque inde inferentem Verbum esse Creaturam. Vide Patres non negabant Filium procedere ex voluntate, sed supponebant; quam suppositionem impiè de-

Mens Concilior. cõtra Arii.

Ant. Per. P. Sparz.

torsit Arius ad contingentiam processionis.

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

170 Noto tertiò: licèt in sensu reali, & rebus inspectis secundùm se, æquè Spiritus Sanctus procedat per intellectum, & intellectionem, ac Verbum, & æquè Verbum per Voluntatem, & volitionem, ac Spiritus Sanctus; & utrique ex vi processionis communicentur omnia absoluta; nihilominus in sensu formali, & ex modo concipiendi, cum fundamento in re, esse veras eas propositiones, quas affert objectio, & in hoc sensu dictas à Patribus, & à Theologis usurpari. Quarũ veritas nullã exigit, aut denotat distinctionem intrinsecam inter Absoluta, sed solùm exigit, & denotat distinctionem Processionum, & specialem conditionem earum; videlicet in Verbo, pertinentiam ad lineam Intellectivi: in Spiritu Sancto, pertinentiam ad lineam affectivam: unde reipsâ Verbum respicit, & accipit omnia absoluta, titulo intellectionis, seu quia intellectio sunt; Spiritus Sanctus, titulo volitionis, seu quia volitio sunt; non quidem denotante ly *quia* diversitatem in termino accepto, & communicato, sed in modo exigendi, & accipiendi: in Verbo per modum termini pertinentis ad lineã intellectûs: in Spiritu Sancto per modum termini pertinentis ad lineam voluntatis; ad eum modum, quo cognitio *Animal* exprimit, & respicit totum hominem *ut Animal*, vel *quia Animal*: & Cognitio *Rationale*, respicit, & exprimit totum eundem hominem, *ut Rationale*, vel *quia Rationale*; non significatâ distinctione inter *Animale*, & *Rationale*, sed inter ipsos modos exprimendi. An verò Verbum sit de lineâ intellectûs, quia est intellectio passiva, quâ objecta denominantur cognita; vel quia est speculum, in quo Deus omnia videt; vel quia est mentalis locutio, non est hujus loci: & spectat *ad dissertationes de Trinitate*, ubi hæc explicui latiùs sine recursu ad istas notionales intellectiones, quas ibi impugno.

Latè in tract. de Trinitat. Disp. 4.

171 Respondetur jam argumento: distinguo antecedens: verificantur hæc in sensu formali, concedo: in sensu reali, subdistinguo: in sensu reali denotante diversitatem in prædicatis absolutis, nego, denotante diversitatem in speciali conditione Relationis Verbi, prout contradistinctæ à processione Spiritûs Sancti, concedo

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

do antecedens: & nego consequentiam. Constat solutionis veritas ex *nuper* prænotatis. Ad confirmationem distinguo majorem: non esse genitum voluntate, in sensu formali; omitto: in sensu reali, subdistinguo: voluntate liberâ, concedo; necessariâ, & comitante, nego. Patet ex primâ, & secundâ notatione.

172 Objicies secundò: Intellectio est etiam à parte rei volitione necessariâ prior: ergo distinguitur ab ipsâ virtualiter. Antecedens probatur: quia à parte rei, & independenter à consideratione nostrâ, Deus se amat, *quia* se cognoscit; non econtrà: sed hæc veritas stare nequit sine præoritate cognitionis ad amorem: ergo. Major videtur innegabilis. Primò: quia

Anselm. Anselmus id apertè testatur in *Monol. cap.* 48. Secundò ex titulo illo: *Nihil volitum, quin præcognitum.* Tertiò: quia de ratione Directionis est præire, & dictare movendo voluntatem ad affectum. Quartò: quia objectum, mediâ sui cognitione, movet, & allicit ad amorem: cognitio enim est repræsentatio boni, per cognitionem petentis, & suadentis amplexum sui: alioquin cur potius amor est ex directione, quàm cognitio ex imperio amoris? Quintò: quia si semel admittitur directio Cognitionis cum omnimodâ identitate amoris directi; cur in creatis Cognitio præcedere debeat ad amorem, & ab eo distingui? Sextò: quia alioquin ubique sufficeret ad directionem, & consequenter ad voluntarium, cognitio comitans, contra ea quæ nos ipsi diximus *in tract. de Actibus.*

P. Aldret. 173 Hæc solitò fusiùs, & animosiùs pater Aldrete *tract. de Voluntate*: pro cujus Solvendis instantiis, multa movent *Quirós.* Pater Quirós, & Patre Ribadeneyra, expensi, & rejecti à Patre Herrera, qui necdum satis placet. *Ribaden.* Ego, siquid probat objectio, probare censeo distinctionem plusquàm virtualem. Primò: quia distinctio virtualis non importat immediatam successionem unius ab alio. Secundò: quia *Herrera.* directio realis, & verificativa realiter propositionis Causalis, magis arguit realem distinctionem, quàm virtualem. Tertiò: quia non solùm virtualiter, sed etiam realiter amat se Deus, quia se cognoscit potiùs quàm econtra, in sensu Adversariorum.

174 Respondetur: & nego simpliciter antecedens. Ad Probationem distinguo majorem: Deus se amat *qua* se cognoscit, ly *qua* denotante pluspiam formalem distinctionem inter cognitionem, & amorem; nego: denotante specialissimam naturam cognitionis affectivæ, & amoris intuitivi, potiùs æquivalentem aggregato amoris nascentis à cognitione, quàm cognitionis nascentis ab amore, concedo. *Explico.* Amor essentialis Dei, non est utcumque amor, sed purissimus amor intuitivus, & intuitio affectiva, lux Intellectualis suo ardore lucens, & ipsâ lucis illustratione ardens; talis tamen naturæ, & energiæ, ut sit modus essendi oculatissimum amorem, æquivalens aggregato cognitionis, & amoris; non quidem amoris imperantis cognitionem; sed amoris existentis ex cognitione; id autem non arguit ullam distinctionem inter amorem, aut cognitionem à parte rei, sed modum essendi diversum ab eo qui æquivaleret per sui energiam aggregato amoris inducentis cognitionem; ad eum modum quo sine ullâ distinctione verificamus in actu indivisibili amante deambulationē propter salutem, potiùs amate nos deambulationem, *quia* salutem amamus, quàm econversò.

175 Quare eæ causales, si sumantur in rigore causali, unicè sunt veræ ex modo nostro concipiendi, innixo speciebus rerum creatarum, ex quibus, cum directio non sit in illis sine prioritate, & præcedentia, facile est ad Divinas res, ad instar existimantes, transfundere eas imperfectiones. Verùm, si præcisè sumantur illæ causales, prout denotant, eum essendi modum in virtute, & sufficientiâ cognitionis, ut potiùs æquivaleat uni quàm alteri ex prædictis aggregatis, veræ sunt; & in eâ veritate fundatur noster concipiendi, & explicandi modus. Exinde non est curanda minor.

176 Ad primam probationem majoris, Anselmus interpretandus est juxta *præcedentia.* Ad secundam dico, axioma cum eo rigore, solùm cadere, ubi sunt amores cæci de se, & ubi est potentia, quę movenda est ad elicientiam amoris: quia tunc cognitio potentiam integrat & complet: at in Deo, ubi nō est potentia, nulla requiritur prænotitia ad effectus necessarios. Ad universalitatem axiomatis, satis est, nullibi dari posse sufficientiam ad amandum, nisi virtute cognitionis, sive hæc virtus, & sufficientia distincta sit ab amore, sive non. Ad tertiam distinguo: de ratione directionis elicitivæ, concedo: purè repræsentantis, subdistinguo; si simul indifferentiam constituat ad amorem, & non amorem, concedo; si nullam constituat, præter purissimam sufficientiam, & necessitatem amandi, nego. Ad quæ tam fateor id esse verum, quando est potentia quæ movenda sit: at in Deo hæc omnia intelligenda sunt purissimè, juxta *præcedentia.* Ad quintam dico rationem esse, quia omnes amores creati sunt ex se cæci, & cognitio constituit potentiam elicitivam: ut dictum est *tract. de Actib.* Ad sextam nego sequelam: quia non ubique sufficit ea concomitantia ut amor sit à cognitione tanquam à ratione cur sit. Id enim non sufficit in amore libero, neque in amore producto: sufficit verò in amore, qui per indivisam perfectionem cognitionis est sibi positiva & purissima ratio essendi: qualis divinus est.

Anselmi Mens, & Axioma tis: Nihil volitum, &c.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

177 Objicies tertiò contra rationem nostram fundamentalem. Distinctio virtualis non requirit distinctionem realem in tertio: ergo licèt Absoluta necessaria Dei non sint distincta realiter in tertio, possunt adhuc virtualiter intrinsecè distingui. Consequentia tenet in principiis nostris. Antecedens probatur primò: quia distinctio realis in tertio requiritur ad verificationem negationis prædicati de subjecto; sed verificatio propositionis negantis prædicatum de subjecto non requirit eam distinctionem: quod ostendo: hæ propositiones negativæ sunt veræ: Natura neque generat, neque producit, neque producitur, neque est relata nec producta: Atqui hæc prædicata verè negata de Natura non distinguuntur realiter à Natura: quia Natura est Paternitas generans, & producens; est Filiatio producta, & relata: ergo. Secundò: quia Prædicata necessaria distinguuntur à liberis virtualiter: sed nullum est tertium realiter distinctum. Tertiò: quia Divina Decreta distinguuntur inter se virtualiter, vel saltem à Scientia Media, & Visionis: quodnam autem est tertium, in quo realiter distinguuntur?

178 Respondetur. Negando simpliciter antecedens. Ad primam probationem noto duas esse posse propositiones enuntiativas unius de alio: Alteram, de *prædicato concreto*, & *quasi adjectivo*: Alteram *de prædicato in abstracto*, & *quasi substantivo*. Differunt in hoc: quòd in propositionibus de prædicato in abstracto, seu substantivo verbum *est* dicit identitatem prædicati de subjecto: in propositionibus verò de prædicato concreto, seu adjectivo, verbum *est*, dicit denominationem, atque adeò aptitudinem subjecti ad denominationē prædicati: quicquid sit de existentia formæ in subjecto, seu quasi in subjecto: parùm enim prodest existentia, & identitas formæ, si subjectum non est capax denominationis. Exinde fit pro veritate propositionis affirmantis prædicatum abstractum, & substantivè, requiri identitatem; pro veritate verò negantis simile prædicatum, requiri negationem objectivam identitatis: At pro veritate propositionis negantis prædicatum concretum, & adjectivè, non requiri negationem identitatis cum forma denominante, sed sufficere incapacitatem subjecti ad effectum formalem talis denominationis, undecumque proveniat ea incapacitas.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

179 In casu præsenti, Natura quidem identificatur cum Paternitate *generante, producente*, cum Filiatione *genitâ, productâ, relatâ*: est tamen incapax subire denominationem *generantis, producentis; productæ, genitæ, & relatæ*: & cur? nempe ratione realis identitatis cum terminis reipsâ distinctis, seu ratione realis distinctionis in tertio: Nam istæ denominationes, *producentis, & producti; generantis, & geniti, referentis, & relati*, requirunt ad sui verificationem distinctionem à producente, & producto, & à termino correlationis; quam distinctionem Natura non habet: quia ex solâ distinctione reali in tertio est realiter idem cum Filiatione, quæ producitur; cum Paternitate quę producit & generat; & cum terminis Relativis: unde ex eâ identitate, quæ realem distinctionem in tertio imbibit, redditur incapax, non quidem ut identificetur cum *Producente, & Producto*, sed ut ita denominetur. Quare in forma, concessâ majori, nego minorem. Et hæc de prima probatione antecedentis.

Vide supr. nu. 85.

180 Ad secundam fateor, distingui virtualiter prædicata necessaria à terminationibus contingentibus, & liberis; id est realiter in tertio distingui. Nam Termino-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scientè.

nationes contingentes, & liberæ invicem incompossibiles in denominando, quales sunt volitio, & nolitio ejusdem objecti, & notitiæ contradictoriæ realiter immediatè distinguuntur inter se, sicut Paternitas, & Filiatio: & sicut Natura secum identificat Paternitatem & Filiationem inter se alioqui distinctas; ita Prædicata necessaria, secum identificant eas terminationes realiter inter se alioqui distinctas. Et ratio immediatæ distinctionis est, oppositio incompossibilitatis, & impedientiæ, ac impediti; quæ nō est minùs efficax ad distinguendum, quàm oppositio relationis, ut *suprà* diximus.

Infrà lib. 6. à num. 227.

181 Ad tertiam: Dico primò Scientiā Dei Mediam distingui virtualiter à necessariis, & liberis, eādem prorsus ratione, quā nuper dixi non verò distingui virtualiter inter se formalitates Scientiæ Mediæ, nunc denominantes Deum. Dico secundò:

Latè de Incarnat. lib. 3. disp. 1.

Decreta Dei sibi adinvicem compossibilia, atque adeò denominantia simul, non distingui virtualiter inter se, ex defectu tertii realis intrinseci, in quo distinguantur. Dico tertiò: Neque decreta, seu terminationes liberas Dei distingui virtualiter posse à Scientiā liberā, seu Visionis, ob rationem eandem. Quæ singula latè discussi, probavi, & defendi in opere de Incarnatione; & passim in libris sequentibus illustrabo.

Infrà hoc ipso lib. à nu. 276.

Et passim in seqq.

182 Ex his jamdiu intuli, septem unicè virtualitates admitti in Deo posse simul denominantes. *Una*, Complectitur Omnia Absoluta necessaria Dei, seu Essentiam Dei, ut *nox* dicemus *Altera*, Scientiam Mediam, prorsus indivisibilem secundùm se. Tertia: Omnia Prædicata libera, tàm intellectus, quàm voluntatis, defacto denominantia Deum. Cæterę quatuor, quatuor Relationes, Paternitas, Filiatio, Spiratio Activa, & Spiratio Passiva. Nec ultra in Deo Distinctio virtualis intrudenda est.

Mox à nu. 198.

§. IV.

ALIA ARGVMENTA EX MYSTERIO Trinitatis, & Incarnationis.

183 OBjicies quartò: & aliter ex Mysterio Trinitatis. Vel distinctio virtualis necessaria est Mysterio, tanquam ejus ratio, vel tanquam lenimentum difficultatum in ipso occurrentium? Ad unum enim ex his duobus videtur excogitata à Theologis hæc distinctio: sed ut explicatur à nobis, neque potest esse Mysterij ratio; neque lenimentum occurrentium difficultatum: Cùm ipsâ Mysterij veritas nihil aliud sit, quàm irrealis duarum formalitatum adinvicem identificatarum distinctio in tertio: ergo vel explicatur à nobis male, vel otiosè à Theologis excogitatur ista distinctio.

184 Respondetur, distinctionem virtualem esse Mysterio necessariam, non ut lenimentum ipsius, neque ut ejus rationem ullam à priori: nam ea, quomodocumque, explicetur, est æquè difficilis, ac Mysterium ipsum: requiritur ergo ut Mysterij quidditas. Quibus addo Tria. Primum est: omnem modum explicandi, evacuativum difficultatis in Mysterio tanto, suspectum ex ipsâ facilitate manere, ut notavit Bernardus *lib. 5. de Consid.* ad Eugenium *cap. 9.* Cùm Mysterij veritas necessariò supra creatæ mentis captum sit. Alterum: per modum explicandi nostrum, non augeri Mysterio difficultatem: augeri verò per aliam distinctionem purè virtualem. Prima pars patet: quia nos nihil addimus Fidei præter explicationem. Secunda est evidens: quia contendit sine ullâ reali distinctione stare posse veritatem negationis à parte rei inter duo prædicata: quod rationi naturali aliàs per se notæ repugnat: & quo posito tergiversari posset æthnicus circa distinctionē Paternitatis à Filiatione, licèt admitteret Catholicam assertionem: *Pater non est Filius.* Tertiò: Laudandos tamen Authores in adinventione vocis: quia vox *distinctionis virtualis* est accomoda explicationi Mysterij: non tamen ipsi hærendum, tanquam asserenti rationem ullam à priori.

Bernardus

185 Instas: ergo Gentili contradicenti nulla potest assignari ratio, tanquam à priori, de tanto Mysterio. Nullum in sequelā absurdum video. Nego tamen cōsequentiam. Ratio enim veluti à priori, tanti Mysterii, & distinctionis realis in tertio, quam nos cum fide defendimus, & distinctionis virtualis, est infinitudo Divinitatis, & supereminentia Prædicatorum Divinorum, ad omne finitum, & non Divinum. Ad hanc infinitudinem, & supereminentiam recurrendum est, quam cùm fateatur ratio naturalis, benè discurrendo assumere potest in rationem finitæ mentis aliquomodo quietativam in tanto Mysterio. Sed quomodo infinitudo, inquies, potest esse ratio componendi cum unitate identicā naturæ veram distinctionem Relationum, & Personarum? Hujus quæsiti dedi discursum triplicem, probando distinctionem virtualem ex genere suo esse perfectionem characteristicè divinam. Nunc unum insinuare contentus sum, & sic propono.

In primâ par. tract. 1. de Deo scientè.

186 Fœcunditas essentialiter imbibit distinctionem, & distinctio necessariò facit pluralitatem, quantum potest in ente quod distinguit: ergo in ente capaci pluralitatis, secundùm se totum, id est, in naturā, & proprietatibus, necessariò pluralitatem totum, id est, & naturam, & proprietates: non autem in ente incapaci. Hujus enymematis singula sunt patentissima. Antecedens patet ex terminis: quia fœcunditas est vis propagativa, & multiplicativa. Deinde distinctio, utpote de genere exclusivo unius ab altero, entitativè separat quantum potest. Consequentia non patet minùs: quia forma sicut requirit in subjecto capacitatem ad præstandum effectum suum, ita subjecto capaci communicata, cum præstat, & in subjecto incapaci est quasi non esset quoad formalem effectum.

187 Iam sic: sed infinitudo perfectionis reddit naturam Divinam capacem propriætatum identicarum adinvicem distinctarum, & aliōqui incapacem pluralitatis in se: ergo infinitudo perfectionis est ratio, cur in Deo, cum unitate naturæ componi possit distinctio prædicatorum, aliōquin identicè in naturā ubi communicantium: ergo est ratio hujus distinctionis realis in tertio, seu distinctionis virtualis, & ipsius Mysterii. Consequentiæ bonæ sunt: & probatur subsumpta minor: quia infinitudo perfectionis præstat, ut natura Divina habeat omnem perfectionem simplicem, & sit incapax imperfectionis: ergo præstat, ut necessariò sit una: nam si esset multiplex, non haberet in se omnem perfectionem simpliciter simplicem; careret enim eā, quæ esset in aliā naturā: imò careret excellentiā Privativā, & summi Dominii: ergo ex infinitate redditur incapax pluralitatis in se. Sed non redditur incapax, imò redditur exigens proprietatum identicarum adinvicem distinctarum: nam per infinitatem excluditur omnis imperfectio, & habetur necessitas omnis perfectionis: Fœcunditas autem, & societas amicabilis, est ex genere suo perfectio: ergo infinitudo perfectionis reddit naturam Divinam capacem proprietatum identicarum adinvicem distinctarum, & aliōquin incapacem pluralificationis in se.

188 Objicies quintò: si quæ essent cōtradictoria pro quibus conciliandis ponitur distinctio virtualis, essent ista: *Natura communicatur Filio: Paternitas non communicatur eidem Filio*: Sed ex istis non infertur distinctio virtualis: ergo talis distinctio nulla est. Major est in Scholā solemnis. Minor probatur primò à Veckinnis, Platelio, & Hannoldo: ex nō quòd natura communicetur Filio, & non Paternitas; non potest quidquam dici de naturā, quod pari modo non dicatur de Paternitate: quod probatur: de naturā solùm potest dici esse naturam communicatam Filio, & non esse Paternitatem communicatam: ergo quidquid de naturā dicitur, dicitur parimodo de Paternitate. Secundò probatur ab ipso Hannoldo: si hæc sufficerent ad virtualem distinctionem sequeretur virtualis distinctio inter prædicata, inter quæ repugnat: quod probatur sumendo hæc prædicata, Natura, & communicata, seu communicabilis Filio: sic arguitur: hæc prædicata non distinguuntur virtualiter, sed ex nostro filo discurrendi distinguerentur: nam de Paternitate simpliciter affirmatur naturā: non verò affirmatur esse communicatam, aut communicabilem Filio: ergo.

Veckinnis Platelius Hannold.

189 Confirmatur species argumenti, & probatur tertiò minor à Magistro Doctissimo: istæ propositiones: *Natura communicatur Filio: Paternitas non communicatur Filio*: & aliæ similes, non sunt contradictoriæ: nam sunt de objecto diversissimo: quod sic ostenditur. Primò quia sunt de prædicato adjectivo, & cōcreto: in propositionibus autē de prædicato adjectivo, & concreto, subjectum iteratur in prædicato: ergo sensus affirmativæ est: *Natura est Natura communicata Filio*: & sensus negativæ est: *Paternitas non est Paternitas communicata Filio*: sed ista objecta sunt diversissima: Nam natura communicata Filio est natura realis, & Divina: Paternitas communicata Filio est Paternitas chymeri-

P. Theodorus Maur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

merica: ergo. Secundò: vel in propositione negativâ negatur de Paternitate eadē cōmunicatio, quæ de naturâ dicitur, vel nō? Si secundum: : habetur intentum. Si primum: ergo negatur de Paternitate, quod est idem cum ipsâ: Nam Paternitas reipsâ est natura communicata Filio. Tertiò sume hanc: Paternitas communicatur Filio: en propositionem falsam, & de objecto chimerico: sed est propositio immediatè contradicens illi negativæ: Paternitas non communicatur: ergo sicut illa est de objecto chimerico, sic & ista: ergo propositiones: natura communicatur: Paternitas non communicatur, sunt de objectis omninò diversis, atque adeò nequè sibi contradictoriæ.

190 Respondetur: admitto majorem, in sensu communi non curante illas tricas: nam communicari in Divinis est idēticè esse: quidquid sit de lusu verborum. Nego autem minorem: quomodo enim, eadem res cùm sit natura, & Paternitas, identitas, & communicatio naturæ, non est insimul identitas, & communicatio Paternitatis, sine mirabili inter utramque infinitudine, quam vocamus virtualem distinctionem? Ad primam probationem, negetur assumptum: implicat enim quòd naturæ conveniat identitas cum Filio, & quòd Paternitati conveniat non identitas, quin diversa utrique conveniant. Pro detegendâ æquivocatione nota, duo verè dici de naturâ: nempè naturam esse naturam communicatam, & non esse Paternitatem communicatam. Ita adversarii verè ponunt, sed dissimulant id quod res est: nempè: ita non esse Paternitatem communicatam, ut reverâ sit Paternitas: esse verò entitatem eandem, Paternitatem, & naturam: & communicationem, aut distinctionem non esse cum munere distinguendi, vel communicandi utramque, seu totam entitatem: quomodo erit, quin aliquomodo realiter discrepent? Ad secundam nego sequelam ob rationem *mox* explicandam in solutione sextæ objectionis.

Mox à nu. 194.

191 Ad confirmationem argumenti, & tertiam minoris probationem, respondeo primò, distinguendo: non sunt contradictoriæ formaliter, & logicè: transeat: æquivalenter, & arguitivè, nego: nam quidquid sit de sēsu logico, in cujus lineâ procedit arguens, stare non potest simultanea veritas earum propositionum sine simultaneâ veritate istarum: *Natura est Filiatio: Paternitas non est Filiatio*, quas ipse arguens agnoscit tanquam rigorosè contradictorias. Imò nec stare potest, quin communicatio realis, quæ existit in Deo, reipsâ sit communicatio Naturæ, & non Paternitatis ad Filium: in quâ veritate objectivâ stat Mysterii mirabilitas, & tota ratio virtualis distinctionis, non tantis logicum sensum, sed realem conciliationem prædicatorum adinvicem distinctorum de eadem aliàs entitate.

192 Respondeo secundò: negādo simpliciter quod assumitur. Ad ejus primam probationem distinguo: sunt de prædicato adjectivo, & concreto *secundum dici*, transeat: *secundum esse*, nego antecedens: nam communicari in Trinitate est esse, quod reipsâ est abstractum, licèt his, aut illis vocibus alioqui concretis exprimatur: ut *dixi in Tract. de Trinit.* Ad secundam dico negari eandem communicationem quoad denominationem, & munus: non verò quoad identitatem: & hæc est mirabilitas Trinitatis: quia eadem communicatio salvâ identitate Paternitatis, & naturæ, naturæ det munus communicatæ, & non Paternitati. Ad tertiam, propositionem affirmantē communicari Paternitatem, ideò esse falsam, quia reali cōmunicationi, quæ in Deo est, appingit aliquod munus quod reipsâ non habet: nihil tamen chymericum tangit: sed realem divinam communicationem attingit modo reverâ dissono, & disconformi realitati. Dicemus cum bonâ veniâ Theologiæ de his quæ logici sunt, & Metaphysici, aliqua *lib. 2. à nu. 45.*

Infrà lib. 2. à nu. 45.

193 Objicies sextò: Verificari possunt prædicata aliàs contradicentia de eadem entitate sine ullâ virtuali distinctione: ergo distinctio virtualis ad hæc inutilis est. Ad probationem antecedentis sume ex uno latere naturam, & prædicatum communis, communicabilis, & communicatæ, ex alio sume Paternitatem: en argumentum: inter naturam, & prædicatum communis, communicabilis, & communicatæ non datur distinctio virtualis: sed natura reipsa verè dicitur de Paternitate: de quâ verè negatur esse communem, esse communicabilem, & esse communicatā: ergo. Hæc argumenti species infinities poni potest. Sume ex *uno* latere Filiationem, & esse

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

esse distinctam à Paternitate, esse productam, esse distinctam virtualiter à naturâ: ex *alio* sume Naturā: en argumentum: inter filiationem, & alia prædicata enumerata non datur distinctio virtualis: sed filiatio reipsâ verè dicitur de naturâ de quâ verè non dicitur esse distinctam à Paternitate, esse productam, & esse distinctam virtualiter à se ipsâ: ergo verificari possunt prædicata aliàs contradictoria de eadem entitate, sine ullâ distinctione virtuali. Mirum est quantum se hoc argumento crucient aliqui, aliàs ingeniosissimi.

194 Respondeo negando antecedens: licèt enim prædicata quorum unum uno modo dicatur, & aliud alio sensu negetur, nempè denominativè: seu melius: quorum utrumque uno modo verè dicatur, & alio sensu dici nequeat, non requirant inter se virtualem distinctionem: requirunt tamen inter se, & illud prædicatum, de quo sic uno modo dicuntur, & alio nequeunt. Hic enim est fructus virtualis distinctionis inter duas formalitates, ut uni cōveniat aliquid, quod non alteri: unde necesse est ut una formalitas habeat aliquam denominationem, quæ alteri non competit: id autem non arguit distinctionem virtualem inter formalitatem cui denominatio competit, & denominationem: sed inter formalitatem cui competit, & illam cui non competit: Natura enim distinctionis virtualis, seu distinctionis realis in tertio id præstat: ut duo prædicata identitate rei conveniant, non verò identitate denominationum: seu ut identicè conveniat inter se, non vero denominativè quoad omnia. Hinc ad exempla prima, concessā majori: minor est distinguenda: nam natura, & quidem tota, de Paternitate dicitur identicè, totalitate perfectionis absolutæ: non verò dicitur tota denominativè, seu totalitate denominationum: non quia illæ denominationes virtualiter à natura distinguantur, seu realiter identicè dici non possint de Paternitate, sed quia distinctio virtualis, aut distinctio realis in tertio, impedit denominari Paternitatem eo modo eo quo natura denominatur ab filiis ipsis perfectionibus, quæ reipsa identificantur cum ipsâ Paternitate. Et pari modo ad posteriora exempla, & simulia respondendum est.

Ex Mysterio Incarnationis.

195 Objicies septimò: denique ex Mysterio Incarnationis. Nam in illo de Personalitate Filii verificatur unitiimmediatè physicè Humanitati, de Naturâ verò non verificatur immediatè uniri Humanitati: at istæ prædicationes contradictoriæ, sine tertio, & respectu ad ipsum, verificantur: ergo sine tertio, & respectu ad ipsum, potest dari verificatio contradictorium de eadem entitate. Quòd si negetur major, formatur argumentum, de Naturâ, & Paternitate: nam hæc nullo modo intrinsecè unitur, licèt intrinsecè uniatur Natura. Et urgetur dupliciter difficultas, intercipiendo obvias solutiones. Primò finge, solùm esse in Deo Personalitatem unitam: etiam in isto casu, posset unionem terminare Personalitas, Natura non terminante: nam & nunc potest unionem terminare Natura, nullā Personalitate terminante. Aequi in tali casu nullum est tertium Reale: ergo sine recursu ad tertium, possunt salvari contradictoria, & distinctio purè virtualis. Secundò sume, citra fictionem, triplicem Personalitatem Divinam, & suppone triplicem uniri physicè Humanitati, quin uniatur Natura: id enim possibile apparet: at nullum est tertium, in quo, vel in ordine ad quod distinguantur Natura, & triplex Personalitas, quoad istam denominationem unionis: ergo sine tertio, aut recursu ad ipsum potest salvari perfectio compositiva contradicentium, seu distinctio purè virtualis. Idem argumentum fieri potest, quoad denominationem *Cognitæ*. In hujus etiam argumenti solutione multum se multi cruciant, ex his, qui nobiscum incedunt. Omitto eorum curas: &

Lib. 1. disp. 4. à nu. 9. & nu. 56.

196 Respondeo, ex latè dictis *in Opere de Incarnatione, lib. 1. disp. 4. à num. 9.* & signantius *num. 56.* negando quod assumitur. Atque enim immediatè physicè terminat Hypostaticam Unionem Natura, ac Personalitas Verbi. Quod autem terminante Naturā, non terminet ipsam Unionem Personalitas Patris, venit ex distinctione reali secundæ Personæ à Primā. Nam, cùm secunda Persona ex subsistentiā sibi propriā unionem terminet, nullam facit communitatem Uniri cum prædictis à se ipsā distinctis, quamvis facere debeat cum Naturā, quam secum realiter identificat, & immediatissimè Filius unit, proat in se ipso, & ratione suæ proprietatis, communicando physicè Humanitati, quidquid ipse Filius in se habet

ibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Ibidem lib. 1. disp. 5. à nu. 60. Ibid. lib. 4. disp. 3. nu. 179.

ibi explicatum est. Ad primam confirmationem, negetur assumptum, in casu co ficto: ad quem malè etiam arguitur ex casu reali: nam, nullâ Personalitate terminante, non potest unionem terminare Natura Divina: imò, nec potest, *ratione sui*; quin omnes tres æquè terminent: unde, cùm tres simul terminare non possint, nec *ratione sui* potest Natura Divina terminare. Singula ex *inibi* dictis patent. Ad secundam, nego similiter, ex *eodem loco*, possibilitatem Hypothesis: Persona enim Hypostaticè assumens Naturam finitam, nequit esse nisi una. Vide me *ibi*.

197 Sed rogas: an: præcisim ab aliis principiis; & consequêter ad præcedentia, possit admitti suppositio: Dico, non posse: sed eam vel esse petitionem principii, vel inferre aliquid contra fidem. Nota benè rationem: quæ ad denominationem *cogniti*, & ad multa etiam proderit. Ratio ergo est; quia si triplex Personalitas uniretur, non unitâ Naturâ, deest reipsâ tertium relativum: & alioqui intra Deum esset, quod citra errorem est impossibile. Deest tertium Relativum: quia triplex Personalitas quoad denominationẽ Vniti (vel cogniti) est terminus per modum unius, & est terminus sine exercitio oppositionis *ad intra*: quare nequit ulla Personalitas facere vicem tertii, quoad istas prædicationes, si admitterentur: *Triplex Personalitas physicè unitur: Natura non unitur*: quia quoad ipsas non exercent ullam oppositionem ad intra, nec ullam distinctionem: sicut in istis: *Natura non est triplex: Relatio est triplex*: vel: *Triplex Relatio est Ratio Personalis, & incommunicabilis: Natura non est Ratio Personalis, sed communis*: in istis enim veritas vel ex parte *subjecti*, vel ex parte *prædicati* imbibit ipsum tertium: quia imbibit Relationes prout exercentes oppositionem *ad intra* ad veritatem propositionum. Aliunde tertium esse deberet: Nam si affirmas uniri, vel cognosci tres Personalitates, & verè negas simul Naturam uniri, vel cognosci; tenere debes, unibilitatem, vel cognoscibilitatem intrinsecam competere Relationibus, quam verè negare possis de Naturâ: ergo aliquid identificatur cum Relationibus, quod à Naturâ distinguitur, vel econtrà. Quod est impossibile, & error. Hæc dixi, ne facilè admittantur suppositiones, à quibus, incautè transmissis, citra inconsequentiam, nisi per avia, non est facilis exitus.

SECTIO IV.

MENS NOSTRA CIRCA METAPHYSICAM Essentiam Dei.

198 PRima Conclusio: Essentia Dei neque ex parte modi, neque ex parte rei dicit cõstitutivè formaliter Prædicata Relativa, nec libera. Secunda pars est omnium: quia Essentia Dei est omninò indefectibilis: prædicata verò libera, prout libera, sunt aliquomodo verè contingentia. Prima pars contra Amicum, & alios ab ipso citatos, est communis, & mihi certa. Primò: quia Essentia Dei debet esse realiter idem cum omni, qui realiter est Deus: at hoc non competit singulis Relationibus. Secundò: quia si Relationes essent de Essentiâ Dei, nulla Persona esset Deus; vel saltem non esset plenè, & integrè Deus: quod æquè absurdum est; & utrumque contra Fidem: & certum est sequi: quia nulla Persona est tres Personæ. Tertiò: quia Essentia Dei est physicè communis tribus; sed nulla Personalitas est physicè communis tribus: ergo nulla Personalitas constituit Essentiam Dei. Nec in re certâ diutiùs immorandum est. *P. Amicus*

199 Secunda Conclusio: Essentia Metaphysica Dei ex parte rei, æquè formaliter dicit omnes, & singulas perfectiones Absolutas necessarias, in earumque complexo consistit. Ostenditur primò, *authoritate* Sanctorum Patrum, qui passim asserunt primò, ex Nazianzeno *Orat. 38. de Nativitate Domini*: Deum principaliùs exprimi, per *Esse veluti quoddam Pelagus substantiæ infinitum, & interminatum*. Quem sensum, relatis verbis Damasceni, explicat, & approbat Sanctus Thomas 1. *part. quæst. 13. art. 11.* Secundò: per omnes Perfectiones Divinas æquè responderi quæstioni *quid sit Deus*; easque singulas non minùs *essentialiter* dici de Deo quàm Corpus, & Rationale de homine: sic expressè Anselmus *in Monol. cap. 15. & 16.* & Bernardus 5. *de consider. cap. 6.* Tertiò de Essentiâ, & definitione Dei non magis esse vnam Perfectionem quàm aliam: sic locis eisdem Anselmus, & Bernardus, & demùm Nazianzenus ad Ablavium. Vide in id plura apud Petavium *tom. 1. Theo-*

SS. PP. Nazianz. Damasc. S. Thomas. Anselmus Bernard. Petavius.

Liquida igitur est ex Sanctorum Patrum mente Conclusio nostra.

200 Ostenditur secundò: Quia ex *sect. secundâ, & tertiâ*, omnes, & singulæ Perfectiones absolutæ necessariæ sunt æquè summæ, & ex parte rei, etiam virtualiter indistinctæ; nulla aliis prior, aut nulla nobilior: ergo nulla potest esse ratio cur vna præferenda sit alteri quoad constitutionem Deitatis. Imò quamcumque assignes Perfectionem pro Essentiâ, si nulla est inter eas distinctio, necesse est, ut singulæ sint æquè Essentia Dei; & certè stando prædictis principiis, nulla potest esse ratio dubitandi.

201 Ostenditur tertiò, etiam permissâ qualibet distinctione inter ipsas Perfectiones; sic argumentor: Omnes, & singulæ Perfectiones absolutæ necessariæ, sunt Perfectiones possibiles intra lineâ Essentiæ Metaphysicæ Dei: ergo omnes, & singulæ sunt de lineâ Essentiæ Metaphysicæ Dei. Consequentia patet: tùm quia Essentia Dei constitui debet ex Divo Bernardo *quàm perfectissimè* possit. Tùm etiam: quia Essentia Dei est quidditas, vi cujus ens manet, *quo melius excogitari non possit*, ex Anselmo. Tùm demùm: quia ut alte Philosophus, in rebus Divinis necessariis, possibilitas, necessitas est: si ergo sunt possibiles intra lineam Essentiæ; eòipsò de Essentiæ lineâ sunt. *Bernard. Anselmus. Etiam ex Aristotel.*

202 Probatur primũ antecedens: primò: quia omnes, & singulæ Perfectiones simpliciter simplices sunt de principali consideratione entis, in quo sunt; at omnes Perfectiones, quæ sunt de principali consideratione entis, in quo sunt, sunt possibiles intra ejus Essentiam, imò necessariæ. Secundò: quia illæ omnes perfectiones sunt possibiles intra lineam Essentiæ Dei, sine quibus formaliter salvari nequit ratio entis illimitati in omni genere perfectionis possibilis, & ratio *Entis formaliter optimi, seu quo melius excogitari non possit*: atqui sine omnibus, & singulis perfectionibus absolutis necessariis salvari formaliter nequit ratio entis illimitati in omni genere perfectionis, & ratio entis formaliter optimi: ergo. Tertiò: quia Essentia constituta per omnem perfectionem simpliciter simplicem, est possibilis; hæc autem nequit esse nisi Divina. Quartò: Essentia Dei est essentia entis, ex suo constitutivo sibi formaliter sufficientis, & continentis omnem essendi modum, qui existere possit; at essentia entis sibi formaliter sufficientis est essentia constituta per omnem perfectionem simpliciter simplicem: si enim aliquam non diceret, non sibi formaliter sufficeret ex vi essentiæ. *In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.*

203 Tertia Conclusio: Essentia Metaphysica Dei, definitivè, ac per rationem, seu ex parte modi dicit etiam formaliter omnes, & singulas Perfectiones simpliciter simplices, seu omnes Perfectiones absolutas necessarias, sub hoc conceptu: *Plenitudo substantialis omnis Perfectionis simpliciter simplicis; seu absolutæ necessariæ*. Hic est conceptus definitivus Deitatis: quem si ultra definitivè resolvas, resolves quidem enumerando, & exprimendo omnes, & singulas Perfectiones Dei absolutas necessarias: sicut si conceptum definitivum hominis, *Animal Rationale*, definitivè resolvas, resolvis in principium sensationum, & discursuum: unde, & omnes, & singulæ Perfectiones simpliciter simplices sunt de Metaphysico conceptu Deitatis etiam definitivè sumptæ; ut sic eatur obviam Patri Ribadeneyræ, qui contrà sentire visus est *disp. 3. de Voluntate*; reipsâ nobilicum incedens. Et quidem præter ea, quæ *nuper* diximus, & quæ nascuntur ex *num. 133. & seqq.* *Ribaden.* *Nuper à nu. 201. & suprà à nu. 133.*

204 Ostenditur primò Conclusio: Essentia Metaphysica Dei, etiam per rationem, & ex parte modi sunt omnes illæ Perfectiones, quæ sunt de conceptu Definitivo Dei; sed omnes & singulæ Perfectiones simpliciter simplices, modo *nuper* explicato, sunt de conceptu definitivo Dei: ergo omnes ipsæ sunt essentia Metaphysica Dei, etiam per rationem, & ex parte modi. Major est evidens, tùm ex communi sensu: tùm ex inductione: quia ideò Animal Rationale sunt Essentia metaphysica hominis: tùm ratione: quia apud Logicos conceptus Metaphysicus rei, est ille, per quem res ipsa definitur.

205 Minor probatur: Ea prædicata sunt de conceptu definitivo Dei, quæ formaliter adæquant nomen Definiti *Deus*, seu quæ formaliter implicitè significantur per vocem hanc *Deitas*: Pater hæc major, tùm ex *nu. 124.* tùm ex illo Platonis: *Nomina sunt quædam breves definitiones rerum*: tùm demum ex ipsâ inductione Logicorum. Atqui solùm potest adæquari formaliter nomen, & significatum Defini- *Platonis Dictum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

ti *Deus*, per omnes, & singulas Perfectiones simpliciter simplices, sub conceptu: *Plenitudinis substantialis, &c.* Quod ostendo maximè ex usu, & intelligentiâ Sanctorum Patrũ quibus standum est: & quibus ex *nu.* 199. indubitanter sonat hoc nomen *Deus*, *Pelagus essendi*, seu *complexum omnis Perfectionis simpliciter simplicis: Ens formaliter*, id est, etiam per cogitationem, *optimum*, nempè *quo melius excogitari non possit: Ens illimitatum in omni genere perfectionis*, & ens, de quo æquè dicitur *essentialiter*, & *in quid*, seu formaliter Omnis Perfectio: habes insinuata testimonia Patrum *nu.* 199. Sed hoc significatum adæquari non potest, nisi per omnes, & singulas Perfectiones simpliciter simplices: ergo.

Suprà nu. 199.

206 Ostenditur secundò Conclusio: Id omne est de conceptu definitivo rei, quod spectat ad principalitatem ipsius, ejusque principalem considerationem; sed singulæ Perfectiones simpliciter simplices spectant ad principalitatem Dei, ejusque principalem considerationem: ergo singulæ sunt de conceptu definitivo Dei. Major patet: quia res æstimanda est ex essentiâ suâ: positâ enim essentiâ, tota ponitur: sed omisso prædicato spectante ad principalitatem rei, res tota non ponitur: nequit enim æstimari, quantum est æstimabilis: quippe abest aliquid rei principale: ergo. Minor est mihi evidens. Primò: quia Omnes Perfectiones simpliciter simplices sunt summæ: quod summum est, est maximè principale in ente in quo est. Secundò: quia de ratione perfectionis simpliciter simplicis est melius esse earum, quam non esse, in omne ente. Tertiò: quia Perfectio ex genere suo talis est, ut, ea deficiente, non esset Deitas: ergo.

207 Ostenditur tertiò Conclusio: Aliqua Prædicata, ex absolutis necessariis, etiam creaturis communia, sunt de conceptu definitivo Dei: ergo & omnia. Antecedens patet: nam esse *Ens*, esse *Vivens*, & *substantiam*, quæ ubique *substantialia* sunt, etiam in Deo debent esse definitivè substantialia. Probo consequentiã. Primò, quia nulla est ratio aliquod præferẽdi, aut excludendi cùm nulla sit inter ipsa minoritas, inæqualitas, aut præcedentia. Secundò: quia omnia æquè de Deo dicuntur *in quid* contrapositè ad creaturas. Tertiò & præcipuè. Ea prædicata communia descendunt ad creaturas per differentias, alioquin essentiales, limitativas entis, nempe finitatis formalis in esse: in Deo verò sunt necessariò per essentialem oppositam differentiam, nempe infinitatis formalis in esse. Nunc sic: Ea differentia finitatis formalis in esse, consistens in aliquo prædicato particularizante modum essendi, est de conceptu definitivo entis, in quo est; ut est evidens: ergo ea differentia infinitatis formalis essendi est de conceptu definitivo Dei. Atqui formalis infinitudo essendi est formaliter omnis modus essendi per perfectionem simpliciter simplicem: sicut infinitudo formalis sciendi est omnis sciendi modus per perfectionem simpliciter simplicem sciendi; & formalis infinitudo potentiæ est omnis potentiæ modus per perfectionem simpliciter simplicem potentię: ergo differentia essentialis de conceptu definitivo Dei est Omnis Perfectio simpliciter simplex, modo quo *nu.* 203. explicatum est.

SECTIO V.

OBIECTIONES SOLVTÆ, ET DIREMPTA Controversia.

Opponuntur SS. PP.

208 Objicies primò: Authoritatem Patrum militare contra nos. Nam primò Damascenus 1. *de Fid. cap.* 4. Bonum, justum, Sapiens, dicit non esse Dei Naturam, *sed ea quæ sunt circa naturã*. Secundò id ipsum asserunt Cyrillus, & Nissenus, & maximè Augustinus 16. *de Trinitate cap.* 6. ubi ea prædicata, *non substantiam*, sed *substantialia Qualitates* appellari debere censet. Tertiò Dionysius *cap.* 5. *de Divin. Nomin.* asserit *Bonum esse antiquius ipso esse Divino*. Quartò: Sexta Synodus *act.* 18. loquens de Christo admittendam definit in ipso duplicem Naturam & duplices naturæ Proprietates; & *proprietatem Naturæ Divinæ*, *voluntatem* appellat. Non est ergo juxta mentem Sanctorum Patrum, Essentiam seu Naturam Dei in omnium Perfectionum simpliciter simplicium complexo constituere.

Damasc. *Cyrillus.* *Nissenus.* *Augustin.* *Dionysius.* *VI. Synod.*

Explicantur primò generaliter.

209 Respondetur primo generaliter, Patres prudentissimè locutos juxta doctrinam *nu.* 127. distinguendo videlicet in Deo duo genera Perfectionum. Nam aliæ sunt essentiales ex genere suo, quia ubique essentiales sunt: aliæ non sunt essentiales ex genere suo: quia non ubique sunt essentiales: & has Patres, & Theologi vocare solent *Qualitativas*, *Proprietativas*, & *Attributales*, sumptâ analogiâ ex Creaturis. Verùm hæc distinctio neque ex se, neque ex mente Sanctorum Patrum obstat, quominùs eæ ipsæ Perfectiones sint essentialissimæ in Deo. Subdit enim Augustinus *loc. cit. Quidquid secundùm qualitatem ibi dici videtur, secundùm substantiam, & essentiam est intelligendum.* Quid clarius? & quidem de Sanctorum Patrum mente satis constat ex *nu.* 199.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Ex mente Augustin.

Secundò singulatim.

210 Respondetur specialiter secundò: Imprimis ad Damascenum, Cyrillum, Nyssenum, & Augustinum, eos unicè significare, eas singulas Perfectiones explicare quidem aliquid Naturæ, non verò totam Naturam, & essentiam Dei: unde non tam sunt ipsæ singulatim acceptæ, Natura, quàm veluti pars Naturæ. Sic respondet Doctor Eximius. Ad Dionysiũ, si fortè locus ille apud ipsum extet, (quod maximè dubito,) dico, Ipsum accipere Bonum pro Summè Perfectio: & sic esse pro nostrâ Sententiâ. Ad sextã Synodum responsum est *suprà disp. præced.* Addo nunc, Synodum verosimiliùs loqui de Voluntate, seu volitione liberâ, ut contendit eruditè Bernal *disp.* 48. *de Incarnatione*. Deinde, quidquid sit, an de liberâ, an de necessariâ loquatur, sumi à Synodo pro prietatem, pro Prædicato inseparabili physicè à Naturâ, sive essentiale foret, sive extra essentiale: quod penitùs erat abre, & toto Scopo Concilii.

Ex mente Doctoris Eximii.

Synodi VI Mens ex nu. 49. Vide Bernal.

211 Objicies secundò: Authoritatem Theologorum. Nam omnes passim distinguunt Essentiam, & Attributa in Deo intra lineam Perfectionum Absolutarum. Confirmatur: quia si essentia Dei diceret omnes Perfectiones simpliciter simplices, diceret Persor alitatem saltem in genere: nam ea in genere sumpta dicetur esse perfectio simpliciter simplex. Respondetur. Authoritati Theologorum fieri satis per illam distinctionem Prædicatorum essentialium ex genere suo; & ex genere suo non essentialium. Neque enim Attributi nomine venit inconcussè apud Theologos nisi Perfectio, quæ ex genere suo non est essentialis: unde invaluit usus eas Perfectiones appellandi Attributales. Ad confirmationem Nego sequelam: nam essentia solùm constitui debet per illas perfectiones, quæ sunt in quolibet particulari, cui essentia competit. De ratione Perfectionis simpliciter simplicis est non utcũque esse meliorem ipsam, quàm non ipsam: sed esse meliorem ipsam in particulari, quàm non ipsam. Hic est communis sensus.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

212 Objicies tertiò: Essentia cujuslibet entis est Prædicatum, quod primo in re concipitur, cæteris nobilius, & radix cæterorum: sed hoc non competit descripto complexo omnium Perfectionum. Cõfirmatur primò: quia licèt Volitivum, & Risivum in homine physicè sint idem cum Rationali; tamen sunt extra essentiam metaphysicam hominis: ergo similiter, licèt omnes Perfectiones simpliciter simplices sint idem cũ Essentia Dei, erunt tamen extra Metaphysicam Dei essentiam. Probatur consequentia: quia sicut homo satis bene definitur per *Animal Rationale*, quia per hæc prædicata discernitur plenè ab omni nonhomine; ita satis bene definietur Deus per prædicatum particulare, quo plenè discernatur ab omni nondeo. Confirmatur secundò: quia nulla est essentia, cui nõ possint assignari proprietates, & Attributa: ergo etiam Divinæ assignari debent Proprietates, & Attributa.

213 Respondetur. Imprimis supponit objectio distinctionem intrinsecam, inæqualitatem, & radicationem inter Perfectiones absolutas Dei: quæ singula sunt falsa. Deinde assumptum majoris est verum, quando singulare prædicatum habet primatum adæquativum Definiti, & satis expressivum totius principalitatis rei, quæ definitur. Patet autem ex *nu.* 205. per nullum prædicatum singulare adæquari posse significatum hujus vocis *Deitas*: & quolibet assignato, manere plura æquè principalia juxta *nu.* 206. Ad primam confirmationem, transeat prima pars antecedentis, quam multi negant, meritò rati cum Martinono, nomine *Rationalis* venire etiam volitivum; & concessâ secundâ, nego consequentiã. Disparitas est: primò quia per *Animal Rationale* adæquatur significatum hujus nominis *homo*, ex veterum Philosophorum placito, & institutione. Secundò: quia per *Animal Rationale* exprimitur tota principalitas rei definitæ: nam Risivum, consideratâ operatione, ex quâ in creatis nobilitas & qualitas principii colligitur, vix est æstimabile. Ad

Martinon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

secundùm: Essentiæ Divinæ jam sunt suæ Proprietates, nempe Relationes. Deinde, aggregato omnium formalitatum, quas proprietates assignares? Si ergo enti, quod per accidens amplectitur omnes formalitates, non est absurdum, nullam assignari posse proprietatem; quid mirũ, si Enti, cujus essentia est per se omnis perfectio simpliciter simplex, nullam assignare possis nisi relativas?

214 Objicies quartò communiter peti discrimen in tractatu de Trinitate cur secunda Persona potiùs quàm Tertia sit Filius, ex eo quòd secundæ communicetur ex vi processionis Natura, non verò tertiæ: sed volitio. Respondeo, Peti communiter inde discrimen: sed non bene. Ibi diximus secundam Personam Trinitatis, piæ Tertiâ, esse Filium: quia secunda Persona, præ Tertia, est Operatio Naturæ, quâ talis: quippe procedens à suo Principio constituto per Naturam exercentem Naturæ Munus: secùs ac Tertia Persona, quæ procedit à suo principio constituto per Virtutem extra essentialem Naturæ. Sic ibi discurri cum Doctissimo Complutensi nostro, Aragoniæ decore, P. Ioanne Antonio de Vson: ut in fine voluminis, tanquam in ejus appendice, reponam.

P. Vson. Infrà lib. 13. in fin.

215 Objicies quintò rationem, quæ me aliquando contra præcedentia movit. Sic formabam: Si propter aliquam rationem Naturæ Divinæ metaphysicè statuenda sit in complexo omnis perfectionis simpliciter simplicis, maximè quia est infinitè perfecta, & tanquam infinitum pelagus omnis perfectionis: sed ad hæc sufficit singulare prædicatum Dei: ergo nulla est ratio cur essentia Dei metaphysicè non constitat in eo prædicato singulari. Minor probatur. Assignabile est prædicatum singulare, quod metaphysicè sit formaliter aliqua perfectio summa, & eminenter omnes, eas radicans, & inferens infallibiliter; atqui tale prædicatum singulare est quidditas infinitè perfecta, & tanquam infinitum pelagus omnis perfectionis: ergo ad infinitatem essentiæ Divinæ, & ad quoddam quasi pelagus essendi sufficit prædicatum hujusmodi singulare. In hoc proximo Syllogismo stat tota vis.

216 Minor probatur: primò: quia si analogia servanda sit, sicut ad veritatem *Pelagi* non requiritur plenitudo omnium aquarum, sed sufficit summitas aquæ à quâ cæteræ derivantur, & ad quam omnes aliæ reducantur tanquam ad centrum suum; ita ad *Pelagus omnis Perfectionis* sufficiet aliqua summitas, à quâ omnes perfectiones deducantur illatione legitimâ, & ad quam omnes legitimè reducantur. Secundò: de ratione infinitatis in esse, & veluti pelagi omnis perfectionis, non requiritur omnis perfectio: aliquin ea infinitudo cõstitutivè diceret etiam Perfectiones Relativas, & liberas: quod communiter negatur: ergo stat infinitudo essentiæ, & veritas Pelagi omnis Perfectionis, per aliquam perfectionem quæ ratione sui sit ita summa, ut eminenter & quasi in radice sit omnis Perfectio.

217 Major verò jam probatur, assignando tale prædicatum: nempe: *Ens à se* seu *sibi perfectè sufficiens ad essendum*: sic arguo: Hoc prædicatum imprimis est summum, quia distinguit ens ab omni non Deo. Deinde continet, & legitimè radicat omnes alias singulares Perfectiones. Nã, si sibi sufficit ad essendum, necessariò existit: en necessitatem: si sibi sufficit: æternus est: nam quod necessariò est, semper est: en æternitatem! Si sibi sufficit: infinitus est: nam non habet, unde limiteturnec infinitatem! si sibi sufficit, immensus est: nam illimitatum contineri loco non potest: en Immensitatem! si sibi sufficit, immutabilis est: nam enti illimitato quid potest addi quod mutet? en immutabilitatẽ! Facile ex his erit unicuique discurrere in alias Perfectiones; quas quidem eleganti discursu ex eo prædicato singulari demonstrat acutus P. Sylvester Mauri in *Metaph. quæst.* 13. quem ingeniosè imitatur Haunoldus.

P. Sylvest. Mauri. P. Haunoldus.

218 Respondetur. Concessâ majori de infinitate formali, bene à Patribus explicatâ per quoddam veluti pelagus Essentiæ, sine imperfectionibus, & limitationibus loci, unde sumitur comparatio; nego minorem. Ad probationem distinguo majorem; datur prædicatum singulare, singularitate vocis, & nominis, concedo; singularitate, perfectionis, nego majorem. Nam *Ens à se*, si explicetur per perfectam sufficientiam ad essendum, & infinitatem formalem in esse, infert quidem legitimè omnes perfectiones simpliciter simplices, sed non infert, ut prædicata derivata, sed tanquam partes, seu quasi partes inclusas in toto; nam perfecta sufficientia, si definitivè resolvatur in sui Constitutiva, resolvi necessariò debet in singulas perfectiones simpliciter simplices, *et nu. 133. & ex nu. 202. & seqq.* Cur verò Essentia Dei non debeat constitutivè dicere Perfectiones Relativas, diximus *num. 198.* Nam essentia Dei solùm constitui debet per perfectiones adæquatè necessariò reciprocè cum ipsâ identificatas, & convertibiles.

Suprà nu. 133. & 198. & 202.

219 Ex his decisa manet species quæstio, ob quam ad hæc generaliora digressi sumus: nempe: an Scientiæ Divinæ perfectio metaphysicè constituat Deitatẽ? Affirmandum enim est. Nam Scientia Dei est Perfectio simpliciter simplex, & Deitas ex omni perfectione simpliciter simplici coaluit ex dictis:

220 Nec desunt speciales rationes. Prima ab Authoritate, quam illustrat Aldrete *loc. dis. sp. 14 sect. 8.* Sume duo loca: Alterum Maximi sic loquentis: *Deus secundùm essentiam cognitio est ineffabilis.*

Aldrete. S. Maxim.

Alterum Augustini 15. de *Trinitate cap. 5. Non est aliud Sapientia ejus; aliud essentia; cui hoc est esse quod sapientem esse.* Secunda: Essentia Dei est fons, & origo omnium: quis autem dicat cæco impetu ab Essentiâ Dei profluere omnia? Tertia: quia in Omnibus viventibus, gradus vitæ *essentialis* est: quidni ergo & in Deo gradus vitæ purissimæ, qui est actualissimus intelligere? Quarta: quia lumine naturæ videtur notum, Deum constitui metaphysicè per prædicata, quæ sint ipsa felicitas, & possessio Summi Boni: at felicitas, Beatitudo, & possessio Summi Boni constituitur metaphysicè per intuitionem. Quinta: quia satis ex se apparet absurdum, Deum ex essentiâ suâ formaliter existere non sapienter, nec scire, *quid*, & *quantus* sit? Vide plura apud acutissimum Patrẽ Antonium Perez *tract. de Scientia Dei disp. 1. à nu. 134.*

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. S. Augustin.

Ant. Per.

DISPVTATIO III.

DE OBIECTO DIVINÆ SCIENTIÆ Secundùm se.

221 SVMVS in puncto, in quo plures difficultates peperit discors apud Authores acceptio terminorum. Objectum vel est *Materiale*, vel *Formale* Materiale, (quod Thomistæ *Secundarium*, alii *purè terminativum* vocant) si strictè sumatur, est, quod purè terminat actum, cujus Objectum dicitur: latè sumptum, est objectum verè terminans actum. Formale, (quod, Primarium Thomistæ vocant; alii, Specificativum, & Motivum) est, quod in ratione objecti; non solùm terminat actum, sed etiam movet. *Duplex* est: aliud, *physicè motivum*, aut movens: aliud, *intentionaliter movens*, aut motivum. Objectum formale *physicè movens*, est, quod ita se habet ad actum, ut physicè det esse actui vel per seipsum, vel per speciem sui. Objectum *intentionaliter movens*, est, quod citra physicum influxum se habet ad actum, ut objectiva ratio ipsius actûs: nempe, quam redderet intelligens, interrogatus, cur præster assensum. Hoc Objectum *intentionaliter movens* movere potest, *terminativè*, vel *determinativè*. Terminativè, quando solùm est pura ratio objectiva assensûs. *Determinativè*, quando ita est ratio objectiva, ut verum sit, ideò actum existere, quia objectum est, & non econtrà.

Thomistæ.

Explicatio Objecti multiplicis.

SEC-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

SECTIO I.

DIVINÆ SCIENTIÆ OBIECTVM Materiale.

Prima difficultas

222 QVadruplex occurrit sub hoc titulo difficultas. *Prima est*: An Deus se ipsum, & omnia quæ sunt in se ipso, propriè, & comprehensivè cognoscat? Et est de Fide juxta illud Apostoli 1. *Corint. 2. ad Corinth 2. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Et ad Hebræor. 4. Delyrium Aristotel.* *omnia sunt nuda, & aperta oculis ejus*; & naturaliter est evidens, quidquid somniaverit Aristoteles *lib. 2. Magn. moral. cap. 18.* Primò: quia Deus, imperfectus esset, si objectum optimum, id est, se ipsum ignoraret. Secundò: quia se amat necessariò: ergo se necessariò plenè cognoscit. Tertiò: quia Deus est summè felix: ergo finitur summo Bono: quomodo autem frui potest, nisi plenè cognito Bono quo fruitur. Quartò: quia nihil Deus perfectè cognosceret, si se non cognosceret plenè: ratio est: nam omnia cognoscibilia sunt essentialiter connexa cum Deo: quare Deo nõ cognito, perfectè cognosci non possunt. Quę rationes æquè ostendunt necessitatẽ, ac proprietatem Divinæ cognitionis.

223 Eam verò esse comprehensivam ostenditur. Primò: quia intelligenti summo negari nequit summus gradus intelligendi, qualis est comprehensivus. Secundò est ratio à priori, de quâ jam alibi: quia comprehensio est ita plena objecti cognitio, ut totam ipsius intrinsecam cognoscibilitatem exæquet; atqui talis est cognitio, quâ Deus se cognoscit; ergo talis cognitio necessariò est comprehensiva. Major patet exponendo terminos: quia si cognitio est ita plena, ut totam cognoscibilitatem exæquet, tanta est cognitio, quantum est objectum, merito perfectionis, & æstimationis suæ cognoscibile: ergo non potest non esse objecti comprehensio. Minor autem est evidens: quia Deus, utpotè summè cognoscitivus, non potest esse magis cognoscibilis, quàm est cognoscitivus: ergo cognitio, quâ se cognoscit est ita plena, ut totam sui cognoscibilitatem exæquet. Vnde inferes cognitionem, quâ Deus se cognoscit, esse necessariò comprehensivam: & Deum esse, præterquam ab ipso Deo, incomprehẽsibilem necessariò.

De Incarn. lib. 1. disp. 3. à n. 143.

224 Objicies primò: Quod cognoscitur est objectum; Sed Deus nequit esse objectum suæ cognitionis: ergo non cognoscitur à seipso. Minor probatur. Nam Relatio, & similitudo dicunt distinctionem; atqui cognitio imbibit relationem, & similitudinem sui ad objectum: ergo & distinctionem. Sed non distinguitur Deus à suâ cognitione: ergo neque est objectũ. Secundò: cognitio quæ nihil cognoscat distinctum à seipsâ, videtur inutilis, & fatua: Sed cognitio, quâ se Deus cognosceret, nihil cognosceret distinctum à seipsâ: ergo. Tertiò: quia cognitio, quâ Deus se cognosceret, esset, & non esset reflexa: ergo implicat. Sequela patet: quia in primis esset cognitio sui: ergo reflexa. Deinde non esset reflexa: quia esset prima cognitio Dei: nam reflexa est secunda cognitio. Et urgetur. Nam vel reflexio distingueretur à cognitione quasi directâ, vel non? Secundum est imperceptibile. Si ergo primum; infinitè proceditur. Quartò: quia Deus non cognoscit distinctionem virtualem inter Relativa, & Absoluta: ergo nec omnia sui. Sequela probatur: quia si eam distinctionem cognosceret, cognosceret Naturam, ut distinctam à Relationibus; illam, communicari, & non referri; istas referri, & non communicari: ergo præscinderet.

225 Respondetur. Ad primum ex *num. 221.* concessâ majori, nego minorem. Ad probationem dico solùm esse de ratione cognitionis exprimere aliquid, manifestando: qui conceptus licèt *secundùm dici* appareat respectivus, talis de necessè non est. Neque propria similitudo ad objectum competit cognitioni, nisi respectu objecti ipsam causantis. Ad secundum: distinguo majorem: Tendentiâ sic exprimenti: *ego me cognosco*: transeat. Tendentiâ, exprimente alias perfectiones, identificatas secumipsâ, nego. Talis autem est Divina cognitio, quæ, se cognoscendo, infinitas perfectiones Dei cognoscit. Ad tertium, lusu vocum innixum, nego sequelam. Esset enim simul directa, & reflexa simplici intuitu se, & quidquid est in Deo, plenè cognoscens: & apud me nullus est actus, qui talis non sit: quod applaudit Martinon *disp. 9. de Deo, sect. 1. num. 5.* Ad instantiam, dico distingui, non intrinsecè, nec virtualiter, sed purè extrinsecè, & ex modo concipiendi: in quo potest infinitè

1. 2. Tract. de Attrib.

finitè procedi: quod solùm est Dei scientiam adeò infinitam esse, ut modis concipiendi nostris, etiam in infinitum multiplicatis, satis exprimi nequeat. Legatur Sparza *quæst. 15. de Deo art. 2.* jure miratus, aliquos Authores, alioquin magnos, quidquid de termino obloquatur Haunoldus, esse de hac re mirabiliter *leviter* sollicitos.

Esparza.

Haunold.

226 Ad ultimum, nego antecedens. Non enim se cognoscere potest Deus, ut est in se, nisi plenè distinctionem virtualem agnoscat, id est, tam mirabilem in se perfectionem identitatis, ut sine ullâ reali distinctione susceptiat prædicata alioquin contradictoria. Ad sequelæ probationem, concesso antecedente, nego consequentiam. Nam licèt Deus non attribuat Relationi, omnia quæ Naturæ videt attribui, nec econversò: nam videt utramque secundùm se, & ut in se sunt, (qui modus cognoscendi vocari posset præcisio attributiva, seu in attributione, ut cautè loquitur Ribadeneyra:) tamen in sensu communi, præcisio sonat præcisionem in cognitione, quæ consistit in attingentiâ unius prædicati, alio non cognito: & hæc præcisio ex cognitione Divinâ suæ virtualis distinctionis non sequitur, & Deo repugnat. Atque hæc de *prima* difficultate. Succedit

Ribaden.

Difficultas altera

227 Altera *difficultas*: an Deus cognoscat Creaturas, non solùm secundùm esse eminentiale, quod habent in se ipso, sed etiam secundùm esse suum proprium, & formale? Et adversus Aureolum, excusatum ab Ortega, & vix à Valentiâ nostro, & à Pasqualigo relictum, eum communi Patrum, & Theologorum, affirmo. Primò: quia Deus comprehendit suam Omnipotentiam: ergo cognoscit terminos ab ipsâ præcontentos, & producibiles; qui sunt *esse formale* Creaturarum. Secundò: quia Deus liberè producit Creaturas, secundùm esse proprium, & formale: nam penès hoc terminant productionem: ergo eligit inter omnes possibiles hanc præ illâ. Sed electio fiat non potest sine præcognitione eorum, quæ eligunt: ergo, Tertiò: quia sine præcognitione creaturarum penès esse formale suum, non posset Deus exercere in illas Dominium, liberalitatem, Misericordiam, & alias virtutes: quod dici nequit.

Aureolus Ortega. Valentia. Pasqualigus.

228 Objicies primò: Augustinum, & Hieronymum: illum *lib. 83. quæst. 46.* ubi hæc habet de Deo: *Non enim extra se quidquam positum intuebatur.* Hunc *in cap. 1. Habacuc.* Absurdum est ad hoc Dei deducere Majestatem, *ut sciat per momenta singula, quot nascantur culices, quotque moriantur.* Respondeo, Augustini mentem claram esse, negantis Deum in productione creaturarum, habere exemplar distinctum ab ipso Deo, sicut solent Artifices. Hieronymi mens obscurior est. Aliqui interpretantur, quasi negasset de minutis animalculis specialem providentiã, quam de Rationalibus habet Deus. Alii, quasi negasset scientiam Dei ex ortu, interituque rerum variari per singula momenta. Vterque sensus, sanus est. Sed Pater Vazquez ingenuè renuit excusare Hieronymum.

August. & Hieronymus.

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

Explicantur.

P. Vazq.

229 Objicies secundò: cognoscens Deus Creaturas esse possibiles, nihil cognoscit distinctum à Deo: sed pro priori ad Decretum de producendis creaturis, unicè cognoscit Deus eas esse possibiles: ergo pro priori ad Decretum, nihil cognoscit Deus distinctum ab ipso Deo: ergo non cognoscit esse formale Creaturarum. Consequentiæ tenent. Et minor patet: nam de Creaturis ante productionem earum non est alia veritas. Major probatur: quia cognoscens Deus Creaturas esse possibiles, unicè cognoscit possibilitatem earum: sed earum necessaria possibilitas, *apud me* est Omnipotentia, ut *infrà* dicetur: ergo. Confirmatur primò: Creaturæ possibiles, antequam existant, non sunt in se: ergo non sunt cognoscibiles in se: quod enim non est, non habet ulla prædicata: ergo neque cognoscibilitatem. Confirmatur secundò: vel pro priori ad Decretum Divinum, Deus, & Creatura sunt *duo* objecta *distincta*, vel non? Si secundum: ergo nequeunt Deo representari, ut distincta: ergo solùm Deus cognoscit Creaturas secundùm esse indistinctum à Deo, nempè eminentiale. Si primum: ergo pro priori ad Decretum, Creatura jam habet esse; quod est falsum, & probatur sequi. Quod enim non habet *esse*, non habet *esse distinctum*. Et urgetur. Creaturæ pro priori ad Decretum, non sunt inter se distinctæ: ergo cognoscuntur ut unum: ergo prout sunt in Deo, & non prout in se. Antecedens patet: quia quod non habet *esse*, non habet *esse distinctum*.

Lib. 2. à num. 4.

Res-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Nota Doctrinam.

230 Respondetur: & ad argumentum nego majorem. Ad probationem nego etiam majorem. Cognoscens enim Deus Creaturas esse possibiles, necessariò cognoscit possibilitatem earum, tanquam rationem æternam, à quâ possibiles denominantur: & ipsas Creaturas, quæ denominantur possibiles. Ad primam confirmationem concesso antecedente, distinguo consequens; non sunt cognoscibiles in se positivè per cognoscibilitatem intrinsecam, concedo: non sunt cognoscibiles in se negativè, nego. Itaque Creaturæ, antequam existant, sunt cognoscibiles, cognoscibilitate Divinæ mentis, quæ per se sufficit, ut eas cognoscat ut in se sunt: nō positivè: quia positivè, antequam existant, non sunt in se: benè tamen negativè: quia cognoscit, norma conformi ad statum, qui verè ipsis potest attribui. Ad secundam confirmationem, dico Deum, & Creaturas, antequam istæ existant, esse duo, non positivè, sed negativè: quia licèt Creatura non habeat esse, quo positivè distinguatur à Deo; est tamen summa repugnantia, ut identificentur cum Deo, quæ Deus est. Ad instantiâ dico similiter Creaturas, antequam existant, non esse distinctas in se positivè, sed negativè: quia licèt in se, cùm non existant, non exerceant distinctionem inter se; tamen Deus est æterna necessitas ne sint idem.

Tertia difficultas.

231 Tertia difficultas: An Deus cognoscat negationes, & mala? Et utrumque affirmandum est. Et imprimis ostenditur, distinguendo duplex genus malorum: nam alia, sunt mala physica, quales sunt adversitates, & pœnæ: alia, mala moralia, qualia sunt vitia, errores, & culpæ. Iam cognosci à Deo mala moralia, fit evidens. Primò: quia comprehendit conditionem arbitrii nostri, & nostræ mentis limitationem. Secundò: quia sunt plura Bona, quorum comprehensio haberi nequit, incognito malo morali, qualis est pœnitentia. Tertiò: quia favere non posset, si non præcognosceret mala, à quibus removere posset, quos vellet, & quæ posset remittere, pro suo libito: & qualis esset Dominus, & Index, si non præcognosceret, quibus malis esset Orbis obnoxius, dignis pœnâ? Fit exinde evidens etiam cognosci à Deo mala physica. Primò: quia Dei est ea præcavere, ne noceant, vel infligere, ut doceat: id autem sine eorum præscientiâ implicat. Secundò: quia *pœna reducit ad ordinem, quod culpa deordinat*: ergo Dei est scire per quæ reducatur ad ordinem, quod Homines peccando deordinant.

Augustin. dictum.

Negationes quid?

232 Ostenditur deinde de negationibus: etiam distinguendo genus duplex. Nam vel est passiva negatio: & ista sonat ens quod negatur, & tollitur: & de hac non potest esse quæstio. Vel activa negatio: & ista sonat ipsum *non esse* rei, eam negans, & tollens; & negationes hujusmodi tam certum est à Deo sciri, quàm entia positiva: sunt enim entia positiva, efficaciter removentia, & impedientia res, quarum dicuntur negationes. Implicant enim apud me carentiæ ab omni ente positivo distinctæ, cùm satis se res impediant, ex incompossibilitate; vel abundè sit Decretum Dei, cujus est impedire vel ponere. Sed hoc alterius est loci. Accipe nunc rationem satis brevem. Existere, & posse existere est bonum. Sed implicat Bonum, distinctum à Deo, & à Deo imparticipatum: ergo & existere, & posse existere distinctum à Deo, & imparticipatum ab ipso. Sed si essent carentiæ ab omni positivo distinctæ, daretur hoc bonum: ergo implicat.

Repugnāt in conceptu existentiali ab omni Positivo, distinctæ.

233 Quarta difficultas: an Deus etiam cognoscat entia Rationis? in quâ multus est noster Thyrsus *disp. 9* Ego jamdiu censui, ens rationis nihil aliud esse quàm entia realia, dissonè comparata per actum necessariò fingentem, & falsum: Nam cognoscibile convertitur cum ente reali, capaci cognosci, ut est in se; & aliter ac est in se, nempe cum adjecti dissono, & repugnante. Vnde intuli, ens rationis non posse nisi per actum falsum efformari. Et ex his (quæ alibi latè discussi, & quæ, reluctante licèt genio, & ex aliorum voto, *Infrà lib. 2. disp. 9. à nu. 45.* lib. seqq. à nu. 45. ex parte reponam,) unum *infero*; & aliud *assero*. *Infero*, efformari non posse à Deo: quia Deo repugnat actus fingens, & falsus. *Assero*, neque formaliter cognosci à Deo posse ens rationis: ita Vazquez, & Quirós. Ratio est: quia formaliter cognoscere ens rationis, est cognoscere objectum, conceptu ipsum attingente dissonè, imperfectè, & aliter ac est: sed repugnat Deo circa ullum objectum iste modus attingendi: ergo & repugnat, cognosci formaliter ens rationis.

Reverend. N. Thyrs.

Vazquez. Quirós.

234 Dices. Deus cognoscit actus fingentes nostros: efformaque à nobis per ipsos ens rationis: ergo cognoscit ens rationis. Respondeo, Deum comprehensivè cognoscere figmenta nostra: eò tamen ipsò videre, cur figmenta sunt: quia videt objectum ut in se est. Quare, licèt cognoscat actum fingentem nostrum; tamen objectum videt, ut est: unde modus cognoscendi Divinus, non imitatur modum fingendi nostrum: sicut quando Deus cognoscit actum, quo nos præscindendo formamus universale, non efformat universale: quia non tendit in objectum actûs nostri, modo illo confuso, & imperfecto, quo nos. Videatur P. Quirós *to. 1. disp. 55.*

SECTIO II.

OBIECTVM FORMALE DIVINÆ Scientiæ.

§. I.

CONCLVSIONES VERÆ SENTENTIÆ.

235 PRima Conclusio: Scientiæ Dei repugnat objectum formale *physicè motivum*. Ratio est: quia objectum *physicè motivum* importat influxum sui in cognitionem, vel immediatum in se, vel mediatum in specie: sed nulli objecto cōpetere physicè potest influxus in Divinam Scientiam: ergo Divinæ Scientiæ repugnat objectum formale physicè movens.

Suprà nu. 221. Major patet ex *num. 221.* Minor est evidens: quia Divina Scientia est omninò à se. Confirmatur primò: Divinæ Scientiæ repugnat omne genus influxûs ex parte principii, ut constat ex *Disp. 1.* ergo potiori jure repugnat omne genus influxûs ex parte objecti: ergo repugnat objectum *physicè motivum* Scientiæ Dei. Secundò: quia cōcursus objecti ad cognitionē, sive mediatus in specie, sive immediatus in se, provenit ex indifferentiâ intelligentis; sed in Divino intelligente nulla est physica indifferentia: ergo neque ullus concursus objecti: ergo.

Et disp. 1.

236 Secunda Conclusio: Divinæ Scientiæ non repugnat objectum formale *intentionaliter motivum*. Ratio est ex acceptione legitimâ talis objecti. Nam objectum formale *intentionaliter movens*, est objectiva ratio, cur præstetur assensus, istiusque quasi assecurativa; à posteriori, nota, si de ratione assensûs rogaretur intelligens: sed respectu Divinæ Scientiæ non repugnat hæc objectiva ratio: imò est ipsi necessaria: quia prudentissima est: ergo Divinæ Scientiæ non repugnat objectum formale *intentionaliter motivum*.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

237 Tertia Conclusio: respectu Divinæ Scientiæ necessariæ nullum objectum formale intentionaliter est motivum, plusquàm terminativè. Ratio est, quia objectum intentionaliter movens plusquàm terminativè, est objectum formale cum jure determinandi existentiam Scientiæ; sed respectu Scientiæ necessariæ repugnat objectum formale, ita movens: ergo repugnat objectum formale movens intentionaliter plusquàm terminativè. Major constat ex *num. 221.* ubi presi discrimen utriusque objecti tàm *moventis intentionaliter terminativè*: quàm *moventis determinativè*. Minor est æquè certa: nam respectu formalitatis simpliciter necessariæ repugnat aliquid in genere intentionali determinans ipsam, ut existat. Nam si physicè daretur omnimoda necessitas existendi; quomodo potest esse verum, existere, ratione objecti quasi exercentis prioritatem in existentiam, ut sit?

238 Quarta Conclusio: respectu Scientiæ Divinæ contingentis non repugnat objectum, etiam *movens intentionaliter determinativè*. Ratio est. Quia juxta principia Scholæ nostræ, Scientia Divina contingens, si movetur ab objecto, ita movetur, ut penès hoc sit jus determinandi existentiam æternam talis Scientiæ: ergo veritas movens Scientiam contingentem Dei exercet erga ipsam munus objecti formalis, intentionaliter moventis determinativè.

Latè lib. 4. & 5.

239 Quinta Conclusio: Ratio objecti formalis intentionaliter motivi respectu intellectionis Divinæ necessariæ competit Essentiæ, Attributis, & Relationibus, æquè primariò. Ratio primæ partis est: quia datâ etiam, vel permissâ virtuali distinctione inter Essentiam, Attributa, & Relationes singulæ etiam ut virtualiter distinctæ sunt in se necessariò veræ: ergo pro ratione assensûs erga se, plenè sufficiunt singulæ: ergo singulis, etiam ut virtualiter contradistinctis, competit ratio objecti formalis. Hæc consequentia est bona: & prima patet: sufficit enim pro ratione assentiendi necessariâ veritas. Antecedens autem est certum: quia tàm Rela-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 3. de Deo scientè. Vide sup. disp. 2.

Relationes, & Attributa, (si qua sunt,) quàm Essentia habent formaliter in se necessitatem essendi. Et confirmatur: quia tàm Relationes, & Attributa, quàm Essentia sufficiunt ratione sui movere ad specialem actum amoris: ergo sufficiunt etiá movere ratione sui Divinam cognitionem. Ratio secundæ partis, sumitur ex æqualitate perfectionis, asserta inter prædicata Divina: unde singulis competit conceptus primatiæ perfectionis, in sensu in quo loquimur.

240 Sexta Conclusio: etiam veritati creatæ competit ratio objecti formalis intentionaliter motivi respectu Divinæ intellectionis. Ratio est: quia citra ullam imperfectionem sufficere potest creata veritas pro ratione objectivâ assentante Divinum assensum: ergo competere potest veritati creatæ respectu assensûs Divini ratio objecti formalis. Antecedens probatur ex fundamento prorsus oppositio his qui sunt contra nos. Nam quò major est perspicacia mentis, eò magis sufficit ad assensum quælibet veritas, si talis est in se: sed Divinæ mentis perspicacia est, quâ major excogitari non potest: ergo citra ullam imperfectionem sufficere potest creata veritas pro motivo formali Divinæ intellectionis. Hæc *præsè dixi*, sine ullo repitu sententiarum, & citationum, eatus pendere resolutionem, in quâ fundunt se ad tædium usque plurimi, ex acceptione terminorum, ut monui.

§. II.

OBJECTIONES CONTRA PRIMAM Conclusionem.

241 OBjicies primò contra primam Conclusionem. Ad rationem objecti formalis physicè motivi sufficit, ut cognitio ita nitatur objecto, ut ab ipso physicè habeat esse suum; atqui Divina scientia circa omnia prædicata Dei communia sic versatur, ut ab ipsis physicè habeat esse suum: quod ostenditur: quia *esse Divinæ scientiæ* secundùm se neque virtualiter, neque realiter distinguitur à prædicatis Dei communibus: atque adeò constitutivè, & in genere quasi formali physicè habet *esse suum* ab ipsis: ergo non repugnat respectu Divinæ scientiæ ratio objecti formalis physicè motivi. Sic Ribadeneyra, de cujus discursu satis meritò ridet Nicolaus Martinez. *Ribaden. Nicolaus Martinez*

242 Respondetur. Distinguo majorem, sufficit ut cognitio ita nitatur objecto ut ab ipso, in ratione objecti causantis habeat esse suum, concedo: ut ab ipso, tanquam constitutivo habeat esse suum, nego: nam eoipso quòd aliqua formalitas sit constitutiva cognitionis, esse nequit istius causa, neque movere ad ipsam, nisi *secundum dici*. Iá distinguo minorem: Divina scientia habet esse suum à prædicatis Dei communibus, in ratione objecti causantis nego. Identicè, & constitutivè, concedo, & nego consequentiam. Nam objectú physicè movere, dicit influxú physicum moventis ad motum, & rationem principii iuvantis intellectú: quæ omnia sunt valde procul à purissimo modo Divinæ intelligentiæ.

243 Objicies secundò contra eandem. Ad rationem objecti physicè motivi sufficit, ut cognitio habeat esse ab objecto, vel dante per se ipsum, vel per speciem; at Divina cognitio, licèt non habeat esse ab objecto, per se ipsum, habet à perfectissimâ specie objecti: ergo & habet objectum physicè motivum. Probatur minor: quia Divina Essentia gerit munus speciei, tum sui, tum omnium Creaturarum, quas eminentissimè continet: Sed Divina cognitio est ab Essentiâ: ergo.

244 Confirmatur primò: quia Divina Essentia est Deo ratio cognoscendi se, & omnia: ergo exercet aliquam prioritatem in ipsam scientiam Dei: ergo, & vim objecti physicè motivi. Secundò: quia si Essentia saltem non esset objectum physicè motivum respectu scientiæ Dei, eodem tenore se haberet ad ipsam, ac objecta finita: hoc autem est absurdum. Tertiò: licèt objectum physicè motivum in creatis importet causalitatem vel mediatam, vel immediatam sui in cognitionem, non est cur in Deo eam causalitatem importet: ergo sine eâ causalitate debet admitti in Deo objectum physicè motivum. Probo consequentiam: quia ea causalitas in creatis est necessaria ad determinandâ potentiam cognoscitivam: sed citra causalitatem datur respectu Dei vis objectiva determinans: tùm in Scholâ nostrâ, ut fatemur de scientiis contingentibus: tùm in omni: nam Essentia Divina determinat ad sui, & omnium cognitionem: ergo. Sic Thomistæ ex Montoya, & Godoy. *Thomistæ cũ Godoy. Montoyâ.*

Res-

245 Respondetur. Nego minorem. Probatio claudicat in utraque præmissâ. Nam neque Divina cognitio est ab essentiâ ut patet ex *disp. 1. & 2.* neque essentia getere potest munus Deo repugnans, qualis est speciei, juxta dicta eadem *1. d sp. a nu. 116.* Ad primam confirmationem distinguo antecedens: est ratio cognoscendi, per modum principii, aut speciei, nego: per modum necessitatis identificandi sibi cognitionem sui, & omnium, eamque penè assecurandi, concedo antecedens, & nego consequentiam. Neque enim Deus est magis activus, ut cognoscibilis, quàm ut cognoscitivus: si ergo repugnat Deo ratio principii in lineâ cognoscitivi; pari jure repugnat in lineâ cognoscibilis. Ad secundam nego sequelam. Nam essentia se habet ut objectum primarium æquale, & commensuratum Divinæ Scientiæ; non ita finitæ veritates. Ad tertiam Nego antecedens: quia de ratione metaphysicâ objecti physicè motivi est ea causalitas; un de repugnat ea ratio, ubi repugnare causalitas invenitur. Ad speciè probationis, adverte, vim determinativam, quam Schola nostra fatetur in objectis respectu Scientiæ contingentis, exerceri sine ullâ prioritate causalitatis, & naturæ & purè intentionaliter, ut *infrà* dicemus agendo de his Scientiis: unde pertingere nequit ad rationem physicè motivam. Quod de essentia determinante superadditur, falsum est. Scientia enim Dei determinatissima est ad esse expressionem sui, & omnium. *In primâ par. tract. 1. de Deo scientè.* *Suprà disp. 1. à nu. 116.* *Præcipuè lib. 5. à nu. 147.*

§. III.

OBJECTIONES CONTRA SECUNDAM, & tertiam.

246 OBjicies tertiò, & contra secundam Conclusionem, Primò ex P. Nicolao Martinez Aureoli terminis inhærenti. Motivum dicit respectum ad Mobile, & ad Motionem, & ad actum, ad quem movet: sed in Deo repugnat potentia Mobilis: nam intelligit actu purissimo, ut *suprà* constitit: ergo repugnat omnigena ratio motivi. Confirmatur primò: ideò in Deo repugnat ratio speciei impressæ, quia est correlativa Potentiæ complendæ ad actum secundum; sed Motivum est etiam correlativum Potentiæ mobilis ad actum secundum: ergo repugnat. Confirmatur secundò: Ratio motivi dicit aliquam indeterminationem potentiæ; sed hæc Deo repugnat: ergo & motivi ratio. *Nicolaus Martinez Ex Aureolo.* *Suprà disp. tota 1.* *In primâ par. tract. 1. de Deo scientè.*

247 Respondetur. Distinguo majorem: Motivum se habens per modum principii, concedo: Motivum, se præcisè habens ad modum puri termini assecurantis assensum, nego majorem: & concessâ minori, nego consequentiam. Nam Motivum exercere potest vim movendi, complendo potentiam, ipsam coadjuvando, & determinando, juxta illud: *Ex objecto, & potentiâ paritur notitia*: & in hoc sensu, in quo Author argumenti discurrit, motivum, utpote concausa Motûs, respicit Mobile. At si Motivum sit pura ratio essendi, cùm non requirat influxum, neque præcessionem ad actum, nullum dicet respectum ad Mobile: sufficit ut actus ita tendat in ipsum, ut si rogaretur intelligens de ratione, pro ratione ipsum daret. Et in hoc sensu loquitur secunda conclusio. Et ex hac distinctione satis patet ad confirmationes eadem æquivocatione laborantes.

248 Objicies quartò, & contra eandem secundo ex Recentibus. Objectum intentionaliter movens in eo consistit, ut ex ejus cognitione procedat assentiens ad alterius cognitionem: sed hoc repugnat Deo: ergo & objectum movens intentionaliter. Minor patet: tùm quia procedere ex unâ cognitione à aliam sapit discursum, repugnantem Deo. Tùm etiam quia cognitio non movet cognitionem, sed potentiam: sed in Deo non est potentia mobilis: ergo. Tùm demum quia sic cognoscere importat imperfectionem indeterminationis in cognoscendo. Major autem probatur: quia objectum intentionaliter movens movet, ut cognitum: ergo eatenus movet quatenus ejus cognitio determinat cognitionem alterius. *Magistri Recentes.*

249 Respondetur. Nego majorem sinistrâ hujus objecti considerationè laborantem: quia licèt objectum intentionaliter movens, movere dicatur ut cognitum, *ly ut* non significat ullam prioritatem, aut determinationem cognitionis ad cognitionem, sed unicè modum specialissimum cognitionis, quo tota ita respicit objectum formale, potiùs quàm materiale, ut potiùs innitatur in illo, quàm *in* illo. Qui modus explicatur à posteriori,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

per rationem, quam redderet intelligens de assensu suo: non enim redderet pro ratione objectum materiale, sed formale.

250 Objicies quintò: & specialiter cõtra tertiam conclusionem tertiò. Veritas necessaria sufficit ad determinandam cognitionem sui: sed æterna veritas Essentiæ, Attributorum, & Relationum est perfectissimè necessaria: ergo sufficit ad determinandam sui cognitionem: ergo determinat intellectionem sui. Sed hæc est intellectio Dei necessaria: ergo respectu intellectionis necessariæ non repugnat objectum intentionaliter movens plusquam terminativè. Respondetur. Distinguo majorem: ubi cognoscens est aliquomodo indifferens, & indeterminatum, concedo. Vbi cognoscens est summè determinatũ, nego: repugnat enim determinatio objectiva, respectu cognoscentis summè determinati ad cognitionem veritatis terminare potest ea veritas cognitionem; ut ratio purè objectiva; non verò potest determinare: quia determinatio supponit aliquam indifferentiam in cognoscente: quæ procul est à Divino quoad necessariam intellectionem.

§. IV.

OBJECTIONES CONTRA QVINTAM, ET Sextam.

251 Objicies sextò, & contra quintam conclusionem primò: Essentia Dei est ratio sufficiens pro cognitione Attributorum, & Relationum: ergo Attributa, & Relationes non sunt ratio movens cognitionem sui. Consequentia patet: quia nequit dici sufficiens ratio, quam alia ratio necessariò comitatur. Superfluit enim alia, ubi sufficiens præsupponitur. Antecedens autem probatur: quia Essentia imbibit in se identicatem cum Attributis, & Relationibus: ergo est ratio sufficiens pro eorum cognitione. Confirmatur primò: quia Essentia nequit concipi summè perfecta, nisi prout exigens Attributa, & Relationes: sed Essentia, prout exigens Attributa, & Relationes sufficit ad eorum cognitionem: ergo. Secundò: quia quævis Persona habet in se omnia requisita ad cognoscendum; alioquin aliis indigeret: ergo habet sufficiens motivum ad cognoscendas alias Personas. Sed in se non habet alias: ergo in Essentiâ habet motivum omninò sufficiens. Tertiò: quia ratio motiva scientiæ debet ipsâm antecedere, vel saltem comitari; sed sola Essentia id habet respectu Divinæ scientiæ: ergo.

252 Respondetur: distinguo antecedens: pro cognitione Attributorum, & Relationum, non exigente Relationes, & attributa cognoscere ex omni ratione, quâ cognosci possunt, concedo: pro cognitione sic exigente cognoscere, nego. Nota distinctionem. Et dari potest cognitio Essentiæ, & Attributorum, ac Relationum omninò clarissima, quæ tamen unicè moveatur ab Essentiâ: & dari potest cognitio indivisibiliter exigens cognoscere Essentiam, Attributa, & Relationes ex veritate communi, & ex speciali cujusque veritate. Pro cognitione primi generis, Essentia est ratio plenè sufficiens: non verò pro cognitione secundi. Et id non provenit ex insufficientiâ in Essentiâ, sed ex identitate purissimâ quam secum affert cum speciali veritate in Relationibus, & Attributis, & ex perfectione cognitionis exigentis indivisibiliter moveri ex omni veritate, ex quâ sine imperfectione potest. Et hujusmodi est Divina cognitio. Vnde nego consequentiam.

253 Ad primam confirmationem, distinguo eodem modo minorem, & nego consequentiam. Ad secundam distinguo antecedens: omnia requisita de lineâ cognitionis, & cognoscentis, concedo. De lineâ cogniti, & moventis, subdistinguo: formaliter, & identicè, nego. Circuminsessivè, & objectivè, concedo antecedens, & nego quod subditur: hoc enim non est aliis indigere, sed requiri ad rationem objecti formaliis influxum, aut prioritatem objecti ad cognitionem. Ad tertiam negetur major: Ratio enim motiva, nisi physicè moveat, causando vel per se, vel per speciem, non est cur scientiam antecedat.

254 Objicies septimò, & contra eandem secundò, ex Divo Thoma *quæst. 2. de Ver. art. 3. ad 7.* Major est in Deo identitas in ratione cognoscendi, quàm in ratione cogniti: Sed si Relationes essent ratio cognoscendi, id non esset verum. Confirmatur. Relationes vel non dicunt perfectionem ullam specialem in esse entis, vel non dicunt tantam quantam Essentia: ergo neque in esse veri: ergò saltem æquè primario non possunt Divinam movere cognitionem. Respondetur: & ad Sanctum Thomam, cujus verbis abutitur Godoy, Dico loqui ipsum de ratione formali cognoscendi, quæ cognitio est, non verò de objectivâ: nam ait, quòd ostò indivisibili cognitione cognoscat Deus se esse Deum, & se esse Patrem, non tamen cognoscit se esse Deum, & se esse Patrem, eadem formalitate indivisibili, nempe Deitate Deum, & Patrem, Paternitate. Ad confirmationem nego ex dictis *suprà*, & *in Tract. de Trinitate* partem utramque antecedentis.

Ex Sancto Thomâ.

Eius mens cõtra Godoy.

Suprà disp. 2. & Tract. de Trinit.

Ex Godoy.

255 Objicies octavò, & contra sextam conclusionem specialiter ex Godoy. Esse objectum intentionaliter motivum, non est purè terminare intellectionem: aliàs inter objectum motivum, & purè terminativum esset nulla distinctio: ergo Objectum intentionaliter motivum aliquid exerceret in Intellectionem præter illam terminare. Sed implicat Creaturam aliquid exercere in Divinam intellectionem, præter illam terminare: ergo nequit esse Motivum. Minor ostenditur. Exercere Creaturam aliquid in cognitionem, præter illam terminare, est exercere aliquam causalitatem in illam: sed hoc implicat: ergo. Minor patet: & probatur major: quia omne exercitium objecti in cognitionem, quod non sit ipsam causare, non excedit lineam terminandi: ergo exercitium objecti, excedens lineam terminandi, est exercitium causandi: ergo.

256 Respondetur. Concesso entymemate: nego minorem. Ad cujus probationem, nego majorem facilè dissipabilem explicatione objecti purè intentionaliter moventis. Ad probationem istius: distinguo antecedens: Lineam purè, & præcisè terminandi, nego. Lineam sic vel aliter terminandi, concedo antecedens: & nego consequentiam: quia intra genus terminandi datur & *purè* terminare, *ly purè* excludente vices objecti formalis, & unicè significante terminationem objecti materialis; & datur terminare, gerendo vices objecti formalis: quæ vices sine ullâ antecessione, aut causalitate objecti in cognitionem præstari possunt, ut *suprà* vidimus.

§. V.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

VLTIMA OBJECTIO: VBI DE MENTE Magni Dionysii.

257 Objicies nonò: & contra eandem ex Nostris specialiter secundò: quia in oppositum videtur esse Dionysius *de Divinis Nom. c. 7.* Cui consonant Augustinus, & Anselmus adeò, ut Doctissimus noster Ruiz assertum temeritatis notet. Et illustratur horum Patrum mens primò: quia Scientia Dei nequit sumere speciem, aut perfectionem à Creaturis; quod ad rationem objecti formalis requiritur. Secundò à paritate Divinæ voluntatis, quæ ex objecto formali creato non movetur. Tertiò: quia infinitæ Scientiæ solùm proportionatur objectum infinitũ. Quartò: quia Deus alioquin non sibi sufficeret in lineâ cognoscentis, cum veritate creatâ quasi egeret ad cognoscendum.

Dionysius. Augustin. Anselmus P. Ruiz.

258 Respondetur. Dionysium & alios Patres loqui de objecto physicè motivo, aut de objecto formali dante speciem, & perfectionem Actui, aut de objecto Primario, & principaliori: in quo triplici sensu etiam ipse temerarium censerem assertum. Patres autem sic interpretatur cum Nostro Martinono Quirós. Ad primam illustrationem argumenti, nego id requiri ad rationem objecti formalis, ut *sect. seq. dicetur quæst. 1.* Ad secundam permisso antecedente, negari potest consequentia, ex apertâ disparitate inter Intellectum, & Voluntatem. Nam Intellectui, quò major est, eò minor veritas sufficit pro ratione, suppleante rationis exilitatem perspicacia: sicut enim intellectum, quò major est, eò magis dedecet inscitia rerum minimarum; ita, quò major est, eò dedecet magis [illegible], etiam minimæ, si cognoscibi[illegible] in se, incognitio ejus in se: quia cognitio veritatis, etiam minimæ, ita maximum debet, ut sine ipsâ Maximus esse non possit. Ac Maximi, & omninò Summi, sequè ipso plenè sufficientis ad summum gaudium, videtur, ut nostris terminis loquar, *mal gusto pagarse de cosa tan poca*, & quasi facilitas dedecens, extra se quærere rationem amandi, aut quidquam velle nisi propter se. Vnde necessitas amandi finita, Infinito Bono dicitur repugnare: non verò necessitas cognoscendi quæ finita sunt.

Eorũ mens

Ex Martinon, & Quirós. Mox à nu. 260.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

259 Ad tertiam dico, Scientiæ, ut infinita sit, opus esse moveri ex veritate creatâ, non minùs ac ipsam cognoscere: sicut enim infinita non esset, si illiam non cognosceret: quia cognoscibilis est: ita, si non cognosceret propter se: quia sic est cognoscibilis. Vnde nego, Scientiæ debere proportionari objectum, entitativè: sufficit, si in lineâ intelligibili proportionetur. Ad ultimam dico, quòd Deum moveri ex finitâ veritate, non est ea egere ad cognoscendum, quia non movetur ex incomplemento capacitatis intellectivi: sed solùm est eam egere summo Intellectivo, in quo proinde necesse est, sit omnis modus ipsam attingendi, sine imperfectione: sicut referri Omnipotentiam ad Creaturas, non est illis egere, sed eas egere omnipotentiâ, ut possint esse & sint. Alia, quæ possent objici, intercipicientur resolutione, quam subjicio, Quæstionum Affinium.

SECTIO III.

QVÆSTIONES AFFINES.

Quæstio prima.

260 PRima est: an Intellectio Dei sumat infinitatem ab Objecto? Et nego. Nam neque termini finitudo obstat infinitudini connexionis, & respectus ut patet in Omnipotentiâ: neque sufficit infinitudo termini, & objecti, infinitudini connexionis, respectus, & cognitionis, ut patet in Creaturâ connexâ cum Deo, & in Visione intuitivâ Dei: ergo Divinæ intellectionis infinitudo aliunde, quàm ab objecto sumitur. Sed unde, inquies? Dico sumi, ex ratione entis à se, trascendenti prædicata Divina, vi cujus unumquodque manet in se ratione sui, illimitatum & infinitum: *Illimitatum* autem, & *infinitum* apud me, sonant idem: sicut & *Divinum*, & *summè perfectum*.

261 Dices: Actus sumit speciem ab Objecto formali: ergo & actus Divinus infinitudinè. Imprimis ex eodem objecto formali potest dari duplex actus specie diversus in modo tendendi: falsum est igitur antecedens. Deinde distinguo antecedens: actus incausatus ab objecto formali; nego: causatus, sumit speciem ab ipso, subdistinguo: extrinsecè, & quoad nos; concedo: Intrinsecè, & in se, nego antecedens, & consequentiam. Actus enim causatus ab objecto, nihil mirum est, quòd objectum sapiat, ut causam sui: at non specificatur ab ipso, nisi extrinsecè, quatenus explicare non possumus specialem tendentiam, per quam intrinsece constituitur, & manet in specie, nisi relatè ad objectum. Et in hoc sensu nullum esse poterat inconveniens, fateri Divinos actus, & eminentias Divinæ Omnipotentiæ aliqualiter à suis terminis specificari. Verùm purior est locutio negativa. Vel quia Divina simpliciter, non sunt in ullâ specie: Vel quia quæ ratione sui sunt in supremâ specie, omnem omnium specierum perfectionem importante, à nullo extrinseco sumere possunt speciem: nam species est perfectio: & infinitudini perfectionis, repugnat accretio ex extrinsecis, quibus non eget.

Quæstio secunda.

262 Secunda est: an Intellectio Divina cognoscat Personalitates In Essentiâ, ut contradistinctâ virtualiter: & hanc in illis: & ex essentiâ, Personalitates, & has ex illâ? Versat, & iatè distinguit assumptum quæstionis P. Ribadeneyra *disp. 4. cap. 4.* Et primam partem, quoad duplex punctum affirmo: & etiam quoad duplex nego secundam. Ratio negandi est: quia cognoscere ex aliquo aliquid, importat aliquam quasi dilationem in cognoscêdo, & sonat modum discurrendi; quæ imperfectiones in intelligente summo, atque adeò promptissimo, repugnant. Ratio autem affirmandi est: quia Deo negandi nõ sunt ulli modi cognoscendi objectum sine imperfectione. Sed modus cognoscendi essentiam in Relationibus, & Relationes in essentiâ, possibilis est: se habent enim adinvicem tanquam rationes mutuò cõnexæ in lineâ virtuali; atque adeò possunt esse adinvicem sibi virtuale medium motivum cognitionis: nec ulla imperfectio apparet: ergo.

Ribaden.

263 Dices: Cognitio Dei essentialis, & necessaria est in se virtualiter indivisibilis *ex disp. 2.* ergo nequit attingere Essentiam, & Relationes, *mediatè, & immediatè*. Probatur consequentia. Cognitio *mediata*, & *immediata* ejusdem omninò objecti, necessariò distinguuntur saltem virtualiter: ergo negatâ semel virtuali distinctione in cognitione Dei essentiali, concedi nequeunt formalitates cognoscendi *mediatè*, & *immediatè*. Probatur antecedens. Cognitio *immediata* objecti, non cognoscit illud in medio: cognitio *mediata* cognoscit in medio: sed cognoscere, & non cognoscere in medio sunt contradictoria: ergo. Respondetur. Cognitio *Immediata* sumi potest præcisivè, secundùm positivum, quod dicit; & negativè, secundùm negativum. Sumpta secundùm positivum, præcisè dicit attingere objectum propter ipsius veritatem: quin excludat modum attingendi propter veritatem medii connexi. Sumpta secundùm negativum, ita dicit attingentiam objecti propter se, ut excludat attingentiam ipsius in medio. Hi verò conceptus, Positivus, & Negativus, necessariò non se mutuò comitantur: Vnde cognitio *immediata* Dei, quâ suam Deus essentiam, & Relationes cognoscit, est immediata, secundùm omne positivum, quod immediata Cognitio dicit, non verò secundùm negativum, quod aliquando importat. Quare concesso antecedente, nego consequentiam, & antecedens probationis. Ad istius probationem: distinguo: non cognoscit illud in medio, *& non*, exclusivè sumpto, sti, non cognoscit illud in medio: cognitio *mediata* cognoscit in medio: sed cognoscere, & non cognoscere in medio sunt contradictoria: ergo. Respondetur. Cognitio *Immediata* sumi potest præcisivè, secundùm positivum, quod dicit; & negativè, secundùm negativum. Sumpta secundùm positivum, præcisè dicit attingere objectum propter ipsius veritatem: quin excludat modum attingendi propter veritatem medii connexi. Sumpta secundùm negativum, ita dicit attingentiam objecti propter se, ut excludat attingentiam ipsius in medio. Hi verò conceptus, Positivus, & Negativus, necessariò non se mutuò comitantur: Vnde cognitio *immediata* Dei, quâ suam Deus essentiam, & Relationes cognoscit, est immediata, secundùm omne positivum, quod immediata Cognitio dicit, non verò secundùm negativum, quod aliquando importat. Quare concesso antecedente, nego consequentiam, & antecedens probationis. Ad istius probationem: distinguo: non cognoscit illud in medio, *& non*, exclusivè sumpto, nego. Præcisivè sumpto, transeat.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

264 Tertia est: An Cognitio Divina præscindere possit? Et nego: quia Divina cognitio est comprehensio omnium veritatum, quæ cognoscit, atque adeò imbibit omnem cognoscendi modum sine imperfectione: ergo præscindere nequit. Consequentia patet: quia præcisio consistit in modo cognoscendi adeò limitato, ut non imbibat omnem modum quo cognosci potest objectum à cognoscente. Dices primò, cognosci à Deo, præcisiones nostras. Fateor, sed sine præcisione: sicut sine imperfectione comprehendit imperfectionem nostram. Dices secundò: Deus se cognoscit in medio, nõ exigente Deum secundùm omnia prædicata: ergo præscindit ex vi medii. Omisso antecedente, nego consequentiam: limitationem medii supplet mentis illimitatio: unde quamvis medium finitè versetur circa terminum: Divina Mens, ex perspicaciâ superante vim medii, infinitè versatur circa objectum. Sed *red. bit* sermo de his.

Quæstio tertia.

Infrà à nu. 208.

DISPVTATIO IV.

DIVINÆ SCIENTIÆ, COGNOSCENDI Modus.

Cognoscêdi modus quotuplex?

265 EX Objecti consideratione transimus ad modum cognoscendi: qui *quadruplex* est. *In se, in alio, ex alio*, & *propter aliud*. Cognitio rei *in se*, quæ dicitur Directa, & immediata, est cognitio Rei propter ipsius propriam veritatem. Cognitio rei *in alio*, quæ dicitur mediata, & indirecta, est rei cognitio in medio connexo cum ipsâ: implicat enim connexionem, incognito termino, penetrare. Cognitio rei *propter aliud*, est, quando res cognoscitur in medio connexo, non utcumque, sed gerente vices motivi. Præscindibilia enim sunt, cognosci Medium, ut connexum; & Medium, quatenus connexum, movere. Cognitio rei *ex alio* est ex unius cognitione progredi ad cognitionem alterius. Sic communiter explicantur hi modi cognoscendi. Restat decidere, qui competant Deo, & qui repugnent: Authorum judicia dabit Ribadeneyra *disp. 3. sup. 1.*

Ribaden.

SEC-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

SECTIO I.

EXCLVSIS MODIS INDECORIS, ET REpugnantibus, assignantur Modi Divinæ Cognitionis.

Cognoscere ex alio, Deo repugnat.

266 PRima Conclusio: Modus unum *ex alio* cognoscendi, Deo repugnans est. Ratio est: quia modus iste cognoscendi est Intellectûs cunctabundi, & proficientis ex notitiâ in notitiam: qui enim ex notitiâ unius, habet notitiam alterius, cunctatur in cognoscendo, & cognoscendo proficit; sed id manifestam dicit imperfectionem in cognoscêdo: ergo Intelligenti sine imperfectione, repugnat. Minor est evidens: Nam in signo primæ notitiæ, verum est objectum secundæ: ergo prima non est plenè perfecta: imò imperfecta est, cùm non adæquet totam veritatem objecti pro signo suo cognoscibilem.

267 Confirmatur. Omnis Divina Cognitio, ex conceptu suo, est comprehensiva objecti, quod tangit: ergo adæquat omnem cognoscibilitatem objecti: ergo cognoscit objectum, quantùm est pro signo cognitionis, cognoscibile. Sed omnis terminus connexionis est cognoscibilis pro signo quo perfectè connexio penetratur, ut est evidens: ergo necessariò penetrat pro signo connexionis, & eadem indivisâ cognitione, Terminum connexionis: ergo notitiæ comprehensivæ repugnat ea cunctatio in cognoscendo. Vnde colligis, rationem Discursûs, utpote cognitionem ex allo, tam in sensu reali, quàm virtuali, repugnare summo Intelligenti: de quo plura Nicolaus Martinez *Controv 1. disp. 4.*

Et omne discursûs genus.

Nicolaus Martinez.

Nô repugnat cognoscere propter aliud.

268 Secunda Conclusio: Modus unum cognoscendi *propter aliud*, ly *propter* præcisè notante rationem formalem, non repugnat Deo. Dixi, *ly propter ita notante*, quia si notet causalitatem objecti, aut cognitionis in cognitionem, ut aliqui putant, patet esse modum Deo repugnantem. Assertio patet ex *suprà* dictis. Nam ita unum cognoscere propter aliud, solùm est ita cognoscere Medium connexionis, ut intentionaliter moveat ad cognitionem termini connexi; sed cognoscere Medium connexionis ita movens ad termini cognitionem, nullam dicit imperfectionem, & implicantiam nullam: ergo modus iste cognoscendi non repugnat Deo.

Suprà à nu. 235.

269 Tertia Conclusio: Non repugnat Deo, modus unum *in alio* cognoscendi. Vt fiat demonstratio, nota primò, negari non posse connexiones: sunt enim entia, quæ vel ex sui imperfectione aliis indigent necessariò: vel quæ ex perfectione sui, alia necessariò colligunt; vel quæ ex speciali conditione sunt necessitas, ut alia sint sic vel aliter enuntiabilia. Veritates igitur connexæ negari non possunt. Secundò, quancumque connexionem esse necessariò veritatem, quâ multa sunt vera, nempe Medium, & Terminus: necessitas enim alterius, ejus veritas est: unde *alibi* dixi, connexa, licèt in se plura, & distincta, idem & unum esse quoad cognosci. Iam patet assertio. Nequit esse repugnans, quod necessarium est; sed unum in alio cognoscere, cognoscenti connexa, quæ innegabilia sunt, est necessarium: ergo nequit esse repugnans.

Nec cognoscere in alio.

De Incarnat. lib. 1. disp. 3. à nu. 186.

270 Inferes ex his, se Deum cognoscere *in se*; *in Creaturis*, & *propter Creaturas*; non verò *ex Creaturis*. Illatio quatuor partes habet. Prima liquet: quia Deus est summè cognoscibilis, & summè verus, summèque patens sibi ipsi, utpote felicitas sui, suique sufficientia. Secunda patet: quia Creaturæ sunt, ex limitatione, connexiones cum ipso Deo; unde nequeunt perfectè penetrari sine Deo. Et exinde tertia patet etiam, quia Medium connexionis sufficit ad movendum. Quarta est eadem cum *prima* Conclusione.

SECTIO II.

DEFENDITVR DOCTRINA PRÆCEdens: ubi an abstractiva, vel comprehensiva sit Dei cognitio in Creaturis.

271 OBjicies primò: Contra primam Conclusionem. Potest Deus intendere finem pro uno signo: & pro signo posteriori eligere media: ergo potest pro uno signo cognoscere v.g. Creaturas, ut connexas secum ipso, & pro signo posteriori deducere cognitionem sui. Et confirmatur. Nam ex cognitione Divinæ bonitatis subsequitur amor ejusdem: ergo ex cognitione Medii connexi subsequi potest cognitio termini. Respondetur. Et primò quidem permisso antecedente, nego consequentiam: quia sicut finis finit indifferentiam, ut per hoc, vel per illud medium obtineatur, est enim æquè per hoc, ac per illud medium consequibilis, ita intentio finit in voluntate indifferentiam, ad electionem: unde electio est speciale exercitium libertatis, etiam præsuppositâ finis intentione. Specialitas autem exercitii liberi affirmabilis est, atque adeò admittenda distinctio intentionis, & electionis, utpote ampliativa Divinæ libertatis. At in Intelligente summè perspicaci, cognitio connexionis necessariò terminum penetrat, nec finit locum specialitati cognoscendi, quæ non proveniat ex imperfectâ cognitione connexionis. Ad Confirmationem, si de necessariis sermo sit, est antecedens falsum: si deliberis, verum, & est disparitas ipsa natura libertatis. Secundò respondetur negando etiam antecedens argumenti, ex Doctrinâ generali, quam veram censeo, *de Divinâ Indivisibilitate* in decernendo: de quâ multa *in Opere de Incarnatione*.

Lib. 3. disp. 1. Latissimè.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

272 Instabis adversus primam solutionem. Nam ex eâ videtur fieri, neque dari discursum in nobis: quod suadetur: Quia quando nobis proponitur veritas Præmissarum connexa cum veritate consequentis, vel ista in illâ transparet intellectui, vel non? Si secundum: ergo non est sufficiens determinativum etiam ad assensum subsecutum: quia intellectus ex insufficienti veritatis propositione non determinatur ad illum. Si primum: ergo non est cur intellectus differat assensum ad posterius signum. Id quod in demonstrationibus magis premit ex evidentiâ præmissarum.

Imperfectio discurrendi in quo sita.

273 Respondetur, negando sequelam. Ad probationem, dico veritatem consequentis transparere in veritate præmissarum, sed non ita perfectè, ut necessariò sit cognitio de veritate consequentis ipsa cognitio de veritate præmissarum: ut ex communi experientia constat, sistenti mentem in præmissis ad penetrationem vividiorem, advocato subsidio principiorum generalium, ex quibus evidens est, esse in finitis inter se eadem, quæ unitertio identificantur. Et experientiæ ratio esse debet primò: quia limitatio nostræ mentis incipit ab imperfectis, iisque se juvat ad perfectiora, utendo notitiis imperfectis ad acuendas, & roborandas vires impensas animæ. Secundò, quia propositio, quæ fit per præmissas, eget ulteriori subsidio principiorum naturalium ad aperiendam vim connexionis. Tertiò: quia imperfectio nostræ mentis, unico quasi ductu, nequit pluribus veritatibus assentiri. Quid autem simile est in summè intellectivo?

274 Sed urgebis: vel præmissæ, seu cognitio prior attingit objectum sum ut connexum cum veritate posteriori, vel non? Si hoc: ergo nequit intellectus, ne postea quidem, determinari ad ulteriorem cognitionem. Si illud: ergo cognitio prior attingit etiam veritatem posteriorem, tanquam terminum connexionis: ad quid ergo illa successio cognitionis? Respondeo, per priorem cognitionem, seu per præmissas, cognosci connexionem, & in connexione, terminum ipsius; imperfectè tamen, & apprehensivè; atque adeò ut posterior veritas attingatur firmiter & affirmativè, eget intellectus novo actu, à præcedentibus, gerêtibus vicem speciei, causato. Vnde patet imperfectio potentiæ discursivæ, in quâ necesse est fateri cognitiones admixtas imperfectionibus apprehensionum: neque hæc quasi immixtio judicii, & apprehensionis respectu diversorum, repugnans est: imò nostræ limitationi connaturalis.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Speciosa Objectio.

275 Objicies secundò contra eandem. In Deo est hic actus Scientiæ Mediæ: *Si Petrus habet auxilium, A, consentiet*: Et hic alius: *habet*. Iam sic: Cognitio absoluta de consensu Petri subsequitur, ad duos illos actus, conditionatum de consensu, & absolutum de conditione: ergo se habet ritu, & more discursûs. Probatur ista consequentia: nam conclusio illa est, quæ necessariò sequitur, & veritate præcognitâ per præcedentes, ex vi connexionis præcognitæ veritatis, cum veritate posteriùs cognitâ; sed illa cognitio necessariò sequitur ex veritate præcognitâ per duos præcedentes actus, ex cognitione veritatis cum veritate: ergo se habet ritu, & more discursûs. Antecedens primo ostenditur: nam duo illi actus præcedunt: sed in nullo eorum signo est absoluta cognitio de consensu: ergo subsequitur. Consequentia patet: & major est certa. Nam scientia conditionata est independens ab omni exercitio libero divinæ libertatis, & apud me, ex *Communi* Nostrorum *sensu*, præsuppositâ in signo divinæ indifferentiæ.

Ex latè dicendis lib. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scientiæ.

tiæ ad decernendum. Iam scientia de positione auxilii, præcedit etiam consensus visionem: sicut positio auxilii, positionem consensus, ut indifferentia ad ipsum, & ad dissensum. Minor exinde non patet minùs: Nam utrumque signum est de se indifferens ad consensum, ejusque carentiam: signum autem, quo videtur absolutè consensus, non est indifferens.

Solutio Ribadeneyræ, & Herreræ.

276 Respondent Ribadeneyra, & Herrera, scientiam visionis de consensu non subsequi ad duos illos actus, conditionatum de consensu, & absolutum de conditione, sed ex utroque constitutivè coalescere: per utrumque enim satis agnoscit Deus consensum fore: unde tertia virtualitas redundat. Contra primò: quia speciali veritati, respondet in Deo specialis cognitio: undenam enim distinguuntur in Deo scientiæ, nisi ex speciali affirmabilitate objectorum? at in signo decreti de Hypothesi per vos, est specialis veritas affirmabilis de consensu: ergo respondet in Deo specialis cognitio. Secundò: quia complexum ex Scientiâ Mediâ, & Hypothesi, juxta communem societatis opinionem, est in ordine causalitatis, prius ipso consensu; sed scientia visionis non est ita causalitate prior: ergo scientia visionis non consistit in ipso complexo. Tertiò: quia licèt hoc complexum sit æquivalens absoluta visio; non tamen est absoluta formalis visio: sed in Deo de consensu non solùm est æquivalens absoluta notitia, sed formalis: ergo. Quartò: quia scientia visionis, est consensu posterior absolutè; quatenus est affirmatio de consensu; sed hoc complexum non est absolutè posterius consensu, quatenus affirmatio consensus: quia solùm consensum respicit conditionatè, quâ affirmativum est: ergo.

Nostra.

277 Respondetur, scientiam visionis esse virtualiter in signo Decreti de Hypothesi: atque adeò non subsequi. Quod duobus modis explicari potest. Primò: dicendo esse in signo Decreti concomitanter: cujus est ratio: nam Divinus intellectus, pro signo, quo objectum est verum, ipsum penetrat sine ullâ dilatione; at pro signo Decreti, præcisim à Decreti notitiâ verum est objectum consensus: nam præcisim à Decreti notitiâ jàm est connexio cum consensu: ergo. Secundò: dicendo, (quod existimo verius,)

Nò placet.

esse in signo Decreti ob virtualem indistinctionem ab ipso Decreto. *Tùm ex doctrina generali* de virtuali indivisibilitate liberorum in Deo. *Tùm* ex præsuppositione essentiali Scientiæ Mediæ dirigentis ad ipsum Decretum; *tùm* ex reflexione Decreti supra se gaudentis de sui coexistentiâ cum Scientiâ Mediâ: ex quibus titulis transibit connexionem cum ipso consensu, & secum identificat etiam virtualiter visionem absolutam de consensu. Quare ad argumentum, nego antecedens. Ad probationem nego quod assumitur: licèt enim positio passiva auxilii, præcedat ad consensûs positionem; scientia de positione activâ auxilii, (quòd decretum est,) nequit præcedere visionem consensûs: passiva namque auxilii positio est concausa indifferens eligentis: activa est dispositio Providentis, cum, & ex prævisione eventus ex ipsâ libertate, sit portatus.

278 Objicies tertiò, & contra secundam, & tertiam conclusionem primò: Creaturæ non connectuntur essentialiter cum Deo: ergo Deus nequit se cognoscere in creaturis. Consequentia patet, & antecedens suadetur primò. Nam creatura satis à Deo distinguitur per essendi modum capacem effici, casu quo non repugnet principium effectivum ipsius. Sed hic essendi modus non exigit existentiam effectivi principii: ergo. Secundò: nam satis intelligitur homo possibilis, præcisim à possibilitate causæ primæ: nam per sua prædicata, præcisim à possibilitate causæ primæ, intelligitur distinctus ab omni chymera, & ab omni non homine: ergo satis intelligitur, homo possibilis. Respondetur, negato antecedente. Quidditas enim creaturæ, est esse emendicatum ab alio: totaque creaturarum collectio id habet: unde existentia creaturæ est indispensabilis præsuppositio Dei. Ad primam probationem nego terminos implicantes in majori. Nam ille casus, est ipsa Creatura. Tùm quia de ratione Creaturæ est nullum habere esse nisi participatum ab ente summo. Tùm demùm: quia impræscindibilis est à conceptu Creaturæ ratio effectus, per se indigens existentiâ causæ. Ad secundam dico, aliud est præscindere; & aliud, excludere: si præcisim, unicè sonat, præcisionem, omitto argumentis assumptum: si, exclusionem: nego antecedens, & quod adjungitur: nam homo, exclusâ possibilitate causæ primæ, chymera est.

In primâ par. tract. 1. de Deo scientiæ.

279 Objicies quartò, & contra eandem secundò. Cognitio, quâ Deus se cognoscit in creaturis est comprehensiva ipsius Dei: ergo Deus se ita cognoscens, eadem ipsâ cognitione cognoscit iterum in se ipso sic cognito Creaturas: ergo & in ipsis Creaturis ita cognitis, iterum cognoscit se ipsum, regressu infinitiès repetito. Vrgetur: eadem ipsa cognitio nequit idem per ipsum objectum attingere directè, & indirectè: ergo cognitio, quâ se Deus directè cognoscens attingit Creaturas, nequit esse cognitio, quâ se in Creaturis indirectè cognoscat. Respondetur, concesso antecedente, de quo *mox*, négo ly *iterum*, utriusque consequentis. Nota doctrinam. Aliud est explicare nos modum cognoscendi divinum: & aliud, modus ipse Divinus cognoscendi. Si utrumque confunditur, modus Divinus cognoscendi fingitur ad saporem nostri, quo nihil absurdius. Igitur nos explicamus imperfectione, quâ cognoscimus, factâ circulatione vocum, & expressionum, quas in infinitum repetere possumus, nunquam satis explicaturi infinitatem Dei. Sed infinitas Dei, sine ullo regressu, & circulatione cognitionum, eadem ipsâ cognitione, quâ se, & Creaturas cognoscit in se ipso, ipsum cognoscit in Creaturis, & istas in se ipsis: quod, decorticatis vocibus, solùm est, cognoscere Deum ratione sui, & ratione connexionis ad ipsum; & Creaturas ratione Dei, & sui: id est; Deû, & Creaturas, ex duplici objecto formali, aliàs sufficienti: in quo nullum absurdum est. Ad confirmationem, sumpto ly *indirectè*, positivè, non verò negativè, nego antecedens ex *num. 263.*

Mox à nu. 281.

280 Objicies quintò, & contra eandem tertiò difficilius. Si Deus se cognosceret in Creaturis, ea cognitio Dei in Creaturis, ut talis non esset comprehensiva ipsius Dei: imò nec intuitiva, sed abstractiva, & imperfecta: sed hujusmodi cognitio repugnat Deo: ergo & sui cognitio in Creaturis. Sequela probatur: quia cognitio Dei in Creaturis, solùm potest esse cognitio Dei, prout terminat connexionem Creaturæ: ergo secundùm illa prædicata, quibuscum Creatura connectitur in ipso Deo: ea enim prædicata solùm apparent ex vi medii; eaque solùm sunt cognoscibilia, cognoscibilitate connexionis. Atqui Deus non terminat connexionem Creaturæ, secundùm omnia sua prædicata: nec enim apparet Deus, totus, totalitate perfectionis in quavis Creaturâ; nec Creatura connectitur cum Deo, ut trino, &c. ergo in Creaturis nequit Deus se cognoscere secundùm omnia sua prædicata: ergo neque cognitione comprehensivâ: ergo.

In primâ par. tract. 1. de Deo scientiæ.

281 Nota: *duo* consideranda sunt in cognitione, *existentia*, & *modus*. *Modus* cognitionis taxatur à perfectione cognoscentis: cognoscens enim ex suâ perfectione determinat sibi modum cognoscendi proportionatum suæ capacitati intellectivæ. Sic spirituale cognoscens, determinat sibi modum spiritualis cognitionis: & cognoscens, quò perfectius est, modum cognitionis perfectioris. *Existentia* tribuitur rationi motivæ; movet enim ut cognoscens habeat cognitionem; nempè, juxta suam capaciratem. Vnde si cognoscens sit ex propria perfectione determinatum ad modum perfectissimum cognoscendi; si movetur ad habendam cognitionem; movetur quidem ad habendam perfectissimam cognitionem, non merito rationis motivæ, sed propriæ perfectionis: nam per cognitionem minoris perfectionis satisfieret rationi motivæ; non verò intellectivitati cognoscentis: Vnusquisque enim ex intellectivis, cognoscere debet juxta gradum suum).

282 Igitur in nostro casu *duo* sunt. *Medium*, movens: & Divina *capacitas*, quæ movetur. Medium, movens, merito sui non exigit tam perfectam cognitionem termini, Divina verò capacitas, cùm necessitas sit vel non cognoscendi, vel cognoscendi perfectissimè, ultra merita medii moventis, taxat sibi perfectionem cognitionis perfectissimæ: unde attentâ præcisè objectivâ ratione movendi, cognitio non esset intuitiva, & comprehensiva Dei in medio finito: conjuncta verò, cum subjectivâ necessitate cognoscentis ad comprehensivè cognoscendum quidquid cognoscit; necessariò debet esse cognitio comprehensiva. Ratio enim movens, non taxat perfectionem cognoscentis, & cognitionis, sed præcisè movet, ut sit cognitio: quòd si ex alio titulo infinita debet esse, infinitudinem neque repellit, neque

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

appropriat sibi. Ex quibus

283 Respondeo primò, negando sequelam. Ad probationem distinguo antecedens: Solùm potest esse cognitio Dei, &c. attentâ præcisè ratione objectivâ movendi, transeat: attentâ subjectivâ perfectione cognoscentis, nego antecedens, & consequentiam. Cognoscens enim infinitum, non potest, nisi infinitè, cognoscere ex propriâ perfectione. Relege doctrinam præcedentem. Secundò negetur iterum sequela. Ad probationem concesso entymemate, nego minorem subjunctâ. Creatura enim connectitur physicè cum omnibus, & singulis prædicatis, sine quibus Deus non esset Deus: nam connectitur cum vero Deo, sibique plenè sufficienti. Quòd si nos hos terminos in finitâ connexione, non detegimus, ratio est imperfectio cognoscendi: quæ à Deo procul.

DISPVTATIO V.

DIVINÆ SCIENTIÆ PROPRIETATES.

284 SINE his, intelligi satis nequit Modus cognoscendi Divinus; & hæ, septem sunt. Veritas, Certitudo, Evidentia, Vniversalitas, Simplicitas, æqualitas, & immutabilitas.

SECTIO I.

DIVINÆ SCIENTIÆ VERITAS, CERTITUDO, Evidentia, & Vniversalitas.

285 PRima positio: Divinæ Scientiæ competere triplicem illum gradum *Veritatis, Certitudinis, & Evidentiæ*, evidens est lumine naturali. Ratio est. Quia Divina Scientia nullam in suo genere dicit imperfectionem, ex perfectione sui gradûs: at in genere cognoscendi manifesta imperfectio sunt, falsitas, incertitudo, & obscuritas: ergo ex oppositâ perfectione Veritatis, Certitudinis, & Evidentiæ, repugnant Scientiæ Dei. Confirmatur. Quælibet divina cognitio, ex suâ perfectione, est necessitas repræsentandi objectum, ut est in se, cum essentiali determinatione repræsentationis ad verum, & omnimodâ repugnantiâ ad omne genus dubii, ex claritate repræsentationis: sed istæ sunt Veritas, certitudo, & evidentia: ergo tres istæ perfectiones sunt indubitabiles Scientiæ Dei. Minor patet ex communi explicatione Perfectionum hujusmodi. Major constat ex terminis: nam iste gradus essendi in divinâ cognitione non provenit ab objectis, sed habetur ex infinitate cognoscentis: at hæc, est indispensabilis, & essentialis: ergo.

286 Secunda positio: Divinæ Scientiæ competunt istæ perfectiones in summo gradu. Ratio est: quia istæ perfectiones competunt ipsi, ratione infinitatis: ergo in gradu summo: nam infinitum est summum, & supra infinitum simpliciter nihil est excogitabile. Et explicatur: nam quælibet Divina Cognitio est summè perfecta in ratione cognitionis: ergo & summè vera, summè certa, & summè evidens. Patet consequentia. Nam si veritas, certitudo, & evidentia sunt perfectiones de lineâ cognitionis, tantum deesset perfectionis alicui cognitioni, quantum deesset veritatis, aut certitudinis, aut evidentiæ: sed summè perfecto in lineâ suâ, nihil deesse potest suæ lineæ: ergo.

287 Vnde nascitur discrimen inter creatas, & increatas Cognitiones: quòd licèt ex illis una possit esse verior aliâ, & certior, & evidentior: non ita ex increatis: & ratio discriminis est, quia in cognitionibus creatis Veritas, certitudo, & evidentia taxatur ex qualitate principii, & ex concursu objecti: cùm autem in qualitate principii, & isto concursu possit magna inæqualitas reperiri, sic potest excessus intervenire. At in Cognitionibus Divinis istæ perfectiones ex infinitate proveniunt quæ par est in omnibus. Nec adversus has positiones, aliquid solutione dignum invenio.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

288 Tertia positio: Divinæ Scientiæ competit universalitas perfectissima ex parte objecti: nulla vero ex parte actûs. Explico terminos. *Duplex* universalitas distingui solet à Metaphysicis. Alia, *logica*, quæ consistit in modo plura cognoscente sub aliquâ ratione communi, præcisim à differentiis: & hæc dicitur *universalitas ex parte actûs*, quia actus eam facit. Alia *extensiva*, quæ consistit in extensione quam habet cognitio respectu plurium objectorum ut in se sunt; & hæc dicitur *Vniversalitas ex parte objecti*: & de hac loquitur Sanctus Thomas *in 2. dist. 3. quæst. 2. art 2.* dum inquit: *Scientia Dei est universalissima.* Ratio prioris partis est: quia Nihil est cognoscibile, quod eo modo quo cognoscibile est, non sit à Deo cognitum perfectissimè. Ratio posterioris: quia ea universalitas ex parte actûs importat imperfectionem præcisionis, & confusionis in cognoscendo, repugnantem Deo.

S. Thomas.

An in Deo disjunctiva Cognitio?

289 Objicies contra secundam partem. Non repugnat Deo actus disjunctivè cognoscens: ergo neque actus indistinctè plura cognoscens: ergo neque universalitas logica, & ex parte actûs. Consequentiæ patent: quia sicut à parte rei non est esse disjunctivum, & indeterminatum, ita neque à parte rei sunt plura, quæ plura non sint: si autem cognitio potest disjunctivè tendere in esse determinatum disjungendo: cur nequeat indistinctè tendere in plura, coadunando? & urgetur paritas: quia non obstat pluralitas rerum, ne plura contineantur in uno: ergo non obstat ne consideretur per modum unius. Probatur igitur antecedens. Primò: quia Deo non repugnant Decreta disjunctiva. Secundò: quia Deus benè cognoscit exigentiam materiæ primæ, ad hanc, vel aliam formam: necessitatem potentiæ liberæ disjunctivam amoris, vel ejus clementiæ: vagam necessitatem alicujus ex oculis ad videndum, & his similia: sed hæc, nisi cognitione disjunctivâ, cognosci nequeunt. Tertiò & à priori, quia si non sit ex defectu veritatis objectivæ, non est cur magis repugnet Scientiæ Divinæ disjunctio, quàm copulatio: sed hæc non repugnat, quia verum est, Christum v. g. esse Deum, & Hominem: ergo, quia verum est, aliquod meritum Christi v. g. requiri ad Salutem nostram, non repugnat disjunctio.

290 Vix est ex Modernis, qui in Deo horreat cognitionem disjunctivam. Aliqui necessariam putant. Quiròs, & Herrera ita se temperant, ut asserant, repugnare Deo cognitionem directè disjunctivam, non verò disjunctivam indirectè, & in alio: Id est, repugnare Deo, cognoscere disjunctivè, loquendo in recto per ly *est* de aliquo sive per modum subjecti, sive per modum prædicati: secùs verò loquendo in obliquo. Quare Deo repugnat ista cognitio: *Petrus, vel Paulus currit*: non verò ista: *necesse est, ut existat hoc, vel illud*: & ratio discriminis est, *inquiunt*: quia Deus nequit indeterminatè cognoscere, quod à parte rei determinatè est verum: at in primo casu determinatè verus est cursus utriusque & solius Petri: in secundo verò sola datur necessitas disjunctiva, cui æquè sit satis per hoc, ac per illud: ergo potest disjunctivè procedere in secundo casu, & non in primo. Sed ego in omnibus negandam esse Deo teor disjunctionem in cognoscendo. Nam iste modus cognoscendi de se importat perplexitatem, & confusionem in cognoscente. Ista jamdiu tenui, & illustravi posthoc dum *in Opere de Incarnatione*. Quare

Quirós. Herrera.

De Incarnat. l. b. 3. disp. 1. d. num. 67.

291 Nego antecedens argumenti. Ad primam ejus probationem negetur assumptum, quod multis impugnavi cum Eximio Nostro Doctore *loco cit.* disjunctio enim in decernendo, est voluntatis natabundæ, & expectantis meliorare resolutionem ex accessu alicujus notitiæ: quæ omnia Deo dedecent. Ad secundam fateor, à Deo hæc omnia cognosci, sed non illo modo quo nos cognoscimus, & explicamus: nos cognoscimus disjunctivè, & voce disjunctivâ explicamus nos ipsos, & Deum quia sequimur in cognoscendo, & explicando imperfectionem nostram. At Deus neque disjunctivè cognoscit, neque indeterminatè, licèt se nobis explicet disjunctivè, quia loquendo nobiscum utitur modis loquendi nostris. Igitur istæ veritates *duo* important determinatissima. *Vnum* in *Reflexo* exigente: *aliud* in *Obliquit* exactis-

Cum Pat. Suarez.

Excluditur.

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

In *Obliquis*, plenam, determinatam, & adæquatam sufficientiam uniuscujusque ad præstandum effectum, cum independentiâ unius ab altero. In *Recto* exigente, repugnantiam absolutam utroque carendi. Explica in materiâ primâ: Effectus, ratione cujus exigitur forma, est completio, ad quam in unaquaque formâ est plena sufficientia. Verùm in Materiâ est physica repugnantia carendi simul omnibus. Vide, reduci ad veritates omninò determinatas, veritates, quas dicimus disjunctivè: unde disjunctio non est in rebus, sed in modo cognoscendi. Qui modus cùm in Deo sit perfectissimus, sine disjunctione cognoscit, veritates quas nos imperfectè, id est, disjunctivè cognoscimus. Ad tertiam, patet ex dictis imperfectio disjunctionis.

Difficilis Objectio.

292 Objicies contra primam partem tertiæ positionis. Repugnat Deo, actu cognoscere omnia possibilia: ergo & repugnat universalitas extensiva ex parte objecti. Consequentia patet, & antecedens probatur, supponendo *duo* ex communi sententiâ, cui subscripsi in opere de Incarnatione *lib. 5. disp. 1. à num. 115.* Possibilia, licèt actu repugnent esse simul, esse infinita; unde non est repugnans simultas possibilitatis infinitorum entium; estò repugnet simultas existentiæ infinitorum, quæ possibilia sunt: sicut repugnat simultas existentiæ lucis, & carentiæ, non verò simultas possibilitatis earûdem. *Alterum*: reipsâ repugnare infinitò in actu. Quibus positis arguitur sic: Repugnat infinitum chategorematicum in actu, & in esse producto: ergo repugnat infinitum chategorematicû in actu, & in esse cognito. Probatur ista consequentia: quia eòipsò quòd detur infinitum chatego rematicum in actu, & in esse cognito: in esse cognito esset simultas infinitorum entium: sed si repugnat in esse producto simultas infinitorum entium, pariter repugnat in esse cognito; quod probatur: quia nulla potest assignari repugnantia in esse producto, quæ non retorqueatur in esse cognito, ut patebit consideranti: ergo de primo ad ultimum repugnat Deo, actu cognoscere omnia possibilia: ergo repugnat Deo actu cognoscere omnia cognoscibilia: ergo.

De Incarnat. lib. 5. disp. 1. à nu. 115.

Recentiores apud Martinon.

293 Ob hæc aliqui Recentiores apud Martinonum *tom. 1. de Deo disp. 22.* negant à Deo cognosci posse collectionem omnium possibilium. Nam inter alia, *inquiunt*, collectio omnium possibilium est impossibilis: ergo non cognoscitur à Deo ut possibilis. Immeritò tamen. Nam collectio intentionalis omnium possibilium non est impossibilis, estò sit impossibilis actû collectio physica omnium possibilium. Igitur Deus cognoscit quod est impossibile possibilibus, & omne possibile. Quod est impossibile possibilibus, est collectio physicè categorematica, & physica: & hanc cognoscit ut repugnantem ipsis possibilibus, sicut est repugnans coexistentia physica tenebrarum, & lucis, divisivè possibilium: at cognoscit omne possibile, non aliter existere potens quàm per finitas collectiones, & sine simultate physicâ omnitatis. Quod est evidens primò: quia aliter Deus non esset omnisciens, si aliquid maneret incognitum. Secundò: qui ex possibilibus multa cognoscit, & nihil ignorat, cognoscit omnia: at Deus multa cognoscit ex possibilibus, & nihil ignorat: ergo cognoscit omnia. Tertiò: qui nihil non sumit, & nihil relinquit; ejus, quod sumit, totum sumit ex Aristotele 3. *physic. cap. 7. text. 63. & 64.* Sed Deus cognoscendo possibilia nullum non sumit cognitione, & nullum relinquit: ergo cognitione sumit totum. Hæc evidentia sunt. *Aristotel.*

Solvitur.

294 Respondetur argumento. Nego antecedens. Ad probationem, permissis, & concessis principiis quibus nititur, & concesso antecedente, nego consequentiâ. Ad istius probationem distinguo: esset simultas infinitorum entium, repugnans ipsis ut possibilibus, nego: ipsis consona ut possibilibus, concedo majorem: & distinguo minorem: Si repugnet simultas, pariter repugnat in esse cognito, si sit simultas ejusdem generis, concedo; si diversi, nego minorem, & quod assumitur. Nam simultas repugnans possibilibus, est simultas physica coëxistentiæ: & hanc videt Deus ipsis possibilibus repugnantem, sicut videt repugnantem luci, & tenebris: alioqui possibilibus, simultatem coëxistentiæ physicæ. Videt igitur Deus omnia possibilia, & penetrando, quid ipsis repugnet in actu, & quid congruat, videt non aliter esse possibilia, quàm excludendo collectionem, & coëxistentiam omnium inter se; atque adeò eatenùs esse possibilia, quatenus possunt à parte rei poni per finitas collectiones, quibus aliæ, & aliæ superaddi possunt, quin assignari possit collectio, cui non sit ultra superadden dum. Talis enim collectio chymera est. Quare nego denique, repugnantiæ rationem, quæ contrà infinitum *in actu producto* militat, æquè militare contra infinitum *in actu cognito*. Nam repugnantiæ ratio venit ex physicâ coëxistentiâ: quam non ponit coëxistentia intentionalis: ut patet in cognitione lucis, & tenebrarum.

Solvitur.

Instantia ingeniosa.

295 Instabis. Si esset infinitum in actu, pars esset æqualis toti: & unum infinitum, formaliter majus alio, atque adeò æquale, & inæquale: nam plures convincuntur fore capilli in infinito hominû, quàm homines; & alioquin non essent plures: cum hominum non minus esset quàm capillorum: istæ soleant assignari repugnantiæ infinitatis in actu. Sed eoipsò quod à Deo cognoscantur homines infiniti, plures cognoscuntur capilli quàm homines: ergo eadem militat ratio repugnantiæ contra infinitum actû cognitum, ac contra infinitum existens actu.

Solvitur.

296 Respondetur, concessâ majori, in quâ loquimur de chymerâ, quale est infinitum in actu; & de quâ proinde, nisi ex falsâ suppositione, fieri nequit combinatio æqualitatis, & inæqualitatis: nam æqualitas, & inæqualitas, est passio rerum: nec cadit in chymeras: distinguo minorem: eòipsò quòd cognoscantur homines infiniti, quâ possibiles sunt, plures cognoscuntur capilli, quàm homines, concedo minorem: homines infiniti, quâ non sunt possibiles, sed chymeræ, plures, &c. nego minorem, ejusque falsam suppositionem: & consequentiam. Itaque cognoscendo Deus homines infinitos cognoscit ipsos cum exclusione collectionis infinitæ, & coëxistentiæ in quâ cadunt combinationes æqualium, & inæqualium, atque adeò unica è cognoscit ut potentes existere per finitas collectiones, capaces decrementi, & excessûs: quin ulla possit assignari, si collectio sit hominum, in quâ non sint plures capilli, quàm homines: at in collectione infinitâ, sunt, & non sunt plures, & ideò cognoscit ipsam Deus ut repugnantem.

Alia Instantia.

297 Urgebis: Vel cognoscente Deo omnes homines, quâ possibiles sunt, sunt plures capilli cogniti, quàm homines, vel non? Secundum est in intelligibile. Si ergo primùm: ergo in infinito plures cognoscuntur capilli quàm homines. Sed homines cogniti sunt infiniti, & capilli cogniti plures: ergo datur aliquid infinitè majus: quod repugnat ex terminis. Respondeo, plures esse capillos cognitos quàm homines à Deo cognoscente res, quâ possibiles: Nam sic totum cognoscit homines potentes existere per finitas collectiones, capaces, ut monui, decrementi, & excessûs, & distinguo consequens: ergo in infinito, quâ dicit collectionem infinitam, nego suppositum: talis enim collectio, est chymerica, ubi non datur locus comparationi plurium, & plurium. In infinito, quâ cognoscitur, id est, quâ dicit finitas collectiones, cui semper est aliquid addendum, concedo: & distinguo subjunctam minorem: homines cogniti sunt infiniti, cogniti potentes cum infinitudine existere, nego: sine infinitudine, concedo minorem, & nego consequentiam. *In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.*

Solvitur.

298 Insistes: sume ex unâ parte, omnes homines cognitos: & ex aliâ, omnes capillos cognitos: & rogas: ubi sunt plures cogniti? Respondeo, infinitos cognoscì capillos, & infinitos homines, cum repugnantiâ existendi cum infinitudine, & sine capacitate excessûs, & decrementi: quare in infinitis hominibus, & capillis, infinitudo in existendo cognoscitur ipsis ut repugnans, & earum cognoscuntur infiniti possibiles, quatenus cognoscuntur sine collectione repugnanti Decremento, & excessui. Ad interrogationem ubi sunt plures cogniti, respondeo, ly *ubi* sonare collectionem, quæ si infinita fingatur, est chymera; si finita, erunt plures capilli cogniti. *Replicæ.* Vel sunt plures cogniti; vel non? Dico, in quâvis collectione possibili, plures esse capillos cognitos: nullâ factâ comparatione ad existentiam, non esse plures: quia tam capilli quàm homines sunt finiti cum excessu finito in infinitum multiplicabiles, quin ulla possit assignari collectio, cui major, & major succedere nequeat. Et hæc de tam molesto argumento satis.

Tertia Instantia.

Solvitur.

299 Sed rogas: an hæc omnium extensiva universalitas in cognoscendo ita sit Divinæ scientiæ propria, ut repugnet Creaturæ, etiam supernaturaliter elevatæ? Qui fatentur in eo modo cognoscendi, rationem comprehensionis, affirmant.

Ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 3. de Deo sciente. Lib. 5. de Incarnat. disp. 3. à num. 60.

Negant verò qui comprehensionem aliter explicant, per adæquationem cognitionis, ad objectum, quantum sui merito est cognoscibile. Ego secutus hunc modum explicandi comprehensionem, Iamdiù tenui disputando *de Creata Scientia Christi Domini*, hanc extensivam omnium Universalitatem posse competere finito etiam intellectui: nec hic occurrit quidquam *ibi* dictis superaddendum.

SECTIO II.

DIVINÆ SCIENTIÆ SIMPLICITAS; & æqualitas: ubi an in Deo possibilis sit simp. ex apprehenso.

300 OMissis levioris calami cutis de *compositione*, & *divisione* in judicando, quæ procul omninò sunt à Deo enuntiante perfectissimè, supra modum intelligendi, & judicandi nostrum, egentem objecto præapprehenso, idque per modum subjecti, & prædicati combinantem, & remissis ad *disputationem sequentem* divisionibus triplicis scientiæ, *Simplicis*, *Visionis*, & *Mediæ*; tria hic veniunt disputanda de Divinæ scientiæ simplicitate, & unum de æqualitate. Illa *tria* reducuntur ad quæstionem: an quælibet ex illis tribus scientiis, sit virtualiter simplex in lineâ suâ? hoc unum est: an possibilis sit in Deo simplex apprehensio? Nam si possibilis est, inter divinas cognitiones videtur innegabilis inæqualitas. Et ab hoc exordius

Suprà à num. 136.

301 Assero primò. Repugnat in Deo formalitas simplicis apprehensionis: unde non est cur inter Divinas notitias argui possit ulla inæqualitas. Illatio sequitur ex *dictis disp. 2. sect. 2.* Probatur assertio. Cognitio per modum simplicis apprehensionis, dicit imperfectionem in lineâ cognitionis: ergo cognoscenti sine imperfectione, qualis est Deus, implicat. Antecedens probatur primò: ex communi sensu, cujus est ratio: quia ista tendentia est purè suspensiva, nec objecti adæquativa. Unde probatur secundò: cognitio attingens objectum, minùs quàm pro signo suo est objectum attingibile, & cognoscibile, dicit imperfectionem: ex hoc enim capite dicit imperfectionem cognitio præcisiva, & obscura, quia non attingit objectum, quantùm est pro suo signo attingibile; at cognitio apprehensiva attingit objectum, minùs quàm est pro signo suo attingibile: ergo dicit positivâ imperfectionem. Minor ostenditur: repugnat objectû apprehensibile, & nó enuntiabile: nam objectum repugnat sine aliquali statu, & constitutivo: ergo apprehensiva cognitio, necessariò attingit objectum, minùs quàm est pro tali signo cognoscibile: unde patet: ne per rationem quidem, ut vult Quiros, admitti posse tendentiam apprehensivam in Deo.

Apprehensionis imperfectio.

Quirós.

302 Dices primò: Scientia Media sic dicens: *Si Petrus habeat auxilium A, consentiet*, attingit existentiam auxilii: sed non enuntiativè: illam enim neque affirmat neque negat: ergo apprehensivè. *Distinguo* minorem: sed non enuntiativè enuntiatione, cujus objectum est incapax, concedo: cujus capax est in eo signo, nego minorem, & consequentiam. Igitur auxilium, pro priori ad Decretum ipsius, non est enuntiabile per scientiam visionis; enuntiabile tamen est per intelligentiam simplicem, aut per conditionatam: per hanc affirmando de ipso, conjunctionem cum consensu conditionatè: per illam, affirmando conjungibilitatem absolutè. Nunquam tamè purè apprehensivè tangitur. Dices Secundò: quomodo in apprehensionibus nostris de cursu Petri videre Deus potest cursum, & Petrum plusquam apprehensivè? Respondeo superando vim medii: quia licèt medium sit imperfectum, mens Divina ex se est determinata ad perfectissimè cognoscendum quidquid attingit cognitione.

303 Assero secúdo: Cuilibet ex triplici scientiâ, *Intelligentiæ, Mediæ, & Visionis*, de quibus *disp. seq.* competit in lineâ suâ circa omnia objecta sphæræ suę, simplicitas virtualis. Est *dicere*, quòd simplex intelligentia, unicâ virtualitate, attingit omnia objecta, quæ cadunt in ipsam; & Scientia Media, unicâ virtualitate, omnes eventus conditionatos exprimit: & omnes absolutos, unicâ virtualitate, Sciêtia Visionis. Hæc assertio est legitima illatio ex doctrinâ generali præjactâ *disp. 2. sect. 3.* quia distinctio Virtualis non est intrudenda, nisi urgentibus Ratione, aut Fide. Confirmatur: omnes veritates, respondentes cuilibet ex triplici scientiâ, se comitatur, in ratione cognoscibilium: quidquid sit de distinctione, & separabilitate ipsarum adinvicem: ergo unico, & eodem attinguntur intuitu. Consequentia patet: quia ratio distinguendi tendentias, esse deberet objectorum adinvicem discrepantia in esse cognoscibilium: si enim, in esse cognoscibilium, sunt simul, intellectus infinitè perspicax, non potest non cognoscere simul: si autem cognoscit simul: cur non unico intuitu? Antecedens probatur: quia separabilitas, & distinctio objectorum non tollit, quominus sint simul cognoscibilia. Plura adversus hæc possent objici: sed pendent ex principiis *alibi* satis firmatis de indivisibilitate Dei in decernendo, deque virtuali indistinctione, ubi non sit realis distinctio in tertio.

Suprà à num. 148.

De Incarnat. lib. 3. disp. 1. & suprà à nu. 148.

SECTIO III.

DIVINÆ SCIENTIÆ INVARIABILITAS & immutabilitas.

Ostenditur.

304 CConclusio sit. Divina Scientia, circa objecta, quæ semel attingit, entitativè, & denominativè est omninò invariabilis, & immutabilis. Est certa ex dogmate theologico de *Divina Immutabilitate*: & ratio est primò: quia non est minor mutatio ex ante non sciente in scientem, quàm mutatio ex frigido in calidum. Secundò: quia successivè cognoscere quæ successiva sunt, est limitatio intellectivi, se commensurantis ad tempora, objectorumque præsentiâ indigentis ad cognitionem: quæ est manifesta repugnantia in Ente sibi sufficiente. Tertiò: quia ex terum successione, & variatione temporum non cognoscit Deus aliter ullam veritatem, ac ab æterno cognovit: ergo in ipsius scientiam cadere nequit ulla *vicissitudinis obumbratio*, vel ulla variatio. Consequentia patet: quia tota variatio deberet oriri ex eo, quòd in tempore esset veritas nova, vel novus modus cognoscendi, qui ab æterno non posset existere. Antecedens autem ex perfectione, & illimitatione cognoscentis Divini convincitur: nam Dei est cognoscere independenter à tempore, respondentes à tempore: & ratio est: quia Divina Mens non eget objectis, ut ipsam juvent.

Gravis difficultas

305 Objicies tamen: sunt modi cognoscendi, quos de novo Deus habet in tempore; & quos ab æterno habere non potuit; & de facto non habet: ergo Divina Scientia, saltem *quoad denominationem scientis, sic, vel aliter*, variabilis est. Consequentia patet. Et antecedens ostenditur: quia Deus habet hunc modum cognoscendi: *Nunc existit mundus in propriâ mensurâ*: & habuit hunc: *Nunc in hoc instanti, mihi coexistenti in propriâ mensurâ, regnat Salomon.* Sed *primum* habere non potuit ab æterno: & *istum* nunc habere non potest: ergo sunt modi cognoscendi, quales describi. Minor probatur: quia *primus* cognoscendi modus, habitus ab æterno, esset falsus: & *alter*, habitus nunc, etiam esset falsus: sed Deo, ab æterno, & in tempore repugnat, in cognoscendo falsitas: ergo. Confirmatur: Veritas coexistentiæ instantis determinati v.g. *C* cum Deo, in propriâ utriusque mensurâ, est solùm affirmabilis de præsenti, quando est: sed solùm est in instanti *C*: ergo solùm est affirmabilis de præsenti in instanti *C*. Sed Deus eam affirmat de præsenti: aliquin existeret veritas, Deo incognoscibilis, modo quo est: ergo solùm affirmat de præsenti in tempore: ergo Divina Scientia, *saltem denominativè*, variabilis est.

In primâ par. tract. 3. de Deo sciente.

306 Nec lenitur ista difficultas per Thomisticam Sententiam de reali & physicâ præsentiâ Futurorum æternitati Divinæ, tanquam in alienâ mensurâ. Primò: quia hæc Sententia, ut à Thomistis proponitur, est imperceptibilis: nam quod supponitur nondum productum, nec existens, nequit esse alteri præsens. Secundò: quia ut Sententia thomistica possit habere aliquem legitimum sensum, res duplicem præsentiam sortiri posset, intrinsecam, quæ temporalis est; & extrinsecam, quæ est æterna; sed implicat ista dualitas præsentiarum: ergo & opinio Thomistica. Minor probatur: quia ut ista dualitas præsentiarum cadere posset in eandem rem; extrinseca, quæ est æternitas Dei, præstare deberet Futuris formalem effectum præsentis: id autem implicare patet: tum quia effectus formalis physicè præsentis requirit in subjecto, pro capacitate, existentiam. Tùm etiam quia effectus formalis æternitatis, est solius Dei, & imparticipabilis. Tertiò: quia hæc Sententia Thomistica apertè redarguitur ex immensitate Divina: quia Immensitas non ubiquat res, alicubi sibi toti præsentes: ergo

Non lenitur Opinione Thomisticâ quæ rejicitur, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo ſciente.

nec æternitas res, ſibi toti aliquando præſentes, æternat. Quartò demum: quia quidquid ſit de veritate doctrinæ, argumentum procedit de exiſtentiâ rerum in propriâ menſurâ: ergo recurſus ad exiſtentiam in alienâ menſurâ vanus eſt. Sed rurſus ad Thomiſtas *lib. 4. diſp. 20 à nu. 215.*

De quâ rurſus lib 4. diſp. 20 à nu. 215.

Nec lenitur ex diſcurſu PP. Aldreti. Quirós. Ribaden. Herrer. & Thyrſi.

307 Nec lenitur magis ex mitiori diſcurſu, quo Sententiam Thomiſticam temperam Noſtri Doctores, Aldretæ, Quirós, Ribadeneyra, Hetreta, & Thyrſus, aſſerentes, æternitatem Dei, per ſemetipſam, utpote ſibi indiviſibiliter identificantem *omnes differentias durandi*, eſſe phyſicè præſentem futuris, licèt futura non ſint ipſi, pro tota æternitate, præſentia: Nam Deus, ſine ſucceſſione durandi, eſt præſens ſucceſſivis; ſucceſſiva verò durant ſimitatè per ſucceſſivas durationes. Vnde colligunt, bene & verè haberi à Deo etiam ab æterno modum affirmandi de præſenti, qualis eſt hic: *iſte mundus nunc exiſtit*: quia *Nunc*, quod affirmans conſignificat, eſt *nunc ſuum*: *Nunc* autem Dei eſt æternitas; quæ cum ſit ratione ſui phyſicè præſens omnibus differentiis temporum, & rebus omnibus, quantumvis ſucceſſivè durantibus, ſufficit verificare affirmationem de præſenti.

308 Non, inquam, lenitur difficultas ex iſto diſcurſu: quia quidquid de veritate Doctrinæ ſit, correſpondentia actualis temporum ad æternitatem, ſolùm accidit in propriis differentiis temporum; eaque eſt verè de præſenti affirmabilis ita, ut unicè verificari poſsit per ipſam ſucceſſivam correſpondentiam. Atqui per vos æternitas Dei, licèt correſpondeat indiviſibiliter omni tempori, non eſt id quo ſingula tempora ſibi correſpondent: ergo neque ſufficit verificare eos modos affirmandi. Sed de his, *infrà* ſuſius, *loco* nuper *citato*.

Solvitur ex Suarez cum Munieſſa.

309 Reſpondetur igitur ex doctrinâ Doctoris Eximii, quam ſpecialiter illuſtrat Pater Thomas Munieſſa *diſp. 14. de Eſſentia ſect. 2.* negando primum antecedens, quod immeritò videtur magis, quâ permiſiſſe Magiſter Lumbier *diſt. 4. quæſt. 10. art. 3.* Ad cjus probationem negetur major, in quâ nititur difficultas. *Non* enim *more noſtro Deus*, (loquor ore Auguſtini *lib. 11. de Civitate cap. 21.*) *vel quod futurum eſt, proſpicit; vel quod præſens eſt, aſpicit; vel quod præteritū eſt, reſpicit; ſed alio modo quodam à modo noſtrarum cognitionum, longè, latèque diverſo; nec aliter nunc, & aliter antea, & aliter poſtea: quoniam non ſicut noſtra, ita & ejus quoque ſcientia, trium temporum, præſentis videl cet, & præteriti, vel futuri varietate mutatur.* Hucuſque Auguſtinus. Ejuſque mens eſt ſatis clara. Nempè, videri à Deo has omnes veritates, ſed non modo videndi, & explicandi noſtro. Nos enim, cùm limitemus cogitationem ad tempus, in quo loquimur, & egeamus objectis, vel ſubſtitutis eorum ad complementum potentiæ intellectivę, cognoſcimus cum dependentiâ à tempore, & ab objectis. Vnde præſentia, modo conſignificante *nunc* in quo loquimur, affirmamus de præſenti; Futura, modo ſignificante diſtantiam à *nunc* in quo loquimur, affirmamus defuturo: & conſimili modo, præterita. Quare hi modi ſunt modi limitati, ſequentes differentias temporum, quippe orti à cognoſcente limitato, & temporali.

M. Lumb.

Auguſtin.

310 At Deus, qui nec eget objectis ad complementum intelligendi, nec alligatur temporum differentiis; æterno, & ſimplici intuitu comprehendit omnem veritatem tam æternam, quàm temporalem; tàm neceſſariam quàm contingentem, invariabili modo videndi ab æternitate, quidquid temporis erit in tempore, & quidquid eſt in æternitate, æternum. Quare Præteritum, Futurum, & Præſens, videt Deus ut talia, comparativè ad inſtantia ſucceſſiva, quin *modi* tendendi *de præterito, de Futuro, & de præſenti*, ſint in intuitu Divino, ſimpliciter ſuperante modum intelligendi, & explicandi noſtrum, & ſine ullâ dependentiâ à tempore comprehendente omnia tempora, & quid quid dependet à tempore, & in tempore limitatè correſpondet æternitati ſuæ.

311 Ad confirmationem argumenti, diſtinguo majorem: Solùm eſt affirmabilis de præſenti, quando eſt, modo tendendi de præſenti, concedo: modo videndi, quando eſt, ſine alligatione ad ipſum quando, nego majorem: & reliquis ſyllogiſmi permiſsis, diſtinguo minorem ſubjunctam: Deus affirmat de præſenti, modo tendendi de præſenti, nego; modo æterno videndi ipſum modum eſſendi de præſenti, concedo minorem, & nego conſequentiam. Iam enim monui differentias *præteriti, præſentis, & futuri*, in cognoſcendo, non eſſe differentias cognitionis Divinæ, ſed objectorum, quæ relatè ad hoc vel illud inſtãs cognoſcit Deus eſſe præterita, vel futura, ſed modo cognoſcendi invariabiliter rendente in ipſas differentias temporum, & abſolutiſsimo à tempore.

In Primâ par. tract. 1. de Deo ſciente.

DISPVTATIO VI.

DIVINÆ SCIENTIÆ DIVISIONES.

Scientia Dei quotuplex?

312 EXPLICATA Divinæ Scientiæ quidditate, ex conſtitutione, ex objecto, & ex modo, reſtat videre quotuplex ſit? & à Theologis, primò dividitur in ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, & in Scientiam Viſionis: quæ diviſio ut adæquata ſit, Schola Societatis addidit *Scientiam Mediam*. Secundò dividitur in Notitiam ſimplicem, & in Scientiam Approbationis. Tertiò in Scientiam Practicam, & Speculativam. Quartò demùm in Scientiam Naturalem, & liberam. Quæ membra principalia Scientiæ Divinæ, quia ſæpe recurrunt in hunc, & in alios tractatus, explicanda hìc ex profeſſo ſunt.

SECTIO I.

PERCVRRVNTVR FACILIORES DIVIſiones Divinæ Scientiæ.

Scientia Approbationis Quæ?

313 INcipio à Notitiâ ſimplici, & Scientiâ Approbationis. Hæc diviſio, à Theologis recepta concordi animo; calamo diſcordi proponitur. Nam Scientiam Approbationis confundunt aliqui cum Scientiâ Viſionis: ita duo Thomiſtæ celebres, Alvarez, & Albelda. Alii cum Eximio noſtro Doctore limitant, & Approbationis Scientiam appellant, Scientiam Viſionis reſpectu eorum, quæ Deo placent: non verò reſpectu, quæ diſplicent.

Alvarez. Albelda. P. Suarez

Authoris ſenſus.

314 Ego ſiccenseo: Diviſio in Notitiam ſimplicem, & in Scientiam Approbationis, non eſt Diviſio Scientię in varias ſpecies, ſed diviſio munerum, & denominationum in eadem Scientiâ. Ratio eſt: quia Scientia Approbationis eſt ipſa Scientia ſimplicis Intelligentiæ, prout habet adjunctum Decretum Dei, ſtatuentis facere, quod ipſa proponit, atque adeò approbantis objectum. Ergo Scientiâ Approbationis nõ importat in ipsa Scientiâ novam ſpeciem, ſed novam denominationem. Antecedens probatur ex Sancto Thomâ *quæſt. 3. de Verit. art. 3. & 8.* & hic *art. 8. Corp. neceſſe eſt, ut ſua ſcientia ſit cauſa rerum, ſecundùm quod habet voluntatem conjunctam: unde Scientia Dei, ſecundùm quòd eſt cauſa rerum, conſuevit nominari Scientia Approbationis.* Hæc Angelicus Doctor, qui ſatis clarè pronuntiat, Scientiam Dei, ſubire denominationem Approbationis ex adjuncto Decreto, quo Deus producere ſtatuit, objectum talis Scientiæ. Vnde

S. Thomas.

315 Infertur primò: Scientiã Approbationis dici non poſſe de Scientiâ Viſionis, ſed de Scientiâ Directivâ decretorum. Prima pars patet: quia Scientia Viſionis non eſt cauſa rerum, & hæc denominatio ſolùm competit Scientiæ, quæ ratione Decreti, quod dirigit, adjuncti, eſt cauſa objecti ſui: & exinde patet ſecunda pars. Infertur ſecundò: Quia hæc diviſio non eſt diviſio Scientiæ, ſed Denominationũ, dici poſſe non ſolùm de Notitiâ ſimplicis intelligentiæ, ſed etiam de Scientiâ Mediâ, ſi dirigat: quia utrobique eadem eſt ratio. Infertur tertiò: Per Scientiam Approbationis non arringi à Deo mala culpæ: quia Deus non eſt cauſa peccati, atque adeò

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scientè.

nec ejus habet Scientiam cantativam, & approbativam, mediante Decreto circa ejus positionem: omnis enim peccati volitio, mala est, & necessariò repugnans Deo. Et in hoc sensu Intelligendæ sunt Scripturæ, dum dicunt Deum *ignorare peccata*, nec *ea scire*; nempe Scientiâ Approbationis', de quâ locutione multa

P. Ruiz. Ruiz *disp. 19. sect. 1.* Infertur denique, Notitiam simplicem, dici Scientiam objecti à Deo *inoperabilis*, vel *inoperand*: unde Scientia Divina respectu eorum, quæ non produceret, dici non potest Scientia Approbationis.

Quæ Practica? in Dialectica. Aristotel.

316 Altera divisio in Practicam, & in Speculativam potior est: sed aliunde petenda est ejus explicatio. *Praxim* ex Aristotele, *alibi* definivi, *Operationem liberam, positam ex directione Notitiæ tendentis in illam.* Vnde Notitia Practica, dicta est à me: *Notitia, nata praxim dirigere.* Intuli exinde Notitiâ, quæ dicitur practica, considerari posse vel Practicam *in actu primo, seu quoad sufficientiam*; vel *in actu secundo, & quoad efficaciam.* Ratio Practici in actu primo est differentia essentialis Notitiæ, quia præcisè consistit in sufficientiâ ad dirigendam praxim. Ratio verò practici in actu secundo est differentia contingens, ex adjuncto Decreto, quod dirigit, & quo mediante praxim operatur. Differentiam Speculativi distinxi in speculativum præcisè, & in merè Speculativum. Ratio *speculativi præcisè*

Quæ speculativa? convenire potest, & convenit Notitiæ quoad sufficientiam practicæ: nam ex eo sufficit dirigere praxim, quòd naturam, & quidditatem operis speculatur. Ratio *merè speculativè* convenit Notitiæ, vel ex cognoscentis impotentiâ; vel ex objecti impossibilitate; vel ex essentiali subsecutione ad executionem operis, unde manet inepta dirigere. His aliunde suppositis, est difficultas: an & cui ex Divinis Scientiis competat Ratio Practicæ, & respectu cujus objecti?

317 Censeo primò: Respectu suorum Prædicatorum, necessariò existentium, repugnat Deo Notitia Practica. Ratio descendit *ex num. præcedenti*: Repugnat enim Notitia Practica, impossibili praxi; sed necessitas in existendo est impossibilitas praxis: nam praxis est operatio libera, ut *nunc* suppono: ergo. Consequens exinde est, ex defectu contingentiæ, Processiones ad intra non esse Praxim; neque practicas dici posse Notitias, ex quibus Pater, Filium; & utrerque Spiritum Sanctum producit.

318 Censeo secundò: Ratio Notitiæ practicæ competit Deo *simpliciter* respectu Creaturarum: respectu verò Decretorum suorum, *secundùm quid*. Ratio secundæ partis est: quia Decreta Dei, licèt Deo libera sint in denominando, & aliquomodo verè contingentia, simpliciter non sunt praxis: cùm sint actus purissimi, excludentes à voluntate vim principii, etiam virtualis, ut *ante* dictum est. At latè loquendo, *praxis sunt*, cùm contingenter denominent, & ex directione, & consilio: ergo latè etiam loquendo, respectu ipsorum negari Deo nequit ratio Notitiæ practicæ. Ratio primæ partis est: quia Creaturas producit Deus liberè: ergo ex consilio, & ex notitiâ dirigente productionem: ergo respectu ipsarum competit Deo simpliciter, Ratio Notitiæ practicæ.

Suprà à nu. 74. & à nu. 93.

319 Censeo tertiò: Scientiæ Visionis repugnat in munere Scientiæ Ratio Notitiæ Practicæ: quare simpliciter est speculativa in munere Scientiæ. Sic pono: nam *apud me* Scientia Visionis respectu contingentium, est virtualiter indistincta à Decreto: cùm autem Decretum, operativum sit jetiam Scientia Visionis est operativa in munere Decreti: at neque Decretum in munere Scientiæ, neque Scientia in propio munere sunt operativa: Nam Scientia, eatenus est operativa, quatenus dirigit positionem Decreti, eoque mediante productionem rerum; sed Scientia Visionis non est directiva Decreti: ergo neque operativa in munere Scientiæ. Ratio autem pronuntiati est: quia Scientia Visionis in munere Scientiæ per se subsequitur ad operis executionem: ergo ex essentiali subsecutione manet speculativa simpliciter. Antecedens est basis Scholæ nostræ ex illo Patrũ, & Theologorum: *Non ideo sunt res quia Deus vidit: sed ideo videt, quia sunt*: quæ verba necessariò inferunt in Scientiâ Visionis Posteriorita-

Supra nu. 277.

tem aliquam cum directione incompatibilem, ut latè dicetur, & explicabitur *lib. 6. à nu. 155.*

Lib. 6. à nu. 155.

320 Censeo quartò: Scientiæ simplicis Intelligentiæ, & Scientiæ Mediæ essentialiter competit Ratio Notitiæ Practicæ, quoad sufficientiam. Secunda pars de Scientiâ Mediâ, legitimè descendit ex latè disputandis *in tract. de providentiâ*, ubi Directionem hujusmodi Scientiæ non modò possibilem duco, sed etiam necessariam. Prima est evidens: Nam Deus liberè producens Creaturas, ex aliquâ Scientiâ debet dirigi: ex quâ igitur aliâ, nisi ex simplici Intelligentiâ, extendente creaturarum possibilitatem, essentiam, & proprietates? *Censeo* demum ultimò. Iisdem Scientiis, Ratio Notitiæ practicæ quoad efficaciam, unicè competit respectu eorum, quæ decernit Deus. Patet ex *num. 316.* Nam hæc denominatio est contingens ex adjuncto Decreto.

Lib. 6. à nu. 220. Latissimè.

321 Neque adversus hæc obest primò: quòd Deus per eandem indivisibilem Sciẽ tiam, quâ se cognoscit, cognoscit Creaturas: sed Deus se cognoscit per Scientiam simpliciter speculativam: ergo & Creaturas. Nam eadem Scientia nequit esse speculativa simul, & practica. Non, *inquam*, obest: nam respectu diversorum non incongruit eidem Scientiæ diversitas harum denominationum. Nec obest secundò: quòd Scientia Dei vel cognoscit Creaturę possibilitatem, vel existentiam. Si existentiam: jam supponit executionẽ. Si, possibilitatem: nihil cognoscit contingens: nam possibilitas est quid necessarium. Non, *inqu. m*, obest: nam Dei Sciẽtia dupliciter attingere potest existentiam creaturæ. Primò affirmando, eam existere. Secundò affirmando eam esse possibilem. Primus modus est speculativus, & Scientiæ Visionis: Alter est practicus, & simplicis intelligentiæ.

SECTIO II.

CELEBRIORES DVÆ DIVISIONES DIVINÆ Scientiæ exponuntur, & illustrantur.

Scientia Dei

322 PRima est in Scientiam simplicis intelligentiæ, & in Scientiam Visionis. Altera est in Scientiam Naturalem, & liberam. Hæc posterior, universalior est, & sumitur ex modo se habendi quasi ex parte subjecti. Prior est valde communis, & sumitur ex modo tendendi in objectum. Scientia Naturalis est, quæ necessariò existit in Deo, cujus ea cumque objecti sit. Scientia libera, est, quæ ex libito ipsius Dei denominat ipsum. Scientia Visionis est quâ Deus cognoscit objectum absolutè ultra statum possibilitatis; sive reipsâ existens sit, sive præteritum, sive futurum: unde dicitur tendere in existentiam rei; assertivè simpliciter. Scientia simplicis intelligentiæ est quâ Deus objectum præcisè cognoscit secundùm statum possibilitatis, & prædicatorum essentialium. Hæc Scientia *simplicis* intelligentiæ, necessariò est Naturalis: estò non omnis Scientia Naturalis formaliter sit simplex intelligentia: nam etiam Scientię Visionis circa objecta necessariò existentia competit ratio Scientiæ Naturalis. Scientia libera necessariò est Scientia Visionis: estò, ob eandem rationem, non omnis Scientia Visionis sit Scientia libera. Ad divisionum harum illustrationem facem præferent quæstiones sequentes.

In primâ par. tract. 1. de Deo scientè.

adæquatè dividitur.

In simplicem Intelligentiam, Mediam, & Visionis.

Quæstio prima. Thomistæ.

323 Quæstio prima: An istæ Divisiones sint adæquatæ? Thomistę affirmant: imò ex Nostris etiam admissâ Scientiâ Mediâ, plures, rati Scientiam Mediam reduci debere ad unum è membris dividentibus. Ipse cum politioribus Authoribus Scholæ Nostræ, negandum teor. Nam *Scientia Media*, neque Naturalis est, neque libera: neque simplicis intelligentiæ, neque Visionis: ergo constituit tertium Membrum Divinæ Scientiæ: ergo Divisiones illæ, adæquatæ non sunt. Antecedens probatur: Nam Scientia Naturalis existit necessariò: non ita Scientia Media: Scientia libera existit ex divinâ determinatione: non ita Nostra: Scientia simplicis intelligentiæ inimpedibiliter respicit objectum suum, quoad statum præcisè quidditativum: Scientia Mediæ impedibilis est, & objectum respicit conditionatè existens. Scientia Visionis absolutè existentiam respicit: conditionatè Scientia Media: ergo hæc Scientia neque Naturalis est neque libera: neque Intelligentiæ simplicis.

Resolutio Scholæ Nostræ.

Conditio Scientiæ Mediæ.

324 Confirmatur primò. Sciẽtia, quã Nos vocamus *Mediam*, cum aliis scientiis in prædicato aliquo convenit, & disconvenit in aliquo: ergo jure constituit lineã mediam. Antecedens probatur: Nam, ut ex *infra* disputandis planum fiet, licèt necessariò non existat in Deo ut scientia naturalis, neque impedibiliter ut simplex intelligentia, convenit cum utraque in independentiâ ab actuali decreto Dei, atque adeò in modo denominandi non liberè.

Infrà ex lib. 5. toto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

rè. Deinde disconvenit cum Naturali, & simplici intelligentiâ, in contingentiâ, & impedibilitate denominationis, in quibus cum scientiâ liberâ, & Visionis convenit pariter ab ipsis disconveniens in esse non liberam: ergo participata aliquid à singulis, per quod singulæ differunt inter se: ergo necessariò differt à singulis: ergo. Secundò: æquè separabilis est in Deo denominatio Scientiæ Mediæ à denominatione simplicis intelligentiæ, & Visionis: ac sunt separabiles denominatio Visionis, & Intelligentiæ simplicis: sed ex hujusmodi separabilitate in denominando, rectè colligitur distinctio Visionis, & Intelligentiæ: ergo ex illâ separabilitate colligitur rectè triplicitas scientiæ. Major est nobis evidens: sicut enim stat, videri Petrum esse possibilem, quin sit extiturus, atque adeò quin videatur existens: ita stare potest, videri consensum Petri esse possibilem si ponatur auxilium; quin videatur existens, casu quo ponatur auxilium; & videri, casu quo ponatur auxilium, existens, quin videatur absolutè extiturus: ergo triplex hæc scientia est innegabilis: quare divisiones illæ, diminutæ censendæ sunt: & adæquatè dividenda Divina scientia in *simplicem Intelligentiam, Mediam, & Visionis*: vel potius in *Naturalem, Mediam, & Liberam*.

Quæstio secunda, de Sphærâ objectivâ simplicis Intelligentiæ: contra Gonet.

325 Quæstio secunda: an sphæra objectiva intelligentiæ simplicis sint merè possibilia, ita, ut Possibilium, quæ reipsâ decreta, vel permissa sunt existere, non sit in Deo simplex intelligentia, sed scientia Visionis? Affirmat Gonet contra Scotam suam, & apertam negantium veritatem: qu. mostendo sic: nam pro priori ad decretum de productione, & existentiâ rerum, eas cognoscit Deus esse possibiles, earumque quidditatem, & proprietates: sed hæc scientia, quæ pro priori ad decreta cognoscit, est simplex intelligentia: ergo simplex intelligentia versatur etiam circa res decretas existere: ergo sphæra objectiva talis scientiæ non unicè sunt entia merè possibilia. Consequentiæ liquent. Major est evidens: neque enim decernit Deus, nisi liberè: ergo præcognoscens objectum, quod decernit: ergo pro priori ad Decretum, cognoscit objectum, potens cum eâ prænotitiâ, illud nolle decernere. Minor est etiam evidens: nam talis scientia est Deo necessaria, & antevertens omnem usum divinæ libertatis: ergo non est sciëtia Visionis. Habes apud Sanctum Thomam expressam hanc sentëtiam *in 3. dist. 14. quæst. 1. art. 2. quæstiunc. 2. ad Annib.*

Cũ Sancto Thomâ.

326 Dices primò: Sanctum Thomam 1. *part. quæst. 13. art. 9.* apertè dixisse, per scientiam Visionis attingi à Deo, quæ aliquando sunt in actu: & quæ nunquam existent, attingi per scientiam simplicis intelligentiæ. Respondetur: attingi per simplicem intelligentiam quæ nunquam existent, non excludit attingi etiam, ea, quæ aliquando existent, non ut existentia, sed *tantùm* ut possibilia; tenente se ly *tantùm* non ex parte objecti, sed ex modo cognoscendi. Et hæc est mens Sancti Thomæ satis expressa *loco citato ad Annibald.* his verbis: *Per simplicem intelligentiam scit Deus, non solùm illa* (id est quæ aliquando existunt) *sed etiam omnia, quæ potest facere; nunquam autem faciet*, Hæc Angelicus Doctor.

S. Thomæ Mens

Explicatur

Ex ipso.

327 Dices secundò. Simplex intelligentia est notitia abstrahens ab absolutâ existentiâ, vel à non existentia absolutâ objecti cogniti; atqui circa objectum existens haberi à Deo nequit Notitia sic abstrahens ab ejus existentiâ: ergo neque simplex intelligentia. Major est omnium, & ostenditur minor: Nam Notitia abstrahens ab existentiâ objecti, requirit, quòd objectum sit physicè absens, pro instanti Notitiæ; atqui nullum objectum aliquando existens, potest esse physicè absens pro instanti Divinæ Notitiæ: quod est evidens: nam instans Divinæ Notitiæ est ipsa æternitas: ergo circa objectum existens haberi nequit à Deo Notitia abstrahens ab existentiâ. Major proximi Syllogismi probatur. Nam ad Notitiam abstrahentem ab existentiâ objecti, non sufficit, quòd objectum non exlstat pro signo Notitiæ: ut patet in cognitione, ex quâ procedit Verbum: quæ cognitio est cognitio Verbi pro posteriori existentis, & non est cognitio abstrahens ab ejus existentiâ: ergo ad rationem notitiæ abstrahentis ab existentiâ objecti, requiritur physica absentia objecti pro instanti Notitiæ. Hoc argumëtum probat nimis: nam etiam probat repugnare simplicem intelligentiam circa merè possibilia: nam circa ipsa juxta formam arguentis haberi nequit Notitia abstrahens ab absolutâ eo-

Argumëtum P. Gonet:

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

rorum non existentiâ.

Solvitur.

328 Respondetur. Concessâ majori, negetur minor. Ad probationem negetur major: sufficit enim ad notitiam abstrahentem ab existentiâ sui objecti, quòd pro signo notitiæ non sit objectum assertivè cognoscibile ut existens, vel formaliter in se ipso, vel determinativè in ratione connexâ: eò enim ipsò, quòd Notitiæ signum sit independens ab existentiâ, vel non existentia objecti, & hæc pro eo signo non sit assertivè cognoscibilis, vel in se, vel in medio; talis Notitia, necessariò abstrahere debet ab assertione existentiæ: quicquid sit de physicâ objecti existentiâ à quâ independet Notitiæ signum. Ex quâ doctrina distinguatur major probativa negatæ majoris: non sufficit quòd objectum non exlstat pro signo notitiæ, præcisè formaliter, & in se ipso, concedo: quòd neque formaliter exlstat in se ipso, neque connexivè, & in medio, nego. Et ob id cognitio Verbi, ex quâ procedit Verbum, nequit abstrahere ab ejus existentiâ: quia licèt formaliter non exlstat in signo notitiæ, exlstit connexivè, & identicè: unde nihil assequitur argumentum.

Quæstio tertia An istæ Tres Scientiæ ex objecto differant?

329 Quæstio tertia, & principalior; an tres istæ scientiæ, simplex intelligentia, Media, & Visio differant etiam ex parte objecti: an unicè ex modo attingendi idem objectum quin ulla sit ex objecto distinctio? Placet assertio inter nostros Modernos jam communis, eas tres scientias, non utique ex parte objecti, sed unicè discriminans ex parte modi, quo ipsissimum objectum attingunt. Ratio sic formatur: circa idem objectum, sufficit diversitas attingendi pro diversitate scientiarum, & Actuum; sed simplicis intelligentiæ, Visionis, & Mediæ, objectum est idem, & modus ipsum attingendi diversus in singulis: ergo datur in singulis diversitas sufficiens, & tota ex modo attingendi desumpta. In hoc discursu sequitur bene consequentia; & major inductione sit evidens. Primò: in actu affirmationis, & negationis circa idem. Secundò in actu disjunctivæ tendentiæ, & in actu tendentiæ copulativæ. Tertiò in actu conditionato, & in actu absoluto. Quartò in actu apprehensionis, & judicii.

330 Minor habet duas partes. *Prima* de identitate, & unitate objecti sic ostenditur. Quidquid attingitur à scientia Visionis, & Mediâ, attingitur à simplici intelligentiâ: ergo triplicis hujus scientiæ, objectum est idem. Antecedens probatur primò: quia quidquid attingitur à duabus illis scientiis est possibile, & producibile: sed scientia simplicis intelligentiæ attingit omne possibile, & producibile. Secundò: quia simplex intelligentia dirigit ad decreta productiva: ergo præilluminat de termino Decreti, & Productionis. Atqui terminus Productionis, & Decreti est existentia rei producendæ: ergo præilluminat de tali existentiâ. Tertiò: non minus est possibilis existentia rei, quàm essentia: ergo non nudus terminat quâ possibilis simplicem intelligentiam existentia quàm Essentia.

331 Confirmatur. Implicat asseri aliquod objectum existens, vel absolutè, vel conditionatè, quin eo ipso actu, cognoscatur quidquid est in objecto possibile: & ratio est: quia nulla res exlstit sine eo quod est, & exercitè quin excludat contradictionem in esse, atqui scientia Visionis, & Media assertivè tangunt objectum existens, vel absolutè, vel conditionatè: ergo tangunt quidquid est in objecto possibile. Sed quidquid est in objecto possibile præattingitur à simplici intelligentiâ, quia non implicans contradictionem: ergo quidquid attingitur à scientiâ Visionis, & Mediâ, præattingitur à simplici intelligentiâ; & quidquid præattingitur ab istâ, ab illis postattingitur: ergo.

332 *Altera* pars minoris, de diversitate modi facilè ostenditur. Nam scientia Visionis attingit objectum, per absolutam assertionem existentiæ: per conditionatam, scientia Media: per quidditativum intuitum, abstrahentem ab assertione existentiæ, simplex intelligentia; sed isti modi tendendi sunt plane diversi, ut ex terminis patet: ergo inter has scientias datur diversitas attingendi objectum aliosqui ipsissimum. Et confirmatur. Circa idem objectum potest dari triplex hæc veritas: *esse possibile, esse conditionatè existens; & esse existens absolutè*. Hoc est certum, & exinde sic arguo. Triplex hæc veritas quoad assertionem est valde diversa: nam una est necessaria, altera purè contingens, & altera libera: & una est ab aliâ independens, & separabilis: atqui triplex hæc veritas nullam dicit diversi-

tatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

tatem ex parte objecti: ergo tota diversitas se habet ex modo attingendi ipsum idem objectum. Consequentia patet: & major non eget probatione. Minor probatur. Nam idem ipsum objectum, quod est possibile ex contingentiâ in existendo, potest existere, vel non existere: ergo si existit, nihil ponitur in rebus distinctum ab eo, quod dicebatur esse possibile: alioquin non ponitur illud ipsum quod possibile dicebatur.

333 Objicies primò: simplex intelligentia non attingit Creaturam, ut existentem: Visio, eam attingit ut existentem: ergo disconveniunt in objecto. Confirmatur. Petrus, ut possibilis, & Petrus ut existens, non sunt idem: sed Petrus ut possibilis est objectum simplicis intelligentiæ: & Petrus ut existens, est objectum visionis: ergo intelligentiæ simplicis, & Visionis non est objectum idem. Major confirmationis probatur primò: quia Petro, ut possibili, aliquid deest ad existendum. Secundò: quia veritas Petri Possibilis separabilis est à veritate Petri existentis. Tertiò: quia Omnipotentia connecti dicitur cum Petro Possibili, & non cum Petro existente: ergo aliud est Petrus, quâ possibilis, & aliud Petrus, quâ existens: ergo, &c.

334 Respondetur. Distinguo antecedens argumenti: ly *ut* significante modum assertionis, concedo: significâte objectum assertionis, nego. Nam utraque scientia existentiam Creaturæ cognoscit eum eo discrimine, quòd visio assertivè tendat in existentiam: simplex intelligentia, quidditativè, ut *suprà* diximus: quare nego consequentiam. Ad confirmationem in sensu objicientis, negetur major. Ad primam ejus probationem, distingno antecedens: Petro ut possibili, aliquid deest ad existendum, ultra illud esse quod habet in statu possibilis, concedo. Vltra illud esse, quod in statu possibilis, est possibile, nego. Nota terminos. Petrus in esse Possibilis, solùm habet extrinsecum esse, consistens in Omnipotentiâ Dei, & in esse intentionali simplicis intelligentiæ: nihil enim intrinsecum Petri existit. Petrus secundùm suâ intrinseca, cùm non sit, terminat Omnipotentiam, & simplicem intelligentiam; & ut existat, deest totum id quod Omnipotentiam, & simplicem intelligentiam terminat, id est, intrinsecum esse Petri, qui totus Petrus est. Ad secundam, distinguo etiam: quoad verificativa; concedo: quoad esse verificatum, nego. Nam verificativum Petri Possibilis, æternum est; contingens verò, verificativum Petri existentis. Ad tertiam, concesso antecedente, nego consequentiam. Nam connexio cum Petro Possibili, & inconnexio cum Petro existente, non dicit distinctionem inter Petrum Possibilem, & existentem, sed inter exigentiam, quâ totus Petrus exigitur necessariò non implicans contradictionem, & inter exigentiâ, quæ totus Petrus exigeretur existere. Hæc necessariò est contingens, ut Petrus est: illa necessaria, ut est Omnipotentia.

335 Objicies secundò: si ex parte objecti non differunt illæ tres scientiæ, neque differunt ex modo tendendi: ergo nullo modo. Probatur antecedens. Nam vel Petrus existit v. g. vel non existit? Si existit: ergo scientia Dei de Petro Possibili, affirmat existentiam: nam scientia infinita affirmat de objecto, quidquid est affirmabile de ipso. Si non existit: ergo propter eandem rationem Divina scientia de Petro possibili, ipsum asseret non existere: ergo si ex parte objecti non differunt, non est cur differant ex modo diverso tendendi. Respondetur. Nego antecedens: ad probationem, dico, sive Petrus existat, sive non existat, non esse de ratione Divinæ scientiæ indifferentis ad coexistendum, vel non coexistendum cum Petro, mediante Decreto, quod dirigit, cognoscere assertivè existentiam Petri, vel Petri inexistentiam: quia nec existentia Petri, nec ejus inexistentia est affirmabilis pro signo talis indifferentiæ. Simplex autem intelligentia, signum Divinæ libertatis, & indifferentiæ constituit ad decernendam existentiam Petri, vel carentiam ejus.

LIBER SECVNDVS

In primã par. tract. 1. de Deo sciente.

SCIENTIA DEI NATVRALIS, EJVS OBJECTA, & Prærogativæ.

1 SCIENTIÆ Divinæ Naturalis, quæ recurrit cum simplici Intelligentia, & quæ ordine Scientiarum, est prior, *tria* maximè petit Investigatio, ut ejus Natura clarescat. Primum est: an Deus, ex aliquâ sui necessariâ perfectione, connexus sit cum veritate de eo quòd Possibilia, possibilia sint, & impossibilia sint impossibilia: quòd alii quærunt aliter: an detur in Deo Necessaria connexio cum Possibilibus, & impossibilibus? Et hæc prima quæstio, sine Possibilitatis, & Impossibilitatis notitiâ, resolvi nequit. Alterum est: an & quousque Deus cognoscat ipseipso Creaturas Possibiles, & impossibilia? Tertium: an Possibilia cognoscat Deus in seipsis? Quæ singula, quia passim etiam, intra cancellos Philosophiæ occurrunt, brevi circuitu, iste liber evolvet, excurrens postmodùm in obvias subtilioris operæ controversias, ad uberiorem illustrationem Divinæ Scientiæ Naturalis.

DISPVTATIO VII.

QVOVSQVE DEVS SIT CONNEXVS CVM Veritate Possibilium, & Impossibilium?

2 IAM monui ab aliis aliter quæstionem institui: an scilicet, & quousque detur in Deo Necessaria Connexio cum Possibilibus, & Impossibilibus? Nec potest Scientiæ Naturalis Divinæ satis introspici cognoscendi modus, nisi hac quæstione præmissâ; nec hæc quæstio solidè potest exagitari, nisi constet, in quo stet Possibilitas, & Impossibilitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

SECTIO I.

MENS NOSTRA CIRCA POSSIBILITATEM, & impossibilitatem.

Possibilitas quotuplex?

3 DVo sunt certa. *Primum*: Rem, dum existit, esse sui possibilitatem intrinsecam, & exercitam: Nam seipsâ est exercita necessitas non implicandi. *Alterum*, Omnis rei simpliciter contingentis, esse sufficientiam, ut existat ab ipsâ distinctam, & omninò necessariâ. Ratio est: quia nihil contingens existere potest, nisi aliquo determinante, ut existat: nequit autem dari causa determinans, nisi sufficiat facere quòd res, alioquin contingens, existat. Hanc autem sufficientiam debere esse necessariam, patet ex sequelâ infiniti progressûs, si contingens sit.

4 Ex his, illa *Prima* Possibilitas dici solet intrinseca, indistincta ab ipsis prædicatis Rei, quę Possibilis dicitur. Ista *secunda* vocatur extrinseca, desumpta à Primâ Causâ, ejusque Omnipotentiâ. Convenimus omnes in *metaphysico* conceptu Possibilitatis; sic enim omnes explicamus: *Necessitas non involvendi contradictoria, seu non repugnandi, sibi.* In *Physico* est quæstio; in quo nempè consistat illa possibilitas, à quâ Res, antequam sit, habet necessitatem non repugnandi, si sit? A quâ Res simpliciter dicitur esse Possibilis? Et à quâ formaliter verificatur Propositiones æternæ Veritatis: *Petrus est Possibilis; Petrus si existat, non implicabit contradictionem: Petrus non potest esse Leo: Chymera, repugnat*, &c. ię?

5 Prima Conclusio: Possibilitas verificativa Propositionum æternæ veritatis, & quâ Res simpliciter dicuntur esse Possibiles, nequit esse contingens: nec esse potest impossibilis, impossibilitas impossibilium. Secunda pars de impossibilitate probatur. Impossibilitas impossibilium est necessitas simpliciter invincibilis, ne sit à parte rei conceptus, qui dicitur impossibilis; sed necessitas hujusmodi, necessariò existit à parte rei: ergo & impossibilitas: ergo non est impossibilis. Major ex ipsis terminis convinci debet. Obtenditur minor. Tàm quia necessitas non existens sunt termini adinvicè implicatorii. Tum quia necessitas ut sit aliquid, nequit non existere: ergo & necessitas ne sit aliquid. Patet consequentia: sicut enim necessitas, ut sit aliquid est præsens connexio cum alicujus existentiâ: ita necessitas ne sit aliquid, est præsens indispensabile impedimentum existentiæ. Tùm demùm: quia si necessitas ne sit res, est impossibilis: ergo impossibile, est quòd non possit esse res: ergo possibile est quòd sit. Et confirmatur. Conceptus, cujus impossibilitas est impossibilis, est possibilis: sic enim dicimus Petrum esse possibilem necessariò: quia ejus impossibilitas non est possibilis, seu est impossibilis: ergo si impossibilitas impossibilium est impossibilis, impossibilia sunt possibilia necessariò ergo.

6 Prima pars de possibilitate probatur. Quod est contingens, deficere potest: sed Possibilitas, de quâ loquimur, non potest deficere: ergo non est contingens. Probatur minor. Primò: quia possibilitas, de quâ loquimur, nequit deficere per præsentiam carentiam purè removentem ab existendo: non enim entia, ex eò quòd cessent existere, cessant esse possibilia: ergo deficere potest solùm per carentiam impossibilitantem. Sed carentia impossibilitans est impossibilis: ergo veritas à quâ redditur impossibilis, est necessaria: nequit enim carentia tolli nisi per formâ: quod si carentia ita tollitur, ut existere nequeat, forma debet esse necessaria.

7 Secundò probatur eadem minor: Nam eo modo quo deficit impossibilitas, datur Possibilitas: sed respectu prædicati simpliciter possibilis, deficit omnimodè, & absolutè impossibilitas: ergo datur simplicite: possibilitas. Sed impossibilitas nequit non esse, necessariò deficiens: ergo Possibilitas nequit non esse necessariò præsens: ergo nequit deficere. In isto discursu, minor subsumpta patet: quia necessariò deficit, quod implicat esse à parte rei. Cõsequentia annexa liquet etiam. Quia sicut inter esse, & non esse non datur mediũ ex vi contradictionis, ac proindè necesse est ut sit *non esse*, si deficiat *esse*, ita pariter necesse est ut sit possibilitas eo modo, quo impossibilitas deficit: quia æquè immediatè sibi contradicunt.

8 Syllogismi primi major est evidens ex ipsò rigore contradictionis: quia extrema immediatè sibi contradicentia sunt Possibilitas, & impossibilitas: nec ista inducitur per qualemcumque carentiam rei; nec illa verificativè cessat per qualẽcumque rei defectum. Deindè eòipsò quòd verificetur impossibilitas, nequit de ipso eodem conceptu verificari possibilitas: nec potest non verificari possibilitas de eo conceptu, de quo falsificatur impossibilitas: ergo immediatè sibi contradicunt. Sed ex immediatè sibi contradicentibus, eo modo quo deficit unum, datur aliud: ergo. Minor autem ejusdem primi Syllogismi probatur: quia respectu conceptus revera possibilis, impossibilitas simpliciter, & absolutè deficit à parte rei: nihil enim magis deficit, quàm quod simpliciter repugnat existere à parte rei; sed impossibilitas possibilium absolutè repugnat existere à parte rei: ergo simpliciter, & absolutè deficit.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Quid Rerum Possibilitas?

9 Secunda Conclusio: Possibilitas, & impossibilitas est necessaria veritas, indistincta ab ipsâ Dei Omnipotentiâ. Probatur sic: ea possibilitas, & impossibilitas est aliquid repugnans contingentiæ: ergo est aliquid necessarium. Sed nihil necessarium est nisi Deus: ergo consistit in ipso Deo. Si autem semel in Deo consistere dicitur: in quonam potiùs prædicato, quàm in ipsâ Omnipotentiâ, & in ipso esse omnium entium eminentiali?

Henricus Albertin.

10 Sunt qui ex Hentico, & Albertino dicant, esse aliquid æternum *essens* quidditativum. Contra: quia hoc esse, vel est aliquid supra nihil, vel non? Si primum: aliquod esse debet distinctum à Deo, & æternum, & à Deo non factum: quod non est conforme principiis Fidei. Si secundum: est mera vox. *Sunt* qui ex Schoto sentiant esse aliquod *esse diminutum*. Sed hoc non est rationi consonum. Quid enim absurdius est, quàm Deum esse non posse sine his umbris entium; qui sibi plenè sufficit? Adde hoc esse diminutum, vel est aliquid supra nihil: vel non? Et recurrit eadem difficultas. *Sunt* tertiò: qui dicant esse aliquam carentiam. Sed ego has carentias, utpote quisquilias bonę Philosophię, semper odi. Relege *lib. 1. nu. 232. Sunt* demum qui dicant esse aliquid hypotheticum, & conditionatum. Sed hæc veritas absoluta est, & indefectibilis, ut *nuper* diximus. Deinde: id cujus non datur possibilitas, sed daretur, non est possibile, sed esset: at Petrum esse possibile, semper, & ab æterno est verum: ergo. Vide rem in hanc multa apud Ribadeneyram.

Chotus.

Supra lib. 1. nu. 232.

Ribaden.

11 Objicies primò: ideò Deus potest producere hominem, & non potest producere Chymeram: quia Chymera per se ipsam est impossibilis: & quia homo per se ipsum non implicat: ergo præter Divinam Potentiam datur præsupposita Ratio *Possibilis, & impossibilis*: ergo non consistit Possibilitas, & impossibilitas in Divinâ Potentiâ. Antecedens patet: quia Deum non posse producere Chymeram, non est defectus virtutis: esset autem, si hæc ratio non sumeretur ex ipso impossibili, & possibili.

12 Respondeo: distinguo antecedens, claritatis gratiâ: ideò quia, tanquam per rationem à posteriori, concedo: tanquam per rationem à priori, nego antecedens, & consequentiam. Primæ enim Rationis, qualis est Deus, respectu omnium veritatum necessariarum, non est extra Deum ulla ratio prima: est namque contra conceptum Rationis simpliciter primæ, aliam à priori supponere. Prima autem Ratio, cur Deus possit hominem producere, & non chymeram, non est quærenda extra Deum, cùm extra Deum nihil sit, nisi ex libito ipsius. Quod si *instes*: cur Deus sit talis ratio Prima? *Dicam*: quia posse producere hominem est Perfectio; non autem est perfectio posse producere Chymeram: Quod si adhuc *instes*: cur illa sit perfectio; & ista, imperfectio? *Dicam*: quia continentia Perfectionis nequit non esse Perfectio: continentia autem contradictionis, est aperta imperfectio. Vnde non ex defectu sed ex perfectione virtutis, Deus est improductivus Chymerę. Nam virtus est esse eminentiale conceptûs ad quẽ est virtus.

13 Objicies secundò. Quod per se ipsum non repugnat, per se ipsum est aliquâ possibilitate possibile; sed homo v. g. per se ipsum, etiam præscindendo ab Omnipotentiâ, non repugnat: ergo per se ipsum est possibilis, etiam præscindendo ab Omnipotentiâ. Minor probatur: quia si negetur hæc propositio: *Homo per se ipsum non repugnat*, sequitur contradictoria: *homo per se ipsum repugnat*: Sed hæc propositio est manifestè falsa: ergo illa est manifestè vera. Confirmatur. Ex immediatè sibi contradicentibus, eo modo quo deficit unum, datur aliud: ut *suprà* diximus: sed deficit absolutè intrinseca impossibilitas Petri v. g. ergo datur intrinseca Petri possibilitas. Hoc fallit: ergo & discursus nostri. *Num. 8.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

14 Respondetur: concessâ majori, distinguo minorem: dum existit, concedo: dum non existit, nego: idum enim non existit, nihil intrinsecum ipsius datur: unde quævis propositio, quæ supponat aliquid intrinsecum, est de subjecto non supponente. Ad probationem, dico, in sensu in quo illæ propositiones possint sibi contradicere, affirmativam esse falsam, & negativam esse veram: quia unicè sonat, hominem non habere per se ipsum repugnantiam: hæc autem veritas non requirit, quòd per se ipsum habeat non repugnantiam: quod enim non est, non habet quidquam. Ad confirmationem, concessâ majori, & minori, nego suppositum consequentis: quia contradictorium extremi necessariò deficientis nequit esse contingens, qualis est intrinseca possibilitas Petri: impossibilitas intrinseca Petri deficit per positivam necessitatem absolutam, quâ verificatur Petrum esse possibilem. Vnde nostri discursus, si penetrentur, firmi sunt.

15 Objicies tertiò. Forma indivisibilis nequit dare denominationes diversas, nisi supponatur ex parte subjecti diversitas; sed Omnipotentia est indivisibilis, & denominat diversimodè hominem, & Chymeram: ergo supponitur ex parte hominis, & Chymeræ diversitas. Sed hæc diversitas est possibilitas, & impossibilitas: ergo. Confirmatur: *Ideò* Deus est æterna necessitas, ut Homo sit Animal Rationale, & Equus Animal Irrationale: quia Homo, & Equus tales seipsis sunt: ergo ideò est Deus æterna necessitas ut homo non implicet, & ut Chymera implicet: quia Homo, & Chymera, se ipsis tales sunt. Vrgetur. Per id homo non implicat, quod ego concipio, dum concipio hominem, & hominem non implicare: sed quod tunc concipio, sola sunt hominis prædicata sibi adinvicem convenientia: ergo per ipsa sola homo non implicat: ergo.

16 Respondetur: Nego majorem: non est necesse, quòd supponatur, sed quòd vel supponatur, vel fiat: idque vel actualiter & positivè: vel aptitudinaliter & negativè: quatenus ipsa forma sic diversimodè denominans est necessitas, ut ea, quæ diversimodè denominātur, diversa sint quotiescumque sint. Et hæc est ratio discriminis inter formam denominantem, quæ sit prima Ratio, & Idea omnium, & inter alias: quòd illa ex conceptu suo nihil supponit ad se: aliæ supponere possunt; quia simpliciter non sunt primæ. Ad primam confirmationem distinguo quod assumitur: *ideò* à priori, nego: ideò à posteriori, subdistinguo: quia tales seipsis sunt quando sint, transeat: quia tales seipsis sunt, antequam sint, nego. Ad secundam distinguo etiam assumptum: Per id homo non implicat, contingenter, & quando est, concedo: necessariò, & antequam sit, nego. Æterna enim veritas de eo quòd homo, si sit, non implicet; semper est.

17 Objicies quartò: juxta hunc discurrendi modum, cum dicimus: *homo est possibilis*, attingeretur omnipotentia: id autem paradoxum videtur, & probatur sequi: quia verificativum hujus Propositionis attingitur: Sed verificativum est Omnipotentia: ergo hæc attingitur. Vrgetur. Per hanc Propositionem, affirmatur esse Possibile: sed esse possibile est ipsa Omnipotentia: ergo affirmatur Omnipotentia. Sed dicere de homine esse Omnipotentiam, est falsum dicere: ergo. Respondetur primò: nego sequelam: quia licèt Omnipotentia sit verificativū æternū talis Propositionis: verificativum non debet attingi à propositione, quæ redditur vera per ipsum, ut *infrà* latiùs dicam. Secundò: distinguo antecedens: attingeretur Omnipotentia, tanquam rectum prædicati, nego; tanquam obliquum à quo sumitur denominatio, transeat. Ad confirmationem: esse Possibile, dupliciter sumitur: specificativè, & reduplicativè. Specificativè, pro eo, quod possibile denominatur. Reduplicativè, pro formâ denominante: Forma denominans, Deus est: quod denominatur, non est Deus: unde distinguo majorem: esse possibile, specificativè, concedo; reduplicativè, nego: & exinde patet ad reliquum argumenti.

Infrà lib. 4. nu. 120.

SECTIO II.

MENS NOSTRA CIRCA CONNEXIONEM cum Creaturis.

18 Acuti Moderni, quos protegit Pater Munieſſa *disp. 9. de Essentia, & Attributis sect. 3. & 4.* duo dicunt, quæ visa sunt multis paradoxa. *Primum* ex doctrinâ antecedenti: Deum, si possibilia

P. Thomas Munieſſa.

bilia non essent possibilia, & similiter si impossibilia redderentur possibilia, necessariò per locum intrinsecum, in se defecturum, & defecturum existere. *Alterum*: non inde colligi connexionem Dei cum possibilibus, & impossibilibus. Ratio primæ partis est: quia, cùm ipsa Omnipotentia ut ratio possibilitans, & impossibilitans, quemcumque conceptum; nequit illius conceptus ex impossibili fingi possibilis, aut impossibilis ex possibili, nisi defectu omnipotentiæ. Ratio secundæ partis est: quia connexio est inseparabilitas in existendo: sed Deus separabilis est in existendo à quocumque extra se: Necessarium enim esse potest sine Contingentibus: ergo Deus non est connexus cum Possibilibus, nec cum impossibilibus. Inde colligitur primò: Deum connecti quasi logicè, connexione videlicet identitatis, cum possibilitate, & impossibilitate: nequit enim non esse, quod est. Secundò referri transcendentaliter citra connexionem ad Possibilia, & impossibilia. Respectus enim transcendentalis non requirit in termino actualitatem.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Displicet, ex novitate Vocis.

19 In hoc discursu, alioquin vero, displicet vocum novitas: si enim nomine connexionis veniat physica inseparabilitas in existendo, quis in hoc sensu Connexionem Dei cum Creaturis unquam admisit? Si verò nomine Connexionis, unicè veniat veritas illationis à Deo ad Possibilia, & Impossibilia, nihil novi dicitur, & admittitur connexio, quæ sub aliâ voce negatur. Igitur apud Authores quæstio solùm est: an istæ consequentiæ bonæ sint: *Creatura desinit esse Possibilis: ergo Deus desinit esse Deus? Chymera est possibilis: ergo Deus non existit. Deus existit: ergo Impossibilia sunt necessariò Impossibilia: & Creaturæ Possibiles non possunt non esse possibiles.* Hùc reducitur quæstio de connexione: in quâ, Negativa Sententia cum Patre Vazquez est satis communis: Affirmativa verò communior & vera.

Authorū sensus.

P. Vazq.

20 Prima Conclusio: Deus illativè simpliciter *in esse veri* connectitur cum Possibilibus & Impossibilibus. In hoc sensu procedit quæstio: quę in nostris principiis est evidens: nam Deus est Prima, & necessaria Possibilitas Possibilium, & impossibilium, impossibilitas: ergo necessariò connectitur cum Possibilibus, & Impossibilibus *in esse veri*. Probatur consequentia: nam ista connexio solùm est necessariæ illationis, ut ex uno valeat ad aliud consequentia: & ex negatâ veritate consequentis inferatur negatio antecedentis, ut diximus: atqui ista necessariæ illationis connexio nequit non esse, si Deus est ipsa Possibilitas Possibilium, & impossibilium impossibilitas: ergo. Deinde, omissis apud Modernos Scriptores innumeris, quibus ipse nego,

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

21 Ostenditur secundò generaliùs. Deus ex vi suæ Omnipotentiæ secundùm se, & quoad entitatem acceptæ, fundat necessariò possibilitatem omnium, & singulorum Possibilium; & omnium impossibilium impossibilitatem: ergo in Conclusionis sensu connectitur. Antecedens probatur: vel in omnipotentiâ *secundùm entitatem* acceptâ continentur eminentialiter termini ut non implicantes ex se contradictionem, vel ut implicantes etiam ex se contradictionem? hoc secundum est apertè falsū: quia Chymeræ, ut chymeræ, non est virtus productiva etiam quoad sufficientiam: ergo chymera solùm continetur eminentialiter in Omnipotentia secundùm terminos ex se non implicantes contradictionem: ergo solùm continetur quod distinguitur à chymerâ: ergo Omnipotentia etiam secundùm se solùm est esse Eminentiale prædicatorum ex se non implicantium contradictionem: quod erat primum. Atqui termini ex se non implicantes contradictionem sunt intra numerum entium de facto possibilium: ergo Omnipotentia secundùm se solùm est esse Eminentiale entium de facto possibilium. Procedo sic: sed esse Eminentiale est necessitas, ut non repugnet terminus cujus est necessarium esse eminentiale: & necessitas ut repugnet, id cujus esse Eminentiale repugnat: ergo Omnipotentia est necessitas, ut non repugnet ullum entium de facto possibilium: & est necessitas ut repugnet omnis Conceptus extra numerum entium de facto possibilium.

22 Secunda Conclusio: Deus ita connectitur, non solùm ex perfectione Omnipotentiæ, sed ex Conceptu Summi Boni, Supremi Domini, & Perfectissimi liberi. Prima pars probatur: quia de Conceptu Summi Boni est Communicabilitas cum inferioritate ad ipsum: sed eoipso Creaturæ non implicant: quia entia participativa

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

va Summi Boni, cum inferioritate ad ipsum, per necesse sunt creaturæ: ergo. Major patet: quia eòipsò quòd non repugnet summum bonum, ratio boni non repugnat: ergo nec repugnat ratio boni sine ratione Summi. Ratio consequentis est: quia ratio Summi affert necessitatem existendi: sed ex sublatâ necessitate existendi, non tollitur possibilitas: ergo. Secunda pars probatur: quia sicut de ratione summi boni est ut non repugnet in se quidquid est perfectio, ita videtur de ratione Supremi Domini, ut non repugnet extra se id in quod possit exerceri Dominium. Dominium enim, cujus non est exigere possibilitatem usûs, non est supremum. Et eodem discursu patet etiam tertia pars.

In Tract. de Trinit. vide infrà à nu. 129.

23 Tertia Conclusio: Deus, etsi nec titulo Omnipotentiæ, nec alio connecteretur, maneret ita connexus, titulo infiniti Intelligentis. Ita posui *in tract. de Trinitate*. Et ostenditur: De ratione Supremi intelligentis est Scire citra mediũ, quod citra medium est necessariò affirmabile verè: atqui, quidquid sit de Connexione Dei cum Possibilibus, & impossibilibus; possibilia esse talia, & talia esse impossibilia est necessariò affirmabile verè, undecumque necessitas veniat: ergo id scire est de necessariâ ratione Supremi Intelligentis. *Dices*, Deum ex se esse indifferentem, ut id sciat. Contra: quia nequit indifferens esse ad habendam perfectionem necessariam. Deinde: licèt Deus ex se non exigeret possibilia, scit tamen, & ex se necessitatus est scire, possibilia esse talia, estò Deus non exigat ex se talia esse: ergo ex se exigit habere perfectionem, quæ sit necessitas ut possibilia talia sint; & talia, impossibilia. Quid ad hæc dicant nonnulli moderni, vagati per virtualitates necessariò otiosas, & fictitias, videbimus *infrà à nu.* 109.

Infrà à nu. 109.

24 Objicies primò: imperfectionem dependentiæ, secutam ex connexione. Secundò: Deum non fore summè necessarium, utpote connexum cum minùs necessariò. Tertiò: etiam si deficeret Deus, hircocervus v. g. maneret impossibilis: ergo Deus non est necessaria impossibilitas hircocervi. Quartò: Bonitas, & malitia moralis non fundantur in Dei Bonitate: ergo neque possibilitas, neque impossibilitas rerum in Dei Omnipotentiâ. Alia agglomerant Moderni, extra quorum ictum nos sumus intra principia nostra.

25 Respondeo ad primum, negando sequelam: nam pura connexio non dicit dependentiam, nisi sit connexio, quæ adferat defectibilitatem in existendo ex termini contingentia. At connexio, quam defendimus, est perfectio Causæ Primæ, non indigens, ullo extra se, ut perfecta sit. Ad secundum: nego item sequelam: quia ista connexio *in esse veri*, est Deum esse Omnipotentem plenè: non autem est indigentia termini ullius defectibilis in existendo. De Axiomate, per quod loquitur, dicam infrà *nu.* 143. Ad tertiam, nego etiam sequelam: non enim maneret impossibilis: sed neque possibilis: sed purè suspensus à Possibili, & impossibili. Quòd si id est impossibile, ejus casus impossibilitas, est ipsa necessitas Dei in existendo. Ad quartum: nego antecedens, ex latè *disputatis de Bonitate, & malitia* humanorum Actuum: quæ referre non esset opportunum, nec vacat.

Infrà à nu. 143.

1. 2. tract. de Bonit. & Mal.



DIS-

DISPVTATIO VIII.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

QVOVSQVE DEVS, SCIENTIA NATVRALI, cognoscat Possibilia?

26 DVPLEX est Quæstio: Prima: an in seipso Deus ea cognoscat, & in quo prædicato? Altera magis celebris: an etiam cognoscat in seipsis? Et in primâ quæstione negant, vno vel altero tentante ingenium in oppositum, Inconnexores. Connexores affirmant. In secundâ Negant Thomistæ, & ex Nostris Authores magni cum Suarez, quibus accessit Reverendissimus Thyrsus Noster. Affirmant Scholistæ, & ex Nostris, cum Vazquez Authores etiam plures & Magni: eamque sententiam laudat etiam Doctor Eximius.

Quæstio duplex.

Opiniones Authores

SECTIO I.

DECIDITVR QVÆSTIO QVOAD COGnitionem Divinam Possibilium in ipso Deo.

27 PRima Conclusio: Si Deus nullo modo connexus est cum Veritate Possibilium, & Impossibilium, nullo modo cognoscere ea potest in seipso. Probatur. Medium indifferens ad utramque partem contradictionis, eo modo quo indifferens est nequit esse objectiva ratio assentiendi uni parti, præ altera: at præcisâ connexione, quam explicuimus, eâque negatâ penitùs, Deus est medium ita indifferens: ergo nequit esse objectiva ratio assentiendi uni parti præ alterâ: ergo, &c. Iste discursus est ex illis: qui quò magis inculcantur, obscurantur magis. Minor est certa: & major evidens: quia indifferentia in eo genere, in quo dicit indifferentiam, non magis suadet unum quàm aliud.

28 Dices primò: Possibilitas pertinet ad lineam Omnipotentiæ: ergo nequit Omnipotentia plenè comprehendi, non cognitâ possibilitate rerum. Secundò: licèt Omnipotentia non connectatur cum veritate possibilium, & impossibilium, tali veritate redditur absolutè potens: ergo ad perfectam cognitionem Omnipotentiæ spectat cognitio talis veritatis. Tertiò: Omnipotentia ex se est necessitas, ut reddatur absolutè potens per conceptum aliquem, si non implicat: ergo est necessitas, ut id plenè cognoscatur ab ipso Deo. Sed de ratione Divinæ cognitionis circa qualemcumque conceptum est plenè scire an implicet, vel non implicet: ergo Divina Omnipotentia ex se est necessitas, habendi cognitionem de non implicantiâ conceptûs, per quem utucè redditur absolutè potens: ergo quamvis sit inconnexa cum possibilibus, vel impossibilibus, est necessitas, ut in ipsâ cognoscantur Possibilia, & impossibilia. Hæc ingeniosa sunt.

29 Respondetur. Ad primum, concesso antecedente, nego Consequentiam: quia ad plenam cognitionem sufficit penetrare objectum, quantum in se, & ex se est, cum pertinentiis, quas ad sui perfectionem exigit: at Omnipotentia semel inconnexa, æquè ex se benè stat cum suppositione possibilium, ac sine illâ. Sic etiam pertinet ad lineam Omnipotentiæ, productionis existentia: non tamen exinde comprehensio Omnipotentiæ debet esse cognitio Productionis ut existentis. Ad secundum, concesso antecedente, distinguo consequens: Omnipotentia ut absolutè potentis, concedo: secundùm se, nego consequentiã: quia Omnipotentia secundùm se non curat de termino, an sit producibilis, an repugnans, contenta virtute producendi, si termini contradictio non obstet. Ad tertium fateor, ex negatâ con-

ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Nuper nn. 23. & infrà à num. 127. & in Tract. de Trinit.

nexione Divinæ Omnipotentiæ, probari connexionem in Deo, quâ intelligens est, cum illis eisdem terminis, cum quibus dicitur Deus inconnexus quâ Omnipotens est, ut monui *nuper, & latiùs infrà à num. 123. & in tract. de Trinitate.* Verùm, cæteris admissis, negari potest ultima consequentia. Aliud enim est, quòd Omnipotentia ratione Divinæ intelligentiæ maneat connexa cum veritate possibilium, & impossibilium: & aliud est, quòd ita sit connexa ratione sui: hoc negato, negandum est, eam in ratione medii, quâ talis est, potiùs movere cognitionem possibilium, quàm impossibilium.

30 Secunda Conclusio: Cognoscit Deus in se ipso Possibilia: & totidem titulis, quot in Deo sunt Rationes ipsum connectendi cum veritate Possibilium. Ratio primæ partis est: quia connexio, si perfectè cognoscatur, cognosci nequit sine termino. Vnde connexa dicuntur, & sunt unum, & idem *in esse veri, & in cognosci*, ratione connexionis. Ratio secundæ partis est: quia si semel connexio est sufficiens medium ad fundandam cognitionem, necessariò erunt tot media quot sunt prædicata connexa; sed in Deo sunt plurima prædicata ex se connexa, ut *suprà* diximus. ergo & medium multiplex.

Suprà nu. 22.

31 Dices primò: Scientia Dei præcedit ad Omnipotentiam: ergo pro priori ad Omnpotentiam jam scit possibilia: ergo non scit in Omnipotentiâ. Secundò: cæteræ perfectiones Dei, præter Omnipotentiam, nõ continent possibilia: ergo nequeunt esse medium ad ea cognoscenda. Respondetur. Ad primum: imprimis, nego antecedens: quia inter perfectiones necessarias, utpotè virtualiter indistinctas, nequit dari præcisio unius ad aliam. Deinde nego ultimam consequentiam, cæteris permissis: motivum enim determinans intentionaliter cognitionem, potest esse posterius ipsâ: quia non influit influxu requirente præexistentiam. Ad secundum, concesso antecedente, nego consequentiam: quia ad rationem medii, satis est ratio connexionis, quidquid de continentiâ sit.

SECTIO II.

DEVS IMMEDIATE COGNOSCIT ETIAM in seipsis Possibilia.

32 Ostenditur primò: Omnis modus cognoscendi, nullam in se dicens imperfectionem, est Deo concedendus; at modus cognoscendi possibilia in seipsis est cognoscendi modus nullam in se dicens imperfectionem: ergo est Deo concedendus. Major, & consequentia liquent. Minor ut probetur, exponendi sunt termini. Cognoscere possibilia in seipsis nihil est aliud, quàm ea cognoscere per assensum, ita tendentem in ipsa, ut ipsa sint sufficiens objectiva ratio, citra medium, vel præcisiùm à medio, ad talem assensum. Iam probatur minor: imprimis quia non est unde venire possit imperfectio: cum neque objecti limitatio, nec modus movendi, ullam possint imprimere imperfectionem cognitioni; nec ab objecto causatæ, nec ipso egente ad perfectionem sui. Deinde eatenus esset imperfectio, quatenus cognitionis perfectio taxaretur ex imperfectione motivi: sed actui alioquin infinito nequit ulla taxa venire ex imperfectione motivi. Quod urgeri potest paritate Omnipotentiæ: cujus respectus ad terminum finitum non definit infinitus esse ex limitatione termini.

33 Ostenditur secundò Conclusio: Si Creaturæ essent necessariò existentes, esset de ratione Summi Intelligentis, eas in seipsis cognoscere: quia sic essent cognoscibiles: ergo est de ratione Summi Intelligentis eas cognoscere quâ possibiles in seipsis. Probatur consequentia: quia non sunt minùs necessariò possibiles Creaturæ, de facto, ac essent necessariò existentes, si necessariò existerent. Confirmatur. Intellectui omninò perfecto, & completo ad cognitionem veri, necessaria est veri cognitio etiam immediatè: quod patet: & urgetur in casu in quo Deus suppleret, & imprimeret speciem objecti aliàs non existentis; tunc potentia utpote completa, & perfecta efficeret actum circa objectum existens, licèt non existeret: atqui Divinus Intellectus est omninò perfectus, & completus in ratione intellectivi: ergo necessaria est ipsi cognitio veri possibilis, etiam in seipso.

34 Ostenditur tertiò Conclusio: si qua

qua esset in contrarium ratio, maximè, quia Deus possibilia plenè cognoscit in seipso: sed cognoscere Deum ea in seipso, non est ratio excludendi cognitionem eorum in seipsis: quod patet: tùm quia sunt diversi modi cognoscendi, aliàs non oppositi. Tùm etiam quia Futura videt in seipsis Deus, & videt simul in Prædefinitione, aliisque mediis connexis. Et urgetur. Cognoscere objectum in se ipso, non requirit aliquid in objecto præsens, ut patet in casu, quem proposui de potentiâ completâ per speciem circa objectum alioquin non existens: ergo licèt possibilia non sint aliquid præsens in seipsis; possunt in seipsis plenè cognosci. Ratio consequentis est: quia completio perfectissima intellectûs, non egens objectis, ut comprincipiis ad cognitionem, potest in ea tendere, licèt omninò sint nihil. Sed in his, quæ ex propulsandâ imperfectione pendent, potior probatio est objectionum exacta solutio.

35 Objicies primò: cognitio possibilium in seipsis, in Deo posita, dicit imperfectionem superfluitatis, inordinationis, & limitationis: ergo Deo repugnat. Antecedens quoad triplicem partem probatur: Quoad primam: quia satis in seipso videt Deus possibilia: ergo cognitio possibilium in seipsis, superfluit. Quoad secundam: quia inordinatum est, veritatem ex motivo Divino cognoscibilem, ultrà speculari ex motivo finito. Quoad tertiam: quia cognitio ex motivo taxatur: ergo ex vili vilescit; ex limitato, limitatur; & ex finito finitur: & ratio est, quia objectivum specificativum dat *esse* cognitioni: ergo talis est ista, qualis illud. Respondetur, Negando triplicem speciem imperfectionem. Ad probationem primæ distinguo antecedens: uno genere cognoscendi, concedo: omninò, nego antecedens, & consequentiam: quia Summo Intelligenti nullus deest: non autem se adinvicem excludunt modus cognoscendi rem in se, & in alio: imò infinitudo intelligendi utrumque componit. Ad probationem secundam nego antecedens: objectũ enim cognoscere ex omni motivo ex quo sine imperfectione cognoscibile est, ex terminis est perfectio: non est igitur inordinatio. Ad tertiam, distinguo: taxatur ex motivo, si à motivo causetur, & aliunde summa nõ sit, cõcedo: si aliunde sit summa, nec causetur à motivo, nego. Videatur doctrina *lib. 1. ànu. 260.*

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Suprà lib. 1. à n. 260. Reverend. N. Thyrsus

36 Instabis ex Nostro Reverendissimo Thyrso nimis operosè disputante: cognitio, quâ Deus in se ipso Possibilia cognoscit, utpotè comprehensiva, est infinita simpliciter in ratione cognitionis: ergo nequit ea cognoscere in seipsis. Antecedens est certum. Probatur consequentia. Primò: quia illa prima cognitio ratione suæ infinitatis dicit omnem perfectionem de lineâ cognitionis circa possibilia; sed non diceret, si cognitio Possibilium in se ipsis esset perfectio cognitionis sine imperfectione: nam hanc non diceret: ergo. Secundò: Repugnant in Deo duæ cognitiones circa possibilia, solo quasi numerò distinctæ: quia neutra esset summè perfecta in suâ lineâ: adinvicem enim se excluderent: atqui si cognitio possibilium in se ipsis esset perfectio sine imperfectione, esset perfectio de lineâ cognoscendi possibilia, & eam non diceret cognitio Dei comprehensiva, quâ Possibilia cognoscit in se ipso: ergo hæc non esset summè perfecta.

37 Confirmatur: Nam, quia Verbum dicit omnem perfectionem in se, nequit perfici per Humanitatem intrinsecè sibi unitam: sed Deus, ex vi cognitionis quâ se comprehendit, & in se ipso possibilia, dicit infinitudinem cognitionis: ergo nequit ulterius perfici in ratione cognitionis. Sed perficeretur, si cognitio possibilium in se ipsis esset in Deo possibilis: ergo prima cognitio non esset infinita simpliciter in ratione cognitionis. Vrgetur. Deus in lineâ objecti est ens simpliciter infinitum: ergo cognitio adæquans Dei cognoscibilitatem, est ita summa, ut dicat omnem perfectionem intra lineam Cognitionis: ergo.

38 Respondetur: & ad instantiam, concesso antecedente, nego consequentiam. Infinitudo enim cognitionis exigit omnem perfectionem possibilem intrà lineam sui motivi, & exigit *identificari* cum omni perfectione possibili de lineâ motivi alterius, si perfectio sit sine imperfectione. Ad primam probationem consequentiæ, distinguo majorem: dicit omnem perfectionem cognitionis circa possibilia intra lineam sui motivi, concedo: intra lineam alterius, subdistinguo: formaliter, nego: identicè, concedo majorem: & distinctâ per hos terminos minori, nego cõsequentiam. Ad secundam cõcesso antece-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 3. de Deo sciente.

dente, nego consequentiam. Quia ubi est possibilis dualitas individui, neuter eorum potest dicere omnem perfectionem speciei, ut patet: at una species non est cur formaliter dicat perfectionem alterius speciei plusquam identicè.

39 Ad primam confirmationem, concessâ majori in sensu, quem satis explicui *loco suo*: nempè quia dicit in se omnem perfectionem, & omnem modum habendi perfectionem sine imperfectione: distinguo minorem: intra lineam sui motivi, concedo: intra lineam omnis motivi, subdistinguo: formaliter, nego: identicè, & æquivalenter, concedo: & per similes terminos explicandum est consequens. Ad secundam distinguo antecedens: est simpliciter infinitum: infinitudine dicente omnem rationem passivam objecti, nego: nam imperfectiones habent passivam rationem objecti, nec eas dicit Deus: infinitudine dicente omnem perfectionem objecti sine imperfectione, concedo, & distinguo consequens: intra lineam cognitionis, penès suum motivum, concedo: penès omnia, nego. De ratione enim summè intelligentis est, ipsum non esse omne objectum sui, cùm exigat, esse infinita extra se cognoscibilia: *Et cognoscere aliquid per aliud tantùm, est imperfectæ cognitionis, si illud sit cognoscibile per se.* Sunt verba Sancti Thomæ, *hic quæst. 14. art. 10. ad 4.*

Latè lib. 1. de Incarnatione disp. 1.

S. Thomas.

40 Objicies secundò. Creaturæ possibiles non habent actu entitatem: ergo non habent veritatem intrinsecam in se ipsis: ergo dum præcisè sunt possibilia, non possunt cognosci propter veritatem intrinsecam: ergo nec possunt cognosci in seipsis. Hoc argumento maximè fidunt Thomistæ: & est levissimum. Concesso primo entimemate, nego duplicem consequentiam. Nam ut cognitio terminetur ad objectum secundùm prædicata essentialia, si ea objecto non egeat ut concausâ sui, nec ut influxivo physicè in ipsam, non requirit ullam entitatem, nec veritatem existentem in ipso objecto: sufficit plena sufficientia in intelligente ad habendam cognitionem conformem objecti Naturæ, non quæ sit, sed quæ esse possit. Nam motivum intentionale purè intentionaliter movens, non requirit aliam existentiam quàm intentionalem, ut *suprà* diximus dis-currendo de objecto motivo, *lib. 1. à n. 385.*

Suprà lib. 1. à n. 285.

41 Instabis primò. Quod non est, non determinat: quia quod non est, non exercet quidquam: sed Possibilia, ut talia, non sunt: ergo. Respondeo distinguendo: quod non est physicè, non determinat physicè, concedo: quod non est physicè non determinat intentionaliter, nego: nam ad hoc sufficit intentionalis existentia, quam habet abundè ab ipso actu, quem movet, & in quem intentionaliter influit, influxu indistinctè ab ipso actu in quem influit.

42 Instabis secundò. Ergo motivum, seu determinativum non est entitas objectiva, sed ipsa representatio. Distinguo: motivum ut *quod*, nego: ut *quo*, concedo consequentiam. Quod enim movet, est entitas illa possibilis; movet autem mediâ ipsâ repræsentatione, tendendi in ipsam possibilem entitatem, propter ipsam. Sic commoditas, quæ non est, movet ipsius desiderium.

43 Instabis tertiò. Motivum assensûs Divini necessarii est æterna veritas, quâ verum est, Petrum non implicare contradictionem: sed hæc æterna veritas juxta nos est ipse Deus, & nequeunt esse ipsa prædicata possibilia: ergo motivum Divini assensûs necessarii, est ipse Deus, & nequeunt esse ipsa prædicata possibilia. Confirmatur. Nulla scientia potest esse sine motivo: sed omnis scientia necessaria potest esse sine ullo contingenti, qualia sunt prædicata possibilia: ergo nulla scientia necessaria potest habere pro motivo ea prædicata possibilia.

44 Respondetur. Distinguo majorem: est æterna veritas vel constitutivè, & exercitè: vel signatè, & denominativè, concedo: est solùm æterna veritas exercitè, & constitutivè, nego. Et distinguo minorem: æterna veritas exercitè, & constitutivè est ipse Deus, concedo. Denominativè, & signatè, nego. *Rem explico.* Aliud est, quo formaliter, & exercitè redditur æternè verum, hoc Enuntiabile: *Petrus nõ implicat contradictionem*: & aliud, quod signatur æternè verum in hoc Enuntiabili. Quod signatur æternè verum est *esse Petri possibile*: id quo redditur æternè verum est *ipsa Omnipotentia.* Igitur dico, ad rationem motivi æterni, non influentis physicè, sed purè intentionaliter, sufficere æternitatem signatam veri, licèt tota ratio æternitatis exercitæ sit ab ipso motivo distincta: nam motivum intentionale, ut

mo-

movear, non requirit ullam physicam existentiam. Ad confirmationem, distinguo majorem: sine motivo in statu movendi, concedo: in statu existendi, nego. Alia, quæ possent objici, præoccupata sunt *suprà*, oquendo *de motivo* Divinæ scientiæ. *lib. 1. disp. 3.*

In Primâ par. tract. 3. de Deo sciente. Suprà à nn. 235.

DISPVTATIO IX.

AN INTRA OBIECTA SCIENTIÆ NATVralis, sit aliquod, distinctum ab omni Possibili?

45 ALII aliter disputant: an: & per quam Scientiam cognoscat Deus Impossibilia: Is certè Metaphysici potiùs, quàm Theologi calami labor est. Eum tamen Theologorum curis dignum censuit, inter alios, Reverendissimus Thyrsus Noster *tom. 1. disp. 9.* disquirens: an intra Sphæram objectivam Divinæ simplicis Intelligentiæ, sit aliquid, distinctum ab omni possibili? Id quod alibi disputant ingeniosè Moderni præsertim Scriptores: quærentes tria: Primum: an Objecta cognitionis fingentis, sint necessariò Realia? Secundum: an Identitas rerum adinvicem distinctarum sit objectum impossibile simplex? an potiùs Actus fingens? Tertium: an denique objectum quod dicimus impossibile, tale sit denominativè tantùm ex dissonâ combinatione Rerum possibilium secundùm se? Nam, si objecta sint realia: & Actus, tota vis vel identificandi, vel separandi, voce *Objecti Impossibilis* non veniet aliquid distinctum ab omni possibili, sic vel aliter falsò concepto: Vnde nec intra Sphæram objectivam Divinæ simplicis Intelligentiæ erit ullum objectum, distinctum ab omni possibili. Mitto sensos, & censum Authorum. Vnum indico P. Valentinum de Herize *hic*, quem, in iis tribus brevi resolvendis, per omnia sequor.

Scopus disputationis. R. Adm. P. N. Thyrsus

P. Herize.

SECTIO I.

OBIECTA COGNITIONIS FINGENTIS, Realia necessariò sunt.

§ I.

PROBATIONES ASSERTI.

Prima Probatio.

46 ET prima quidem sit in hunc modum: si extrema cognitionis fingentis, & essentialiter fallæ non essent realia, salvari non posset Syllogistica forma; id autem est absurdo majus: ergo & illud ex quo legitimè sequitur. Sequela probatur in hoc Syllogismo: *Nullum marmor est homo; sed Petrus est marmor: ergo Petrus non est homo*: Hic Syllogismus licèt alioqui falsi consequentis ex alterâ Præmissarum æquè falsâ, rectè concludit ex vi formæ; sed si extrema cognitionis fingentis non essent realia, non rectè concluderet: ergo, &c. Minor probatur. Si extrema non essent realia, *marmor*, quod attingitur in majori, non esset *marmor* quod attingeretur in minori: in majori enim esset marmor reale distinctum ab homine: in minori marmor impossibile indistinctum ab homine: ergo si extrema non essent realia non rectè concluderet. Probo consequentiam. Eo ipso talis Syllogismus careret medio verbo, & con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

staret pluſquàm tribus extremis, ut per ſe paret; ſed Syllogiſmus carens medio verbo, conſtatque terminis ultra tres nõ poteſt rectè concludere: ergo talis Syllogiſmus non rectè concluderet, adhuc ex vi formæ.

Secunda.

47 Secunda Probatio: Hic actus: *Petrus eſt Lapis*, eſt falſus & fingens: ergo attingit Petrum realem & Lapidem realem: ergo & omnes alii actus fingentes attingunt realia extrema, ſi directi ſint. Conſequentia hæc nullam patitur rationem diſparitatis. Probatur, & urgetur prima: Vel objectum hujus actûs eſt ut ipſe dicit, vel non? Si primum: nõ eſt actus falſus, utpote conformis objecto. Si ſecũdum: ergo objectum hujus actûs eſt Petrus excludens à ſe Lapidem, & eſſe Lapidem: ſed Petrus excludens Lapidem, & eſſe Lapidem, eſt poſsibilis, & realis, ut perſe patet: ergo attingit Petrum, & Lapidem realem. Confirmatur. Actus iſte ſolũ poteſt eſſe falſus ex incõpoſsibilitate, quam Petrus dicit ſe habendi, qualis repræſentatur ab actu; neque enim aliam ſuæ falſitatis rationem reddere ſolemus, & poſſumus; ſed Petrus incompoſsibilis cum prædicato Lapidis eſt realis Petrus, perſui naturam neceſsitatus eſſendi quod eſt, & non eſſendi, quod non eſt, nempe Lapis; ergo, &c.

Tertia.

48 Tertia Probatio: Hic actus *Petrus non eſt Lapis*, eſt verus ex diſtinctione Petri realis à Lapide; attingitque quod negat, nempe Lapidem realem, realiter diſtinctum à Petro: ergo attingit extrema realia: ergo & actus: *Petrus eſt Lapis*. Probo conſequentiam. Nam vel actus hic affirmativus non eſt falſus (quod eſt falſiſsimum) vel falſus eſt ex eo, quòd negativus eſt verus; ſed negativus eſt verus ex diſtinctione Petri realis à Lapide: ergo & ex eadem diſtinctione, affirmativus eſt falſus. Sed ſi non attingeret Petrum realem, & Lapidem realem, ex horum diſtinctione non eſt cur eſſet falſus ut per ſe patet: ergo. Quod argumentum urgebo latiùs *num. ſeq.* & confirmari poſſet ex hujuſmodi actibus: *Deus non exiſtit: Petrus non eſt Animal Rationale*, nihil attingentibus non reale.

Quarta Probatio.

49 Quarta Probatio communis, ſed efficaciſsima, quâ ſic propono. Hic actus: *Verbum Patris non eſt Deus ſed Creatura*, continet Arianam Hæreſim, & eſt falſus, & fingens; ſed attingit extrema realia: Verbum reale, realem Deum, & Creaturam: ergo actus fingens attingit extremam realia: ergo & omnis. Major eſt certa. Probatur minor. Primò: de eodem, de quo negat eſſe Deũ, affirmat eſſe creaturam; unico enim ſubjecto conſtat; ſed negat eſſe Deum de Verbo Patris realis: ergo. Minor patet: negat enim de verbo de quo fatetur Catholica Fides eſſe Deũ: alioqui non opponitur Fidei. Probatur minor ſecundò: quia ſi non attingeret Verbum reale, nec eſſet falſus, nec hæreticus, eatenùs enim eſſet hæreticus & falſus, quatenus eſſet difformis aut objecto ſuo, aut dogmatis Fidei; ſed ſi Verbum fictum attingeretur nec difformis eſſet objecto: nam Verbum fictum quid vetat, quòd Deus non ſit, & creatura ficta ſit? nec difformia Eccleſiæ dogmatis; neque enim ullum eſt dogma Fidei, definiens, Verbum fictum eſſe Deum, aut non eſſe creaturam fictam: ergo nec eſſet falſus, nec hæreticus.

Solutio ſolemnis, interciptur.

50 Premi ſe ſentiunt aliqui Moderni; dicuntque Actus hujuſmodi exiſtimativè tendere in Verbum reale, quia hæreticus exiſtimabat id dicere de Verbo reali, cùm tamen de ficto diceret. Contra primò: vel illa exiſtimatio diſtinguitur ab aſſenſu, vel non? Si primum: quid refert ad veritatẽ, aut falſitatem actûs alicujus, alterius coëxiſtentia? per ſui enim tendentiam vel conformis eſt vel difformis objecto ſuo: atque adeò falſus, aut verus. Si primum: Sed illa exiſtimatio attingit extrema realia; exiſtimatio enim cognitio rei eſt, cujus dicitur exiſtimatio: ergo & aſſenſus. Confirmatur: vel illa exiſtimatio eſt formaliter ipſa affirmatio actûs vel non? Si primum: ergo ſicut exiſtimatio eſt de objecto reali, affirmatio eſt etiam de objecto reali. Si ſecundum: quid habet pro objecto illa exiſtimatio? Si Deum Realem, & Verbum reale; exiſtimatque Deum fictum eſſe realem: nihil fictius? Si actum exiſtimat attingere ens reale, cùm non attingat; falſa etiam eſt de objecto reali, cum actus realis ſit. Si tantùm exiſtimat Verbum eſſe, non eſſe Deum, ſed creaturam, ejuſdem objecti ſunt exiſtimatio, & aſſenſus: quid ergo juvat ad iſtum illa?

51 Secundò: Veritas, aut falſitas non eſt conformitas, aut difformitas cũ exiſtimatione, ſed cum objecto; *ex eo enim quod res*

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

res eſt, vel non eſt, propoſitio dicitur vera, vel falſa: ſed talis actus non eſt difformis objecto, quod attingit, ſi fictum attingat: ergo quantumvis exiſtimetur dicere de Verbo reali, ſi de ficto dicit, verè dicit. Et confirmatur: quia ſi videns à longè movere ſe Animal, & exiſtimes eſſe Rationale, ſi tamen Irrationale non ſit, falsò dicis: Animal quod video eſt Animal Rationale: non ergo facit ad rem exiſtimatio. Hinc quotidie loquentes increpantur: quia exiſtimantes rem ita eſſe, non eſt ut aſſerunt. Aliud enim eſt, quòd non mentiantur; aliud quòd veritas aſſerant.

Alia ſolutio pellitur.

52 Reſpondent alii ſecundò: actum illum falſum eſſe ex conatu Hæretici volentis dicere de verbo reali. Contra primò: quantumvis conetis dicere de quovis objecto, Deus eſt Trinus, ſi de Deo dicis, verum dicis: quid ergo refert iſte conatus? Secundò: conatus iſte vel eſt actus voluntatis, vel actus intellectûs? Si primum: actus voluntatis non immutant tendentiam actuum intellectûs: unde qui conformis, aut difformis eſt objecto, non poteſt ex conatu voluntatis aliter eſſe. Si ſecundum: vel eſt idem aſſenſus Hæretici, vel non. Et reddit inſtantia *ſuper* facta.

Super nu. 50.

Tertiò: ſi actus eſt de objecto ficto, quâ ratione poteſt conati potentia, aut exiſtimare ſe de verbo reali dicere, nempè de objecto quod non attingit? Certè ſi adverſarii, dicerent hujuſmodi actum, non poſſent falsâ exiſtimatione, vel irrito conatu laborare: dicerent tamen hæreſim.

Alia ſolutio, etiã repulſa.

53 Reſpondent alii tertiò: ideò actum eſſe falſum: quia verbo ficto tribuit verã, realem exiſtentiam, & facit Trinitatis Perſonam. Hoc eſt concedere quod intendimus. Sed contra primò: quia argumentum, ut propoſui, non patitur ſolutionem hujuſmodi. Secundò: vel ille actus attingit realem, & veram exiſtentiam, realem, & veram Perſonam Trinitatis, vel non? Si ſecundum: quâ ergo ratione tribuit, & affirmat? Si primum: tam implicat ficto objecto identificare vetam, & realem exiſtentiam; ac Verbo reali, rationem Creaturæ; ſed illud intentionaliter non repugnat, ut dicitis: ergo nec hoc. Deinde: ergo jam datur ens rationis, aut objectum actûs fingentis, & eſſentialiter falſi conſtans extremis realibus, quod intendimus.

Ratio à priori.

54 Ratio horum omnium à priori, præter aſsignandam *infrà*, nunc eſt: quia intellectus noſter ex ſuâ debilitate capax eſt erroris, & deceptionis, ſicut in materiâ contingenti, etiam in materia neceſsariâ, nec res, earumque natura deſtruitur, aut eſſentialiter mutatur ex accidenti etiam diſſono cui ſubeſt, quantò minus ex cognitione, licèt diſſone denominante, atque adeò tribuente prædicatum, quod illi repugnat: Neque enim eſſe intentionaliter aliter ac in ſe eſt, tollit, aut impedit prædicata rerum: ergo quantumvis cognoſcantur objecta cum prædicatis oppoſitis, non deſinunt eſſe realia: ergo ſunt realia cognitionis fingentis extrema.

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

§. II.

SPECIALIORES OBIECTIONES.

Methodus objiciẽdi.

55 NAm omnes aggerere, vanũ eſſet, & nullius operæ pretium. Illas ſeligam, quæ ingenium redolent, & acumen, & quæ ſuâ ſpecioſitate dent occaſionem Doctrinæ ſpecialis, ex quâ, cæteræ, quæ ſolent à logicis inculcari, maneant interceptæ. Igitur

Objectio prima ex Arriaga.

56 Objicies primò: ex his, quæ urget Arriaga *diſp. 6. metaphyſicæ, ſect. 2. ſubſect. 1.* Deus realis eſſentialiter dicit non eſſe lapidem; ſed actus iſte fingens: *Deus eſt Lapis*, non attingit Deum qui non ſit Lapis: ergo non attingit Deum realem: ergo neque ullus alius actus fingens attingit extrema realia. Conſequentiæ legitimæ ſunt; & major vera. Probatur minor primò: objectum hujus actûs eſt Deus identificatus cum lapide; ſed Deus identificatus cum Lapide non eſt Deus, qui non ſit Lapis: ergo objectum hujus actus non eſt Deus, qui non ſit Lapis. Secundò: non poteſt intellectus affirmare eſſe Lapidem de eo, quod Lapis non ſit; ſed ille actus affirmat eſſe Lapidem: ergo non affirmat de Deo, qui Lapis non ſit: ergo de Deo identificato cum Lapide. Probatur major. Non poteſt intellectus affirmare eſſe Lapidem de eo quod Lapis non ſit, quin de non Lapide affirmet eſſe Lapidẽ; id autem affirmare non poſſe ſic oſtendo; affirmare de non Lapide Lapidem, eſt affirmare contradictorium de contradictorio: adeòque aſſentiri falſo, ut falſo; ſed intellectus non id valet: ergo.

Et ex Cmuele, inde vocante hæc entia, Entia Linguæ.

57 Urgetur aliter ex acutis Recentioribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Hizquierdus. Quiròs. Peynado.

ribus post Hizquierdū, Quiròs, & Peynadū: & probatur tertiò minor illa: Nequit saltē intellectus affirmare de Deo Lapidē, quin antecedenter apprehendat Deum capacem identitatis, quam enuntiat: ergo de eo judico esse Lapidem, quem per apprehensionem agnovi: ergo de Deo capaci, ut identificaretur cum Lapide; sed Deus capax identificari cum Lapide non est Deus realis, qui non sit Lapis: ergo.

Solvitur.

58 Respondeo negando minorem. Ad primam ejus probationem, omissis solutionibus, quæ mihi non placent, nego majorem: vel distinguo: Deus identificatus cum Lapide intrinsecè, & in se, nego majorem: hoc autem distingueret illud objectum à vero Deo. Extrinsecè, & per intellectum, & falsò, concedo majorem: hoc autem solùm est Deum attingi cum prædicato repugnante, seu aliter ac est in se: quod necessarium est, ut actus iste possit esse falsus ex incompossibilitate veri Dei cum prædicato, quod illi tribuitur ab intellectu per cognitionem dissonam vero Deo.

59 Ad alteram minoris probationem, distinguo majorem: Non potest intellectus affirmare esse Lapidem de eo quod Lapis non sit, conjungendo notitiam affirmativam Lapidis, & exclusivam illius: concedo: dividendo, & sine expressione de eo, quòd non sit Lapis, nego majorem.

Caramuelis æquivocatio, detecta.

Volo dicere: quòd quando intellectus affirmat Lapidem de Deo, vel de alio objecto, cui repugnat Lapis, non sic tendit: *Deus qui non est Lapis est Lapis*, conjungendo affirmationem, & negationem Lapidis de Deo: hoc enim esset admittere duas contradictorias simul, assensum, & dissensum ejusdem objecti in intellectu, & assentiri falso, ut falso contra naturale principium: *impossibile est idem simul esse, & non esse*: quod prorsus implicat. Sed quòd ex deceptione non penetrans intellectus naturam objecti, quod attingit, illi tribuit prædicatum repugnans in se, & incompossibile, non quidem affirmando incompossibilitatem, & repugnantiam extremorum expressè, sed unum de altero, abstinendo à notitiâ negativâ, quam si haberet, nullam haberet, aut pateretur deceptionem, aut falsitatem in actu suo: hoc autem nec implicat, nec ab adversariis negari potest. Non implicat: quia licèt ipse Deus sit in se negatio Lapidis; atque adeò in objecto sit negatio prædicati, cujus affirmatio est in meo intellectu, tam longè abest, ut implicet, ut necessarium sit ad actûs falsitatem. Tota enim implicantia esset, quòd in intellectu simul essent negatio, & affirmatio intentionalis ejusdem de eodem: physica enim negatio in rebus, & intentionalis affirmatio in intellectu, non implicant. Nec potest negari: quia vel negandi sunt actus falsi, etiam in materiâ contingenti, vel tenenda est doctrina, quam tradimus. Quo satis præoccupatæ sunt instantiæ, quas adversus hæc format Eminentissimus Palaviçinus Noster, & ex ipso Discipulus Mauri.

Cardinal. Sforzia. P. Mauri.

60 Ad tertiam minoris probationem, antecedenter ad judicium falsū apprehenditur Deus realis, & capacitas identificari cum Lapide, quæ realis est, & indistincta à Lapide, quam si tribuam Deo, falsò attribuo: quia in se non est capax identificari cum Lapide. Quòdsi per apprehensiones appareat Deus, ut capax identificari cum Lapide, ex deceptione provenit, non penetrante naturam objecti, quod attingit; atque adeò illæ apprehensiones, inchoativè sunt falsæ, quatenus per modum unius apprehendunt prædicata repugnantia inter se, & inclinant in falsam affirmationem. Unde nego, vel distinguo antecedens: Deum in se capacem identificari cum Lapide, nego: Deum intentionaliter capacem identificari cum Lapide, concedo: nempè quatenus apprehenditur Deus, & Lapis sine penetratione intimâ prædicatorum uniuscujusque, & cum aliquâ ratione falsò suadente judicium identificativum illorum. Concesso deinde primo consequente, nego cæteras consequentias: imò necesse est ad hoc, ut actus iste sit falsus, quòd identificet aut prædicet Lapidem de Deo, qui capax non sit identificari cum Lapide. In hoc enim stat essentialis falsitas illius actûs: sic enim Deus concipitur aliter, ac est in se, & fingi dicitur.

Instantia.

61 Instabis: ergo actus iste attingit Deum aliter ac est in se. Videmur concessisse. Nunc sic: Deus aliter ac est in se, non est Deus realis; sed per nos attingitur Deus aliter ac est in se: non ergo attingitur Deus realis. Major est per se nota: nam Deus non existet aliter, ac est. Confirmatur primò: Vel Deus, qui attingitur per hunc actum: *Deus est Lapis*, conformatur

cum Deo reali vel non? Si secundum: ergo non est ipse Deus realis. Si primum: ergo realiter Deus est Lapis, & actus est verus. Confirmatur secundò: Deus realis non potest cognosci aliter ac est. Probo assumptum? Deus realis est omninò necessitatus essendi, quod est: non ergo potest existere ullomodo aliter ac est: non enim esset summa necessitas existendi quod est, si posset existere aliquomodo, quo non est. Sed si cognosceretur aliter ac est, aliquomodo existeret aliter ac est: nam existentia intentionalis est modus aliquis existendi: ergo. Confirmatur tertiò: Deus non est cognoscitivus sui aliter ac est: ergo nec est cognoscibilis, aliter ac est. Probo consequentiam: nam Deus cognoscere posset modum quo cognosceretur aliter ac est in se: ergo esset cognoscitivus sui aliter ac est.

Solvitur.

62 Respondeo: *Aliud* est attingere Deum aliter ac est, cadente *ly aliter* in modum dissonum cognoscendi tribuentem Deo aliquid quod illi repugnat; & *aliud*, attingere Deum aliter ac est, cadente *ly aliter* in modum quo se habet objectum; illud, solum sonat fictionem intellectûs, objecto dissonam; hoc, sonat alietatem rei, quæ concipitur. Nunc concesso consequente in bono, & vero sensu: distinguo majorem sequentis Syllogismi: Deus aliter ac est in se conceptus non est Deus realis extrinsecè & verificativè, concedo; intrinsecè, & entitativè, nego majorem. *Volo dicere*: quòd Deus conceptus aliter ac est in se, dicit complexum sui, & prædicati repugnantis cum denominatione utrique dissonâ, proveniente formaliter ab actu affirmativo, atque adeo identificativo rerum, quas attingit; & sic distinguitur à Deo reali, ratione prædicati repugnantis à Deo reali distincti: quæ duo adunat & identificat cognitio fingens, denominans utrumque fictum, & impossibile, impossibilitate veritatis, quia nempe complexum illud, & in eo Deus realis nequit verificare talem actum: non inde tamen fit, quod Deus realis non importet suum esse in illo complexo, (alioqui enim non esset actus falsus) atque adeò quod impossibile sit, impossibilitate entitatis, quod attingitur. Deinde concessâ minore, nego consequentiam.

63 Ad primam confirmationē: Deus, qui attingitur per illum actum falsum, ut attingitur, & objectivè ponitur, non conformatur cum Deo reali; & ideò est Deus realis, extrinsecè, & denominativè distinctus à seipso: neque enim aliter posset actus, falsus evadere. Ad secundam, Negetur assumptum: neque enim Summa Dei necessitas impeditur ex debilitate nostri intellectûs, adeò proni in deceptionem, & errorem, nunquam immutantes naturas rerum, quarum necessitas, vel contingentia non est in ordine ad existentiam metaphoricam communem chymeris, sed ad realem, & simpliciter talem. Ad tertiā concesso antecedente, nego consequentiam ex dictis *lib. 1. à num. 234.* quæ rursus *infrànum. 105.* illustrabuntur.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Objectio secunda ex P. Peynad.

64 Objicies secundò: ex Patre Peynado, operosè disputante *tract. 4. log. disp. 3. sect. 2.* Per hunc actum, quem intellectus habere potest: *Petrus, & Paulus sunt idem, vel identificantur realiter*, attingitur objectum adæquatè distinctum ab omni possibili. Probatur assumptum: nam cognoscitur identitas Petri cum Paulo; hæc enim affirmatur de subjecto complexo; sed talis identitas est objectum distinctum adæquatè ab omni possibili. Probatur hæc minor: quia talis identitas nullâ potentiâ potest existere à parte rei; sed omne possibile potest existere: ergo talis identitas distinguitur ab omni possibili. Verus argumentum, & jam solutum. Respondeo primò: hos, & similes actus externè formatos in vocibus ad gustum objicientis, internè sic esse: Petrus est Lapis, Petrus est Paulus, in quibus nihil attingitur præter objecta sibi mutuò repugnantia, atque adeò inverificativa per se tendentiæ dissonæ, quæ ea considerat. Respondeo secundò: attingatur identitas ficta, & impossibilis: attingetur identitas, quæ sit objectum compactum ex verâ identitate duorum cum prædicato repugnante; atque adeò distincta ab omni possibili divisivè accepto, & ut est in se. Respondeo tertiò: negetur assumptum. Ad probationem: distinguo majorem: cognoscitur identitas Petri cum Paulo, quæ sit identitas Petri, & Pauli; nego majorem; quæ sit identitas Petri, & Pauli per ipsam affirmationem, concedo: *est dicere*, quòd per talem actum de Petro, & Paulo prædicatur realis identitas duorum prædicatorum, quæ tamen, dum falsò tribuitur diversis extremis, fingi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tur, & sit Petri, & Pauli : non ergo talis actus attingit objectum, quod reale non sit, sed modo quo nō est reale, nec est in se; atque adeò totum objectum denominatur ex dissonâ tendentiâ fictum, & impossibile; non quidem, ut ajebam, impossibilitate entitatis, sed veritatis, quatenus nempè nequit objectum verificare actum sic tendentem in se.

Instantia ingeniosa P. Peynad

65 Instabis ingeniosè ex Peynado, præter alia, quæ attingentur *infrà* sic: Objectum actûs essentialiter falsi (ut fiat generalis instantia,) est impossibile impossibilitate veritatis: ergo veritas hujus actûs, est impossibilis, nullâque potentiâ potens existere: ergo adæquatè distinguitur ab omni possibili: alioqui si veritas non distinguitur ab omni possibili, possibilis erit: ergo possibile erit, quod actus affirmans: *Petrus est Lapis*, sit verus: ergo Petrus potest esse Lapis: non enim aliter posset esse verus actus affirmativus.

Solvitur.

Respondeo, veritatem actûs dicentis, *Petrus est Lapis*, fore Petrum ipsum, & Lapidem ut dicit affirmatio: nempè quòd Petrus esset à parte rei Lapis, vel quòd existeret, ut concipitur: hoc autem impossibile est ex ipsâ naturâ Petri, & Lapidis se mutuò excludentium inverificativa dissonæ affirmationis; nihil tamen est aliud quàm Petrus ipse, & ipse Lapis, ut fingitur; atque adeò est distinctum à Petro, & à Lapide, & singulis possibilibus divisivè acceptis, & ut in se sunt, non tamen à possibilibus aliter ac in se sunt, & dissonè conceptis ab intellectu.

Alia ex P. Quirós.

66 Vrgebis etiam subtiliter ex Quirós *sect. 3. num. 26.* Si poneretur verificativum actûs essentialiter falsi, à parte rei; aliquid poneretur novum in rebus distinctum ab omni possibili: ergo qui concipit tale verificativum, objectum concipit distinctum ab omni possibili. Sed actus falsus attingit quod illum verificaret: ergo attingit objectum distinctum ab

Solvitur.

omni possibili. Respondeo: *imprimis* actus, cùm sit essentialiter falsus, non attingit, nec potest sui verificativum, sed falsificativum, atque adeò objecta quæ repugnent existere, sicut asseruntur ab actu; hæc autem patet non distingui à possibilibus se mutuò excludentibus. *Deinde* verificativum talis actûs essent ipsa objecta, ut asseruntur ab actu; & dum concipio verificativum talis actûs solùm concipio hæc extrema denominativè impossibilia, affirmando de ipsis, vel possibilitatem, vel existentiam: non autem concipio quid distinctum ab omni ente reali dissonè accepto, & affirmato. *In forma*: distinguo antecedens: poneretur, & non poneretur, concedo: poneretur solùm, nego consequentiam. Ponerentur enim hæc extrema exclusiva mutuò sui: & nego cętera quę subsequuntur.

Objectio tertia ex P. Quirós.

67 Objicies tertiò ex Quirós, qui, posthabitis aliis, sic denuò disputat: Qui affirmat: *Possibilis est substantia supernaturalis creata*, objectum respicit distinctum ab omni ente admisso à negante talem substantiam; sed eòipsò objectum affirmantis est distinctum ab omni possibili: ergo datur ens rationis distinctum ab omni possibili. Probatur major: tùm quia si major non esset vera, non esset de re, sed ex æquivocatione contentio inter affirmantes, & negantes hujusmodi substantiæ possibilitatem; quod sine injuriâ celeberrimæ quæstionis dici nequit. Tùm etiam quia qui affirmat, Petrus est albus, objectum respicit distinctum ab eo quod admittit qui negat albedinem Petro. Minor autem clarior est: quia negans substantiam illam esse possibilem, admittit omnia entia possibilia. Explicabitur argumentum ultrà, si fingas ignorari possibilem esse substantiâ creatam spiritualem completam; sic ignorans, conciperes objectum distinctum ab omni ente corporeo; & poneretur distinctum ens à parte rei, si talis substantia poneretur: ergo similiter in nostro casu. Si substantiæ entitativæ, & completæ repugnet identitas cum supernaturalitate, quod optimè supponit Arguens

Solvitur.

68 Respondeo, distinguēdo majorē: ab omni ente possibili, divisivè sumpto, & ut est in se, concedo majorem; complexè, dissonè accepto, & aliter ac est in se, nego majorem: & distinctā sub his terminis minori, nego consequentiam: sic enim affirmans, unum ens rationis attingit, & aliud facit: attingit unum quatenus substantiā, & supernaturalitatem dissonè præconceptam, aliterque quàm esse possunt, prædicat; facit aliud quatenus huic complexo inexistibili, ut concipitur, tribuit realem possibilitatem. Ad probationem majoris,

Quæstio nes de actu possibili.

nonnescit Quirós *Quæstiones de possibili*, fundari plerumque vel semper in limitatione

tione penettationis nostræ non assequentis quidditates rerum, atque conceptuum, unde oritur contentio: an hîc vel ille conceptus sit ex se exclusivus alterius: nescitur veritas; & qui discursu magis apparēter suadet, videtur nobis discurrere probabiliùs.

69 Hæc ita dixerim, necui videatur, aliquid dignitatis imminui Quæstioni præcitatæ: in quâ hic est & quæritur solvi nodus: an aliquod ex substantialibus possibilibus, sit supernaturale? vel an conceptus substantiæ completæ sit conceptus exclusivus supernaturalitatis? Negat illud, & hoc affirmat Quirós: quem jure sequemur *in Primâ secundæ*, jam secuti *in oper. de Incarnat.* Ad minoris probationem dicatur, quòd qui negat in jam substantiā, ad mittit omne quod possibile sibi videtur. Ad explicationem est disparitas ex unius possibilitate, & alterius impossibilitate: impossibile enim, duplex cōtradictorium importare debet, quorum utrumlibet divisivè possibile est.

1. 2. Tract. 3. de Supernat.

SECTIO II.

TOTA VIS IDENTIFICANDI, VEL SEparandi consistit in actu fingente.

Ment Authoris.

70 Est dicere, quòd ut extrema incompossibilia conjungantur, & fingantur modo sibi repugnanti, non esse necesse quòd intellectus inter hujusmodi extrema concipiat aliquid quasi medium, quod putari solet distinctum ab omni possibili, & quod faciat vices identitatis, & unionis, si actus compositivus sit; aut separationis, si actus sit negativus; sed id omne præstari formaliter per ipsum actum ex modo suo tendendi vel identificantem, vel separantem extrema, quæ concipit: ita planè Patet Valentinus Herize *in 1. part. disp. 8. cap. 1.*

Cū Herize

Prima Probatio:

71 Probatur primò conclusio: Actus negativus v.g. *Petrus non est Lapis*, nihil attingit præter Petrum, & Lapidem, & per seipsum est separatio intentionalis extremorum, quæ cognoscit: ergo Actus affirmativus: *Petrus est Lapis*, nihil attingit præter Petrum & Lapidem, & per se ipsum est identificatio intentionalis extremorū, quæ cognoscit: ergo Tota vis identificandi, vel separandi, extrema, quæ denominantur objectum impossibile, consistit in actu fingente. Consequentia secunda bene sequitur. Prima urgetur. Tùm quia actus contradictorii sunt ejusdem objecti: ergo si negativus solùm attingit extrema, Petrum, & Lapidem; solùm eadem attingit affirmativus. Tùm etiam quia modus tendendi per negationē est oppositus tendēdi modo per affirmationem; & quam vim, & energiam habet actus negativus, habet in oppositum affirmativus: ergo si actus negativus solùm per se separat intentionaliter extrema; per se solùm extrema identificat affirmativus.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

72 Antecedens igitur ostenditur primò: quia actus negativus non attingit separationem realem; eam enim vel affirmaret, vel negaret? Si secundum: esset actus omninò falsus; falsum enim est Petrum non separari entitativè à Lapide. Si primum: ergo actus non est absolutè negativus. Secundò: solùm attingit hic actus negativus, ex parte prædicati, quod negat; sed solùm negat de Petro Lapidem: ergo solùm attingit Lapidem. Probatur minor, solùm negat de Petro, quod in Petro positum, destrueret Petrum, & faceret Lapidem; sed quod destrueret Petrum, & faceret Lapidem, solùm est Lapis: ergo solùm negat de Petro Lapidem. Minor patet: quia quod distinguitur à Lapide, qualis est identitas impossibilis distincta à Petro, & à Lapide, potiùs faceret Petrum distinctum à Lapide, quàm Lapidem: ergo quod destrueret Petrum, & faceret Lapidem, non est quid distinctum à Lapide: ergo solùm est ipsum esse Lapidis. Tertiò parum aliter: solùm attingit actus negativus quod repugnat Petro, & quod est terminus exclusionis entitativę Petri, Lapidē excludentis; sed quod repugnat Petro, quasi terminus exclusionis Petri Lapidē excludentis, solùm est Lapis: ergo. Probatur antecedens: quod repugnat Petro, quasi terminus talis exclusionis, non potest esse quid distinctum à Lapide: posset enim idētificari Petrus cum tali distincto, & adhuc à Lapide distingui: ergo non est identitas impossibilis distincta à Petro, & à Lapide: ergo solùm est ipse Lapis.

Secunda:

73 Probatur secundò conclusio: Actus affirmativus solùm attingit Petrum, & Lapidem: ergo per se ipsum identificat hujusmodi extrema. Probo consequentiam: nam ea extrema per se incompossibilia sunt, & interse repugnantia: ergo adu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã part. tract. 1. de Deo sciente.

aduhantur & fiunt unum per aliquid distinctum ab ipsis. Sed si nihil attingitur ab actu præter extrema, nihil est quod conjungat extrema præter actum : ergo. Probatur igitur antecedens primò: si actus attingeret aliquid præter Petrum, & Lapidem, aliquid diceret de Petro distinctum à Lapide; sed de Petro nihil dicit distinctũ à Lapide. Probatur hæc minor : quia imperceptibile est quòd Petrus sit Lapis per non esse Lapidem: ergo si intellectus affirmaret Lapidem ratione alicujus quod nõ est Lapis, assentiretur quòd Petrus esset Lapis per id quod non est Lapis. Secundò : quod affirmat de Petro est esse Lapidem; sed esse Lapidem non est quid distinctum à Lapide : ergo. Tertiò : quod affirmat de Petro non est quod Petrum faceret non Lapidem, & quod repugnat Lapidi: alioquì non prædicaret Lapidem: nam conjunctum ex distinctione à Lapide, & ex Lapide non est Lapis; sive quod repugnat Lapidi non est Lapis; sed quicquid non est Lapis repugnat Lapidi: ergo quod affirmat de Petro, non est quid repugnans Lapidi, & distinctum à Lapide : ergo nec est identitas illa, quam dicitis impossibilis, seu vis identificandi, seu uniendi ficta; totum enim hoc, est distinctum à Lapide, & repugnat Lapidi.

Tertia: 74 Probatur tertiò conclusio, evertendo fundamentũ opinationis oppositæ, contendentis extrema, quæ denominantur objectum impossibile, fieri unum ex parte objecti per identitatem impossibilem, sive realem affectam vi fictâ uniendi, seu identificandi. Sic arguo: hæc identitas impossibilis, vel uniendi vis repugnat Petro, & repugnat Lapidi v. g. quippè cùm utrumque possibile sit, & illa impossibilis, distinguitur ab utroque: ergo applicari debet Petro, & Lapidi per aliquid distinctum ab illâ. Nunc sic: vel talis identitas, seu vis uniendi ficta applicantur extremis formaliter per ipsum actum ita ut actus sit formalis applicatio, & idẽtificatio talis conceptûs objectivè impossibilis cum extremis; vel applicatur per aliam identitatem objectivâ : neque enim recurrere est ad rationem formalem uniẽdi non egentem alterius ut uniatur: quia hæc identitas tam inapplicata est Petro, quàm ipse Lapis? Si ergo primum : cur ergo ipse actus intellectûs per se formaliter non identificet & applicet Lapidem Petro, sine ullâ identitate mediâ, cùm non minùs incompossibilis sit ista cum Petro, quàm illa? Si secundum: idem rogo de illa secundâ identitate objectivâ: idemque de tertiâ : ergo vel procedendum est in infinitum, quod experientiæ repugnat, vel veniendum est ad identitatem, quam ipse actus intellectus formaliter uniat applicet, & identificet extremis, quæ cognoscit: erit ergo dici nequit idem ipsum de primâ, & de Lapide respectu Petri?

75 Probatur quartò insinuando rationem à priori, quam *alibi* fundavi. Intentionaliter identificare Lapidem Petro v. g. est tribuere Petro Lapidem; sed tribuere Petro Lapidem consistit in actu: ergo identificare intentionaliter Lapidem Petro consistit in actu: ergo tota vis identificandi, seu uniendi extrema entis rationis consistit in actu; quod idem proportionatè de separatione intentionali dicendum est. Et consequentiæ liquent. Major ex eo patet, quòd si demas hanc energiam actûs, cæteris etiam manentibus, non manet intentionalis identificatio, nec Petrus Lapis. Minor etiam non patet minùs : nam tribuere Lapidem Petro, est vis affirmationis: sed tota vis affirmationis consistit in actu: ergo. Confirmatur : Tota vis nexûs assertivi, & intentionalis est indistincta ab ipsâ affirmatione : ergo tota vis, quâ extrema, quæ cognoscuntur, fiunt positivè & intentionaliter idem, est actus intellectûs : repugnat enim quòd detur ratio nexûs, & quòd extrema talis nexûs, unita per rationem sic nectendi, non sint.

76 Objicies primò : Hic actus : *Deus est Lapis*, cognoscit identitatem Dei cum Lapide; sed actus non cognoscit seipsum: ergo ipse non est identitas Dei cum Lapide. Minor est certa: alioquin omnis actus judicativus reflecteret in se. Major probatur : quia omnis actus judicativus, præsertim affirmativus, attingit subjectum, copulam, & prædicatum; sed copula est identitas extremorum: ergo omnis actus, præsertim affirmativus, attingit identitatem extremorum. Confirmatur primò: omnis propositio affirmativa affirmat subjectum esse Prædicatum, sed subjectum esse Prædicatum est identificari subjectum cum prædicato: ergo affirmat identificari subjectum cum prædicato. Sed identificari cum prædicato subjectum est identitas subjecti cum prædicato : ergo affirmat iden-

Objectio prima.

identitatem subjecti cum Prædicato. Confirmatur secundò: Ad omne judicium affirmativum præcedit apprehensio identitatis subjecti cum Prædicato: ergo omne judicium illam affirmat: ad quid enim prærequireretur identitatis apprehensio, si eam non deberet attingere judicativus actus? Confirmatur tertiò: quia hic actus: *Deus est idem cum Lapide*, affirmat identitatem : ergo & iste : *Deus est Lapis* : sub diversis enim vocibus idem sonat actus uterque. Nimiùm exultant hoc argumento Authores sui : quod nec urget malè Peynadus *disp. 3. sect. 1. à nu. 7.*

Peynado. Solvitur.

77 Respondeo, Negando majorem, vel distinguendo : cognoscit identitatem Dei cum Lapide, reduplicativè, seu quæ sit identitas Dei cum Lapide, nego majorem; specificativè, seu identitatem cum Lapide, quæ per ipsum actum fit identitas Dei, concedo majorem. Ad probationem permissa majori, distinguo minorem: Copula intentionalis, & formalis, concedo minorem: Copula, quæ dici solet objectiva, subdistinguo: si extrema sint eadem in re, concedo : si non sint in re eadem : nego minorem, & consequentiam. Itaque identitas, quæ per actum affirmativum attingitur, non est semper identitas quæ identificet extrema cognita, quia non est semper identitas prædicati cum subjecto, sem per est identitas cum prædicato : hanc actus affirmat tanquam extremum prædicationis, quod subjecto applicat: Identitas autem cum prædicato, seu esse prædicatum, v. g. identitas cum Lapide, & esse Lapidem est ipse Lapis; non ergo potest prædicari Lapis, quin prædicetur hoc esse Lapidem, & hæc identitas cum Lapide, quę per actum applicantem subjecto, v. g. Deo, fit intentionaliter identitas Dei cum Lapide, cùm Deus fiat Lapis. Non alia copula objectiva tangitur ex parte objecti; neque enim prædicatur de subjecto, nisi identitas cum prædicato : quæ aliquando cùm sit identitas subjecti cum prædicato, quia subjectum in re non distinguitur à prædicato, prædicatur identitas subjecti cum prædicato: non quidem ex exigentiâ affirmationis, solùm applicantis rationem & esse prædicati, sed ex indivisibilitate physicâ rei.

78 Ad primam confirmationem : Distinguo majorem: affirmat subjectum esse prædicatum, exercitè, & formaliter, concedo: signatè, nego majorem; *Velo dicere;* quòd actus affirmativus dicit subjectum, & prædicatum tribuendo identitatem, seu esse ipsum prædicati subjecto, & sic identificando unum cum alio, & faciendo quòd subjectum sit prædicatum; non autem quòd actus affirmativus habeat pro termino affirmationis suæ, totum hoc quod est, subjectum esse prædicatum; affirmaret enim de subjecto complexum ex subjecto, & prædicato, cùm solum affirmet esse prædicatum de subjecto, nempe esse Lapidem, qui lapis est, de Deo : unde negare posses etiam majorem. Sic etiam actus negativus dicit Petrum non esse Lapidem, non quidem signatè, sed formaliter & exercitè, negando nempe unum de alio, non tamen habendo pro objecto negationis suæ negationem qualem importat hoc, quod est Petrum non esse Lapidem.

In Primã part. tract. 1. de Deo sciente.

79 Ad secundam confirmationem, judico apprehensionem illam, quæ plerumque dicitur procedere de identitate extremorum, quæ judicanda sunt, non distingui à duabus apprehensionibus extremorum, non satis penetrantibus eorum naturas, si incompossibilia sint, atque adeò repræsentantibus ea extrema *negativè convenientia*, id est non repræsentantibus ut disconvenientia : quibus si addatur aliqua falsa ratio, ut plerumque solet, suasiva judicii, facilè inclinat intellectus in assensum etiam falsum; neque judicat aliquid quod non apprehenderit, cùm identitatem prædicati, seu esse prædicati non cognoverit disconveniens alteri, cui pòst attribuit. Deinde si sit tertia apprehensio, & extrema incompossibilia sint, solùm attingit ea extrema præcisim à repugnantiâ, & distinctione; neque aliûs idẽtitatis apprehensio necesse est quòd præcedat. Ad tertiam patet ex principali solutione: verum est, quòd in re idem affirmat actus utrèque, sed non formaliter, quia non æquè expressè. Sed nec primus attingit quod Lapis non sit, cùm *idem cum Lapide, identificari cum Lapide, esse Lapidem*, & similia, sint ipse Lapis.

Instantia.

80 Instabis: Actus ipse est intentionalis identificatio? ergo correspondet ex parte objecti identitas repræsentata. Probo consequentiam: primò: Actus ipse non potest esse identificatio, nisi repræsentativè; quicquid enim conceditur actui, de genere repræsentativo est; sed esse repræ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

sentativè identificationem, est repræsentare identitatem: ergo &c. Secundò: eo ipso quòd talis actus sit repræsentativè identificatio, potest ex vi hujus judicii cognosci identitas inter objecta, quæ judicat; sed non potest cognosci ex vi judicii, seu in judicio, nisi quod per ipsum repræsentatur: ergo per actum intentionaliter identificantem extrema, repræsentatur identitas extremorum. Hæc autem non potest esse possibilis inter extrema incompossibilia mutuò: ergo. Sic promovet ratio-

P. Peynad. nem communem ingenio sè Peynadus *num.* 8.

Solvitur. 81 Respondeo, Negando consequentiam in sensu, quam præsefert Arguens; in alio, quem insinuavi *nuper*, verum est consequens. Ad cujus probationem primam, nego majorem: sicut enim ipse actus non est repræsentativè judicium, licèt repræsentando judicet; nec actus negativus repræsentativè negatio est, licèt repræsentando neget; sed formaliter ex modo suo tendendi: sic actus affirmativus, licèt nequeat non ponere extrema, nisi repræsentando, per se tamen, & formaliter identificat. Nec sufficit identitatem repræsentare, ut actus ipse formalis identificatio sit: quod potuisset adverti in Apprehensionibus. Ad alteram probationem: distinguo majorem: potest in tali judicio tanquam in medio, nego majorem, tanquam in ratione identificante, concedo; at sic solùm cognosceretur identitas quæ consistit in actu, seu identitas Lapidis v.g. facta Petri per actum. Bene potest quis ex vi talis judicii, si verum reputet, inferre alium actum falsum de tali identitate; quia veritas, quam existimat, in eo stat, quòd objectum sit, ut actus asserit: hoc tamen non probat actum repræsentare identitatem Petri cum Lapide, sed identitatem Lapidis tributam Petro: sic ex actu negativo potes, si verum judices, inferre carentiam identitatis, & distinctionem, quam non repræsentat, aut negat actus ipse quo nitetis.

Objectio secunda ex Peynado. 82 Objicies secundò ex ipso Peynado *num.* 9. Hic actus: *homo est equus*, ideò est falsus, quia licèt sint à parte rei homo, & equus, non sunt identificati: ergo ut sit verus, requiritur quòd sint identificati. Nunc sic: Ut actus sit verus, ultra entitatem actûs, solùm requiritur, quòd objectum habeat in se, quod actus affirmat; sed ut hic actus sit verus, juxta Aristotelem, & omnes alios, requiritur, quòd homo & equus sint identificati: ergo actus significat dari in re hominem, & equum identificatos: ergo significat identitatem utriusque. Vigetur, & explicatur argumentum. Veritas hujus actus: *homo est equus*, vel identificatur cum homine, equo, actu, & modo tendendi, vel non? Si Primum: ergo datur hæc veritas, cùm hæc omnia dentur. Si Secundum: ergo veritas est identitas hominis, & equi. Nunc sic: veritas actûs, ultra entitatem actûs, cum nullo identificatur quod non sit objectum ipsius actûs; sed veritas certè est aliquid præter actum, hominem, & equum, nempe identitas utriusque: ergo identitas utriusque distincta ab actu est objectum ipsius actûs. Vigetur denique: Homo & equus ex solo defectu identitatis mutuæ non conformantur actui, vel significationi actûs; eâ positâ, conformarentur: ergo significatio actûs non solùm repræsentat hominem, & equum, sed identitatem mutuam utriusque.

Solvitur. 83 Respondeo, concedo antecedens in sensu sano: nempe ideò actum illum esse falsum, quia Petrus, quem attingit, excludit à suo esse, Lapidem, & identitatem cum Lapide; atque adeò tota ratio falsitatis est natura Petri, & natura Lapidis excludentium se mutuò. Et concedo similiter consequentiam, licèt de conditione impossibili importanti duplex contradictorium, atque adeò quodlibet inferenti. Consequentiam sequentis Syllogismi non satis video: ut enim actus sit verus, requiritur, quòd objectum sit in re, ut est in actu, & per actum; atque adeò quòd in se habeat esse Lapidem v.g. si prædicetur Lapis; at ex his quâ ratione potest inferri, quòd actus habeat pro objecto prædicationis id quod est *Petrum identificari cum Lapide*, vel *hominem identificari cum equo* habet pro objecto, quod prædicat; prædicat naturam Lapidis, & esse Lapidem, quod est ipse Lapis, *quod esse Lapidem* si esset in Petro, Petrus non esset distinctus à Lapide: & Retorqueo manifestè in actu negante *Petrum esse Animal*: negatio, seu distinctio, quæ verificare posset hunc actû, ab actu non attingitur.

84 Ad primam confirmationem: Nego suppositum. Si enim veritas, ut ipse ais, impossibilis est, cum quo potest identificari? Veritas enim sonat quid reale; non minùs ac entitas, cujus est passio. Deinde veritas impossibilis hujus actûs, est objectum ut dicit actus affirmatum existere. Quæ veritas ideò non datur, nec dari potest, quia licèt dentur homo & equus & actus, non datur à parte rei cum denominatione dissonâ, quâ tribuit actus, ut explicabo latiùs *sect. seq. Insuper* est perquam falsum, veritatem nihil esse aliud præter actum, & objectum quod attingitur, ut patet in hoc actu vero de Petro Sedente: Petrus non currit, quem actum non verificat Petrus, & cursus, sed Sessio cursum impediens, nec attacta per actum. *Demum*: sit verum hoc in actibus reipsâ veris, (quod quàm etiam falsum sit, ostensum est *supra à num.* 17 & latiùs *lib.* 4. *à num.* 120.) de actibus vero reipsâ falsis quâ ratione potest esse verum, quod attingatur ab ipsis eorum objectivâ veritas?

Suprà num. 17. & infra lib. 4. à num. 120.

85 Ad confirmationem alteram patet quid respondendûm sit ex instantiâ manifestâ quam feci in actu negativo: cui respondebunt Adversarii, Petrum currentem v.g. non conformari actui, dum sedet Petrus, quia actus tribuit Prædicatum Petro, quod ipse non habet in se; atque adeò quia non significatur Petrus ut est in se, nempe sedens, sed cum prædicato excludente Sessionem, quam in se habet. Sic ipse respondeo hominem Equum, seu hominem non conformari significationi actus, quia non significatur homo per actum ut est in se, nempe repugnans equo, sed cum prædicato excludente naturam hominis, quam habet ipse. Deinde notet Arguens illum defectum identitatis esse ipsum hominem per seipsum exclusivum equi: unde etiam ex ore sit argumentum sit, hominem, quia est homo, non conformari cum actu identificante cum equo naturâ hominis. Quare concesso in hoc sensu antecedente, nego consequentiam. Quæ restant solutionem habebunt *seq. sect.*

SECTIO III.

OBJECTUM RATIONIS, SEU IMPOSSIBILE nihil dicit absolutè distinctum ab ente reali, sed ex extremis reipsâ possibilibus, & cognitione fingente coalescit.

Est illatio ex præcedentibus. 86 Hæc conclusio, quæ præsentis controversiæ continet, & infert resolutionem, necessariò, & immediatè deducitur *ex præcedentibus*: si enim nec in objecto hujus actûs: *Petrum est Lapis*, attingitur, aut imbibitur aliquid quod ens reale non sit: nec actus eget identitate fictâ, ut extrema componat, & dissonè denominet; planè sit objectum talis actûs, quod absolutè venit sub nomine entis rationis, ut subest huic actu, nihil dicere, quod ens reale non sit, & unicè ex extremis divisivè, & reipsâ possibilibus, & ex cognitione fingente, seque per ipsam, identificante, vel distinguente extrema, quæ concipit, coalescere. Addam tamen triplicem probationem à priori, ex quâ tota controversiæ difficultas elucidetur, & fluat decisio legitima controversiæ.

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

Illustratur primò. 87 Prima probatio à priori sit: stat, quòd objectum alicujus actus, prout illi subest, nihil dicat quod ens reale non sit; & quòd denominativè sit impossibile ex tendentiâ dissonâ cognitionis: ergo stat quòd objectum nihil dicat quod ens reale non sit, & quòd, ut concretè coalescit ex actu fingente, & extremis realibus, sit impossibile. Consequentiam negare non possunt Adversarii, requirentes ad denominationem impossibilis æquè ac ad denominationem entis fieri aliquid distinctû ab omni ente reali. Antecedens probatur primò, objectum hujus actûs: *Nec existit Divina nolitio mundi, nec mundus existit*, est æquè impossibile, & repugnans, ut subest huic actui; ac Petrus Lapis, ut subest isti: *Petrus est Lapis*: cùm æquè dissonus, & falsus utrique sit; sed objectum talis actûs nihil dicit distinctum ab omni ente reali: ergo. Probatur minor: quia objectum illius actûs est objectum istius propositionis disjunctivæ: vel existit Divina nolitio, vel mundus existit; cùm contradicat copulativæ; & contradicentes sint ejusdem objecti, totumque discrimen copulativæ, & disjunctivæ propositionis non sit penès objectum, sed penès modum; atqui objectum disjunctivæ, utpote veræ, reale est: ergo & alterius copulativæ. Probatur antecedens secundò, & à priori: quia actus falsus eòipsò quòd tribuat prædicatum repugnans, v.g. Lapidem Petro, Petrum denominat Lapidem; sed hæc denominatio est impossibilis Petro: ergo Petrus ex vi actûs, & tendentiæ dissonæ denominatur impossibilis, & repugnans.

Se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

88 Secunda probatio à priori sit: Ex partibus divisivè, & secundùm se realibus potest esse complexum impossibile: ergo stat veritas assertionis nostræ. Probatur antecedens primò: quia complexum possibile, & reale non solùm requirit partium realitatem, sed compossibilitatem earum partium; sed stat, quòd partes divisivè sint reales, & reipsâ incompossibiles; realitas enim, & compossibilitas entium, separabiles gradus sunt: ergo stat, quòd partes divisivè sint reales, & ex defectu compossibilitatis, complexum non possit existere à parte rei, ut in mente existit: ergo & quòd impossibile sit. Probatur secundò antecedens quoties à conjunctione provenit denominatio repugnans realitati, quantumvis ens alioqui reale sit, denominatur impossibile; sicut, cùm à conjunctione provenit denominatio completi, quantumvis ens alioqui incompletum sit, denominatur completum; & sic de aliis, quæ congerit Linze Noster *lib. 4. Metaph. tract. 1. num. 4.* sed quantumvis Petrus sit realis, sit realis Lapis, & actus; ab actu conjungente provenit denominatio repugnans realitati Petri v.g. esse Lapidem: ergo quantumvis omnes hę partes divisivè sint reales, Petrus complexè manet impossibilis ex vi actûs.

Illustratur secundò.

Richard. Lynze.

89 Confirmatur primò: ab exemplo satis ostendente possibilitatem hujus doctrinæ: nam ex entibus divisivè naturalibus, & naturaliter possibilibus, & existentibus, resultare complexum potest naturaliter impossibile, nec existens naturaliter, ut patet in duabus præsentiis circumscriptivis in eodem loco; in coexistentiâ subjectivâ duarum qualitatum physicè contrariarum; & quidem ob rationem assignatam *nuper*: ergo ex partibus metaphysicè possibilibus fieri potest intentionale complexum impossibile metaphysicè: Neque enim, ut occurram Peynado, & Quirós, requiritur metaphysica compossibilitas, ut intellectus adunet extrema incompossibilia. Confirmatur secundò: coexistentia Lucis, & tenebratum impossibilis est, & nihil dicit, quod divisivè possibile non sit: quod ostendo: tùm quia existente Luce ex solo defectu tenebrarum deficit coexistentia: ergo positis, vel conceptis tenebris, ponitur, seu concipitur poni id ex cujus precisso defectu deficit coexistentia Lucis, & tenebrarum: ergo ponitur coëxistentia. Probatur consequentia: quia nequit non poni res, posito eo, ex cujus præciso defectu res deficit, ut patet ex ipsis terminis: tùm etiam quia coexistentia Lucis, & tenebrarum est duplex contradictorium existens; sed duplex contradictorium existens non distinguitur à Luce, & tenebris.

Occurritur Quirós & Peynado.

Solutio eisdem opposita.

90 Dices: superaddi capacitatem coexistendi; nam ex actu, valet ad posse consequentia: si ergo coexistunt, & possunt: posse autem coexistere, distinguitur à Luce, & à tenebris. Sic conantur effugere Quirós, Peynadus, & Moderni. Sic premo: Duplicis contradictorii coexistentia, in eo est impossibilis; quòd extrema incompossibilia sint; si enim contradictoria non manent, nulla est contradictio: ergo in eo est impossibilis, quòd sit coexistentia extremorum sine capacitate coexistendi: nulla ergo superadditur capacitas coexistendi, quam fingitis. Vrgetur primò: ens capax coexistere cum tenebris, non est Lux: ergo nec est contradictorium tenebrarum. Sed illa coexistentia impossibilis est coexistentia tenebrarum, sunque contradictorii: ergo non est coexistentia tenebrarum, & entis apti cum ipsis coexistere. Vrgetur aliter secundò: ut concipiatur Lux coexistere tenebris, non requiritur compossibilitas physica, sed intentionalis, nempè quòd Lux possit concipi aliter ac est: ergo ut concipiatur quid impossibile, non requiritur concipi quid distinctum à duplici divisivè possibili, sibi mutuò repugnanti. Neque extra existentiam physicam, & verè realem valet axioma ex actu ad posse. Alias instantias facile sibi quivis inveniet, ex insinuatis modò, per quæ satis occurritur iis, quæ congerit speciosè Peynadus à *num.* 43.

Peynadi. Illustratur tertiò à priori.

91 Tertia probatio à priori sit, eaque apud me magni ponderis, & totius doctrinæ basis: sic se habet: omne cognoscibile est ens reale; sed nihil potest cognosci, quod cognoscibile non sit: ergo nihil potest cognosci, quod ens reale non sit: ergo ens rationis, utpote cognoscibile non potest esse quid distinctum ab omni ente divisivè reali, nec illud dicere: ergo stat in complexo realium entium dissonè cognitorum. Triplex hæc consequentia benè sequitur. Minor videtur certa: quia *ex actu* consequentia valet *ad posse*. Major præterquam quòd est illatio eorum, quæ hucusque diximus, est Sancti Thomæ dicentis 3. *part. quæst.* 10. *art.* 3. *in corp.* Ens, & verum convertuntur: & ratio est: quia cognoscibilitas, aut veritas est passio, seu proprietas entis realis; repugnat autem, quòd nisi enti Reali conveniant proprietates entis realis.

Ex Sancto Thomâ.

Solutio ex Peynado repellitur.

92 Dices ex Peynado: verum id esse de cognoscibilitate intrinsecâ consistente in objectivâ capacitate, non autem de cognoscibilitate extrinsecâ consistente in ipso intellectu. Contra: specificativum potentiæ non est ipsa potentia; sed veritas est specificativum intellectûs: ergo distinguitur ab ipso intellectu. Nunc sic: veritas extrinseca est ipse intellectus: ergo veritas extrinseca non est specificativum intellectûs. Sed intellectus ferri non potest ubi repugnat ejus specificativum: ergo ubi repugnat intrinseca veritas. Quæ nisi vera sint, ad quid specificatio potentiarum; cùm solùm possent explicari per ipsas: dicemusque posse intellectum concipere, quæ potest ipse concipere, nihil ultra promovendo notitias quas inquirimus. *Deinde* posset hinc dici, visibilitatem, & audibilitatem extrinsecas, specificare posse potentias visivam, & auditivam; unde facilè turbaretur sphæra, quâ se continent hæ potentiæ. *Demum* vel cognitio repræsentans ens, quod dicitis impossibile, repræsentat aliquid vel non? Si secundum: non est ergo cognitio. Si primum: illud esse quod repræsentatur, si non est ens reale, non est aliquid. *Dicitis*, esse impossibile: ergo duplex contradictorium: Duplex autem contradictorium divisivè possibile est: ea enim est natura contradictorii. *Dicitis* esse identitatem eorundem: sed id ipsum hic rogo.

Alia ex Aliis pelli tur.

93 Dices ex aliis: cognoscibilitatem entis realis esse cum ipso convertibilem; non autem cognoscibilitatem entis impossibilis. Contra: quia præterquàm hæc est quæstio, vel cognoscibilitas hæc est meræ extrinseca consistens in potentiâ cognoscitivâ; vel est intrinseca, nempè capacitas objectiva? Primum, jã exclusimus. Si ergo secundum: contra primò: ergo est capacitas verè realis, cùm sit ad realem cognitionem, & independens ab intellectu, illoque prior. Secundò: quâ ratione potest esse intrinseca conceptui qui repugnat esse, aut habere quicquam? Tertiò: si est ipsum ens impossibile, impossibilis etiam est: ergo sicut ens impossibile ex impossibili essentiâ repugnat existere, ex impossibili veritate, repugnat cognosci. Modò peto disparitatem hujus consequentis tam ab his, quam à Peynado: ens, quod dicitis radicaliter, & obtativè impossibile, neque intrinsecè, neque extrinsecè possibile dici potest: ergo ens quod fatemini radicaliter, seu intrinsecè incognoscibile, neque extrinsecè, neque intrinsecè cognoscibile est. Alia vide apud Thyrsum *tom. 1. disp. illa 9. à num. 20.* acriter inde disputantem.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Peynado.

P. Thyrsus

SECTIO IV.

DEFENSIO DOCTRINÆ PRÆCEDENTIS, & decisio controversiæ.

Objectio prima ex P. Peynad.

94 Objicies primò: Complexum ex entibus realibus, & actu identificante est complexum, cujus singulæ partes sunt reales: ergo non est ens rationis, nec impossibile: vel ens rationis, & impossibile est possibile: quo nihil absurdius dici potest. Probatur autem sequela consequentis. Nequit complexum esse simpliciter impossibile, quin omnes, aut aliqua ejus pars sit distincta ab omni possibili: ergo si omnes, & singulæ partes sunt reales, complexum nequit esse impossibile. Probatur antecedens, quia complexum non distinguitur à suis partibus: si ergo possibiles istæ sunt, & impossibilis nulla, ipsum debet esse possibile. Confirmatur primò: Complexum ex parte possibili, & ex parte impossibili, impossibile est, nec potest esse possibile: ergo complexum ex singulis partibus possibilibus, possibile est, nec potest esse impossibile. Confirmatur secundò: quia licèt aliqua prædicata sint, quæ convenire compositio possint, & partibus singulatim acceptis repugnent v. g. *Completum, compositum, totum*: alia sunt quæ aliter convenire non possint tori, ac partibus: v. g. *possibile, existens, productum, &c.* Sic autem esse prædicatum, *impossibile*, patet. Tertiò: si omnes, & singulæ partes complexi existant; non potest verificari, quòd complexum non existat: ergo si omnes, & singulæ partes sint possibiles, non potest verificari de complexo, quòd non sit possibile. Vide Peynadum hæc urgentem *sect. 4. num. 40.*

Res-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Solvitur primò:

95 Respondeo primò: distinguo consequens: non est ens rationis substantivè sumptum, concedo, adjectivè sumptum, nego. *Substantivè* sumis, cùm in Recto sumis extrema, & actum: hoc autem complexum non denominatur *impossibile*, atque adeò nec ens rationis denominativè: neque enim totum complexum est quod se habet aliter in actu, & per actum ac est in se. Sumis *adjectivè*, cùm extrema sumis in recto, & actum dissonè denominantem in obliquo; & hoc Rectum dicitur ens rationis, & impossibile prout subest fingenti cognitioni. Ad probationem, in hoc sensu nego majorem; licèt enim partes singulatim acceptæ sint reales, si tamen conjunctio dissona sit ex prædicato repugnante quod tribuit; eòipsò complexum *adjectivè* sumptum fit extrinsecè repugnans, & inexistibile, quale per actum ponitur; quia provenit ex tali conjúctione denominatio repugnans realitati extremorum secundùm se: unde licèt complexum non distinguatur à partibus; cùm tamen illæ sibi mutuò repugnent, & incompossibiles sint, se medio actu dissonè identificante, dissonè denominant, & repugnanter. Cujus rationem à priori multiplicem dedimus; præsertim

Suprà à num. 87. à *num.* 87. quæ omnia diligenter exhibenda sunt in exemplum Doctrinæ nostræ.

96 Ad primam confirmationem est disparitas, quia sicut pars possibilis, & impossibilis sibi mutuò repugnant; sic se mutuò possunt excludere partes alioqui reales; unde conjunctio potest, ut in casu antecedentis, etiam in casu consequentis fundare denominationem oppositam realitati partium secundùm se: sic totum ex parte naturali, & non naturali non est naturale: & totum ex duplici parte alioqui naturali potest etiam non esse naturale, ob rationem eandem. Ad secundam dicatur: estò verum id sit de complexo substantivè sumpto; at de complexo adjectivè sumpto, nullam dari diversitatem, quoties ex conjunctione provenit denominatio opposita prædicato convenienti divisivè partibus: de quo sit quæstio. Ad tertiam, omitto, quòd verum sit antecedens de complexo *substantivè* sumpto; de *adjectivè* sumpto est ipsa difficultas; & nego: quia concretum *adjectivè* sumptum potest subire denominationem oppositam existentiæ; atque adeò licèt omnes partes, ex quibus oritur illud complexum, existant, & reales sint; denominatio potest esse repugnans realitati, & existentiæ partium secundùm se: atque adeò objectum cum denominatione, quam tribuit conjunctio adveniens, potest esse impossibile, non quidem impossibilitate entitatis, sed impossibilitate denominativâ, & extrinsecâ, seu impossibilitate veritatis.

Solvitur secundò:

97 Respondeo secundò Ad argumentum, & confirmationes, Possibilitatem conjuncti, sed complexi *per modum unius*, non solùm petere, quòd partes sint reales, sed quòd inter se compossibiles sint. Unde non ex realitate partium quas conjungit intellectus, aut conjungi fingit, complexum resultans, debet esse possibile, nisi cum illâ realitate partes etiam compossibiles sint, & capaces denominationum, quæ proveniunt à conjunctione, ut patet ex exemplis *suprà* positis, & expositis: *Suprà à num. 88.* cùm vero conjunctio intentionalis, licèt alioqui partes sint reales, non exigat cōpossibilitatem earum: inde fit quòd complexum inde resultans sit impossibile, quia repugnat esse, quale componitur ab intellectu per actum. Nec ita respondens timere potest instantias confirmationum.

Objectio secunda. Solvitur.

98 Objicies secundò: Aggregatum ex Deo, Lapide, & actu v. g. existit à parte rei: ergo & Impossibile. Distinguo antecedens: *Substantivè* acceptum, ut ternarium entium, concedo antecedens; *adjectivè*, & prout aggregatur, & est in actu, nego antecedens; in actu enim, & formaliter ex ipsius tendentiâ dissonâ Deus existit cum denominatione Lapidis, quâ cum nequit existere à parte rei. Et nego consequentiam: quia Impossibile, solùm est aggregatum *adjectivè* sumptum cum denominatione dissonâ, & repugnante rebus, quibus attribuit perfectionem: denominatio enim objecti Impossibilis cadit in id ipsum, *supra* quod cadit denominatio *ficti*: licèt ergo sit Deus, à parte rei; sit itidem Lapis; at non est Deus à parte rei Lapis, ut asseritur per actum identificantem, & aggregantem. Contra Solutionem, *Suprà à num. 76.* præter soluta *suprà*

Instantia Primæ:

99 Instabis primò: Vel hæc duo objecta, *Deus Lapis*, ut asseruntur, & sunt in actu, dicunt aliquid præter seipsa, & actū, vel non? Si primum: hoc aliquid nequit esse, nisi simplex conceptus identitatis fictę distinctus ab omni ente reali; alioqui redibit

eadem difficultas. Si secundum: ergo Deus ut assertus idem cum Lapide existit à parte rei: quia id nihil penitus addit nisi rem existentem: nempe actum: ergo & existit ens rationis. Respondeo nihil aliud dicere præter actum dissonè tribuentem denominationem repugnantem Lapidis: ad instantiam nego antecedens, & probationem: Deus enim ut assertus idem cum Lapide præter seipsum, & assertionem, dicit denominationem Lapidis communicatam ab actu, quacum impossibile est quòd existat Deus à parte rei, & extra intellectum: est ergo in intellectu modo sibi repugnanti existendi à parte rei; hoc autem est, Deum non existere, sicut asseritur. Vbi adverte particulam illam *ut* non hic sumi *reduplicativè ut eumque*; sed *comparativè*, reddendo hunc sensum; *Deus existit à parte rei sicut asseritur*; scilicet cum prædicato, cum quo ab intellectu per actum ideificatur, quod est falsissimum. Est enim à parte rei non Lapis; unde cùm intellectus ipsi per distortam, & dissonam cognitionem applicet Lapidem, denominat Lapidem, atque adeò non Deum, & impossibilem. Neque aliud venit sub hoc nomine entis impossibilis.

Altera:

100 Instabis secundò: ergo ens Impossibile non distinguitur ab ente possibili, & reali: ergo est possibile, & reale: quid autem his absurdius inferri potest? Nego consequentiam utramque: nam licèt ens impossibile surgat & formetur ex possibilibus combinatis eo modo, qui repugnat eorum realitati, eòipsò distinguitur

Solvitur. ab ente possibili: quia ens possibile, *divisivè* sumitur à denominatione sibi repugnante, quam involvit ens impossibile, atque adeò ens impossibile dicit aliquid quod distinguitur à quovis ente possibili, *divisivè* accepto. Non perinde intelligas in denominatione entis impossibilis aliquid venire non reale, sed omnia esse realia, secùs tamen ac realiter sunt: unde sicut denominativè, quoad modum, & extrinsecè ens reale fit impossibile, eodem modo fit distinctum extrinsecè, & denominativè à seipso, atque adeò ab ente reali. Sic Deus cùm fiat ab intellectu Lapis, fit extrinsecè distinctus à Deo ipso, qui concipitur esse Lapis: & Lapis cùm fit ab intellectu Deus, fit extrinsecè distinctus à Lapide, atque adeò ab omni possibili eo modo, quo possibile dicitur, & absolutè venit sub hoc nomine *Entis possibilis*; sic enim venit, ut est, vel ut esse potest in se. Quæ diligenter observanda, & explicanda nonnullis exemplis, quæ inter probationes apposui, *à num.* 87.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Suprà à num 87.

Objectio tertia solemnis.

101 Objicies tertiò: si ob aliquam rationem Impossibile sic esset explicandum, maximè quia concipi non potest objectum distinctum ab omni ente reali: sed eòipsò, quòd negem dari posse, affirmo: ergo eoipso, quòd probo meam conclusionem, destruo. Probatur minor: Vel hæc propositio: *Ens distinctum adæquatè ab omni possibili cognosci potest*, est vera; vel hæc altera: *Ens distinctum adæquatè ab omni possibili, cognosci non potest*. Vtram eligimus? Si primam: Admittimus, quod negavimus Si alteram: eo ipso negamus quod adversarii affirmant: ergo eoipso cognoscimus quod negamus; neque enim affirmari, vel negari potest, quod non cognoscitur: sed subjectum affirmationis est ens distinctum ab omni possibili: hoc ergo ipsum negando concipimus: ergo eòipsò, quòd negamus, admittimus. Explicatur & urgetur: Vel per ly *ens distinctum adæquatè ab omni possibili*, concipimus ens, quod adversarii dicunt posse cognosci; vel præcisè concipimus unum, aut plura entia realia dissonè concepta per judicium falsum? Si primum: quare negamus posse concipi, si concipimus: Si secundum: quare negamus concipi, si entia realia sunt: non ergo possumus evadere, quin admittamus objectum distinctum ab omni possibili.

Fallit.

102 Hoc argumentum judicari solet indissolubile Ostendo fallaciam sic retorquens. Primò: ens distinctum adæquatè ab omni possibili, & impossibili cognosci potest, nec ne? Si primum: ergo datur conceptus nec possibilis, nec impossibilis, quod negatis. Si secundum: ergo cognoscitis, cùm negatis. Secundò: ens distinctum ab omni realiter cognoscibili, cognosci potest, nec ne? quidquid dixeris, fiet instantia, quam premebam. Tertiò: Objectum inintelligibile implicat, nec ne? eadem enim est vis ad ea quæ respondeteris. Vt ergo fallaces sunt istæ redarguliones, & ob earum molestiā non deseritur veritas: nec deserenda à nobis est ob argumenti speciem necessariò peccātis in aliquo. Exinde argumētis hujusmodi, licèt nulla mihi esset solutio, nunquā premerer, cùm solvēda sint ab omnibus in pari casu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Solvitur primò: explicatione Mentis nostræ.

103 Respondeo tamen facilè primò: me satis scire quid affirmem pro Sententia meâ, & quid negem in oppositâ, quicquid sit de vocibus, quibus plerumque placet obnubilare lucem internam mentis. Mea opinio est: omne cognoscibile est ens reale: cognoscibilitas est proprietas entis realis: omne objectum, eòipsò quòd cognoscibile sit, est ens reale: Ens reale falsò cognosci potest, atque adeò cum denominatione sibi repugnante: cognoscibilitas non distinguitur ab ente reali: falsò asseritur omne cognoscibile non esse ens reale. Hucusque non attigi nisi ens reale; affirmavique quod teneo; & negavi sententiam arguentium. Hi enim falsò concipiunt sic: *aliquod cognoscibile non est ens reale*, nihil hucusque non reale attingunt: de hoc impossibili v. g. affirmant esse distinctum ab omni ente reali, etiam *divisivè* accepto, & faciunt *aliud ens rationis*; attribuendo cognoscibilitati sic dissonè conceptæ distinctionem realem à se, & ab aliis entibus possibilibus: Satis ergo noscimus ipsi quod negamus attingendo semper ens reale. Sed ad *formam*, seu *speciem* argumenti

Solvitur secundò: & nota bene.

104 Respondeo secundò: distinguo majorem: quia concipi non potest objectum, de quo verè neges identitatem cum ente reali, concedo: quia concipi non potest objectum, de quo falsò neges talem identitatem, nego majorem: id est, quia omne cognoscibile, reale est; & pariter est objectum *impossibile*, cognitio *non cognoscens objectum reale*. Et nego minorem. Ad probationem dico, primam propositionem esse veram; cujus quidem veritas non probat falsitatem hujus sententiæ nostræ: *Omne cognoscibile est ens reale*; sed solum cognoscibile posse intentionaliter, & denominativè separari à realitate per actum sic negativum: *aliquod cognoscibile non est ens reale*; quem actum, verum Adversarii putant, quod nos negamus, cùm *cognoscibilitatem* aliter attingat, aceat in se: Cognoscibilitas ergo concepta prout subest huic actui negativo adversariorum falso, est objectum denominativè distinctum ab omni ente reali; quod verum est, non autem reipsâ, ut adversarii putant: De hoc ergo dicimus cognosci posse, quod quia putatur objectum reipsâ se habens, ut actus, cui subest, asserit, vel ut apprehenditur; defenditur attingi per actum a quod objectum cui verè possit attribui distinctio realis ab omni realitate; cùm solùm sit complexum entium realium falsò cognitorum, & aliter ac in se sunt. Ex quo patet ad confirmationem. Difficultas est tota in his Contradictoriis: *Omne cognoscibile est ens reale: aliquod cognoscibile non est ens reale.* Nos eligimus primam, ut veram; noscimus alteram, ut omninò falsam; utraque terminatur ad realitatem. Satis ergo scimus quid adversarii dicant, & quid dicendum sit, attingendo semper ens reale.

Quò reducitur tota difficultas.

Controversiæ decisio.

105 Ex hucusque dictis descendit facilis resolutio, Quæstionis Titularis, hùc pertinentis: nempe: an intra objecta Scientiæ Naturalis, sit aliquod, distinctum ab omni Possibili? Seu per quam Scientiam cognoscat Deus Impossibilia? Dicendum enim primò est: Non dari intra objecta Scientiæ Naturalis, nisi objecta Possibilia. Quia omne cognoscibile necessariò est aliquid reale secundùm se: ut nuper explicuimus. Dicendum secundò: Impossibilia non cognosci à Deo per illum modum complexum cognoscendi nostrum, quando dicimur cognoscere Impossibilia. Ratio est, quia sic cognoscere, est imperfectio cognoscendi; quæ procul est à Deo. Dicendum est tertiò: Deum cognoscere omnia ut in se sunt quidditativè, & comprehensivè; atque adeò limitationem mentis creatæ potentis objecta cognoscere aliter ac sunt, & obnoxietatem ad actus fingentes, & falsos: quam quidem veritatem Scientiâ Naturali cognoscit ex comprehensione rerũ, ut in se sunt. Nec aliter cognoscere dicendus est Deus impossibilia. Satis noscit figmenta nostra, sed ex intuitu rerum, ut in se sunt, videt esse figmenta: ut diximus *lib. 1. à num. 234.* *Suprà à num. 234.*

DIS-

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

DISPVTATIO X.

SCIENTIÆ NATVRALIS DEI Prærogativa.

106 DVÆ potissimùm sunt: Indefectibilitas: & Necessitas præcedendi ad omnem Operationem Dei, tam *ad Intra*, quàm *ad Extra*. Prima est certò privativa in Scientiâ Naturali: nam Reliquæ duæ, Visionis, & Media, saltem in denominando, sunt contingentes. Secunda, non est ita certa, universaliter loquendo: nam quoad operationes *ad Extra*, etiam in Scientiâ Mediâ datur apud me necessitas præcedendi, ut latè dicetur *lib. 6. à num. 199. & à num. 265.* & quoad Processiones *ad Intra*, est apud Theologos in magnâ lite, disputando de Trinitate, an etiam ex parte principii *Quod* præsupponi possit, aut debeat Scientia contingens? aut tota etiam Scientia Naturalis secundùm amplitudinem suam? dum quærunt: ex quâ cognitione procedat Divinum Verbum? Video non posse hæc discuti, sine transcensu ad hanc quæstionem celebrem de *Trinitate*: sed etiam video, necessarium esse, si illustranda sit Prærogativa potior Divinæ Scientiæ Naturalis: ejusque formari Conceptus, qualis debet.

Scopus Disputationis

Infrà lib. 6. à num. 199. & à num. 285.

Ex Tract. de Trinit.

SECTIO I.

QVANTA SIT EIVS INDEfectibilitas?

Conclusio.

107 CONclusio sit: Est Summa, tàm in Essendo, quàm in Denominando: & est evidens: tum ex Divinæ Intellectûs necessitate, ad cognoscendum omne Verum: tùm ex immobilitate objecti quoad esse Verum: Vtraque enim est summa: Intellectûs Divini necessitas, utpote Perfectio indispensabilis: Objecti Immobilitas in esse Veri; tùm quia Veritas omnium, quæ cadunt in Scientiam Naturalem est ipse Deus, ut *supra* dictum: tùm quia etiamsi ea veritas, à Divinis Prædicatis distincta foret, (ut Modernis placet) nequit non esse indefectibilis. Iam sic: Scientia vel inessendo, vel in Denominãdo, solũ potest esse defectibilis, vel ex Objecti contingentia in esse veri; vel ex indeterminatione Intellectûs ad cognoscendum Verum. Sed objecti contingentia in esse veri nulla est, & Intellectûs nulla indeterminatio quoad Scientiam istam Naturalem: ergo Scientia Naturalis Dei tam in Essendo, quàm in Denominando, est summè indefectibilis. Sed

Suprà à num. 5.

108 Fecce dubium: an hæc Indefectibilitas Scientiæ Divinæ Naturalis, sit ex absolutâ exigentiâ Intellectûs Divini, an solùm ex objecti immobilitate? ita ut inspecta Natura Intellectûs Divini non exigat ex se habere Scientiam hanc simplicis Intelligentiæ, quam modò reipsâ habet: sed ex suppositione Possibilium, quę modò reipsâ verificantur talia: à quâ suppositione exigitivè, & constitutivè præscindit? Inter Inconnexores Omnipotentiæ cum Patre Vazquez, & inter ipsius connexores cum Patre Suarez, est magna diversitas. Nam isti absolutam exigentiam, & indefectibilitatem propugnant: Non ita Inconnexores.

Dubium.

Inter Vazquez, & Suarez.

109 Nec inter ipsos est unus sensus. Nam Eorum aliqui cum Patre Albertino *in Prædicam.* ad Aliquid *Coroll. 14. nu. 8.* ajunt Denominationẽ cognoscentis Possibilia constitui per Possibilitatem ipsorum, à Deo distinctam, & ex entitativâ Cognitione Dei, quâ se cognoscit, ita se habente secundùm se, & quoad entitatem, ut non exigat extrinsecum Possibilitas-

Albertinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scient. Hizquierdus.

tis, ex quo redditur cognitio absoluta Possibilium. Vnde indefectibilitas Scientiæ ex immobilitate Possibilitatis formaliter provenit. Alii verò cum Patre Hizquierdo *de Deo disp. 4. à num. 38.* ajunt eam denominationem venire formaliter à Virtualitate, superadditâ Essentiæ Dei, & Divinæ cognitioni sui, virtualiter ab ipsis distinctâ, & defuturâ Deo quoad denominationem saltem, casu quo Possibilia redderentur impossibilia: quam hypothesim sicut Dei entitas inexigit, & non curat: neque exigit ex sui entitate habere talem terminationem intrinsecam ad Possibilia. Addunt Moderni aliqui, facilè singula componentes (id quod satis innuit Hizquierdus ipse) in eo casu, mansuras quidem eas intrinsecas Terminationes circa modò Possibilia sine exercitio denominandi: & modo dari in Deo infinitas terminationes sine exercitio denominandi, quæ casu dato, quò Possibilia redderentur Impossibilia, denominarent.

Mens Nostra.

110 Censeo primò: Scientia simplicis Intelligentiæ, in ordine ad possibilia constitui nequit, quoad denominationem per Possibilitates rerum à Deo distinctas. Est mihi evidens. Primò ex anticipatis *lib. 1. à num. 74.* de constitutione Actuum Divinorũ contingentium. Secundò: ex vitalitate Denominationis: quis autem vivat per aliquid simpliciter extrinsecum ipsi? Tertiò: quia Rerum possibilitates, (si ab Omnipotentiâ præscindas) non sunt aliquid, nisi dum existunt: quomodo ergo constituere possint aliquid simpliciter æternum? Et ratio est: quia conceptus *æterni* est conceptus Existentis, & quidem existentis necessariò, & semper: quomodo ergo conceptus existentis necessariò & semper constitui potest in esse talis per conceptum simpliciter non existentem? Vide *loc. cit.*

111 Censeo secundò: Neque constitui potest, ut vult Hizquierdus, per terminationem intrinsecam resultantem Deo ex ipsâ possibilitate rerum, se habente per accidens ad entitatem entis summi. Primò: Quia per se repugnat, ex nihilo resultare, quod æternum est. Secundò: quia non sunt miscendæ difficultates: & ex contingentium paritate, non est sumendum argumentum ad necessarias Terminationes. Tertiò: quia discursus nititur falso fundamento Inconnexionis. Quartò: quia si veritas Possibilium ex se necessariò est immobilis, denominatio scientis in Deo immobilis necessariò est ex se: quomodo ergo concipi potest, quòd Deus ex se, & ex sui entitate non exigat habere, quod ex se immobiliter existit in ipso Deo? aut quomodo, si necessitatur ex se Deus habere cognitionem omnis veri, non necessitatur habere cognitionem, quæ est ex se necessario cognitio veri: Certè loquuntur isti Moderni mirabilia.

112 Censeo tertiò: Scientia Dei circa Possibilia nequit esse Virtualitas distincta à Scientiâ, quâ se cognoscit Deus: & ex se, quantùm est ex parte Dei, defectibilis: imò repugnant in Deo Virtuales illæ terminationes, non denominantes, & denominaturæ, pro casu, quo Impossibilia donarentur possibilitate, aut econtrà. Tres sunt partes. Prima probatur. Primò ex defectu fundamenti ad distinctionem Virtualem. Secundò: quia posse deficere, pro casu simpliciter impossibili, est absolutè non posse deficere: & alioquin talis suppositio deficientiæ non repugnat ulli enti necessario: quia solùm est, non ipsi repugnare sic vel aliter concipi à finito intellectu: quod igitur fundamentum est ad distingendum? Secunda pars patet ex *num. præced.* & inculcabitur *à num. seq.* Tertia probatur: primò: quia repugnat exercitium necessariò otiosum, & simpliciter impossibile. Quid autem magis otiosum & impossibile, quàm quod, nisi facto, quod impossibile supponitur, contingere non potest? Secundò: quia per se repugnat, dari omnia constitutiva pro constituto, quod implicat dari. Tertiò: quod nulli fini per se utile est, per se otiosum est; atqui tales terminationes nulli fini per se sunt utiles: quia finis ille hypotheticus nullus est: ergo per se otiosæ sunt. Ad quid ergo in Deo prædicata per se otiosa? Quartò: Affectus circa res, alioquin impossibiles, & impracticabiles, dicuntur in nobis, & sunt quisquiliæ limitationis nostræ. Quid ergo censendum de terminationibus, quas in Deo ponas, pro casu simpliciter repugnante? Invitus immoror in hisce dicturibus.

113 Censeo quartò: Indefectibilitas scientiæ circa Possibilia est ex necessitate Divinæ mentis, & ex ipsâ Perfectione Dei, quoad entitatem sumptâ. Probatur primò: ex principiis suprà jactis *de Possibilitate, & Impossibilitate à num. 9.* & de Connexionis conceptu legitimo *à num.* 19.

19. Secundò: Divina mens ex se, & quoad entitatem sumpta est summa necessitas habendi cognitionem omnis veri: ergo est summa, & absoluta necessitas habendi cognitionem Possibilium, quæ modò talia sunt. Probatur consequentia primò: quia conditio impossibilis est quasi non esset: ergo quod exigitur, casu quo non ponatur conditio impossibilis, exigitur absolutè. Secundò: vel Deus ex se necessitatur scire qualitatem istius conditionis, & exigentiam suam, vel non? Primum dici non potest: ergo necessitatur scire conditionem de defectu veritatis quoad modò possibilia esse simpliciter chymericam, & nullam: & exigentiam suam frustrari non posse ex accessu ullius conditionis: ergo ex se necessitatur habere cognitionem reipsâ connexam cum veritate possibilium. Vide quæ *suprà* diximus; & addentur *mox* alia *à num. 127. & 129.* licèt videam esse idem, ac Soli velle superaddere lumina.

Suprà nu. 23. & infrà à num. 127. & à nu. 129.

114 Censeo ex his quintò: & colligo, indefectibilitatem Divinæ Scientiæ Naturalis, esse prorsus simpliciter summam, non solùm ex objecti immobilitate, sed etiam ex necessitate Divini Intellectus inspecti secundùm se, & quoad entitatem. Patet: quia hæc scientia, tam in essendo, quàm in denominando, fundatur, ut diximus, potiùs in ipso Deo, quàm in objecti immobilitate: imò ipsa est, ex quâ tota objecti immobilitas nascitur: ergo est simpliciter summè indefectibilis.

SECTIO II.

AN PRÆCESSIO AD OPERATIONEM ad intra, sit ita propria Scientiæ Naturalis, ut alterius scientiæ non sit? & quomodo?

§ 1.

QVÆSTIO, ET OPINANDI MODI.

115 PRæcessio Divinæ Scientiæ Naturalis ad omnem operationem ad extra, certa est apud omnes: Ipsa enim est, ex directione Decretorum, indispensabilis causa rerum: & quidem secundùm totam amplitudinem suam, ut dicetur *tractatu 3. lib. 6. à num. 211.* Singularitas tamen præcedendi, certa non est: nam apud Thomistas Scientia Visionis est causa rerum: quos impugnabimus *loco citato*: & apud me cum sententiâ communi Scholæ nostræ, Scientia Media habet parem præcedendi necessitatem ad omnem operationem cum pari amplitudine, ut latè dicetur *lib. ipso 6. à num. 285.*

Lib. 6. à num. 211.

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

Ann. 285.

116 Quæstio igitur esse solùm potest de Præcessione ad operationem ad *intra*, præsertim ad Productionem Divini Verbi: an nempè ista Præcessio vicè competat Scientiæ Divinæ Naturali? An ipsi competat, secundùm totam amplitudinem suam? an competere possit, aut debeat scientiæ contingenti, seu Mediæ, seu Visionis? Nam si his competat, non est prærogativa singularis Scientiæ Naturalis, ut monui. Rem discutiunt Theologi *in tract. de Trinitate*, dum quærunt: *Ex qua, & cujus objecti cognitione Divinâ*, se habente videlicet ex parte principii *quod*, procedat secunda Persona, id est Verbum? Ego autem ad pleniorem scientiæ Naturalis considerationem conducere maximè judico resolutionem istius cõtroversiæ. In quâ

117 Prima Sententia censet Præcessionem istam non esse prærogativam specialem Scientiæ Naturalis; & generali discursu defendit procedere Divinum Verbum ex omnis objecti Notitiâ, tam Absoluti, quàm Relativi; tam Necessarii, quàm Contingentis: itaque nullam, & nullius objecti Notitiam excipit à Principio Verbi. Ita Pater Valentia Pater Ruiz, Pater Zuñiga, Pater Arriaga, Pater Quirõs, Marchio Sforcia, posteà Noster, & denuò Cardinalis, Pater Sherlogus, & Pater Herrera, quos sequuntur Ingeniosi Magistri.

Sententia prima

Valentia. Ruiz. Zuñiga. Arriaga. Quirõs. Sforcia. Sherlog. Herrera.

118 Secunda negat etiam Prærogativam istam esse specialem Scientiæ Naturalis: quia, licèt nolit eam communem facere scientiæ liberæ, communem facit Scientiæ Mediæ, reipsâ contingenti: asserens Verbum, ex Scientiâ Naturali, & Mediâ, exæquo procedere: ita singulariter Pater Molina, & Pater Aldrete.

Secunda

Molina, & Aldret

119 Tertia Sententia, docet hanc esse specialem Prærogativam Scientiæ Naturalis, & ex eâ procedere Verbum, & non ex ullâ contingenti. Ita communiter Thomistæ, & Nostri, sequuti Sanctum Thomam, & Doctorem Eximium. Non est tamen uniformitas sensûs. Nam *sunt* qui sen-

Tertia

S. Thoma, & Suarez

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

sentiant id competere solùm cognitioni Comprehensivæ Essentiæ Divinæ, non verò cognitioni Divinæ Relationum. Ita Schotistæ. *Sunt*, qui sentiant id unicè competere, cognitioni Essentiæ, & Primæ Personæ. Ita Puteanus, & Acharius. *Sunt* qui sentiant, id unicè competere Divinæ cognitioni Essentiæ, ac Patris, & Filii præcisè. Ita Vazquez, & Gamachæus. *Sunt* qui sentiant, id præcisè competere Cognitioni Divinæ, quâ Deus se, & omnia quæ necessariò sunt in se, comprehendit; non verò cognitioni Divinæ Possibilium, saltem in se ipsis: ita præsertim inconnexores Omnipotentiæ: & qui negant in Deo, Possibilium in se ipsis cognitionem: quibuscum it Reverendissimus Noster Thyrsus *de Trinitate tom. 2. disp. 6. & 7. Sunt* denique, qui sentiunt id singulariter competere Scientiæ Naturali, secundùm totam amplitudinem suam. Est inter connexores communis.

Puteanus. Acharius.

Vazquez. Gamachæ.

Inconnexores.

R. adm. P. N. Thyrsus

§. II.

PRIOR PARS SENTENTIÆ VERÆ.

Conclusio prima.

120 DVabus *Conclusionibus* claditur *Prima* est: Naturalis Intuitiva Divina Cognitio omnium, quæ necessariò formaliter sunt in Deo, nempè Essentiæ, Attributorum, & Trium Personarum, per se præcedit ad productionem Verbi. Ostenditur sic: Divinum Verbum per se procedit ut infinitè perfectum in ratione Verbi: ergo per se procedit ex infinitâ cognitione loquentis. Sed loquentis, qui Pater est, infinita cognitio, necessariò est intuitiva comprehensio omnium, quæ necessariò formaliter sunt in Deo, nempè Essentiæ, Attributorum, & Personarum: ergo Verbum Divinum ex horum omnium intuitivâ cognitione procedit per se: ergo talis intuitiva cognitio per se præcedit ad Productionem Verbi. Ad hunc discursum redduntur omnes, qui fieri solent ab Authoribus in præsenti. Antecedens autem primum patet ex ipsis terminis. Nam Divinum Verbum in linea Verbi dicere debet omnem possibilem perfectionem. Tùm etiam: quia Verbum debet commensurari cum Mente loquentis; at loquentis mens est infinitè perfecta. Vnde patet etiam prima consequentia. Nam Verbum infinitum esse non potest, si ex infinitâ cognitione non fit: est enim locutio expressiva cognoscentis.

Probatur

121 Minor adjuncta est evidens primò: Nam omnis cognitio, infra comprehensionem, nequit esse infinita cognitio: sed cognitio, quæ sit comprehensiva Patris, necessariò est intuitiva cognitio Essentiæ, Attributorum, & Personarum: quod ostenditur. Nam cognitio, quæ sit comprehensiva Patris, necessariò est comprehensio Divinæ Essentiæ, & Paternæ Fœcunditatis: at comprehensio Divinæ Essentiæ, & Paternæ Fœcunditatis, nequit non esse infinita intuitio Attributorum, & Personarum: Nam Essentia seipsâ est non solùm exigentia, sed & identitas cum tribus: Fœcunditas non est solùm est ordo virturis, sed productionis Filii, & Spiritûs Sancti: quomodo ergo identitas cum tribus Personis, his incomprehensis, comprehenditur: & comprehenditur productio termini, alias incomprehensi?

122 Secundò: quia loquentis Cognitio debet esse digna loquente: at cognitio, infra infinitam, & comprehensivâ sui, non est digna Patre Divino: ergo cognitio Patris, ut loquentis, debet esse infinita comprehensio sui. Sed comprehensio Patris, utpotè plenè cognoscens, quidquid est in Patre Divino, nempe Divinitatem identificatam cum tribus, & virtutem, quæ est activa idêntificatio ipsius Divinitatis, cum Filio, & cum Spiritu Sancto, non potest nõ esse omnium intuitio. Tertiò: Nam Pater ut Pater comprehendit Divinitatem, & totam Trinitatem; sed loquitur ut Pater: ergo Patris, ut loquentis, est comprehensio Divinitatis, & totius Trinitatis.

123 Inde sic concluditur. Verbum per se procedit ex cognitione, quæ se habet ex parte loquentis, ut loquens est; sed cognitio Patris, ut loquitur ad *intra*, est comprehensio omnium, quæ necessariò sunt in Deo; ergo Verbum Divinum per se procedit ex comprehensione omnium, quæ necessariò, sunt in Deo. Iste Syllogismus est omnium Patrum, quos citat Ruiz *disp. 61. sect. 2.* Audi verba Fulgentii *lib. 3. ad Monimum cap. 7. Nec minus aliquid habet Verbum, quod ex mente nascitur, quàm est mens, de quâ nascitur: quia, quanta est mens, quæ generat Verbum, tantum est ipsum Verbum.* Quare Verbum in esse Verbi, & locutionis, debet adæquari Notitiæ loquentis, ut loquens est: producitur

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

tur enim ex intentione manifestandi Notitiam mentis: ergo ex Notitia, quæ supponitur in loquente, ut loquens est, procedit Verbum ita per se, ut si non adæquaret Notitiam, esset diminutum, & imperfectum. Et hæc erat major Syllogismi. Minor autem, præterquam probata jam est, illustratur denuò: quia cognitio Patris est comprehensio sui, atque adeò eorum, quæ sunt in ipso; at in Patre est formaliter Natura, & per circuminsessionem est tota Trinitas: ergo cognitio Patris, ut loquitur ad *intra*, est omnium, quæ necessariò sunt in Deo, comprehensio.

Conclusio secunda.

124 Secunda Conclusio: Divina Naturalis Scientia Possibilium omnium, & omnium impossibilium æquè per se præcedit ad Verbi Divini productionem, sive datâ, sive negatâ connexione Omnipotentiæ cum Possibilibus. Concernit hæc veritas cum principiis suprà stabilitis *à nu. 5. 9. & 23.* Et ostenditur primò ex initi dictis: Deus est unica æterna veritas, & Primaria omnium Possibilium Possibilitas; & impossibilitas omnium impossibilium: ergo Divina comprehensio, quâ Deus se plenè necessariò cognoscit, nequit non esse cognitio omnium Possibilium, & impossibilium omnium. Atqui Divina comprehensio per se præcedit ad productionem Verbi: ergo & æquè per se præcedit Divina scientia Naturalis Possibilium, & impossibilium.

Ex suprà à nu. 5. 9. & 23.

Diserimen cognitionis, & amoris quoad cõnexionem.

125 Dices: ergo etiam per se præcedet ad productionem Spiritûs Sancti, amor omnium Possibilium. Non valet ista consequentia. Primò: quia fortè Divinus amor Possibilium est amor liber. Non enim ex connexione cum termino, sicut necessariò sequitur cognitio termini, sequi debet termini amor: & ratio est: Nam connexio est duorum simultas, & identitas in esse *Veri*: non verò in *esse Boni*. De ratione enim summi boni est posse permittere malum: Vnde connexio summi Boni cum possibili Malo; quò magis facit cognoscere Malum possibile in connexione; eò magis ostendit rationem aversionis, & abominabilitatis in ipso termino connexionis. Secundò: quia sunt multa possibilia, à Deo inamabilia: non ergo est in Deo omnium Possibilium amor, sicut cognitio est omnium Possibilium. Nam Cognitio omnium, etiam inamabilium, est perfectio: non autem Amor.

126 Secundò specialiter ostenditur, datâ connexione: Nam connexio est connexorum simultas, & identitas in esse veri, ut *nuper* ajebam: Terminus enim connexionis, ab ipsâ connexione redditur cognoscibilis, & verus; ita ut connexio sit necessaria identitas in cognosci: ergo nequit cognosci Divina Perfectio comprehensivè, datâ connexione, nisi per cognitionem comprehensivam Possibilium, & impossibilium.

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

127 Ostenditur tertiò specialiter, etiã negatâ connexione. Tùm quia si Deus non connectitur cum creaturis possibilibus, id verum est; atque adeò cognoscit Deus ratione suæ perfectionis se non connecti cum possibilibus: ergo cognoscit necessariò possibilia, se plenè cognoscens. Tùm etiam: quia Dei se cognoscentis est discernere distinctionem sui à omni Possibili, superioritatem, excessum, & independentiam: ergo Dei se cognoscentis est cognoscere omnia possibilia. Tùm demùm: quia licèt no connectatur Omnipotentia, Veritas hæc, an sit absolutè, & quoad denominationem etiam potens, est Veritas ad cognitionem Omnipotentiæ pertinens: ergo & cognitio Possibilium: ergo etiam negatâ connexione, per se procedit Verbum ex cognitione omnium Possibilium.

128 Dices probari per hæc connexionem Dei ex inconnexione. Fateor, ex inconnexione permissâ Dei, ut omnipotens est, sequi connexionem ipsius, ut est Intelligens: ut *suprà*. Nam Deus, quà intelligens, nequit non connecti cum possibilitate omnium Possibilium, & omnium Impossibilium impossibilitate: ergo Verbum nequit non procedere, ut Verbum omnium: procedit enim ut Verbum omnium, quorum Pater ratione suæ Divinæ mentis necessariò præcedit Intelligens. *Dices* iterum, perinde probari, Verbum processurum ex cognitione Futurorum & existentium: nam æquè Deus cognoscit se cum illis inconnexum, distinctum ab illis, & independentem. *Magna æquivocatio.* Propter ad omnia contingentia Dei, & propter nego comitante necessitatem Dei in existendo, neque Futura, neque existentia sunt affirmabilia, priusquam modo simplicis intelligentiæ sub ratione possibilis: nec quæ enim affirmabilia sunt sub ratione futuri, cùm futura non sint; neque sub ratione

Suprà nu. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tione existentium, cùm non existant: ergo pro signo comitante Dei necessitatem in existendo, neque se potest Deus comparare cum Futuris, neque cum existentibus, sub eâ ratione, sub quâ pro eo signo sunt incognoscibilia. Atqui, sub ratione futuri, & existentium sunt incognoscibilia pro eo signo, sunt verò plenè cognoscibilia, sub ratione possibilis: ergo nulla paritas est.

129 Firmatur, exinde ratio nostra. Cognoscere citra medium, quod citra medium est affirmabile, est perfectio: ergo si pro signo comitante necessitatem Dei in existendo, est veritas citra medium affirmabilis, eam cognoscere citra medium, est perfectio: ergo negari nequit infinito intelligenti. Patet hæc consequentia: tùm quia nulla perfectio de lineâ intelligendi negari potest intelligenti summo. Tùm etiam: quia quæ major absurditas, quam quod mentem infinitam lateat aliqua veritas, pro signo, pro quo veritas est: Nunc sic: sed negatâ connexione, Creaturas esse possibiles, est veritas citra medium necessariò affirmabilis: ergò eam cognoscere etiam negatâ connexione, id est, citra medium, est perfectio necessaria Divinæ mentis: ergo. Vrgetur. Repugnat, à Deo cognosci possibile, pro signo, quo verum est, esse possibile, quin cognoscatur perfectissimè quatenus verum est: Modus enim cognoscendi, deber esse mente Divinâ dignus. Sed etiam negatâ connexione, duo hæc sunt necessariò vera, Deum non connecti cum possibilibus, & possibilia esse possibilia: imò & verum est, etiam si creaturæ sint reipsâ possibiles, Deum non connecti, quâ est Omnipotens, cum ipsis: ergo Deus, etiam negatâ connexione, cognoscit necessariò Possibilia, discretivè, & affirmandò esse possibilia. Quæ addidi, ut occurrerem subtilicatibus Ribadeneyræ, Quiros, & Thyrsi.

Ribaden. Quirós. Thyrsus.

Objectio prima.

130 Objicies primò *contra primam Conclusionem*. Pro signo Patris antecedenter origine ad Filium, & ad Spiritum Sanctum, nequit Pater intuitivè videre eorum existentiam: ergo cognitio intuitiva Filii, & Spiritûs Sancti præsupponi nequit pro signo Patris: ergo nec potest Verbum per se procedere ex illâ: ergo solùm per se procedit ex cognitione Divinæ Essentiæ, & Paternitatis, ad summum, præsuppositæ ad Filium. Consequentiæ benè sequuntur. Antecedens probatur primò: quia intuitiva cognitio tendit in objectum, ut existens: at pro signo Patris non existunt Filius, & Spiritus Sanctus: ergo. Secundò: quia intuitiva cognitio specificatur, & oritur ab objecto, ut existenti, juxta illud: *ab objecto, & potentia paritur notitia*: ergo intuitiva cognitio nequit præsupponi ad existentiam objecti, sed præsupponere. Sed pro priori ad Filiũ, & Spiritum Sanctum, nequit ipsorum existentia præsupponi pro signo Patris: ergo neque ipsorum cognitio intuitiva: aliàs, Verbum ex tali intuitivâ cognitione procedens, à seipso, & à tota Trinitate procederet. Idem argumentum fit de Amore, ex quo dictum est procedere Spiritum Sanctum, qui non videtur posse esse gaudium, cùm pro priori non existat Spiritus Sanctus: si autem non est gaudium, deberet esse amor productive tendens in Spiritum Sanctum: ergo esset amor, non communis Spiritui Sancto.

Confirmatio.

131 Confirmatur. Pro priori ad Relationes est Deitas: Deitas enim est radix Relationum: ergo pro illo priori est comprehensio Deitatis: nam intellectio pertinet ad lineam essentialem. Sed pro priori ad Relationes non sunt ipsæ Relationes: ergo non videntur per essentialem comprehensionem essentiæ. Atqui per se Verbum unicè procedit ex essentiæ comprehensione: ergo non procedit ex intuitione Personarum. Vrgetur primò: Divinæ cognitionis objectum saltem primarium est essentia Divina: Relationes sunt objectum quasi secundarium: ergo Verbum per se, & primariò procedit unicè ex cognitione Divinæ essentiæ. Vrgetur secundò: ex illius objecti cognitione procedit Verbum, unicè per se, cujus objecti comprehensione beatur Pater: at ex solius essentiæ comprehensione beatur Pater: alioqui Pater in sui beatificâ cognitione per se penderet à Filio, & ab Spiritu Sancto: quod videtur repugnans: repugnat enim Patrem aliquid accipere à Filio, & ab Spiritu Sancto: ergo.

Solutio.

132 Respondetur. Ad argumentum, negetur antecedens. Ad primam probationem, concesso antecedente, nego consequentiam. Cognitio enim Patris pro suo signo Prioritatis tendit ad Filium, & ad Spiritum Sanctum, ut existentes, non quidem pro signo Patris, sed pro suo signo: quod solùm est dicere, Patrem intuitivè videre Filium, & Spiritum Sanctum, ut in se sunt, id est cum posterioritate originis ad signum Patris: licèt enim Pater & Filius, & Spiritus Sanctus, sint cum ordine prioritatis, & posterioritatis *à quo* ex ratione producentis, & producti, sunt simul æternâ duratione, & *in quo*: unde cognitio Patris tendit ad Filii & Spiritûs Sancti existentiam, ut exercitam non quidem pro signo Patris, sed pro signo Filii, & pro signo Spiritûs Sancti. Sic activa productio, quamvis tendat ad terminum ut existentem, non minùs, ac Intuitio, & gaudium, non requirit nisi simultatè durationis, & *in quo*: tendit enim ad Terminum, ut verè existentem, id est, pro signo posteriori. Imò Divina Intuitio, etiam in re totâ æternitate dissitas in existendo, quippe existentes in tempore, tendit tanquam in existentes pro suâ temporis differentiâ: quod ad plenissimam intuitionem sufficit.

133 Ad secundam probationem: Nego antecedens: quod enim cum axiomate assumit, solùm est verum de objecto formali, physicè motivo, in notitiam per se, vel per speciem influente, vel aliàs determinante notitiam, & respectu potentiæ incompletæ & imperfectæ; non verò respectu Potentiæ summè perfectæ in cognoscendo, nec de objecto purè terminativo: quale est, de quo loquimur. Vnde nego consequentiam.

Cajetanus.

Nec approbo modum loquendi, quem hic tenuit Cajetanus, nempe Verbum procedere à se, & ab Spiritu Sancto, ut cognitis Patri. Quia licèt in re solùm sit, Verbum procedere à notitiâ Filii, & Spiritûs Sancti; modus loquendi, (à quo non satis discedunt Valentia, & Herrera) non est bonus. Tunc procedere ab objecti notitiâ, potest verificare processionem ab objecto notitiæ, quando objectum, notitiam sui vel causat vel determinat: neutrum autem est in casu argumenti: in quo Divina Mens, determinatissima est pro signo Patris ad intuitionem Filii, & Spiritûs Sancti, prout existentium pro signis suis.

Valentia. Herrera.

Herrera.

134 Nec obsunt, quæ latè sibi objicit P. Herrera *à nu. 57. quæst. 12. sect. 3. de Trinitate*. Nempe pro signo, quo aliquid cognoscitur, esse debere sui cognoscibilitatè: ergo pro signo Patris, cognoscibilitatem Spiritûs Sancti, ab ipso indistinctam. Deinde pro signo Patris, essentiam Divinam, non dicere identitatem cum aliis Personis: ergo nec istas, eâ comprehensa, comprehendi. Neutrum obest. Non primum: nam pro signo Patris est essentia, quæ est cognoscibilitas Personarum: est & alia connexio multiplex. Quidquòd menti determinatissimæ, cognoscibilitas ab ipsâ indistinctâ, pro signo suo, non requiritur. Non secundum: quia pro signo essentiæ est identitas cum Personis pro signo suo identicè respondentibus: ut sæpè dictum: Vnde subtilitates istæ non sunt tanti negotii, ut Author putat. Per quæ protectus satis manet affectus ille gaudii circa Spiritum Sanctum, de quo pulcra leges in P. Ribadeneyrâ *de Voluntate disp. 11. cap 5.*

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Ribaden.

135 Ad confirmationem: admissis cæteris, nego secundam, & tertiam consequentiam. Nequit enim comprehensio Deitatis non esse intuitiva Cognitio Relationum, pro illo quasi posteriori necessariò existentium. Ad primam instantiam, admissis etiam terminis Primarii, & Secundarii, nego consequentiam: quid enim facit, essentiam esse objectum Primarium, ne comprehensio essentiæ, quæ seipsâ est identitas cum Personis, sit per se istarum intuitio? Ad secundam instantiam, Major est falsa: non enim beatur Pater ex omni objecto, sine cujus notitiâ non esset intelligens infinitum. Deinde, permissâ majori, falsa est minor: Nam Relationes pertinent ad objectivam Beatitudinem, ut disputando specialiter de ipsâ, *in tract. de Actibus*, assertum est. Neque ob id Pater quidquam à Filio vel Spiritu Sancto dicitur accipere, cùm Beatificam ipsam comprehensionem pro priori præhabeat.

Ad confirmationem.

1. 2. Tract. de Actib.

Objectio secunda.

136 Objicies secundò *contra eandam*. Res extra Deum procedere nequeunt à Deo ex Scientiâ Visionis earum intuitivâ: ergo neque Filius à Patre, ex intuitivâ Visione Filii. Confirmatur. Tàm necessaria est in Deo ad productionem Petri v. g. aliqua cognitio Petri, quàm ad productionem Filii, aliqua de Filio cognitio; sed illa nequit esse intuitio Petri, sed intelligentiæ simplex: ergo nec ista potest esse intuitiva Visio Filii, sed notitia imitativa simplicis intelligentiæ. Vrgetur. Nam vel cognitio, ex quâ Filius procedit, cognoscit ipsum ut productum, vel ut producendum? Non primum: quia pro eo priori Patris nondum est Filius productus. Tùm quia notitia de re productâ videtur supponere productionem: quomodo igitur potest esse principium ejus? Si ergo secundum: vox illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

illa sonat futuritionem: ergo scientia, quæ præcedit de Filio in Patre non est intuitiva per modum Visionis, sed imitativa simplicis intelligentiæ.

Solvitur.

137 Respondetur. Dato libenter antecedente, nego consequentiam. Disparitas est. Primo: quia Scientia Visionis rerum est objecto determinativè posterior: ideò enim res Deus videt existere, quia existent: non econtrà: at intuitiva cognitio Personarum non est posterior ipsis.

Lib. 6. Lat.

Secundò: quia cognitio Dei directiva ad productionem rerum, atque adeò earum causativa, est cognitio constitutiva Divinæ libertatis ad productionem, ejusve carentiam: quare indifferens esse debet, & inconnexa: at quid est simile in principio Filii, & Spiritus Sancti? Ad confirmationem, concessis præmissis, negetur ex modò dictis consequentia. Et addo rationem aliam; quia terminus contingens in existendo nequit oriri nisi ex principio prorsus indifferenti, & inconnexo: at Terminus omninò necessarius à determinatissimo principio fluit: quid ergo obest illa connexio ratione notitiæ intuitivæ præcedentis? Ad instantiam, dico, notitiam, quæ est in Patre, tendere in Filium ut productum, non quidem pro priori Patris, sed pro suo signo, posteriori ad Patrem origine. Illæ voces, *nondum productus, & producendus*, audiendæ non sunt: videntur enim excludere simultatem in existendo, & sonare futuritionem, propriam rerum successivarum, & Temporalium. Vbi æterna sunt omnia, licèt detur Producens, & Productum, atque adeò Prius & Posterius origine, non est propriè, *Producturus, & producendus*. Vide *infrà lib. 4. à num. 135.*

Vide infrà lib. 4. à num. 135.

Objectio tertia:

138 Objicies tertiò *contra secundam Conclusionem* Pro priori ad Filium, & Spiritum Sanctum, Creaturæ non sunt possibiles: ergo nec cognoscibiles: ergo pro illo priori nequit dari notitia earum: ergo Verbum ex earum notitiâ non procedit. Probatur antecedens: quia antecedenter, & independenter à tribus Personis creaturæ nequeunt habere intrinsecum ullum esse: ergo nec esse possibile, nec possibilitatem ullam: ergo neque ullam cognoscibilitatem. Nego antecedens. Possibilitas enim necessaria, ab æterno denominans creaturas possibiles, est ipsa Omnipotentiâ. Quare licèt pro illo priori non sit ullum esse formale Creaturarum, neque entitativa passiva possibilitas, & consequenter nulla intrinseca cognoscibilitas, facis superq; est illud esse Eminentiale Creaturarum, indistinctum ab ipso Deo, ut pro priori cognoscat Deus Creaturas esse possibiles. Adde quòd infinita vis intelligendi non requirit ad plenam comprehensionem objecti, cognoscibilitatem indistinctam ab ipsâ infinitâ intelligendi vi. Vnde esto nulla sit objecti possibilitas & cognoscibilitas pro priori; si pro priori est infinita vis intelligendi, & veritas est, quam vis pro posteriori, necessariò anticipat pro priori necessariam cognitionem: Nam Virtus intelligendi ex se determinatissima ad cognitionem omnis veritatis, nec egens juvamine objecti, per se est necessitas cognoscendi, & necessaria cognoscibilitas omnis necessariæ veritatis.

Solvitur ex præcedentibus à nn. 5 & 9.

Objectio quarta:

139 Objicies quartò *contra eandem.* Scientia possibilium, dicit respectum ad creaturas: sed nequit ex his procedere Verbum: ergo neque ex illarum Scientiâ. Confirmatur primò: quia per se videtur repugnans, quòd existens necessarium, & infinitum procedat ab objecto finito, & contingenti, qualis est essentia Creaturarum. Secundò: quia Verbum est infinitè necessarium: ergo nequit procedere à cognitione Possibilium. Probatur consequentia: quia magis necessaria est Veritas Divini Verbi, quàm possibilitas creaturarum: sed Magis necessarium nequit connecti cum minùs necessario: connexa enim sunt paris necessitatis, eo modo, quo connexa sunt. Tùm quia Terminus non potest habere majorem necessitatem essendi, quàm Principium à quo oritur. Tertiò: etiamsi nullæ forent possibiles Creaturæ, adhuc verbum procederet eque perfectum: alioquin aliquam perfectionem accipit à Possibilibus: ergo ex earum notitiâ non procedit per se. Non enim per se procedit Terminus à Principio, sine quo æquè perfectè existeret.

Solvitur ex doctrinâ adductâ.

140 Respondetur: concessis præmissis: nego consequentiam. Non enim processio ex notitiâ objecti fundat processionem ex objecto notitiæ, nisi quando objectum influit & causat notitiam sui. Ad primam confirmationem. Negetur suppositum argumentis: licèt enim objectum finitæ essentiæ sit, est infinita mens, quæ cognoscit: Verbum autem non procedit ex illâ, sed ex istâ. Ad secundam: æquè necessaria sunt

Verbum, & Creaturarum possibilitas, cùm ista sit omnipotentia Dei. Vnde concesso antecedente, nego consequentiam. Ad probationem negetur major. Adde, si minor, (quam permitto,) necessitas in possibilitate Creaturarum, non obstat necessitati Scientiæ Divinæ, quæ debet esse major; cui obstabit necessitati Verbi Divini, licèt major sit? Adde secundò: Aliud est in rebus Necessitatem esse majorem; & aliud, esse perfectionem. Si contradictorium est simpliciter impossibile hujus & illius rei; in neutrâ potest esse necessitas major: perfectior esse potest ex excessu perfectionis entitativæ. Possibilia non esse possibilia, simpliciter est impossibile: ergo nulla veritas, estò perfectior sit, potest esse magis necessaria formaliter. Et hæc est mens Doctoris Eximii, contra quem nequidquam obloquitur Nicolaus Martinez *controv. 2. de Scientia Dei.* Ad tertiam: Negetur antecedens. Nec id est accipere perfectionè à creaturis, sed illis posse dare.

P. Suarez. Nicolaus Martinez.

Objectio quinta.

142 Objicies quintò: *contra eandem ex hypothesi negatæ connexionis.* Verbum Divinum, negatâ connexione Omnipotentiæ cum possibilibus, nec determinatè, nec vagè postulat scientiam possibilium: ergo non procedit ex illâ, factâ eâ hypothesi. Consequentia patet: nam res per se non procedit ab eo, à quo in esse, & in conservari independens est: independens est autem ab eo, quod nec postulat determinatè, nec vagè. Antecedens probatur. Nam si determinatè postularet, sequeretur connexio Dei cum possibilibus, contra hypothesim. Si vagè: postularet scientiam realem, vel chymericam: nam, possibilia abire in chymeras, chymera est, & chymerica est scientia talis hypothesis. Quis autem non videat terminum realem non posse postulare chymeram ex parte principii pro principio? Confirmatur primò: Vel talis cognitio, in eâ hypothesi, dicit perfectionem, vel non? Si secundum, ut dicit Vazquez: quomodo erit principium Verbi? Si primum: ergo nequit Deo deficere. Sed ea connectitur cum creaturis possibilibus: ergo ruit hypothesis. Secundò: Vel deficiente possibilitate Creaturarum, maneret processio Verbi, vel non? Si primum: quod videtur dicendum: nam maneret Deus, utpotè inconnexus: ergo maneret principium Verbi. Sed non maneret scientia possibilium, ut per se patet: ergo Principium Verbi non est scientia possibilium. Secundum autem dici non potest: cur enim Deo manente, utpotè inconnexo cum possibilibus, deficiat Verbum? Hæc *latissimè* Thyrsus.

Ex R. adm. P. N. Thyrso.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

143 Respondetur. Nego antecedens. Determinatè eam postulat. Ad impugnationem, dico sequi connexionem Dei, ut intelligentis, non verò ut potentis, cum veritate Possibilium. Diversa enim hæc sunt. Hypothesis solùm est, negare connexionem Dei, quâ potentis, cum possibilibus: & conclusio est, eâ negatâ, negari non posse connexionem Dei, quâ intelligentis. Neque aliter, nisi gratis, & insulsè, formata esset à magnis Theologis quæstio, quod nemini fas est dicere. Videantur eorum fundamenta; & relegantur nostra. Ad primam confirmationem, dico importari perfectionem in tali cognitione, necessariam intelligenti summo: quâ deficiente, deficeret Deus: nec ruit hypothesis, ut *suprà* dixi. Potest enim ex titulis diversissimis disputari connexio. Ad secundam dico, non mansuram processionem Verbi, quod nunc est, & eadem perfectione, quâ est: & defecturum Deum, non ex variatione formali Omnipotentiæ, sed scientiæ. Neque Thyrsus aptè satisfacit argumentis, quæ ex citatis Authoribus sibi objicit, ut constabit expendenti solutiones *disp. 6. de Trinit. sect. 5.*

Solvitur.

Mens PP. Suarez. Koninch. Zuñiga. Aldrete.

§. III.

VERÆ SENTENTIÆ POSTERIOR PARS.

144 SIt Conclusio. Nulla scientia Dei contingens, nullusq; actus liber, præcedit, aut præcedere potest ad Divinas processiones ad *intra*: Atque adeò ab hujusmodi prærogativâ præcedendi ad *intra*, manent exceptæ Scientia Media, & Visionis, & omnia libera. Et omissis nunc, apud Patrem Borrull latè proponentem, & urgentem *disp. 7. de Trinitate sect. 4.* & apud Arriagam, & Herreram ægrè solventes, pulchris rationibus, *à libertate, & actuum posterioritate* petitis, utor hac unicâ, quæ mihi præ cæteris est firmior, & solidior. Processio Verbi, & Spiritûs Sancti sunt Processiones omninò necessariæ, Priores que, & independentes simpliciter ab omni contingentiâ Creaturarum:

Mens Nostra.

Borrull.

Arriaga. Herrera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo scient.

ergo nequeunt esse ex ullo actu Divino cõtingenti. Antecedens est ita certum, ac certum est Deum necessariò esse Trinum, & Vnum. Quis enim asserat sine Arianismo, existentiam Divini Verbi contingentem esse, aut Divinas Processiones à Creaturarum contingentiâ determinari, ut in Deo sint? Cùm ad extra toti Trinitati communis sit non solùm productio Creaturarum, sed æterna determinatio Productionis?

145 Probatur igitur consequentia primò: Repugnat essendi necessitas in producto, si in principio repugnat essendi necessitas: quis enim aliquod necessarium oriri faciat ab aliquo contingenti? Nam si principium contingens est, contingens est quòd influat, & producat: si contingens est quòd influat, & producat, contingens est productio: quomodo ergo necessitas productionis stare potest cũ principii contingentiâ? Sed si Verbum, & Spiritus Sanctus procederent ab Actibus contingentibus Dei: principium Verbi, & Spiritûs Sancti constitueretur per aliquid simpliciter contingens, ut per se patet: ergo non possent esse necessariæ tales processiones. Secundò: Nam Actus Divini contingentes, plerumque sunt Deo cum posterioritate ad arbitrium creaturæ, & ex hujus determinatione; sic dicimus esse in Deo Scientiam Mediam, & Visionis: quomodo ergo processiones Verbi, & Spiritûs Sancti possunt esse independentes, & priores per se omni suppositione contingenti Creaturarum, si per se procedant ex actu, qui suppositione creaturarum contingenti posterior est, & quasi dependens? Nam per se posterius ad *A*, posterius ad *C*, essentialiter manet posterius ad ipsum *C*.

Illustratur Nostra Ratio.

146 Illustratur vis argumenti. Si Verbum, & Spiritus Sanctus procederent ex actibus Dei contingentibus, assignari debetent Activa productio, quâ Principium ex Actibus contingentibus produceret: & Passiva, quâ ex hujusmodi actibus procederent Verbum, & Spiritus: sed neque activa productio assignabilis est neque passiva: ergo ex actibus Dei contingentibus neque procedit Verbum, neque Spiritus Sanctus. Minor Probatur: Nam activa Productio nequit esse actus ipse contingens: hic enim identificatur cum Verbo; & insuper debet esse aliquid relativum, qualis esse nequit actus ipse contingens: quæ omnia patent ex latè dictis *de Trinitate*. Deinde talis activa Productio nequit esse ipsa Paternitas. Primò: nã Paternitati contingenter advenit denominatio sciẽtis futura v.g. atque adeò, & productio Verbi ut expressivi futurorum: quis autem dicat, productioni contingenter advenire ipsum producere. Secundò: Pater potest ipsissimus manere sine denominatione actûs contingentis: ergo & Paternitas: ergo Productio activa ex actu contingenti nequit esse ipsamet Paternitas: quis enim asserat esse quid necessariò existens productionem contingentem.

147 Quare Activa Productio vel debet esse virtualitas superaddita Paternitati, vel debet esse ipsummet Verbũ. Secundũ, quod ait Arriaga, dici nequit: nam Productionem activam, & Passivam, & ipsi cũ Arriaga distinximus *in citat. Tract.* Adde eadem omninò difficultates militare contra identitatem activæ productionis cum Verbo, ac sunt eæ quas contra identitatẽ Productionis activæ cum Patre posuimus. Nec primum dici potest. Primò: nam quis determinat in Patre, hanc virtualitatẽ contingentem? Si tota Trinitas? absurdum est productionem aliquam Patris, utpote notionalem, esse determinativè communem, Si solus Pater, majus absurdum est, aliquid nempe ex libito Patris existere, quasi jure libero & privativo Patris ipsius. Secundò: quia jam datur in Divinis productiva virtus, cui ad intra contingens est producere, contra ea omnia, quæ latè citato loco dicta sunt: repugnat ergo talis productio ex actibus contingentibus: ergo & Verbi, ac Spiritûs Sancti processio ex illis.

Arriaga

148 Quatuor Solutiones invenio apud Authores. *Prima* est, licèt contingens sit hic numero actus in Deo, esse tamen necessarium disjunctivè hunc vel illum: unde cùm nequeat Deus carere simul utroque actu volendi, vel sciendi, satis occurri per hanc disjunctivam necessitatem, absolutæ necessitati Verbi Divini. *Secunda* est: admittendo duas ejusdem Divini Verbi productiones totales; alterãm necessariam ex scientiâ necessariâ; & alteram ex scientiâ contingenti contingentem, quæ dici potest reproductio. *Tertia* est, admittendo in Verbo Divino necessitatem quoad speciẽ, & contingentiam quoad individuum; ita ut, estò necessarium sit produci ad intra Verbum, non tamen necessarium sit hoc numero Verbum produci, sed hoc vel illud ex hac vel illâ scientiâ contingenti, quam Deus cum necessariis scientiis potuit præhabere. *Quarta* est, distinguendo in Verbo Divino duas virtualitates, alteram verbi necessariorum; atque adeò Necessarii Verbi: alteram Verbi liberorum; seu Verbi liberi: ex quibus duabus Virtualitatibus quasi cõpletur secunda Persona in esse Verbi; cum hoc discrimine: quòd Verbum necessariorum deficere nequit, atque adeò non procedit ex ullo actu contingenti: Verbum verò liberorum, procedit ex actu cõtingenti: & deficere potest, eodem planè modo, quo actus. Et, si in Deo Scientia exterminatione necessariâ, & contingenti, quasi completur: quid mirum, quòd Verbum pariformi distinctione respondeat Scientiæ Mentis Divinæ?

Solutiones Authorum. Prima. Secunda. Tertia.

Impugnãtur. Et Prima.

149 Imprimis nulla ex quatuor solutionibus occurrit difficultati in argumenti confirmationem positæ. Deinde prima futilis est. Primò: Nam necessitas non carendi utroque simul actu sciendi, & volendi, est prædicatum in Deo necessarium, ab utrolibet actu distinctum. Secundò: quia Deus non loquitur disjunctivè; sed determinatè de iis quæ reipsâ forent, aut erunt: ergo Verbum de his determinatè debet esse expressivum: ergo ex notitiâ determinatâ procedere debet. Hæc est contingens: ergo.

Et secũda.

150 Secunda solutio est improbabilis. Primò: nam vel ex secundâ liberâ productione, veluti accrescit Verbo, aliqua virtualitas expressiva liberorum, vel non? Si primum: relabitur in quartam. Si secundum: quomodo scientia contingens potest fœcundare ad productionem Verbi, de rebus, de quibus scientia non est? Deinde, quinam est titulus hujus reproductionis, si verbum necessariorum expressivum solùm est? Secundò: quia tota ratio cur Verbum dicatur procedere ex actu contingenti, est, ut Verbum procedat etiam tanquam expressiva locutio contingentium: ad quid igitur Verbi necessariorum reproductio?

Et tertia.

151 Tertiam solutionem, improbabilem etiam puto. Tùm quia hæc contingentia Arianismum olet. Tùm etiam: quia pariter dici posset non dari in Deo scientiam necessariorum, necessariâ quoad individuum. Tùm demùm: quia absurdum est Verbum Dei existere in Deo ex determinatione toti Trinitati communi, atque adeò ex determinatione Spiritûs Sancti, ab ipso, & à Patre procedentis.

In Primâ par. tract. 1. de Deo scient.

152 Quarta solemnior est, & communior; eaque mihi non displicet minùs, primò: quia non est assignabilis activa productio hujus Verbi liberi, ut *num.* 146. & 147. ponderatum est. Secundò: quia si Verbum liberorum contingens est, & à Necessariorum Verbo distinctum virtualiter, prius est esse in Deo Verbum necessariorum, quàm liberorum: sicut prius est esse necessariam scientiam in Deo, quàm contingentem: ergo prius intelligit Verbum per scientiam contingentem, quàm producatur Verbum liberorum. Hæc consequentia videtur certa: nam prius est esse in Deo scientiam liberam, quàm Verbum liberorum; sed prius est esse Necessariorum Verbum, quàm scientiam liberam: ergo prius est esse in Verbo scientiam liberam, quàm esse Verbum liberorum: Nam esse in Deo scientiam liberam est esse cum identitate ad omnia, quæ necessariò sunt in Deo. Nunc sic: ergo pro priori ad productionem Verbi liberi, Secunda Persona jam scit, & audivit a Patre futura libera. Ad quid ergo locutio Patris? Et quis auditionem vidit priorem locutione?

Et quarta poti ssimũ primò:

Secundò:

153 Tertiò: Nam hæc distinctio Verbi duplicis manifestè repugnat Florentino, definienti, *Patrem omnia dedisse, gignendo, Filio, præter esse Patrem.* Inde sic: vel producere, & posse producere Verbum liberum est esse Patrem, vel non? Non primum: quia Paternitas est quid omnimodè necessarium: & quid planè naturale, & non contingens. Debet ergo dici secundum: ergo falsus est Canon Florentini; quod quis dicat? Falsificari verò patet: nam gignendo non dat Filio, nec potest Productionem Verbi liberi.

Tertiò: Florentin.

154 Quartò: quia virtualitas productionis liberæ in Patre non opponitur relativè ut quo, nec ut quod, virtualitati necessarii Verbi: nec in Verbo, virtualitas Verbi liberi opponitur ut quo, nec ut quod virtualitati necessariæ Spiritûs Sancti: ergo correlativè non distinguuntur realiter, vel deficit illa veritas: in Divinis omnia sunt unum, ubi non obstat relationis oppositio. Antecedens patet: quod

Quartò:

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

quod enim subsequitur ad oppositionem exercitam, illam nequit vel ut quo, vel ut quod constituere. Consequentia verò est ex ipsis terminis perabsurda: quis enim vel admittat falsificationem illius maximi principii, vel admittat identitatem in prædicato simpliciter distincto ab absolutis? Et paritas urgebitur efficaciter semper ex Relatione Spiratoris.

Quintò:

155 Quintò: Nam rogo: Hypostatica Vnio facta est ad Verbum, secundùm omnia, quæ dicit Verbum secundùm se, & ut est à parte rei, nempè ad ipsum Verbum, non solùm ut est Verbum necessariorum, sed etiam ut est Verbum liberorum, vel non? Secundum dicere, videtur absurdum, & meticulosum: quis enim asserat aliquid Verbi non uniti Humanitati, nec Verbum uniri plenè, secundùm ea, quæ dicit ex ratione Verbi, cùm simpliciter nos doceat fides, secundam Personam unitam esse? Primum dicere, præterquàm quòd videtur otiosum, nam Vnio specificatur ex hypostasi Verbi, incurrit majus absurdum. Nam Anima Christi constituta est in signo libertatis ex cognitione suæ Personæ, & unionis suæ ad Divinitatem: ergo constituta est ex cognitione necessariò resultante ex tali dignitate, & unione cognitis, imò ex cognitione impræscindibili à cognitione talis unionis, & dignitatis: ergo ex cognitione Verbi liberi: nam hic est terminus hujus unionis, & hæc est virtualitas secundæ Personæ, ut est in se. Ergo ex cognitione omnium cõtingentium: ergo & suorum actuum. Quænam ergo libertas manet, ubi præcedit in actu primo notitia connexa cum secundo? Dicunt ad hæc Moderni mirabilia super se. Sed ista terminis: & facilè ostendetur insubsistentia discurrendi.

§. IV.

DECISIO CONTROVERSIÆ; ET DEFENSIO Præcedentis Asserti: ubi: quomodo Verbum procedat, etiam tanquam Verbum, & locutio contingentium?

Decisio Quæstionis.

156 DEcisiva Conclusio sit: Præcessio ad Productionem Verbi Divini est specialis Prærogativa Divinæ scientiæ Naturalis, secundùm totam amplitudinem suam. Est illatio legitima ex Præcedentibus. Nam ipsa per se præcedit, secundùm totam amplitudinem suam ex dictis *à num.* 120. *& à num.* 124. Deinde nulla contingens, sive Media, sive Visionis sit, per se præcedit, aut præcedere potest, ex dictis *à num.* 144. ergo Præcedere ad Productionem Verbi, solius est Scientiæ Divinæ Naturalis, ejusque specialis prærogativa.

Gravis Objectio.

157 Objicies tamen, & difficulter, primò: Pater æternus formaliter loquitur de contingentibus, producendo Verbum, tanquam locutionem & Verbum contingentium: ergo Verbum procedit, tanquam Verbum & locutio contingentium & Futurorum: ergo procedit ex notitiâ contingentium, & Futurorum: ergo Notitia Cõtingentium & Futurorum præcedit etiam ad productionem Verbi: ergo Præcessio ad Productionẽ Verbi non est singularis Prærogativa Scientiæ Naturalis. De entymematis veritate *nu. seq.* Vltima consequentia patet ex terminis. Duæ Proximæ probãtur primò: quia locutio, saltem prudens, de incognitis esse nequit: imò debet esse de præcognitis. Secundò: quia si Verbum non est notionaliter expressivum contingentium, non potest esse de illis locutio: at si procedit ut notionalis expressio contingentium, procedit ex eorum notitiâ contra præjactam Conclusionem *num.* 144.

Verbum procedit etiam Verbum contingentis. Ioann. 8. & 12. Augustin. Anselm. Ex à ratione.

158 Entymematis autem primi veritas nititur Scriptur. â, Patribus, & Ratione. Scriptura: nam *Ioann.* 8. testatur Christus Dominus: *Ego, quæ audivi à Patre, hæc loquor in mundo*, & ejusd. *Ioann.* 12. *Sicut dixit mihi Pater, sic loquor.* Patribus: est omnium instar Augustinus *lib.* 15. *de Trin. cap* 14. *Novit omnia Pater in seipso, novit & in Filio: Sed in seipso tanquã seipsum; in Filio tanquam Verbum suum, quod est de omnibus, quæ sunt in Patre.* & *tract.* 21. *in Ioann.* ad illa verba *Pater diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit*, sic ait: *Dicendo Filio, quod facturus erat Pater per Filium, ipsum Filium genuit ver quem faceret omnia.* Similia habet Anselmus *in Monol. cap.* 32. *&* 33. Ratio jam est primò: quia Divinum Verbum, utpote infinitum debet commensurari cũ omni Scientiâ ejus, cujus est Verbum. Secundò: quia Pater non debet excogitari impotens loqui ea omnia, quæ scit. Si enim *loqui ad intra* est proprium Patris; non est cur non *possit loqui* ad intra de omnibus, quæ novit, quantumvis futura, &

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

& contingentia.

Solvitur Admittẽdo Verbũ esse locutionẽ Futurorum; quin præcedat ulla cognitio contingens. Thyrsus. Aldrete.

159 Respondetur. Admittendo libenter, & assensu pleno primum enthymema; quod bene probatur *num.* 164. Nego tamen, eo concesso, cum Reverendissimo Nostro Thyrso *disp. 7. de Trinit. sect. 3. à num.* 27. & P. Aldrete *in Manuscriptis elaboratissimis de Trinit. disp. 13. aliisque* Doctissimis Magistris: nego, inquam, tres illas consequentias, ex Doctrinâ nor dandâ. Ad primam probationem, concessâ primâ parte, nego secundam. De Incognitis nemo prudens loquitur: sed incognitum est, quod simpliciter non scitur, tam pro priori, quàm pro posteriori ad essentiam & mentem intelligentis. Si enim aliquid plenè cognoscitur, quamvis cognitione adveniente pro posteriori, incognitum dici nequit. Quare Futura nullo sensu dici possunt incognita respectu Dei, etiam considerati quoad signum necessariorum. Non tamen, quidquid dicitur, debet esse præcognitum pro signo loquendi, plusquam sufficit ad intentionem communicãdi alteri notitiam suę mentis, vel quã habet pro priori, vel pro posteriori, ut *mox* explico. Ad secundã nego quod assumitur.

Ratio ex Sancto Thomâ.

160 Ratio Fundamentalis est ex Sancto Thomâ 1. *part. quæst.* 107. *art.* 1. Nam *loqui ad alterũ*, ait Angelicus Præceptor, *nihil aliud est, quàm conceptum mentis alteri manifestare*; videlicet ex intentione ipsum manifestandi, producendo Verbum; atqui ad manifestandum alteri conceptum mentis ex intentione ipsum manifestandi producendo Verbum, non requiritur formalis præsuppositio conceptûs, qui manifestari intenditur, ex parte loquentis: ergo neque requiritur conceptûs, qui manifestari intenditur, præsuppositio formalis ad strictè loquendum: ergo Pater æternus loqui formaliter potest de futuris, ijsdem pro priori ad productionem Verbi nõ præsupponatur in Patre Notitia futurorum; atque adeò quin Verbum ex tali notitiâ procedat. In hoc discursu est tota vis. Consequentiæ videtur sequi. Major sumitur ex Sancto Thomâ: & ultra ostenditur: Nam, communicare notitiam rei ex vi productionis, quâ Verbum producitur, ex intentione se, suamque mentem manifestandi, stare non potest sine formali locutione. Siquidem stare hoc nequit, quin alter veniat in notitiam mentis & rei, ex intentione producentis Verbum: quid est autem loqui formaliter, si hoc non est formaliter loqui?

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

161 Minor, in quâ est difficultas, probatur: quia ad habendam intentionem communicandi conceptum, non requiritur ipse conceptus pro priori, sed ex parte intendentis notitia prævia de tali conceptu, ut possibili, & reipsa pro posteriori existente; & ex parte verbi producta necessitas habendi talem conceptum, modò quo reipsa est; atque Notitia prævia de possibilitate conceptûs, deque ejus existentiâ pro posteriori, & producta necessitas ex parte Verbi ad habendam talem conceptum, virtualiter distinguuntur à toto locutionis: ergo ad manifestandum, &c. Hujus proximi Syllogismi minor patet: nam pro priori ad omnem actum contingentem, est in Deo necessaria notitia de suâ necessitate ad habendum pro posteriori hunc vel illum actum contingentem; & in Patre innata & elicita intentio producendi in secundâ Personâ identitatem notionalem cum actu, quicumque pro posteriori fit, atque adeò ex parte verbi, datur producta necessitas habendi quemcumque conceptum habeat pro posteriori Pater: stat ergo minor. Major probatur: Nam ad intentionem communicandi aliquid non requiritur ipsius præhabitio, atque adeò nequit notitia ipsius ut jam præhabiti: sufficit notitia ipsius ut pro posteriori existentis, & productio communicationis formalis, quæ stat in identitate notionali: quod patet in Divinis, exemplo virtutis spirativæ, in Patre formaliter non præsuppositæ: & in Humanis, exemplo formæ leoninæ, non præsuppositæ ex parte principii generantis.

Illustratur.

162 Et confirmatur. Nam, ut *alibi* diximus, Verbum nihil aliud est, quàm signum ad aliquid manifestandum, à dicente expressum: & Verbum mentis, nihil aliud esse potest, quàm similitudo intentionalis objecti, expressa ab intellectu, & in intelligente manens. Ex quo *in tractatu de Trinitate* tres respectus in Verbo distinximus, *ad rem, ad producentem, & ad percipientem.* Atqui nullus horum respectuum requirit in Verbo, etiam ut est Verbum futurorum, processionem ejus ex notitiâ futurorum: ergo sine hujusmodi processione stare potest, quòd Verbum sit formalis eorum locutio. Minor probatur: Nam impræsentiarum respectum ad producentem habere

Ex Tract. de Trinit.

Ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

Verbum nequit ex notitiâ contingenti, cùm necessarius sit. Deinde respectus ad percipientem est in audiente Divino identicus, per habitionem identicam notitiæ: hæc autem identica habitio non requirit notitiæ præsuppositionem. Demum respectum ad res, habet Verbum in ordine ad futura, formaliter per ipsam scientiam contingentem: ergo ex nullo capite formalis locutio Divina de futuris arguit processionem Verbi ex notitiâ contingenti.

Instantia.

163 Dices tamen: in quo consistit ista activa locutio Patris, & passiva locutio Filii, seu auditio circa futura? Respondeo primò: Paternitatem, quatenus est activa productio Verbi cum intentione jam explicatâ, esse necessariam locutionem, quasi condicionatam, & incohatam de futuris; quia est productio identitatis cum notitiâ, pro posteriori contingenter existentis, in se, & in Filio, ad quem dirigit ex intentione se manifestâdi, & omnia quæ pro priori scit, & quæ scit pro posteriori. Deinde Filiationē, quatenus est passiva processio cū necessitate essendi quidquid est Pater, præter esse Patrē, esse auditionem, quasi incohatam, & conditionatā, eodem planè modo, servatâ proportione. Respondeo secundò: Paternitatem in esse completæ, & absolutæ locutionis, constitui per actum ipsum contingentem pro posteriori; & Verbum in esse absolutæ, & completæ auditionis constitui similiter per formalem habitionem actuum contingentium, jam existentium pro signo suo.

Solvitur primò:

Objectio ex Modernis, maximè tum Arriaga.

164 Objicies secundò: In Deo non solùm est scientia necessaria, sed etiam libera: ergo non solùm est Verbum necessarium, sed etiam liberum. Confirmatur primò: nam cur scientiæ liberæ est neganda fæcunditas, qualis conceditur necessariæ? Secundò: major est perfectio in Verbo esse expressivum notionaliter contingentium: ergo danda. Tertiò: comprehensio Divina extenditur ad contingentia; sed Verbum procedit ex Divinâ comprehensione: ergo ex notitiâ contingentium. Quartò: Verbum non procedit ex notitiâ contingentium: ergo Deus hoc scit: ergo procedit ex hac scientiâ de sui non processione ex notitiâ contingentium. Sed hoc est procedere ex notitiâ contingentium: ergo. Quintò: Pater mittit Filium, & uterque Spiritum Sanctum ad effectus temporales visibiles: sed hæc missio est processio Personæ missæ à mittente ex notitiâ, & Decreto de effectu præstando: ergo. Sextò: Nam ex Concilio Florentino, *quidquid Filius habet*, à Patre habet: ergo & scientiam liberam: ergo hæc in Patre præsupponitur. Septimò: Verbum procedit, ut ait Augustinus, *ut forma, ars, & exemplar omnium*: ergo procedit ex omnium, & omni notitiâ.

Florent.

Augustin.

Solvitur.

165 Respondetur: Concesso antecedēte, nego consequentiam: quia necessitas omnia sciendi perfectio est; non autem perfectio est, producere ad intra contingenter; sed chymera, ex *supradictis*. Et eo filo arguendi, Natura libera, & libera generatio, & Filius liber argui possent. Ad primam confirmationem, dico rationem esse: quia repugnat: cujus repugnantiæ suprà rationem assignavi. Ad secundam, nego assumptum. Chymera enim nequit esse perfectio, cùm de ratione perfectionis sit non esse chymeram. Ad tertiam dico, contingenter extendi per terminationem, quæ non est de ratione essentiali Divinæ comprehensionis: Verbum autem solùm procedit ex comprehensione Dei, secundum rationem essentialem, & necessariam. Ad quartam: Negetur ultima minor. Ea enim notitia, licèt contingentia attingat, non attingit modo contingenti. Ad quintam, negetur minor. Nam ad rationem missionis sufficit æterna processio necessaria, conjuncta cum scientia, & amore de effectu, vel munere præstando à Personâ, quæ mitti dicitur. Ad sextam negetur ultima consequentia: communicat enim gignendo (quod adversarii advertant) Pater *omnia præter esse Patrem*, id est, ex vi generationis æternæ producentis identitatem notionalem, vi cujus *formaliter*, id est, in genere quasi causæ formalis habet eadem, & omnia Patris, præter esse Patrem, ut dictum est *in Tract. de Trinit.* Ad septimam, concesso antecedente, nego consequentiam: quia ad rationem idealem Artis, & Exemplaris, quæ præcedit ut causa res futuras, sufficit simplex intelligentia, quæ plenissimè proponit Deo modum quo res, si velit, faciendæ sunt.

Suprà num 145.

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

LIBER TERTIVS

DE SCIENTIA DEI CIRCA LIBERE CONtingentia: an ipsius Dei Prædeterminatione nitatur?

Scopus Libri Præsentis.

1 LIBERE contingens extra Deum, (de quo loquimur,) genus est ad Futura Conditionata, & Absoluta, quæ liberè contingentium nomine veniunt: unde Scientia Dei, circa liberè contingentia, communis est ratio ad Scientiam Conditionatam, & Visionis. Cùm autem, Creata liberè contingentia, toties occurrant in Scholis, & vix jam sonent sine voce Prædeterminationis, vel exclusæ, vel admissæ; oportet ex professo discutere, an Prædeterminatio Dei stare possit cum ipsa Contingentia liberorum, quæ dicitur attingere Scientia Dei. Res est gravissima: & in tractatibus Theologicis obvia ita passim, ut si semel ex professo decisa non maneat, inexcusabilis sit relapsus & recùrsus in eundem Lapidem, cum eo timore, ut nunquam satis dicatur bene, quod speratur optimè dici posse aliquando. Igitur, acceptâ hac occasione, ubi necesse est aliquid de Prædeterminatione tangere; animus est, à ratione contra ipsam, & recentes ejus Patronos, indicare, & congerere omnia, quæ in aliis tractatibus sparsi: exarmando, si possim, Adversariorum Manus, recentissimis calamis, dimicantium. Quid inde consequentiæ fiat, in puncto Divinæ Gratiæ, quoad ejus efficaciam, (de quâ non disputo,) curare non teneor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

DISPVTATIO XI.

STATVS, ET GRAVITAS CONTROVERSIÆ, Iudicia Theologorum: tenenda Veritas: & Capita argumentandi.

Rei Gravitas.

2 REI gravitas satis patet ex connexione cum gravissimis Controversiis; pendent enim ex ipsâ, præter appendices quæstiones, quas repræsentabo proponendo quæstionem Principalem de Efficaciâ Divini Auxilii *Tract.* 3. modus cognoscendi Divinus, modus providendi, & Prædestinandi, & modus operandi noster: quo triplici in cardine cùm volvatur ferè tota Theologia, necesse est, ut præsentis rei decisio, sit momenti gravissimi, & sufficiens ad Scholæ Thessëram, & discerniculum, ut videmus.

Infrà lib. 13. à nu. 65

SECTIO I.

QVID PRÆDETERMINATIO? EIVS Initium: & Authoritas.

Quotuplex?

3 PRædeterminatio duplex est: *Intrinseca*, & *Extrinseca*. Extrinseca Prædeterminatio consistit in Decreto Divino, ita decernente existentiam rei, ut ordine causalitatis, inevitabili connexione, faciat ut res existat. Intrinseca Prædeterminatio, consistit in qualitate impressâ causis secundis, sive per modum actionis, sive per modum actûs medii, sive per modum actûs primi, etiam ordine causalitatis ita connexâ cum existentiâ rei, ut illam imprimi causæ, & causam non agere, sit impossibile. Quare Prædeterminatio, tàm *Extrinseca*, quàm *Intrinseca* (quicquid sit de aliis attributis, quibus à suis Patronis ornatur) duo debet habere, nempe, *Prioritatem, in ordine causalitatis*, ad actionem Creaturæ: *Et vim efficaciter executivam* ejusdem.

Quanta vis?

4 Dividi solet utraque in *Moralem*, & *Physicam*. De morali, loquar *sect. sequenti*. Nunc de Physicâ, quæ talis dicitur ex modo causandi. Vtriusque tàm extrinsecæ, consistentis in Decreto Divino, quàm Intrinsecæ, consistentis in qualitate temporali, indispensabilem comitantiam in operatione Causæ Secundæ, & invincibilem indispensabilitatem ad actu operandum, defendit opinio communis Prædeterminantium: ita ut Decretum Dei eatenùs sit physicè prædeterminativum, quatenus habet appendicem in tempore istam qualitatem, quâ decernit prædeterminare in tempore causam secundam ad productionem.

5 Non ita discurrit tota Schola Prædeterminantium: nam ex Ipsis, *Doctissimi*, Qualitatem physicè prædeterminantem execrati sunt, tanquam *rem novam*, & *Thomistis antiquis incognitam, & contrariam Angelico Præceptori*: ita Dominicani gravissimi, quos citat Caramuel *in Theolog. Fundament. editâ francofurti anno 1652. pag.* 18. & quos ex Henão citant P. Borrull *de Scientia Media disp. 5. sect. 1.* & Reverendissimus Noster Thyrsus *tom. 4. sel. disp. 4. sect. 7. §. 17.*

Non ex mente Thomistarum. Primo apud Caramuel. Henanum. Borrull. Thyrsum. Imò, Dominicanis Vitam.

Instar omnium est R. P. F. Iosephus de Vita Dominicanus *in volumine nuper edito, id est, anno* 1665. qui, opus *approbantibus ex Ordine suo Gravissimis Magistris*, totus est in repellendâ Physicâ Prædeterminatione, tanquam inimicâ Augustino, & Thomæ, & veritati: gratè testatus in Epistolâ Dedicatoriâ ad Sanctos Doctores Augustinum, & Thomam, se illius opem in Morbo gravissimo ereptum à Mortis faucibus fuisse: & istius patrocinio sæpenumero inter occurrentes Difficultates adjutum, ut opus absolveret: id est, Aristotelem, Thomam, & Augustinum, à sensu Physicæ Prædeterminationis liberaret: ut præstat in Opere. Sed de his exponsiùs ego *tract. de Auxiliante Deo*, proponendo controversiam de Gratiâ Efficaci. Quidquid de hoc sit:

Vide infr. lib. 13. à num. 194.

Ejus Attributa.

6 Attributa, quibus ornant utramlibet Prædeterminationem, tàm æternam, & extrinsecam Decreti Divini, quàm temporalem & intrinsecam Qualitatis transeuntis, Inventores sui, & Thomistæ rigidiores, quos sequitur recens Schola Thomistica cum Godoy, Gonet, & Contenson, sunt potissimùm quatuor. *Primum* est, Necessitas ad actu operandum: & ea necessitas tanta est, ut Creaturam operati, & non esse Prædeterminatam à Deo, sint termini simpliciter invertificabiles. *Alterum* est, inseparabilitas ab actuali operatione: & hæc ex vi inductivâ & executivâ quam habet Prædeterminatio, etiâ est tanta, ut esse Prædeterminationem actionis, & non esse actionem, pro instanti quo prædeterminatur esse, sint etiam termini simpliciter repugnantes. *Tertium* est, independentia à voluntate operantis secundi: & hæc est tanta, ut privativè sit Dei solius, ponere vel impedire Prædeterminationes hujusmodi. *Quartum* est, vis inductiva operationis: & hæc est irresistibilis. Ex his

Ex Godoy. Gonet. Contenson

Illationes Thomisticæ.

7 Pro præsenti tractatu colligit Schola Prædeterminans, primò: liberè contingentia habere non posse determinatam veritatem, in nullo statu, nisi à Decreto Divino Prædeterminante. Secundò: Primariam Rationem, & Radicem determinationis, ut verum sit, quòd res erit in suâ temporis differentia, esse Decretum Divinæ voluntatis, prædeterminantis, ut sit. Tertiò: Medium proinde, in quo Deus certò, & infallibiliter cognoscit liberè contingentia, esse hujusmodi Decreta Prædeterminantia. Quartò: nullam exceptionem debere fieri inter opera bona, & opera peccaminosa, saltem quoad istorum materialem entitatem. Quintò demum, Divinam Scientiam circa Futura liberè contingentia, nisi indispensabiliter in Prædeterminatione Divina.

Quam antiqua?

8 Hæc est Schola rigidè Prædeterminantium. Ejus ætas non est antiquitas. Nam ex *antiquis Thomistis*, & ex his qui scripserunt ante exortam Controversiam *de Auxiliis*, occasione Patris Ludovici de Molina, *nullus* jure citari potest pro Prædeterminantium sensu; contra ipsum, plurimi, ut fideliter præstant Henao, *de Scientiâ Medi à historicè propugnata*, P. Aldrete *tom. 1. in 2. p. tract. de Scientia Dei*, Pater Borrull, *disp. 5. de Scientiâ Mediâ*, & novissimè Reverendissimus Noster Thyrsus, calamo sincero & infatigabili *to. 4. select. disp. 4. sect. 7. à §. 11.* Vbi ex Patre Didaco Ruiz de Montoya, in Resesso Patrum, Cõciliorum, & Scholasticæ antiquitatis indagatore recitat, *nullum anti quorum docuisse physicam Prædeterminationem*: ita habet eruditissimus Ruiz *disp. 49. sect. 7. de Scientiâ Dei num. 14.* ut exinde in præsenti rideas anilitatem Iacobi à Sancto Dominico *in suâ cassiopeiâ lib. 1. cap. 2.* scribentis, Peccatũ Luciferi situm in eo fuisse quòd voluerit assimilari Deo, non *in essendo*, sed *in agendo*, scilicet, *absque Physicâ Prædeterminatione*, contra quem Michaël *pro Prædeterminatione* decertans triumphavit, dicens: *Quis, ut Deus?* Ita cum risu refert Richardus Arsdekin *in Theolog. trip. lib. 1. cap. 4. §. 5.* Igitur Schola Prædeterminantium cœpit Salmanticæ post annum 1570. præeunte Patre Dominico Bañez, ut deponit tanquam testis oculàris, Eximius Doctor V. P. Franciscus Suarez *part 2. de Grat. lib. 5. cap. 18. nu. 3.* Et hæc de ætate.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Molina. Henao. Aldrete. Borrull. Thyrsus. Montoya. Iacob. Dominic. Richard. Arsdekin Cœpta sub Bañez. V. Pater Suarez.

Quanta Authoritas?

9 Authoritas non est tanta, quantam jactavit Hieronymus Vives *in opere de Primatu Divinæ libertatis*, benè tamen excessu catologi redarguitus à nostro Borrull *disp. 5. cit. de Scientia Mediâ*. Nam ante exortam Controversiam nullus est Author pro tali Scholâ, ut convincunt Henaus, Platelius, & Thyrsus *jam* citatus. Post exortam, rejecta est *ex parte*, quoad actus malos, à Dominicanis, Ioanne Vincentio, Gonzalez, Nazario, Yanguas, Mondragon, & Araujo: *Omninò*: ab ipso Araujo, à Campanella, & à citato Iosepho de Vita, aliisque, quos citant Eugenius Philadelphus *exercit. tripart. cap. 3. §. 5.* & Raynaudus *in bonotheca sect. 2. ser. 2. cap. 9.* ad istius aures, ore pleno testatis, Doctrinam de Physicâ Prædeterminatione esse novam in Scholâ Dominicanâ suâ, ab Hispanis aliquibus inductam, neque admissam tanquam thessëram Scholæ. Id quod est evidens legenti Campanellam, & Vitam, Dominicanos, fortiter dimicantes con-

Viv. apud Borrull. Ioannes Vicent. Gonzalez Nazarius Yanguas. Mondrag. Araujo. Iof. Vita & alii. apud Philadelp Hendo. Platel. Thyrf. & Raynaud.

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra Prædeterminatores. Hæc, & quæ superaddam *sect. seq.* potuissent Gonetum cohibere, ne tam gloriosè diceret *disp. 4. de Scientiâ Dei, art. 3. ad fin.* Doctrina Thomistarum in tot opinionum varietates non scinditur, nec in se sese implicas sententiarum labyrinthos. Ei, qui Thomistas non evolverit, bona verba.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Gonetus excessit.

10 Igitur Authores pro rigidis his Prædeterminationibus, non sunt nudi, licèt graves; nec sunt omnes Thomistæ, sed pauci. Catalogus incipere debet à Magistro Dominico Bañez, & ex Dominicanis potest attexere *Hispanos*, Alvarez, Thomasium, Davilam, & alios quos affatim illustrat Godoy: & Gallos, Provinciæ potissimùm Tolosanæ quos honorat Gonet: ex externis, Cursum Salmanticensem Discalceatorum, & paucos alios, secùs ac jactat citatus Hieronymus Vives. Alios potiori merito citare potuisset, quos habere vel socios, vel Patronos in opinando, non est latus. Legantur de hoc puncto, de quo aliqua addemus *tract. de Auxiliante Deo* in propositione Controversiæ de Auxiliis efficacibus) Authores præcitati, Paulus Leonardus, Henao, Borrull, Aldrete, Platelius, & Thyrsus.

Alvarez. Ioannes à S. Thoma. Davila. & alii apud Godoy. ex Hispanis & ex Gallis apud Gonet. Pan. Leonardus. Henao, Borrull. Aldrete. Platel. & Thyrsus.

SECTIO II.

PRÆDETERMINANTES BENIGNIORES.

11 Sunt multi, etiam intra claustra Thomistica Breviter ipse, ex his, quæ latè propono *tract. de Auxiliante Deo lib. 13. disp. 63. sect. 4.* varias leniendæ Prædeterminationis vias anticipo ut contra Gonetī jactantiam constet de varietate Prædeterminantiū. Vide *bi* expensiùs loca, & sensum Authorum. Hic indico, viam unicè paraturus impugnationi, *à num. 231.*

Loc. nuper cit.

12 Igitur primus leniēdi modus oblatus est à Magistro Lorca 1. 2. *disp. 20. memb. 2.* qui, ratus *memb. 1.* Prædeterminationem nullatenus esse necessariam, nec ad materiale peccati possibilem; nihilominùs addidit, posse componi cum libertate Creaturæ, si ponatur indistincta ab actione, vi cujus priùs operetur Deus, quàm Creatura, non prioritate temporis, sed naturæ, nec prioritate instantis in quo, sed à quo. Et concludit, *esse sibi verosimile, promoveri sic aliquando à primâ Causâ Voluntatem Humanam.* Et in hanc viam inclinarunt aliqui Thomistæ, ut videre potes apud Suarez *part. 2. de Grat.*

Prior Leniendi modus impugnatus à nobis. 231. M. Lorca.

Thomistæ apud Suarez.

13 Alter leniendi modus oblatus est ab Schotistis, qui pro se laudant Montephilosum, Smisingum, & Pontium, & nescio quas Theses in *Comitiis* sui Ordinis cum laude defensas (de quibus ipse disputando *de Prædestinatione tract. 2. lib. 7. disp. 30.* nonnihil addam) & docent primò: Physicam Prædeterminationem non esse necessariam; non tamen nocituram libertati, si daretur juxta hæc principia. Secundò: concursum simultaneum Dei cum Creaturâ, esse præmotionem, vi cujus, ut Lorca dicebat, priùs natura agit Deus, quàm Creatura, & hanc ad unum illic determinat in actu secundo. Tertiò: ne ista præmotio ædat libertatem, addunt eam dispensari à Deo ex præscientiâ, præviæ inclinationis, quæ in ipso actu primo voluntatis quasi palliatur, & reluctatur potiùs in unam partem, quàm in aliam. Quòd si *instes*, quid sit illa inclinatio pulsans? Aliquando respondent, esse quādam propensionem, quæ nec à Deo sit, nec à Creaturâ, sed retinatur. Aliquando, magis pressi, mihi responderunt, esse, id quod voluntas faceret, si sine concursu Dei, sed se solâ operaretur. Id demùm ab Schotistis audivi, hujusque opinionis acerrimo defensore R. Patre Fr. Hyacintho Hernandez, mihi gratissimo, & amicissimo, ut *loco citato de Prædestinatione* propono.

Infrà lib. 7. à n. 46.

Hernandez.

14 Tertius leniendi modus, datus est à Ioanne Vincentio Dominicano, quem secuti sunt ex Thomistis Araujo, & Gonzalez de Abelda; ex externis Caramuel, & Magister Lumbier ex parte *in tractatu de Scientia Dei* & lenimen stat in eo quòd neget Prædeterminationes physicas, & solùm admittat Morales, quas vocant sui Patroni Prædeterminationes infallibilizantes. Et ratio sumitur, ajunt, ex coaptatione Divinæ Omnipotentiæ moventis, & vocantis, ad genium, & complexionem vocati, ex quâ coaptatione infallibiliter sequitur operatio: unde Deus certò potest, sine physicâ prædeterminatione, operationem præcognoscere, & affirmare. Videat Gonet, quàm conformes Thomistæ procedant.

Tertius modus: Impugnatus à nn. 250. Vincent. Araujo. Gonzalez. Caramuel. Lumbier.

15 Quartus leniendi modus arreptus est

Quartus modus: Impugnatus à nn. 281. Dominic. Magistri teste Ribadeneyra.

est ex Scholâ nostrâ, à Gravissimis Dominicanis Complutensibus, teste Patre Doctore Ribadeney.a, qui ad ejus aures docuere Prædeterminationes physicas defendi debere, modo quo nos defendimus. Prædefinitiones; utque nos dicimus, Prædefinitiones esse simpliciter evitabiles pro libito Creaturæ: ita docebant illi Complutenses Dominicani, Prædeterminationes esse simpliciter evitabiles pro libito Creaturæ. Vnde eas arguitivè, & indirectè volvere subjectas usui libertatis nostræ.

Quintus modus: Impugnatus à nn. 300.

16 Quintus leniendi modus aliter subjecit Prædeterminationes arbitrio nostro, docendo eas acquiri posse per actus ad quos prædeterminant, & impediri posse liberè per oppositos. Et ad hoc utitur præsidio mutuæ causalitatis inter Prædeterminationem, & actum. Ita Salmanticenses Primarius Dominicanus Herrera, citans (jure, vel injuria) pro se multos. Accessit novissimè huic discurrendi modo, satis veteri, gloriatus tamen de novitate, Vincentius Baro Dominicanus, contra quem *in speciali tractatu*, & postmodum *tom. 1. in 1. part.* videri potest ex nostris Pater Ioannes Ferrier.

Dominic. Herrera. Baro Dom. P. Ferrier

Sextus modus: Impugnatus à nn. 287.

17 Sextus leniēdi modus aliter subjecit Physicas Prædeterminationes Arbitrio nostro: facit enim eas dependentes ab aliquâ dispositione prævia ex parte nostrâ. Vnde fit verum, esse in manu nostrâ, quòd sint, vel quòd non sint. Quid ad hæc Thomistæ retentes: Hunc modum olim tenuere Franciscus Davila, & Zumel, etiam requirentes dispositionem positivam: & alii cum Cabrera, requirentes unicè negativam: quibus accessit, etiam gloriatus de novitate discursûs, novissimè Fr. Labat Dominicanus: contra quem juvabit legere Coubuletium nostrum in *speciali Libello.*

Davila. Zumel. Cabrera. Labat. Coubul.

Septimus modus: Impugnatus à nn. 314. Fuster.

18 Septimus leniendi modus est Doctoris Valentini Melchioris Fuster, qui ad stylum Patris Doctoris Ribadeneyræ distinguentis Decretum prædeterminans, Prædefiniens, & Condeterminans, distinxit qualitates prædeterminantes, & quasi prædefinientes, & Condeterminantes: exque his putavit Prædeterminantes, inimicas libertati: cæteras, sive prædefinientes, (ut vocat) sive Condeterminantes eum libertate nostrâ componi posse defendit.

19 Ex istâ varietate duo fiunt. Primùm, Gonetum excessisse manifestè, dum dixit, (advocato ad popularem plausum eorum, qui alia non legunt, magni Dionysii textu ex *cap. 4. de Divin. Nominib.*) Doctrinam Thomistarum non scindi in varietates opinionum. Recogita quâ fide. Secundum, non excessisse me, dum dixi, Authores pro Physicis illis Prædeterminationibus non esse multos: nam, ut constat, ex ipsis Thomistis, lenientes non sunt pauci.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Gonetī excessus.

SECTIO III.

AVTHORITAS CONTRA PRÆDETERminationem.

20 Prostat apud Paulum Leonardum, id est, Sherlogum, *de Scientia Mediâ*, apud Patrem Matthiam Borrull, contra Vives *de Scientiâ Mediâ*, apud Platellium, & cumulatissimè apud Patrem Aldrete *tract. de Scientia Dei*, apud Patrem Henao, semel, & iterum, *in Scientiâ Mediâ Historicè propugnatâ*, & apud Reverēdissimum Nostrum Patrem Thyrsum Gonzalez *tom. 4. select. disp. 4.*

Leonard. seu Sherlogus. Borrull. Aldrete. Henao. Platel. R.P. N.G. Thyrsus.

21 Et imprimis stat contra Prædeterminationes Authoritas Augustini, & Thomæ. De illo, *singulari volumine*, convincit Henricus Scerf: de illo Pater Avendaño: de utroque Doctor Eximius *part. 2. de Gratiâ lib. 3. à cap. 44. & tom. posth. de Verâ intelligentiâ Auxilii efficac. à cap. 36.* Montoya *disp. 49. de Scientiâ*, Fassolus, Avendañus, Aldretus, & novissimè Thyrsus *tom. 1. & 4. selectarum*, & citatus Vita Dominicanus. Pro rei evidētiâ, facit imprædeterminantem, & Nostrum Augustinum, primò: locus ille *ex quæst. 2. ad Simplician: Vt velimus, & sumus esse voluit, & nostrum, sumus vocando, & nostrum sequendo.* Quod *vocare*, vide si efficax sit, quomodo explicet Augustinus *ibi: eum vocat, sicut fecit ti congruere, ut vocantem non respuat.* Non aliter explicamus nos. Illud *sequi*, vide quomodo intelligat *lib. 83. quæst. 60. ut venirent vocati, erat in eorum liberâ voluntate.* Secundò locus ille *de Dogmatibus Ecclesiasticis cap. 9. Initium salutis, Deo miserante, habemus: ut acquiescamus autem salutari inspirationi, nostræ potestatis est.* Quid clarius?

Augustin & Thom. Ex Scerf. Avendañ. Suarez. Montoya. Fassolo. Aldrete. M. Vita.

Do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Et Ioseph. Vita. Augustini, & Thomæ loca inelucta-bilia.

22 Doctorem Angelicum, (quidquid Moderni Prædeterminatores clament,) certò facit imprædeterminantem, & nostrum. Primò: modus Divinus cognoscendi contingentia, quem hic docet, *art.* 13. excludens alios, præter modum cognoscendi ea in seipsis: quæ est sententia nostra: ex diametro opposita Prædeterminatoribus. Verba sunt, postquam excluserit cognitionem in causis. *Contingentia non possunt cognosci, nisi ut sunt in seipsis determinata, & secundùm præsentialitatem, quam habent ad suam differentiam temporis.* Secundò: modus operandi, quem docet, proprius agentium liberorum: id est, immunis *ab alio determinante*: id quod habet *expresè 2. sententia. dist. 39. art. 1. & 1. 2. quæst. 9. art. 6. ad tertium*; & manifestè Prædeterminationem omnem excludit. Tertiò: modus loquendi de Gratiâ efficaci, quem docet, id est, consistens *in illustrationibus, & inspirationibus*, ex se indifferentibus. Id habet expresè *in Ioan. 6. 44. & sect. 6. sup cap. 8 ad Roman. & 1. part. quæst. 62. art. 3. ad 2.* Hæc sufficient meditanti.

Apud Ruiz. Fassolum. Thyrsum. Repugnat Thomistæ Veteres.

23 Stat etiam contra Prædeterminationes Authoritas totius Antiquitatis Scholasticæ, ut convincunt, citatis Authorum, & locis, & verbis, eruditissimus Pater Ruiz de Montoya *disp.* 49. *de Scientiâ Dei per novem sectiones*, Pater Fassolus *in 1. part. ad quæst.* 14. *art.* 13. & novissimè Reverendissimus Noster Thyrsus *tom.* 4. *select.* Et quidem ex hac Scholasticâ Antiquitate non excipio Thomistas, eorumque Principes, Capreolum, Cajetanum, & alios omnes, qui scripsere ante exortam controversiam de Auxiliis.

Et multi Ex Benedictin. Ex Cartusian. Ex Dominican. Ex Franciscan.

24 Stat insuper contra Prædeterminatores Authoritas ex omni Religiosorum ordine maximè multa, & gravis. Ex Benedictino ante exortam controversiam, septem: post exortam, supra triginta. Ex Carthusiano, tres. Ex Prædicatorum Ordine, ante exortam controversiam, cum Sancto Thomâ sex supra triginta ex Primariis tàtę Scholę Doctoribus: post exortam, cum Reverendissimo Generali Magistro Thoma Turcho septem graviss imi Scriptores, ultra approbatores operum Iosephi de Vira, & Campanellæ. Ex Franciscano ante exortam controversiam, novem supra triginta cum Schoto, & Bonaventurâ: post exortam duo supra viginti.

Ex Augustinian.

Ex Augustiniano, cum Aquilâ suâ, tredecim ante exortâ controversiam; post exortam, septemdecim gravissimi, quibus addo nostræ Academiæ Doctores eatissimos R. Patrem Magistrum Fr. Laurentium de Segovia magni virum ingenii: & non minoris spei Magistrum R. Patrem Fr. Didacum de Gratiâ nunc in pulvere Scholastico, se cum laude gerentem. Ex Carmelitano, ante exortam controversiam, quinque cum Bachonio: post exortam, duodeviginti, quos inter eminent, Academiæ nostræ Splendor, & nostri Sæculi Virad omnia par, Amicissimus meus RR. P. M. Fr. Raymundus Lumbier: & Ingenii ad omnia prompti R.P. Magister Fr. Ludovicus Pueyo, & Abadia. Ex Hieronymiano, cum Doctore Maximo, tres. Ex Ordine Sanctissimæ Trinitatis, omnes. Ex Ordine de Mercede, quamvis innato in Prædeterminationem, Duo. Ex Ordine Minimorum, septem. Ex Ordinibus Clericorum Regularium, Theatini duo; Minor, Vnus adinstar mille: Somaschus, alter, ex Congregatione Sancti Pauli; & ex Oratorii Congregatione aliqui. Singulorum nomina, loca, & verba, vide *loc. cit.* apud Thyrsum.

Ex Carmelit.

Ex Hieronym.

Ex Mercen. Ex Minim. Ex Trinit. Ex Cleric. Reg. Vide Thyrsum, & Henao. Scriptores Gravissimi.

25 Stat præterea contra Prædeterminationem Authoritas ex statu Ecclesiastico sæculari gravissima, tamante, quàm post exortam controversiam. Octo supra sexaginta numerat, recitatis sincerè locis, & verbis, Thyrsus Noster. Quos inter Scriptores (quod advertas, velim,) sunt ferè omnes qui nostro, & ex ipso sæculo scripsere contra Hæreticos nostri tèporis. Adde Sanctitatis, & Cœlestis Sapientiæ Apices, Sanctum Franciscum de Sales, apertum Prædeterminationis osorem, & apertissimum Sententiæ Iesuiticæ Propugnatorem, ut apertè convincit ex variis locis Emmanuel Maynam, ex Ordine Minimorum, *tom.* 2. *suæ Philosophiæ cap.* 42. *prop.* 29. Item Sanctam Theresiam à Iesu; ut videre est in operibus ejus. *Lege cap.* 15. *Vitæ suæ*: Demum, Fœminam illam, eximiæ Sanctitatis, & Admirabilis Sapientiæ famâ notissimam in Hispaniâ Venerabilem Matrem Mariam à Iesu de Agreda. Legatur 2. *part. Mysticæ Civitatis lib.* 6. *cap.* 70.

S. Franciscus de Sales. Ex Maynâ Minimo. S. Theresia. V. M. Maria de Agreda. Tota Societas Iesu.

26 Stat denique contra Prædeterminationem, Vniversa Societas Iesu, id est, Gravissimi Scriptores in nullius verba jurati, ferè innumeri, quorum nomina dabit Bibliotheca Societatis, vetus, nova, & novissima calamo Ribadeneyræ, Alegambe, & Sotuelli: Academiæ *viginti duæ*, sub regimine Societatis. Innumerabiles ferè Scholæ, toto Orbe, conspicuæ. Nec audiêdus est Gonet, excipiens Bellarminum, qui *lib.* 1. *de Gratiâ, & lib. arb. cap.* 12. § *Est igitur alia*, Physicam Prædeterminationem clarè facit Lutheranam, & Calvinianam: ego nec fero, nec curo censuram. Nec magis audiendus, excipiens, Azorium, Pererium, & Henriquez, imò & Conimbricenses, quòd fortè apud istos Authores legerit, causas secundas ad agendum moveri à Primâ. Bone! Causas secundas moveri a Primâ, est à Primâ physicè prædeterminari? Imò, & præmoveri causas secundas à Primâ, est, à Primâ physicè præmoveri, & prædeterminari secundas? Vndenam motus (qui potest esse valdè varius, & multiplex) ex conceptu suo habet esse irresistibilem determinationem ad unum? Et ex generica locutione, quâ usi sunt cum Angelico Præceptore, Pererius, Henriquez, & Azor; Gonetus, tanquam legitimè inferens ex genere speciem, totundè fecit Prædeterminatores.

Ex Ribad. Alegamb. & Sotuell. Quor. Academia?

Gonet excessus carpitur.

27 Quòd si audiendus jure non est Gonet; meritò ridendus Magister Ferre, qui contra nos, & pro se allegat Patrem Fraciscum Suarez, & Patrem Vazquez, & Patrem Gabrielem de Henao. Non potuisset alios eligere, ut clarius esset, ex eorum operum, ad omnium oculos, clarissimâ luce, vel odium, vel figmentum. Qui non est veritus citare pro Prædeterminatione Patrem Suarez, quid mirum, quòd citaret Nostrum Sanctissimum Patriarcham Ignatium? Legatur Henao *cvent.* 46.

Ex Mayist. Ferre non curamus.

S. P. N. Ignatius.

SECTIO IV.

TENENDA VERITAS: ET LOCORVM, unde nascitur Probatio multiplex, indicatio.

Veritas.

28 VEritas in præsenti puncto tenenda, duo dicit, alterum de positivo; de negativo alterum. De Positivo est Modus, quo Deus, exclusis Mediis prævisè connexis, & Prædeterminantibus, certò præcognoscit liberè contingentia. De negativo, est Exclusio omnis Medii, tam increati, quàm creati, Prædeterminantis arbitrium Agentium liberorum, & sic fundantis certitudinem contingentis Divinæ Scientiæ. Prima pars, de Positivo explicabitur, *lib.* 4. & 5. cùm sermo in specie sit *de Scientia Visionis, & Mediâ*. Nunc ex professo secundam partem aggredimur, excluturi, à Scientiâ Dei circa liberè contingentia, Omne medium Prædeterminans. Sit ergo

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Infrà lib. 4. & 5.

29 Conclusio universalis: Circa liberè contingentia repugnat inniti Divinam Scientiam, ipsius Dei Prædeterminatione. Sub hac voce, tam Decretum physicè extrinsecè prædeterminans, quàm intrinsecam qualitatem physicè prædeterminantem: imò quamlibet antecedentem suppositionem connexionis inevitabiliter, & in dependèter ab usu libertatis creatę prexistentem, intelligo. Placet hùc indicare Fontes, unde fluunt innumeræ rationes, & argumẽtationes solidissimæ, signatis Authoribus, qui singulariter tetigere. Seligam ipse postmodùm, ex quibus speciales probationes derivandæ sint. Pari modo prædeterminantem Scholam repræsentabo *disp.* 17.

Conclusio Universalis.

Vnde probandæ?

30 Fontes igitur, unde fluunt impugnationes Prædeterminationis, & Probationes veritatis assertæ, sunt quindecim. *Primus* est, defectus in bonâ Philosophiâ; & ex hoc arguit contra Prædeterminatores ingentissimè Doctor Eximius *part.* 2. *de Grat. lib.* 3. *à cap.* 30. *adusque* 40. Ipse rem tango *disp. seq. & tractatu de auxiliante Deo lib.* 10. *à num.* 95.

Primus locus. Suarez. Mox à nu. 47. & lib. 10. à nu. 95.

31 *Secundus* est, munus Causæ Primæ, & subordinatio secundæ ad primam, & ex hoc, qui celebris, & Palmarius esse contra nos solet Prædeterminantium locus, arguunt contra ipsos ipse Pater Suarez *loc. cit. à cap.* 41. Pater Ruiz de Montoya *de volunt. disp.* 45. & Pater Franciscus de Oviedo *in physicis*. Ipse rem disputo *lib.* 7. *de Deo Prædestinante disp.* 32. *sect.* 1. *à num.* 9.

Secundus locus. Suarez. Montoya. Infrà lib. 7. à nu. 9.

32 *Tertius* est, munus determinandi, proprium Agentis liberi, de quo ipse disputâdo *de actibus Humanis, & infrà lib.* 7. *à num.* 30. & ex hoc arguunt ipse Ruiz *de Scientiâ Dei disp.* 50. Pater Ripalda *tom.*

Tertius locus. Ruiz. Ripalda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tom. 2. disp. 104. sect. 6. & ex his Henao, Avendaño, Quirós, & Borrull.

Henao. Avendañ. Borrull. Quirós.

33 *Quartus* est, Authoritas Scripturæ: & ex hoc arguunt omnes Imprædeterminantes, ex Suarez, & Montoya. Hunc, instar omnium, vide *de Scientiâ Dei à disp. 39.*

Infrà lib. 7. à nu. 30.

Quartus locus. Suarez. Ruiz.

34 Quintus est, Authoritas aperta Conciliorum, Tridentini videlicet, & Senonensis: & ex hoc arguunt etiam omnes ex Suarez *lib. 5. à cap. 37. adusque 43.* quem imitatur optimè Reverendissimus Noster Thyrsus *tom. 1. sect. disp. 17. per sectiones decem: & tom. 4. singulariter disp. 4 sect. 7. per §. septem.*

Quintus locus. Suarez. Thyrsus. & Infrà à nu. 322.

35 *Sextus* est, Authoritas Patrum, præsertim Augustini, & Thomæ: & ex hoc, post Montoyam *disp. 49. de Scientiâ*, & Pater Suarez 2. *part. de Grat. lib. 3. cap. 44. & lib. 5. à cap. etiam 44. & tom. posth. de verâ intelligentiâ Auxilii efficacis*, singulariter arguunt, *in speciali quisque tractatu*, Petrus à Sancto Iosepho, D. Henricus Scerf, & Pater Michael Avendaño. Legendus etiam Thyrsus *tom. 4. disp. 5.*

Sextus locus. Montoya. Suarez. Pet. Fulienf. Scerf. Avendañ. Thyrsus.

36 *Septimus* est, Combinatio cum erroribus Calvini: & ex hoc arguit acutè Pater Annatus *disp. 4. de Scientiâ Mediâ.* Ruviere *in speciali Libello*: & Reverendissimus Noster Thyrsus *tom. 4. select. disp. illâ 4. sect. 7. à* § 38.

Septimus locus. Annatus. Ruviere. Thyrsus.

37 *Octavus* est, Combinatio cum damnatis Propositionibus Iansenii: & ex hoc per modum subdubitantis, & excitantis Thomistas ad majorem explicationem sui, arguit Pater Henao *de Scientiâ Mediâ tract. 18. à num. 543.* Augustinus à Sancta Maria, Carmelita Discalceatus, ofert acerrimus Prædeterminationum in suo cursu Aristothomistic. *disp. 13. Physic. quæst. 6.* & Noster Thyrsus *disputatione citatâ à §. 45.*

Octavus locus. Henao. Aug. à S. Maria. M. Thyrs.

38 *Nonus* est Ius libertatis creatæ: & ex hoc, præeuntibus Molina, Suarez, & Montoya arguunt omnes nostri; sed omnium acutissimè, & acerrimè Pater Antonius Perez *de Prædestinatione Augustiniana*: quem imitantur, & explicant ingenio pari Pater Ribadeneyra *de Actibus Humanis*, Pater Quirós, & Avendaño *de Prædestinatione*, Pater Borrull *de Scientiâ Mediâ*, & Noster Thyrsus *tom. 1. & 4. select.* Ipse rem, totis viribus exequar *à num. 68.* vix tactis, quæ circa punctum idem disputando *de Scientiâ Mediâ*, *de Prædestinationibus*, & *Actibus Humanis* omitti non possunt.

Nonus locus Omnes Nostri. P. Anton. Perez. Ribaden. Quirós. Avendañ. Borrull. Thyrs. & mox à nu. 68.

39 *Decimus* est, discrimen tentationis gravis à levi: & ex hoc arguit acutè Pater Antonius Perez *loco citato*, & post ipsum Ribadeneyra, Quirós, & Borrull: quos imitatus ipse sum *infrà à num. 438.*

Decimus locus. Ant. Per. & Infrà à nu. 438.

40 *Undecimus* est sufficientia Auxilii etiam Peccatoribus assistens: & ex hoc arguunt omnes post Suarez, & Montoyam: illum, *lib. 5. de Grat. à cap. 10.* Hunc *de Prædestinatione à disp. 39. adusque 49.* qui duo maximè fidunt contra Prædeterminantes hoc genere disputandi: sit enim exinde, ut acutè promovent Pater Antonius Perez *loco citato* Pater Quirós *de Prædestinatione disp. 20.* Pater Ribadeneyra passim *in eo tract.* & Noster Reverendissimus Thyrsus *tom. 1. & 4. select.* neque Deum seriò velle salutem hominum; quod hæreticum est: neque transgressionem præceptorum fore peccaminosam: quod impium est. Ipse, passis velis, rem totam exequar *à num. 147.*

Undecimus locus. Ant. Per. Quirós. Ribaden. Thyrsus. Ipse mox à nu. 147.

41 *Duodecimus* est, obligatio contractûs, Iuramenti, & Voti: & ex hoc speciosè, & validissimè arguit Pater Ruiz de *Scientiâ Dei disp. 46.* & ex ipso Patre Matthias Borrull *in opere de Scientiâ Mediâ.*

Duodecimus locus. Ruiz. Borrull.

42 Tertius decimus est æquitas comparativæ exprobrationis, tam obviæ in Sacrâ Paginâ: & ex hoc arguit optimè Pater Suarez *part. 2. cit. de Grat. lib. 5. cap. 30.* quem ingeniosè imitantur Scriptores Nostri Moderni. Ipse rem tango in præsenti tractatu *lib. 5. à num. 78.*

Tertius decimus locus. Suarez. Ipse lib. 5. à num. 78.

43 Decimus quartus est Vtilitas Precum, & Consiliorum: & ex hoc arguit Pater Didacus Ruiz de Montoya *disp. 39 de Scientiâ.*

Decimus quartus locus. Montoya.

44 Decimus quintus, & ultimus est Divina Sanctitas, quam prædeterminativam mali quoad materiale faciunt Prædeterminantes Thomistæ: & ex hoc arguunt Pater Suarez *lib. 3. de Grat. à cap. 45.* Pater Ruiz de Montoya *de Voluntate à disp. 27. adusque 51.* & ex his omnes Authores Nostri: quos imitabor Ipse paulò inferiùs *à num. 518.*

Decimus quintus locus. Suarez. Montoya. Ipse infrà à nu. 518.

45 Hi sunt Fontes argumentorum innumerabilium, quæ favent nobis, & Thomistas

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

mistas maximè premunt. Qui videre singula velit ex uno calamo, evolvat indefatigabilem illum Prædeterminationis Physicæ Malleatorem, eruditissimum Theologum Patrem Didacum Ruiz de Montoya *tom. de Scientiâ Dei, à disp. 38. adusque sexagesimam: & tom. de Voluntate Dei à disp. 27. adusque quinquagesimam primam: & tom. de Prædest. à disp. 39. adusque 49. inclusivè.*

P. Didacus Ruiz de Montoya.

46 Verum, quia omnia recidunt tandem in illa principia; quòd Sententia prædeterminans libertatem creatam extinguat; & quòd destruat sufficientiam, & quòd Deum faciat Authorem peccati: Tria hæc ipse Capita specialiter seligo, & quantâ possim diligentiâ contra Physicam Prædeterminationem obarmo, nihil relicturus ex his, quæ Rigidi, vel Mitigati Prædeterminatores opponunt in Patrocinium sui. Nec arguendi formas, quas circumferri video ex manuscriptis meis, immutabo, eò jam mihi gratiores, quò magis honoratæ sunt à magnis Ingeniis Academiæ nostræ Cæsaraugustanæ. Priùs tamen, ad lucem Philosophiæ, brevi videnda erit Prædeterminatio Physica.

Consilium Authoris.

DISPVTATIO XII.

PHYSICA PRÆDETERMINATIO, PRINcipiis Philosophicis non cohæret.

47 EN argumentum: Suppositio physicè prædeterminans (ita loquar & extrinsecam Decreti, & intrinsecam qualitatis amplectar) juxta principia philosophica, necessariò se debet habere ex parte actûs primi: & non se potest habere ex parte actûs primi: ergo juxta principia philosophica, manifestò repugnat. Consequentia patet: & antecedentis utraque pars, quia summi momenti est, ostenderur efficaciter per suam unaquæque Sectionem.

SECTIO I.

PRÆDETERMINATIO PHYSICA NON se potest habere, si detur, ex parte actûs primi.

Ioannes à Sancto Thomâ. Godoy. Gonet. Castell.

48 ITa sentiunt, & scribunt calamo pariformi Moderni Prædeterminantes, cum Thomasio, Godoy, Goneto, & Castelli: & ostenditur breviter, & efficaciter in hunc modum: si Prædeterminatio se deberet habere ex parte Actûs primi, non daretur Auxilium verè sufficiens: sed hoc est falsum, & hæreticum: ergo Prædeterminatio non se debet habere, nec potest, ex parte actûs primi. Minor est certa contra Sectarios nostri temporis, & novissimè contra Iansenistas. Major ostenditur, primò: Is, cui deficit aliquid potestatis simpliciter requisitæ ad actu operandum, pro suo libito inadquiribile, non habet veram sufficientiam ad operandum: nam, qui non potest simpliciter, non sufficit; & ille, cui potestas deficit, simpliciter non potest, ut notum est ex terminis: Atqui si prædeterminatio physica se habet ex parte actûs primi; illi, cui deficit, deficit aliquid potestatis simpliciter requisitæ ad actu operandum: ergo ille, cui deficit, non habet veram sufficientiam ad operandum.

Aranda de Deo.

49 Secundò ostenditur eadem major: Si Prædeterminatio se deberet habere ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 1. de Deo scientc.

parte actûs primi, qui prædeterminationem haberet, necessariò habere deberet sufficientiam ex prædeterminatione constitutam: sed sufficientia ex prædeterminatione constituta nequit esse sufficientia libertatis: ergo si prædeterminatio se deberet habere ex parte actûs primi, non daretur vera sufficientia libertatis. Major patet: quia si semel prædeterminatio requiritur ex parte potentiæ, necessariò requiritur ex parte sufficientiæ: nemo enim sufficit operari, nisi per potestatem operandi. Minor non patet minùs: quia sufficientia libertatis est æquè librabilis in partem utramque, & cum dissensu, & consensu æquè compossibilis.

50 Tertiò ostenditur eadem major: si enim prædeterminatio se haberet ex parte actûs primi, indispensabilitas physicæ prædeterminationis ad actu operâdum, non utcumque impediret libertatem, & sufficientiam, sed tolleret etiam libertatem radicalem, & remotam: ergo nullus maneret locus veræ sufficientiæ. Consequentia patet: unde, eâ admissâ, non minor, quòd Sectarii, qui ex bonâ Logicâ Prædeterminationes istas admittunt cũ suis legitimis consequentiis, ausi sint dicere libertum arbitrium esse *Titulum sine re*. Probatur autem sequela antecedẽtis: Nam de ratione libertatis radicalis, & remotæ, est posse conjungi cum proximâ; sed admissâ semel necessitate physicæ Prædeterminationis ex parte potentiæ, & actûs primi divinitùs indispensabilis repugnat ista conjunctio: quod patet: nam ex *num. præced.* admissâ semel eâ indispensabilitate ex parte potentiæ, repugnat omninò libertas Proximæ: quo modo igitur potest esse possibilis conjunctio cum prædicato quod repugnat verificari?

51 Dici ad hæc potest, dupliciter requiri posse ex parte actûs primi Physicã Prædeterminationem. Primò: tanquam partem actûs primi, ipsum constituentem in esse talis. Secundò: tanquam perfectionem de lineâ actûs primi, & complementum ipsius. Discrimen apertum est: nam, si secundo modo requiratur physica prædeterminatio, eòipsò supponit actum primum; & veram sufficientiam, cujus est perfectio superaddita: si verò primo modo requiratur, sine physicâ prædeterminatione nequit stare vera sufficientia. Secundo modo, & non primo requiri dicens ja est Prædeterminatio physica, si admittatur ex parte actûs primi. Sic eludere conati sunt aliqui Prædeterminantes, quos protegit Ledesma Dominicanus, argumentorum vim. Vide latè torquentem, & insequentem Doctorem Eximium *lib. 5. de Auxiliis, & part. 2. de Gratia cap. 10 à n. 18.*

Ledesmæ Fuga intercepta à Suarez.

52 Contra tamen est: Tunc perfectio potentiæ superaddita, purè perficit, & non constituit sufficientiam potestatis, quando sine ipsâ stare potest tota potestas actûs primi: sed si physica prædeterminatio requiratur indispensabiliter ex parte actûs primi, sine ipsâ stare non potest tota potestas actûs primi: ergo, si ita requiratur, non purè perficit, sed constituit sufficientiam potestatis: ergo sine ipsâ non est sufficientia. Consequentiæ liquent: major est evidens millenis exemplis: Perfectio enim superaddita, purè perficiens, & non constituens, salvat essentiam rei, quam perficit. Sic essentiã albi, perficit secundus gradus albedinis, non constituit: quia licèt constituat album intensum, supponit sine ipso totam essentiam albi. Minor autem non est evidens minùs. Implicat enim esse totum, ubi aliquid deficit, ex his quæ requiruntur indispensabiliter ad totum: sed deficiente prædeterminatione, in hac viâ discurrendi, deficit aliquid indispensabiliter requisitum ad totum potestatis, seu actûs primi: ergo eâ deficiente, implicat esse totum potestatis, seu actûs primi. Quis autem sufficit agere, sine toto potestatis, & actûs primi ad agendum? ei enim qui sufficit agere, ad agendum sola deficit actio. Sed de his latè *à num. 148.*

Infrà à nu. 148.

SECTIO II.

PHYSICA PRÆDETERMINATIO, SI detur, habere se debet ex parte actûs primi.

53 Ita inventores illius cum Dominico Bañez: id quod de Decreto physicè prædeterminante, non video, quâ ratione negari possit, aut dubitari: Nam Decretum illud apud hujusmodi Authores, est præparativum Divinæ Omnipotentiæ, est subordinativum causæ secundæ ad primam, est collativum potestatis, & actionis: quomodo ergo supponere potest actum primum, quem dat, quem expedit, & quem constituit? Verùm, asserta positio etiam, de qualitate physicè prædeterminante

Ex Bañez. Vide infrà sectã Thomistarum lib. 4. nu. 363.

54 Ostenditur primò: Physica prædeterminatio, seu suppositio physicè prædeterminans est vis physicè productiva actionis, in causâ recepta antecedenter ad ipsam actionẽ: ergo se habet ex parte actûs primi: ergo sine ipsâ non minùs est incompleta causa in ratione potentis physicè causare, quàm potentia visiva sine lumine, & specie; & potentia Voluntatis sine supernaturali comprincipio. Hæ duæ cõsequentiæ sunt evidentes. Prima: quia virtus effectiva est causa; & causa quæ necessariò prærequiritur in Agẽte antecedenter ad actionem, necessariò est de constitutivo, & integritate actûs primi. Secunda: quia implicat in terminis causam esse completam cum defectu essentialis comprincipii.

55 Probatur igitur Antecedens primò, & à priori. Quia actionis dependentia à Prædeterminatione physicâ est summa, estque etiam divinitùs indispensabilis; atqui tanta necessitas, & dependentia, semotâ causalitate prædeterminationis, non habet titulum, in quo sustentur: nam quisnam is est? Et urgeo sic: si Prædeterminatio non applicaret agens coefficiendo actionem cum ipso, Agens erumperet in actionem ex quadam sympatiâ, & intrinsecâ necessitate operandi, semel receptâ tali motione; sed hoc repugnat principiis Thomisticis: quod ostendo: Nam sic illa præmotio non determinaret, sed se haberet ut mera conditio, ut Agens operaretur ex intrinsecâ determinatione; & necessitate quasi cõditionatâ ad operandũ, positâ præmotione. Imò hinc manifestè convincitur assumptum principale, ut evincam à *num. 72.*

Infrà à nu. 72.

56 Probatur Antecedens secundò: Physica Prædeterminatio recepta in Agente applicat indispensabiliter ipsum effectui: ergo quia producit effectum in ipso. Probo consequentiam: tùm quia actio non applicatur Agenti nisi per se ipsam: ergo neque Agens applicatur actioni, nisi per vim collativam actionis; sed vis actionis collativa est necessariò vis ipsius actionis productiva: ergo. Tùm etiã: quia eatenùs Prædeterminatio applicat Agens ad actionẽ, quatenùs facit producere actionem: ergo eatenùs est applicatio, quatenus se ipsâ necessariò comproducit ipsam actionem.

In Primã par. tract. 1. de Deo scientc.

57 Probatur Antecedens tertiò: Gratiâ efficax est causa physica salutaris nostri consensûs: ipsa enim est per vos illa *vis effectrix nostræ voluntatis*, ex Augustino; ipsa est per vos, *vires illæ efficacissimæ*, quæ juxta ipsum Augustinum *dant* nobis non solùm *ipsum posse*, sed *actum*: ipsa est per vos *illud posse*, quod contra Pelagium contendebat Augustinus; ipsa est per vos in absentiâ habituum tota virtus agendi in ordine superno. Hæc omnia manifestè significant vires physicè causativas: Atqui Gratia efficax per vos est essentialiter physica prædeterminatio: ergo physica prædeterminatio est causa physica salutaris nostri consensûs.

Augustin.

58 Confirmantur hęc omnia ex principiis Thomistarum. Primò: Nam ideò per vos requiritur prædeterminatio physica: quia nempe, præcisim ab ipsâ non est causa in actualitate perfectâ, nec in proportione debitâ ad operandum, & tribuendum existentiam effectui: ergo physica prædeterminatio requiritur antecedenter ad effectum ut suppleat defectum actualitatis in causâ, & ut ipsam proportionet in lineâ virtutis activæ: ergo complet ipsam causam in lineâ virtutis activæ, & consequenter se tenet ex parte actûs primi. Probo istam consequentiam: quia nulla potest dari efficientia, nisi causa per ipsam aliquid educat de non esse ad esse: ergo causa, quæ nec est in actualitate perfectâ, non sufficienter completa ad dandum esse, nec est in actualitate perfectâ, nec sufficienter completa ad efficiendum: ergo per id quo constituitur in actualitate perfectâ, & completur ad dandum esse, constituitur, & completur sufficienter ad efficiendum. Id autem est vestra physica prædeterminatio.

Ad homines.

59 Confirmatur secundò ex communioribus principiis. Primum: non est contra rationem principii connexio essentialis cum actu. Constat primò: ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

In prima par. tract. 1. de Deo sciente.

æterno principio Divini Verbi, qui Pater est. Secundò: ex Decreto executivo Divino; & ratio est, quia rationi principii non obstat influendi necessitas. Secundùm: Potentia ad aliquid nihil est aliud, quàm principium illius. Ita Sanctus Thomas 1 *parte. quæst.* 41. *art.* 4. *S. Thomas.* 0. sic scribens: *Necesse est ibi ponere potentiam respectu hujusmodi actuum, eã potentia nihil aliud significet, quàm principium alicujus actũ*. Tertium: Principium est *id, unde aliquid procedit*: nempè id, quod in munere præstandi, quòd res existat, ipsi præfertur. Sicut enim principium est quoad locum, quod in ubicatione præfertur aliis; & quoad tempus, quod aliis in duratione præfertur: ita similiter, quod in existendo præfertur alteri, ut illativa ratio illius existentiæ, principium est, & respectu illius, rationem potentiæ sortitur. Iam ex his disputo: Physica prædeterminatio, licèt ex essentiali sui connexione cum effectu determinet, & applicet causam secundam ad ipsum effectum, est id, quod illi est ratio, ut existat antecedenter ad omnem actionem: ergo est id quod illi præfertur in munere præstandi, quòd existat: ergo est id, unde procedit, atque adeò principium. Sed principium habere debet se ex parte actûs primi: ergo. Iam vides quàm absurdè, & præter canones totius Philosophiæ finxerit Alva- *Alvarez.* rez actum medium inter primum, & secundum.

60 Ostendo secundò: Prædeterminatio prærequiritur ad actionem, non quidem ut illius constitutiva, sed saltem ut applicatio, & conditio Agentis ad illam: ergo se habet ex parte actûs primi, saltem proximi, & expediti. Probo consequentiam. Agens esse in actu primo, non solùm dicit virtutem productivam effectûs, sed etiã applicationem, & alias conditiones necessarias ad operandum: Quis enim ignem dicat esse in actu primo ad calefaciendum, eòipsò quòd habeat virtutem productivam caloris, si tamè illam habet inapplicatam, & indispensabiliter impeditam? Certè ignis existens Cæsaraugustæ ex defectu solus applicationis ad lignum existens Romæ, non diceretur aptè esse in actu primo proximo, & expedito ad illius, vel calefactionem, vel combustionem: ergò si physica prædeterminatio est intima approximatio Agentis ad actionem, & illius applicativa conditio, non potest sine ipsâ percipi Causa in actu primo completo, & expedito. Sed id sine quo percipi nequit Causa in actu primo completo, & expedito, necessariò constituit actum primum: ergo.

61 Confirmabitur efficaciter, & illustrabitur hæc ratio, si præmittas, primòi Ex parte potentiæ non solùm ea se tenent, quæ faciunt actum in genere Causæ efficientis, sed alia plura: illa nempè sine quibus non datur plena sufficientia. Sunt autem plura, sine quibus dari nequit plena sufficientia, quin tamen faciant actum in genere Causæ efficientis. Sic apud non paucos se habent respectivè ad affectum voluntatis cognitio, ad actiones sensitivas, organi dispositio, ad actus intellectus impressa species, ad sensationes, præcedentia materiæ primæ, & unionis; carentia plurium impedimentorum ad plures effectus; ad peccandum exclusio formæ necessitantis ad bonum. Secundò: Voluntas sicut est potentia secunda, ita etiam est potentia cæca: Vnde sicut, quia secunda indiget physicè præmoveri à Deo ut operetur, seu physicâ prædeterminatione: ita, quia cæca, indiget intentionaliter præmoveri ab objecto, seu intentionali præmotione, quæ consistit in notitia directivâ. Iam ex his disputo:

62 Et confirmo præcedentia: non minùs indiget ad exercitium amoris Voluntas præmotione intentionali, titulo potentiæ cæcæ, quam physicâ præmotione, titulo causæ secundæ. Atqui illa intentionalis præmotio, licèt effectivè non influat, habeatque se ut intentionalis applicatio, & approximatio, se tenet ex parte potentiæ, & actûs primi: ergo & illa physica præmotio, licèt effectivè non influat, habeatque se merè, ut physica applicatio, & approximatio. Vnde benè licet inferre: Sicut qui caret notitiâ, & potestate liberâ eam in se excitandi, simpliciter dicitur, & est impotens ad amandum, quamvis abundet aliis comprincipiis: sic qui caret prædeterminatione physicâ, & potestate liberâ eam sibi acquirendi, dici debet, & est simpliciter impotens ad operandum, quantumvis abundet aliis comprincipiis. Quod egregiè urget Ribadeneyra exemplo Medici, scientis quidem bonitatem pharmaci ad sanandum ægrotum simpliciter necessarii: quod quidem nec habet ipse, nec pro libito conficere potest. Quis hunc dicat habere in manu suâ sanitatem ægroti? *Ribaden.*

63 Ostendo tertiò: Id sine quo implicat conceptus Potentiæ, & Causæ, necessariò se tenet ex parte Potentiæ, & Causæ; Atqui sine physicâ prædeterminatione implicat conceptus Potentiæ, & Causæ: ergo. Minor in quâ est difficultas probatur ad homines ex ipsis argumẽtis, quibus arguunt Thomistæ contra nos. Implicat potentia creata (de hac enim loquimur) quæ per modum *primi Principii, & primi Agentis*; nec subordinati Deo, nec continentis actualitatis gradum necessarium ad effectûs productionem, & existentiam, possit in actum secundum erumpere, aut ipsum producere: Sed physica prædeterminatio per vos exigitur, ne Creatura sit primum principium, primum agens; ut subordinetur Deo in ratione potentis, & ut contineat actualitatis gradum necessarium ad productionem, & existentiam effectûs: sine physicâ enim prædeterminatione si Voluntas operaretur, non subordinaretur Deo in ratione potentis, nec contineret ultimam actualitatem effectûs; imò esset *primum principium, primum agens, primum liberum, & determinans*: ergo implicat quòd potentia creata sine physicâ prædeterminatione sit potens ad effectum producendum: ergo implicat sine physicâ prædeterminatione conceptus integer, & completus Causæ creatæ: quod demonstrandum erat.

64 Ostendo quartò: Id sine quo neque est proxima potestas libera, neque remota ad exercitium consensûs v. g. ut subordinati Deo in existendo, necessariò est id quo deficiente nec erit libera potestas ad exercitium consensûs, nec remota, nec proxima; atque adeò necessario constituere debet, & importari ex parte sufficientiæ, & potestatis liberæ: hæc omnia parentissima sunt; atqui sine physicâ prædeterminatione nec est libera potestas ad exercitium consensûs, nec remota, nec proxima: ergo, &c. *In prima par. tract. 1. de Deo sciente.*

65 Probatur minor in quâ difficultas est; & probatur quoad potentiam proximam. De ratione potestatis proximæ ad actum est ita se habere circa ipsum in ratione conferentis ad ipsum actum, ut inter ipsam, & illum non desideretur interpositio alterius conferentis ad ipsum actum: id quod ex terminis videtur evidens: Atqui si non sit prædeterminatio, requiritur inter potentiam, & actum interpositio alterius conferentis ad positionem ipsius: alioquin ponderetur sine subordinatione ad Deum physicè promoventem: ergo.

66 Probatur eadem minor quoad potentiam remotam: quia potestas remota ad exercendum liberè actum exigentem essentialiter, & pro priori prædeterminationem, in eo qui prædeterminatione caret, est potestas ad conjungendum secum actum, ut essentialiter est; atque adeò ad acquirendam physicam prædeterminationem; quippè ex terminis videtur evidens, qui nec habet, nec pro libito potest acquirere prærequisitum essentiale, sine quo poni exercitiũ actûs est impossibile, eum non posse pro libito ponere actum ab eo prærequisito pendente; quod est non posse ponere actum: Nam actum poni sine eâ dependentiâ, chymera est; Atqui per vos qui prædeterminatione caret, eam nequit pro libito acquirere: ergo nec remotè potest ponere pro libito actum.

67 Explicatur hæc ratio à priori, & à pari. A priori quidem: Nam actus essentialiter dicit prædicatum connexi, & coexistentis cũ prædeterminatione eamque necessariò supponentis: Vnde actum existere, est necessariò, & essentia iter fluere à prædeterminatione, ipsi coexistere, & connecti. Nunc sic. Implicat in terminis non posse pro libito ponere, quod est actus, & posse pro libito ponere actum; atqui qui non habet physicam prædeterminationẽ, nec pro libito potest habere, non potest pro libito ponere quod est actus: nam ponere quod est actus, est ponere prædicatum connexi, & coexistentis cum prædeterminatione: implicat autem posse me pro libito põnere coexistentiam in absentiâ coexistentis, quam evitare nequeo: ergo. A pari.

Su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Sume actum Fidei essentialiter pendentem, & subordinatum affectui supernaturali Voluntatis applicanti intellectum ad exercitium Fidei. Nunc sic. Si homo nec haberet, nec pro libito sibi acquirere posset prævium affectum applicativum: nec proximè, nec remotè diceretur posse pro libito ponere talem actum fidei. Cur verò non proximè posset, nisi quia caret affectu essentialiter prævio, & potestate illud sibi acquirendi, quantumvis unicè præcedat ut applicatio? Cur nec remotè potest, nisi ex illâ impotentiâ, quam supponimus, faciendi quòd existat affectus ille prævè applicativus? At hæc, quæ ad lucem argumenti supponimus in affectu, in prædeterminatione supponit, ut prima principia, Thomistici illimus recens. Et hæc inferius urgebuntur.

DISPVTATIO XIII.

PHYSICA PRÆDETERMINATIO, SEV Vis physicè Prædeterminans libertatem extinguit.

Propositio Difficultatis.

68 EX hoc capite non tam probabitur, quàm demonstrabitur Opinio nostra. Sic Argumentor: Libertas, quæ cum modo operandi Divino cõponi & defendi Catholicè debet, est libertas non solùm à coactione, sed etiã à necessitate; atqui cũ suppositione physicè Prædeterminante componi solùm potest libertas à coactione non verò libertas à necessitate: ergo cum suppositione physicè Prædeterminante componi non potest libertas, quæ catholicè defendi debet: ergo modus operandi Divinus efficax nõ est physicè prædeterminans. Major est definita contra Bajum, & Ianseniũ. Minor debet ostendi: id quod ex *triplici* latere præstandum est. *Primò*: ex necessitate operandi, quam Prædeterminatio importat. *Secundò*: ex impotentiâ, quam ejus absentia causat. *Tertiò*: ex ipsâ definitione libertatis.

SECTIO I.

PHYSICE PRÆDETERMINATVS AD operandum, operatur necessariò.

§ 1.

ALIQVÆ OSTENSIONES ASSERTI.

69 OStendo primò: Quando duo sunt essentialiter, & metaphysicè incompossibilia, qui simpliciter necessitatur ad unum, non caret altero liberè: sed qui Prædeterminatur ad operandum, simpliciter necessitatur ad rem essentialiter incompossibilem cum dissensu v. g. ergo qui prædeterminatur ad operandum, non caret liberè dissensu. Minor est Doctrina Thomistarum *duo* dicẽtium: *Primum* est: Physicam Prædeterminationem esse essentialiter irresistibilem, metaphysicè connexam cum operatione, & etiam divinitùs incompossibilem cum non operatione. *Alterum* est: Physicam Prædeterminationem, ita esse independentem ab usu nostri liberi arbitrii, ut eam esse vel non esse, solius sit Dei. Major est etiam evidens: nam qui necessitatur ad lucem, quomodò careat liberè tenebris? qui necessitatur ad Gratiam, quomodò careat liberè peccato? & ratio evidentiæ, est, ex ipsis terminis: nam qui necessitatur ad rem incompossibilem alteri, necessitatur ne fiat cum altero, vel ad exclusionem alterius: cùm ergo non esse cum altero, seu ipsum excludere sit altero carere, sit, qui necessitatur sic, eum necessitari ut altero careat: quomodo ergo careat altero liberè, qui necessitatur simpliciter, ut illo careat? Modò sic: carere dissensu, & dissensu carere non liberè, est ex necessitate carere dissensu; sed ex necessitate carere dissensu, & consentire, est necessariò consentire: ergo dissensu carere non liberè, & consentire, est necessariò consentire. Sed qui Prædeterminatur ad consensum consentit & non caret liberè dissensu: ergo consentit necessariò; quod demonstrandum erat.

Principia Thomistica.

70 Confirmatur urgentissimè contra conatum solutionis recurrentis ad ea quæ se tenent ex parte actûs secundi: sic arguo: Nam, quia amor impedit essentialiter odium, qui necessitatur ad actionem amoris, necessitatur ad amorem, nec odio caret liberè: hæc evidentissima sunt: tamen amoris actio non se tenet ex parte actûs primi, sed secundi: ergo licèt illa prædeterminatio non se teneat ex parte actûs primi (quod est inintelligibile): quia tamen essentialiter impedit dissensum, qui necessitatur ad ipsam, non caret liberè dissensu, sed necessitatur ad consentiendum.

Termini Thomistici

71 Ostendo secundò: Voluntatem humanam operari consentiendo, & Prædeterminationẽ à Deo præmissam sortiri effectum nostræ operationis, idem omninò sunt; sicut & idem omninò foret, Voluntatem prædeterminatam non operari, & Prædeterminationem non sortiri suum effectum; Atqui voluntas neque antecedenter, neque consequenter, nec comparativè, nec divisivè, nec ullo unquam modo habet sub libertate suâ, & dominio, quòd prædeterminatio jam existens, nõ sortiatur effectum: nam id est simpliciter impossibile, atque adeò simpliciter necessarium, quòd prædeterminatio semel existens sortiatur effectum: ergo neque habet sub libertate suâ, & dominio non consentire, nec operari. At qui qui ita operatur ex inevitabili prærequisito ad operandum, ut non habeat sub dominio suo non operari, operatur necessariò, ut ex terminis patet: ergo Prædeterminatus ad operandum, operatur necessariò: quod erat assumptum demonstrationis. Vrgetur irrefragabiliter

Syllogismi vis. In casu prædeterminationis omitti operationem, vel est omissionem conjungere cum Prædeterminatione, vel evitare Prædeterminationem: sed utrumque per vos est impossibile voluntati simpliciter: ergo simpliciter est impossibile omittere: atque adeò non omittere, seu operari erit simpliciter necessarium.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Tria certa apud Prædeterminantes.

72 Ostendo tertiò: & ut præcludam *evasiones* communes Thomistarum, præmitto *tria* ipsis Thomistis evidentissima: *Primum*: Non est minùs impossibile, quòd creata Voluntas sine prædeterminatione operetur, quàm est impossibile, quòd Creatura sit Deus, & Deus non sit Deus: Nam si Creatura operaretur sine prædeterminatione esset *Primum Agens, & Deus*, & Deus non esset *Deus*: quia exueretur munere causæ primæ. *Secundum*: æquè necessarium est ex ipsâ finitudine Creaturæ, & ex ipsâ infinitudine Dei, quòd si Creata Voluntas sit operatura, prædeterminetur à Deo, quàm est necessarium quòd Creatura non sit Deus, & Deus sit Deus: & ratio est eadem, ac præcedentis. *Tertium*: æquè necessarium est, quòd si Voluntas prædeterminetur à Deo, operetur, quàm est necessarium, quòd Creatura non sit Deus, & Deus sit etiam Deus: Nam si Creatura prædeterminata non operaretur, resisteret efficaci voluntati Dei, & frustraneum redderet Dei decretum efficax: quòd ipsi Creaturæ ratione Creaturæ repugnat, & repugnat Deo ratione excellentiæ suæ supra omnem Creaturam.

73 Iam sic disputo: Operari sine prædeterminatione est æquè impossibile, ac est impossibile, quòd Creatura sit Deus, & Deus non sit Deus: habere prædeterminationem, si operatio ponenda sit, est æquè necessarium, ac est necessarium quòd Creatura non sit Deus, & quòd Deus sit Deus: operari semel habitâ prædeterminatione ex ipsâ conditione creaturæ, & ex excellentiâ Dei est æquè necessarium, ac est necessarium, quòd creatura non sit Deus, & quòd Deus sit Deus. Atqui creaturam non esse Deum, & Deum esse Deum, est necessarium absolutè, & simpliciter, & nulli enti liberum: ergo & necessarium est, & nulli enti liberum,

quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

quòd Creatura habitâ semel prædeterminatione, operetur. Quis ergo manet locus libertati, si Creatura ex se conditionatè est omnimodè necessitata ad operandum, casu quo prædeterminetur? & reipsâ, citra libitum suum, Prædeterminationem merè patitur?

74 Vrgetur primò, ut declaretur vis argumenti. Tanta necessitas est, & quidem identificata cum ipsâ entitate creaturæ, ex *præmissis*, non operandi sine physicâ præmotione, & hanc præhabendi, si ponenda sit operatio, quanta est necessitas operandi semel habitâ physicâ prædeterminatione; Atqui illa necessitas est absoluta simpliciter, & antecedens: ergo & ista. Vrgetur secundò, & explicatur magis: Intrinseca, & essentialis necessitas operandi, sub conditione, indispensabiliter facit necessariam operationem Agenti; cui talis necessitas est essentialis, & positio conditionis non libera: *hoc* est ita clarum, ut negari non possit; nam qui necessitatur agere necessariò agit: & qui necessitatur agere sub conditione, ex suâ naturâ necessariò agit sub tali conditione: neque est alia necessitas operandi in agentibus necessariis. Atqui necessitas operandi sub conditione præmotionis est intrinseca, & essentialis creatæ voluntati; cui libera non est positio talis prædeterminationis: quod patet ex *præmisso* tertio: ergo ea necessitas (quæ necessariò debet importari in ipsâ naturâ Actûs primi, quod adverte) necessariam reddit operationé: ergo si daretur necessitas Prædeterminationis, Voluntas semper ageret necessariò: qui erat Demonstrationis Scopus. Qui discursus eò mihi placet magis, quò magis sapit Angelicum Præceptorem attentè legendum *de Verit. quæst. 24. art. 2.* O

. Thomas

75 Ostendo quartò: Necessarium est simpliciter, quòd vel deficiat Prædeterminatio ad consensum, vel quòd adsit complexum ex ipsâ Prædeterminatione, & consensu; Atqui Petrus, cui Deus primo instanti usus rationis v. g. dat prædeterminationem ad consensum, simpliciter necessitatur, ne deficiat in ipso Prædeterminatio: ergo necessitatur simpliciter, ut existat in ipso complexum ex prædeterminatione, & consensu, seu ut coexistat cum complexo Prædeterminationis, & consensûs. Syllogismus concludit: & Major est evidens: nam simpliciter impossibile est, utpote modis omnibus repugnans, & implicatorium, existere Prædeterminationem sine consensu, seu quod idem est, eam existere, & non esse consensum: ergo simpliciter necessarium est unum è duobus, nempè vel Prædeterminationem deficere, vel existere complexum ex eâ, & ex consensu: nam id, cujus oppositum est simpliciter, & omninò impossibile: omninò, & simpliciter necessarium est, ut est evidens ex ipsis terminis.

76 Nec est minùs evidens Minor Syllogismi principalis. Nam siquis virtute Superioris Agentis, cujus actionem vitare nequeat, conjungitur cum aliquo extremo, necessitatur ut illud habeat, vel ut illi coëxistat: sed Petrus virtute Dei conjungitur cum Prædeterminatione cõsensûs in primo suæ rationis instanti, quin ejus actionem vitare nequeat: Deus enim pro suo libito prædeterminat quëcumque vult, juxta illud *non est volentis, neque currentis, sed miserentis*: ergo necessitatur simpliciter, ut illam habeat, seu ut illi coexistat: ergo necessitatur, ne deficiat in ipso Prædeterminatio: ergo necessitatur ad complexum: quæ erat Primi Syllogismi consequentia: & ostenditur evidentiâ pari. Nam omnis simpliciter necessitatus ad disjunctum necessarium, si necessitetur ulteriùs ad exclusionem unius partis, manet simpliciter necessitatus ad aliam disjuncti partem; sed Petrus qui prædeterminatur, est simpliciter necessitatus ad disjunctum, quale est vel Prædeterminationem deficere ipsi, vel in ipso esse complexum ex eâ, & ex consensu; & necessitatur ad exclusionem unius partis, nempè ut excludat defectum Præmotionis: ergo manet simpliciter necessitatus ad alteram: nempe ad complexum ex prædeterminatione, & ex consensu. Nunc demum sic: omnis necessitatus ad complexum, ut complexum est, manet necessitatus ad partes illius: ergo omnis necessitatus ad complexum ex Prædeterminatione, & consensu, manet necessitatus ad Prædeterminationé, & ad consensum: ergo omnis prædeterminatus ad consensum manet necessitatus

tus ad consensum: ergo consentit necessariò: quod erat ostendendum.

§. II.

TRES ALIÆ PROBATIONES ostensivæ.

77 Ostendo quintò: omnis Prædeterminatus, seu omnis qui Prædeterminationi subest, potest evitare existentiam consensûs, vel non est liber: sed per vos est liber: ergo potest evitare existentiam consensûs. Major est evidens, & minor vestra. Nunc sic: Omnis qui potest evitare existentiam consensûs, potest evitare coexistentiam Prædeterminationis cum consensu; sed nullus prædeterminatus potest evitare coëxistentiam Prædeterminationis cum consensu: ergo nullus potest evitare existentiam consensûs: ergo nullius est liber. Consequentia vaet ex oppositô consequentis ad oppositum antecedentis. Minor autem Syllogismi secundi debet esse vestra: Nam prædeterminationem non coëxistere cum consensu, est vel talem Prædeterminationem non existere, vel existere sine consensu: Neutrum verò juxta vos cadere potest in dominium hominis. Major ejusdem Syllogismi est etiam evidens: nam qui potest evitare existentiam partis, potest evitare existentiam totius: & qui potest evitare existentiam unius extremi, potest evitare, quòd cum altero constituat binarium duarum rerum existentium: quòd est posse evitare coëxistentiam unius extremi cum altero.

Godoy.

78 Confirmatur, & præcluditur evasio Petri Godoy ad hominem: Perte, si Voluntas posset dissentire cum Prædeterminatione compositivè, posset à Prædeterminatione excludere prædicatum infallibiliter efficacis: & essentialiter connexæ cum opere: quia ex terminis implicat componi dissensum cum Prædeterminatione, & eam esse connexam metaphysicè cum non dissensu, sive cum consensu. Atqui etiam ex terminis implicat dissensum existere divisivè à Prædeterminatione: vel si mavis, dissensum existere secundùm se; & Prædeterminationem existere: ergo si Voluntas potest

Aranda de Deo.

dissentire, potest excludere à Prædeterminatione rationem existentis. Sed hoc per te, non potest: ergo nec illud At, qui ita consentit, ut dissentire non possit, necessariò consentit: quod intendimus, & ostendimus. *In primâ par. tract. 1. de Deo scient.*

79 Ostendo sextò: quantâ necessitate quis adstringitur, ut in se aliunde capaci denominationis, detur informatio formæ, tantâ adstringitur, ut in se detur effectus formalis talis formæ: Est id evidens: quis enim nisi fatuus neget, quòd si quis necessitetur ad informationem doloris, & dolendi sit capax, non necessitabitur ut doleat? Et ratio est essentialis inseparabilitas unius ab altera: unde necessitatus ad prius essentialiter cum posteriori connexum: censetur, & est necessitatus ad posterius: ergo propter eandem inseparabilitatis rationem, tantâ necessitate quis adstringetur ad consensum, quantâ adstringatur ad medium inseparabile cum consensu. Talis est per vos Prædeterminatio: & necessitas illam habendi est opposita libertati, quoad receptionem, & habitionem ipsius: ergo.

80 Confirmatur primò. Prædeterminatio est essentialis connexio, illigatio, & coëxistentia cum consensu: ergo ex veritate, & evidentiâ primi antecedentis, quantâ quis adstringitur necessitate ad hanc essentialem connexionem, illigationem, & coëxistentiam cum consensu, tantâ adstringetur ad effectum formalem connexi, illigati, & coexistentis cum consensu. Sed illa est necessitas opposita libertati, modo nuper ex Thomistis dicto: ergo & hæc. Atqui causa sine libertate, & necessariò coexistens cum effectu, sine libertate, & necessariò operatur: ergo. Confirmatur secundò: Quoties duo sunt naturaliter incompossibilia; & existit unum è duobus: ubi deest facultas evitandi existentiam unius, deest facultas naturalis ponendi aliud: id est evidens in Gratiâ, & peccato: quæ pone naturaliter conjúgi non posse: quis dicet, quòd si semel existat Gratia, dari facultatem naturalem ponendi peccatum, si desit facultas Gratiam excludendi? Ergo similiter quoties datur extremum essentialiter modis omnibus incon jungibile cum altero, ubi deest facultas

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

evitandi existentiam ejus, deest facultas omnis libera ponendi extremum aliud. Atqui Prædeterminatio existens est essentialiter inconjungibilis cum dissensu, nec per vos datur in homine facultas illam excludendi: ergo deest facultas libera ponendi dissensum. Sed Voluntas sine facultate liberâ dissentiendi consentiens, consentit necessariò: ergo Prædeterminata ad consensum, necessariò consentit: quod demonstratione contendebamus.

Ruiz de Montoya. Ribaden. Quirós.

81 Ostendo septimò: ex illo evidenti principio, quod Motoya mirificè illustrat *de Scientia Dei d. sp. 34. sect. 1. à num.* 8. à quo subsumunt Ribaneneyra, & Quirós. Impossibile est evitari consequens, quamdiu est impossibile evitari antecedens, ex quo infertur per legitimam consequentiam. Quod Aristoteles *lib. 1. Posterior. cap. 6. sit scripsit: Si necessariæ sunt sumptiones; & conclusionem esse necessariam oportet, sicut si præmissæ, veram semper.* Sanctus Thomas 1. *part. quæst. 14. art. 13.* Sic supposuerunt indubitabile: *Ex principiis necessariis non sequitur nisi conclusio necessaria.* Unde si principia, ex quibus legitimè infertur consequens, necessaria sint, necessitate simpliciter dictâ, id est citra libertatem ipsa impediendi, & evitandi; consequens erit etiâ simpliciter necessarium, necessitate simpliciter dictâ; id est citra libertatem ipsum consequens evitandi.

Ex Arist.

Et Sancto Thoma.

82 Iam disputo: & loquens de Petro, quem suppono Prædeterminatum, efformo Syllogismum legitimè concludentem in *Darii*. Omnis Prædeterminatus ad consensum, consentit; sed Petrus est Prædeterminatus ad consensum: ergo Petrus consentit: Modo sic: Consequens hujus Syllogismi legitimè concludentis est consensus. Atqui Petrus, positâ Prædeterminatione, necessitate simpliciter dictâ necessitatur ad consequens: ergo & ad consensum. Ostendo minorem: Qui non potsit evitare Præmissas, earumque veritatem, nequit evitare consequens, & ipsius veritatem ex illarum suppositione indispensabiliter necessariam; at Petrus nequit evitare Præmissarum veritatem: non Majoris: quia per vos est æternæ veritatis etiam divinitùs infalsificabilis: Non Minoris: quia ejus veritas impediri non potest, nisi prædeterminationis existentia sit constituta in potestate liberâ Petri, quod negatis: ergo nec potest evitare veritatem consequentis: ergo neque consensum: ergo consentit necessariò: quod intendimus.

P. Anton. Perez.

83 Tota vis argumenti proponitur *unico quasi modali Syllogismo* à Patre Antonio Perez in hunc modum: Omnis homo Prædeterminatus, vel si sit prædeterminandus ad consensum, consentit: & hoc est omnibus inevitabile, Deo scilicet, & homini, per vos; ac proinde Petro; Sed Petrus est prædeterminatus ad consentiendum, & hoc est inevitabile Petro per vos: ergo Petrus consentit: & hoc est inevitabile Petro, quod est esse ipsum ex necessarium.

§. III.

ULTERIORES DEMONSTRATIONES.

84 Ostendo octavò: Necessitas simpliciter antecedens facit operationem, quæ exinde sequitur, omninò necessariam, & omninò non liberam: Atqui necessitas per Prædeterminationem inducta, est necessitas simpliciter antecedens: ergo ea necessitas facit operationem, quæ exinde sequitur, omninò necessariam, & non liberâ. Consequentia est legitima, & ipsa conclusio, quam demonstrandam assumpsi. Major est omnium Theologorum post Anselmum attentè legendum *lib. 2. cur Deus homo cap. 18. & lib. de Concord. cap. 1* contradicentibus unicè Bajanis, & Ianseniftis. Et ratio est à posteriori, quia possibilis est necessitas, quæ libertatem impediat Agenti alioquin libero: nulla autem esse potest strictior, quâ Antecedens. A priori: quia si actio fluit à necessitate sui, necessariò fluit. Vnde dixit eleganter Augustinus *lib. 3. de lib. Arb. cap. 18.* verba quæ memoriâ tene: *Quæcumque ista causa est Voluntatis, si non potest ei resistii, sine peccato ei creditur.* Hæc satis pro majori, quæ negari non potest.

Ex Aug.

Et Aug.

85 Probo minorem primò: Necessitas antecedens simpliciter est necessitas seu vis actionis inductiva, simpliciter insuperabilis, independens à voluntate, & antevertens omnem usum ipsius: nempe necessitas inevitabilis, aliunde quàm à voluntate operaturâ descendens: Atqui necessitas per Prædeterminationem inducta est necessitas simpliciter insuperabilis, independens à voluntate, & antevertens omnè usum ipsius: nempe essentialis inseparabilitas ab actione, quam inducit, simpliciter inevitabilis, & aliunde quàm à voluntate operaturâ descendens: ergo est necessitas antecedens simpliciter. Minor est adversariorum. Et

Doctrina Anselmi.

Major Anselmi: nam *apud ipsum loc. cit. Necessitas consequens, & antea libertati ea solùm est, quæ non facit ut sit res, sed quam res facit: quæ descendit de liberâ voluntate; quæ rei positionem non præcedit: quam facit voluntatis libertas, & quam, priusquàm sit, cavere potest.* Hæc *ipsissima* sunt Anselmi verba, à quo & distinctionis membra didicimus, & definitionem eorum. Sed nihil horum competit Prædeterminationi vestræ, per vos contradictorium de ipsâ statuentes: ergo nec competit ratio consequentis necessitatis, sed ferrea vis antecedentis.

86 Confirmatur, ut cavilli Thomistici præcludantur: quicquid sit de voce *necessitatis antecedentis*, quoties rei convenit titulus, ex quo altera libertatem tollat, & ipsa tollit: id est evidens ex terminis ipsis, & negari solùm poterit ab eo qui summulas nesciat, & nunquam evolverit Topica Aristotelica. Sed titulus, ex quo necessitas antecedens libertatem tollit, est præcedentia, connexio cum actione, & independentia ab ipsâ Voluntate: quæ omnia Prædeterminationi conveniunt: ergo non minùs hæc libertatem tollit, quàm necessitas antecedens. Minor quoad secundam partem est vestra: quoad primam, Anselmi: alioquin præter verba assignetur aliquis titulus: nam aliquis esse debet in rebus, ut dici possit necessitas antecedens.

87 Probo secundò minorem: Necessitas, quam inducit vestra Prædeterminatio, est ipsa Prædeterminatio: atqui ipsa Prædeterminatio est antecedens ad consensum: ergo & ea necessitas. Major est evidens: quia ipsa Prædeterminatio per suam entitatem, & ex se est intrinsecè connexio, & inseparabilitas essentialis ab effectu: sunt enim hæc per vos Prædeterminationis prædicata; & conceptus Prædeterminationis, essentialis

est ipsi Prædeterminationi. Minor probatur. Nam ipsa Prædeterminatio vel est principium actionis, ut dixistis aliquando, & dici debet ex dictis *à num.* 47. vel est tota virtus agendi, ut aliquando etiam dicitis; vel est complementum actûs primi dans per sui informationem continentiam ultimæ actualitatis requisitam in causâ ut operetur, ut solemne vobis est dicere; vel est prævia applicatio, ut jam mavultis: sed quicquid illorum sit, nequit esse actus secundus, sed prævè se habens ad ipsum: ergo & antecedens. Nunc sic: Omnis necessitas ad aliquid, est, vel includit in eodem gradu impotentiam ad contradictorium: ergo & necessitas antecedens ad consensum, impotentiam antecedentem dissentiendi. Et hæc est ratio, cur necessitas antecedens tollat libertatem: nam cùm libertas sit posse agere, & posse non agere: necessitas inducens antecedentem impotentiam non agendi, necessariò libertatem extinguit. Trahe hùc ostensionem tertiam *à num.* 72. & quæ suprà *à num.* 55. diximus: unde prætensæ minoris probationes elicies irrefragabiles.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Suprà à num. 47.

Et nu. 72. & suprà à num. 55.

88 Ostendo nonò: si Prædeterminatio per sui inhærentiam in voluntate, tolleret physicè vim intrinsecam dissentiendi, tolleret libertatem; & potentiam ipsam faceret necessariò consentire: ergo si Prædeterminatio per sui inhærentiam in Voluntate, tolleret ab ipsâ practicè, & moraliter potentiam intrinsecam dissentiendi, tolleret etiam libertatem in praxi; & consequenter faceret ipsam necessariò consentire. Antecedens est evidens, & consequentia patet: Tùm à priori: quia potestas quæ moraliter, & practicè est quasi non esset in rebus, non potest esse titulus fundandi dominium, ac proinde nec libertatē: Tùm etiam ab exēplo: cur enim in Beatis non est amor practicè liber? Cur in Christo, non est liberum, peccatū omittere: certè non quia careant intrinsecâ vi inclinativâ in oppositum: eam enim habent: sed quia eam habent, ac si non haberent, nempè in ordine ad praxim, & exercitiū impeditur enim inexpedibiliter ab aliquâ formâ. Nunc sic: vel Voluntas per inhærentiam physicæ prædeterminationis manet inexpedibiliter impedita

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

ad negationem consensûs, vel non? Si secundùm: ergo potest cum eâ ipsâ prædeterminatione componere non actionem, vel ipsam exercere: Nam potentiæ expeditæ nihil ad agendum potest deesse, nisi actio. Si ergo primum: ergo quoad praximita manet, ac si esset physicè impotens dissentiendi: ergo manet impotens proximè: ergo manet, quasi nõ esset Domina dissentiendi: ergo quòd non dissentiat, non est ei liberum: ergo si consentit, consentit necessariò: quòd intendimus.

89 Ostendo decimò, & ultimò, daturus, si quæ desunt, in decursu. Esse liberum libertate à *necessitate*, & libertate solùm à *coactione*, quæ ex Bullâ Innocentii *contra Ianssenium* non sufficit ad merendum, & demerendum, est esse liberum à necessitate in oppositum vel cõsensui, vel dissensui: Idque est evidens: quippè qui necessitatur ad oppositum dissensui, necessitatur ad non dissentiendum: & qui necessitatur ad oppositum consensui, necessitatur ad non consentiendũ: ergo esse liberum ad dissensum libertate *à necessitate* est esse liberum à necessitate in oppositum dissensui: id est, non necessitari ad oppositum dissensui: quia alioquin necessitarentur ad non dissensum. Sed qui prædeterminatur ad consensum, non est liber à necessitate in oppositum dissensui: Nam per vos non est liber à necessitate habendi Prædeterminationem essentialiter oppositam dissensui: ergo non est liber ad dissensum libertate à *necessitate* consentiendi: nam qui necessitatur ad non dissentiendum ex connexione cum consensu, patet eum necessitari ad ipsum consensum.

Innoc. X. cõtra Ianss.

90 Confirmatur. Qui consentit sine vero dominio dissentiendi, necessariò consentit: Atqui qui consentit prædeterminatus, consentit sine vero dominio dissentiendi: ergo necessariò consentit. Major est evidens, & ostenditur minor: qui caret eo, quod necessarium est ad dissentiendum, & quod ipse omni suâ industriâ comparare non valet: non habet verum dominium dissentiendi: sed ita se habet Prædeterminatus: nam ad dissentiendum necessaria est vel exclusio, vel absentia Prædeterminationis: quippe voluntatem conjungi cum dissensu, dum est prædeterminatio, est omninò impossibile: homo autem Prædeterminatus, nec habet illam exclusionem, aut absentiam, nec ex industriâ suâ facere potest, per vos: ergo nec habet verum dominium dissentiendi. Cætera constant, præter Majorem: quæ licèt alioquin evidens, tandem ostenditur à priori, & ab exemplo, in quo videas insufficientiam solutionum, quas Thomistæ pressi conabuntur. A priori quidem: nam non est quidem dominus qui ex suppositione citra suam libertatem adhibitâ, manet ex suâ Naturâ impeditus inextricabiliter ponar actionem: hoc ex terminis notum est. Ab exemplo: quippe non minùs necessarium est, quòd excludatur status peccati, ut homo se constituat in statu justitiæ, quam sit necessarium, quòd excludatur status prædeterminati ut homo se constituat in statu dissentientis; differimen unius ab altero nullum est, nisi fortè quòd exclusio Prædeterminationis debeat esse prævia ad dissensum: & exclusio peccati ad justitiam, vel sit comitans vel subsequens: unde potiùs crescceret argumenti vis, à fortiori, ut ajunt: Atqui si nec status peccati est exclusus, nec homo potest ex suâ libertate talem statum excludere; non habet verum dominium se constituendi in statu justitiæ: ergo similiter in casu nostro. Vnde necessariò descendit intentum demonstrationis.

SECTIO II.

IMPRÆDETERMINATVS AD OPERandum, necessariò desinit operari.

§ I.

ALIQVÆ PROPOSITIONIS ostensiones.

91 Ostendo primò: Qui desinit operari ex defectu physicæ potestatis, & sufficientiæ, sive ex defectu prærequisiti ex parte potentiæ necessarii ad operandum, necessariò desinit operari; sed imprædeterminatus ad operandum, desinit operari ex defectu physicæ potestatis, & sufficientiæ, sive ex defectu prærequisiti ex parte potentiæ simpliciter

ter necessarii ad operandum: ergo necessariò desinet operari. Major est evidens: qui ia eòipsò desinit operari ex impotentiâ operandi; at non operari, cum operari non potest, necessarium est. Minorem evicimus *suprà à nu. 69.* & urgebimus hîc, & *sect. 3 & disp. seq.* totâ. Consequentia legitima est.

Suprà à num. 69. & mox à nu. 93. & 95. & infrà à nu. 114. & disp. seq. totâ. à nu. 147.

92 Ostendo secundò: sicut Prædeterminatio consensûs, est ad ipsum indispensabiliter prærequisita, & essentialiter cum eo connexa, & à nobis inevitabilis: sic etiam imprædeterminatio (sive consistat unicè in Prædeterminationis exclusione, sive in aliâ Prædeterminatione ad dissensum) est ad carentiam consensûs, sive ad dissensum indispensabiliter prærequisita, essentialiter cum eo connexa, & à nobis inevitabilis; sed ex his capitibus simul sumptis Prædeterminatio extinguit sufficientiam liberam ad dissensum; & facit consensum haberi necessariò: ergo ex eisdem imprædeterminatio extinguet sufficiẽtiam liberam ad consensum, & faciet dissensum haberi necessariò. Sed qui habet necessariò dissensum, seu non consentire, necessariò desinit consentire: ergo.

93 Ostendo tertiò: Potentia, quæ neque habet, neque libere potest habere quod essentialiter, & indispensabiliter est prius; neque habet, neque libere potest habere quod essentialiter, & indispensabiliter est posterius: Sed Voluntas imprædeterminata neque habet, neque liberè potest habere aliquid quod essentialiter, & indispensabiliter est consensu prius: ergo talis Voluntas neque habet, neque liberè potest habere posterius: qui consensus est. Sed potentia quæ neque habet, neque liberè potest habere consensum, necessariò desinit consentire: quippè eòipsò caret sufficienti dominio consentiendi, ut ex ipsis terminis patet: ergo voluntas imprædeterminata necessariò desinit consentire: quod demonstrandum erat, & sequitur ex primo Syllogismo. Cujus minor datur ab adversariis: &

Augustin.

94 Major est evidens, & ex Augustino irrefragabilis. Est evidens: quia ex ipsis terminis patet, eum qui nec habet, nec liberè potest habere pecunias, non dare, neque liberè posse dare pecunias: qui nec habet, nec potest liberè habere, & assequi medium Sanitatis, eum neque Sanitatem liberè posse consequi: qui nec habet, nec liberè potest habere lucem necessariam ad videndum, eum neque liberè à visione cessare: qui nec habet, neque liberè potest actionem habere; eum neque posse liberè terminum habere: & ratio omnium videtur esse (si ratio dari potest primi principii) quia qui necessariò caret formâ, necessario caret existentiâ talis formæ: atque adeò omnium entium, quorum essentia sit coëxistere tali formæ. Seu qui necessariò caret formâ, necessariò caret conjunctione hujus formæ cum effectu posteriori: cùm autem habitio posterioris sit essentialiter coëxistentia cũ priori, & ipsius conjunctio cum posteriori, patet eum, qui necessariò caret tali coexistentiâ vel conjunctione, cariturum necessariò habitione posterioris. Nec ipse clariores terminos habeo ad explicandum me, aut rem, quam evidentem video. Est etiam Augustini, qui cùm vidisset priùs esse cogitare quàm credere, & didicisset à Paulo 2. *corint. 3. nos ex nobis non esse sufficientes cogitare*, intulit inde *lib. de Præd. SS. cap. 2. prope med.* neque habere nos sufficientiam, aut facultatem liberam ad credendum, quoadusque illa præveniens cogitatio sit in nobis à Deo. Ex isto ergo evidenti principio, quod propterea menti debet infigi, descendunt confirmationes plenæ acumine, & robore in ostensionem assumpti principalis.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

2. Corinth. 3.

§. II.

ALIÆ OSTENDENDI FORMÆ.

95 Prima sit ex ipso Augustini discursu. Sicut prius est cogitare, quàm credere; sic per vos prius est prædeterminari à Deo, quàm consentire: Et sicut non habemus facultatem liberam ad comparandam primam cogitationem sanctæ illustrationis; sic per vos non habemus facultatem liberam ad comparandam primam prædeterminationem ad consentiendum: Et tandem sicut exinde illa Sancta cogitatio non est ex nobis, sed ex Deo; sic per vos vestra Prædeterminatio non est ex nobis, sed ex Deo. Atqui ex Augustini discursu, quæ assignata

Augustin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

nata sunt in Sanctâ cogitatione, probant deesse nobis sufficientiam ad credendum, quoadusque sit in nobis à Deo prævenions illa cogitatio: ergo ratione identitatis eorum, quæ de vestrâ Prædeterminatione fatemini, ea ipsa probant deesse nobis sufficientiam ad consentiendum, quoadusque sit in nobis à Deo illa prædeterminatio. In imprædeterminato non est: ergo nec sufficientia. Sed qui dissentit sine sufficientiâ ad consentiendum, necessariò desinit consentire: ergo.

96 Secunda sit: qui necessariò desinit habere prius, necessariò desinit habere posterius, cujus existere sit coëxistere cum priori, & essentialiter ab eo pendere; sed imprædeterminatus ad consensum necessariò desinit habere prius: ergo necessariò desinit habere posterius. Sed hoc posterius est ipse consensus: ergo necessariò desinit habere consensum. Omnia fundantur in majori, quæ est evidens: nam qui necessariò desinit habere medium unicè requisitum, necessariò desinit habere finem essentialiter ab eo pendentem: qui desinit habere actionem, necessariò desinit habere terminum: qui necessariò desinit habere judicium indifferens, necessariò desinit habere liberum exercitium: qui necessariò desinit habere cognitionem, necessariò desinit habere volitionem.

97 Dicitis, id verum esse, si posterius non debeat esse liberum. Hæc est satisfactio Thomistarum, quâ plenus est Godoy *tract. 8. de Prædeterminatione disp. 67. §. 6.* quod miror, & præoccupata jam est, & iterum premitur: non esse prioris, cujus esse sit coëxistere cum posteriori, & à quo essentialiter posterius pendet, est formaliter, vel ex illatione necessariâ non esse posterioris: cùm modis omnibus implicet, quòd in uno instâti sit nõ esse prioris, & quod in eodẽ non sit nõ esse posterioris: ergo qui necessitatur ad non esse prioris, manet necessitatus ad non esse posterioris. Sed ex terminis implicat, necessitatum ad non esse posterioris, manere liberum ad ipsum non esse posterioris: ergo in terminis implicat ista solutio: quæ alium timere maximè faciet ne sentirent Thomistæ libertatem solam à coactione sufficere ad meritum, & demeritum: nam sub his rebus, quæcumque sint voces, quæ res non mutant, aliud videretur, latere non posse. Illud autem est dogma damnatum Ianseniſtarum: quod & Thomistæ catholicè damnant.

Godoy.

98 Tertia sit: Qui est in periculo mortis adeò gravi, ut neque liberũ ei sit exire à tali periculo, neque componere cum ipso perseverantiam vitæ, non habet facultatem liberam, ut perseveret in vitâ: ergo qui est in periculo dissensûs adeò gravi, ut neque liberum ei sit exire à tali periculo, neque ipsum componere cum consensu, non habet facultatem liberam, ut consentiat: ergo necessariò desinet consentire. Consequentiæ negari non possunt, admisso solùm antecedente: quod ex ipsis terminis apparet evidens. At hæc omnia imprædeterminato conveniunt. Nam Primò, est in periculo dissentiendi, seu non consentiendi: quia Imprædeterminatio est carentia prærequisiti necessarii ad consentiendum: quæ proinde non potest non reddere dissensum valdè proximum. Secundò: non est imprædeterminato liberum exire ab statu imprædeterminationis: neque enim penès ipsum est vel prædeterminari vel non prædeterminari. Tertiò: neque ipsi est liberum, componere statum imprædeterminationis cum consensu: nam id est absolutè impossibile. Hæc autem opùs erant ad veritatem consequentis: unde legitimè descendit assumptum demonstrationis.

99 Quarta sit: & formetur Syllogismus in *Ferio*: Nullus imprædeterminatus ad consensum, consentit; sed Petrus est imprædeterminatus ad consensum: ergo non consentit. Cujus Syllogismi Præmissæ sunt veræ. Nunc sic: Facultas libera ponendi consensum est facultas libera impediendi veritatem illius consequentis in *Ferio*: ergo Petrus non consentit: Atqui Petrus imprædeterminatus non habet facultatem liberam impediendi veritatem hujusmodi: ergo neque ponendi consensum. Sola minor eget probatione, quam ex dictis à *num.* 81. exhibeo sic: Quando Præmissæ legitimè concludentes, ita sunt veræ, ut Petrus non habeat liberam facultatem impediendi veritatem earum, neque habet liberam facultatem impediendi veritatem consequentis: quippe hujus veritas imbibitur in veritate Præmissarum legitimè concludentium: unde qui concessis bonæ formæ præmissis, negat consequentis veritatem, dicitur, & cogitur Impossibile amplecti: quia negat idem ipsum, quod affirmat admittendo veritatem præmissarum. Atqui Præmissæ Syllogismi præformati sunt legitimè concludentes, sunt veræ, & sunt ita veræ, ut Petrus non habeat liberam facultatem impediendi veritatem earum: Non majoris: quia est veritatis omninò necessariæ; cujus oppositũ est simpliciter impossibile. Nec minoris: quia est veritatis soli Deo liberæ: cujus est prædeterminare, per vos: ergo nec habet facultatem liberam impediendi veritatem consequentis, qui consensus est. Sed qui ita dissentit, ut non habeat facultatem liberam non consentiendi, necessariò desinit consentire: ergo idem quod priùs.

Supra à num. 81.

100 Quinta sit, sub eâ formâ quæ ostendat insufficientiam solutionis, quã in usu verborum intendit Godoy *loco cit. à num.* 130. Voluntati non habenti prædeterminationem, necessarium, omni gradu necessitatis, *antecedentis* scilicet, *& consequentis*, est non coëxistere in ipsâ Prædeterminationem cum consensu, secundùm totum, quod dicit ipsum non coëxistere: ergo eodem necessitatis gradu est ipsi necessarium non coëxistere cum consensu. Sed nequit ipsi necessarium esse non coëxistere cum consensu, & liberè non habere consensum, ut per se patet: ergo tali voluntati non est liberum non habere consensum: ergo necessariò desinit habere consensum. Tota vis est in entymemate: cujus consequentia clarèt: quia voluntatem coëxistere cum consensu dicit formaliter coëxistentiam Prædeterminationis cum consensu: coëxistit enim agendo: nec agit nisi ut prædeterminata, per vos: ergo si ipsi est necessarium non coëxistere prædeterminationem cum consensu: necessarium ipsi est non agere, atque adeò etiam ipsam non coëxistere cum consensu.

Godoy.

101 Vrgetur: sicut Prædeterminatio est, applicatio voluntatis ad actionem: imprædeterminatio est non applicatio ejusdem ad actionem. Nunc sic: cui necessarium est non applicari ad agendum, necessarium est non agere: nequit enim tolli causa, quin tollatur effectus unicè pendens ab illâ causâ: sed Voluntati imprædeterminatæ necessarium est non applicari ad agendum: quia necessarium est imprædeterminari, per vos: ergo & est æquæ necessitare necessarium, ipsum non agere. Salva modò libertatem in non agendo. Probatur jam antecedens: Cui necessarium est, non existere rem, cujus existere sit essentialiter coëxistere cum aliâ, necessarium esse debet ipsum non coëxistere cum aliâ: id mihi est evidens ex ipsis terminis: sed voluntati imprædeterminatæ necessarium est non existere Prædeterminationem: cujus existere est essentialiter ipsam coëxistere cum consensu: nam essentialiter est illigatio sui ad consensum: ergo.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

102 Confirmatur: & opprimitur tentata solutio, probando voluntati imprædeterminatæ necessarium omninò esse debere juxta Thomistas *ipsum non coëxistere consensum cum prædeterminatione* atque adeò *ipsum etiam non existere consensus*: quod erit, necessarium illi esse *ipsum non coëxistere*: tàm *inadæquatè*, quàm *adæquatè*; tam quoad *obliquum*, quàm quoad *rectum*: qui sunt termini Godoy potiùs judentis, quàm solventis. Arguo sic: cui necessarium est necessitate simpliciter dictâ non existere partem complexi, cujus existere sit afferre existentiam compartis, & complexi, aliter existere impossibilium, necessarium est eodem gradu necessitatis non existere complexum, adæquatè: sed voluntati imprædeterminatæ necessarium est per se, necessitate simpliciter dictâ, non existere partem complexi coalescentis ex Prædeterminatione, & consensu, nempè Prædeterminationem, cujus existere est afferre existétiam compartis, scilicet consensus, & complexi, aliter impossibilium existere: quippè consensum existere nisi complexè cum Prædeterminatione est impossibile: ergo tali voluntati necessarium omninò est non existere complexum illud adæquatè. Syllogismus concludit: & probo majorem: quando partes alicujus complexi sunt inter se connexæ mutuò in existendo, & aliter non possibiles existere nisi complexè, qui tollit unam, ambas tollit, atque adeò

Ipse God.

tollit

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tollit complexum non solùm *adæquatè denominativè*, sed etiam *adæquatè entitativè*: quia complexi manet nihil: sic ex solâ connexione non mutuâ inter intellectionem, & volitionem; inter modum, & rem: qui tollit intellectionem, tollit eòipsò complexum ex ipsâ, & volitione quoad partem utramque, & qui tollit rem, tollit & modum, *& adæquatè* complexum ex ipsis: ergo in complexis mutuò connexis, (quale est certè, de quo nobis est sermo) quamcumque partem tollas, tolles utramquè: ergo cui necessarium est non existere unam, necessarium erit non existere utramque: ergo.

103 Vrgetur primò: Hæc est illatio manifesta: non est pars: ergo nec totum: Idque est primum principium: cui ergo fit necessarium antecedens, necessarium esse debet & consequens. Vrgetur secundò ex eodem principio: cui est impossibilis pars, est impossibile totum: ergo cui necessaria est non existentia partis, necessaria similiter est non existentia totius. Antecedens est evidens: quia eòipsò quòd nobis est naturaliter impossibilis illustratio supernaturalis, est nobis naturaliter impossibile complexum ex ipsâ, & volitione supernaturali, & simul ipsa supernaturalis volitio essentialiter ab illustratione dependens. Vnde cui necessaria sit non existentia cognitionis, erit necessaria non existentia volitionis: licèt alioqui futura esset libera talis volitio in præsentiâ cognitionis. Ex quibus altè perpensis, videbis occurri conatibus non solùm Godoyi citati, sed omnium Thomistarum: sic enim *hac, & præced. sect.* præformata argumenta sunt, ut distinctiones, & solutiones communes omninò impediant, & apertè convincant.

SECTIO III.

FIRMANTVR EX POTENTIÆ LIBERÆ defensione Præcedentia: ubi rursus & directè de sensu composito.

§. I.

ARGVMENTVM EX DEFINITIONE Libertatis.

Quid sit Libertas?

104 ECce argumentum: Potentia libera est illa, quæ *positis omnibus prærequisitis ad agendum potest agere, & non agere*; atqui Voluntas Prædeterminata non est potentia, quæ positis omnibus prærequisitis ad agendum possit agere, & non agere: ergo Voluntas prædeterminata non est Potentia, quæ positis omnibus prærequisitis ad agendum possit operari, & non operari. Et hæc de *Minori*. Major autem est definitio liberæ potentiæ: quam Sancti Patres, & Theologi ex ipso rationis lumine didicerunt. Vide censum eorum apud Suarez *pro legom. 1. de Grat. cap. 3.* apud Montoyam *de Scientiâ d. sp. 50. à sect. 3.* apud Rapaldam contra Bajum *tom 3. lib 2 disp 15. sect. 12* qui jure dicunt, eam ab omnibus Philosophis, Theologis, & Patribus vel supponi, vel exprimi: negari tamen à nemine.

Ex SS. PP. & Theologis. Suarez. Montoya. Ripalda.

105 Soli *Bajani*, & *Ianseniſtæ* negarunt, apertâ calumniâ: quòd nempe figmentum sit à Recentioribus, scilicèt Iesuitis, & à Nominalibus ea definitio libertatis. Sed id est fateri ineruditionem in Theologicis suam. Fateor ansam ipsis dedisse Thomistas post Alvarez, qui contemnere visus est hanc definitionem: illâ autem negare ausus non est. Eâ tamen vel rejectâ, vel contemptâ (quod utrumque, favere Ianseniſtis est, eosque præferre Theologis intemeratæ notæ) subſtruxit hanc: *Potentia libera est Facultas voluntatis, & rationis ad utrumlibet, ad agendum* scilicet, & *non agendum*: vel ad agendum unum, vel alterum. Verùm ista vel recidit in communem, vel non est S. Tho-

Contra Bajan. & Ianseniſt.

Ill. Alvar.

Capreolus

Thomæ, qualis præsumitur, vel vera non est: id quod ante judicavit Capreolus, dictus *Thomistarum Princeps*, *in 1. dist. 6. quæst. unic. art. 3.* ad argumentū *Shoti contra 4. Conclusionem*:

106 Et ostendo sic: nam imprimis est evidens, facultatem ad agendum & non agendum esse facultatem, quæ potest agere, & non agere. Deinde non est minùs evidens, facultatem ad agēdum, aut posse agere non dari sine necessariis ad agēdum. Insuper evidentissimum est in S. Thomâ, posse Agere, vel facultatem agendi, quæ ponitur indefinitione liberi arbitrii, esse *posse expeditum, & potestatem expeditam* ad operandum: sic enim loquitur Sanctus Thomas *1. part. quæst. 83 art. 2. ad 2. Facultas nominat quandoque potestatem expeditam ad operandum: & sic facultas ponitur in definitione liberi arbitrii*: patet autem non dari potestatem expeditam ad operandum, sine prærequisitis necessariis ad operandum: ergo, velit nolit Alvarez, debet dicere, quòd Potentia libera est quæ positis omnibus prærequisitis ad agendum potest agere, & non agere. Et rationem dat Sanctus Thomas *1. 2. quæst. 1. art. 1.* O. nam facultas libera est per quam homo sit Dominus suorum actuum. Dominium autem est facultas utendi, & non utendi re pro libito, positis omnibus prærequisitis ad usum, & non usum: nam non uti ex defectu prærequisiti non est cessare ab usu ex dominio, sed ex defectu dominii. Lege attentè ipsum Angelicum Præceptorem *1. part. quæst. 42. art. 2. Corp.* dicentem apertè: *In Agentibus liberis, effectum esse posteriorem suo Principio: non quia desit illi ALIQVID AD AGENDVM necessarium, sed propter Electionem*: nam *sicut eligit effectum, ita eligit tempus agendi*. Quid hoc est, nisi *Agens liberum, etsi habeat omnia prærequisita ad Agendum, posse tamen non agere*? Ergo solemnis posita Definitio Agentis liberi, habet pro se calamum Sancti Thomæ.

S. Thomas.

Idem S. Thomas.

Vsus Verba satis illustria.

Defl. Castellius.

107 Dices novissimè ex Castellio Complutensi *lib. de liber. Arbitr. disp. 1. quæst. 4. sect. 4.* Definitionem libertatis ita debere intelligi, ut de *essentia causa liberæ sit compositio potestatum agendi, & non agendi*: id est, posse componere

Aranda de Deo.

non actionem, cum potestate ad agendum, seu cum prærequisitis ad posse: non verò *posse componere non actionem cum omnibus* requisitis ad agendum. Id quod illustrat primò: quia aliter convenire nō posset omni libero, id est, secundo libero, egenti prædeterminatione Divinâ. Secundò: quia Definitiones debent assumi in sensu prudenter indubitabili: dubitant verò de nostro sensu, Sapientissimi Authores, ideſt, Thomistæ. Et addit: notionem liberi arbitrii esse agnitam à Calvino, & à Iansenio; negantibus nihilominùs nostram definitionem: cur ergo, præcisim ab istâ communi definitione, nòn conveniamus Catholici in notione libertatis? Tertiò, & à priori: quia per *componere* cum requisitis ad agendum potestatem proximam nō agendi, differt causa libera à causâ necessariâ: ergo solæ compositio potestatum sufficit. Et explicat adducendo exemplum Petri prædeterminati ad consensum cum potestate dissensûs: & rogat: in hoc casu: consensus est liber, vel non? Si primum: habet intentum. Si secundum: exclamat primò cur ita, si consentit, potens dissentire si velit? Quid ampliùs petit Tridentinum? Secundò: cur ita, si nulla intervenit necessitas simplex? Hæc ille multis.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Impugnatur ex Doctrinâ notandâ.

108 Ipse singula lego, & valde miror singula in Viro aliàs ingenioso. Nihil horum occurrit explicationi, quam ex ore totius antiquitatis Scholasticæ sumpsimus: & quam, expediturus me ab isto Recentiore, & auditurus postea Thomistas, ita firmo. *Agere necessariò* tam venire potest à defectu optionis ad agere, quàm à defectu potestatis ad non agendum: ergo sine defectu potestatis ad non agendum, stare potest in causâ, *agere necessariò*: ergo & defectus libertatis: ergo ad essentiam libertatis non sufficit ea compositio potestatum, sed compositio, quam explicuimus. Consequentiæ sunt evidentes. Et antecedens patet: quia defectus optionis ad agere est defectus libiti in agendo, seu est non agere quia vult, quod est defectus libertatis in agēdo: sed ad defectum optionis ad agere, sufficit defectus cujusvis essentialis prærequisiti ad agere; quod non cadat in optionem & libitum agentis: ergo à defectu optionis ad agere, sine defectu

Num. 104. & 206.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

potestatis ad non agendum, stat causam *agere necessario*. Ista quæ ex antè dictis fiunt liquida, & ex sequentibus firmabuntur, maximè *à nu.* 120. nolunt recentes Thomistæ meditari.

Fit ipsi satis.

109 Et sunt sine nucleo, quæ Castell opponit. In primo petit principium: & ponat, oro, curam suam: libero enim secundo, id est Nobis, certò competit definitio liberi. In secundo: aliud est dubitare de definitione aliquâ, ante animum præoccupatum, & cum attentione ad antiquitatem Scholasticam: & aliud inducere dubitationem, ex opinione novâ animum præoccupante, & cogente deserere definitionem: Hoc video in prædeterminantibus; & non, illud. Quod additur de Calvino, & Iansenio, tacere potuisset: Dicimus eos se gessisse, ac si quis fateretur aliquod ens esse hominem, & negaret esse animal rationale. Hæc tam stupida, nolumus dici de Catholicis adeò doctis. Ad tertium permisso quod assumit, negatur antecedens: & ad exemplum, responsum sibi sit, consensum non esse liberum. Primò: Nam posse dissentire si velit, est posse dissentire ex libito & optione operantis, hæc autem optio æquè deficit per defectum potestatis, ac per defectum juris ad id quod præoccupat irrefiectibiliter ad consensum. Secundò: quia necessitas simplex, id est antecedens, est ea omnis quæ non descendit ab ipsâ voluntate, ut testatur Anselmus, & tota antiquitas scholastica, ut suprà diximus. His igitur omissis, & stando legitimo conceptui veræ libertatis, videamus, quàm feliciter ab hoc nodo Thomistæ se Recentes expediant.

Suprà à nu. 85.

§. II.

SOLEMNIS SOLVTIO EX DISTINCTIONE Sensûs Compositi & Divisi.

Thomistica Distinctio, ejusque sensus

110 PRinceps, & *prima* Solutio petitur a Thomistis ex distinctione *Sensûs Compositi, & Divisi*, quorum profunditatem sensuum non capi à nobis, vehementer dolent. Sumamus ab ipsis intelligentiam, & Mysterium. *Intelligentia* est, quòd potentia libera sit potentia quæ positis omnibus prærequisitis ad agendum possit agere in sensu compositio, scilicet componendo actionem cum omnibus prærequisitis ad agendum: & quòd possit non agere, non quidem in sensu composito, sed in sensu diviso, scilicet non componendo non actionem cũ prædeterminatione, & omnibus prærequisitis ad agendum, sed ponendo non actionem essentialiter divisam à prædeterminatione, & prærequisitis omnibus ad agendum.

Et Mysterium.

111 *Mysterium* est, quòd cum ipsâ præ determinatione sit, & maneat potestas ad non actionem: neque enim dicere, quòd Voluntas prædeterminata non potest agere in sensu composito, sed in diviso, est dicere, quòd stante prædeterminatione desit potestas ad dissensum, solùmque sit abiente Prædeterminatione; sed est dicere, quòd datur composita cum prædeterminatione potestas ad actum contrarium, non tamen ad illum cum Prædeterminatione compositum. Explicant satis anxiè, (ne subtilitas nos prætervolet) exemplo plausibili consentientis actû Voluntatis. En, *inquiunt*, voluntas in sensu composito consensûs retinet cum illo conjunctam potestatem dissentiendi; sed non dissentiendi compositivè cum consensu, id est componendo consensum cum dissensu, sed dissentiendi divisivè à consensu. Et hæc est *simultas potestatis* in voluntate ad consentiendum, & non consentiendum; non verò *potestas simultatis*. Quo acumine dicit se mirificè delectari Caramuel.

Caramuel. Nota ex Godoy.

112 Notat tamen Thomista celebris discrimen Exempli ad rem præsentem: nam in exemplo, sensus divisus est exclusivus: nam à voluntate fieri potest dissensus excludendo consensum: quod evenit, quando uterque terminus horum sensuum cadit in dominium voluntatis: in re præsenti, sensus divisus est unicè præcisivus: nam à voluntate fieri potest dissensus, non ut exclusivus prædeterminationis: quia prædeterminationem nequit excludere, sed præcisivus, seu secundùm se, præexcludente Deo prædeterminationem. Hæc est intelligentia distinctionis: & hoc, Mysterium ex Alvarez, ex Gonet, & ex Godoy qui notatiũculam appendicem apposuit: quo satis ostendit importunitatem exempli, & debilitatem Solutionis, quam præoccupant om-

Alvarez, Godoy, & Gonet.

omnia, quæ *à nu. 69. adusque* 102. diximus.

Relege à nu. 69.

113 Duo rursus hîc ostendenda suscipio ad eversionem ejus omnimodam. *Primum*: Voluntatem prædeterminatam, seu cum Prædeterminatione compositam non posse dissentire in sensu diviso, potestate simplicitè: dictâ Libertatis, & Dominii: quod manifestè sit *ex hucusque* disputatis. *Alterum*: hanc potestatem non agendi divisivè, seu in sensu diviso non sufficere ad liberatem, cujus explicata definitio debet intelligi, ut potentia libera sit facultas quæ cum omnibus prærequisitis possit agere, aut non agere compositivè, id est, *utrumlibet componendo* cum illis.

Prima Impugnatio Distinctionis: quoad unâ partem.

114 Primũ ostendo sic, primò: Nullus habet potestatem ad dissensum, qui nequeat ipsum ponere ut *essentialiter* est: sicut nullus potest hominem ponere, qui nequeat ipsum ponere ut *essentialiter* est, id est, ut est Animal Rationale: & nullus potest dissensum ponere, qui nequeat ipsum ponere prout oppositum consensui: quia hæc oppositio est de essentiâ dissensûs ipsius. Vnde major est evidens. Atqui voluntas prædeterminata non habet potestatem ponendi dissensum ut *essentialiter* est: ergo neque ponendi dissensum: ergo nullam habet potestatem dissentiendi cum prædeterminatione compositam. Probatur minor: Dissensus est essentialiter divisus à prædeterminatione, est actus coëxistens cum prædeterminationis exclusione, & essentialiter ab eâ exclusione dependens; sed voluntas prædeterminata per te est necessitata, ne sit divisa à Prædeterminatione, ne coëxistat cum exclusione prædeterminationis: nequit enim, per te, cõjungere Prædeterminationis statum cum dissensu, nec ipsum statu excludere: ergo est necessitata ne sit cum eo extremo quod essentialiter sit divisio à prædeterminatione, & coexistentia cum exclusione illius. Sed cùm Voluntas necessitatur ad unum, non habet liberam potestatem ad oppositum: ergo voluntas prædeterminata non habet liberam potestatem ponendi extremum, quod essentialiter sit divisio à Prædeterminatione, & coexistentia cum ipsius exclusione: ergo neque ponendi dissensum ut essentialiter est: Id enim est essentialiter ipse dissensus. Vrgetur. Status prædeterminationis essentialiter est status divisionis à dissensu, per te: ergo Prædeterminatio est essentialiter divisio à dissensu. Sed per te Voluntas necessitatur ut sit prædeterminata: ergo necessitatur ut impedita, & divisa sit à dissensu. Qui necessitatur, ut sit impeditus, & divisus à dissensu, necessitatur ne sit in statu diviso in quo essentialiter sit dissensus. Quid his evidentius?

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Secunda Impugnatio.

115 Ostendo secundò: Voluntas prædeterminata habet essentialem, & intrinsecam impotentiam componendi dissensum cum prædeterminatione quam habet: *est vestra*. Habet deinde intrinsecam, & essentialem impotentiam excludendi Prædeterminationem, quam habet: *est etiam vestra*. Ipsa Prædeterminatio est essentialis repugnantia, ne dum ipsa est, seu in instanti, in quo est ipsa, sit dissensus, seu sensus divisus in quo sit dissensus: *hæc* etiam *debet esse vestra*. Nunc sic: ergo Voluntas prædeterminata habet necessariam repugnantiam, ut ponatur sensus divisus dissentiendi: quam ipsa nequit excutere: ergo nec habet potestatem liberam se ponendi in sensu diviso dissensûs: unde patet hallucinari maximè Thomistas, cõtentos dicere, manere cum prædeterminatione potestatem: si concedunt eam qualemcumque potestatem impediri ab exercitio per repugnantiam necessariam illud habendi.

Instantia evidens cõtra Thomistas.

116 Vrgetur id ipsum hoc evidenti discutsu: complexum ex Voluntate, & Prædeterminatione conjungi cum statu diviso dissensûs, seu cum dissensu secundùm se, repugnat in terminis, & est modis omnibus impossibile: ergo Voluntatem, quæ Prædeterminationi subest, conjungi cum statu diviso dissensûs, seu cum dissensu secundùm se, nisi tollatur prædeterminatio, æquè repugnat, & est æquè modis omnibus impossibile. Sed talis prædeterminationis sublatio deest voluntati, nec poni potest ab ipsâ, nec ipsi est libera: ergo deest voluntati citra suam libertatem, & imputabilitatem id quo non posito repugnat ipsi status divisus dissentiendi: quomodo ergo potest ab illâ poni aut quomodò potest ipsi imputari, quòd non dissentiat?

117 Et ratio est: quia id, quod unicè

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

potest tibi cadere in praxim sub conditione, quam acquirere tibi nec possibile, nec liberum est, nisi positâ tali conditione, nec est tibi practicè possibile, nec imputabile quòd non facias: Defectus enim operandi non tam ex te est, quàm ex prævio defectu conditionis: sic legere, quamvis sis sanis oculis, quia tibi practicè solùm est possibile sub conditione lucis: non teneris, illâ deficiente: & deficiente citra libertatem tuam, non poteris obligari ad legendum. Similiter in re nostrâ. Vrgetur alio discursu breviùs: Complexum ex Prædeterminatione, & Voluntate non est potens ponere dissensum in sensu diviso: quia id esset facere sensum compositum; sed hoc complexum est Voluntati necessarium, vel est voluntati necessarium esse complexivè cum Prædeterminatione: ergo est necessarium voluntati esse modo non potenti ponere dissensum in sensu diviso.

Tertia Impugnatio.

118 Ostendo tertiò: Qui necessitatus est ad aliquam formam, ita ut illam habeat, & nequeat excutere, non est liber nec potens ad ullam actionem divisam à tali forma, & non coëxistentem cum tali formâ; sed Voluntas prædeterminata est necessitata ad formam Prædeterminationis, quam & habet, & nequit excutere: ergo nec est libera, nec potens ad ullam actionem divisam à tali formâ, & non coexistentem cum ipsa formâ. Sed Dissensus est actio essentialiter divisa à tali formâ & impossibilis coëxistentiæ: ergo voluntas nec manet libera, nec potens ad dissensum: ergo si non potest Prædeterminata voluntas dissentire in sensu composito, quod fatemini, neque poterit in sensu diviso. Tota vis est in Syllogismo primo; cujus minor est evidens: & ostenditur major. Qui necessitatur ad aliquam formam, necessitatur ne sit sine ipsâ: ergo necessitatur ne sit cum non ipsa: ergo necessitatur ne sit cum contradictorio ipsius: ergo necessitatur, quòd si operatur, operetur actionem potentem cum ipsâ coexistere: ergo necessitatur vel ad non operandum, vel ad operandum per actionem coexistentem cum tali formâ. Sed qui est necessitatus vel ad non operandum, vel ad operandum per hujusmodi actionem, non est liber nec potens ad alias actiones incoexistentes essentialiter cum tali formâ: ergo vera est major.

119 Confirmatur. Nemo nostrum est liber, aut practicè potens ad ponendam actionem separatam à præteritione Adami, aut ab existentiâ Cæli: nec cæcus est liber, aut practicè potens ad ponendam actionē quæ non denominetur hominis cæci. Petorationē: nec alia dabitur, quàm necessitas coexistendi cum his circunstantiis, & impotentia eas evadendi nostra: nam actiones secundùm se præscindunt ad hujusmodi circunstantiis: unde solus Deus qui potest amovere pro libito istas suppositiones, pro libito potest non ponere actiones non coexistentes cælo, præteritione Adami, &c. Atqui necessitas nostri coexistendi cum Prædeterminatione & impotentia eam evadendi est summa: ergo & nulla libertas ad actiones secundùm se à tali Prædeterminatione divisas: ergo neque ad dissensum in sensu diviso. Et *huicusque* de primo.

Nota bene.

120 Alterum, quod demonstrandum venit, est eam potentiam dissentiendi divisivè, seu in sensu diviso non sufficere ad libertatem, atque adeò esse de conceptu liberi Agentis *posse componere cum omnibus prærequisitis ad agendum* (si ea sint inevitabilia) *ipsum agere, & ipsum non agere*. Quod ostendo primò: si voluntas cum omnibus prærequisitis ad agendum non posset componere non actionem, nec differret à causis in agendo necessariis, nec esset magis libera quàm Calvinistæ volunt, & omninò redderet illusoriam definitionem Agentis liberi. Probo sequelam tripartitam unico discursu: si Voluntas cum omnibus prærequisitis ad agendum non posset componere non actionem; posse non agere Agentis liberi non esset posse facere ut pro eodem instanti, & mensurâ Temporis simul essent Prærequisita ad agendum, & non actio, sed posse facere, ut pro alio instanti, quo non sint prærequisita ad agendum, sit nō actio: ergo definitio Agentis liberi, quam ex communi Sapientium calculo posui *num.* 104. reddit hunc sensum: *Agens liberum est illud, quod habet potestatem agendi pro tempore, quo sunt omnia prærequisita ad agendum*; & simul habet potestatem non agendi, sed pro tempore quo illa prærequisita non erunt.

Vltior Impugnatio quoad partem aliam.

Suprà n. 104.

Ro-

121 Rogo nunc Thomistas, ut videant, & judicent de entimematis veritate. Si id non est verum, habemus intentum principale Demonstrationis. Si verum est: Nonne omne Agens, quantumvis necessarium, est potentia quæ cum prærequisitis ad agendum agit; atque adeò potestatem ad hoc habet? Nonne est potentia, quæ, si desint prærequisita agendi, desinit agere? Atque adeò potestatem habet non agendi, cum agendi prærequisita desunt? Si ergo de Agente necessario verificas definitionem liberi (nam id patet convenire intellectui, Soli, Aquæ) quâ ratione discriminas utrumque? Quâ viâ recedit à Calvino? Quanti æstimantur dicta Sapientum?

Quinta Impugnatio, & valde notanda.

S. Thomas.

122 Ostendo secundò: Potestas liberi Agentis est potestas dominativa, & potestas optionis, id est, potestas per quam voluntati datur dominium, & optio ut agat, vel non agat: ergo est potestas componēdi cum omnibus prærequisitis ad agendum, actionem, & non actionem. Antecedens est certum, & Sancti Thomæ. Probo consequentiam. Primò: quia si non posset cum omnibus prærequisitis componere non actionem, maximè quia aliquod eorum est essentiale impedimentum non actionis; sed implicat in terminis habere dominium, & optionem non actionis, & inevitabiliter impediri ab usu non actionis. Secundò: quia si cum omnibus prærequisitis non posset componere non actionē, abesse non actionem, non tam esset ex internâ potestate domini, quàm ex essentiali impedimento non actionis: id autem manifestè repugnat Optioni, & Dominio, ut rudes norunt.

Evidens confirmatio ex Suarez.

123 Confirmo hæc omnia evidenti discursu, quem affert Eximius Doctor *prolog. 1. cap. 3. num. 10.* Sit Voluntas prædeterminata ad amandum in instanti *A*, & amet, & cessat in *B*: vel, ut cessor in instanti *B*, oportet auferri prærequisita quæ præcesserant in instanti *A*, vel non? Si secundum: ergo manent eadem prærequisita amandi, & cessat amor: ergo cum omnibus prærequisitis ad amandum cōponitur non amor: ergo Voluntas potest cū omnibus prærequisitis ad agendū cōponere nō actionem. Si ergo primum: ergo cessare ab amore non est usus dominii; nec nascitur ex potestate optionis; sed est omninò necessarium, & unicè nascitur ex defectu non libero: ergo neque positio amoris poterat esse libera, & ex optione: nam contrariorum eadem ratio est. Probo consequentiam. Deficere necessaria, ut sit amor, & esse amorem est omninò impossibile: ergo deficere necessaria ut sit amor, & esse non amorem est omninò necessarium. Sed independenter ab omni voluntatis usu tolluntur à Deo, & deficiunt prærequisita necessaria ut sit amor: ergo independenter ab omni usu dominii, & optionis ponitur id quo posito sit impossibilis amor: atque adeò necessarius non amor, & cessatio ab amore: ergo non cessat amor ex potestate dominativâ, sed ex defectu, quem intulit prævidè Deus, prærequisitorum ad continuandum amorem.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

124 Ostendo tertiò: Voluntas tenetur aliquando componere cum omnibus prærequisitis ad agendum, nō actionem: ergo potest: neque enim tenetur ad impossibile. Probatur antecedens, & præoccupatur evasio M. Fratris Goner: cōponere non actionem cum omnibus prærequisitis ad agendum est facere quod in eodem instanti simul sint ea prærequisita ad agendum, & non actio: ita, *ut idem instans mensuret utrumque*; sed voluntas tenetur aliquando facere quòd in eodem instāti sint ea omnia prærequisita simul, & non actio: quod ostendo sic: sit voluntas in instanti *A*. cum omnibus prærequisitis ad actu furandum: & rogo: vel Voluntas sic existens cum omnibus prærequisitis ad actu furandum, evadit præceptum, & obligationem non furandi, vel non? Si primum: ergo nullus furando peccat: quia nullus est qui furetur sine omnibus prærequisitis ad actu furandum. Si secundum: ergo suppositis etiam omnibus prærequisitis ad actu furādum, tenetur non furari: ergo tenetur componere cum ipsis non furari.

Sexta Impugnatio.

Gonet.

125 Probo hanc consequentiam. Voluntas non tenetur ut sit sine omnibus prærequisitis ad actu furandum: quia hoc non est liberum: voluntati per vos: inter alia enim prærequisita sunt prædeterminatio ad entitatem materialem furti, & imprædeterminatio ad volitionem non furandi, seu nolitionem furti: ergo tene-

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tenetur ex necessariâ subordinatione causæ secundæ ad Primam, ad esse cum omnibus prærequisitis ad actu furandum, & ex præcepto tenetur ad non furandum: ergo tenetur ad compositionem eorum: qui enim tenetur ad unum, & ad aliud, tenetur ad utrumque: vel ergo ea voluntas tenetur ad impossibile, quod est hæreticum; vel ea compositio non est impossibilis: quod intendo.

Septima Impugnatio.

126 Ostendo quartò: Vel Agens liberum componit liberè cum omnibus prærequisitis ad actu operandum, actionem, vel non? Si secundum: datis intentum. Si ergo primum: ergo potest non componere actionem cum eisdem prærequisitis: ergo potest facere liberè quòd illa prærequisita non sint conjuncta cum actione: ergo potest liberè facere, quòd illa prærequisita sint sine actione: ergo potest componere non actionem cum prærequisitis ad actu operandum: ergo non est inter ipsa prærequisitum physicè prædeterminans, & incomposibile cum non actione. Videntur hæc omnia sequi, si componere actionem cum prærequisitis sit voluntati liberum: quod ex Tridentino convincitur *sess. 6. cap. 5. eidem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando.* Quid est *assentiri liberè Gratiæ*, nisi componere actionem liberè cum ipsâ? Quid est *liberè cooperari*, nisi liberè operari cum illâ? Quid autem est liberè operari cum illâ, nisi liberè componere cum ipsâ actionem Arbitrii? Et quidem ista distinctio *sensûs compositi, & divisi* manifestè præcluditur ab ipso Tridentino, & statuitur quod intendimus: nempè quòd voluntas componere possit cum omnibus prærequisitis ad agendum ipsum agere, & ipsum non agere, quod Concilia vocant *dissentire, inobedire, resistere Deo vocanti: resistere, inobedire, & dissentire* sensum facit compositum, ut per se patet. Sed de hoc, inferiùs *à num. 322.*

Tridentinum.

Infrà latè à nu. 322.

§. III.

SOLVTIONES ALIÆ THOMISTICÆ præcluduntur.

Secunda Solutio

127 Secunda, & celebris solutio petitur à Thomistis à distinctione prærequisitorum: alia enim sunt, *inquimt, ex parte potentiæ*; alia *ex parte actûs*: illa requiruntur *ad posse*: hæc ad positionem actûs. Illa oportet esse indifferentia, & composibilia cum utrolibet extremo libertatis: non, ista. Et ratio est: quia sine his intelligitur completa libertas in actu primo per illa. Prædeterminatio autem non est ex prærequisitis ad *posse*, sed meta istius applicatio ad actum. Hæc solutio præoccupata jam est late *à num. 53.* & hac ipsâ *Disputatione sect. 1. & 2.* & contra illam agetur in *seqq.*

Thomistica explicatur.

Præclusa est à num. 53. & à num. 69.

128 Nunc denuò reprobatur: Vt impediatur actio, non requiritur impedimentum ex parte actûs primi; sed sufficit impedimentum ex parte actûs secundi: ergo ut impediatur non actio non requiritur impedimẽtum ex parte actûs primi, sed sufficit impedimentum ex parte actûs secundi: ergo ut impediatur voluntas à non actione, sufficit impedimentum inevitabile ex parte actûs secundi: quid ergo refert, quòd Prædeterminatio se potius habeat ex parte actûs secundi, quàm primi: si vis, & energia est eadem. Secundò: licèt prærequisitum se tenere debeat ex parte actûs primi; si potest acquiri, & evitari, non tollit imputabilitatem: ergo licèt prærequisitum se tenere debeat ex parte actûs secundi, si nec posset acquiri, nec evitari, tollet imputabilitatem. Tertiò: licèt se teneat Prædeterminatio ex parte, actûs secũdi; præcedit actionem: ergo qui necessitetur ad illam, necessitatur ad istam. Quartò: connexio non libera ex parte actûs primi cum actione, tollit agentis liberi libertatem in actu primo, & in actu secundo: ergo connexio non libera ex parte actûs secundi cum actione, tollit Agentis libertatem in actu secundo. Quintò denique: quia licèt Prædeterminatio sit actus secundus respectu Dei, & Divinæ libertatis, à quâ fluit, dependet, & ponitur; at respectu creatæ libertatis, cùm nec ab ipsâ fluat, nec pendeat, nec ponatur, non est cur esse debeat actus secundus: nam actus secundus est exercitium primi. Quòd autem actus secundus primi Agentis, possit esse actus primus secundi: patet nam ipsa entitas, causa est actus primus Agentis secundi, & actus

Excluditur primò

Excluditur ultrà primò.

Secundò:

Tertiò:

Quartò:

Quintò:

actus secundus Agentis Primi.

Tertia Solutio explicatur.

129 Tertia solutio petitur à Thomistis ex distinctione prærequisitorum ex parte causæ secundæ, & ex lineâ Agentis secundi: & prærequisitorum ex parte Causæ primæ, & ex lineâ Agentis Primi. *Ajuntque* ea omnia prærequisita, quæ sunt de lineâ Agentis secundi debere esse indifferentia, actu posita, & cum utrolibet compossibilia, ut voluntas habeat liberam sufficientiam: deque ipsis debere intelligi compositivè definitionem Agentis liberi: Prærequisita tamen de lineâ Agentis primi, non ita esse debere: & ex his esse Qualitatem physicè prædeterminantem.

Excluditur primò

130 Contra primò: Nam danda est necessariò ex parte causæ secundæ necessitas identificata cum ipsâ; si semel necessitas admittatur Prædeterminationis ad operandum. Vide *suprà num. 72.* Contra secundò: nam expectamus disparitatem, quæ difficilis est. Contra tertiò: Prærequisita, quæ impediunt, ne Voluntas sit absolutè potens ad partẽ utramque, impediunt libertatem: sed prærequisita, quæ sunt ex parte Dei impediunt, ut vidimus, ne voluntas sit absolutè potens ad utramque partem: ergo & libertatem impediunt. Contra quartò: Vel prærequisita de lineâ agentis secundi dicunt id quod absolutè requiritur ut Agens secundum absolutè sit potens: vel non? Si secundum: ergo ex defectu prærequisitorum de lineâ agentis Primi, Agens secundum est impotens, atque adeò non liberum? Si Primum: ergo non eget prærequisitis de lineâ agentis Primi ad agendum.

A nu. 72.

Secundò:

Tertiò:

Quartò:

Quintò:

131 Contra quintò: Tam est impossibile, quòd operetur Voluntas sine prærequisitis Agentis primi: quàm sine prærequisitis Agentis secundi: ergo tam sine illis est impotens, quàm sine istis. Sine istis est absolutè impotens, & non liberat ergo & sine illis. Antecedens autem patet: quia effectus æquè utraque exigit. Contra sextò: sine prærequisitis de lineâ intentionali, quamvis adsint prærequisita de lineâ physicè productivâ, non est Voluntas completè nec potens, nec libera: ergo nec sine prærequisitis de lineâ Agentis Primi. Et ratio est: quia Agens secundum eget non minùs prærequisitis de lineâ Agentis primi ad operandum, quia Agens secundum est, quàm Voluntas egeat prærequisitis de lineâ intentionali, quia Potentia cæca est. Contra ultimò: Quid est esse prærequisita de lineâ Agentis Primi? Nam vel est ab eo dari: & hoc competit etiam cõprincipio sufficienti, competit voluntati, competit omnibus quæ sunt à Deo: vel est non exigi à creaturâ: & hoc competit etiam omni Gratiæ, etiam sufficienti. Quid ergo est? & expecta responsionem, ut appareat distinctionis oriositas, & evaniditas.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Septimò:

Quarta Solutio.

132 Quarta Solutio petitur à Thomistis ex distinctione duplicis necessitatis, alia est *antecedens*, absoluta, & *consequentis*; alia est *consequens*, ex suppositione, & *consequentiæ*. Illa libertatem evertit. Non, ista: & hujusmodi est quam Prædeterminatio facit. Hæc etiam placuere Calvino ex *num. 107.* teste Castell, & videre potes *Infrà lib. 13. à num. 113.* Et contra est ex *num. 85.* nam Physica Prædeterminatio non sequitur actum, sed præcedit; non fit ab actu, sed actum facit; non supponit usum arbitrii, sed præripit: quo ergo ex titulo potest dici necessitas sequens?

Suprà nu. 107. & infrà lib. 13. à na. 113.

Excluditur primò ex nu. 85. Thomasius ex Navarreto.

133 Dicit primò ex Navarreto Thomasius: quia Prædeterminatio est eminenter terminus nostræ liberratis, licèt non formaliter: dat rationem acuminis: quia libertas nostra continetur in Divinâ: unde Divina est *eminenter* Nostra: quare cum Prædeterminatio sit terminus libertatis Divinæ, etiam *eminenter* est terminus libertatis nostræ. Dicit secundò ex Thomasio Godoy: quia Prædeterminatio est nobis libera *terminativè*, & *ut quo*: quia terminus ejus est liber nobis. Quis ferat ista ludicra in re tã seriâ? Impugno Thomasium primò, & evidenter: Per te, eatenus est liber nobis actus, quatenus est in potestate nostrâ prædeterminatio; sed prædeterminatio quoad existere vel non existere non est libera nobis: ergo nec actus. Secundò & evidentiùs: Nulla est forma necessitans, quæ non sit, in eo usu discurrendi, terminus libertatis creaturæ *eminenter*, licèt non *formaliter*: ergo nulla est forma necessitans, quæ tollat libertatem: quod consequens est hæreticũ. Tertiò & evidẽtissimè nam ut Prædeterminatio formaliter antece-

Godoy ex Thomasio.

Excluditur ultrà.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tecedens sit *æquivalenter consequens* in munere servandi libertatem, debet æquivalere necessitati formaliter consequenti quoad rationem, ob quam ipsa necessitas formaliter consequens servat libertatem: sic Sol dicitur æquivalenter calor, quia quoad munus calefaciendi, habet vim eandem, ac calor: Atqui Prædeterminatio non sic æquivalet: nam necessitas formaliter consequens eò non lædit libertatem, quòd sit necessitas, quam Agens liberum sibi liberè imponit, & facit. Impugno demum & Thomasium, & Godoy: quia prædeterminationem esse *liberam terminativè* est nobis esse liberum actum, ad quem physicè prædeterminamur. Id autem est respondere per id ipsum: quod inintelligibile est: nempe actum esse ex necessitate *antecedente, & esse liberum* nobis. Sed *mox* ad idipsum.

Mox à num. 135.

Quinta Solutio.

134 Quinta solutio petitur à Thomistis ex ipsâ Naturâ Prædeterminationis: quæ quidem tam abest ab hoc *ut libertatem destruat, ut eam potiùs nutriat*: est enim medium Dei volentis non solùm, *ut operemur*, sed *ut liberè operemur*. Voluntati autem Dei efficaci quis resistet? Mirum est profectò, Viros alioquin doctos hoc unicè se tectos clypeo velle, ut erit videre *infrà à num. 413.* ardenter exinde disputantes. Vno verbo retunditur ista solutio: & instaurantur omnia præcedentia. Nequit Deus velle, quòd simul existant duo contradictoria; sed actum existere ex Prædeterminatione, & existere liberum, est existere simul duo contradictoria: ergo nequit Deus velle, quòd Actus existat liber, & quòd simul existat ex Prædeterminatione: ergo Prædeterminatio non potest esse medium Dei volentis, non solùm ut operemur, sed ut liberè operemur. Major est evidens: Et pro minori militavimus. Sed ulterius

Infrà à nu. 413.

Excluditur ex S. Thomâ.

Contra primò ex ipso Angelico Doctore, quo se putant inniti 1. *part. quæst. 19. art. 8.* qui, cùm præmisisset velle Deū, *quædam fieri necessariò, quædam contingenter*; atque adeò utraque fieri eo modo, quo fieri vult ea Deus: addit: *Et ideò quibusdam effectibus aptavit causas necessarias, quæ deficere non possunt: quibusdam autem aptavit causas contingenter defectibiles, ex quibus effectus contingenter eveniunt.* Discursus Sancti Thomæ est: *Deus vult aliqua fieri liberè: ergo debent liberè fieri: ergo principia, quæ tenetur Deus ponere vi talis decreti intendentis ut fiant liberè*, debent esse *contingentia in operando*, & quæ possint ab operatione deficere: alioquin vellet Deus impossibilia fieri. Sed Prædeterminatio non est contingens in operando, nec potest ab operatione deficere: ergo tam abest Deus volens actū fieri liberè, ab hoc ut velit ex prædeterminatione fieri, ut potiùs nolle teneatur eum fieri à Prædeterminatione.

Secundò:

135 Contra secundò: Laus Divinæ Omnipotentiæ non est conciliare contradictoria; nec efficaciæ Divinæ Voluntatis ea componere. Iam sic: Ponī actum liberè est poni cum indifferentiâ ad alterutrum: est poni sine necessitate, quâ faciat aliqua vis antecedens ex parte causæ, & independens ab usu libertatis: est poni cum expedito dominio. Poni actum ex Prædeterminatione est poni sine indifferentiâ ad utrumlibet: est poni cum necessitate, quam facit vis antecedens omnem usum arbitrii: est poni cum inevitabili impedimento optionis, & dominii: ergo poni actum ex prædeterminatione est poni non liberè: ergo prædeterminari actum ut sit liber, est prædeterminare, ut sine prædeterminatione fit, quæ sunt planè ridicula, & implicatoria. Videndum ergo priùs, an libertas actûs cum prædeterminatione componi possit: & postea locus quærendus solutioni.

136 Confirmatur exemplis appositissimis. Sit Petrus v. g. cum morali necessitate succurrēdi Patri suo, fame jam tabescenti: alioquin potens facilè succurrere: & suppone naturalem obligationem, unde Petro resultat in conscientiâ moralis impotentia omittendi subventionem: Nam & ad succurrendum, necesitatur moraliter, & alioqui tenetur sub præcepto. Iam sic: Implicat manifestè quòd sub his circunstantiis operandi simpliciter, & non operandi detur motio, quâ Petrus applicetur, non solùm ad operandum, sed etiam ad operandum liberè à necessitate morali, & à præcepto: ergo in circunstantiis Prædeterminationis, pariter implicat manifestè,

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

sophi. tract. de princip. quæst. 2. prop. 1. §. Sed hæc responsio. Improbabilem, & inintelligibilem Cabrera: *Hæreticam*, *Excluditur primò*

alii. Ipse impugno, nec ferendo, nec probando censuras.

139 Primò: quia tota hæc libertas admittitur à Calvino, admittitur à Iansenio: & est mera *libertas à coactione*: & maxima hallucinatio, radicem ipsam sumendi pro germine. Secundò: Vel indifferentia judicii temperat, & immutat essentiam Prædeterminationis, vel non? Si primum: ergo non manet cum eadem essentiâ: quod implicat. Si secundum: ergo manet cum omnibus illis prædicatis, quibus annectitur excidium libertatis, *ex hucusque* dictis. Tertiò: licèt judicium hinc proponens comestionem carnis ut delectabilem: inde abstinentiam, ut laudabilem, & meritoriam, de se sit indifferens, ut licitè vescamur carnibus, & ut licitè temperemus; tamen si huic judicio accedat obligatio moralis inevitabilis ad abstinentiam, non relinquitur dominium liberum, ut vescamur licitè carnibus: & ratio est: quia nec possumus componere cum eâ obligatione licitam comestionem; nec eam obligationem excutere pro libito nostro: ergo licèt judicium sit in se indifferens, si tamen accedat obligatio physica ad unam partem cōtradictionis, non relinquetur dominium liberum ad physicum exercitium ejus. Talis autem est Prædeterminatio.

Secundò:

Tertiò:

140 Quartò: Licèt in communi sententiâ ex vi judicii indifferentis non sit moralis necessitas peccandi venialiter: dicitur enim provenire ex fragilitate in trinsecâ, quam creatura nequit excutere, & ex inconstantiâ similis conditionis: aliunde nascitur: & cum eo judicio aliàs indifferenti componitur: ergo licèt ex judicio indifferenti nulla sit necessitas physica, venire potest aliunde, & cum ipso componi. Quintò, licèt utraque parte contradictionis apparente probabiliter ut verâ, non sit inde necessitas in intellectu, ut uni potiùs, quàm alteri assentiatur; venire tamen ipsi potest ex determinatione voluntatis: ergo licèt apparente Voluntati utraque parte electionis indifferenter eligibili, venire potest ipsi necessitas ex alienâ voluntate superio-

Quartò:

Quintò:

Infrà lib. 7. nu. 29. Sexta Solutio.

stè, quòd detur Petro motio, quâ Petrus applicetur, non solùm ad operandum, sed etiam ad operandum liberè à necessitate physicâ, & Metaphysicâ. Antecedens est evidens: Motio enim composita cum præcepto, & cum necessitate morali, nequit esse motio ad operandum sine illis, sicut nequit esse motio ad operandum sine se ipsâ. Consequentia probatur: Ideò implicat casus antecedentis: quia motio supponitur conjuncta cum morali inseparabilitate cum opere ratione inclinationis, & Præcepti, moraliter ineluctabili; sed in casu consequentis ipsa Prædeterminatio secum affert metaphysicam inseparabilitatem ab opere, etiam metaphysicè ineluctabilem: ergo æquè repugnant casus antecedentis, & consequentis.

Tertiò:

137 Contra tertiò: quia simili discurrendi lusu defendent *Iansenistæ* libertatē cum necessitate: si persistent in hujusmodi cavillis, & lusibus. Defendet *alius* dari decretum Dei volētis rem aliquam fieri sine ullo decreto: quia res fiet eo modo, quo vult eam fieri Deus. Defendet alius, dari decretum Dei volentis, ut prædeterminatio relinquat voluntatem imprædeterminatam, & indifferentem omninò: quia sic Deus vult. Sicut ergo hæc: quia ex contradictoriis compacta, id ipsum ex unâ radice destruunt, quod ex aliâ inferunt: Videnturque Thomistis ipsis omninò ridicula: ita censendum videtur de solutione, quam tāti faciunt. *Vide infrà lib. 7. num. 29.*

M. Bañez.

138 Sexta solutio petitur à Thomistis ex recursu ad judicium indifferens: quo manente necesitari voluntatem negant: unde cùm prædeterminatio cum judicii indifferentiâ componatur, debet etiam, & cum libertate componi. Hæc est solutio celeberrima Fratris Magistri Bañez, quam amplexi sunt Posteri adusque Modernos, qui eam voce contemnunt, re tamen ipsâ adhuc amant, & retinent, pressisque nostris argumentis avidè arripiunt. Audiatur omnium novissimus Alexander Seville in Interprete suo *lib. 3. cap. 1. sect. 4. hæc duo* (nempè indifferentia judicii, & Voluntas) *præcisis aliis omnibus, sufficiunt ad libertatem.* Iam tamen *omnium pessimam* dixit Abraham de Raconis *in suâ Philo-*

Alexand. Seville.

Contempta à multis.

Aranda de Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Confirmatio.

rioris. Rogamus modò, quid præstaret minùs, aut plus in eo casu, quàm in casu Prædeterminandi.

141 Confirmantur hæc omnia tripliciexemplo, cui succedet ratio à priori. Sit primum in Petro, qui habeat judicium indifferens, quo cognoscat convenientiam suæ fugæ à vinculis, in quibus jacet, & incommoda detentionis: ligatur tamen ità validè, ut ipse pro libito nequeat evadere vincula. En necessitatum Petrum ne fugiat, necessitatum ut maneat: & tamen habet judicium indifferens: quid præstat indifferentia judicii, si vincula nō emollit? Sicut ergo hic non est liber ex judicio indifferenti Petrus ut fugiat, & maneat: ita nec ex judicio indifferenti poterit esse liber ut consentiat, aut non consentiat, ligatus inextricabili nodo prædeterminationis: aut si ibi non obstante judicii indifferentiâ; ligatur per modum naturæ (qui sunt vestri termini;) cur non etiam & hic?

Alvarez.

142 Dices, in casu vinculorum, non dari judicium indifferens practicè, id est, quo judicet Petrus, esse sibi possibilem fugam. Contrà: Tùm quia hæc reflexio necessaria non est. Tùm etiam: quia imprædeterminatus si sciat statum suum, nequit etiam habere judicium ita practicè indifferens: si nesciat, falsò habebit: quæ ergo est virtus ista judicii: ut ignoranti, malum non inferat, inferat scienti? Sit secundum in homine, qui liberè sibi imperet efficaciter actum Religionis per imperium reflexum: hic est cum judicio indifferēti etiam posito imperio; nec tamen est immediatè liber in communi, & vestrâ sententiâ. Sit tertium in Christo Domino, necessitato vi Vnionis Hypostaticæ ad non mentiendum, & tamen habente judicium secundùm se indifferens de conveniētiâ mendacii, ipsiusque turpitudine: Angitur Alvarez maximè in hoc exemplo *disp. 116. de Aux. in responsione ad tertium.*

Ratio à priori. Prima

143 Ratio à priori horum omnium est mihi duplex. Prima: quia principium secundùm se indifferens, si impediatur, ut in exercitio operis se indifferenter gerat, non potest derivare in illud exercitium denominationem aliquam exigentem talem indifferentiam: unde licèt judicium sit indifferens secundùm se; si tamen non sit indifferens in exercitio; non poterit derivare in ipsum denominationem liberi, & contingentis: sic, licèt potentia voluntatis sit ex se indifferens ad utrumlibet: tamen si ejus indifferentia præimpediatur, non potest derivare in opera, per quæ se exercet, denominationem contingentis, & liberi: ut patet in amore beatifico, in motibus primò primis, in aliis. Atqui illud judicium impeditur in exercitio per accessum Prædeterminationis; habetque se cum illo voluntas in exercitio, ac si non haberet talem indifferentiam: quod ex dictis patet: ergo.

Altera

144 Secunda: quia libertas exercitii æquè petit indifferentiam intentionalem directivam ex parte intellectûs; ac indifferentiam activam electivam ex parte voluntatis: & libertas arbitrii ex utraque coalescit indifferentiâ: ergo quamlibet tollas, tolles arbitrii libertatem: ergo sicut ablato judicio indifferenti, libertas perit, ut contingit in Beatis amātibus ex judicio determinato ad unum: ita ablatâ, vel impeditâ indifferētiâ activâ Voluntatis, perit libertas, nō obstanti judicio indifferēti secundū se. Duo nota. Primum: illud judicium positâ Prædeterminatione, licèt vocemus indifferens secundùm se, re ipsâ, & practicè manere determinatum ad unum. Alterum. Si judicium ita statuatur indifferens, ut ex modo cognoscēdi connectatur cum operantis libertate, eò ipsò debere connecti cum exclusione Prædeterminationis, ut ex dictis constat: & advertit Haunoldus noster: & ipse dicam *lib. 7. à nu. 195.*

Nota

Haunold. Et infrà lib. 7. nu. 195.

145 Septima solutio petitur à Thomistis ex indifferentiâ quidditativâ, & remotâ voluntatis: Nam ad libertatem sufficit ea potentia indifferens remota, ita quòd nō se habeat coactè ad aliquod extremum, licèt illi desit potentia proxima ad sequendum alterum ex parte inclinationis. Eam tamen remotam indifferentiam intactam, & incoactam reliquit Prædeterminatio: ergo & libertatem. Hanc solutionem amavere Thomistæ veteres, quos insequitur incessanter Montoya *tota disp. 52. de Scientiâ*: Moderniores contemnere videntur; sed incautè frequenter usurpant. Mihi videtur appendix Doctrinæ Thomisticæ. Eam ipse

Septima Solutio.

Ejus Authores, & Patroni.

se sumo ex Recentissimis Thomistis, Alexandro Seville *loco nuper c. tato*, & ex Ioanne à Sancto Thomā, cujus sunt ipsa verba, quæ retuli *d. sp. 24. de Angelis. art. 2. num. 6.* ut appareat quàm sim ab impostūrâ liber.

Excluditur Ex Bulla Innoc. X. Et ex nu. 72.

146 Impugno primò: quia continet doctrinam damnatam ab Innocentio X. contra Iansenium, cujus videtur ipsissima propositio tertia ex quinque damnatis Secundò ex *num. 72.* nam nulla manet activa indifferentia libertatis in ipsâ Naturâ, semel admissâ necessitate Prædeterminationis Thomisticæ. Tertiò ex *num. 120.* nam neque manet proxima, neque remota facultas liberè dissentiendi. Quartò: quia & cum hypostaticâ Vnione, & cum Visione Beatificâ manet ista remota indifferentia, cùm maneat efficax voluntatis nec libertas manet. Vltimò: quia nunis sapit ista solutio Calvini doctrinam reprobatam à Tridentino. Solutiones alias emollientes vim Prædeterminationum insequar; cùm de sententiis Mediis sermo sit *à num. 231.*

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Et ex nu. 120.

Infrà à nu. 231.

DISPVTATIO XIV.

PHYSICA PRÆDETERMINATIO SEV *suppositio physicè Prædeterminans divinam æquitatem lædit.*

Difficultatis Propositio.

147 EX hoc etiam capite triumphum agit Opinio nostra. Sic argumentor: Nulla manere potest æquitatis Divinæ ratio; si præceptis adhibitis, & statutis in Transgressores pœnis, nulla in nobis maneat sufficiētia; nulla transgressionis imputabilitas; nulla in Deo voluntas seria circa suorum præceptorum observationem: imò seria, & affectata ejusdem observationis impeditio: sed admissâ necessitate Prædeterminationis, seu suppositionis physicè Prædeterminantis ad operandum, neque manet in nobis ulla vera sufficientia, aut transgressionis imputabilitas, neque manet in Deo ulla seria voluntas circa suorum præceptorum observationem: imò seria, & affectata ejusdem observationis impeditio: ergo nec ulla manet Æquitatis Divinæ ratio. Cætera constant: & Minor, in quâ tota difficultas est, venit ostendenda per partes.

SECTIO I.

SI NECESSARIA SIT AD OPERANDUM Prædeterminatio Thomistica, Imprædeterminatus caret Auxilio sufficienti.

§ I.

ALIQVÆ PROBATIONES ASSERTI.

148 OStendo primò: Imprædeterminatus ad operandum necessario desinit operari, ex Demonstrationibus factis à *num. 91.* Imprædeterminatus ad operandum citra suam libertatem caret prærequisito necessario se tenente ex parte actūs primi, & constituente voluntatem in posse ex *dictis suprà à num. 53.* Sed qui necessariò desinit operari ex defectu necessarii prærequisiti se tenentis ex parte actūs primi, & constituētis Voluntatem in posse, caret auxilio sufficienti, ut ex terminis patet: ergo Imprædeterminatus ad operandum caret auxi-

Suprà à nu. 53. & à nu. 91.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

auxilio sufficienti. Confirmatur ex formis arguendi propositis *tota disp. præcedenti*, præsertim *illâ nu.* 114 quam hic breviter repræsento. Qui non sufficit ponere consensum, ut essentialiter est, non sufficit ponere consensum; sed imprædeterminatus ad consensum, non sufficit ponere consensum, ut essentialiter est: nã consensus est essentialiter coexistens prædeterminationi: qui autem necessariò eâ caret, nec sufficit ponere, non sufficit ponere essentialem alterius coexistentiam cum ipsâ: ergo nec sufficit ponere consensum: ergo caret auxilio sufficienti.

149 Ostendo secundò: Non sufficit ad actualem rei positionem, cui deest necessarium prærequisitum ad ipsam actualem positionẽ rei, & potestas illud prærequisitum acquirendi pro libito; sed imprædeterminato deest necessarium prærequisitum ad ipsam actualem positionem rei, & potestas illud acquirendi pro libito: ergo non sufficit ad actualem rei positionem: ergo caret auxilio sufficienti. Minor est Thomistarum: & Major ostenditur explicando terminos, qui sunt omni probatione clariores: non sufficit ad actualem rei positionem, cui inspectis iis præcisè quæ habet, & repugnat conjunctio cum actuali positione rei; sed illi, cui deest necessarium prærequisitum ad actualem positionem rei, simulque potestas acquirendi pro libito, inspectis iis præcisè quæ habet, repugnat conjunctio cum actuali rei positione: quippe inter ea quæ habet, est defectus essentialis prærequisiti, atque adeo essentiale impedimentum rei: ergo nec sufficit.

150 Confirmatur hæc ratio primò: Implicat in terminis reddi hominem sufficientem ad positionem rei per ea, per quæ redditur & manet essentialiter incoexistens cum tali re; sed imprædeterminatus per ea præcisè quæ habet, redditur & manet essentialiter incoexistens cum actuali operatione: ergo implicat reddi per ea sufficientem ad positionem ipsius. Secundò: Impossibile est, quòd homo imprædeterminatus, manentibus unicè quæ in eo statu habet, exerceat operationem, respectu cujus prædeterminatione caret: deinde impossibile est ipsi, quòd nõ maneat in ipsõ talis status. Iam sic: repugnat quòd sit status sufficientiæ, status ille, in quo est impossibile quòd exerceas operationẽ; si manere in eo statu tibi est necessarium: atqui status imprædeterminati est status, in quo impossibile est quòd exerceas operationem; & in eo statu manere est tibi necessarium: ergo repugnat quòd talis status sit status sufficientiæ. Major est evidens: quia cui necessarius est status non operandi, ille necessariò impeditur ab operando: qui autẽ necessariò impeditur ab operando, nõ sufficit operari. Tertiò: Repugnat dari in Naturâ sufficientiam ad aliquem effectum, & hunc esse possibilem: si medium, quo deberet poni à parte rei, esset simpliciter impossibile: ergo repugnat in homine sufficientia ad operationem Actualem, & hanc esse possibilem homini, si medium, quo debet unicè poni, nec est in homine, nec in ipsius potestate: quod est ipsi pro libito non esse possibile.

151 Ostendo tertiò, & confirmo præcedentia præcludendo Thomistis effugium, efficacissimâ paritate quam debemus ingenio Patris Ribadeneyræ. Eam ut urgentius premam, adverto, ut dicitur ab Adversariis Prædeterminationem ex parte hominis, ut possit se convertere, non requiri; licèt requisita sit, ut actu se convertat: dici ab illis debere Prædeterminationem ex parte Dei, ut possit hominem convertere, non requiri; licèt requisita sit, ut actu convertat. Ratio est clarissima; quia sicut homo, quando omittit liberè conversionem, potest se convertere, licèt prædeterminatus non sit; ita Deus, quando omittit convertere hominem; potest illum convertere, licèt non prædeterminet actu.

P. Ribadeneyra.

152 Nunc sic: Libertas Dei non convertentis hominem, potentis tamen ipsum convertere potestate antecedente, & pro libito, claudit essentialiter ex parte Dei potestatem liberam, ut prædeterminet hominem: ità ut posse hominem convertere sit in Deo posse prædeterminare; certumque sit non futuram in Deo sufficientiam, ut converteret hominem, si non haberet potestatem ponendi prædeterminationem in homine: ergo libertas hominis non convertentis se, potentis tamen, antecedente potestate se convertere, claudit essentialiter ex parte hominis

nis potestatem liberam faciendi, ut prædeterminetur à Deo. Sed homo, per vos, non habet talem potestatem: haberet enim in sua potestate Prædeterminationem, quæ non est volentis, nec currentis, sed miserentis Dei, ut ex Paulo dicitis: ergo neque habet sufficientiam, ut se convertat. Probo primam consequentiam: unde cætera rectè descendunt. Nam veritas antecedentis unicè stat: quia, per vos, implicat hoc conjunctum: Deum convertere hominem, ipsumque non prædeterminare ad conversionẽ: sed pariter implicat, hominem se convertere liberè, & non prædeterminari à Deo: ergo sicut in Deo sufficientia convertendi hominem, dicit essentialiter potestatem liberam prædeterminandi; ita in homine sufficientia ut se convertat, dicit essentialiter potestatem liberam acquirendi Prædeterminationem, si non illam habet: vel si hæc sufficientia stare potest in homine sine hac potestate: quidni & sine illâ potestate, illa alia sufficientia?

153 Ostendo quartò: Vbi potest prætendi legitima, & rationabilis excusatio non observandi præcepta Dei, alioquin obligantia, non potest esse vera sufficientia: si enim sufficientiam habuisti, & ipsa præcepta potuisti observare, nec observasti: qui manere possit rationabili excusationi locus apud Deum? Atqui homo imprædeterminatus, quomodocumque eum ponas, prætendere legitimam, & rationabilem excusationem non observandi præcepta Dei potest: quod ostendo: nam dicere potest: absens est mihi prærequisitum ad actualem observationem, quæ mihi præcipitur: nec est in meâ potestate, facere, quòd sit præsens. Hanc autem esse legitimam excusationem quis neget?

154 Confirmo: Cui deest auxilium, quod vocatis, sufficiens; ille neque habet potestatem liberam observandi præcepta, jureque desinit observare: ergo similiter ille, cui deest Cõcursus prædeterminans: ergo sicut sine sufficienti, quod dicitis, nequit concipi vera sufficientia, ita nec sine Prædeterminatione: ergo non datur auxilium vere sufficiens. Probo primam consequentiam, ex quâ cætera fluunt. Tam necessaria est ad actualem observationẽ, Qualitas prædeterminans, quã Vis sufficiens: cum actualis observatio æquè sine utraque repugnet: ergo sicut homo sine sufficiente non habet in suâ potestate liberâ actualem observationem; ita nec habet sine illâ Prædeterminante. Probo hanc: ideò sine vi sufficiente non sufficit: quia nec habet quicquid requiritur ad actualem observationem, nec habet potestatem sibi illud acquirendi pro libito: est enim miserentis, & donantis Dei, sed etiam sine Prædeterminatione, nec habet quicquid requiritur ad actualem observationem, nec habet potestatem illud sibi acquirendi pro libito: ergo æquè sine utraque non sufficit.

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

§. II.

RATIO A PRIORI: VBI INTERCIPIUNTUR evasiones Thomisticæ.

155 Ostendo quintò: dando rationem à priori Doctrinæ totius. Potestas sufficiens ad actualem observationem præcepti est Potestas, quâ positâ, homo, non indiget altera, & ulteriori potestate, ut actu præcepta observet; vel si indiget altera, constituitur in statu per primam, ut alteram sibi possit acquirere, si velit: sed præcisim à Prædeterminatione, nulla est apud Thomistas Potestas talis genii, ut eâ positâ homo nõ indigeat altera, & ulteriori Qualitate, quam acquirere sibi nequit, ad actualẽ observationem: ergo apud Thomistas nulla est Potestas, præcisim à Prædeterminatione, quæ sit verè sufficiens. Minor datur ab Adversariis. Major est mihi exterminis nota: nam qui indiget altero ad levandum pondus, ipse non sufficit. Et ratio est: quia sufficientia ex conceptu suo dicit talem hominis constitutionem respectu illius rei, ad quam habere dicitur sufficientiam, ut respectu illius altero non indigeat. Si enim indiget; eo modo, quo indiget, non est ipse satis. Vnde ille dicetur sufficere per ea quæ in præsenti habet, ad positionem effectûs: qui habet quicquid requiritur ad talis effectûs positionem. Si enim inter ea, quæ de præsenti habet, deest id sine quo repugnat talis effectus per ea omnia, quæ de præsenti sunt, secluso aliis, repugnat effectum poni: nam coexistentia effectûs,

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ Par. tract. 1. de Deo sciente.

& eorum quæ de præsenti sunt, seclusis aliis est impossibilis: quâ ergo ratione, qui caret aliis, & solum habet ea, quæ sola, id est, non adjecto alio requisito, quæ non habet in manu suâ, repugnat conjungi cum effectu, habet in præsenti sufficientiam ad actu ponendū effectum.

156 Ego quidem, cum veniâ Thomistarum, nunquam credam aliam Gratiam à Iansenistis, & Calvino negatam, ut sufficientem, nisi illam quæ conjungi seorsim âb aliâ posset cum effectu, ex adjecto præcise habentis libito: & per quam homo si maneret constitutus, ut non indigeret alterâ, & novâ Gratia, vi præcedentium inacquisibili, ad positionem actualem effectûs, si operari vellet: Nam ipsi excitationes, & affectiones supernas, habitus infusos, & cætera dona hujusmodi non negabant.

157 Confirmantur hæc omnia hoc evidenti discursu. Totus gratiarum cumulus, seclusō subsidio prædeterminanti, necessariò manet otiosus: ergo licèt totus gratiarum cumulus, seclusō subsidio prædeterminanti ponatur *in* homine, non sufficit ut hominem conjungat effectui: ergo homo, licèt ornatus toto gratiarum cumulo, seclusō subsidio prædeterminanti, necessariò est otiosus: ergo in toto Gratiarum cumulo, seclusō semper subsidio prædeterminanti, non est auxilium sufficiens, ut operetur homo, aut ut velit operari: quia repugnat in terminis esse Gratiam sufficientem ad exercitium operis, illam, quæ, nisi alia existat, quam tamen ipsa nequit inducere, necessariò otiosa est: & necesse est, ut sine opere sit: patet enim eâ necessitate, quâ otiosa est, esse debere sine opere: cùm idem omninò utrumque sit.

158 Hæc omnia benè sequuntur ex primo antecedente: quod ostendo. Necessariò manet otiosa virtus, absente conditione, sine quâ absolutè est impossibile, quòd operetur: idque ex intrinsecis prædicatis: id enim est propriū virtutis egentis essentialiter aliquo ad operandum, ut de suis intrinsecis sit necessitas non operandi absente eâ illâ conditione, quâ indiget. Talis autem est totus Gratiarū cumulus in sententiâ Thomistarū. Tota vis reduci potest ad Syllogismum; Necessitas essentialis non operandi, si desit conditio; hac absente est absoluta necessitas non operandi; sed totus Gratiarum, quæ prædeterminantes non sint, cumulus, est essentialis necessitas non operandi, si desit Prædeterminatio: ergo hac absente est necessitas absoluta non operandi. Sed absoluta necessitas non operandi nequit esse vera sufficientia ad operandum: ergo nec totus Gratiarum cumulus, absente subsidio Prædeterminante.

159 Video plura à Thomistis responderi, quæ vel ipsâ arguendi formâ, vel ex dictis *suprà* præoccupata jam sunt. Alia resuscitant Labat, & Batonus ex Herrerâ, Cabrerâ, & Davilâ de quibus *infrà*. Placet *hic* examinare solutionem singularem Ioannis à Sancto Thoma partim *tom. 1. in 1. part. disp. 20. art. 5.* partim *tom. 2. disp. 5. art. 6. num. 57.* quatuor docentis. *Primum*: casu, quo voluntas ad nullam partem contrarietatis, vel contradictionis prædeterminetur à Deo, ad neutram habere auxilium *verè* sufficiens. *Secundum*: casu, quo voluntas prædeterminetur à Deo ad actum oppositum actuali observationi, eòipsò habere auxilium verè sufficiens ad actualem observationem. Dat rationem, quia prædeterminatio non solum terminatur ad exercitium actûs, sed ad ipsum ut liberum: nequit autem esse liberum, nisi supponat sufficientiam ad partem oppositam. *Tertium*: Prædeterminationem ad amorem v. g. non pugnare ex se cum odio, id est ratione sui, nec ex se, nec ex ratione sui esse incompossibilem cum odio, sed ratione termini oppositi, quem inducit. Primò: quia si non inferret amorem, componi cum odio posset. Secundò: quia solùm pugnat Prædeterminatio per id, per quod frustraretur: non autem frustraretur per prædeterminationem ad odium, sed per ipsum odium: ergo non cum istâ pugnat, sed cum illo, nec cum illo, ratione sui, sed amoris. *Quartum*: Deum prædeterminantem ad odium, non impedire hominem, ne amet; sed impedimentum unicè poni ab homine, Seque unicè ipsum impedire. Ratio est: quia in homine prædeterminato ad odiū, & imprædeterminato ad amorem, duo sunt: & prædeterminatio, & odium; illa posita à Deo: hoc ab homine positum: ex

Vide suprà à nu. 110. & à num. 127. & infrà à num. 287. & à num. 300. Ioannis à S. Thoma locutio singularis explicatur.

his quod impedit directè & formaliter amorem est quod ex se pugnat cum amore: hoc autem odium est, quod ab homine ponitur; non Prædeterminatio quæ fit à Deo. Coincidunt in hæc Patres Carmelitani Discalceati 1. 2. *tract. 10. disp. 3. dub. 4. nu. 36.* & omnes ferè Thomistæ sub his, aut illis terminis: unde censeo solutionem in Schola prædeterminante communem, quæ videbatur singularis.

Discalceati, & omnes ferè Thomistæ.

Rejicitur in genere.

160 Imprimis hæc nec speciem solutionis habent: imò vim augent argumenti nostri. Primò: quia quidquid sit de Doctrinâ, semper deerit Imprædeterminato ad amorem, prærequisitum essentiale, cujus in potestate non illud ponit Prædeterminatio ad oppositum: Secūdò: per te, si nulla detur à Deo prædeterminatio, ad neutrum est *vera sufficientia*, licèt alia quæcumque dentur. Ex quo tria infero contra prima principia Thomistarum: *primum*: ergo stare potest judicium indifferens, & cætera quæ requiruntur ad *posse*, quin omissio secuta sit libera. *Alterum*: ergo prædeterminatio se habet ex *parte potentiæ*: nam sufficientia sic se habet. *Tertium*: ergo si non est prædeterminatio ad amorem, non datur sufficientia. Vrgeri facillimè posset triplex illatio. Tertiò: quia tota solutio falsum assumit, & pugnat in terminis ex *num. 6. & 69.* Iam de ipsius Doctrinæ qualitate

Suprà à nu. 6. & 69.

Rejicitur secundò:

161 Censeo primò: datâ hypothesi, in quâ voluntati nihil desit aliud quàm Prædeterminatio ad actualem observationem, & simul ad actum oppositum, debere à Prædeterminatione istis admitti veram sufficientiam ad ut turnlibet. Ratio est: quia ubi nihil deest sufficientiæ, nec ista deest, sed existit; Atqui absente Prædeterminatione nihil deest sufficientiæ: quia per vos Prædeterminationes non sunt aliquid sufficientiæ, sed eam supponunt ex parte potentiæ: ergo his absentibus non potest deesse, sed existere sufficientia.

Rejicitur tertiò.

162 Censeo secundò: si voluntas non habet sufficientiam ad observationem præcepti deficiente Prædeterminatione, tam ad ipsam, quàm ad actum oppositū; minus habebit, si unicè prædeterminetur ad actum oppositum observationi. Ratio est: quia si ante non erat sufficientia, nequit adesse pòst, ex adventu solius rei, quæ non constituit sufficientiam; sed per te, absente prædeterminatione omni, non erat sufficientia ad observationem; & ex adventu solius prædeterminationis ad actum oppositum, nulla res venit, quæ constituat sufficientiam: ergo sicut ante non erat, ita nec erit pòst. Minor, quoad secundam partem, quæ sola negatur ab Adversario, demonstratur: primò: quia per se notum appareret, id, per quod sufficientia constituitur ab observationem præcepti, componi cum ipsâ posse: quod Prædeterminationi in oppositum implicat. Secundò: per te prædeterminatio ad actualem præcepti observationem, non constituit sufficientiam ad illam, sed supponit: ergo multò minùs constituet Prædeterminatio ad actum oppositum. Patet consequentia: quia ab nonum apparet ex ipsis terminis, sufficientiam ad aliquod exercitium constitui potiùs per illud quod essentialiter cum ipso pugnat, quàm per illud quod ad ipsum essentialiter prærequiritur.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

163 Censeo tertiò: Prædeterminatio Dei ad unum libertatis extremum, *essentialiter, intrinsecè, & ratione sui* est incompossibilis cum prædeterminatione ad extremum oppositum, & istius existentia? Ratio est primò: quia forma se ipsâ, & essentialiter tribuens effectum formalem oppositum effectui formali alterius formæ, est essentialiter, & ratione sui incompossibilis cum tali formâ: ut patet exemplis innumeris. At effectum formalem valdè diversum, & omninò oppositum tribuunt Prædeterminatio ad amorem v. g. & Prædeterminatio ad odium: ergo.

Rejicitur quartò. Vbi de Incompossibilitate Prædeterminationis cum actu Opposito.

164 Secundò: quia Prædeterminatio ad unum extremum libertatis est *essentialiter, & ratione sui* connexio cum illo: Prædeterminatio ad oppositum est *essentialiter, & ratione sui* inconnexio cum illo primo: Connexio, & inconnexio immediatè, & essentialiter opponuntur *ratione sui*. Item Prædeterminatio ad amorem est ex intrinsecâ ratione sui inseparabilis, & inseparatio ab amore: Prædeterminatio ad odium est ex intrinsecâ ratione sui, separatio, & separabilis ab amore: idemque verum de Prædeterminatione

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

ad amorem, & odio dictum puta. At separabilitas, & inseparabilitas; separatio, & inseparatio extremè pugnant ratione sui.

165 Tertiò: Per vos, Prædeterminatio ad amorem eatenùs est incompossibilis cum Prædeterminatione ad odium, & odio, quatenus est connexa cum amore: id habet intrinsecè, & *ratione* sui: ergo & illud. Quartò: vel Prædeterminatio ad amorem accipit formaliter incompossibilitatem cum Prædeterminatione ad odium, & odio ab ipso amore? vel non? Si secundum: ergo habet ex se. Si primum: ergo redditur formaliter efficax per ipsum amorem: ergo pro priori ad ipsum amorem præcedit indifferens.

Nota bene Quæ *Sententia est nostra.* Et hæc ita pressi, ne quærant inde Thomistæ colorem, ut faciant, & vocent consequentem Necessitatem ex prædeterminatione deductam, dicendo eam potiùs sumi ex actu secundo, ex quo sumitur incompossibilitas, quàm ex aliquo præcedenti.

Reficitur quinto.

166 Censeo quartò: ex discursu Thomasii nequit evitari, quòd Deus primariò impediat actualem observationem præcepti sui, dum prædeterminat ad actum oppositum, vel cùm ad ipsam præactum oppositum determinare definit. Est illatio legitima ex præcedentibus: quia Deus primariò, & ex suâ propriâ determinatione pro priori ad omnem usum arbitrii ponit aliquid ex se impediens observationem præcepti sui, ergo primariò impedit.

Rejicitur sextò.

167 Censeo ultimò, ut, datâ id occasione, non omittam: Nec in viâ Thomisticâ de essentiali ratione libertatis, & sufficientiæ videtur esse essentialis ulla connexio cum eo, quòd Deus nò deneget simul prædeterminationem ad utrumque libertatis extremum. Ratio est: quia Nihil est intra constitutiva libertatis, & sufficientiæ, quod sit ita connexum: Nam neque est aliquid quod se habeat ex parte creaturæ: neque aliquid quod se habeat ex parte Dei. Non illud: nam sicut tota potestas, & sufficientia causæ necessariæ potest ab exercitio necessario suo, atque adeò & à prædeterminatione divelli ut in igne babylonico contigit, quidni etiam ab exercitio libero suo tota potestas, & sufficientia causæ liberæ? Non istud: nam deberet esse Decretum aliquod: certè non prædeterminans, ut *jamjam* vidimus. Vel ergo est aliquod Decretum indifferens; vel disjunctivum, quo decernat dare unam ex prædeterminationibus, à se posteà designandam; vel subjectum attemperatum Arbitrio, quasi huic offerendo tam ad consensum, quàm ad dissensum, Concursum prævium, & simultaneum, ut Voluntas ex se determinet quem ex his velit? Primum videtur omnino insustraneum: quis enim Deum ita necessariò se gerere credat ut salvet nostræ jura libertatis, ut ante Decretum prædeterminans, præmittere necessariò debeat decretum dandi unam ex duabus prædeterminationibus, nempe vel quâ consentiat homo, vel quâ desinat consentire? Secundum si velint Thomistæ: nostri sunt: vincent enim, quas in sententiâ nostrâ putant ipsi difficultates insolubiles de Decreto indifferenti, quo Deus nos sinit in manu consilii nostri.

Nuper dictum n. 161.

Quid tribuatur fori ex impugnatis solutionibus.

168 Ex his video fieri in viâ Thomisticâ ex Discursu, & acumine Fr. Ioannis à Sancto Thomâ, admitti non posse sufficientiam veram. Nam per te, absente omni prædeterminatione, non est verâ sufficientia; sed adveniente Prædeterminatione, quæcumque sit, non venit aliquid sufficientiæ, ut clarè confecimus: ergo in viâ Thomisticâ non potest admitti vera sufficientia.

SECTIO II.

ADMISSA NECESSITATE PRÆDETERMINATIONIS AD OPERANDUM, RESPECTU IMPRÆDETERMINATI, NEC OBLIGANT PRÆCEPTA, NEC POSSIBILIA SUNT.

§. I.

POSITIONIS OSTENSIO MULTIPLEX.

Difficultas gravis contra prædeterminati amen.

169 Videtur ex præcedentibus legitima illatio: cui enim ad observationem præceptorum, citra culpam, sufficientia deest, nec instare potest obligatio, nec præcepta possibilia sunt. Ad majorem tamen horum evidentiam, sic argumentor: Irrationabiliter, impiè, & crudeliter obligat Hominem ad usum actualem rei, qui ex industriâ,

strià, & arbitrio suo ejusdem rei existentiam impedit, nec relinquit homini potestatem liberam, ut rem ipsam actu faciat existere: ergo admissâ necessitate Prædeterminationis ad operãdum, Deus nolens prædeterminare ad actuale exercitium, ut supponimus, impiè, irrationabiliter, & crudeliter obligat ad usum, & exercitium actuale. Ergo respectu imprædeterminati nec obligant præcepta, nec possibilia sunt: nam præcepta irrationabilia, præcepti vim non habent.

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

170 Probo primam consequentiam. Nam imprimis per vos exercitiũ actuale amoris, qui præcipitur v. g. est essentialiter actualis usus prædeterminationis ad amorem: nam ipse actus amandi est exercitium essentialiter subordinatum Deo, ut prædeterminanti: esse autem essentialiter exercitium subordinatum Deo ut prædeterminanti est esse essentialiter usum talis prædeterminationis. Deinde, per vos, Deus nolens prædeterminare ex suâ industriâ, & arbitrio impedit ejusdem existentiam Prædeterminationis in homine. Denique Deus non relinquit in homine per vos liberam potestatem, ut faciat illam prædeterminationem in se.

Probatur primo.

171 Nunc sic: obligari à Deo hominem ad amoris exercitium, est obligari ad usum Prædeterminationis amatoriæ: ergo obligari à Deo hominem imprædeterminatum, ut amet actualiter, est obligari ut utatur re, quam nec habet homo, nec suis viribus potest acquirere: imò quam Deus ex industriâ in homine impedit: ergo irrationabiliter, impiè, & crudeliter obligat: non secùs ac si Rex Vassallum obligaret sed gravissimis pœnis ad usum armorum, quæ Rex ipse vel destruxisset, vel negasset ex arbitrio suo.

172 Confirmatur argumenti vis, aliis arguendi formis, ut ejus maxima efficacia magis appareat. Et primò quidem. Irrationabiliter obligatur ad amandum ille, cui hæc duo competant: & esse in statu essentialiter inconjungibili cum amore: & ipsi non esse liberum, eum statum excludere: Atqui Imprædeterminato ad amorem, hæc duo competunt; ut faremini, & patuit ex Doctrinis vestris: ergo irrationabiliter obligatur ad amandum. Major ex ipsis terminis nota mihi est: & rursus ostenditur *triplici* consideratione.

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

173 Primâ: conferatur homo cui hæc duo competant, & esse impotentem ad amandum; & illi non esse liberum, eam impotentiam excludere, cum homine cui hæc alia duo competant, & esse in statu inconjungibili, vel oppositio cum amore, & ipsi non esse liberum, cum statum excludere. Iam sic: sive hic secundus status dicendus sit status *impotentiæ*, sive *impeditionis*, sive *inapplicationis* ad amãdum; tã impeditus est iste ne amet, quàm ille: tam sejunctus ab amore, quàm ille: cũ utrobique sit impossibile, quòd homo impotens ad amandũ amet, & quòd inextricabiliter impeditus ad amandũ, amet: ergo æquè est dissonum, quòd ad amandum obligetur iste, ac ille. At ex fide est *Nota bene* illum obligari non posse: quia Deus nequit præcipere impossibilia: ergo nec hunc. Sit ratio est: quia sicut ibi præceptam rem exequi, foret absolutè speculativè impossibile: hic foret absolutè practicè: præcepta verò cùm ordinentur ad praxim: extendi non possunt ad practicè impossibilia.

174 *Secundò*: comparetur homo, cui hæc duo competant, & esse, pedibus alioquin sanis, adstrictum vinculis: & ea ipsum excludere non posse pro libito, comparetur, inquam, iste cum homine cui hæc alia duo competunt, & esse, potentiâ alioquin integrâ, & sanâ, adstrictum vinculis imprædeterminationis ad amandum, & ea ipsum excludere non posse pro libito. Iam rursus sic: sicut ille impeditur ad actu currendum, sic iste ad actu amandum: sicut exclusio vinculorum illi non est necessaria ad *posse currere*: quia exclusio, cùm sit mera negatio, non est virtus in cursum influxiva, ita per vos exclusio Prædeterminationis, cùm sit ipsa Prædeterminatio, non est necessaria ad *posse amare*: imò magis, & potiori prioritatis titulo necessaria est isti ad amandum imprædeterminationis exclusio; quàm illi exclusio vinculorum ad currendum: Atqui irrationabiliter sub gravibus pœnis obligaretur ad currendum ille: ergo iniquiùs, & irrationabiliùs iste obligabitur ad amandum.

175 *Tertiò.* Conferatur homo, cui lux desit, & potestas ipsam acquirendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

pro libito, cum homine cui desit Prædeterminatio ad amandum, & potestas eam sibi acquirendi: & demum sic: Non minùs necessaria est huic prædeterminatio ad actu amandum; quàm illi lux ad actu videndum: Deinde non minùs in isto lux, & ejus absentia supponunt potentiâ videndi, quàm in isto potentiam amandi supponunt Prædeterminatio, & ejus absencia: Atqui illi irrationabiliter præciperetur actu videre in illis circunstantiis; & si præceptú præcessisset, excusaretur ex illis: ergo similiter in casu nostro. Scio Thomistas aliquos in publicâ disputatione pressos hac specie paritatis, nô dubitasse dicere homini nec habenti lucem, nec ipsam assequi valenti, pro libitu, imponi à Deo posse præceptum, ut actu videat, eumque non videndo peccare. Sed Catholicis auribus, quis hæc ferat?

Responsio nonnullorum ad aures Authoris.

Vrgetur secundò:

176 Confirmatur secundò: si homo longissimè distet à Pontifice, nec ipsi se possit approximare pro libitu, irrationabiliter obligabitur, ut ejus pedes deosculetur, eo nempe prætextu; quòd licèt desit applicatio requisita ad talem actionem, & potestas eam sibi applicationem acquirendi; illi tamen homini non deest virtus activa deosculationis, si applicetur: ergo si homo non sit prædeterminatus ad amorem (quod est abesse ab amore longissimè) nec habeat potestatem acquirendi sibi eam approximationem effectûs, iniquissimè obligabitur ad amandum, eo solum prætextu, quòd licèt desint obligatio, & potestas acquisitiva, non illi deest virtus activa amoris, si prævie per Prædeterminationem applicetur à Deo. Consequentia urgenda est à pari, & antecedens videtur indubitabile: quis enim Thomista Pœnitenti in Satisfactionem auderet imponere sub peccato mortali, quòd hodie, quo Cæsaraugustæ est, Pontificis Romæ Regnantis pedes deoscularetur?

177 Et Vrgeo. Facto quidem miraculo, eoque interveniente, Petrus Cæsaraugustæ perseverans, potest hoc ipso die figere osculum Sanctissimi Pedibus, etiâ Romæ versantis: quin tamen Miraculi interventio addat, aut minuat vires physicas, solùmque supponat localem applicationem potius supponentem, quàm dantem *posse*: Iam rogo: cur, licèt, necessaria sit miraculorum interventio, nequit imponi Petro præceptum deosculandi hodie Sanctissimi Pedes? Et expecto rationem, quæ nequit alia esse, quàm necessitas miraculi, quod tamen Petrus non habet in manu. Sic ergo Non minùs necessaria est ad actualem amorem Prædeterminatio quàm ad deosculationem illam, interventio miraculosa: Tam est extra potestatem, & arbitrium Petri existentia Prædeterminationis, quàm miraculi: æquè merè se habet passivè ad hoc, quàm ad illam: ergo ex necessitate Prædeterminationis, quam nec habet, nec sibi potest acquirere, tam repugnat obligatio ad amorem in Petro, quàm ad deosculationem ex necessitate miraculi, quod nec habet, nec acquirere pro libito sibi potest.

Vrgetur tertiò:

178 Confirmatur tertiò: supponendo inesse Petro *sufficientiam* plenam auxiliantis Divinæ Gratiæ ad eliciendum actum supernaturalem Religionis: denegari tamen à Deo *sufficientiam*, ut se justificet, *prout oportet*, ut talis actus Religionis, quem elicit, actum Religionis, de condigno mereatur æternam gloriam: ergo neque qui caret prædeterminatione ad conversionem, potest obligari, ut se convertat. Probo consequentiam. Non minùs est necessaria per vos ad Conversionem Prædeterminatio: quàm ad condignum meritum justificatio: Sed ob hoc ultimum, qui caret justificatione, nec potest suo libitu acquirere, obligari non potest ut condignè mereatur: ergo ob illud primum, qui Prædeterminatione caret, nec ipsam potest suo libitu acquirere, obligari non poterit, ut se convertat.

Vrgetur tandem à priori.

179 Confirmatur ultimò, & à priori. Nam admissâ necessitate Prædeterminationis ad operandum, est inassignabile objectum obligationis urgentis hominem ad conversionem: ergo nulla est talis obligatio, vel irrisoria omninò: quod perinde est. Consequentia est bona, & ostenditur antecedens: nam vel objectum talis obligationis est unicè conditionatum, eaque solùm conditionata obligatio: nempe quòd convertatur homo, si prædeterminetur à Deo; vel est absolutum, eaque obligatio pariter absoluta? *Primum* dici non potest: nam qui non convertitur, peccaret nunquam. Ostendo sequelam: qui solùm obligatur ad operandum sub aliquâ conditione; non peccat operationem omittendo, quando conditio deficit, sed quando existit conditio, & sub ipsâ non operatur: ergo qui solùm obligatur ad suam conversionem sub conditione prædeterminationis; quando deficit ista, non peccat omittendo conversionem. Sed nullus nisi deficiente prædeterminatione, conversionem omittit: ergo nullus, omittendo conversionem, peccat. *Primum* ergo dici non potest.

Vide à nu. 169.

180 Sed neque potest *secundum* dici: nam rogo: quando Petrus est imprædeterminatus ad conversionem, obligaturque ut se convertat, ad quid obligatur? Vel enim obligatur, ut non obstante imprædeterminatione se sine prædeterminatione convertat: & sic obligatur ad impossibile: nam converti sine simpliciter necessariis ad conversionem, est ex terminis impossibile. Vel obligatur ut imprædeterminationem excludat, eâque exclusâ se convertat: & sic obligatur etiam ad sibi impossibile: nam per vos homo non potest liberè imprædeterminationem excludere; quippe non potest liberè Prædeterminationem acquirere: illam enim excludere, est hanc acquirere: nam exclusio contradictorii non fit nisi per existentiam alterius contradictorii. Vel denique obligatur ad conversionem secundùm se: & sic etiam obligatur ad impossibile: Nam per vos ea Conversio essentialiter & secundùm se est usus divinæ prædeterminationis: ergo qui Prædeterminatione carens obligatur ad conversionem secundùm se, obligatur ad impossibile sibi. Probo hanc: qui obligatur ad usum rei, quam nec habet, nec pro libito potest assequi, obligatur ad impossibile: sic impossibilia præcipi, & non nisi iniquissimè, putares, si Pauperi, qui nec pecunias habet, nec facultatem liberam, ut eas comparet; Rex, cujus esset eas dare, vel non dare, *nolens alioqui dare*, sub pœnâ mortis præceptum imponeret, ut pecuniis uteretur: ergo vel nulla est necessitas Prædeterminationum; vel Imprædeterminati non tenentur præceptis, vel eos ad impossibilia Deus obligat.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

§. II.

SOLVTIO THOMISTARVM OMNI EX-parte discussa, & excussa.

Alvarez, & Joannes à Sancto Thoma

181 Respondent Alvarez *disp. 18. nu. 20. & disp. 162.* & Thomasius *tom. 1. in 1. part. disp. 20. art. 5. & tom. 2. art. 6.* per hominem stare, quòd Prædeterminatio non sit: Nam Deus paratus est, quantùm est in se, eam dare; eamque offert homini, ipsique præparatam habet: daretque nisi impediret homo, ne daret: quare non excusatur ab observatione præcepti ex defectu Prædeterminationis: quia talis defectus accidit ex culpâ ipsius hominis impedientis. Explicat se Alvarez exemplo sequenti: sicut si Deus imponeret homini *præceptum volandi*, & quantùm est ex parte suâ, offerret illi *alas*, & adjutorium necessarium, *ut volaret*: ipse autem suâ libertate responderet: *Domine nec volo alas accipere, nec volare*, meritò reputaretur reus, & transgressor præcepti, etiamsi non posset absque alis volare. Sic Alvarez *num. illo* 20. Sed & exemplo se jugulat; & solutio, nisi recedat à Thomisticissimo, non procederit. Eam diruam, cùm *de Sententiis mediis*; *hic* quatiam.

Infrà à nu. 287.

182 Tria Solutio habet. *Primum*: Deum paratũ habere Concursum prædeterminantem, & homini offerre. *Secundum*: hominem, licèt impedire ejus existentiam possit non recipiendo, eum acquirere non posse faciendo quòd existat. *Tertium*: stare per hominem, quòd ille non sit, quia impedire potest ne sit. Et addit *alarum* exemplum. Ego *quinque* ostendam. *Primum*: licèt verissimum sit, & ex Divo Thomâ certissimum *3. contra Gent. cap. 159.* Paratam omnibus habere Deum Gratiam quâ, quis, si per ipsum non stet, accedat ad ipsum, (ut explicabitur *lib. 9. num. 79.*) ex principiis Thomistarum non posse paratam habere, nec feriò offerre Prædeterminationem. *Alterum*: hominem impedire valentem, eòipsò posse Prædeterminationis existẽtiam acquirere. *Tertium*: hominem nullã

Species Impugnationis. S. Thomæ.

Infrà lib. 9. à nu. 79.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

teuus impedire pòsse ne Deus ipsum prædeterminet. *Quartum*: permissis, quæ intendit Solutio, intentum Thomistarũ non sequi. *Quintum*: quàm toto cœlo exerret, & abs re volet exemplum allatum alarum. Per hæc manebit concussa satis tota Solutio.

Primum caput Impugnandi. Physica Prædeterminatio subesse nõ potest Arbitrio.

183 Pro *primo* disputo sic: Deum paratam habere prædeterminationem, & eam hominibus offerre prout requiritur, & sufficit, ut ejus inexistentia vel inoperatio debeat imputari, est eam ita ponere sub liberâ determinatione voluntatis humanæ: ut illam recipere, vel illâ influere, si semel existat, sic sub libero arbitrio positum: Atqui Deus non ita ponit, nec potest Prædeterminationem sub liberâ determinatione Voluntatis humanæ: ergo nec illam paratam habet, nec hominibus eâ carentibus, ipsam offert. Consequentia est legitima. Et præmissæ negari non possunt. Non Major: si enim non relinquitur meæ liberæ determinationi, quòd aliquid habeam: quorsum increpor, quòd eo caream? Non minor: quia per vos *nec currentis est, nec volentis, sed miserentis Dei*, adeò ut antevertat omnem usum arbitrii, *ne creatura sit primum liberum, primum determinans, & Agens insubordinatum Deo.* Vnde ex ipsâ naturâ Prædeterminationis juxta vestra principia, (quæ sine transfugio, & recursu tandem ad Nostra, nequeunt à vobis deseri) necesse est ut vel homo prædeterminatione privetur; vel eam, ante suam determinationem liberam, habeat: illa enim facit quòd voluntas se determinet, non verò determinationem voluntatis expectat, ut existat: ergo illam existere in homine, vel illam influere, si semel existat, non est nec esse potest ex determinatione Voluntatis humanæ.

Ex Patre Suarez.

184 Confirmatur ex his, quæ luculenter urget Eximius Doctor *lib. 5. de Gratia cap.* 15. Si Deus Gratiam hujusmodi paratam habet, & offert: offert quidem per aliquam voluntatem, sive *ad instar legis, sive Promissionis ad instar*: nam sicut non datur à Deo nisi liberè, & voluntariè: non eam nisi liberè, & voluntariè offert: ergo si offertur; per aliquam Dei voluntatem offertur. Hęc etiam Thomistis debent esse certissima. Nunc sic:

Fortis instantia.

vel ista Dei Voluntas, per quam oblata dicitur. Qualitas Prædeterminans, est *absoluta*, vel est *conditionata*. Non *absoluta*: quia Voluntas absoluta Dei semper impletur, faciteque quod vult: ergo si offertur, datur: ergo à contrario cui non datur, non offertur: quod ipse intendo. Non *conditionata*: nam quænam erit ista conditio? Non *impossibilis*: quia vana, & omninò otiosa foret oblatio: non *necessaria*: nam eoipso Voluntas necessariò transiret in absolutam: ergo debet esse contingens, quænam hæc est?

185 Non quidem unicè contingens soli Deo: nam staret per Deum unicè, quòd Prædeterminatione careremus: quod negavistis: & intendo. Non creaturę contingens: nam deberet esse aliquis usus arbitrii: Quisnam is esset? non positivus: nam & ad ipsum egeret prædeterminatione Voluntas, & eadem est quæstio: tùm quia jam prædeterminatio non anteverteret omnem usum arbitrii: jam non esset solius Dei *miserentis, sed & volentis, & currentis*: jam esset ex parte nostrâ ratio discriminis adversus familiarem vobis phrasim Apostoli: jam esset in vobis illa suspicio Semipelagianismi, quâ nos terretis. Non negativus: tùm ob eadem inconvenientia: tùm quia vel ad ipsum requiritur prędeterminatio: vel contra vos Voluntas alioquin omninò indifferens, se determinat, est primum liberũ, & determinans: Tùm etiam quia ad usum negativũ prędecedere debet impræ determinatio non minùs quàm prædeterminatio ad positivum. Tùm demum quia ipse usus negativus non resistendi, ni prædeterminatio detur, necesse est, ne sit: nam est operari & ponere extremum oppositum prædeterminationi: si detur prædeterminatio necesse est sit: nam non resistere est obedire prædeterminationi; obedire antem prædeterminationi est operari cum ipsâ.

186 Tandem illa conditio non est ipsemet actus, ad quem exigitur Prædeterminatio: nam ad hunc præcedit: nihilque potest cogitari magis absolutum, quam offerre principium sub conditione actionis, nascentis ab illo: ergo nulla est talis conditio, & nulla oblatio.

187 Vrgetur id ipsum clariùs, & aliter. Estò: paratam habeat Deus, ut dicitis,

tis, Prędeterminationem: quid expectat, ut confetat? Vel enim expectat aliquid ex parte Dei? & hoc non: nam abesset per Deum, quòd nec prædeterminaretur, nec operaretur homo: contradicente Deo *Eccles. 15. ne dixeris: per Deum abest.* Vel expectat aliquid ex parte hominis? at quid hoc erit? expectat, ut homo producat eam prædeterminationem in se? at hæc fieri solum potest à Deo, per vos. Expectat, ut homo mereatur ipsam? at hæc non cadit in meritum, per vos: tùm quia ea merita æquè egerent prædeterminatione: vel deberet assignari meritum sine prædeterminatione positum, quod intendimus. Expectat, ut saltem non demereatur? at in quo demeritum consistet? Si in peccatis antecedentibus, non venit ad rem, & loquor de primo actu, & usu libertatis, quæ præcipiat Deus, ut potest. Si in ipsâ non resistentiâ, ipsa non resistentia est actus, ad quem prædeterminat Deus: sicut apud vos resistentia est esse sine actu: *quod esse sine actu* sine prærequisitis ad actum, qualis est Prædeterminatio, ex terminis necessarium est: ergo ut Deus conferat prædeterminationem, expectat ut homo operetur: *quod operari* sine prædeterminatione est impossibile: quid unquam magis absonum, aut Deo magis indignum dici potuit? sibilo exciperes Regem Vassallo præcipientem ut hostem occidat ense quem ita offert, ut daturus ensem, expectet, quòd occidat: ergo nihil potest expectare Deus ex parte hominis, ut prędeterminationem conferat: ergo si non dat, nec offert.

Secundum caput Impugnandi. Ex eo quod homo possit sibi Prædeterminationẽ adquirere

188 Pro *secundo* sic disputo: Non minùs Peccatum supponit impedimentum præcedens Prædeterminationis ad amorem præceptum v. g. quàm Amor præceptus supponit existentiam præcedentem Prædeterminationis ejusdem: quippe per vos non requiritur magis ad amorem status præviæ prædeterminationis ad ipsum; quàm ad peccatum vel status prævius prædeterminationis oppositæ, vel prævius status imprædeterminationis ad ipsum amorem. Deinde sicut peccatũ supponit infallibiliter non existentiam, vel impedimentum prædeterminationis ad amandum: ita ejusdem prædeterminationis existentiam, amor: Nam sicut valet: *Petrus peccat: ergo impedita est Prædeterminatio ad amorem*: ita valet: *Petrus amat: ergo & illa existit.* At- qui non obstante illâ præimpeditione Prædeterminationis, propter insallibilem connexionem peccati cum illius impeditione; habet homo in potestate suâ per vos, impedire prædeterminationem: ergo non obstante illâ pręexistentiâ Prędeterminationis, propter insallibilem connexionem amoris cum illius existentiâ; habet homo in potestate suâ, eam prædeterminationem acquirere. Et si negaris hoc; quidni & illud?

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

189 Confirmatur. Si possem impedire prædeterminationem ad amorem præceptum, ita ut mihi foret liberum, eâ privari; mihi imputaretur in culpam eâ privari: ergo daretur præceptum prohibens talem privationem, seu prohibens me talem prædeterminationem non habere: ergo daretur præceptum mihi præcipiens habitionem talis prædeterminationis: nam cùm *privari me prædeterminatione*, sit, me non habere prædeterminationem; *me non privari*, erit eam habere: sicuti cùm evitari prædeterminationem sit ipsam non existere, non evitari erit existere: qui autem prohibet unum ex contradictoriis, præcipit alterum: ergo vel mihi præcipitur aliquid mihi non liberum: quod catholicæ Scholæ non ferunt: vel habere prædeterminationem est mihi liberum.

190 Et hæc ex antecedente descendunt: quod patet. Tùm quia illi, cui præcipitur amor, eâdem vi prohibetur carere his, quæ necessaria sunt ad amandum, si eis non carere sit ipsi liberum. Tùm etiam: quia cui præcipitur ne amare desinat, eâdem vi præcipitur ne liberè duret in statu inconjungibilis cùm amore, & in maximo, & proximo periculo non amandi. Status autem privationis, & imprædeterminationis, status est incompossibilis cum amore, & maximum, & summum periculum non amandi.

Tertium caput Impugnandi, ex eo quod homo non posit Impedire Prædeterminationem.

191 Pro *tertiò* disputari posset ex præcedentibus efficaciter à contrario: primò: quia si impediri prædeterminatio posset, ideò esset: quia ipsam homini Deus offert: at nõ offert ex disputatis à *nu.* 183. Secundò: homini non est liberũ, quòd existat prędeterminatio per vos: At esset,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

esset, si impediri posset ab homine ex nuper adductis *à num.* 184. Tertiò: quia si impediri posset, ideò esset: quia pendet à dispositione recipientis: quod enim non dependet in existendo à meâ voluntate, quâ impediam, quominùs existat? Ideò potest impediri effectus Sacramenti in adultis: ideò non potest in parvulis. At per vos à recipientis dispositione non pendet.

192 Quartò disputo sic: si posset impediri liberè ab homine Prædeterminationis existentia: ea impeditio esset aliquis libet usus arbitrii, quo faceret homo, ne existeret Prædeterminatio extitura, si talis usus liberè non poneretur ab homine antecedenter ad ipsam Prædeterminationem: sed hoc est in vestris principiis impossibile: ergo & quod prædeterminatio impediri possit ab homine. Major est evidens, & ostendo minorem: primò: quia si præcederet aliquis usus liber arbitrii ante prædeterminationem vel præcederet omnem prædeterminationé, vel non? Si secundum: eadem erit quæstio de prædeterminatione, quę necessaria sit ad talem usum: unde id retardare potiùs est ictum argumenti, quàm pellere.

193 Si primum: devoranda sunt, quæ necessariò sequuntur. Sequitur imprimis Scientia Media: nàm in quo medio videat Deus illum usum arbitrii? Deinde sequitur, ita posse resistere hominem, ut eludat omnia media Divinæ Providentiæ, ut arguitis contra nos. Insuper sequitur determinatio ab indifferenti, ut indifferenti. Demum sequitur, quòd ab homine inciperet salus ipsius. Et hæc, ut patet, totius Thomisticissimi ruina est. Minorem ostendo secundò: nam ex Majoris veritate, ita prædeterminaretur homo ut in suâ potestate esset privari prę determinatione, si vellet impedire: & non privari, si nollet: ergo privari, aut non privari prędeterminatione, liberum ipsi foret. At non privari prædeterminatione, est eam in me existere, & donari à Deo: ergo eam existere pendet ab usu prævio voluntatis humanæ. Hoc autem est falsum vobis, ut unde sequuntur quæ putatis absurda, & nuper intuli.

Ex Patre Suarez.

194 Confirmantur hæc omnia ex his quæ disputat Doctor Eximius *lib. 3. de Anx. cap. 13.* & in brevi *resolutione*, dum *in posth. de verâ intelligentiâ:* & *lib. 5. de Gratiâ cap. 14.* & 15. Interrogando: quænam sit ista culpa, per quam impedit Prædeterminationem: Neque enim est aliqua habitualis, aut tempore præcedens: quia hæc præcesit in Paulo, in Magdalenâ, in aliis: nec succesit imprædeterminatio: non præcesit in Adamo, in Angelis, in Puero baptizato peccante in primo rationis instanti; & in his succesit imprædeterminatio. Neque est comitans in aliâ materiâ præceptâ: quia plerumque solùm occurrit illa penès quam prædeterminatio, quæ impeditur, necessaria est. Nec tandem est actus oppositus illi ad quem deficit prædeterminatio, vel omissio actûs, ad quê prædeterminatio desideratur. Primò: nã actus oppositus jam præsupponit præimpeditam independenter ab ipso prædeterminationem ad amorem præceptum v.g. nam supponit vel prædeterminationem oppositam, vel imprædeterminationem ad amorem. Secundò: nam tota quæstio est, an vel illa omissio sit libera vel non, ex defectu prærequisiti necessarii ad amorem. Tertiò: rogo per quid nõ impediet prædeterminationem? si per ipsum amorem à Prædeterminatione fluentem: ut non impediat, eget ipsâ prædeterminatione, sicut eget ad ipsum amorem: si per actum prævium ad prædeterminationem, & ad amorem: ad ipsum aliâ etiam prædeterminatione egebit. Si per puram non resistentiam: hæc debet esse actus secundus liber: & juxta vos impossibilis, si sit pura omissio: si pura omissio non sit, erit ipsemet actus, qui præcipitur. Et insto: Gratiæ impellenti ad amorem, resistitur per omissionem amoris: atque adeò ipsa resistentia est amoris omissio: non resistitur per id per quod ipsi Gratiæ obedimus: ipsi autem non obedimus, nisi per positionem actûs, ad quem impellit: vel saltem non resistitur per liberam exclusionem omissionis.

195 Nunc sic: vel ad hanc exclusionem egemus prædeterminatione, vel nõ? Si primum: non ergo definimus liberè resistere: nam deest aliquid necessarium ad non resistendum, quod in nostrâ manu non est: ergo nec resistimus liberè: nam qui non definit resistere liberè, nec liberè resistit: ergo nec resistimus culpabiliter,

liter: ergo habemus, & non habemus Prædeterminationem: non habemus, quia non amamus. Habemus, quia ea est, cum non est culpa in resistendo. Si ergo secũdum, sequuntur imprimis ea inconvenientia quæ produxi *num.* 193. Deinde sic infero: ergo nec egemus prædeterminatione ad amorem. Probo: nam exclusio omissionis amoris, est exclusio carentiæ amoris: exclusio carentiæ, est positio formæ: atque adeò exclusio exclusionis amoris est amor: ergo si non egemus prædeterminatione ad excludendam exclusionem amoris: ergo nec ad ipsum amorem.

Infrà à num 187.

Infrà patet, quæ desunt.

196 Interim firmantur hæc omnia modo Thomistis indisso'ubili. Sit Petrus recens à Baptismate: & aperiente se usu rationis, occurrat tentatio furti, ipsumque prædeterminet Deus ad actionem materia em furti: En Petrum impeditum efficacissimè ad omissionem furti, & necessitatum ad furtum. Nunc sic: Petrus sine ullâ culpa est impeditus efficaciter ab impietione præcepti jubentis omissionem furti: ergo non peccat si furetur: cùm ergo sic accidat quoties furantur homines, fiet, homines non peccare per furtum. Consequentiæ liquent, & antecedens ostenditur: nam quæ culpa præcesit? Prævià caret: alioqui peccatum furti non esset primum in Petro contra suppositionem: si verò fingas aliud: præterquàm quòd ad illud quoad materiale prędeterminaret etiam Deus, & rediret eadem quæstio: quodnam illud est?

197 Dices Petrum restitisse Deo volenti prædeterminare ad omissionem furti. Contra primò: Deus volens prædeterminare ad actionem materialem furti est eòipsò nolens prædeterminare ad omissionem furti: sed per te sine ullâ prævià culpâ Deus voluit prædeterminare ad actionem materialem furti: ergo & sine prævià culpâ est nolens prædeterminare ad omissionem furti: ergo homo sine prævià culpâ manet efficaciter impeditus ne furari desinat, & sine prærequisitis necessariis, ut desinat. Contrà secundò: in quo consistit illa resistentia? in actuali furto vel non? Si secundum: assignate vos aliam. Si primum: illa resistentia venit à prædeterminatione Dei, & eoipso supponit jam negatam prædeterminationem ad omissionem furti: cùm insusio unius prędeterminationis sit oppositæ denegatio.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

198 Contra tertiò: in quo consistit non resistentia: vel enim est omissio furti: & hanc dicimus in eâ suppositione ab ipso Deo factâ impossibilis, cur ergo privat Deus hominem gratiâ ex impedimento quod Deus potiùs quàm homo posuit? vel illa non resistentia est subordinatio, quâ Creatura se finit moveri: at hæc non est quid liberum Creaturæ. Imò si Creatura sic se finit moveri, cur Deus potiùs ad hoc quàm ad illud prædeterminavit: cur potius ad actionem materialem furti, quàm ad nolitionem ejus? Neque enim nisi fingendo, potiùs potest assignari quid speciale in voluntate ex quo prædeterminet illam Deus ad unum, quàm ad aliud.

Quartum caput Impugnandi, ex eo quod non assequatur intentum.

199 Pro *quarto* sic disputo: intentum Solutionis erat salvare libertatem actûs præcepti, quando datur ad ipsum prædeterminatio, & culpam in omissione amoris, quando illa non datur: id etiam suppositâ solutionis Doctrinâ non sequi, sic probo: Ne Prædeterminatio tollat libertatem amoris, pro quo datur: neve defectus ejus tollat imputabilitatem omissionis, quando illa non datur, necesse est per vos, ut possit impediri Prædeterminationis existentia: hæc est Doctrina Solutionis: ergo si impediri non posset (id est, si citra culpam ullam Prædeterminatio deficeret, & citra ullam imputabilitatem arbitrii, vel prævię disponentis se, vel liberè se sinentis prämoveri, vel liberè non resistentis) Prædeterminationis necessitas tolleret libertatem amoris præcepti, quando datur; & culpam omissionis, quando non datur. Illatio formatur ex terminis Thomisticæ distinctionis, & fit ex antecedentis suppositione verissima.

200 Nunc sic: ergo Prædeterminatio ex intrinsecis suis, & accepta secundùm se est necessitas opposita libertati; & imprædeterminatio ex intrinsecis suis, & accepta secundùm se est impotentia opposita imputabilitati. Probo illâ consequẽtiam evidenter: nam si Prædeterminatio secũdùm se accepta, & ex intrinsecis suis non necessitaret Voluntatem necessita-

te

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

te oppositâ libertati ; & si Imprædeterminatio similiter accepta non necessitaret ad omissionem, necessitate etiam oppositâ libertati ; sicèt darentur ante ullum usum arbitrii, aut citra ullam ejus imputabilitatem, non maneret per illas necessitata voluntas: nam quod ex se non est sufficiens ad præstandum effectum formalem in subjecto capaci, sic vel aliter positum in ipso, non præstat : Et quidem id brevius, & evidentius fieret, rogando Adversarios, ut assignent rationem, cur nempe deficiente prævià imputabilitate dicant casuram imputationem omissionis, absente prædeterminatione, & eâ præcedente libertatem amoris? nec aliam assignabunt, quam illas Augustini: *Nemo peccat in eo quod vitare non potest; si causæ non potest resistit, sine peccato ei ceditur* : nempe vim intrinsecam necessitandi, quæ prædeterminationi inest; & defectum ipsius, nempe auxilii necessarii ad rei positionem : ergo Prædeterminatio secundùm se est necessitas opposita libertati ; & imprædeterminatio est impotentia etiam oppositâ libertati.

Dictum Augustini Verissimum.

Sequelæ absurdæ ex Doctrinâ Prædeterminantium.

201 Hinc *tria* infero Thomistis maximè inconvenientia. *Primum*: ergo vel amor præceptus ex prædeterminatione ortus ; aut amoris omissio ab homine imprædeterminato posita non habent libertatem sufficientem ad meritum, & demeritum: quod negatis: vel sufficit ad meritum, & demeritum libertas actuum, non quidem à necessitate, quam jam in Prædeterminatione fatemini, sed solùm *à coactione*, quod affirmavit Iansenius, & damnavit Innocentius.

202 *Alterum* : ergo amor præceptus non est liber, & meritorius immediatè, formaliter, & in se; nec demeritoria formaliter, immediatè, & in se omissio; sed mediatè, causaliter, & in illâ prævià impeditione, aut non impeditione, quam fingitis, Prædeterminationis ad amandum. Patet : tùm quia quod ex necessitante oritur, tantùm est liber in quo liberum censetur illud necessitans à quo fluit. Tùm etiam cui imputabilis esset Visio, amor ortus à visione esset aliter liber. Et aliis exemplis est plena Theologia.

203 *Tertium* : ergo dicere, eò non tolli per prædeterminationem libertatem amoris, aut per imprædeterminationem imputabilitatè omissionis; quia hæc datur, & illa aufertur in pœnam resistentiæ, est dicere quod Bajus, quod Iansenius, quod Calvinus dixere, non tolli libertatem per illas suas prædeterminationes, quia vel auferuntur, vel dantur in pœnam: vel est dicere necessitatem, si detur in pœnam, non necessitare: quod non est absonum minùs quàm dicere, homini præcidi libertatem ad ambulandum, si crura inculpabiliter præcidantur; si verò præcidantur in pœnam admissi sceleris, non præcidi. Satius erit, fateri eum usum arbitrii vel impedientis vel non impedientis Prædeterminationem, vel præmiari, vel puniri à Deo per ablationem libertatis ad opera subsequentia: quo clarescet ex toto absurditas, quam cum omnibus vitare Thomistæ tenentur.

Ultimum caput impugnatis de exposito Importunitate.

204 *Ultimum* sic demonstro, unà præcidens alas exempli ; & exemplum alarum. Alæ licèt requirantur ad volandum; non requiruntur ad volendum, vel nolendum ipsas, & volare cum ipsis. Si non minùs requireretur ad volendum, quâ ad volandum; sicut alis carens, non volat, ita carens alis, non vellet ; & sicut volare sine alis, esset per te chimera: sic & velle vel nolle sine alis, chimera foret: supponis ergo alas, licèt ad volandum necessarias, tamen ad volendum, & acceptandum ; vel ad nolendum, & respuendum ipsas alas non requiri: nisi dicas ut Deus det ipsas alas, sine quibus volare est chimera, expectare prius, ut volet ; sicut expectat ut velit : quo nihil ridiculum magis fingi potest ? Quid autem est hisce simile in Prædeterminatione? Prædeterminatio non minùs requiritur ad amandum, quàm ad volendum amare; non minùs ad acceptandum, quâ ad respuendum: tam enim chimera est sine prædeterminatione amare, quàm sine prædeterminatione odisse per vos : tam sine prædeterminatione velle, & acceptare, quàm ipsum amare sine illa; & tam respuere, quàm admittere Prædeterminationem, si liberè respuenda, vel admittenda sit. Deinde casus est in quo videt alas, quas velit, & offert Deus : at quis prædeterminationem ante præcognoscit, & obligationem advertit admittendi?

tendi? ut imputari possit ejus inexistentia, aut ut liberè respui vel admitti possit? Nocent ergo potiùs, quàm favent Alvarez alæ suæ.

Alvarez.

205 Explico demum id ipsum, & urgeo. Vt Petrus v. g. actu volet, non sufficit quod Deus alas offerat, nisi reipsâ donet : Similiter ut Petrus actu volet non sufficit, quòd prædeterminationem Deus offerat, nisi reipsâ donet: quia ad actu volandum non minùs necessaria est Prædeterminatio, quàm sint alæ. Deinde si alæ non minùs requisitæ forent ad actu volendum alas, & ad eas actu eligendas, & acceptandas, quàm requisitæ sunt ad actu volandum; sicut Petrus, non habens alas, non haberet quidquid essentialiter requiritur ad actu volandum, ita nec haberet quicquid essentialiter requiritur ad actu eligendas, & acceptandas alas : ergo tunc obligari non posset ad actu volandum. Atqui prædeterminatio, non minùs requiritur ad actu volandum, quàm ad actu eligendas, & acceptandas alas, per vos : ergo Petrus eâ carens, non habet quidquid essentialiter requiritur ad actu volandum, & ad volendum, acquirendum, & acceptandum quod simpliciter requiritur, ut actu volet: ergo nec potest obligari sic Petrus ut actu volet : ergo nec ut observet actu præceptum amoris, quando nec prædeterminationem habet, ut amet, nec prædeterminationem ut velit amare: sed neutiam habet imprædeterminatus ad amorem : ergo nec præcepto tenetur amandi. Nam Deus, cum amorè præcipit, unicè præcipit praxim amoris, & ut actu amet : non verò quòd homo remotè sufficiat, & possit amare: sic enim nulla foret transgressio præceptorum, semel habitâ sufficientiâ, quam vos adstruitis, nec adjuncto practicè amoris, qui præcipitur, exercitio.



Aranda de Deo.

SECTIO III.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Admissa necessitate prædeterminationis ad operandum, non esset in Deo voluntas seria circa suorum præceptorum observationem : in casu, quo prædeterminationem negare decerneret.

§ I.

Prævia ad Argumentum.

206 VT vis rationum exeri vividiùs possit, anticipo quatuor ex *tractatu de Prædestinatione Sanctorum, & impiorum Reprobatione. Primum* : Deum seriò volentem omnes homines salvos fieri velle seriò quòd omnes præcepta observent; id est, & hi, qui observant, & hi qui violant.

Lib. 9. à nu. 34. & à nu. 55. Generalis Dei Voluntas, circa Salutem omnium, describitur.

207 *Alterum* : eam seriam voluntatem, nec esse meram complacentiam de bonitate observationis; nec gaudium de illius adeptione ; nec decretum efficax de ejusdem existentiâ. Non istud : quia voluntas seria etiam cum nostrâ transgressione componitur. Non illud gaudium: quia gaudium non est affectus animi tendentis *in hoc* ut res existat, sed *quiescentis in illâ* : Voluntas autem seria illiusmodi affectum importat. Non denique meram complacentiam : nam hæc cum efficaci nolitione, & seriâ detrectatione rei componi potest; ut patet in detrectatè seriò dignitatem oblatam; tamen complacente simpliciter in bonitate rei, quam recusat.

208 *Tertium* : in Deo, præter affectum omninò efficacem, & efficaciter tendentem ut res existat, considerari, & alios posse nō omninò efficaces. Affectus omninò efficax ille est, qui ex suo modo tendendi Voluntatem determinat ne patiatur, aut permittat ullum impedimentum exclusivum rei, quàm vult. Et hinc affectus Divinus efficax cum existentiâ rei connectitur: componi enim eoipso nequit cum ullo impedimento rem excludente : nā componi nequit cum eo quòd Deus ullum permittat impedimentum: nullum autem impedimentum potest existere, nisi ponente, vel permittente Deo. Secùs accidit in affectibus nostris, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

citra permissionem, aut libertatem nostram Impedimenta possunt aliunde contingere. Affectus secundùm quid, & non omninò efficax, qui ex suo modo tendendi relinquit locum, ut Volens permittat impediri rem volitam; tamen determinat, ne certos aliquos modos impediendi permittat.

209 Res clarescet exemplis. Decretum, quo statuit Deus, ut homo obtineat gloriam, si decedat in gratiâ, sinit, ut permittens Deus finale peccatum, permittat, ut homo privetur Gloriâ: non verò sinit, ut Deus homini simpliciter, & absolutè impediat ipsam gloriam. Decretum disjunctivum de existentiâ, vel Petri, vel Pauli, sinit ut Deus permittat impediri existentiam unius; non utriusque simul. Affectus demùm divinus, quo Deus fertur in conversionem hominis, determinans ex se Deum, ne talem conversionem impediat ex se, sinit, ut permittat Deus, impediri conversionem hominis, ipsius hominis vitio; ut tamen patiatur, & permittat, eam per solam Dei liberam electionem impediri, non sinit. Et hæc est Natura affectuum semi efficacium, seu efficacium secùndùm quid, & respectivè. Ex his

210 Quartum, & ultimum: Voluntatem Dei seriam circa existentiam rei, nempe circa conversionem peccatoris, ut contradistinctam tum ab efficaci decreto, tùm ab aliis affectibus simplicis complacentiæ, & gaudii, consistere in affectu Divino, quo Deus ita circa talem conversionem afficitur, ut ex suo tendendi modo, & energiâ cum eo pugnet, quòd ex seipso se determinet, ut impediat existentiâ Conversionis. Breviùs: consistere in affectu ex intrinsecis determinante Deum, ne, datâ operâ, & ex se impediat existentiam conversionis.

211 Ratio à priori est. Quia Voluntas hujusmodi est affectus tendens ad existentiam rei, nec tam inefficax, quàm simplex complatentia, & gaudium; nec tam efficax quàm decretum simpliciter efficax. Affectum verò efficaciæ minoris illâ Decreti simpliciter efficacis, & majoris illâ complacentiâ, & gaudii forè, qualem descripsi, suadetur: ea enim efficacia, quam descripsi, sufficit, & requiritur ad constituendum affectum serium, & seriò tendentem ad hoc ut res existat. Sufficit, quia semel exclusâ ad serietatem affectûs necessitate Decreti simpliciter efficacis, ut excludi debere vidimus, minor efficacia requiri debet ad serietatem affectûs: major autem, quàm ea, ex quâ sic volens maneat determinatus ex vi affectûs ne seipso impediat existentiam rei, nullo jure requiri videtur: ergo ea sufficit. Requiritur: quia non stat, aliquem seriò velle existentiam rei, & tamè non ex alterius determinatione, sed ex suâ liberè, & efficacissimè præstare, quòd res non existat: atqui determinare se Volentem ex seipso ad impedimentum efficax rei, est præstare liberè & efficacissimè, quòd res non existat: ergo non stat aliquam seriò velle existentiam rei, & se determinare ex seipso ad impedimentum efficax rei volitæ: ergo requiritur ad serietatem affectûs, ut habeat efficaciam saltem excludentem, ne Volens se determinet ex seipso ad impedimentum efficax rei.

212 Explicatur. Velle rem seriò, importat veritatem hujus locutionis: Volo rem existere, quantum est ex parte mei: non verò veritatem illius: Volo rem existere absolutè, & simpliciter: patet autem ex terminis, Veritatem illius locutionis talem in affectu petere efficaciam, ut non sinat quòd volens sibi ipsi permittat impedire efficaciter rem: sicut & petit alterius veritas talem efficaciâ, in affectu utpote simpliciter, & omninò efficaci, ut non sinat, quòd Volens aut sibi, aut aliis permittat rei volitæ existentiâ impedire. His positis, licèt difficultas in omni Sententiâ sit gravis, esse specialiter gravissimam, & inexplicabilem in Sententiâ Thomisticâ: in eâque hæc duo: nempe Deum non prædeterminare homines ad præceptorum observationem; eamque nihilominùs seriò velle, esse intelligibilia, & componi non posse

§. II.

PROPONITVR TRIPLEX.

213 OStendo primò: omissis, quæ legitimè descendunt ex præcedentibus: Voluntas Dei nolentis prædeterminare ab observationem præcepti (si

Argumenta ex quibus capite 6. cacia. Primum

(si prædeterminatio necessaria sit ad ipsam) componi non potest cum seriâ expectatione observationis ab eo etiam, qui præcepta non servat, vel quem prædeterminare non vult; atqui Voluntas Dei seria circa observationem præcepti est affectus vocatus expectatio seria observationis ab eo etiam, qui præcepta non servat: ergo Voluntas Dei nolentis ad eàm observationem prædeterminare, (si prædeterminatio necessaria sit) componi non potest cum Voluntate Dei seriâ circa talem observationem. Consequentia legitima est, & Minor constat ex illo

Isaiæ 4. & 7. Isaiæ 4. 5. *Quid est quod debui ultrà facere vineæ meæ, & non feci ei? an quod expectavi, ut faceret uvas; fecit autem labruscas?* Et vers. 7. *expectavi ut faceret judicium, & ecce iniquitas!* Videalia

Montoya. apud Ruiz de Montoya locis suprà citatis.

214 Probatur major. Nullo jure expectari operatio potest ab eo, cui deficit necessarium auxilium, ut ponat; & simul potestas ipsum auxilium acquirendi: & quidem ille minùs poterit ab illo operationem expectare, qui negat auxilium essentialiter prærequisitum, ut operatio fit. Sicut non nisi ridiculè poterit expectari pecuniæ usus ab eo, qui nec pecunias habet, nec habiturus est citra suam libertatem: & quidem ille, cujus unicè foret pecunias dare, si constanter neget, quomodo expectet usum pecuniæ ab eo qui pecuniâ caret ex arbitrio illius ejusdem, qui expectare diceretur? Hoc ita clarum apparet ex terminis, ut disputari non deberet: ergo ab eo, cui Deus prædeterminationem neget, expectare non potest operationem: vel expectat omninò ridiculè: vel chymeram expectat: quod perinde est.

Secundò:

215 Ostendo secundò: Incompatibile est cum Voluntate Dei seriâ circa observationem præcepti sui, determinare se Deum ex seipso, ad hoc ut non existat talis observatio: at Deum imprædeterminare ad præcepti observationem est se determinare ex seipso ad hoc ut non existat talis observatio: ergo incompatibile est cum Voluntate illa seriâ Dei, Deum imprædeterminare ad observationem præcepti. Consequentia sequitur, & major est evidens ex quarto præmisso, & ex ipsis terminis: nam quî stet hominem seriò velle observare præceptum sibi impositum, & velle impedire se efficaciter, ne tale præceptum observet?

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

216 Probatur efficacissimè minor: quia Deum negare prædeterminationem ad observationem præcepti est negare essentiale prærequisitum ad ipsam: & est ità negare: ut saltem pro primâ vice, quâ negat, & in casu primi peccati ab homine, vel ab Angelo commissi, se ex se ipso, motu proprio, & ex certissimâ scientiâ determinet, ad negandum. Nunc sic: Deum imprædeterminare talem observationem est se determinare ex seipso ad exclusionem essentialis prærequisiti ad talem observationem: est evidens: sed hoc est se determinare ex se ipso ad hoc ut non existat talis observatio: est etiam evidens: nam quæ potest esse potior, & major determinatio, ut res non existat, quàm exclusio prærequisitorum essentialium, ut existat? ergo.

Tertiùm:

217 Ostendo tertiò: licèt eâ seriâ Voluntate, quâ Deus vult observari ab omnibus præcepta sua, non velit Deus efficaciâ omnimodâ, & adæquatâ, ut existat simpliciter in omnibus observatio: vult tamen efficaciâ saltem inadæquatâ, nempe quatenùs est ex parte sui; atqui Voluntas hujusmodi non sinit Deum ex se nolle prædeterminare: ergo. Probatur hæc minor: Deum ex se nolle prædeterminare est ex se ipso, seu quantum est ex parte sui, impedire observationem: quippe nolle prædeterminare est ex se ipso excludere prærequisitum ad observationem præcepti simpliciter necessarium: velle autem excludere, & reipsâ excludere prærequisitum ad observationem præcepti simpliciter necessarium, est velle ne observatio sit, & facere, quòd non sit: quod est ipsam formaliter impedire. Atqui Deum ex se, & quantum est ex parte sui, observationis existentiam impedire non stat cum voluntate seriâ observationis ejusdem: Tùm quia ea voluntas efficaciter determinat ad oppositum: tùm etiam quia voluntas simpliciter, & omnino efficax non stat cum eo quòd sinat Deus rem impediri vel à se, vel ab alio: nec ergo voluntas limitatè efficax, nempe quantum est ex parte Dei, Deum sinet, ut ex parte ipsius Dei impediatur exi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

existentia rei volitæ: tùm demum quia ridiculum foret dicere, hominem seriò velle, quòd alter legem impleat, & ipsum ex se ipso impedire ne impleat: ergo Deum nolle prædeterminare ad præceptorum observationem non stat cum seriâ Dei voluntate observationis ejusdem.

Confirmatio.

218 Confirmemus hæc omnia. Primò sic: qui æquè, & magis impedit, ne servet homo præceptum, quàm homo se impedit omittendo, non vult seriò, quòd homo præceptum servet. Est evidens. Sed Deus nolens prædeterminare, æquè, & magis impedit: quàm homo seipsum, omittendo. Æquè: quia æquè sufficit ne fiat observatio, prædeterminationis omissio, quàm omissio observationis, cùm utraque omissio sit essentialiter incompossibilis cum ipsâ observatione; & utra libet sufficiat ne illa sit: ergo utraque æquè accedit. Magis: quia per vos sicut determinatio creaturæ supponit prædeterminationem Dei; omissio creaturæ supponit omissionem prædeterminationis Dei: ergo omissio creaturæ est impeditio supponens præimpeditionem Dei: & omissio prædeterminationis Dei est impeditio prima, & primaria, nec supponens ullam aliam præimpeditionem rei, quam impedit. Magis autem censetur impedire rem qui primariò impedit, quàm ille qui jam supponit præimpeditam, cùm impedire vult: ergo Deus nolens prædeterminare æquè, & magis impedit hominem, quàm homo seipsum, omittendo.

219 Secundò sic: Non vult seriò finem: qui pensatis omnibus, quæ in finem adhibet, ex se motu proprio, ex certâ scientiâ, & quantum in se est, potiùs adhibet quæ finem impediant, quâ quæ obtineant: seu adhibet media quæ ex se sunt efficaciora ne finis obtineatur, quâ cætera omnia, quæ præstat, efficacia sunt ut obtineat. Sed Deus ita se habet, nolens prædeterminare ad observationem præcepti, si necessaria sit ad ipsam prædeterminatio: ergo non vult seriò talem observationem. Consequentia est optima. Minor certa: nâ cætera, quę præstat ad observationem, casu quo prædeterminationem neget, non solùm sunt ab observatione separabilia, sed ab eâ essentialiter separata, & disjuncta, eo statu durante: quæ verò præstat in oppositum, inseparabilia sunt ab impeditione observationis, & cum istâ essentialiter incompatibilia. Iam major ex ipso rationis lumine, & primis prudentiæ regulis nota est.

SECTIO IV.

Admissâ necessitate Prædeterminationis ad operandum, Deus hanc negans, impedit, ne observentur Præcepta, quæ imposuit.

Præsertim à nu. 169.

220 Ex *hucusque* dictis est evidens. Ea tamen confirmare placet uno discursu, qui ad evolvenda, quæ conantur in oppositum Alvarez, & Thomasius, descensum paret. Sit argumentor efficacissimè. Admissâ necessitate Prædeterminationis ad operandum, Deus ex se nolens prædeterminare, & prædeterminationem ex se negans, efficaciter ex seipso vellet hæc duo: nempe quòd urgeat me præceptum charitatis V. g. & quòd actus charitatis non fiat à me; sed hoc est formalissimè impedire observationem præcepti; & velle peccatum: ergo admissâ necessitate Prædeterminationis ad operandum, Deus eam negans, peccatum vellet, & impediret præcepti observationem. Consequentia sequitur: & minor est evidens: nam actum charitatis, urgente præcepto non fieri, est peccatum formaliter: & urgente præcepto charitatis, efficaciter velle ne fiat actus, est efficaciter removere actum ab existentiâ: quod est formaliter impedire. Probo majorem: & inprimis de primâ parte nemo dubitat: nam Deus est unicè, qui præceptum imponit, & ipse est unicè, qui facit urgere.

Modus efficax arguendi. Alvarez. Ioannes à S. Thoma.

221 Pro secundâ, in quâ est difficultas tota, sic arguo: in eo eventu, Deus efficaciter vellet, ne actus fieret: ergo efficaciter ex se vellet ne actus fieret à me. Consequentia est evidens: Tùm quia fieri actum, est fieri à me: tùm etiam quia si non fit actus, à nullo fit. Probo antecedens. Deus in eo eventu ex se efficaciter vellet, ne actus charitatis fieret à Deo; sed velle ne actus fiat à Deo, est velle, ne fiat: ergo Deus in eo eventu ex se vellet, ne fieret actus charitatis. Consequentia bona est: minor evidens; nam fieri actum, est fieri à Deo; seu fieri ab omnibus suis causis, à quibus essentialiter pendet, quarum prima, Deus est. Ostenditur major: Deum ex se velle, ne fiat aliquid ab ipso, est ex se nolle facere: sed Deus ex se efficaciter nolens prædeterminare est ex se nolens facere, saltem in consortio creaturæ: ergo Deus ex se efficaciter nolens prædeterminare est ex se efficaciter volens ne illud ipsum, quod prædeterminare non vult, fiat à seipso. Vrgetur unico Syllogismo: Deus nolens decernere effectum, est Deus nolens facere; sed Deus nolens prædeterminare, est Deus nolens decernere effectum: ergo & est nolens facere.

Solutio ex Alvarez, & Thomasio.

222 Respondeti potest ex Alvarez *disp. 101. de Auxiliis secundâ & tertiâ concluſ.* Distinguendo carentiam observationis, vel amoris præcepti, & ut est mera negatio amoris, & ut est privatio amoris mala moraliter. Vt est mera negatio amoris, est negatio amoris secundùm se præscindens ab eo quòd sit carentia actûs ex præcepto debiti. Vt est privatio mala moraliter, dicit carentiam actûs ex præcepto debiti. Ex his dicit Alvarez, & ex ipso Thomasius, Deo nolenti prædeterminare tribui posse carentiam amoris præcepti, ut pura negatio est: quia sic nec est moraliter mala, & induci potest à Deo: sic enim ipsi Deo tribuitur excæcatio, & induratio Peccatoris, non verò posse tribui carentiam amoris præcepti, ut privatio est mala moraliter: nam moralis malitia venit à creaturâ, & non à Deo. Vnde nec Deo tribui peccatum potest, nec impeditio actûs, ut ex præcepto debiti, atque adeò nec inobservatio præceptorum, quamvis ex se Voluntatem prædeterminare nolit.

Excluditur primò

223 Responsio non occurrit argumento: quod sic instauro & argumentor contra suos Authores primò: Poni amorem in circunstantiâ præcepti urgentis est ponì amorem ex urgẽte obligatione, & impleri præceptum: non ponì amorem in circunstantiâ præcepti urgentis, est non ponì amorem ex obligatione præcepti debitum, & peccare: ergo sicut ille qui efficaciter velit urgere præceptum, & ponì amorem durante præcepto, vult ponì amorem ex urgente obligatione, & impleri præceptum; ita qui efficaciter velit urgere præceptum, & actum non ponì durante præcepto, vult non ponì amorem debitum ex præcepto, & peccari: ergo qui causat obligationem præcepti, & simul impedit existentiam amoris, causat carentiam amoris, facitque coexistere cum præcepto; sed qui causat carentiam amoris, facitque ipsam coexistere cum præcepto, causat carentiam amoris, ut ex præcepto debiti: ergo qui causat obligationem præcepti, & simul impedit existentiam amoris, causat carentiam amoris ut debiti ex præcepto. Sed qui causat carentiam amoris ut ex præcepto debiti, causat peccatum: & impedit observationem præcepti: ergo. Nunc sic: Deus est qui unicè causat obligationem præcepti: Deus est qui simul cum illâ obligatione, quam inducit, nolens prædeterminare ad amotem, amorem impedit: ergo Deus impedit amorem ut ex præcepto debitum, & facit non observare præcepta, & peccare.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Secundò:

224 Argumentor secundò: Causa per se totius illius, quo privatio constituitur in esse privationis excludentis observationem, est causa per se privationis rei ex præcepto debitæ, ut privatio est rei ex præcepto debitæ, & excludens observationem; sed juxta vestra principia Deus obligans ad amorem, & ad ipsum imprædeterminans est causa per se totius illius, quo privatio constituitur in esse privationis excludentis observationem, ut debitam ex præcepto: ergo Deus obligans, & imprædeterminans est causa per se privationis amoris ut ex præcepto debiti: ergo & impedit, quòd homines præceptum observent, & facit ut peccent. Consequentiæ bonæ sunt, & major evidens: nam privatio nihil aliud est quàm omnia sua constitutiva: implicatque quòd ista causentur, & non illa, ut privatio est: sicut implicat causati Animal Rationale, & non, hominem.

125 Probatur Minor: quia omnia constitutiva Privationis amoris, ut ex præcepto debiti, sunt unicè carentia amoris secundùm se, & debitum amandi ortum ex urgente præcepto: nam implicat hæc duo esse (aliis quibuscumque sepositis,) & non dari carentiam amoris ex præcepto debiti, seu privationem amoris debiti: sed Deus obligans, & simul

impræ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

imprædeterminans est causa per se obligationis, seu debiti orti ex urgente præcepto, ut per se notum est; & simul est per se causa non existentiæ amoris in eâ circunstantiâ: ergo Deus obligans, & simul imprædeterminans est causa per se totius illius, quo constituitur Privatio in esse Privationis rectitudinis ex præcepto debitæ.

226 Vrgetur: Quia homo supponit obligationem præcepti à se nec positam, nec auferibilem, & cum ipsâ conjungit omissionem amoris, censetur Author omissionis amoris ex præcepto debiti, & peccat: ergo qui non supponit ab alio positam obligationem præcepti, sed ipse ponit, & conjungit cum ipsâ non amorem, censebitur potiori nomine authòr privationis amoris ex præcepto debiti. Nam iste causat totum, quod in eâ privatione est, & non ille: iste dupliciter potest facere ne violetur præceptum, scilicet vel prædeterminando, vel tollendo præceptum: ille solùm unicè, amorem ponendo, quem tamen ut ponat, eget, & caret essentiali prærequisito: iste præimpedit: ille, dum vult o mittere, jàm invenit amorem, qui præcipitur, præimpeditum: ille est homo, & iste Deus, ut videas quem primatum Thomistæ tueantur in Deo.

Nota bene

Tertiò;

227 Argumentor ultimò, positis ob oculos gravissimis Scripturæ, & Patrum locis, quæ hùc faciunt. Primus sit ille

Eccles. 15. Eccles. 15. 11. *Non dixeris per Deum abest: quæ enim odit, ne feceris.* Secundus sit

Oseæ 13. ille Oseæ 13. 9. *Perditio tua ex te, Israel: tantummodò in me auxilium tuum.* Omitto plurima. Tertius sit ille Tridentini

Tridentin sess. 6. cap. 11. *Deus suâ gratiâ semel justificatos non deserit, nisi ab eis priùs deseratur.* Id quod habent omnes Patres

Chrysost. Ecclesiæ: Chrisostomus *hom. 9. in Ioan.*

Augustin. Aug. *lib. ad articulos sibi falsò impositos, cap. 7. de Naturâ, & Gratiâ cap. 26. de Bono perseverantiæ cap. 6. tract. 2. in*

Prosper. *Ioann.* Prosper *ad septimam objectionem*

Fulgent. *Vincentianam.* Fulgentius *lib. 1. ad Mo-*

Gregor. *nimum cap. 14.* Quartus sit ille Magni

Magnus. Gregorii *hom. 9. in Ezech. Mala nostra solummodò nostra sunt: bona autem nostra, & Omnipotentis Dei sunt, & nostra.*

Augustin. 228 Quintus sit ille Augustini *lib. 2. de Pec. merit. Quòd homines non adjuvantur à Deo, in seipsis itidem causa est, non in Deo. Et cap. 18. quocircà quòd à Deo nos avertimus, nostrum est: & hæc est voluntas mala: quòd verò ad Deum nos convertimus: nisi ipso excitante, atque adjuvante non possumus, & hæc est voluntas bona.* Sextus sit ille Prosperi *lib. 2. de* *Prosper.* *Voc. Gent. cap. 26.* ubi de humanâ Voluntate sic ait: *De suâ habet mutabilitate, si deficit: de gratiæ opitulatione, si proficit: quæ opulatio per innumeros modos sive occultos, sive manifestos omnibus adhibet: & quòd à multis refutatur, suorum est nequitiæ: quòd autem à multis suscipitur & gratiæ est Divinæ, & Voluntatis humanæ.* Hæc sufficiant, ex quibus *satis clarè continentibus, & exprimentibus Doctrinæ totius nostræ nucleum* contra Thomistas, discurro sic:

Formatur discursus.

229 Impossibile est, quòd ista gravissima testimonia Scripturæ, & Patrùm sint vera, si Deus impediat observationem suorum præceptorum: ut per se patet: & pariter impossibile est, quòd modus, quo se Deus gerit cum hominibus quibus præcipit, falsificet prædicta testimonia, quin Deus seipso impediat in hominibus observationem præceptorum, atque adeò quin Deo tribui peccata possint & debeant. Atqui modus quo se Deus gerit, obligans simul & imprædeterminans ad illa quæ præcipit, & ad quæ obligat, falsificat prædicta testimonia: ergo Deus necesse est impediat observationem præceptorum, & peccatum velit juxta principia Thomistarum.

230 Minoris tot probationes offero, quot loca sunt, si rectè expensa componas cum Doctrinâ Thomisticâ. Ipsam sic unicè promovere lubet: Impossibile est quòd Deus ex se ponat obligationem præcepti, & simul ex se neget id, quo antecedenter ad omnem usum arbitrii non posito impossibile est quòd non sit carentia observationis, & quòd non desit observatio quin eo ipso maneat ex solo usu libertatis Divinæ, & antecedenter ad omnem usum humanæ præimpedita observatio præcepti, solùm ex vi eorum, quæ unicè & independenter à nobis exercet Deus: sed id manifestè falsificat prædicta testimonia & est ipsa Doctrinæ Thomisticæ basis: ergo.

DIS-

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

DISPVTATIO XV.

EXPLODVNTVR SPECIALITER SENTENtiæ Mediæ: id est; Benigniores Prædeterminationes.

231 ILLÆ nempe, quas habes *à nu.* 11. & quas extorsit (ut non temerè opinor) vis arguendi nostra, potiùs, quàm studium veritatis. Sunt enim magnâ ex parte limitationes Doctrinæ Thomisticæ, quibus intendunt Authores sui emollire vim ineluctabilem Prædeterminationis, quàm insecuti sumus hucusque. An assequuti sint, judicium erit evolventi Impugnationum capita, quæ sequuntur.

Suprà d nu. 11. & lib. 13. d nu. 144.

SECTIO I.

OPINIO MAGISTRI LORCA: VBI Prædeterminatio identificata cum actione rejicitur.

Ex nu. 12. Vid. latiùs lib. 13. à num. 144. de Lorca.

232 IN hoc cardine volvitur tota specialitas Magistri Lorcæ: nam alia, quæ addit, vel abs re sunt, vel nos ratione non feriunt, sed calumniâ, quam condonamus. Contra ipsum, ejusque discursum statuo *tria*, quibus manifestè dejicitur tota Discursûs machina. *Primum*: Prædeterminatio Dei identificata cum actionibus liberis, non est possibilis. *Alterum*: ea neque primatum Divinæ causalitatis firmat. *Tertium*: neque ea superat difficultates hucusque Thomistis objectas, illam præsertim, quæ ex læsæ libertatis capite petitur; & voco Prædeterminationem cum actione nostrâ identificatam, Actionem Dei, & Creaturæ talis genii, ut ipsa priùs sit à Deo, quàm à Creaturâ, præcedatque ut est à Deo se ipsam prout à Creaturâ est: quo genere prioritatis dicunt hi quos impugno, Deum sibi subjicere creaturas, easque reipsâ præmovere per concursum simultaneum tempore, non naturâ.

Contra quem probatur Tria. Primum Impossibilitas. Ledesma.

233 Primum ostendo: Primò ad hominem contra *Ledesmam* in hac parte sectionem Lorcæ, fassumque Prædeterminatricæ. Relatio producentis, & producti dicit inter utrumque realem distinctionem, etiam ubi simplicitas summa est, ut negari nequit in Deo; sed per te inter Prædeterminationem, & actionem mediat ista relatio: nam hæc ab illâ fluit, ut à verâ sui causâ, per te: ergo necessariò mediat inter utramque distinctio realis.

234 Ostendo jam absolutè secundò: Concursus Dei, prout à Deo, non subsequitur verè & realiter operationem nostram liberam, prout à nobis: est vobis evidens: ergo in sensu vero & reali vel ipsam præcedit, vel purè comitatur. Si hoc ultimum: Noster es, utcumque loquaris. Si illud primum: ergo concursus prout à Deo realiter distinguitur à concursu, prout à creatura est: nam præcedentia, eo modo quo est, distinguit ea quibus intervenit: ergo si est vera, & realis præcedentia, realiter & verè distinguit.

235 Confirmatur primò: Vel hæc antecedentia actionis ut Dei, ad actionem ut creaturæ est in ordine reali, vel solùm in ordine rationis? Si primum: ordo realis præcedentiæ est ordo realiter distinctorum: Nulla enim res præcedit ad seipsam. Si secundum: inutilis est quæstioni: nec discedit à concursu simultaneo quem admittimus. Hi enim intentionales respectus superveniunt extrinsecè rebus, nec mutant. Confirmatur secundò: si vera præcedentia stare cum reali identitate posset, stare posset cum reali identitate vera relatio, vera distinctio, vera contradictio: qui sunt termini implicantiæ manifestæ. Nam omissis innumeris, quæ dicta sunt alibi, actio ut Creaturæ constituivè, & formaliter est actio ut

Dei:

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primā par. tract. 1. de Deo sciente.

Dei: est enim actio causæ secundæ insufficientis sine Deo, & actio ex ipso conceptu finitæ actionis pendens à causa prima. V. Suarez *l. 5. cap. 22.*

Suarez. Secūdum: insufficientia. Ledesmā.

236 Secundùm ostendo: primò etiam ad hominem contra Ledesmam. Per te Concursus simultaneus, quem Societas tuetur, Primatum Causalitatis Divinæ non firmat: sed hæc tua Præmotio nequit excedere concursum simultaneum, ut probabā: ergo neque firmare primatum Divinæ causalitatis.

237 Ostendo jam secundò etiam absolutè. Nam vel iste primatus Dei in ratione causæ consistit in eo, quòd in reductione effectuum ad suas causas, sisti debeat in Deo, ut in omnium primâ: vel consistit in eo, quòd Deus sit in ordine universalitatis prior, quàm alia quævis causa: vel consistit in eo, quòd à nullâ causâ virtutem accipiat, & det omnibus: vel consistit in eo, quòd det etiam omnibus agere: nec ipse ab ullo accipiat: vel consistit in eo, quòd Deus prior sit in causādo, priotitate rationis, & etiam reali: Sed ad hoc inutilis est talis præmotio: nam reduci debere omnes omnium causarum effectus ad Deum, oritur ex illarum dependentiâ, & independentiâ essentiali ipsius: esse priorem ordine universalitatis, oritur ex limitatione causarum secundarum ad certas species entium, & ex infinitudine Divinæ Omnipotentiæ: & sic de aliis pariter titulis ad primatum: solùm esse poterat difficultas in ultimo: verùm hæc realis antecessio nunquam probabitur esse de ratione primatûs; nosque probavimus ab hujusmodi Prædeterminationibus fumi non posse: ergo Primatum causalitatis Divinæ genus hoc prædeterminandi non firmat.

Tertium: Difficultas ipsissima.

238 Tertium, quod specialiter adversus hujusmodi *Semithomistas* intendo: Ostendo primò: Modus agendi, qui præcupat usum, & determinationem arbitrii, non sinit libertatem arbitrio; sed modus hic agendi Divinus præoccuparet usum, & determinationem arbitrii: ergo nec sineret libertatem arbitrio. Minor patet: quia illa actio prioriad influxum creaturæ, poneret id quo posito necessariò sequitur actio creaturæ. Major autem est evidens: nam modus agendi, qui præoccupat determinationem arbitrii, eòipsò tollit indifferentiam arbitrii: sublatâ autem indifferentiâ tollitur libertas. Faciunt hùc quæ latè discutimus *in tractatu de Actibus de munere se determinandi proprio* liberi Agentis. *Et infrà lib. 7. à nu. 30.*

1. 2. *tract. de Act. lib. Et infrà lib. 7. à nu. 30.*

239 Confirmatur primò: Non agit liberè ille, cui ex modo agendi tribui non potest, quòd agat; sed si actio creaturæ sit identicè prædeterminatio præcedens, ut Dei actio est, tribui nequit Voluntati, quòd agat: ergo non agit liberè. Major est evidens, & probatur minor: illi nequit tribui, quòd agat, qui in modo agendi jam se supponit determinatum indispensabiliter ut agat ab extrinseco Agente: neque enim se transfert de statu indifferentię ad statum actualitatis, seu actionis: atqui modus iste, quo Voluntas agit, si actio ut Voluntatis ipsius est, subsequitur ad actionem, ut Dei est, supponit jam Voluntatem determinatam ab extrinseco Agente, ut agat: ergo.

240 Confirmatur secundò: Actus liber, & actio libera est usus dominii, atque adeò ita positus, ut Agentis sit ponere si velit, & non ponere, si nolit: atqui actio, quæ sic se habeat, ut essentialiter sit prævia determinatio alterius Dominii non est usus proprii domini ita positus, ut proprii dominii sit eum ponere, si velit, & non ponere, si nolit: cùm prius pendeat ab alterius dominio, quem determinare, non est in meâ manu, si nolit ipse: & in meâ manu, non est quòd velit: ergo. Fateor difficilius id mihi videri, quàm Thomisticam ipsam prædeterminationem antecedentem: nam hæc Thomistica, licèt in meâ manu non sit, non est actus dominii mei: at actio debet esse actus dominii mei: & hunc fateri, haberi à me ex alterius determinatione: imò esse prævium determinationem, est mihi inintelligibile.

Imò magis.

241 Ostendo secundò: Ista præmotio, seu ista actio prout Dei connectitur essentialiter cum actione Creaturæ, ut Creaturæ est, & cum ipso termino: id est evidens: nam per te, Actio ut Dei, licèt prior sit aliquo genere priotitatis, identificatur cum actione, ut Creaturæ; & utraque est à termino inseparabilis: deinde non est in potestate nostrâ, quod ponatur, vel non ponatur: nam non est in nostrâ potestate, quod supponitur aliquo vero genere prioritatis ad omnem usum potestatis nostræ, & solius Dei libertatis est. His positis, quæ hucusque contra Prædeterminationem intorsimus, qui evades?

242 Confirmatur primò: si præmoveor, operor: si non præmoveor, non operor: quod præmoveat, Dei est, & non meum: ergo quòd operer, aut non operer, Dei est, & non meum. Probo istam consequentiam, nam quòd operer, aut non operer, positâ vel ablatâ conditione præmotionis, est ex intrinsecâ Naturâ Agētis finiti, fundantis eòipso ex intrinsecâ suâ Naturâ essentialem necessitatem conditionatam operandi: qui necessitatus est antecedenter conditionatè ad operandum, non agit liberè, si conditionis positio ipsi non sit libera, ut patet ex inductione per omnia Agentia necessaria.

243 Confirmatur secundò: Inter statum indifferentiæ, seu neutrum, ut vocat Schotus, & inter actionem Creaturæ, ut creaturæ, mediat usus alienæ libertatis conjungens utrumque, vel non mediat? si non mediat: ergo illa actio Creaturæ, ut Creaturæ, est immediata applicatio; nec divina præcedit: si mediat: ergo alterius est ista conjunctio, nec datur in creaturâ libertas.

244 Confirmatur tertiò: Creatus effectus, de quo est quæstio, indispēsabiliter fluit à principio coalescente ex Creaturâ, & Deo complexè se habentibus ad actionem, & effectum: Implicatque quòd alter sit determinatus ad actionem, quin eòipsò sit determinatus effectus: ergo implicat quòd alter sit determinatus quin & utraque causa sit: ergo qui determinat unam, utramque determinat: ergo si una se ita determinat, ut illa determinatio non sit alteri libera, neque erit alteri liberū, quòd determinetur ad effectum, & quòd sit effectus. Sume paritatem ex habitu: cur dicitur purè determinari à Voluntate, cùm actio utriusque sit eadem?

245 Confirmatur quartò: quia vel exinde sequitur par mysterium mysterio Trinitatis, vel libertas tollitur. Sequela est in aperto: nam actio Dei & actio Creaturæ esset idem: & daretur realis antecessio unius ad alteram: unam poni esset in manu meâ; non, aliam. O superi? *In Primā par. tract. 1. de Deo sciente.*

246 Ostendo tertiò: nam, quicquid sit de rationibus nuper expensis, quæ mihi faciunt evidentiam: Hanc actionem sic constitutam necessariò præcedere debet Decretum Divinum; efficax, irresistibile, inevitabile, & antecedens, ordine causalitatis, & æternitatis ad actionem, & terminum, seque ipso efficaciter, & irresistibiliter applicans Omnipotentiam, & Voluntatem ad operandum: atque adeò extrinsecè prædeterminans. En ergo cumulum difficultatū, quæ Prædeterminationi physicæ juxta Nos necessitatis malum impingunt: quas ex hoc discursu non evitas, sed mutas. Nec valet discrimen, quòd Prædeterminatio physica sit intrinseca: & ista quam ponis extrinseca: nam si vis est eadem, parùm præsidii sumi potest à modo, quo vim necessitandi exerceat. Nec valet recurrere ad comprincipia intrinseca Indifferentia secundùm se: Nam ea non considerari debent in ordine ad actum, eo modo quo secundùm se sunt, sed modo quo sinuntur esse, & an exerceant suam illam indifferentiam: modus autem quo sinuntur esse est modus, qui tollit indifferentiam, & independenter ab usu nostræ libertatis, efficaciter cum operatione connectit. Videatur Eximius Doctor *parte illā secundā de Gratiā lib. 5. cap. 22. 23.* & præsertim *cap. 24.* ubi leges ingeniosissima.

P. Suarez.

247 Objicies: non perit libertatis humanæ dominium ex eo, quòd actio nostra libera non possit non esse ex suppositione quòd sit: neque ista necessitas potest antecedens esse, vel dici, sed consequens: ergo neque ex suppositione quòd talis præmotio sit. Patet consequentia: nam ea præmotio, & actio nostra idem realiter sunt. Oculos incautos falleret iste color. Respondeo primò eam præmotionem in terminis implicare. Secundò: eā ut subsistratam Decreto Divino esse necessitatem omninò antecedentem, & tempore, & naturâ, & causalitatis ordine, & æternitatis. Tertiò negetur suppositum: illa enim actio nequit esse libera: quia licèt necessitas existendi dum res est, non opponatur li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ part. tract. 1. de Deo sciente.

bertati, si semel rem existere, sit ex determinatione Agentis, cui libera dicitur ar, si non sit ex ejus determinatione, sed ex alterius dominio rem existere; nec res est illi libera; & illa necessitas est contraria libertati: & omninò antecedens, ex impotentiâ resistendi alienæ determinationi, quam vitare non potest.

P. Suarez. Vide ipsum Suarez *loco citato à nu.* 20.

SECTIO II.

REJICITUR SECUNDA SENTENTIA Media: ubi de inclinatione prævia non productâ, sed resultante.

Ex nu. 13. & lib. 13. à nu. 145.

248 SEntentia hæc conveniebat cum præcedenti in motione illâ M. Lorcæ quam *sect. præced.* rejecimus. Quærebat tamen & fourionem, & præsidiū à prævia quadam inclinatione, quæ resultat in voluntate in unam partem potiùs quàm in aliam: ad cujus præscientiam, & exigentiam dat concursum Deus in hanc partē potiùs, quàm in illam. Quòd si roges quid hæc inclinatio sit? Schotista Recentior, quem *num.* 13. laudavi, (ut jam monui) dixit non esse aliud, quàm illam operationem, quam faceret Creatura se solâ, si alioqui posset operari se solâ, quod repugnat: eamque prævidere Deum. *Institi* contra sic respondentem sic infereudo: ergo ideò Deus, decernendo efficaciter nostram operationem, non lædit libertatem: quia non decernit nisi ex scientiâ cujusdam chymeræ, qualis est operatio facta sine Deo simul concurrente. Quòd quam sit absurdum, patet ex ipsis terminis: ut brevi repetam *lib. 7. nu. 16.* loquendo de *Schoticis Prædefinitionibus.* Id quod adversùs fictitias has inclinationes, sufficere videretur: nisi, ex varianti respondēdi modo, colligeretur, plus in solutione latēre quàm sonet.

Suprà nu. 13.

Impugnatur.

Infrà lib. 7. nu. 16.

Tria alia capita Impugnationis:

249 Ipse igitur tria nunc ostendenda suscipio: *Primum*: ex istâ inclinatione non sequi quod intenditur. *Secundum*: eam inclinationem esse impossibilem, vel admitti debere maxima inconvenientia, quæ brevi ponderabo. *Tertium*: exinde sequi Scientiam Mediam, secùs ac Adversarius putat, & colligit.

Primum:

250 Primum ostendo: quod intenditur ex istâ prævia inclinatione est libertas actionis subsecutæ; hæc non sequitur: ergo nec quod intenditur. Probo minorem: Primò: quia ex istâ inclinatione non sequitur ne sit actio ex alterius plenâ determinatione: ergo nec libertas actionis sequitur. Consequentia patet ex dictis *sectione præcedenti.* Secundò: potest quis esse maximè inclinatus in unam partem, & tamen necessitari simul ad ipsam: id autem evenire in hoc casu, sic probo: nam necessitari causam ad agendum est extrinsecè determinari ab alio, ut agat: sed non obstanti tali inclinatione, extrinsecè determinaretur à Deo voluntas ut ageret: ergo necessitaretur. Tertiò: per te ita concurrit Deus cum voluntate, ut ex modo concurrendi, prævie prædeterminet, & tolleret libertatem, nisi præcederet illa inclinatio, quam attēdit Deus, ut præagat, & determinet ad amorem v. g. ergo amor solùm est liber causaliter, & mediatè in illâ inclinatione; non verò formaliter, & immediatè in se: ergo tota laudabilitatis, & vituperii ratio consistit formaliter in illâ inclinatione, non autem in actione subsecutâ: ergo meritum, & demeritum præcedit ad omne genus Divini influxūs.

Alterum.

251 Secundum, quod intendo principaliter, ostendo sic primò: vel illa inclinatio est libera voluntati, vel non est libera? Si secundum: ergo nec actio subsecuta: nam per te prædonatur à Deo determinante voluntatem ex præscientiâ talis inclinationis. Sit primum: omissis multis, quæ mox premam, quâ ratione se tenet ex parte actūs primi, ut dicis: hæc enim manifesta implicantia est: nam actus primus libertatis est status neutralitatis ex ore Schoti, & ex omnium ore, status indifferentiæ præscindens ab usu dominii: usus autem talis libertatis est actus secundus: at quodvis exercitium Dominii est usus ipsius, ut patet. Hinc

252 Ostendo secundò: Implicat usus positivus dominii, & libertatis, qui non sit positivum libitum voluntaris: implicat positivum libitum voluntatis, quod volitio non sit: ergo implicat usus positivus dominii, & libertatis, qui volitio non sit. Major est mihi evidens: minor patet ex ipsis terminis: libitum enim est quod libet, id est, quod placet. Confirmatur primò à pari: implicat positivum exercitium, & positivus usus potentiæ intellectivæ, quæ cognitio non sit: ergo implicat positivum exercitium, & positivus usus potentiæ volitivæ, qualis est libera, quæ volitio non sit. Confirmatur secundò: illa inclinatio est libera? Ergo ea inclinatio oritur ex cognitione, vel ex potentiâ præventâ cognitione in utramque partem: nam si potentia non cognoscit, quâ ratione potest exercere dominium libertatis. Ergo ea inclinatio est inclinatio exigens cognitionem: ergo est inclinatio in objectum apparens: ergo est inclinatio intentionalis in objectum præcognitum: quid autem est volitio, si hoc velle non sit? Confirmatur tertiò: nulla est inclinatio, quæ non sit vel appetitus innatus, vel elicitus: distinguere enim inclinationem mediam, non est philosophari, sed fingere. Sed illa tua inclinatio non est appetitus innatus: quia hic non tendit in bonum cognitum: ergo est elicitus: ergo est volitio. Nunc sic: ergo illa prævia inclinatio est volitio: quâ ergo ratione se determinavit Voluntas? Si fine præmotione Dei, cur hanc requiris ad amorem? Si ex præmotione Dei, vel libera non est, vel abibimus in infinitum.

In primâ part. tract. 1. de Deo sciente.

253 Ostendo tertiò: Illa inclinatio fit à Creaturâ: ergo eget etiam Divinâ præmotione ut fiat. Negasti antecedens, *Institi*: illa inclinatio realiter est aliquid existens, ens reale, & ens creatum: ergo productum. Negasti consequentiam, dicens esse ens resultans. Id est ludere, & impugno solutionem: primò: ens creatum est ens à Deo pendens: quâ ergo ratione pendet à Deo, si non fit? Secundò: quid est produci? certè, extrinsecè fluere, & accipere esse ab alio: ergo hoc resultare est produci. Tertiò: repugnat Dominio Divino, quòd sit aliquid in rebus productum, quod non sit productum à Deo: ergo repugnat quod sit aliquid resultans, & quod non resulter à Deo. Si autem ita resultat à causâ secundâ, ut non prius resultet à Deo: cur effectus non potest à Deo produci, quin priùs Naturâ producatur à Deo? Quartò: illa inclinatio, ut vidimus, est exercitium liberum voluntatis: ergo fit à voluntate: quomodo enim potest se exercere potentia positiva quin faciat? Quintò: illa inclinatio vel est vitalis, vel non? Si secundum: qui potest esse libera, & voluntaria? Et quidem si voluntaria est, quomodo potest fieri quòd non sit vitalis, & volita, vel volitio? Si ergo primum: ergo fit à Voluntate verâ productione. Pudet his orium terere: quæ vel defendi non possunt, vel figmenta dici debent, & contradictoria. Pergo ad graviora, &

254 Ostendo quartò: vel illa inclinatio est Naturalis, vel supernaturalis? Si secundum: quâ ergo ratione poni potest sine Dei concursu: cùm sit opus speciale Spiritūs Sancti? Imò erit auxilium positum in nobis sine nobis, cum per te se teneat ex parte actūs primi. Si ergo est naturalis. Fiet primò: dari in nobis ex nobis aliquid ita conducens ad vitam æternam, ut ipsi debeatur supernaturalis concursus Dei. Fiet secundò: dari nobis merita ex nostrâ prævia dispositione naturali. Fiet tertiò: nos ex nobis, & sine Deo nos disponere, & obligare Deū, ut concurrat, & alia quæ manifestè sapiunt Semipelagianismum. Et confirmantur hæc omnia efficacissimè: Vel illa prævia inclinatio prædeterminat Deum, ut concurrat, vel non? Si primum: cur ergo refugis dicere, quòd per actionem se determinet voluntas, & ipsum Deum; si prævie prædeterminas ipsum Deum per aliquid, quod à Deo non est, sed privativè est, & unicè à Creaturâ: in operibus Gratiæ, sonat pessimè? Si secundum: non ergo est cur tribuatur Creaturæ, quòd Deus ipsam potiùs ad hoc, quàm ad illud præagendo determinet: ergo nec manet Creaturæ libertas.

255 Ostendo tandem: nam vel illa Inclinatio futura est independenter ab ullo decreto Dei circa ipsam, vel eget aliquo decreto, ut futura est, nam contingenter est futura? Si secundum: interrogo primò: quomodo decernit Deus, quod ab ipso non pendet, ut ais? Secundò: illud decretum est efficax, & inevitabiliter connexum cum unâ inclinatione potiùs, quàm cum aliâ, vel indifferens? si efficax: Dei erit, & non voluntatis hu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

humanæ, quòd existat hæc determinata inclinatio, tolleturque libertas. Si indifferens: quâ ergo ratione se determinat Voluntas: cùm tanta tibi sit difficultas in nostrâ Sententiâ ratione decreti indifferentis? Si propterea dicas secundum: mirum est certè dictu: & omninò major difficultas, quàm quæ urget in Scientiâ Mediâ: & certè si sine decreto poterit se determinare Voluntas & conditionatè, & absolutè, quidni cum solo decreto indifferenti? Demum absurdissimum dictu est, nec tuis principiis consonum, admittere futurum, quod sine Decreto tale sit.

Tertium.

256 Tertium, & ultimum sic ostendo: primò ex præjactis: illa inclinatio, quomodocumque voces, est Veritas, cui respondet in Deo Scientiâ evitabilis à Creatura, Deo contingens, & non libera: *Hæc est Scientia Media.* Secundò: per te illa inclinatio præcognosci debet à Deo antecedenter ad omne decretum, & quidem præscientiâ, quæ posit evitari à Creatura, & quæ licèt Deo sit contingens, non est libera: tùm quia in manu creaturæ est quòd illa non præcederet; Tùm etiam quia quod antecedit omne Decretum Dei, non est liberum Deo. Deinde illa præscientia conditionata est: nam quòd Deus cognoscit absolutè, positâ conditione libertatis humanæ, necesse est præcognoscat, si talis conditio poneretur. Id tu defendis, & concessisti nò semel: Atqui Scientia Conditionata, quæ Deo sit contingens, & non libera, ex determinatione creaturę potiùs quàm Dei, & quidem independens ab exercitâ existentiâ alicujus decreti est Scientia Media: ex eo sic dicta, quòd participat contingentiam ex Scientiâ Visionis, & independentiam ab exercitio Decreti à simplici intelligentiâ: non enim aliter ipsi definimus Scientiam Mediam: & in hoc, standum est testimonio nostro: ergo tuo discursu potius adstruitur, quàm destruitur Scientia Media. Solùm auges difficultatem, quam *à nu.* 251. & signarè *num.* 255 premebam.

Mens alia P. Koninc. & Bellarmini.

257 Placet, quando hìc sum, advertere non favere Moderno, quem impugno, Koninchum, nec Bellarminum. Non illum, quia licèt admittat prævium aliquid ex parte voluntatis, facit realiter idem cum Voluntate, & solùm virtualiter, vel moraliter abeâ distinctum. Non istum: quia solùm admittit usum negativum, non resistendi Deo danti actionem.

Et Præsf. de Lugo citantis Valentia. Raynaud. Salazar. Albertin. Qui tamen impugnatur. Vide infr. lib. 6. à nu. 136.

258 Sed & uterque mihi maximè displicet: ille (cujus partes novissimè egit P. Franciscus de Lugo *disp. 32. cap. 3.* & 5. citans pro se & Koninchо Valentiam, Raynaudum, Salazar, & Albertinum) Tùm quia repugnat in terminis: nam separabilitas duorum, & identitas, saltem in creatis chymera est: si autem illa habitudo libera est, defectibilis, & à voluntate separabilis est. Tùm etiâ, quia simili licentiâ possent identificari cum Voluntate voliriones, & nolitiones. Tùm insuper quia illa applicatio, si fit ad malum, peccatum est, vel saltem maximum, & irrefragabile peccandi periculum: Voluntas autem identicè nec mala est, nec evidens periculum peccandi. Tum præterea quia, si se Voluntas applicat ad unam applicationem præ aliâ, sine præviâ, ne infinitè procedatur: quidni etiam ad actionem amandi, sine ullâ? Tùm demum quia talis applicatio necessariò foret amor, ex insinuatis *num.* 252.

1. 2. in Tract. de Actib. Suarez.

259 Iste: quia fortè non est possibilis pura omissio libera: quod mihi est probabilius. Tùm etiam quia istâ non resistentia vel est ipsa indifferentia actûs primi, vel actus secundus, ut bene notavit Eximius Doctor. Si primum: illa indifferentia non est usus libertatis, sed libertas ipsa in actu primo præscindens ab actu secundo. Si secundum: ipsa non resistentia erit agere, & cũ Deo concurre re. Vide quæ diximus *suprà à num.* 191. Tùm insuper quia tota ratio laudabilitatis & vituperii esset in illâ purâ negatione: unde nec formaliter mereremur per amorem Dei, nec per odium demereremur. Tùm præterea quia vel tali usui negativo debetur concursus Dei, vel nò? Si secundum: ergo etiam eo posito, Dei erit, & non Creaturæ, quòd sit actio: ergo sequitur quod noper intuli. Si primum: magnum certe quid est, id cui debetur concursus etiam supernaturalis: esseque debet ens, cùm ista connexio perfectionem importet. Et certe vel naturale quid est, vel supernaturale? Si secundum: erit quid positivum, & causatum à Deo. Si primum: alicui naturali, quod adhuc non merebitur nomen entis, debebitur Gratia: quod ridiculum apparet. Tùm demum quia habitus nõ sic applicantur ad operandum à Voluntate, sed per ipsam actionem: ergo nec Deus. Et quidem hoc esset prædeterminari Deum à voluntate, cum fugitur, ne determiner. Videatur Pater Ribadeneyra *de Scientiâ Dei disp. 13. toto cap. 3.*

Suprà nu. 14. & lib. 13. nu. 147 impugnatio 1. & pr. ma: Suarez.

P. Ribadeneyra.

SECTIO III.

REJICITUR TERTIA SENTENTIA MEDIA: *ubi de Prædeterminatione Morali, & Infallibilitante.*

§. I.

IMPUGNATIONES NOSTRÆ.

260 QVam, & unâ Sententiam, impugno sic primò: ista moralis Prædeterminatio; (quidquid de voce sit, quæ, diligenter, & acutè notante Patre Suarez *lib. 3. de Gratid cap. 8. num. 4.* venire potest vel à qualitate, vel à quantitate connexionis, & necessitatis) vel habet tamarctam connexionem cum effectu, quàm est arcta connexio, quam habet Visio Beatifica cum amore; & Physica Prædeterminatio necessitans cum actu, quem præit: vel non? Si primum: ergo ea connexio est contraria libertati; nec ista moralitas emollit vim Prædeterminationis necessitantis: redeuntque omnia argumenta, quæ *suprà* confecimus. Si ergo secundum: ergo istius Prædeterminationis connexio cum effectu est omninò minor connexione metaphysicâ unius rei cum aliâ: ergo est connexio minor connexione fundante metaphysicam inseparabilitatem: ergo est connexio secum compatiens separabilitatem à termino: ergo est connexio rei, quæ licèt sit sine termino, non repugnat existere: ergo inspectâ suâ naturâ non facit voluntatem inseparabilé ab effectu, dum est: ergo Voluntas potest pro sua libertate ipsam componere cum non effectu: ergo non prædeterminat Voluntatem.

261 Vrgeo: Vel hic actus: *Voluntas prædeterminata ad consensum, hac nostrâ infallibilitante prædeterminatione*, non *consentit, sed dissentit*, est actus cujus veritas sit possibilis, vel non? si sit possibilis: pono quòd sit: nam ex possibili posito, nulla sequitur contradictio; & interrogo, ex quâ libertate sit posita: si non ex libertate creaturæ: perit nostra libertas: si ex libertate creaturæ: ergo ista determinat Gratiam, & non Gratia illam. Deinde: ergo Gratiæ efficaci, ut efficaci resistitur, quod nec nos admittimus. Insuper: ergo quòd ista Gratia sortiatur effectus, non est vis Gratiæ, sed libertas arbitrii. Demum: ergo efficacia Gratiæ extrinseca est ipsi: quæ est Sententia nostra. Si verò non sit possibilis: unde nascitur impossibilitas: certè ex Gratiâ: en ergo necessitatem, quam fugitis. Et premo. Si illa veritas est impossibilis: ergo complexum ex Voluntate, & illa prædeterminatione repugnat conjungi cum non consensu. Vel ergo est liberum Voluntati quòd sit tale complexum, vel non sit? aut non? Si secundum: quomodo manet libera? Si primum: ergo est in manu Voluntatis quod sit Gratia, vel quòd non sit: quod negatis.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Secunda:

262 Impugno secundò: Vel de essentiâ talis Prædeterminationis, quam moralem dicitis, est actualis conjunctio cum effectu, vel non? Si primum: ergo illa prædeterminatio nullâ potestate separari potest ab effectu. Patet consequentia: Tã impossibile est quòd separetur ab actuali conjunctione cum effectu, quàm est impossibile quod separetur ab essentia sua: quia per te, ex hac parte dilemmatis admissâ, illa actualis conjunctio cum effectu est essentia prædeterminationis: sed nullares ullâ potestate potest separari ab essentia suâ, ut est evidens: ergo nec ullâ potestate potest illa Prædeterminatio separari ab actuali conjunctione cum effectu. Sed de essentiâ actualis conjunctionis cũ effectu est incapacitas essentialis ut sine effectu sit, & necessitas essentialis ut sit cum effectu: ergo illa Prædeterminatio est incapacitas essentialis ut sine effectu sit, & necessitas essentialis, ut sit cum effectu: in quo ergo discernis has morales prædeterminationes à Physicis & à necessitantibus, infallibilitantem? Si ergo secundum: ergo etsi talis Prædeterminatio careret effectu, & ab illo separaretur, maneret cum essentia sua, nec peri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

periret. Est evidens: alioqui esset de essentiâ illius Præmotionis, actualis conjunctio cum effectu. Quomodo ergo infallibilizat effectú? quomodo prædeterminat Volútatem, & facit, quòd operetur? quomodo est medium, in quo sine ullo periculo contingentiæ, & incertitudinis videat Deus effectum?

Tertia:

263 Impugno tertiò ut solutionibus Prædeterminatorum moralium detur locus: & arguo Syllogismo, quem format, & objicit Caramuel *loco citato* sic: *Non est in meâ potestate habere prædeterminationem, cùm voluero: at illâ positâ non est in meâ potestate dissentire: ergo nihil est in mea potestate.* Caramuel, mirabilis respondendi faber, concessâ absolutè majori *nu.* 16. quam absolutè negaverat *nu.* 41. negat hunc minorem: & dat rationem: quia ista Prædeterminatio non necessitat, sed infallibiliter: atque adeò, licèt non necessariò: tamen voluntas infallibiliter operabitur liberè. Sed de hoc erat danda ratio. Redit igitur ad se Caramuel; & rationem esse dicit, quia ista Prædeterminatio datur ad hoc ut Voluntas infallibiliter operetur liberè. Dictum dicit Caramuel, & actum nos cogit agere. Rogo te: potest voluntas componere cum istâ prædeterminatione dissensum? vel non potest? si non potest: ergo ista essentialis incompossibilitas est essentia talis prædeterminationis: ergo & ipsa non solùm est infallibilitans, sed necessitans: ergo dicere, quòd datur, ut voluntas operetur liberè, est dicere dari voluntati necessitatem ut operetur sine necessitate. Id est nugari in seriis. Respondet ergo *nu.* 59. posse: idque se dicere, ait, ex mente, & ore Augustini, Thomæ, & Magistri Alvarez. De præjudicio Thomistarum ipse non curo: sed ulteriùs rogo: unde & ubi cognoscit certissimè Deus quòd cum istâ Gratiâ consentiet Voluntas, si ex se talis Gratia potest sine effectu manere? si Voluntas potest ipsam Gratiam conjungere cum carentia effectûs, unde nascitur infallibilitas, de eo quòd non conjunget? Non à Naturâ Gratiæ: quia de ejus naturâ foret conjungi cum effectu: quod negasti, cùm manere cum sua natura possit, & sine conjunctione cum effectu. Vndenam ergo? Hæret hic aqua Caramueli. Et recurrere oportet ad alios, siquid melius promant.

Caramuelis argutiæ retunduntur.

Quid dicat de Augustin Thomâ, & Alvarez.

§. II.

SOLVTIONES THOMISTICÆ, ET similes.

Gonzalez de Albeld. Infrà lib. 10. à nu. 167. Augustin.

264 Dicit primò Gonzalez de Albelda (de quo rursus *tract. 3. lib. 10. à nu. 167.*) hanc infallibilitatem oriri ex ipsâ Gratia efficaci, quæ præbet vires efficacissimas Voluntati, teste Augustino. Contra, & rogo: vel ista efficacia est connexio essentialis cum opere, ipsi entitati Auxilii intrinseca vel non? Rursus: vel istæ vires sunt ita intrinsecæ auxilio ut sine ipsis non possit existere; & ita efficaces, & connexæ cum opere, ut sine ipso existere non possit ex dominio Voluntatis; vel non? Si primum: nequit ergo Voluntas cum illa Prædeterminatione dissentire compositivè, seu in sensu composito, quod negasti ex læsione manifestâ libertatis, & apertâ contraventione Canonis Tridentini: Si ergo secundum: redit iterum molesta interrogatio: unde provenit infallibilitas, quòd semper Voluntas consentiet, si reipsâ per te potest dissensum cum eâ ipsâ gratia sic prædeterminante componere? nam ex possibili posito, nullum sequitur inconveniens.

265 Non valere id *ais*, quando possibile antecedenter, est consequenter impossibile. Bene! ergo quod Voluntas sic prædeterminata ad consensum dissentiat, solú est impossibile consequenter. Nunc ergo ulteriùs rogo: ista impossibilitas, quâ eam cumque voce dixeris, unde progerminat? Si ex ipsâ Naturâ, & essentiâ Gratiæ: ergo est antecedens simpliciter, cùm sit suppositio antevertens omnem usum arbitrii. Si ex Voluntatis dominio volentis se, & Gratiam determinare, utendo benè Gratiâ: ergo hæc non prædeterminat, cùm sub arbitrio sit: & demùm rogo: unde constat, quòd Voluntas determinate se volet? Hinc, nisi recurras ad castra nostra, captus es, vel in circulum abis.

Ex Ioanne de Sancto Thomâ, & aliis apud Montoya.

266 Dicet secundò aliquis ex Ioanne de Sancto Thomâ *disp. 5. de Vol. Dei art. 6* imitato Thomistas, quos egregiè impugnat Ruiz de Montoya *disp. 52. sect. 6.* In-

Notanda solutio.

Infallibilitatem oriri ex modo, quo causatur auxilium à Deo. Distinguit itaque in auxilio; & modum quo est in nobis, & causar actum, & modum, quo imprimitur nobis à Deo: dicitque nos resistere posse auxilio considerato, ut est in nobis: non tamen posse resistere auxilio, ut considerato prout fluit à Deo.

267 Contra primò: & rogo; vel auxilium secundùm se, & inspectis intrinsecis prædicatis suis, & præscindendo ab omni extrinseco cònorato ex parte Dei, dicit intrinsecam, & essentialem impossibilitatem cum actu contrario, vel non? Si primum: nulla erit solutio, nec contra vim hujus veneni libertatis ullum erit medicamen in hortis totius bonæ Philosophiæ, & Theologiæ: deinde nec resistentia erit Voluntati possibilis contra anathema Tridentini. Si ergo secundùm: *Tria* infero, quibus manifestè totus Thomisticissimus ruit. Primum: ergo auxilium secundum se est indifferens entitativè: quæ sententia nostra est; quæ vobis displicuit adeò, & tandem arridet, Benedictus Deus, qui fecit utraque unum. *Alterum*: ergo in eo auxilio secundùm se cognosci certò nequit effectus: unde non potest dici prædeterminans. *Tertium*: ergo tota connexio quæ præcedit ad actum in auxilio, sumitur à Decreto Dei, vel inevitabiliter prædeterminente consensum, vel volente conferre Gratiam, quæ præcognita est congrua per Scientiam Mediam. Illud erit Scholasticarum: & hoc est nostrum: ubi Thomisticissimus?

268 Contra secundò: Vel modo quo auxilium est in nobis est essentialis modus ille fluendi à Deo, vel non? Si primum: ergo est illi essentialè esse sub modo, cui nos resistere non possumus: ecce retardasti, non declinasti vim ictûs? Si secundum: nullum suberit caput, unde dici possit prædeterminatio. Contra tertiam: quia tota dificultas, & fortè major recurret in illam extrinsecam necessitatem provenientem auxilio ex modo quo fluit à Deo. Contra quartò: quia hic tenet-habes apud Montoyam *loco citato*, & ut à nobis, non fieri immobiliter, & necessariò; fieri tamen immobiliter, & inde necessariò prout subsunt Immutabili Decreto Divino.

Quâ usus est Calvin.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. M. Curiel. & Magister Lumbier.

269 Dicit tertiò Magister Curiel, exque ipso Thomistæ nonnulli, & alii non ignobiles Theologi, eam infallibilitatem non sumi à Scientiâ ullâ Mediâ, sed à congruitate, coaptatione, & contemperatione ipsius auxilii cum Genio, & complexione vocati: & quia *mox* rogabimus, id in quo consistat, præoccupando nos, *addit*, eam coaptationem esse specialem naturam auxilii, istique intrinsecam; egereque ad efficaciam certâ dispositione materiali ex parte vocati penès genium, & complexionem: quibus deficientibus manebit sine effectu: non quia ratio efficaciæ constituatur ex illâ complexione, & genio, sed quia ut fortiatur effectum, ea connotat: iisque suppositis, ex illâ suâ congruitate conjungitur cum effectu.

Alia mens P. Vazq.

270 Hanc Sententiam plerique tribuunt P. Vazquez *disp. 67. & 68. in 1. part. item disp. 88. & 99.* Sed alia est mens hujus Doctoris, attentè legendi eisdem in locis, ut *mox* aperiam *nu.* 275. & 276. Meliùs citari posset P. Ioannes Phælippæus super Oseam *com. 1. ad cap. 2. vers. 14. nu. 12.* nisi fortè recurrat in explicationem mox insinuandam P. Vazquez. Curielis discutium tangit, & reijcit, docètque ut solet, Herize *disp. 7. de Scientiâ Dei cap. 5.*

P. Philippeus.

Vide Herize.

271 Mihi displicet primò ex Augustino, quo potissimùm Curiel fidit. Legatur *de Prædestinatione & Gratia cap. 15. & lib. 12. de Civit. Dei cap. 6.* ubi positâ quoad genium, & complexionem paritate inter duos, & nullo discrimine, usum bonum Gratiæ tribuit ex ipsâ Gratiâ operanti: abusum, ipsi arbitrio nolenti operari cum Gratiâ. Secundò ex ratione quam sic formo: Physica Prædeterminatio non nocet libertati, quòd simplex, aut composita sit; sed quòd, sive sit simplex, sive composita, habeat connexionem essentialem, & inevitabilem cum effectu: sed hæc moralis prædeterminatio quantumvis differat à Thomisticâ quòd non sit simplex, sed ex illâ coaptatione, & genio composita vel constitutivè, vel connotativè, (quod parùm refert;) in vi connexionis essentialis, & inevitabilis ab illâ non differt: ergo liber-

Impugnatur primò ex Augustino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scient. Sup. disp. 11. 12. & 13.

bertatem æquè tollit, ac illa, & æquè subjacet utraque inconvenientibus, ponderatis *suprà*. Major est certa, &

272 Minor, in quâ difficultas est, probatur: imprimis hoc complexum ex Vocatione contemperatâ & ex Vocati genio, antecedit omnem usum arbitrii, se habet ex parte actûs primi, nec est in nobis illud habere: atque adeò inevitabile:

Albelda. idque concedit *hic* Author: & meritò: nam quoad genium, *ipse facit nos, & non ipsi nos.* Quoad entitatem auxilii: *ubi vult, spirat: & nescis unde veniat, aut quò vadat.* Deinde quòd illum complexum sit ab effectu inseparabile, probo sic: vel stat cum eo complexo conjungi non actionem, & dissensum, vel non: Si secundum: ergo illud complexum est inseparabile ab effectu, & a consensu: ergo habet essentialem connexionem cum effectu, & consensu; nam inseparabilitas duorum sine connexione stare non potest: ergo ex concessis habet connexionem inevitabilem cum consensu. Applica modò formas contra physicam Prædeterminationem adhibitas ex capite læsæ libertatis, & sublatæ sufficientiæ. Si ergo primum: contra primò: ergo cum Gratiâ efficaci, ut efficaci, componi potest non actio, & resistentia: nec auxilium efficax ut tale dicit constitutivè essentialem inseparabilitatem, & connexionem cum opere. Secùs ac ex communi calculo ponimus

Infrà lib. 13. nu. 71. omnes: ut repræsentabo *lib. 13. num. 71.* Contra secundò: ergo complexum non potest esse medium, quo certissimè videat Deus effectum: secùs ac putas, & asseris. Contra tertiò: ergo insallibilitas sumi aliunde debet, nempè vel à Scientiâ Mediâ, vel ab ipso consensu: quo tandem recurres ad nos.

273 Confirmatur: Vel ipsa coaptatio, & contemperatio Gratiæ est quasi conditionalis intrinseca connexio cum effectu, si nempe supponatur, vel non supponatur genius talis in vocato, vel non? Si primum: ergo illâ positâ conditione redditur essentialis, & absoluta connexio: sed citra vocati libitum ponitur: ergo. Si secundum: contra primò: quâ ratione potest dici prædeterminatio, cùm subjaceat dominio voluntatis? Secundò: ergo & Gratia, & Genius vocati secundum se indifferentes faciunt complexum connexionis, vel nulla est in Gratiâ efficaci connexio cum effectu. Hoc secundum dici non potest: tùm ex dictis: Tùm quia per se ridiculum apparet, dici Gratiam efficacem, quæ eodem modo se habet in ordine ad effectum, ac se habet purè sufficiens. Primum autem apparet summæ difficultatis: nam ex duplici indifferenti quî connexio veniat? deinde premit eadem difficultas, ac si esset Prædeterminatio simplex: unde discursus iste, Prædeterminationis physicæ difficultates, tam abest ut effugiat, ut potiùs augeat.

274 Urgetur demum ab experientiâ: nam quæ dispositio genii præcessit in Saulo, in Matthæo, in Magdalenâ, in aliis, qui reluctante potiùs, quam favente genio, & complexione mirabiliter conversi sunt, eo tempore, quo attentis his, quæ ex parte Naturæ præcedebant, minùs debuisset sperari conversio? Quæ contemperatio Gratiæ, quæ sinat increpationi comparativæ locum, quam quæ sumitur ex Præscientiâ conditionatâ Dei?

Ex Vaz. 275 Dicit aliquis ultimò ex Vazquez locis *suprà* insinuatis: eâm infallibilitatem sumi quidem *formaliter* à Scientiâ Mediâ: *Radicaliter, & originaliter* verò sumi à discrimine Gratiæ, quæ est efficax, a Gratiâ, quæ manet purè sufficiens. Quòd si quæras, in quo consistat discrimé, ait consistere in majoritate cognitionis: nunquâ enim voluntas amplectitur objectum, nec potest, nisi magis vividè propositum. Si rursus quæras, in quo consistat ista majoritas cognitionis, *addit*, non consistere necessariò in majori intensione, sed in quadam coaptatione cognitionis ad movendum arbitrium.

276 Quòd si insistas: hinc fieri, necessitari voluntatem, ut amet, si semel proponatur vividiùs hoc objectum præ illo: respondet necessitari quidem quoad speciem, non verò quoad exercitium. Si rursus instes, fore, ut ille, cui deficit talis cognitio, sine quâ est impossibile quòd amet, careat auxilio sufficienti: respondet, id non sequi: nam potest voluntas divertere intellectum a vividiori cognitione in oppositum, & sic manere cum vividiori ad objectum, quod proponitur amandum, & ipsum amare. Hic est discursus Patris Vazquez, quantùm ipse assequor, facilis confundi cum præcedenti Curielis, sed ab eo valde diversus, secùs ac communiter impugnari a Modernis solet. Imprimis Pater Vazquez apertè discedit a Prædeterminatistis etiam mitioribus ex aperto recursu ad Scientiam Mediam. Nihilominus

277 Tota sententia, (veniâ tanti viri,) mihi videtur falsa, inconveniens, inintelligibilis, & contraria principiis nostris. Insinuo probationes dati judicii. Falsa, qui nititur fundamento perquàm falso, de quo videndus Doctor Eximius tùm *lib. 1. de Gratia cap. 12. & lib. 5. cap. 52.* Tùm de Angelis *lib. 7. cap. 7.* Et ratio brevissima sit: quia libertas nostra est vestigium Divinæ: cur ergo si Divinæ, cum æquali cognitione detur electio, non dabitur & humanæ? Aut unde nascitur ista necessitas?

Vazquez impugnatur ex Suarez, & ex mentis quæ dabuntur 1. 2. tract. de Act. h.

278 Inconveniens, primò: quia satis absurdum apparet negari voluntati sic præventæ libertatem quoad speciem. Secundò: quia parat viam ut negetur etiam libertas quoad exercitium: & quidem in sententiâ negante puram omissionem, quæ est adeò probabilis, & certè probabilior mihi, necessariò videtur sequi: nam si objectum delectabile efficiùs proposita omitti non potest per amorem oppositi: quomodo possit velle carentiam odii, quæ consequenter proponitur in eo casu minùs vividè, & minùs bona? Nec valet recursus ad potentiâ voluntatis, ut distrahat intellectum: Nam bonitas illius distractionis fortè non apparet, & si appareat, etiam minùs vividè proponatur necesse est, titillante efficaciùs objecto delectabili.

Ex tract. de Act. Hum.

279 Inintelligibilis: nam fateris non consistere illam majoritatem in intensione, neque in individuatione actûs: in quo ergo consistit? Dicis, in quadam coaptatione: verùm si ista coaptatio non sit merè extrinseca desumpta à Scientiâ Mediâ, ut certè apud te nō est: nam si entitativè est major cognitio, illa quæ est efficax, quàm illa, quæ est merè sufficiens, redit interrogatio: nam in actu non est nisi cognitio, intensio, & individuatio. Si ergo non cognoscitur, nec sciturin quo consistat ista coaptatio, quomodo potest voluntas imperare, ut illam intellectus quæ rat, & habeat? Quomodo est in Voluntate sufficientia, dum illâ caret? Quod si recurras ad certas dispositiones subjecti sine libertate suppositas incidis in Curielem.

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

280 Contraria principiis nostris. Primò: quia inde sumitur causa negandi Scientiam Mediam: admittendi Prædeterminationes, & alia hujusmodi. Secundò: quia non staret, quod unus, & non alius converteretur cum physicâ æqualitate Actûs primi ex parte vocati: quod præterquâ nobis, repugnare videtur Augustino, & manifestè repugnat increpationibus comparativis Scripturæ. Tertiò: quia qui eâ careret, careret auxilio sufficienti: nec valet recursus adhibitus distractionis: Tùm quia Voluntas etiam caret efficaciori cognitione commodi, quod sibi fit in illâ distractione: Tùm etiam quia non cognoscit Voluntas in quo consistat illa major efficacitas, quæ opus est, ut illam imperet, & ad illam inquirendam applicet intellectum. Vide Patrem Suarez.

P. Suarez.

SECTIO IV.

REIICITVR QVARTA SENTENTIA Mediâ: Vbi de inadquiribilitate, & inevitabilitate etiam indirectâ, & argumentis Physicæ Prædeterminationis.

Prædeterminatio inadquiribilis, & inevitabilis. Suprà nu. 15. & 16. & lib. 13. num. 148.

281 QVas ostendo simul, & impugno sententiam, primò: quia posse vel evitari per dissensum, vel acquiri per consensum, Prædeterminationem necessariò prærequisitam ad ipsum, idque indirectè, necessariò dicit, posse, *dissentire liberè* cum ipsâ Prædeterminatione *ex oppositum*; dicit subjectionem Prædeterminationis ad arbitrium; dicit esse in nobis ex nobis; dicit non præoccupari nos ab ipsâ in electione: Sed ex quatuor his tria vel repugnant conceptui Prædeterminationis, vel negantur à Thomistis a primum est falsæ suppositionis: ex totâ *disputatione 12.* Ergo acquiribilitas, etiam indirecta Prædeterminationis est omninò repugnans respectu nostri.

Suprà à num. 68.

282 Confirmatur: Prædeterminatio omninò præoccupat omnem usum arbitrii nostri: ergo nec evitari liberè potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

à nobis, nec acquiri. Probo consequentiam: quod enim est ante omnem usum arbitrii nostri, non existit ex aliquo usu arbitrii nostri: quod autem non existit ex aliquo usu arbitrii nostri: existit citra ullam libertatem nostram: quâ ergo ratione potest à nobis vel impediri, vel acquiri? Vrgetur: Vel infunditur nobis à Deo prædeterminatio ex prævia notitia nostri usûs arbitrii, vel non? Si secundum: ergo infunditur nobis à Deo inevitabiliter. Si primum: *ecce* rogo: *Primum*: vel illa notitia Dei est evitabilis à nobis, ac proinde decretum, vel non? Si est evitabilis: ergo admittitur tota difficultas Scientiæ Mediæ. Si non est evitabilis: quâ ratione sit evitabilis Prædeterminatio? *Alterum*: illa notitia prævia est de usu ex ipsâ Prædeterminatione futuro vel non? Si secundum: ergo jam præcedit usus arbitrii, qui ex Prædeterminatione non sit. Si primum: quid ergo juvat illa notitia, ut penès nos sit acquisitio, vel impeditio Prædeterminationis, aut quam arguit in ipsâ Prædeterminatione dependentiam ab arbitrio nostro?

283 Secundò: Implicat in terminis ipsis acquiri rem ex alienæ libertatis usu præhabitam, unicè per usum ex illâ sic præsuppositâ nascentem: & similiter impediri rem ipsam ex alienæ libertatis usu præimpeditam, unicè per usum ex illâ impeditione præsuppositâ nascentem: sed usus arbitrii nostri necessariò per vos supponit Prædeterminationem ex libertate Dei antecedenter negantis, & præexcludentis: ergo implicat, quòd acquiratur per usum, aut impediatur per non usum arbitrii nostri. Fateor, Syllogismus me concludit. Minor est vestra. Majorem qui neget, necesse est fateatur nos acquirere vitam, & libertatem, & existentiam per actionem inde subortas: & impedire per non usum pecuniæ, pecuniam, quam fur abstulit.

284 Confirmatur, ne ludamus in verbis: Potestas acquisitiva Prædeterminationis, apta non est, ut servet libertatem; nisi sub aliquo verò sensu constituat in nostrâ liberâ potestate, acquirere Prædeterminationem: sed ad hoc, illâ potestas indirecta, & arguitiva acquirendi non sufficit: ergo. Major patet: alioqui premunt invincibiliter argumenta, in quorum impeditionem fingitur ista solutio. Probo minorem: consensus ex eâ prædeterminatione subortus non est vera acquisitio prædeterminationis: ergo potestas cõsentiendi non est potestas verè acquirendi prædeterminationem. At nulla est alia per te acquirendi potestas, nisi potestas consentiendi. Probo igitur antecedens: Vt consensus sit vera acquisitio Prædeterminationis non sufficit esse aliquid ex quo inferatur existentia prædeterminationis: alioqui omnis actio esset acquisitio suæ causæ, & nos, Dei: At nullus est alius titulus in consensu, ut aliqualis acquisitio dici posset: nam cætera prædicata maximè repugnant acquisitionis muneri, & nomini: ergo.

285 Tertiò: Implicat etiam in terminis: quòd acquiratur extremum essentialiter posterius alio, quin istud aliud antecedenter præhabeatur, & acquiratur: sicut implicat, quòd producatur extremum *B.* essentialiter posterius productione extremi *A*, quin supponatur productio talis extremi *A*: & sicut implicat existere extremum *B* essentialiter posterius extremo *A*, quin antecedenter existat tale extremum *A*: & ratio est: quia ipsum acquiri extremum *B* supponit essentialiter acquisitionem extremi *A*: & ipsum produci extremi *B* supponit essentialiter ipsam productionem extremi *A*: & ipsum existere extremi *B* supponit essentialiter existentiam extremi *A*: sicut ergo repugnat acquiri, produci, existere extremum *B*, quin acquiratur, producatur, & existat ipsum extremum *B*: cùm ipsum acquiri, produci, & existere extremum *B*, ratione essentialis posteriöritatis sit præacquiri, præproduci, & præexistere extremum *A*: repugnat acquiri, produci, & existere extremum *B*: quin antecedenter acquiratur, præproducatur, & præexistat extremum *A*: ergo quia nulla res se ipsam antecedit, acquisitio, productio, & existentia extremi *A*, præcedit ad acquisitionem, productionem, & existentiam extremi *B*, & ab

ab illâ distinguitur: ergo acquisitio extremi *A*, non posset esse ipsamet acquisitio extremi *B*, vel ipsum extremum *B*: quod perinde est: ergo si nulla sit in homine potestas ad exercitium præcedens ad extremum *B*, qui sit consensus v. g. nulla erit in ipso potestas ad exercitiũ, quod sit acquisitio extremi *A*, quæ Prædeterminatio sit essentialiter prior ad ipsum consensum: ergo per consensum acquiri non potest.

286 Discursus urgeri debet exemplis: nam manifestè convincit, repugnare quòd quis possit acquirere principium alicujus actionis, nisi possit habere exercitium, quod præcedat ad talc principium. Quare si Prædeterminatio acquiri potest, debet ipsam posse præcedere aliquis usus arbitrii, qui dispositio sit ad ipsam, quod dicere nequit ista sententia, quia relabatur in quintam.

SECTIO V.

REIICITVR QVINTA SENTENTIA Media: Vbi de prævia dispositione ad Prædeterminationem tam positivâ, quàm negativa.

Ex nu. 17. & lib. 13. à nu. 150. Supra à nu. 181. Contra Alvarez, & Thoma sum.

287 TEtigi jam, & præcidi nervos discursûs hujusmodi *supra à num.* 181. contra Didacum Alvarez, & Ioannem à Sancto Thomâ. Nunc diruam universalius disputando: quia res est in quam frequenter reveniunt, disputatione coacti, Thomistæ. Et primò impugno sententiam in genere: Nam, ut *ibi* cæpi dicere *num.* 199. Actus prædeterminati eatenus essent Liberi nobis, quatenus nobis esset libera prædeterminationis existẽtia: ergo non essent formaliter, & immediatè liberi, sed mediatè, & in causâ: ergo tota laudabilitatis, aut vituperii ratio formaliter sisteret in illâ prævia dispositione: nec verò in amore Dei, vel in ejus odio subsecuto consisteret: quod communi existimationi, & Patrum sensui repugnat.

Vlterior Impugnatio.

288 Impugno secundò etiam in genere: Prædeterminationis existentia pendet à prævio usu libertatis humanæ: ergo qui non præmittit illum usum dispositivum caret physicâ Prædeterminatione. Hoc entimema verissimum est. Ex eo autem tria fiunt, maximè contraria toti Thomisticissimo. *Primum*: ultimam rationem, cur sit in homine vel non sit Prædeterminatio, esse libitum hominis, & non Dei. *Alterum*: Deum expectare hominem, ejusque libertatis usum, ut prædeterminet, & det auxilium, & initium efficax conversionis. *Tertium*: discretionem primariam operantis salutariter à non operante, hominis esse, & non Dei.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Et primò quidem.

289 Ex triplici hoc capite clamare solent Thomistæ contra Nos, faciendo nos semipelagianismi reos. Triplex hoc malum, (quod quàm longè sit à Doctrinis nostris, *postea* demonstrabitur) ex discursu præsenti Thomistarum sequi, sic probo: Per vos non existit Prædeterminatio nisi præcedat, ut dispositio, libitum accipientis: ergo ultima ratio, cur existat, & conferat Deus, libitum accipientis est. Implicat autem, quòd accipientis libitũ sit ultima ratio, cur Prædeterminationẽ conferat Deus, quin Deus expectare debeat libitum accipientis, ut conferat, & quin ipsummet accipientis libitum sit primaria ratio discernendi Prædeterminatum ab imprædeterminato: ergo & quin sit etiam primaria ratio discernendi operantem salutariter à non operanti.

Infrà à num. 361. & lib. 5. à nu. 173. & sæpe alibi tract. 3.

290 Impugno tertiò etiam in genere, ex *triplici* absurdo manifesto. *Primum* sit, sequi ex hujusmodi Doctrinâ Scientiam Mediam. *Secundum*, sequi, hominem prædeterminare ipsum Deum, antecedenter ad omne decretum istius. *Tertium*, sequi, hominem posse frustrare omnia media Divinæ Providentiæ, ita ut in Dei manu non sit ipsum prædestinare per merita. Ostendo *primum*: Per vos ne Prædeterminatio pessumdet arbitrii libertatem in operando, necesse est præcedat ut dispositio, prævius usus sive positivus sit, sive negativus: ergo necesse est quòd talis usus præcognoscatur à Deo. Hæc evidentia sunt. Rogo nunc: in quo videt Deus hunc prævium usum? Non certè in prædeterminatione: quia hæc subsequitur. Non in aliâ prædeterminatione ad illum prævia: nam de hac erit ipsamet quæstio: non demum in Decreto. Tùm quia illa dispositio est, ut decernat Deus. Tùm etiam quia dificultas devolvetur in Decretum hujusmodi; rogabimus-

Secundò:

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

musque an sit in hominis manu, quòd decretum existat, vel non existat. Restat ergo, quod unicè videat illum usum liber tatis in seipso, & quidem impedibiliter: quod sine Scientiâ Mediâ nequit admitti.

291 Ostendo *secundum*: si Deus prædeterminet antecedenter ad omnem usũ arbitrii, tollit per vos libertatem istius: ergo prius est, quòd existat aliquis usus arbitrii, quâ quòd Prædeterminet Deus: ergo existit Prædeterminatio ex prævia determinatione Creaturæ: ergo Creatura prædeterminat ipsum Deum. Ostendo *tertium*: Prædeterminatio per vos stare non potest cum libertate, nisi præcedat ad ipsam liberam dispositio creaturæ: ergo si creatura resistat, nequit Deus per ullã prædeterminationẽ facere, quòd operetur liberè: atqui potest creatura resistere, & nolle se disponere: ergo possibilis est casus, quo Deus nequeat per ullum suæ Providentiæ medium exculpere à creaturâ liberum exercitium: ergo.

Tertiò: 292 Impugno tandem in specie sic: Vel illa prævia dispositio, quæ poneret in hominis manu Prædeterminationem deberet esse positiva, vel negativa: Neutra potest: ergo nulla. Major est ipsa Sententia, quam reijcio: in minori divisi Thomistæ sunt ut supra dictum est & repræsentabo clariùs *lib. 13. à num. 150.* eaque probanda per partes: & imprimis illa dispositio nequit esse positiva: Primò: nam si esset dispositio positiva, esset operatio libertatis: rogo nunc: vel talis operatio prævièt dispositiva, est operatio imprædeterminata, vel non? Si primum: ergo chimera non est, ut Thomistæ putant, quòd creatura operetur, sine ullâ prædeterminatione. Deinde cur creatura potest se sine ullâ prævia prædeterminatione disponere per aliquem actum; & eget prædeterminatione ad alios? Demũ, si stat operari creaturam imprædeterminatam, quin in positione talis dispositionis operetur ut primum Agens, ut primum liberum, ut primum determinans: cur hæc mala Thomistæ timeant, si sine ullâ prædeterminatione voluntas erumperet in alios actus? Si ergo secundum: etit eadem quæstio de prædeterminatione ad illam dispositionem requisitâ: quòd si recurras ad aliam dispositionem, sta-

Supra à nu. 191. & 13. à num. 150.

tuetur quæstio de ipsâ, donec vel ad operationem dispositivam imprædeterminatam, vel ad Prædeterminationem, quâ non fit hominis vel carere, vel non carere, veniã; fietque demum ex duobus alterum; vel Causas creatas non egere titulo suæ subordinationis essentialis ad Primam, quòd ista prædeterminet; vel operationem, quam dicimus liberam, imputari carenti, sine ullâ culpâ suâ, necessario prærequisito: cujus existentia in ejus demum manu non est.

293 Secundò contra illam dispositionem positivam argumentor alio dilemmate: vel talis dispositio supernaturalis est, vel naturalis? Si secundum: contra primò: nam inde manifestè fit Gratia Naturæ pedisequa contra Prosperum, & Augustinum. Secundò fit, ultimam rationem cur hunc præ alio trahat Deus, ex naturâ esse, & non ex Gratiâ contra ipsum Augustinum dicentem: *Cur hunc trahat, & illum non trahat, noli judicare.* Tertiò: principalis discretio operantis salutariter à non operanti, potiùs esset Naturæ, quàm Gratiæ, hominis volentis potiùs, quàm miserentis Dei contra Apostolum. Quarrò: quia jam esset initium conversionis ex nobis: quæ singula ex eâ parte dilemmatis apertè nascuntur, & semipelagianissimo plena sunt.

Prosper. Augustin.

294 Si ergo primum: redit indissolubilis quæstio: quænam est hæc supernaturalis dispositio? præcedit ad ipsam alia? eget prædeterminatione, ut fiat? dici enim debet, vel salutarem operationem, qualis esset illa supernaturalis dispositio, reipsâ prædeterminatione nullatenùs egere, ut actu sit: vel prædeterminationem ad ipsam non esse in nostrâ manu: vel recurrendum in infinitum. Hoc per se patet, quàm sit absurdum. Secundum dici nequit: nam si illa prædeterminatio ad habendam dispositionem non est in manu hominis, cur huic imputas, quòd se non disponat, indignus auxilio, quo sine vitio caret? aut si huic imputas, quod se non disponat, licèt in manu non habeat prædeterminationem ad ipsam dispositionem; cur hic recurris ad præviam dispositionem, ut cum prædeterminatione ad amandum componas libertatem amoris? dicendum est ergo pri-

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

primum, quod unicè intendimus: ergo illa dispositio prævia, quam requisitis, non potest esse positiva.

295 Sed nec esse posse negativam ostendo sic primò: quia inde sequitur, præter alia inconvenientia, quæ ponderavi promiscuè contra dispositionem præviam, omissio pura libera, quam negat possibilem Schola Thomistica. Secundò: quia illa dispositio negativa vel eget prædeterminatione prævia, vel non? Si secundum: rogo primò: ubi Deus illam agnoscat? rogo secundò: unde determinatur, quòd sit futura? rogo tertiò: quâ ratione ab indifferenti, ut tali, nascitur? quatum inter rogationum solutio sine Scholæ desertione dari nequit. Si ergo primum: en redit de istâ prædeterminatione nova quæstio, quam non evades. Tertiò: quia illa dispositio negativa necessariò se debet habere per modum removentis obicem, qui posset obstare prædeterminationis existentiæ, & infusioni; at nullus opponi potest ex parte hominis obex, ne Deus prædeterminet: ergo talis dispositio negativa implicatoria est. Major & consequentia constant. Major: nam omnis negatio tollit de rebus aliquam existentiam: ergo si necessaria est, ut Prædeterminet Deus, prævia negatio, ideò videtur necessaria ut obicem tollat. Iam illa consequentia: quia ubi nullus est obex, qui removeri possit, carentia, & remotio obicis otiosa est, & implicatoria.

296 Minor ergo, in quâ est difficultas, ostenditur: nam obex ille nec esse potest habitualis nec actualis: ergo nullus: nam alterum ponere, fingere est. Probatur antecedens de Habituali: quippe obex habitualis tolli non potest ex arbitrio solius voluntatis: quod clarissimum fiet descendendo: nam peccatum originale, aut habituale quomodo tollas? quomodo tollas dispositiones alias per modum habitûs præexistentes in te? Non ergo potest assignari, quem illa negativa dispositio tollat, habitualis ullus obex. Probatur idem antecedens de Actuali: nam talis actualis obex esse deberet actus positivus: vel ergo prædeterminat ad ipsum Deus, vel non prædeterminat, vel ipse ponit sine prædeterminatione potest? Si tertium: ergo non repugnat positivum exercitium, sine ullâ prædeterminatione prævia. Si secundum: ergo non definit existere ex liberâ remotione voluntatis, sed ex defectu divinæ præmotionis. Si primum: ergo quòd talis sit obex, ex Deo est anticipante determinationem Creaturæ.

297 Confirmatur primò: quia nullus potest assignari actus, qui possit facere vicem obicis, ne Deus pro suo libito prædeterminet: nam si contrarius sit actus illi, qui reipsa præcipitur (neque alius poterit assignari) de hoc contendimus necessarium fore, cùm fiat sine prærequisito essentiali ad actum oppositum: imò supponat nolitionem divinam prædeterminandi ad actum, qui præcipitur, & ipsam imprædeterminationem.

298 Confirmatur secundò: & meo judicio, indissolubiliter: illa dispositio negativa non resistendi Deo vel se habet ex parte actûs primi, vel ex parte actûs secundi? Non primum: primò: quia ille status est status præcisionis ab omni determinatione: est status indeterminationis, & indifferentiæ. Secundò: quia illa non resistentia est ipsamet Natura libertatis in signo indifferentiæ: unde si hæc dispositio sufficeret, non esset dispositio libera: nec ullius prædeterminatione careret. Non secundum: primò: quia status ille est status applicationis prædeterminantis: vel ergo prædeterminat Deus ad amorem vel non? Si secundum: est non-amor ex defectu applicationis ad amorem: atque adeò est resistentia ex Deo potiùs nolente prædeterminare, quã ex creaturâ. Si primum: est amor, & illa non resistentia ex ipso Deo. Secũdò: quia illa non resistentia præcedit ad esse prædeterminationis, vel non esse: nam neganda vel danda est ex illâ non resistentiâ: ergo homo liber ad resistendum, vel non resistendum potest facere, quòd sit vel non sit in ipso prædeterminatio: ergo præscindit in eo statu ab applicatione ad amorem præceptum v. g. atque adeò non amat: quòd si non amare, resistere sit: ille quando pingitur liber ad non resistendum, supponitur resistens ex defectu Doni divini. Deinde præscindere debet ab applicatione ad actum oppositum: nam si antecedenter applicatur ad actum oppositum, rogamus à quo applicetur?

Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Si ergo sic præscindat; caret eòipsò pro eo priori actu opposito amori: & quidem necessariò ex defectu præviæ applicationis ad ipsum actum oppositum: unde si carere tali actu sit non resistere: nullus liberè resistere potest antecedenter ad prædeterminationem: quare vel Thomistæ dicere tenentur inintelligibilia: vel ista præcedentia dispositionis chymerica est.

299 Vrgentur hæc omnia: primò: nam vel Deus habet decretum efficax absolutum (prædeterminandi Petrum, cui præcipit amorem, vel non? Si primum: ejus voluntati quis resistet? ergo omnis resistentia impossibilis Petro est: atque adeò necessarius amor. Si secundum: ulterius rogo: vel habet decretum efficax imprædeterminandi, vel non? Si primum: ergo non amor est necessarius Petro: nam amor imprædeterminatus est impossibilis. Si secundum: quâ ergo ratione vel decernit prædeterminationem Deus, vel imprædeterminationem? dices, conditionatè decerni: redit ergo illa molesta quæstio: expectat ergo Deus libitû Petri cognoscere, & ubi cognoscit? Si enim in Decreto: de hoc erit novissima quæstio. Si demum in seipso: en Scientiam Mediam, quam odio habuistis gratis. Vrgentur secundò: Nam præcipienti amorem non resistere est amare: vel est non ponere non amorem; non amor desinit poni per positionem amoris: ergo si necessaria est pro dispositione ad Prædeterminationem amoris præcepti non resistentia, seu exclusio non amoris, necessarius erit ipsemet amor: quo tandem ad mutuam prioritatem Sextæ Sententiæ fit recursus.

SECTIO VI.

REIICITVR SEXTA SENTENTIA Media: Vbi de mutuâ Prioritate.

§. I.

AN MVTVA PRIORITAS POSSIBILIS?

Suprà nu. 36. & lib. 3. à num. 149.

300 DE quâ *quinque Verba* dicam in sensu meo. *Primum* in genere: eam ex conceptu suo contradictionem involvere. *Alterum*: non evitari per ipsam, etiam gratis permissam, inconvenientia quæ contra Prædeterminationem ponderavimus. *Tertium*: eam manifestè contradicere principiis Scholæ Thomisticæ. *Quartum*: non adversari minùs catholicis regulis Ecclesiæ, & Augustini. *Vltimum*, eam specialiter cum actûs libertate stare non posse.

Capita Impugnationis.

Mutua Prioritas quousque impossibilis?

301 Primum, quia res est merè philosophica, breviter ostendo, & *ad homines*, primò: Nulla causa est apta causare, quin physicè existat in se: unde signum aptitudinis ad causandum in causâ est signum existentiæ jam exercitæ. Deinde nulla causa potest existere in se, quin reipsa præinfluxerint in ipsam omnes, & singulæ causæ, ad existentiâ ejus simpliciter necessariæ, cujuscumque sint generis: unde signum existentiæ in causâ est signum præexistentiæ omnium causarum, à quibus illa per se pendet in existendo. Hæc duo principia communiter admittuntur, ut per se nota. Primum: quia à nihilo nihil fit: conceptus autem non existens, nihil est. Alterum: Tùm quia existentia rei creatæ est actuale exercitium omnium causarum à quibus pendet. Tùm etiam quia terminus acquisitus, seu in facto esse, qualis est existentia effectûs respectu causarum, ex conceptu suo dicit petractas esse jam vias omnes pro ejus acquisitione simpliciter necessarias: influxus autem omnium omninò causarum, cujuscumque sint generis, viæ sunt.

302 Ex his ergo principiis Syllogismum demonstrativum efformo sic: Causa in signo suæ existentiæ, & aptitudinis ad causandum non dicit formalem existentiam effectus: nam exercitium sui non dicit; atqui dicit in eo signo formalem existentiam omnium sui causatum; nam est earum actuale exercitium: ergo inter illas causas non est effectus: ergo mutua prioritas est inintelligibilis. Vide multa apud Delugo *Pœnit. disp. 8. sect. 7.*

Card. de Lugo.

303 Ostendo secundò & specialiùs: Causæ puræ materiales, & dispositivæ, eatenùs causant, quatenus movent ad decernendam productionem alterius Deum, volentem hanc existere, quia videt illarum existentiam. Deinde omnis causa ex conceptu suo est per se utilis ad existentiam effectûs. Hęc etiam duo principia sunt per se nota nolenti naturale lumen obtenebrare. Primum: quia conditionis influxus, ut contradistinctus à physico, & purè finali, aliter est inexplicabilis. Alterum: quia nihil magis utile rei de per se, quàm ens à quo accipit esse.

304 Ex his ergo sic arguo. Implicat manifestò, quòd Deus velit decernere Prædeterminationem, quia est actus creaturæ, & quòd simul velit prædeterminationem, ut medium utile ad existentiam talis actûs: ergo implicat, quòd actus creaturæ sit dispositio ad existentiam prædeterminationis; & quòd hæc in eo casu sit utilis ad existentiam talis actûs: ergo & quòd sit causa: ergo implicat mutua vestra prioritas. Duæ ultimæ consequentiæ bene sequuntur; & prima negari non potest: nam implicat rem esse utilem ad alterius existentiam, eamque non posse eligi à Deo ut utilem: alio qui non posset ea utilitas à Divinâ Providentiâ intendi, nec ex positione talis boni Deus esset laudabilis. Iam antecedens, quo nituntur hæc omnia sic probatur: nam volitio decernens productionem rei, quia existit altera: coipso supponit istius existentiam: implicat autem illum, qui supponit existentiam rei, eo ipso actu quo supponit, quærere media, ut existat. Pulcra rem in hanc Mauri Romanus brevi multa complexus *in suâ Physicâ quæst. 23.* & alia colligentur ex dicendis.

Sylvester Mauri.

§. II.

ETIAM PERMISSA POSSIBILIS, NEC favet Scholæ Prædeterminanti, nec ejus principiis.

Neque favere potest Prædeterminanti Scholæ.

305 SEcundum ostendo sic primò: mostrando non salvari posse libertatem cum prædeterminatione ex recursu mutuæ prioritatis. Nam actus, qui prædeterminatur, ut præcedit ipsam prædeterminationem, vel est liber nobis, vel non est liber? Si secundum: ergo nec est nobis liberum, quòd existat Prædeterminatio cum illo connexa: non enim potest esse liberum nobis quod est unicè in nobis sub hypothesi nobis non liberâ: unde redeunt argumenta contra quæ quæsitus est iste mutuę prioritatis color. Si primum: ergo actus iste, ut præcedit prædeterminationem, nò est merè passivè in nobis, sed physicè productus: quod enim merè passivè est in nobis, & quod à nobis physicè non est, nequit esse nobis comodo liberum, ex Tridentino *Sess. 6. cap. 5. & can. 4.* ergo nos pro priori ad ipsam prædeterminationem producimus actum: ad quid ergo superveniens prædeterminatio? Quare primum inconveniens libertatis læsæ *à nu. 68.* propositum, non fugit iste recursus.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Quid requiratur ad libertatem ex Tridentino?

Infrà à nu. 322.

Suprà à nu. 68.

306 Ostendo secundò monstrando nec etiam evitari inconvenientia quæ ponderavimus *à nu. 147.* quòd nempe unicè per Deum abesset, quòd peccarent homines: sic argumentor: etiam datâ mutuâ istâ prioritate, tam abesset per Deũ, quàm per hominem observatio præceptorum: imò per Deum potiùs, quàm per hominem. Sequela, quæ manifestè contradicit Scripturæ, Tridentini, Patrumque Sententiis eò directis, ut ostendant unicè per hominem abesse perseverantiam in amicitiâ Dei, probatur quoad primam partem: Nam abest per hominem ea perseverantia, & observatio præcepti, quia pro priori in genere causæ materialis ponit efficax impedimentum illius: ergo æquè per Deum abest, quia pro priori in genere causæ efficientis ponit efficax impedimentum ejusdem. Probatur quoad secundam: nam potior est in genere prioritatis, & causalitatis, quæ ad genus effectivum, quàm quæ ad genus materiale spectat: & exinde per vos potior est Deus in opere bono, quàm creatura; sed prioritas impedimenti, quod homo ponit, & quo se impedit, spectat ad genus materiale: ad effectivum verò prioritas impedimẽti, quod ponit Deus, & quo impedit hominem: ergo potiùs Deus hominem impedit, quàm seipsum homo: ergo. Alia inconvenientia facilè quisque sequetur.

Et à n. 147

307 Tertium ostendo sic primò: quia in hac præcedentiâ nostræ actionis ad Divinam gratiam in genere causæ materialis, patiuntur manifestam instantiam quæ hucusque contra Nos Thomistæ vociferati sunt, ut expendenti constabit: nam ex hoc capite discretio sumi debet à nobis: Deus expectare debet, ut confe-

rat

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

rat gratiam, ipsos conatus nostros: ruit divinus ille in determinando primatus, quo Thomistæ toties inclamant contra nos: quorum omnium ratio est: quia licèt in diverso genere, tamen verè, & æquè priùs esset à creaturâ id, quo posito manet ipsa determinatissima, ut operetur, quàm à Deo.

308 Secundò: quia nihil Thomisticæ Scholæ magis oppositum fingi potest, quâ quòd creatura prædeterminet Deum ad operandum. Deus enim unicè juxta Thomistas jus habet se, & alia agentia primò determinandi: at ex hac mutuâ prioritate id sequi patet: nam illemet actus creaturæ est pro priori aliquo, & ita movens Deum, ut eo viso necessario debeat operari.

309 Tertiò: etiam ex eâ mutuâ prioritate sequi Scientiam Mediam, quâ nihil magis odiosum Thomistis est, probo: Nam vel ille actus ut præcedit ad determinationem in nobis, quasi dispositio, videtur à Deo tam absolutè, quàm conditionatè in se, & per scientiam à nobis impedibilem, vel non? Si primum: hæc erit Scientia Media, quam nos amplectimur. Si secundum: contra erit primò: quia non erit nobis impedibilis, sicut nec illa Scientia. Contra secundò: in quo illum medio videt? Si in decreto antecedenti, fient de ipso argumenta quæ suprà: nec enim libera nobis esse poterit illa dispositio, si ut talis subsequitur ex divinâ determinatione. Si in ipsâ Prædeterminatione: sic arguo: non potest esse medium videndi in ipsâ prædeterminatione rem ipsâ priorem, ut prior est, antecedenter ad ipsam prædeterminationem, ut per se patet: in quo ergo videt?

§. III.

SPECIALITER IMPLICAT IN PUNCTO Laudabilitatis, & libertatis.

Ex Scriptura, & Augustin.

310 QVartum, quod intendo potissimùm, ostendo sic, repræsentaris in antecessum pulcherrimis locis Scripturæ, & Augustini. Primus sit ille Pauli *Rom.* 11. *Si autem Gratia jam non ex operibus; alioquin Gratia jam non est Gratia.* Alter ejusdem *ad Ephesios* 2. *Gratiâ enim salvati estis per Fidem, non ex operibus, ne quis glorietur.* Tertius sit Augustini *lib.* 1. *de Prædestinatione SS. cap.* 12. *non quia credimus, sed ut credamus vocamur: atque illâ vocatione, quæ sine pœnitentiâ est, id prorsus agitur, & peragitur, ut credamus.* Quartus ejusdem *ad Simplicianum quæst.* 2. *Opera, si qua sunt bona consequuntur, ut dictum est, illam Gratiam; non præcedunt.* Quintus ejusdem *lib.* 83. *quæstionum quæst.* 68. *Licèt quis sibi tribuat, quòd veniat vocatus, non potest sibi tribuere, quòd vocatus sit.* Vltimus ejusdem Augustini *in Ench. ad Laurentium cap.* 32. ubi manifestè vocat *Dei donum*, ipsam *operationem*, quâ salutariter operans *à non operanti discernitur.* Ex his tam claris locis

Formatur argumentum.

311 Arguo primò ex Paulo, & Augustino: Gratia efficax non datur nobis, quia credimus, sed ut credamus: ergo creditio non præcedit ullo vero genere prioritatis ad ipsam Gratiam: alioquin esset jam ex operibus illa vocatio, & esset quia credidimus. *Dicis*: per hæc locâ solam excludi prioritatem meriti propriam. Contra primò: quia debet excludere omne genus prioritatis, quæ faciat priùs nos eligere Deum, quàm nos Deus eligit: hoc autem prioritatem meriti nó requirit. Contra secundò: manifestè contradiceret Augustino, ex eo quòd nulla opera præcesserunt unionem hypostaticam, colligenti *eam non fuisse ex meritis lib.* 1. *de Prædestinatione SS. cap.* 13. qui diceret *præcessisse ad unionem hypostaticam opera non quidem meritoriè, infallibiliter tamen inferentia talis unionis existentiam*: ergo similiter. Contra tertiò: quia si priùs credimus, quàm vocemur, merebimur ipsam vocationem: modus arguendi Augustinianus est *lib. ipso primo de Prædestinatione SS. cap.* 17. *Si propterea electi erant, quoniam crediderant, ipsi eum utique priùs elegerant credendo in eum, ut eligi mererentur.*

Augustin.

312 Arguo secundò ex Augustino: opera bona consequuntur, & non præcedunt Gratiam efficacem: nempè *vocationem illam, quâ peragitur ut credamus*: ergo non datur prioritas mutua: hæc enim manifestè falsificat Augustini sententiam. Arguo tertiò: Talis esse debet Præ-

Iterum ex Augustin.

Præcedentia Gratiæ efficaciter vocantis, & talis ejus à nobis independentia, *ut tribui nequeat nobis quòd vocemur*; at datâ mutuâ prioritate, fieri nequit, quòd tribui non debeat nobis, quòd vocemur: Nam ideò Deo vocanti tribuitur, quòd velimus: quia vocatio præcedit in uno genere bonam voluntatem nostram: at si in alio nostra voluntas præcedat vocationem, quidni tribuetur nobis bene volentibus, quòd vocemur? Arguo quartò: Actio libera salutaris est *Dei donum*: ergo *ideò* illam habeo, *quia* Deus dat: *& non ideò* dat Deus *quia* priùs ipse habeo. Et ratio est evidens: quia omnis operatio creata ex conceptu suo habet existere dependenter à Deo, & nullum esse potest habere, quod non sit ex conceptu suo participatum, & acceptum à Deo: ergo idem est habere in me actionem, ac esse mihi donatam à primâ causâ: ergo impossibile est quòd ipse habeam pro aliquo priori actionem, pro quo priori non Deus prædonaverit ipsam mihi. Atqui Gratia efficax *est donatio*, quâ Deus dat homini actionem bonam: ergo impossibile est, quòd pro aliquo priori sit ante ipsam Gratiam efficacem in homine.

313 Vltimum sic ostendo primò: Vel cõtritio ut præcedit dispositivè, existit in nobis ex alienâ Prædeterminatione, vel non? Si primum: ergo nequit esse libera nobis: id enim, quod ex alienâ determinatione est in nobis, non est ex usu dominii nostri. Si secundum: ergo existit, quin ea existentia sit ex prædeterminatione: quod unicè intendimus. Ostendo secundò: urgendo id ipsum aliter: vel contritio, ut disponit ad prædeterminationem, intelligitur efficaciter processisse ab ipsâ Prædeterminatione, vel ab alio principio? Si ab alio: ad quid ergo supervenit Prædeterminatio? Si à Prædeterminatione: ergo processit à nobis non liberè. Probo consequentiam. Nam Decretum infundens prædeterminationem, non supponit ipsam productam, nam eligit medium, ut producatur, & existat: ergo tale decretum habetur à Deo antecedenter ad existentiam, imò & ad prævisionem ipsius: quâ ergo ratione manebit tota sub hac vi decernendi libertas? Ostendo tertiò: Omnis Gratia auxilians, & prevenies, quâ Deus

Aranda de Deo.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Infrà disp 15. à num. 322.

facit, ut faciamus, & cui cooperamur ipsi, talis esse debet ex Tridentino, & Senonensi *infrà* allegandis, & ponderandis, ut ipsi possimus assentiri, contentiendo, vel ipsi resistere, dissentiendo: quod est componere cum ipsâ, vel consensum, vel dissensum: & hoc judicant pro tuendâ libertate necessarium contra Luthera nos, & Calvinistas ista Concilia, *ut infrà*: sed etiam datâ mutuâ prioritate nunquàm talis evadit Motio Prædeterminans: ergo neque datâ mutuâ prioritate, opponi desinet libertati.

SECTIO VII.

REIICITVR VLTIMA SENTENTIA Media: ubi de Qualitate Condeterminante, & Prædefiniente.

Ex nu. 18. & lib. 3. nu. 151.

314 QVod Qualitatum genus, & unâ sententiam eis innixam, impugno primò: quia sine ullo fundamento confingitur in his Qualitatibus ista condeterminatio: nam voluntatis determinationem fieri, auxilio concurrente, nõ est in auxilio condeterminare; sic neque habitus, neque Deus cõdeterminant voluntatem ad actum amoris Theologici; licèt fiat utroque concurrente: nequè Deus etiam condeterminat ad peccatũ, licèt, Deo concurrente, fiat. Quorum omnium à priori ratio est: quia munus, & ratio determinandi, præter vim effectivam, addit libertatem agendi, id est, vim formaliter electivâ unius præ alio: libertas autem, & electiva vis competere nequit auxilio. Confirmatur apertissimè ratio insinuata: nam determinare actionem liberam est de jure electionis: eligere autem est causæ rationaliter, & moraliter operativæ, id est operantis ex consilio: neutrum autem competere potest Auxiliis Divinæ Gratiæ.

Latè 1. 2. Tract. de Actib.

315 Impugno secundò: Subsidia hæc (sive *condeterminantia* voces, sive *prædefinientia*) vel habent ex intrinsecis suis connexionem, & inseparabilitatem essentialem cum effectu, quem causant, vel non? Si secundum: ergo utriusque generis subsidia manere possunt sine effectu ex libito voluntatis. Quòd enim sortiantur, vel non sortiantur effectum, non habent ex se, & ex intrinsecis suis, sed ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

libito Voluntatis volentis ipsis ad operandum uti, vel nolentis, ut lubet: in quo ergo consistit vis ista determinandi?

316 Confirmatur: quia si semel tollas vim electivam, quæ Agenti rationali convenire solùm potest; qualia subsidia ista non sunt, vis determinandi in aliquo comprincipio venire solùm potest ab essentiali connexione cum effectu: ergo si hanc tollas, nullus manere potest in ipsis potens titulus condeterminandi. Si ergo primum hujusmodi subsidia, prædeterminantia sunt, cùm pro priori, & in actu primo ita constituant voluntatem, ut nequeat sic constituta non operari.

317 Dices primò: talia auxilia licèt consequenter connexa sint cum effectu, antecedenter tamen manere sine effectu posse. Contra: vel talia auxilia sunt essentialiter constituta per connexionem cum effectu, vel non? Si primum: ergo implicat ipsa manere sine effectu, non minùs ac implicat ipsa manere sine essentiâ suâ: ergo & antecedenter, & consequenter sunt necessitas, ut, si ipsa sint, sequatur effectus. Si secundum: ergo non habent, unde potiùs cum effectu, quàm cum omissione jungantur, nisi ex libito Voluntatis: ergo non condeterminant, sed purè determinantur ad operandum.

318 Dices secundò: ea auxilia, præsertim prædefinientia, talis esse naturæ, ut si alioquin voluntas non esset consensura, non possint à Deo dari. Contra: quia id est naturas rerum ad nutum fingere. Tùm etiam, quia per talis auxilii positionem immutatur omninò libertas, & causa; nec manet cum illis, quibuscum est prævisa consentire: ergo licèt sine illis prævideretur, & esset consensura liberè, non ideò cum illis manet libera ad consentiendum. Antecedens patet: quia prævisa solùm est cum mediis intrinsecè indifferentibus, atque adeò cum positivâ exclusione necessitantium, vel connexorum ex parte Actûs Primi Proximi.

319 Impugno tertiò: Munus se determinandi ad actionem, privativè convenit Agènti libero: ita ut repugnet, quòd Creatura se liberè exerceat in actione, cujus determinatio pertineat simul ad aliam causam ergo tota sententia, quâ exagito, falsissima est. Consequètia liquet, & antecedens, cujus in veritate stat cardo libertatis nostræ, probandum est *infrà lib. 7.* Brevi nunc primò: ex Nisseno, *orat. Catech. cap. 30. dimisit* (Deus) *aliquid in nostrâ potestate: cujus unusquisque nostrûm solus est Dominus.* Secundò: ex Clemente Papâ, *Epistola 13. nihil est quod audientes fidem ad credendum determinet, nisi arbitrium eorum.* Tertiò, ex Sancto Thomâ *in 2. distinctione 39. quæst. 1. art. 2. 0. ad plura se habet: nec ad aliquod eorum determinatur, nisi ex se ipsâ.* Quartò ex Anselmo in concord. *cap. 1. sola voluntas determinat ibi, quid tenear.*

Latè infrà lib. 7. à nu. 30. & à nu. 340. Contrà Ribadeneyr. Nissenus. Clemens Roman. S. Thomas. Anselmus

320 Quintò ex ratione: nam de ratione libertatis est subordinatio omnium comprincipiorum: quippè est de ipsius essentiali ratione, jus ipsis utendi, ficut & actione, pro libito. Hic condescensus in Deo respectu nostri est ex suâ liberâ dignatione volentis nos constituere in manu consilii nostri: in aliis comprincipiis esse debet ex naturâ ipsorum. Confirmatur: quia dominium libertatis ponit in libito Agentis, & ipsi subjicit existentiam, vel non existentiam rei, cujus est Dominus, qui liberè agit: ergo ponit in libito Agentis, ipsique subjicit actionem ut essentialiter est: ergo ut pendentem à causis, à quibus exiit: ergo ponit in ejus libito influxum talium causarum: ergo tales causæ non determinant, sed determinantur ad operandum.

Illatio offenditur infrà num. 433. & lib. 7. à num. 263.

321 Infer ex his contra Nonnullos Recentes, Prædeterminationes, licèt *per accidens* admissas, & supponentes plenam potestatem ad utrumque, non minùs tollere libertatè, quàm per se requisitas, ut Thomistæ ponunt. Primò: quia de constitutivo libertatis est earùm exclusio, ut & exclusio necessitatis antecedentis. Secundò: quia ea ipsa, licèt adjuncta per accidens, tollunt indifferentiam, vel impediunt. Tertiò: quia omnis determinatio activa aliena, faciens inevitabiliter operari, tollit ex Augustino, Anselmo, & Thomâ libertatem. Quartò: quia necessitas moralis, adjuncta per accidens, minuit libertatem: ergo physica tollit. Vide me *infrà num. 433. & lib. 7. à num. 263.*

DIS-

DISPVTATIO XVI.

VTRI SCHOLÆ FAVEAT TRIDENTINVM, Prædeterminanti, an Nostræ?

In Primæ par. tract. 1. de Deo sciente.

322 NON erat animus locum istum attingere palmariè versatum à Nostris, præsertim à P. Suarez semel, & iterum *in voluminibus de Divinâ Gratiâ*, & novissimè à Reverèdissimo Nostro Thyrso *tom. 1. & quarto selectæ suæ Theologiæ.* Verùm, quia video recentes Thomistas exultare contra Nos Authoritate Tridẽtini, cum Magistro Ferre, & Salmanticensi Discalceato, & Doctore Castell: quando Thomistæ Cordatiores vix se defendere potuerunt ab ictu Tridentini; cogor indagare quid in Tridentino invenerint Thomistæ Recentes in favorem Scholæ suæ Prædeterminantis.

Locus Palmarius ex Trident. P. Suarez. P. Thyrs. M. Ferrè. Discalceati. Doct. Castell.

SECTIO I.

QVID PRO SE ALLEGET EX TRIDENTINO Schola Prædeterminans?

Motivum primum: Ex Trid.

323 ALlegat primò pro se *ex Sess. 6. cap. 5. & can. 3.* in quibus Sacrosancta Synodus loquens de *Gratiâ Præveniente*, distinguit ipsam in *Excitantem*, & *Adjuvantem*: sic enim loquitur *cap. 5. Vt qui per peccata à Deo aversi erant, per ejus excitantem, atque adjuvantem Gratiam ad convertendum se, ad suum ipsorum justificationem, eidem Gratiæ liberè assentiẽdo, & cooperando, disponantur.* Id quod *cap. 6.* repetit: *Disponuntur autem ad justitiam, dum excitati Divinâ Gratiâ, & adjuti, &c.* Can. autem tertio sic loquitur: *Siquis dixerit, sine præveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio hominem credere, &c. posse sicut oportet, ut ei justificationis Gratia conferatur, anathema sit.*

Ferrè. Castell. Discalceati.

324 In his latere Physicam Prædeterminationẽ contendunt Ferrè, Castell, & Salmanticenses Discalceatus. Primò: Nam Gratia Adjuvans est de lineâ actûs secundi, & importat conjunctionem & inseparabilitatem ab illo: sed in prædictis Concilii locis, Gratia Adjuvans manifestè dicitur præveniens: ergo Gratia de lineâ actûs secundi, importans conjunctionem & inseparabilitatem ab illo, est Gratia præveniens: ergo antecedens: ergo antecedit operationem nostram Gratia de lineâ actûs secundi, inseparabilis ab ipsâ. Hæc quæ potest alia esse nisi prædeterminans? Secundò: Adjutorium Dei se habet ex parte actûs secundi: sed *ex can. 3.* datur Adjutorium Dei præveniens: Adjectivum enim Gratiæ prævenientis æquè afficit Inspirationem, ac Adjutorium: ergo. Tertiò: Præter Gratiam excitantem, quâ vocamur, datur etiam Gratia Adjuvans quâ disponimur ad conversionem: ergo Gratia adjuvans prævenit etiam & antecedit ad conversionem: dispositio enim præcedit ad id, ad quod dispositio est, sed Gratia adjuvans est Gratia connexa cum operatione: ergo Gratia connexa cum operatione præcedit ad ipsam operationem. Quartò ex *can. 3.* negari nequit Adjutorium Dei ad actu credendum *prout oportet*: vel ergo datur physica prædeterminatio, vel non? Si primum: habetur intentum. Si secundum: non est adjutorium assignabile ex parte actûs secundi: ergo homo suis se viribus determinat ad credendum prout oportet.

Motivum secundum: Ex Trid.

325 Allegat secundò pro se *Can. 4. ejusdem 6. Sess.* ubi dicitur *liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum, &c. posse dissentire, si velit*: ubi Concilium *duo* distinguit: *Excitationem, & Motionem*; utramque *prævias*: & addit, componi cum utraque Potestatem dissentiendi: quæ est tota doctrina Scholæ Prædeter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

terminantis. Vnde sic arguitur: Præter excitationem, quâ vocamur à Deo ad operandum, datur etiam motio Dei, cum operamur; cum potestate non operandi composita: sic enim definit Tridentinum: sed ista motio nequit non esse prædeterminatio: ergo cum potestate non operandi, componitur Prædeterminatio ad operandum: ergo & libertas. Minor probatur: quia ista motio prævenit: ista motio est adjutorium, de quo *can. 3.* ista motio est cum ipsâ operatione conjuncta: istâ motio est Gratia ipsa efficax: ergo.

Motivum tertium: Ex Trid.

326 Allegat tertiò *Sess. ejusdem 6. cap. 16* ubi Concilium sic loquitur: *Non habere hominem, unde in se glorietur, & non in Domino, cujus tanta est bonitas erga homines, ut eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius Dona.* Ex quo loco arguitur primò: qui agit ex propriâ determinatione, & non determinatur ab alio, gloriari potest in eo quod agit: suum enim est: sed ex Concilio homo operans non potest in se, sed in domino gloriari: ergo non agit ex determinatione excludente Divinam prædeterminationem. Secundò: Merita Nostra, *ex Concilio* sunt dona Dei: ergo donantur ab ipso Deo: ergo præcedit in Deo actus Donandi. Sed actus iste Donandi nequit non esse prædeterminans: ergo.

Motivum quartum: Thomasius Labat. M. Ferrè. Moderni Thomistæ.

327 Allegat quartò Discursum, qui formatus à Ioanne de Sancto Thomâ plurimùm placuit Modernis Prædeterminatoribus, eumq; vocat Labat Dominicanus *inextricabilem.* Sic proponitur: *Canone 4. Sess. 6.* damnat Tridentina Synodus errorem Calvini: ergo Propositio Tridentini debet esse contradictoria Propositioni Calvini. Sed non esset nisi daretur physica Prædeterminatio cum Nostrâ libertate composita: quod probatur. Nam Propositiones Contradictoriæ debent esse de eodem subjecto, & prædicato; cum solâ differentiâ affirmandi, & negandi: atqui subjectum Propositionis Calvinianæ erat Gratia ab intrinseco efficax, deque eâ negabat componi cum libertate: ergo subjectum Propositionis Tridentinæ est eadem Gratia ab intrinseco efficax, affirmans de ipsâ, cum nostrâ libertate componi. Aliter: de Gratiâ physicè prædeterminante dixit Calvinus hominem ipsi non posse dissentire: sed de eadem Gratiâ definit Concilium, hominem posse dissentire: ergo definit id de Gratiâ physicè prædeterminante: ergo.

Sensus Veterum Thomistarum.

328 Mira sunt Hominum studia. Thomistæ Vetetes in eo toti fuere, ut propulsarent adversus Prædeterminationes Physicas, ictum argumenti ex Doctrinâ Tridentini formati: Recentes verò, quasi acutiori visu penetraverint Tridentinæ Synodi reconditos sensus, adeò hæc præsidenter objiciunt, ut Physicam Prædeterminationem *non latentem sed iam asserant, sed nam festissimè expressam.* Ita Doctor Castell usus in id argumentis Magistri Ferre, & Cursûs Salmanticensis. Quam confidentiam jure jamdiù miratus est inter alios Modestissimus Scriptor, & Doctor Eximius Pater Suarez, & novissimè carpit Reverendissimus Noster Thyrsus, malè acceptus obinde à Doctore Castell, quasi canente triumphum contra Nostros, eosque provocante ad inveniendam in Concilio Physicam Prædeterminationem sub voce Gratiæ Adjuvantis. Evolvamus ista nova Mysteria.

Sensus Recentium cum Ferre. Discalceatis. Castell. P. Suarez. R. N. P. Thyrsus.

329 Ad primum, quod allegant, constabit primò: ex latè dicendis *lib. 13. disp. 61. & mox disp. seq. sect. 14.* distinctionem entitativam utriusque Gratiæ Excitantis, & Adjuvantis, non posse colligi ex Concilio: quo posito nullum est argumentum Thomistarum, unicè innixum eâ distinctione entitativâ. Constabit secundò: ex *locis citatis*, datâ etiam distinctione inter utramque hanc Gratiam entitativam, Gratiam Adjuvantem sumi dupliciter, nempè per modum principii elevantis, & roborantis, & per modum influxûs: & acceptam per modum influxûs non esse prævenientem, sed comitantem: esse verò prævenientem, acceptam per modum principii.

Dissipatur Prima distinctio entitativa. Primum est lib. 13. num. 35. & ex dictis mox à num. 492.

330 Id quod certum esse debet in Doctrinâ Tridentini. Primò: Nam Tridentinum loquitur de Gratiâ Adjuvâte, quæ dat *posse.* Sic enim habet expressè *sessione illâ 6. cap. 11.* loquendo de observatione mandatorum: *Adjuvat, ut possis.* Quid ad hæc tam clara Thomistæ, excludentes *à Posse* Gratiam Prædeterminantem, & alioquin identificantes cum Adjuvante? Secundò: quia Tridentinum, quoties nominat *Adjutorium* iu-

Mens Tridentini

Augustin. SS. Patres

mit sensu quo sumpsere contra Pelagiũ, & Semipelagianos Augustinus, & alii Sancti Patres: quid autem magis certum, quàm Adjutorium, in calamo, & mente Augustini sonare sufficientiam, & vires indebitas requisitas *ad Posse?* Tertiò: quia ut convincit eruditissimè Ruiz de Montoya *disp. 36. de Providentiâ sect. 6.* necesse est ut nomine *Gratiæ Adjuvantis* veniat auxilium paratum concurrere in actu secundo, licèt ex inertiâ voluntatis non concurrat. Ex his evanescunt æquivocationes Recentium Prædeterminantium, & arguendi formæ *cap. 5. & 6. & can. 3.* subnixæ.

Ruiz de Montoya.

In forma.

331 Prima: Distinguendo majorem: Gratia adjuvans per modum Principii, nego majorem: Gratia adjuvans per modum influxûs, concedo majorem: & distinguo èconversò minorem: Adjuvans per modum influxûs, nego: per modum principii, concedo minorem, & nego consequentiam. Secunda: Distinguendo etiam majorem: Adjutorium per modum influxûs, concedo. Per modum principii, nego majorem: quid autem magis tritum in Augustino, quàm Adjutorium *sine quo non*, esse, *Posse?* Et distinctâ èconversò minori, nego cõsequentiam. Nam Adjectivũ *Prævenientis* afficit unicè in illo *canone 3. Inspirationem Spiritûs Sancti*, quæ dum illuminat, & delectat, est excitans, dum roborat, & confortat, est Adjuvans in lineâ principii: dum applicatur, est Adjuvans, & cooperans in lineâ actûs secundi. Secundùm duo munera prima, prævenit: circa tertium, comitatur. Tertia: dicatur: præter Gratiam vocationis, quâ vocamur, dari Gratiam adjuvantem per modum Principii, quâ disponimur ad ipsum actum ad quem est virtus elevativa: & dari Gratiam adjuvantem per modum influxûs, quâ disponimur ad recipiendam formam justificantem: & hanc esse Concilii mentem. Quarta: Dicatur: Adjutorium ex parte actûs secundi esse concursum simultaneum Gratiæ: unde non se determinat Voluntas ad credendum *prout oportet*, sine Adjutorio, & influxu Divinæ Gratiæ.

Alterum.

332 Secundum, quod Prædeterminantes allegant ex Tridentino *canon 4.* nescio quâ fronte allegent: nam ipsis ex diametro opponitur. Pende singula verba. *Motum, & excitatum.* Notasti *motionem.* Quid, & qualis hæc Motio ex mente Tridentini? Imprimis hæc motio explicatur ab ipso Tridentino per *vocationem*: audi: *Motum, & excitatum, Deo excitanti, atque vocanti*: compara *Vocantem, & motum; excitantem, & excitatum*: ubinam qualitas illa mortua prædeterminans? Deinde: priùs est in literâ Concilii *esse motum*, quàm *excitatum esse*: quomodo ergo in illâ motione venit Physica Prædeterminatio: si actus secundus non sit prior, quàm actus primus? Quis cogitet istâ paradoxa? Tertiò: Motio, de quâ Conciliũ loquitur, est motio *cui* voluntas *potest dissentire*: est motio constituens *posse* credere *prout oportet*, ut *canon 3.* definierat: est motio roborans, & dans vires: quid hæc cum Physicâ Prædeterminatione Thomisticâ?

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Mens Tridentini de Divinâ motione.

Tertium:

333 Ad tertium quod allegatur, dicetur abundè infrà variis in locis. Imprimis fatemur merita nostra esse *Dona Dei*, donantis ipsa, non quidem prædeterminando: non enim hoc esset donare merita, sed destruere: sed dispensantis auxilium modo quo scit nos responsuros, & ex voluntate, ut nos respondeamus; amicâ nostræ libertati, utpotè connexâ cum nostrâ cooperatione ex præsuppositâ Scientiâ Mediâ. Deinde ad ea quæ objiciuntur in formâ, facilè respondetur. Ad primum: distinguo majorem: gloriari potest, gloriatione vanâ, quasi de bono suis viribus habito; nego: tanquam de bono accepto, & relatâ gloriâ in donatorem. Concedo: Is autem modus gloriandi licitus est, & perfectus, dicente Apostolo: *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Ad alterum, dixi jam donationem Dei non esse destructivam Doni, quod dat: esset autem in casu nostro, si donatio in prædeterminatione consisteret. Consistit in actu dispẽsante Gratiam congruam ex speciali beneficientiâ.

Infrà à num. 394. & lib. 6. & lib. 7. & lib. 12. & 13.

2. Corinth 10.

Quartum. Courbul.

334 Vltimum fundamentum ex Tridentino retorquet, irridet, & evertit Courbuletius *in speciali tractatu.* Irridet, & meritò: nam si subjecta, & prædicata tibi ad gustum fingas, facilè probabis, intendisse Tridentinum Gratiam necessitantem esse talem, cui voluntas possit dissentire: nam de illâ negabat Cal-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Tridentini sensus.

Calvinus, cui Tridentinum debet opponi. Igitur dicendum est, quòd Propositio Definitiva Cœcilii debet esse formaliter contradictoria, illi Propositioni Calvini, quam damnare intendit: non verò aliis: de quibus non curabat, relictis in legitimas illationes, vel in disputationes Theologorum. Quænam ergo est Calvini Propositio, quam damnare intendit Synodus Tridentina? Hæc nempè: *Divinæ motioni d ssentire non possumus. Divina motio, explicata in Scripturâ per traditionem, & à Theologis per Gratiam efficacem, præjudicat libertati*: nempè: quia talis est, ut inevitabiliter rapiat, nec ipsi possimus dissentire. Ecce *Propositiones Calvini*, quibus ex diametro debet opponi, & opponitur propositio Definitiva Concilii. Videant modò Theologi, an isti motioni aliquod Prædicatum affingant incompossibile cum Doctrinâ Tridentini, & sibi caveant. Itaque *subjectum* Negantis, & Affirmantis, nempè Catholici cum Tridentino, & Hæretici cum Calvino, idem est, nempè *Divina motio*, qualis asseritur necessaria contra Pelagium, & à Theologis dicitur *Gratia trahens, & auxilium efficax*: De hoc subjecto affirmat Catholicus resistibilitatem; negat Hæreticus: affirmat Catholicus concordiam cum libertate; negat Hæreticus. Vide rem in hanc Thyrsum *tom. 1. disp. 17. sect. 9.*

R. N. Thyrsus.

SECTIO II.

DOCTRINA TRIDENTINI DE LIBERtate cum Doctrinâ Prædeterminantium comparata.

Tridentinũ in hoc puncto methodicè explicatum.

335 SVmo in specimen *caput quintum sessionis sextæ de justificatione*, & Canones *tertium*, & *quartum*. In his locis Synodus Tridentina, errores Hæreticorum contra Divinam Gratiam, & liberum Arbitrium, eversura, *Tria* definit, *Necessitatem* Divinæ Gratiæ; *Modum* quo se habet ad hominem assentientem, & cooperantem: & *libertatem* ipsius hominis assentientis. *Necessitatem* definit *cap. 5. & canon 1. 2. & 3.* Et hæc Doctrina Tridentini est directè contra Pelagium, & Semipelagianos, definiens contra ipsos, Hominem sine præveniente Spiritûs Sancti Inspiratione, atque ejus Adjutorio non *posse* operari prout oportet. Sic *canon 3. Modum* definit *cap. 5. & canon 4.* & hæc Doctrina est directè contra Lutherum definiens contra ipsum, Hominem non habere se merè passivè, sed aliquid agere assentiendo, & cooperando: sic *illo capite 5. & canone 4. Libertatem* definit *illo capite 5. & canone 4.* & hæc Doctrina est directè cõtra Calvinum, definiens contra ipsum abjicibilitatem, & rejicibilitatem Divinæ Gratiæ, quâ Deus liberum arbitrium *movet, & excitat*. Sic *illo cap. 5. & can. 4.*

Septem Propositionibus.

336 Tota hæc Doctrina Tridentini clauditur septem Propositionibus. *Prima* est: Homo sine præveniente Spiritûs Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, non potest operari prout oportet. Ita *can 3.* ubi contradicenti dicit Anathema. *Secunda* est: liberum Hominis arbitrium à Deo movetur, & excitatur per Gratiam suam. Sic *cap. 5. & can. 3. & 4. Tertia* est: Liberum Hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum assentiendo Deo excitanti, & vocanti cooperatur. Sic *cap. 5. & canon 4. Quarta* est: liberum Hominis Arbitrium assentiri Deo excitanti, & vocanti est cooperari, à Deo motum, & excitatum. Sic *locis eisdem. Quinta* est: liberum hominis arbitrium per id movetur, & excitatur à Deo, per quod Deus vocat, & excitat. *Sic cap. 5.* Nam motionem, & excitationem passivam in homine, explicat Concilium activè per illuminationem, & vocationem. *Sexta* est. Liberum Hominis Arbitrium à Deo motum, & excitatum, ita cooperatur assentiêdo Deo, ut possit dissentire, si velit, Deo Moventi, Vocanti, & Excitanti. Sic *canon 3. Septima* est: Gratia movens, & excitans, quâ disponitur Adultus ad sui justificationem, & quâ convertitur, & quam petimus à Deo quando petimus conversionem, & quam homo cooperando recipit, potest abjici liberè: id est, ita habet effectum in nobis, ut quoad effectum possit abjici, & manere sine illo per resistentiam nostram. *Ita cap. 5.*

337 Istæ *septem* Propositiones ita sunt in Tridentino claræ, ut solus qui Grammaticâ ignoret, possit dubitare de ipsius. Et secessè est eas in Concilio contineri, ut Pelagio, Luthero, & Calvino contradicat. In *Primâ*, damnat manifestè errorem Pelagii, & Massilienſium. In *secundâ*, eundem errorem iteratò reprobat. In *tertiâ*, damnat Lutherum. Audi contradicentem *lib. de servo arbitrio: libero arbitrio non relinquitur, nisi nihil, & verè nihil*. In *quartâ*, iteratò damnat eundem errorem, explicando magis Catholicam Doctrinam. In *quintâ*, Doctrinam Catholicam explicat contra errores Lutheri, & Calvini. In *sextâ* directè Calvinum damnat. Audi ipsum ante Concilium: *lib. 2. Institutionum cap. 2. §. 10. Gratia voluntatem movet, non qualiter multis Seculis traditum est, & creditum, ut nostræ postea sit electionis, motioni aut obtemperare, aut refragari.* Vide quod damnat in Calvino. Calvinus autem loquitur de Gratiâ efficaci. Sic enim addit: *Sed illam efficaciter assiciendo, seu, ut* legit Bellarminus, *efficiendo*. Sed magis se explicat eodem *lib. 2. cap. 3. §. 10.* ubi vocat *Imaginationem Sophistarum, Medium motum, cui obsequi, vel repellere, liberum sit*, ubi asseritur efficax. Audi jam ipsum post Tridentinum ictûs Canones blasphæmo calamo impugnantem, maximè *quartum sess. 6. In eo hallucinãtur*, (nempè Tridentini Patres) *quòd motum nobis effecti somniant, qui mediam nobis electionem relinquat; nihil autem de efficaci illâ cogitant*. Audi discipulos Calvini apud Antijansenium *parallelo 8. Hæc Gratia meritò dicitur irresistibilis*. In *septimâ* verò iteratò, & explicatius errorem eundem Calvini anathematizat, ut ex ejus verbis contradictoriis *mox* relatis patet.

Earum accessitas adversus hæreses Pelagii. Massiliens. Lutheri, & Calvin.

Calvini Verbal de sensu suo contra Trident.

Motiones.

Illationes ex Doctrinâ Trident.

Prima.

338 Infertur ex his primò: In Concilio Tridentino nomine *Gratiæ præveniẽtis* solùm venire vocationem Dei sub appellatione multiplici, jam *vocationis*, jam *motionis*, jam *excitationis*, jam *Inspirationis*, jam *Adjutorii*, jam *illuminationis*: Idque optimè, ut voces omnes, quibus usi Theologi sunt, in rem eandem, suâ authoritate probaret cum attentione ad Augustinum Divinæ Gratiæ defensorem, qui promiscuè tem in eandem eisdem vocibus utitur, testatus *lib. 1. ad Simplicianum quæst. 2. circa med.* omnia exprimi per *vocationem*. Et id repetit variis in locis, maximè *Epistola 10*.

Augustin.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Alterâ.

339 Infertur secundò: nullam à Concilio Tridentino Gratiam *prævenientem* agnosci, *cui non possit resisti*, & quam abjicere non possit homo qui recipit. Patet ex contextu Concilii, & ex illatione præcedenti. Tùm etiam: quia si quæ esset, esset Gratia efficax: sed hæc potest abjici: nam potest abjici ex Concilio, Gratia, quæ ex ejusdem phrasi recipitur ab homine: sed quæ recipitur ab homine est Gratia efficax: *Recipere* enim in sensu Concilii est *cooperari vocationi*: ergo nulla est in Tridentino de lineâ prævenientis Gratiæ cui non possit resisti, & nulla quam homo non possit abjicere.

Tertia.

340 Infertur tertiò: loqui Concilium de Gratiâ efficaci, seu de Gratiâ quæ habet effectum, etiam quando loquitur de Gratiâ abjicibili, & resistibili. Patet primò: Nam loquitur de Gratiâ, quam cooperando recipit homo Secundò de Gratiâ, quâ convertitur. Tertiò: de Gratiâ, quam à Deo petimus, quando petimus conversionem. Hæc, nisi de Gratiâ efficaci, nequeunt explicari.

Propositiones Prædeterminãtium comparatæ cũ Propositionibus Tridentini.

341 Audiamus modò Prædeterminantes: quorum *prima, & solennis* Propositio est: Præter Gratiam prævenientem constitentem in vocatione, datur alia Gratia præveniens requisita ad conversionem. *Hæc propositio* non videtur consentire cum Doctrinâ Tridentini. *Secunda* est: Gratia, quâ movet Deus hominem ad conversionem, non est id quo Deus eum vocat, & excitat. Neque *ista Propositio* videtur esse conformis Tridẽtino. *Tertia* est: Gratia movens, quam homo, convertendo se, recipit, & quam recipit cooperando, & quam à Deo petimus, quando petimus conversionem, nõ est talis, cui resisti possit, & quę abjici possit. *Hæc propositio* comparetur, si placet, cum Propositione Calvini, ut constet quàm diversæ sint: nam cum Tridentino videtur irreconciliabilis. *Quarta* est: Abjicibilitas, & resistibilitas solùm intelligi potest de Gratiâ sufficiente, non verò de illâ Gratiâ, quam habet homo qui convertitur. *Ista* etiam *Propositio* non videtur reconciliari posse cum mente, & Doctrinâ Tridentini.

Quin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Moderni Thomistæ: Ferrè. Salmanticens. Castell.

Quinta est: Gratia efficax est præveniens adjutorium, de quo *can.* 3. Tridentinum: non tamen requiritur ad *posse*, sed *posse* sine ipso Adjutorio salvatur: ita Moderni Thomistæ, Ferre, Salmanticensis, & Castell.: & hæc propositio videtur directè contradicere *Primæ Propositioni* Tridentini *ex can.* 3. formatæ: ubi dicit anathema, dicenti *posse* hominem sine præveniente Spiritûs Sancti inspiratione, atque ejus Adjutorio. Nolo his quicquam superaddere, sed relinquere in hac quasi tabellâ, lectoris judicio, an Concilii Tridentini dogmatibus sit conformis Prædeterminatio?

SECTIO III.

ARGVMENTVM EX DOCTRINA TRIdentini contra Physicam Prædeterminationem.

Formatur Argumentum ex Tridentino.

342 Sic formatur: Gratia Movens, quam à Deo petimus, petendo Conversionem, & quam cooperando recipimus est Gratia efficax: sed hujusmodi Gratia movens est frustrabilis, resistibilis, & abjicibilis: ergo Gratia efficax est frustrabilis, resistibilis, & abjicibilis. Sed physica qualitas prædeterminans neque est frustrabilis, neque est resistibilis, neque est abjicibilis: ergo Gratia efficax non est qualitas physica prædeterminans. Sed si Gratia efficax non est prædeterminans, nulla est alia prædeterminans: ergo non est prædeterminans ulla. In hoc discursu omnia legitimè descendunt ex primo Syllogismo: qui est *in Darapti tertiæ figuræ*, atque adeò legitimus & concludens. Major videtur ex terminis nota: Nam Gratia, quam cooperando recipimus, est Gratia cooperans, & Gratia nos convertens, atque adeò Gratia habens effectum, id est, efficax. Minor constat ex *cap.* 5. & *can.* 4. Tridentini *suprà* explicatis.

Suprà nu. 323.

Confirmat. primò:

343 Et illustratur hic arguendi modus primò: Gratia, quam aliquid agendo, & cooperando recipimus, est talis quam homo recipiens potest abjicere, & cui potest dissentire: sed Gratia physicè prædeterminans non est talis, quam homo recipiens potest abjicere, & cui potest dissentire: ergo Gratia, quam aliquid agendo, & cooperando recipimus, non est physicè prædeterminans. Syllogismus est *in Baroco*. Minor est Propositio Thomistica. Major est Propositio Tridentini *cap.* 5. & *can.* 4. Nam *Recipere* est *cooperari*: & eam, quam homo recipit, potest abjicere. Neque manet locus effugiis Castellii. Secundò: Nulla Gratia, quam voluntas possit abjicere, & cassam reddere est Gratia physicè prædeterminans: sed omnis Gratia, quam assentiendo, & cooperando recipimus est Gratia quam voluntas possit abjicere, & cassam reddere: ergo nulla Gratia quam assentiendo, & cooperando recipimus est Gratia physicè prædeterminans. Syllogismus est in *Celarent*. Minor est Tridentina: & Thomistica, major.

Secundò:

Responsiones Prædeterminantium.

344 Audiamus Prædeterminantes. *Quatuor* excogitavere solutiones. *Prima* est, Concilium, dum de Gratiâ resistibili, & abjicibili loquitur, loqui solùm de sufficiente; non verò de Gratiâ, seu motione efficaci. Ita post Bañez, & Thomasium, Castellius, & Salmanticenses, *qui* fundant suam cogitationē in eo quòd *assentire*, & *dissentire* dicitur respectivè ad *suasionem*, & *excitationem*, quæ se habent ex parte Gratiæ sufficientis: non verò respectivè ad *motionem*, & *Adjutorium*, quæ se habent ex parte efficacis. *Secunda* solutio est, loqui etiam de efficaci. Gratiam autem, etiam efficacem, & prædeterminantem esse abjicibilem, & resistibilem, secundùm entitatem, non verò prout est instrumentum Voluntatis Divinæ: quas duas formalitates, seu virtualitates imbibit identicè motio prædeterminans. Ita Alvarez *disp.* 33. *de Aux. num.* 2. *Tertia* solutio est: loqui quidem Concilium de Gratiâ efficaci; non quidem datâ, sed oblatâ. Ita ipse Alvarez *disp.* 92. *num.* 15. & *disp.* 93: *num.* 4. *Quarta*, & *solemnior* solutio, loqui etiam Concilium de Gratiâ efficaci, jam datâ: possequè hominem illam abjicere, eique dissentire in sensu diviso. Ita communiter prædeterminantes, quos acriter impugnat Thomista Castell. *de libero arbitrio disp.* 2. *quæst.* 4. *sect.* 4. & singulæ solutiones nuper *sectione præcedenti*, & *suprà à nu.* 68. & *à nu.* 247. interceptæ sunt. Et quidem

Bañez. Thomasius Castell. Discalcea ti.

Alvarez

Castell.

Suprà à nu. 68. & à nu. 147.

345 *Prima* solutio, quæ post Ioannem

Prima supprimitur ex T. Suarez.

nem à Sancto Thomâ, cæpit arridere modernis, displicuit maximè prædeterminantium Antesignano, & Protectori, Alvarez, & meritò, ob ea, quæ contra illâ objicit demonstrativè Doctor Eximius *tom.* 2. *de Gratiâ lib.* 5. *cap.* 37. Nam primò: Concilii intentio *capite illo* 5. & *canone* 4. tota fuit, damnare Calvinum: quod negari, nisi temerè non potest; sed Calvinus apertè locutus est de Gratiâ efficaci, & quæ solis consentientibus datur, ut patet ex ejus verbis *suprà* relatis ante, & post Decreta Concilii: ergo Concilium de eâ Gratiâ, quæ solis consentientibus datur, id est, efficaci, definivit resistibilitatem, & abjicibilitatem. Secundò: quia Gratia, de quâ definit Concilium resistibilitatem, est ea ipsa Gratia, de quâ definit adjicibilitatem: sed de omni Gratiâ etiam efficaci, definit abjicibilitatem: ergo & de omni definit resistibilitatem. Minor probatur: Nam abjicibilitas definitur de Gratiâ, quæ *per cooperationem admittitur*: de Gratiâ, quâ homo non solùm *potest converti*, sed *convertitur*: de Gratiâ, cui homo assentitur, seu *quâ assentitur Deo movenți, excitanti, & vocanti*: de Gratiâ, quam à Deo petimus, *petendo ut nos convertat*: atqui Gratia hæc est Gratia efficax, ut per se patet: ergo de Gratiâ etiam efficaci definitur abjicibilitas.

Intentio Concilii contra Calvinum.

Suprà nu. 337.

346 Tertiò: ex Concilio, per vos, Abjicibilitas, & resistibilitas libera requiritur in aliquâ Gratiâ præveniente, ut detur locus electioni: ergo & in omni: ergo nulla est exceptio. Prima consequentia probatur: quia irresistibilitas ideò negatur in aliquâ: quia ex genere suo nocet: ergo quia nocet in omni. Tùm quia implicat libera abjicibilitas in unâ Gratiâ prævenienti, si repugnet in alterâ necessariò requisitâ ad operandum: quod patet: Nam quando *unum* operari est cooperari *duo*, qui nequit facere ne cooperentur *duo*, nequit facere ne *unum* operetur: atqui habere effectum, seu non abjici Gratiam sufficientem, est coëxistere prædeterminantem, quam dicitis, efficacem: ergo qui non potest liberè facere ne coëxistant duæ, non potest facere ne maneat sine effectu, & abjecta Gratia sufficiens: ergo vel utraque est abjicibilis, vel neutra: ergo de utrâque locuta est Synodus Sacrosancta.

Aranda de Deo.

347 Secunda solutio, nulli Prædeterminantium placuit: & meritò: Nam quod ex specifico prædicato est irresistibile, & inabjicibile, simpliciter est irresistibile, & inabjicibile: ita ut nullo modo componi possit cum actu resistente: & ratio est: quia hæc independent à formalitatibus, & modo nostro concipiendi, & sunt oppositiones, & connexiones, totâ entitate rei oppositæ, vel connexæ, exercitæ: quis enim dicat si Gratia est incōpossibilis etiam metaphysicè cum peccato, posse componi peccatum cum Gratiâ, nō quidem, ut est Sanctitas, sed, ut est ens? aut Actum efficacem Dei, esse resistibilem non quidem, ut est efficax, sed ut est actus: hæc ludrica sunt: quia parùm favet præcisiva indifferentia ex conceptu generico, si ea indifferentia positivè excluditur à differentia specifica, sine quâ non producitur res. Atqui physica Prædeterminatio ex prædicato specifico est irresistibilis, & inabjicibilis: ergo est simpliciter irresistibilis, & inabjicibilis. Et confirmatur: aliud est, ex quo conceptu res habeat esse irresistibilé, & an habeat: jam sic: licèt Prædeterminatio non habeat esse irresistibilem: quia ens: habet tamen esse irresistibilem: ergo licèt, quia & quatenus, ens non explicet rationem irresistibilitatis, habet tamen talem rationem, vi cujus nullum ipsius prædicatum componi potest cum resistentiâ. Et quid facit ad libertatem, an damnum ejus veniat ab hoc prædicato, vel illo?

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Secunda Ingrata Thomistis.

Tertia nec est consequens nec sufficiens.

348 Tertia solutio, neque est principiis Thomisticis congrua; neque satisfacit. Non satisfacit: Nam Concilium apertè loquitur de arbitrio moto, excitato, & adjuto: ergo non loquitur de Gratiâ oblatâ tantùm, sed etiam datâ. Tùm quia Concilium apertè loquitur de se disponente, consentiente, & recipiente, atque adeò non abjiciente Gratiam, sed potente abjicere: ergo loquitur de Gratiâ etiam habitâ. Neque est conformis principiis Thomisticis: nam existere, vel non, Gratiam prædeterminantem, juxta Thomistas, non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei: ergo abjici nequit etiam oblata. Vide quæ dicta sunt *suprà* contra eos, qui impedibilitatem Prædeterminationis conati sunt.

Suprà à nu. 281. & 287.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

349 Quarta solutio est solemnior, & præoccupata est latè *à nu.* 110. cũ de sensu diviso locuti sumus. Insuper arguo primò. Voluntas Dei efficax neque in sensu composito potest resisti, neque in diviso: ergo nec physica prædeterminatio. Ratio consequentis est: quia par est utrobique inseparabilitas essentialis à termino. Secundò: non minùs chymericum est resistere Prædeterminationi in sensu composito: quàm in sensu diviso: ergo non minùs implicat illud, quàm istud. Antecedens probatur: quia resistere alicui, dum non est, implicat in terminis. Confirmatur. Resistere alicui, dicit compositionem cum illo cui resistitur: ergo resistere in sensu diviso, sunt termini implicatorii. Antecedens probatur: tùm quia præcepto non resistitur, nisi per actum cum præcepto compositum: tentationi non resistitur, nisi per actum cum ipsâ compositum. Et ratio est: quia resistere alicui virtuti, est illam frustrare, & sine effectu relinquere. Iam sic: Omne resistere est componere actum resistentem cum illo cui resistitur: Sed componere actum resistentem cum prædeterminatione est omnimodis impossibile: ergo resistere prædeterminationi est omnimodis impossibile.

Quarta reprimitur ex dictis à nu. 69. & signanter à nu 110. & insuper 1. & 2.

Et Maximè ex paralello cũ Calvino.

350 Adde Calvino non opponi, nec ab ipso negatam istam potentiam dissentiendi in sensu diviso: nam conjuncta cum illâ suâ motione irresistibili admisit omnia, quæ Thomistæ vocant proximam potentiam dissentiendi in sensu diviso, nempè *voluntatem, judicium indifferens, & excitationem*, ut convincit Annatus, relatis Calvini verbis *disp. 4. de Scientiâ Mediâ cap. 4. §. 3. num. 117.* Quis autem credat Concilio satisfieri per ea quæ Calvinus non negat?

Annatus.

Intercipitur effugia Doct. Castell.

351 Nec adversus hæc obest primò, à Concilio non esse dictum, quòd Voluntas possit abjicere Gratiam adjuvãtem, sed excitantem; nec motionem, sed illuminationem, quâ cor hominis tangitur: Gratia autem Adjuvans, & motio est Gratia efficax: Gratia excitans, & illuminatio est sufficiens. Sic Castell ad gustum veterum prædeterminantium, quos coarguit Doctor Eximius *tom. 2. de Grat. lib. 5. cap. 37. num. 4. & 11.* Non, *inquam*, obest. Nam imprimis loquitur Concilium de tactu cordis habente effectum: qui tactus, est efficax: loquitur item de Gratiâ acceptâ per operationem ab homine: quæ Gratia est efficax: licèt ergo non loquatur de Gratiâ efficaci per hæc expressa verba, de ipsâ loquitur per æquivalentia. Deinde falsum est non loqui de motione: de ipsâ enim apertè loquitur, quam diversimodè appellat: nam eam vocat *tactum cordis*, vocat *inspirationem*, vocat *illuminationem*, & *vocationem*: & *in canone 4.* definit *à Deo motum, & excitatum, posse dissentire, si velit, utique* excitationi, & motioni, quâ motus, & excitatus est: alioquin non contradiceret Calvino. De adjuvante Gratiâ nihil Concilium addidit: quia si Gratia adjuvans sumitur per modum influxûs, non est præveniens, sed cooperans: si verò sumitur per modum principii, præveniens est, & resistibilis. Satis autem dixit Concilium, cùm indiscriminatim de utrâque dixit, eam, quæ habet effectum, abjici liberè posse: nempè nolendo operari, & impediendo influxum, & adjutorium in actu secundo.

Ex Patre Suarez.

352 Nec obest secundò: dici à Concilio, voluntatem assentiri Deo excitanti, & vocanti: ergo dissensus est respectivè ad eandem Gratiam, cui datur assensus: ergo non debet ex Concilio dari potestas dissentiendi Deo Adjuvanti, & moventi; sed potestas dissentiendi Deo excitanti, & vocanti composita cum Deo Adjuvante, & Movente. Sic ipse Castell; qui vult in *can. 4.* ly *posse dissentire si velit*, non esse sic intelligendum, ut liberum arbitrium possit dissentire motioni, & adjutorio, in quibus statuit Gratiam efficacem, sed ita ut cum motione, & adjutorio *possit* dissentire vocationi, & excitationi.

Alia Doct. Castell.

353 Non *inquam*, obest, imò hæc interpretatio cespitare videtur in Calvino, qui teste Amesio Calvinistâ, & ejus expressâ sententiâ, apud Annatum *de Scientiâ Mediâ disp 4. cap. 4. §. 1. 2. & 3.* fassus illuminationem, & excitationem prævias resistibiles, solùm vult motionem, quam vocat efficaciam, esse irresistibilem. Deinde si *assentiri* apud Concilium est *cooperari*, ut est certum; & est certum *cooperari* esse *cooperari Deo moventi, adjuvanti, & vocanti*: si dissensus est

Ex vitando paralello Calvino apud Annatum.

Et ex istâ terâ Thyrsi deductâ.

est ad ea, quibus homo præbet assensum, quomodo non est dissensus ad ipsam motionem? Quare interpretatio est maximè distorta, & indigna tanto Concilio. Insuper in Concilio *Convertibilia sunt, tactus cordis, motio, illuminatio, inspiratio, & vocatio*: Deinde sunt *cõvertibilia, assensus, & cooperatio, & receptio*: & similiter *abjectio, dissensus, & desertio*: quomodo igitur his tricis, & præcisionibus salvari potest Concilii mens? Demũ: dissensus est respectivè ad Gratiam, cujus est in homine libera abjectio *cap. 5. sess. 6.* Sed abjectio, libera est respectivè ad omnem Gratiam præveniẽtem, etiam quæ datur cooperantibus, ut liquet ex contextu: ergo & dissensus.

Et Salmãt. Discalceatorum.

354 Nec obest denique quod addunt Salmanticenses, nempè dissensum, & assensum respicere suasionem, atque adeò solam Gratiam excitantem, quæ suadet, & excitat, non verò motionem. Non, *inquam*, obest, ob nuper dicta contra Castelium. Tùm quia stat in oppositum vox abjectionis, quæ non solùm opponitur suasioni, sed motui. Tùm quia Concilium usum est voce Scholasticâ dissentiẽdi, quæ apud omnes sonat resistentiam: nihil enim magis tritum in Scholis: & ad quid ista præcisio in re dogmaticâ, quando constat *assentire* esse omninò idem ac *cooperari*: quid ergo erit dissentire nisi reddere cassam motionem illam cui cooperaris, dum respondes Deo?

Resolutio.

355 Ex his liquet resolutio tituli: utri nempè faveat Synodus Tridentina: Schola quidem Nostra quoad hoc punctum ample&titur *totum caput quintum, & canones primum, secundum, tertium, & quartum*: prout jacent: quin verbum ullum sibi non agnoscat amicum, & sincerè, *ut sonat*, sine ullâ interpretatione, ample&tendum. Schola prædeterminans id non potest: eget violentâ grammaticâ, & præcisionibus in re dogmaticâ vitandis, non, *inquam*, ut prædeterminationis umbram inveniat in Tridentino, sed etiam, ut Prædeterminationem à Tridentini ictu defendat: quod non putavit facilè Soto Dominicanus, unus qui Tridentino interfuit. Ego refero: non probo censuram. Vnde non est cur miretur Doctor Castell, dictum à Reverendissimo Nostro Thyrso, post discussam diligentissimè Concilii mentem *tom. 4. disp. 4. num. 132. Monendos, & hortandos esse Adversarios Nostros* (Prædeterminantes,) *ut accendant Lucernam, & quærant Gratiam physicè Prædeterminantem in toto illo capite* (nempè quinto) *& nobis dicant, in quo angulo illius capitis latet, & in quâ clausulâ Concilii continetur? & erunt nobis magnus Apollo.*

Judicium Soti Dominicani. Thyrsi defensio adversus D. Castell.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

SECTIO IV.

QVID DE CONCILIO SENONENSI?

Ejus Authoritas. Thyrsus. Suarez. Spõdanus. Contra Thomas. Ferrè. Discalceatos.

356 PRO ejus Authoritate pugnat invictè Reverendissimus Noster Thyrsus post Magnum Suarez, & Spondanum *tom 4. selectarum disp. 4. sect. 7.* jure miratus, consociare cum hæreticis manus, Catholicos aliquos Magistros, nempè Thomasium, Ferre, & Salmãticensem Discalceatum, ad deprimendam authoritatem Concilii Provincialis Catholici contra Sectarios coacti, & quidem coacti ex Gravissimis viris, & ab Ecclesiâ non reprobati: imò virtute quasi approbati, definiẽte postmodùm in Tridentino Doctrinas ipsius. Et quod est mirandum magis, est, unicè his Thomistis displicere tale Concilium, quòd ipsis in hoc puncto de libertate non faveat: & quod de Viris alioquin doctis, & instituti Religiosi est maximè mirãdum, est, quòd ad dubitandum inducantur inverosimilibus, & falsis narrationibus, easque prælo committant adversus historiarum, & temporum fidem, ut convincit ex Spondano, & oculatis testibus ipse Thyrsus *loco citato*. Nequit ergo sine maximâ temeritate, & injuriâ, de hujus Concilii Provincialis, ingenti, & maximâ authoritate, moveri dubium.

Circumstantiæ.

357 Hæc ergo Synodus Senonensis, celebrata *Parisius anno 1527.* Præsidente Senonẽsi Archiepiscopo, Primate Galliæ, Germaniæque, ac Franciæ Cancellario, & concurrentibus suffraganeis *septem*, & Viris ex omni gradu Gravissimis, ut testatur Iodocus Clyptoveus, unus è Theologis, qui interfuere, *in illo cœtu doctissimorum*, ut ipse ait ad Franciscum Galliarum Regem, hujus nominis Primum, debellaturâ Hostes Divinæ Gra-

Clyptov.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tiæ, & Arbitrii Nostri, statuit *Decreto 15. adversùs eorum hæresim, Divinę Gratiæ necessitatem, & addit contra Lutherum, & Asseclas: Neque tamen tanta Gratiæ necessitas libero præjudicat arbitrio, cum illa semper sit in promptu: nec momentum quidem prætereat, in quo Deus non ſtet ad ostium, & pulſet, cui ſi quis aperuerit januam intrabit ad illum, & cœnabit cum illo. Nec denique ta est hujusmodi trahentis Dei auxilium, cui resisti non possit.* Et *infrà* negat Deo, *modum trahendi inevitabiliter: trahit quidem Deus, sed in ejus odorem currimus: non vi, non unco raptamur.* Hęc Contilii verba.

Ejus intentio.

358 Vides clarè ejus mentem: ex duobus capitibus timuerunt Hæretici, vel collegerunt Arbitrii excidium, à Divinâ Gratiâ, quâ Deus nos prævenit, & trahit: vel quia non habemus ad manum: sic Pelagius: vel quia semel habita, non est talis cui resisti possit, ex modo inevitabiliter trahendi: Sic Lutherus. A neutro capite timendum esse excidium libertatis, clamat Synodus Senonensis. Non timendum à primo: quia quantùm requiritur ex parte Gratiæ ut operemur, semper est in promptu. Neque timendum à secundo: quia Gratia trahens non trahit inevitabiliter, nec est talis cui resisti non possit. Hoc Nos cum Senonensi dicimus, conceptissimis verbis: Hoc Thomistæ, hærentes Prædeterminationi, non possunt dicere: quid autem ad Concilium?

Arguitur ex Concil. Senon.

359 Formetur ex ipso iste Syllogismus: Gratia trahens est Gratia efficax: sed Gratia trahens est talis cui resisti possit, & quæ semper est in promptu, & quæ non trahit inevitabiliter: ergo Gratia efficax est talis cui resisti possit, & quæ semper est in promptu, & quæ non trahit inevitabiliter. Sed Prę determinans qualitas non est talis, quæ semper in proptu sit, & cui resisti possit, & quæ non trahat inevitabiliter: ergo Gratia efficax non est qualitas prędeterminans. Discursus est ex legitimâ formâ inelustabilis.

Responsio Discalceati, & Castell.

360 Respondent Salmăticensis Carmelita, & Complutensis Castell, Senonense non loqui de Gratiâ efficaci, sed de Gratiâ sufficienti: quia non loquitur de Gratiâ trahente quoad efficaciam, sed de trahente quoad sufficientiam; neque de Gratiâ trahente physicè, sed trahente moraliter. Ego doleo has interpretationes audire ex catholicis calamis. Quid enim contra Lutherum in Concilio est, si stet hæc solutio? Nam manet tota ejus ratio, cur ex modo quo Gratia trahit, arbitrium pereat? Deinde quid solemnius apud Thomistas, & Prædeterminantes, quàm Prædeterminationem arguere ex Scripturis in quibus Deus dicitur homines trahere? Si ergo Concilium Senonense eum modum trahendi dicit esse talem cui resisti possit, & qui non trahat inevitabiliter, cui standum? Thomistæ, an Senonensi? Dicit Salmanticensis, propterea locutum esse Concilium impropriè. Quis hoc ferat? Nempè quia Concilium nocet privatæ opinioni, licetne dicere Concilium impropriè loqui, & contra modum quo deberet? Tertiò. *Trahere*, & *posse trahere*, sunt diversissima, nempè sufficientia, & efficacia: sed Concilium apertè loquitur de auxilio non solùm potente trahere, sed trahente: ergo loquitur de efficaci. Quartò: quia Concilium apertè loquitur de auxilio ita trahente, *ut nos curramus*: ita pulsante, *ut aperiamus*, ita demum trahente, *ut convertamur*: sed *currere*, *aperire*: & *converti*, important auxilium efficax: ergo Concilium apertè loquitur de efficaci. Nec est cur in his ampliùs immoremur. Vide, si placet, *loco citato* Reverendissimum Nostrum Thyrsum.

Intercipitur.

R. N. Thyrsus.

DIS-

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

DISPVTATIO XVII.

SCHOLÆ PRÆDETERMINANTI Satisfacit.

361 CONGERAM specialiter huc ea omnia, quæ specialiter inculcata contra nos, & illustrata video, post celebres Thomistas, à recentissimis Barono, Gonet, Godoy, Ferre, Prudentio, Discalceatis, & Castell, urgendo ea quantùm possim, ne eorum difficultas, & gravitas dissimulari, aut parvifieri videatur. Reduco ad quindecim potissimùm capita: indicaturus in fine, à *nu.* 512. unde insuper contra nos argumĕta sumantur, & ubi solutiones invenias.

Baronus. Gonet. Godoy. Ferrè. Prudent. Discalceat. Castell.

SECTIO I.

ARGVIT EX PRIMATV CAVSÆ Primæ in agendo.

Primum argumentum cumulate ex Primatu Causæ Primæ.

362 OBjicies primò: Deus ratione sui primatûs in agendo priùs causat operationem causæ secundæ, quàm ipsa causa; atqui hujusmodi prævius cōcursus stare nequit sine decreto prædeterminante: ergo Deus prædeterminat causam secundam: ergo. Major, in quâ est difficultas, probatur multipliciter. Primò: quia Deus non minùs est prima causa, quàm primum ens respectu creaturarum: ergo sicut quia primum ens, debet prius esse, quàm creatura; ita quia prima causa; debet causare priùs, quàm creatura. Secundò: quia si Deus, & creatura causarent operationes reliquarum creaturarum Deus, & illa creatura æquè simul & primò causarent: ergo non esset Deus causa Prima. Tertiò: creaturæ non solùm subordinantur Deo quantùm ad esse, sed quantùm ad operari; atqui illa subordinatio exigit, ut Deus priùs existat: ergo & ista, ut Deus priùs causet.

Secundò:

Tertiò:

Præterea primò:

363 Confirmantur, & urgentur hæc primò: vel subordinatio creaturæ ad Deum in operando exigit Deum præcausare, vel sufficienter explicatur per id quod creatura nequeat operari sine Deo cooperante. Si primum: habetur intentum. At nequit dici secundum, quia sicut creatura nequit producere operationem essentialiter pendentem à creatura sine cooperatione Dei, ita neque Deus eandem potest sine cooperatione creaturæ; sed hoc non sufficit, ut Deus dicatur subordinari creaturæ in operando: ergo neque illud, ut creatura dicatur subordinari Deo. Secundò: non minus implicat dari duo prima principia, quàm dari duo prima entia; sed ne sequatur hæc implicantia, necesse est ut Deus existat priùs quàm creatura: ergo ne illa sequatur, necesse erit ut causet priùs. Tertiò: Agens quod non potest operari sine alio cooperante dicit ab illo dependentiam in operando: ergo ne Deus dicatur habere dependentiam in operando quicquam à creatura, necesse est ut nihil sit, circa quod non operetur Deus sine cooperatione creaturæ: ergo necesse est ut nihil sit, circa quod non prævièse exerceat Deus operando.

Secundò:

Tertiò:

364 Confirmatur quartò: omne ens creatum reale provenit ex influxu Divino exhibente infallibiliter existentiam tali enti: atqui operatio creaturæ est tale ens: ergo operatio creaturæ provenit ex influxu divino infallibiliter exhibenti ipsi existentiam. Sed talis influxus est necessariò prævius: id enim, unde aliud provenit, prævium est: ergo.

Quartò:

Quintò: operatio causæ secundæ est quid creatum: ergo causatū à Deo, qui est fons universalissimus omnis esse creati. Atqui nō sufficit concursus simultaneus, ut operatio causæ secundæ, ut fluit à causâ secundâ, causetur à Deo: ergo requiritur

Quintò:

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tur prævius. Minor probatur: nam habitus charitatis simul concurrit cum principio Vitali, & tamen non ipsum actum producit, prout est à principio vitali: alioquin actus non solùm esset ab habitu, ut supernaturalis, sed etiam ut vitalis; adeòque habitus esset Vitale principium: ergo licèt Deus simultaneè concurrat cum causâ secundâ; tamen id non sufficit ut operatio causæ secundę, prout ab ipsâ, causari dicatur à Deo Sextò: ipsa operatio causæ secundæ plùs pendet à Deo quàm à causâ secundâ: Deusque vehementiùs, & profundiùs imprimit ipsi esse quàm causa secunda, ut profundè loquitur Sanctus Thomas. Hic autem excessus salvari nequit per cõcursum vnicè simultaneum.

Sextò:

Septimò:

365 Confirmatur septimò: causans effectum ex titulo priori, quàm sit titulus ex quo causatur ab aliâ causâ, priùs causat: ita autem se habet Deus in causâ secundâ: nam titulus, cur calor v.g. fit à Deo, est titulus entis creati: titulus cur fit ab alio calore est titulus caloris: priùs autem est in calore esse ens creatum, quàm esse calorem. Octavò: quia operatio causæ secundæ est vltima actualitas: ergo est perfectior causâ secundâ: nam hæc habet immixtam potentialitatem: ergo debet præactuari à Deo per influxum prævium quo proportionetur. Nonò: omne quod movetur, movetur ab alio: sed causa secunda cùm operatur, movetur: ergo movetur ab alio, nempe à causâ primâ. Quid autem est moveri, nisi præmoveri? Congessi, quæ pro Thomistis, & Schotistis allegari possunt in favorem suarum Prædefinitionum, & Prædeterminationum, ex comparatione causæ secundæ ad Primam.

Octavò:

Nonò.

Solvitur Argumentum.

366 Respondetur. Negando absolutè majorem, ne per varietatem distinctionum, quâ posset explicari, veritas obscuretur. Ad primam probationem, concesso antecedente, nego consequentiam respectivè ad operationem, cum quâ modò Deum comparamus. Ratio est: quia conceptus primi entis acceptus secundùm positivum, & negativum quod importat, dicit duo, nempe, quòd nullũ esse sit ante Deum, & omnia sint post ipsum: at ad conceptum primæ causæ respectivè ad operationem creaturę sufficit, quòd hæc operatio ita fluat à Deo, & in ipsum, tanquam in causam reducatur ut comparetur cum Virtute Dei tanquam virtute à nullo alio emendicatâ, & à quâ virtus causæ secundæ emendicata est: quæ quidem ratio nullam importat necessitatem concursûs prævij. Hinc ad secundam, concesso, quòd Deus, & creatura causent æquè simul, & æquè primò respectivè ad operationem, ab utroque fluentem, nego sequelam Consequentis ob eandem rationem. Ad tertiam, quæ multiplicat terminos primæ, non Vires; concessis præmissis, nego consequentiam.

Et Cõfirm. Primæ:

367 Ad primam confirmationem, dico, ad eam subordinationem neque præcisè sufficere secundum, ut bene probatur, neque requiri primum; sed requiri, & sufficere, quòd operatio creaturæ simul oriens à Deo, & à causâ secundâ: ita comparetur ad Deum, ut à quo emendicetur omnis causandi virtus, & qui à nullo emendicet. Ad secundam confirmationem, dico implicare, quòd dentur duo prima principia, positivè, quatenus ratio primi principii importat habere virtutem operativam à se, & à nullo acceptam: hoc quidem æquè implicat, ac implicat dari duo prima entia positivè: quia ex utrolibet æquè sequitur dualitas in Deitate, quæ essentialiter est Vnica. Nego vero implicare, quòd respectivè ad vnam operationem dentur duo prima principia negativè, id est, quæ ita simul eam producant, ut vnius productio non præcedat productionem alterius. Neque enim vel apparens objici potest contradictionis umbra.

Et Secunda:

Et tertia:

368 Ad tertiam confirmationem, quę manifestas instantias patitur in Doctrinâ Thomisticâ, distinguenda est duplex dependentia; alia stricta *quo ad esse, quo ad posse, & quo ad operari*, simpliciter: Et hanc non habet Deus à creaturis, sed ipsæ à Deo: Nam Deus non eget creaturis ut existat, nec Virtutem ab ipsis accipit; neque necessitatur operari, si nolit. Alia laxa, & puræ connexionis cum creaturis ad aliquod munus exercitè obeundum: quod munus sine creaturis præstari nequit, qualia sunt dominandi, donandi, miserendi, puniendi, beandi, creandi, cooperandi, &c. Et hanc, quam ne-

nemo negare potest, damus: negãdo, eam esse, aut posse dici dependentiam, nisi per maximum vocis abusum.

Et quarta:

369 Ad quartam confirmationem nego majorem: licèt enim de ratione entis creati sit provenire à Divino influente, seu à Deo tanquam à causâ, non tamẽ ab ipso influxu, quo influit Deus in ipsum, seu quo ipsum pendet à Deo: quot enim influxum passivum, quo Angelus pendet & fit à Deo, ipsi Angelo identificant? similiter igitur discurre de actione.

Et quinta:

Ad quintam concesso entymemate, nego subjunctam. Ad probationem nego similiter habitum non efficere vitalitatem actûs: efficit enim totam entitatẽ actûs: non tamen modo vitali. Aliud enim est operari Vitaliter, aliud operari Vitalitatem: hoc facit habitus; illud non habet: & hinc actus, ut *vitalis*, non resolvitur ex nostro modo concipiendi in habitum; non quia non oriatur Vitalitas ab ipso, sed quia non vivit per ipsum actum habitus. Ad sextam, dico excessum illum fundari; tum in pluribus titulis ratione quorum effectus pendet à Deo, quàm à causâ secundâ; tùm quia pendet à Deo immediatione causalitatis, quâ pẽdet à creatura, & insuper primitate radicis, à quâ fluit omne esse, & omnis virtus ad esse.

Et Sexta:

Et Septima.

370 Ad septimam confirmationem dico causantẽ ex titulo, qui prior est respectivè ad alium ex quo alter causat eundem effectum, debere causare priùs prioritate proportionatâ ad prioritatem tituli, ex quo causat. Vnde quia titulus ex quo fluit à Deo calor, est ratio entis creati, & titulus ex quo fluit ab alio calore, est ratio caloris: & aliunde ratio entis creati solùm præcedit ad rationem caloris prioritate Vniversalitatis: inde Deus causare debet priùs prioritate vniversalitatis: quatenus licet inferre sic: *Calor operatur: ergo Deus*; non ècontrà. Nihil ergo exinde contra nos.

Et Octava

371 Ad octavam confirmationem quæ contra Thomistas probat, prædeterminationem se habere ex parte potentiæ: nego consequentiam, quis enim ita desipiat, ut intellectionem ex eo perfectiorem dicat intellectu, quòd intellectus est virtus: & illa, exercitium hujus virtutis? Deinde addo præactuationem quæ requiritur in Virtute ad agendum, solùm in eo esse sitam, quòd ab statu possibilitatis transferatur à Deo in statum existentiæ: id enim est dari à Deo virtutem, & præactuari ad agendum. Ad vltimam confirmationem, nego, quod ritu interrogantis assumitur post Syllogismum de prædeterminatione prævia. Movetur causa secunda à Primâ: Primò: quia ab ea accipit existentiam. Secundò: quia Virtutem. Tertiò: quia & ipsam operationem: Vbinam prævius influxus? Prædeterminant quidem aliter alię causæ à Deo præsertim liberæ, per propositionem objectorum per suasiones: per illustrationes, & motus inde liberatos. Vide rem in hanc multa, *tract. 3. lib. 10. ann. 89. & 127.*

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Nona dem.

Et infrà lib. 10. à num. 89. & 127.

SECTIO II.

ARGVIT EX PRIMATV DEI IN DETERMINANDO.

372 Objicies secundò. Si Voluntas non determinaretur à Deo, antequam se ipsam determinaret, fieret Voluntatem determinare Dei Omnipotentiam, ut concurreret, & quidem determinare ipso suo consensu: nam priùs quàm Voluntas consentiat, non est determinata. Atqui id est impossibile: quod ostenditur: nam qui determinat, præcedit ad illud quod determinatur: atqui consensus voluntatis non præcedit, neque potest ad concursum Dei: nam pro quovis signo, pro quo concipiatur consensus, concipi debet pendens à Dei concursu.

Secundum Argumentum ex Primatu Determinandi.

373 Confirmatur, & urgetur hæc ratio primò: Nam creatura est determinans secundum, uti secundum liberum, & causa secunda: ergo præsupponit alterum primò liberum, & primò determinans. Secundò, & *apparentiùs*. Nequit una causa aliam determinare, nisi per aliquam præmotionem, seu determinationem antecedentem; sed causa secunda nihil agit antecedenter ad primam: ergo nequit ad ipsam determinare. Major, in quâ est difficultas, suadetur: quia si determinatio simul, & immediatè oritur ab omnibus comprincipiis, nihil potiùs accipit ab uno, quàm ab alio: ergo non est ratio, cur unum

Vrgetur primò:

Secundò:

præ

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

præ alio dicatur per ipsam determinans.

Tertiò:

374 Tertiò: quia seclusâ præmotione æquè primò fit actio à Deo, & à creaturâ: æquè tollit utrúsque indifferentiam quam invenit ex parte actûs primi: nam non est minùs indifferens in actu primo Omnipotentia, quàm Voluntas: cur ergo causa secunda determinet Primam potiùs, quam prima secundam? Quo reducitur illa dubitatio Carmuelis cum maximo plausu à Thomistis excepta, & maximè à Goneto *eam* vocante *demonstrationem*, quâ nempè Thomistas, & Iesuitas conciliare vult. *Ait* enim apud Thomistas, creaturam determinari à Deo: apud Iesuitas, Deum determinari à creaturâ. Rogat ergo: an id fiat illesâ libertate Dei? Cùmque affirmandum à Iesuitis sit; cur contra Thomistas docent, creaturam non posse determinari à Deo illesâ libertate creaturæ?

Caramuel. Gonet.

Quartò:

375 Quartò: quia Voluntas, quousque prædeterminatur, manet indifferens; ab indifferenti autem ut tali, nequit oriri effectus determinatus. Tùm quia non datur proportio. Tùm quia indifferentia, & determinatio inter se pugnant: ergo potentia indifferens, ut indifferens tam abest à continentiâ determinationis, ut eam potiùs excludat. Quintò: quia si creatura determinaret Deum, in actu secundo Deus subordinaretur creaturæ. Sextò: quia quovis modo discurratur in Scholâ Societatis, vitari non potest, quòd voluntas si determinet Deum, priùs saltem ratione, operetur quàm Deus, quod etiam absurdum est. Septimò: fieri inde, quòd Deus expectet consensum voluntatis, ut concurrat: quod fieri nequit, quin pro aliquo priori creatura intelligatur operans præcisim à Deo.

Quintò:

Sextò:

Septimò:

Solvitur Argumentum:

376 Respondetur. Nego majorem argumenti, & majorem probationis. Non enim est de ratione determinationis ad aliquid, prioritas ad ipsum. Id quod patet in determinatione, quâ Deus se determinat ad actus suos: & Nos ad nostros: Et quâ Voluntas determinat habitus, & auxilia. Notentur hîc duo, quæ non satis distingui video: primum: quid sit id in quo consistit determinatio, quâ creatura determinat Deum; & alia cõ-

Quid sit, & in quo consistat Determinari Deum à Creatura liberè operante?

principia. Alterum: quid determinet, & quid maneat determinatum. Determinatio est ipsa actio creaturæ, & Dei: quare determinatum, seu determinabile non est ipse actualis concursus Dei; sed Deus, ejusque Omnipotentia: Et quod determinat per illam actionem, quæ simul est Dei, & creaturæ est voluntas nostra. Cur *inquies*, si illa actio est indivisibiliter actio Dei, & actio creaturæ, non saltem sit determinatio, quæ denominet utrumque determinans, ut denominat Agens? Respondeo: quia est actio, quæ comparatur ad creaturam, ut formalis electio, & non sic comparatur ad Deum: actio autem solùm denominat determinantem illam causam, quam denominat eligentem, ut explico latiùs, & ex professo disputando de *Actibus*: & infrà *lib.* 10. *à num.* 121.

1. 2. Tract. de Actib. & infrà lib. 10. à num. 121.

Et confirmatio prima: ex Oviedo: ex reipsâ.

377 Ad primam confirmationem dico rationem primi liberi, & primi determinantis explicari satis per independentiam libertatis, & dominij à nullo emendicatam: ita Oviedus explicat. Deinde dico creaturã dici secundũ determinans, & secundum liberum, nõ quia supponat alterius determinationem, ad hanc actionem, sed quia necessariò supponit alterius liberi, qui Deus est, exercitium, & determinationem Voluntatis, ex quibus creatura accepit jus agendi liberè, & se determinandi, & Deus liberè præimpedire se voluit, & se determinavit ad non determinandam creaturam ex se.

Secundo: & tertio:

Ad secundam patet ex dictis ad argumentum: ex quibus patet etiam ad tertiam. Addo, quòd licèt omnipotentia supponatur indifferens ad concurrendum, & non concurrendum, non ita supponi ad determinandum: supponitur enim à se ipsâ efficaciter præimpedita ad determinandam creaturam; supponitur quippe ad-instar habitûs attemperati. Discursum Caramuelis omitto, quia natum ex inintelligentiâ utriusque Scholæ, quam conciliare voluit.

Quarto, & Reliqua.

378 Ad quartam dico ab indifferenti, *indifferentia suspensionis, & incompleti*, non posse oriri determinationem: posse tamen ab indifferenti, indifferentiâ dominii: à quo enim potiùs determinatur actio, quàm ab habente dominium? Legatur Sanctus Thomas 1. *contra Gent. cap.*

Ex Sancto Thomâ.

cap. 82. cujus est solutio. Ad quintam, nego sequelam subordinationis fictæ: admitto vero condescensum Voluntarium puræ attemperationis ad arbitrium voluntatis. Ad sextam, nego etiam sequelam: neque enim nisi ratione fingente concipi potest in creaturâ prioritas in agendo: determinare enim non excludit pro ullo signo cooperationẽ causæ primæ ut recte dixit Sanctus Thomas. Ad septimam dico, non expectare Deum, sed attemperari. Et vide circa hæc *lib.* 10. *à nu.* 120.

Infrà lib. 10. à nu. 120.

SECTIO III.

ARGVIT EX PRIMATV DIVINI Dominii.

Tertium Argumentum ex Primatu Dominii.

379 OBjicies tertiò: Nequit divini dominii primatus stare quin Deus applicet suam omnipotentiam ad cõcurrendum per decretum efficax; quin ad hoc munus, quicquam valeat decretum indifferenter offerens concursum Omniporentiæ; atque adeò quin Deus applicet Omnipotentiam per decretum inevitabile, & efficax: ergo hoc non lædit jura libertatis humanæ. Consequentia tenet: quod enim necessarium est, ut stet divina libertas, & dominium, nequit lædere jura libertatis humanæ.

380 Antecedens ergo probatur. Et primò quidem: quia consensus nostræ voluntatis est Deo liber per modum effectûs, immediatè, & formaliter; sed nequit esse ita liber, nisi Deus per Decretum efficax inevitabile applicet suam omnipotentiam ad ipsum: ergo. Minor patet: quia effectus qui non determinatur ab agente, nequit ipsi dici immediatè liber per modum effectûs. Major verò probatur: quia consensus est sub supremo Dei dominio: ergo est ipsi Deo liber immediatè formaliter: Probo istam consequentiam: non minùs est de ratione dominii subjectio rei cadentis in ipsum, quàm sit de ratione causæ, dependentia effectûs ab ipsâ; atqui non salvatur ratio primæ, & supremæ causæ, per dependentiã solùm mediatam, sed requirit immediatam effectûs, ut tenemus contra Durandum: ergo neque salvari potest ratio supremi dominii per subjectionem unicè mediatam, & virtualem: ergo. Secundò probatur primum antecedens: nequit stare divinum dominium, quin Deus ita ponat concursum suæ Omnipotentiæ, ut ponat quia vult: ergo ponit concursum, quia reipsâ vult. Sed si ponit quia vult, efficaciter vult ponere: ergo ponit, quia vult efficaciter ponere.

Durandus

Aranda de Deo.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

381 Confirmatur hæc ratio. Primò: creata voluntas ita dominium libertatis habet circa suos actus, ut circa eos Deus habeat superius, & excellentius dominium: atqui ratione dominii, quod habet circa suos actus voluntas, nullus eorum existere potest, nisi efficaciter determinetur ab ipsâ: ergo ratione superioris dominii, quod circa eosdem actus habet Deus, nullus eorum existere potest, nisi efficaciter determinetur à Deo.

Vrgetur primò:

Secundò:

Confirmatur secundò: Deus tam perfectè Dominus est consensûs nostri liberi, quàm respectu reliquorum effectuum creatorum: sed circa alios habet Deus dominium immediatum, exercitum circa ipsos efficaci decreto: ergo & circa liberum consensum nostrum. Confirmatur tertiò: si de perfectione supremi dominii non esset dominari immediatè supra omnem aliam perfectionem, posset que dari aliqua, supra quam non dominaretur immediatè, non esset cur repugnarent plures Dii. Ratio est: si enim non esset cur Deus continere deberet omnem perfectionem formaliter, & eminenter: plurium Deorum assertor diceret, eam perfectionem, cujus continentia in alio est chymerica, non debere in Deo contineri.

Tertiò:

Solvitur Argumentum. Quousque Deo liberа, quæ ad extrasûs?

382 Respondetur. Nego antecedens. Ad primam ejus probationem: Noto, objecta creata omnia Deo esse libera, nõ tamen omnia eodem omninò modo. *Alia* quæ sunt libera Deo, tanquam eligenti, & determinanti eorum existentiam; ea nempè, quæ non posuit in facultate, & nutu alieni arbitrii; *alia* sunt Deo libera, ut non impedienti, imò cooperanti, & adjuvanti, & danti liberam facultatem ad ipsa; ea nempè, quæ posuit in nutu creaturarum, *relinquens eas in manu Consilii sui*, ut Deo opem præstante, *manum prorrigant ad quod voluerint.* Priora ita sunt Deo libera, ut ejus nutum consequantur. Posteriora non item; sed ita ut ex nutu Dei impediri possint;

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

non tamen ad ejus nutum inevitabiliter sequantur: Deus enim noluit effectuum liberorum *Determinater* esse, sed *Adjutor*. Quare nego majorem, quatenus in sensu Thomistico intendit omnia Deo eodem modo esse libera.

383 Ad probationem, concedo antecedens, & nego consequentiam. Licèt enim consensus sit sub supremo Dei dominio morali, quatenus consensus esse nequit nisi Deo nolente impedire, & dante facultatem, ut sit, seque determinante ad non determinandam ex se ejus existentiam, qui est usus dominii divini circa consensum; non ideò debet esse sub usu omni dominii physici divini, atque adeò neque debet à Deo determinari. Ad aliam probationem concesis præmissis, nego consequentiam, & ratio est inter alias: quia Deo in quovis ordine debet dari tota perfectio, & omnis usus, qui non appareat repugnans: at usus subjiciendi sibi per immediatam determinationem eos effectus, quorum determinationem concesit Creaturæ, est *usus dominii* repugnans *usui concedendi*, quo jam dominium exercuit: usus verò cooperationis non est repugnans, sed omninò necessarius pro stabiliendâ vniversalitate Divini dominii, & creaturarũ indigentiâ. Ad secundam probationem antecedentis, distinguo antecedens: Ut ponat concursum, quia vult, vnicè se determinando ad concursum, nego; vel se determinando, vel sinendo se determinari, concedo.

Infrà lib. 7. à nu. 9.

Et confirmatio prima, & Secunda: ex Doctrinâ notandâ.

384 Ad primam confirmationem concesis præmissis, nego consequentiã, quia hic usus omninò repugnat usui, quo Deus supremum illud dominium exercuit per concessionem facultatis utendi consensu, prout creaturæ libuerit. Excessus, & superioritas Divini dominii, aliunde protegenda: nempe ex independentiâ in usu, & non emendicatâ facultate, &c. Ad secundam, concesis etiam præmissis, nego consequentiam, quia essentia, natura, & perfectio Divinii dominii non destruit essentias rerum, quæ sub ipsum cadunt, atque adeò non est metienda ex potsibilitate omnium usuũ, quos circa hanc vel illam rem habere Deus potest, aut habet: *sunt* enim usus, qui respectu vnius rei posibiles, & composibiles sunt, & *sunt* qui respectu alterius rei vel non sunt posibiles, vel saltem non sunt composibiles: sic circa operationem, quæ essentialiter exigit pendere à Deo, & à creaturâ non sunt posibiles, vel composibiles omnes usus, quos circa res à se solo pendentes exercet Deus.

Tertia.

385 Ad tertiam dico, *esse posibilem perfectionem, quæ non sit in ente summè perfecto*, atque adeò dicente omnem perfectionem, esse terminos contradictorios; at esse posibilem effectum, qui non ita sit sub dominio Dei, ut illum, vel se ipso solo Deus producere posit, aut ipse non posit determinare; non officit Divino Dominio; imò est necessarium ex ipsis terminis; nam alioquin nullus esset Deus; cùm Deus determinator ad malum, Deus non sit: Et Deus non potens concedere subditis usum arbitrii, non sit Deus: Eò autem ipsò quòd liberæ potestatis à Conditore facti sumus, domini nostrarum actionum sumus. *Alioqui in nobis, ratiotinandi potestas vana foret. Nam si nullius actionis domini essemus, vanò consuleremus. Cùm tamen rationalis potestas omninò consilii gratiâ nobis indulta sit.* Quæ sunt aurea verba Damasceni *lib. 2. de Fide cap. 7.* cui concinit Sanctus Thomas *in primum. distinct. 39. Quæst. & art. 2. ad 3. Si inevitabiliter in unum tenderet liberum arbitrium nostrum, tolleretur ratio voluntatis in tali naturâ.*

Damascen. S. Thomas.

SECTIO IV.

ARGVIT EX INSVFFICIENTIA, ET inutilitate Decreti indifferentis.

Quartum Argumentum Thomistis ex brevi Decreto indifferentiæ.

386 OBjicies quartò: Omninò requiritur ad Omnipotentiam applicandam aliquod Dei decretum; sed hoc nequit indifferens esse: ergo debet efficax esse: ergo prædeterminans. Major patet: quia causa secunda operari nequit, nisi operante primâ: primam autem operari liberum Deo est. Tùm quia Omnipotentia secundùm se indifferens est, ut concurrat, & non concurrat: debet ergo determinari per aliquod exercitium liberum. Tùm demùm: quia Omnipotentia debet aliquomodo uniri cum causâ secundâ, ut hæc sit proximè potens ad operandum.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Mens Patris Suar. & Authorum Societatis vindicatur.

Ioannes Thomas Ill. Godoy. Contra Suarez.

387 Minor, in quâ videtur esse difficultas, multipliciter probatur: primò, & potissimè à Thomasio, & Godoyo ex impugnatione omnium explicationum, quas Nostri dedere de naturâ talis Decreti indifferentis, & maximè illius, quam dedit Doctor Eximius, & communiter alii sequuntur, dicentes tale decretum esse hujusmodi: *Volo concurrere, si creatura se determinat*: id enim genus decernendi videtur ex se ridiculum, & implicatorium; nam determinatio creaturæ est ipse Dei concursus. Secundò: quia si Deus haberet decretum indifferens, expectaret operationem creaturæ, seu ejus determinationem ad concurrendum; quod in terminis videtur absonum, & repugnans. Tertiò: quia Decretum indifferens æquè composibile est cum carentiâ operationis, ac cum operatione: ergo inutile est ad determinandâ Omnipotentiam ad operationem præ non operatione. Quartò: quia præter voluntatem, quâ in actu primo exhibetur Omnipotentia, paraturque concurrere, necessaria est alia voluntas, quâ in actu secundo reipsâ concurrere velit.

Infrà Latissimè lib. 7. à nu. 170.

Urgetur primò:

388 Confirmatur primò: quia Deus debet efficaciter unire virtutem suæ potentiæ cum nostrâ in ordine ad effectum: at hæc efficax unitio fieri nequit per decretum inefficax, & indifferens. Secundò: quia Deus liberè concurrit ad hoc extremum libertatis potiùs quàm ad illud: ergo non casu, sed consilio producit suam operationem in singulari: ergo operatur hoc potiùs, quàm illud *sciens, & volens*: ergo operatur *sciens* se sic operati, & *volens* sic operari: ergo operatur determinando se efficaciter ad operandum: ergo. Tertiò: quia Deus ita applicat suam Omnipotentiam, ut ex modo quo eam applicat saltem ad bonum, tribui Deo posit, & debeat existentia omnis boni: sed non sufficit decretum indifferens, ut vi ejus, effectus subsequutus tribui debeat, aut posit ita decernenti: nam qui solùm habet decretum indifferens, paratus æquè est manere cum effectu, ac sine illo: ergo requiritur Decretum efficax: ergo, &c.

Secundò:

Tertiò:

Solvitur Argumentum.

389 Respondetur. Et nego minorem in sensu Thomistico. Ad primam probationem facilè foret à Thomistarum incursu defendere singulos nostrorum discursus, & maximè, quæ maximè petunt, Doctoris Eximii. Neque enim hic unquam dixit Decretum esse *cõditionatum*, sed *quasi conditionatum*, id est, decretum talis energiæ, ut detur locus isti causali, *non ideo operatur Creatura: quia Deus determinat*, sed *ideò & Creatura, & Deus operantur, quia per eandem ipsissimam actionem, quâ cooperantur Deus, & Creatura, Creatura determinat se, & Deum.* Quare Mens Patris Suarez, & aliorum alia omninò est ab eâ, quam sibi Thomistæ fingunt.

390 Neque Mens tanti Doctoris, aliorumque, quomodocumque explicent Decretum indifferens à veritate discrepat: quæ in hoc stat, ut decretum indifferens (saltem indifferentiâ determinationis, ut explicabo *infrà*) Omnipotentiam attemperet arbitrio creaturæ ad-instar cujusdam habitus. Hæc autem Attemperatio consistit in tribus. *Primum* in eo quòd creaturæ det comprincipia necessaria indifferentia ad utramque partem. *Secundum* in eo quòd excludat omne principium, aut suppositionem prædeterminantem. *Tertium* in eo quòd impediat Deum quo minùs in ordine ad effectum obeat Vicem causæ determinantis. Quæ omnia præstat efficaciter & exercitè *Decretum illud*, quod à nostris vocatur *indifferens*. Ad secundam, nego majorem: nam attemperare se per modum habitûs, non est *expectare* determinationem creaturæ ad concurrendum: sed concurrere non determinando operationem. Ad tertiam nego suppositum: nempe quòd Omnipotentia in ordine ad nostros actus liberos applicetur, & determinetur in actu secundo per Decretum: solùm enim applicatur, & determinatur à nobis, cooperante ipso Deo. Ad quartam nego antecedens: quod probari nequit: de probationis conatu apud Godoy dixi *in objecl. præced.* & in *sequenti* loquar.

Et prima confirm.

391 Ad primam confirmationem dico; satis uniri potentiæ nostræ Omnipotentiam, quantùm opus est ut potentia nostra maneat proximè expedita, per decretum *num. præced.* explicatum & fi-

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. *Et secundâ: Suprà nu. 382.*

ne ullâ vi præviæ determinationis ad opus. Ad secundam jam dixi, quod genus libertatis exerceat Deus circa actus nostros liberos, *num.* 382. Dixi enim, eos non ita Deo liberos esse, ut determinet: id enim est incompossibile cum libertatis divinæ usu, eos concedenti arbitrio, & dominio creaturæ. Tamen *sciens*, & *volens* operatur. *Sciens*, non solùm æternitate præsuppositæ scientiæ ad effectum, sed præsuppositione Scientiæ Mediæ, ut

Latè lib. 6 à nu. 220. & lib. 7. à nu. 146. *in loco* defendimus: *volens*: tùm quia liberè posuit voluntatem in circumstantiâ in quâ vidit se ab illâ determinandum: tùm quia ex affectu talis determinationis dedit Voluntati dominium actûs, sibiq; liberè impedivit determinandi jus.

Et tertia. Ad tertiam patet ex his quæ *nuper* dicebam, quomodo sit attribuenda Deo omnis honestas: caussatur enim specialiter à

Mox à nu. 394. & latè lib. 6. & 7. & 13. Deo, & intenditur: imò & datur, ut *mox* explico sine ullâ vi prædeterminandi, anticipando plura quæ *suis in locis* venient dilucidanda

SECTIO V.

ARGVIT EX SPECIALI DEPENDENTIA Honestatis à Deo.

Quintum Argumentum ex Honestate. 392 OBjicies quintò: Nam Deus est fons Voluntarius omnis boni; ita ut omne bonum tribui Deo speciali-

Confirmat. primò, ex Augustin. ter debeat: Verumque sit; *ideò datur, & existit hoc bonum, quia Deus vult*: quomodo autem hæc intelligi possunt, quin determinet existentiam cujuscumque boni? Confirmatur primò: quia ipse actus bonus, & ipse consensus salutaris est speciale Dei donum, & novum beneficium distinctum à sufficientiâ, ut disertè docet Augustinus passim: ergo præter voluntatem Dei, quæ det sufficientiam, & actum primum, requiritur nova voluntas, quæ det ipsum actum, & consensum salutarem: quomodo enim aliter potest esse novum beneficium? ergo debet in Deo dari voluntas determinans existentiam actûs, & consensûs salutaris.

Secundò. 393 Confirmatur secundò: Homo constitutus in actu primo ad consentiendum, utiliter petit à Deo consensum, &

Ex eodem Augustin. efficax auxilium ad ipsum ut est communis Doctrina ex Augustino contra Pelagium: ergo præter ea quæ requiruntur ad constitutionem hominis in actu primo; pendet consensus, & efficacia ad ipsum, ex uteriori Dei determinatione, & beneplacito. Probatur ista consequentia: quod enim ab alterius determinatione, & beneplacito jam non pendet, & unicè pendet à tuâ determinatione & libito; frustrà petis ab alio: ergo, &c.

Vide hæc latiùs à num. 475. Solvitur Argumentum.

394 Respondetur. Ad argumentum quidem, ea optimè intelligi sine ullo decreto prædeterminante: nam nusquam, & nunquam exstitit quicquam boni, quin specialiter caussetur à Deo per speciales gratias operanti concessas, non utcumque sed ex fine talis boni, & fortè quia vidit tale bonum ponendum. Id autem sufficit, ut Deo maximè tribuatur, verum

Ex lib. 6. à nu. 285. & ex lib. 7. à n. 146. que sit: *ideò existere, quia Deus vult*: nam citra ullam prædeterminationem, *Deus vult ut existat, & dat, quæ requiruntur ut existat*, & demum ponit circumstantiam, in quâ videt extiturum, quod est *moraliter dare* ipsum bonum.

Et confirm. Primò. Ad primam confirmationem concedo antecedens, & nego consequentiam. Licèt enim auxilium efficax, & consensus sit distinctum donum, & beneficium à dono sufficientis auxilii, & potestatis, non requirit novam voluntatem, sed illam ipsam quæ dat sufficientiâ cum præscientiâ, ex eâ præscientiâ talis consensûs, & efficaciæ: hoc enim est dare consensum, & ipsum operari?

Et sectâ. Infrà lat. à nu. 475. 395 Ad secundam de quâ expensiùs *à num.* 475. dicetur, noto nunc tria, quæ dicuntur à nobis, & quæ non satis notant Thomistæ à nobis dici. *Primò*: licèt nobis liberum sit consentire Gratiæ, quam Deus dat nobis, tamen non esse nobis liberum constituere nos sub illâ Gratiâ, cui Deus prævidit nos consensuros. *Secundum*: peti utiliter à Deo eam Gratiam, cui Deus nos prævidit consensuros. *Tertium*: id peti à Deo, cùm à Deo petitur consensus, & auxilium efficax. Ex his dico, utiliter peti à Deo auxilium efficax, & ipsum consensum, quin ex eo colligi possit consensum pendere à Deo tanquam à prædeterminante, aut conterminante: solùm enim inde colligitur, pendere à Deo determinante dare illam gratiam, quam vidit alioqui fore congruam: Petitque id homo, non tam consti-

tutus in actu primo, quàm ut cum eâ gratiâ constituatur, vel addatur occursus, ex quo eam Gratiam vidit Deus non

Et tract. 3 lib. 13. forè incongruam. Sed de his dicemus affatim *tract. 3.* & signanter ad punctum præsens ad *Decimum tertium Argumentum*, occasione Doct. Castellii *sect. 13. à num. 479.*

SECTIO VI.

ARGVIT EX SVPREMITATE DIVINÆ Potentiæ.

Sextum Argumentum ex Potentia Dei Ex Augustino. 396 OBjicies sextò: Nam *quis tam impiè desipiat, ut dicat Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, non posse in bonum convertere?* inquit Augustinus in *Enchirid. cap. 98.* sumens rationem *cap. 97.* ex omnipotentissimâ Voluntate Dei: ergo est impossibilis casus, quo non possit Deus pro libito convertere quem quam: aut Dei voluntas non est omnipotentissima. Atqui nisi dentur in Deo decreta prædeterminantia independenter à Scientiâ Mediâ, dari potest casus in quo Deus aliquem pro libito convertere nequeat, & ubicumque: ergo nisi ea dentur, nequit esse omnipotentissima Dei voluntas. Probatur minor: quia nisi deutur decreta prædeterminantia omnia auxilia, & omnes circumstantiæ debent esse indifferentes pro constitutione libertatis humanæ, & alioquin salvâ libertate non erit in Deo jus determinandi ipsam voluntatem ad consensum salutarem: cur ergo repugnet quòd aliqua creatura prævideatur omnibus auxiliis, & mediis, per quæ Deus indifferenter vocet, dissentiatne ergo casum, in quo Deus nequit liberè convertere hominem?

Confirm. primò ex Augustin. 397 Confirmatur primò ex ratione quam adhibet Augustinus *lib. de Correp. & Gratia cap. 14.* Omnipotentissima virtus Divinæ voluntatis explicari nequit, nisi per potestatem, quam *Deus magis habet in suâ potestate voluntates hominum, quàm ipsi suas*: id enim asserit S. Doctor; sed nequit habere in suâ potestate voluntates hominû magis, quàm ipsi suas, nisi pro libitò convertere liberè possit ubicumque velit, ut homines se liberè convertere possunt: ergo &c.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. *Secundò:*

398 Confirmatur secundò: si non sit possibile decretum prædeterminans, nequit Deus esse potens proximè prædefinire, seu decernere efficaciter consensum liberum voluntatis, nisi per Scientiam Mediam ipsi non liberam, sed creaturæ: atque adeò in ratione potentis proximè prædefinire, seu decernere completur per aliquid, quod ipse non habet in suâ manu; sed pro libito creaturæ est in Deo ponibile, vel impedibile: atqui hoc repugnat omnipotentissimæ virtuti voluntatis Divinæ. Quod ostenditur. Repugnat conceptui virtutis omnipotentissimæ, quòd posse proximum ad aliquid efficiendum non habeatur ex se, sed pendeat, quo-ad existere, vel non existere ab arbitrio alterius: patet: nam si Deus deberet ab alio reddi potens completè ad aliquid efficiendum, vel posset ab alio reddi impotens, non esset simpliciter omnipotens in efficiendo: ergo repugnat omnipotentissimæ virtuti Divinæ voluntatis in prædefiniendo, quod per aliquid à nostro libitu pendens, & non suo, reddi debeat proximè potens, & reddi possit proximè impotens prædefinire.

Tertiò: 399 Confirmatur tertiò: si ex suppositione Scientiæ Mediæ necessitaretur Deus ad prædefiniendum, non esset Dei summa libertas in prædefiniendo: ergo neque esset Dei summa libertas in prædefiniendo, si ex defectu Scientiæ Mediæ reddi posset impotens proximè ad prædefiniendum. Probo consequentiam: quia non minùs opponitur libertati necessitas ad actum, quàm defectus potentiæ proximæ ad oppositum.

Quartò: 400 Confirmatur quartò: qui non à se, sed ab alio necessitari potest ad non prædefiniendum, non est summe liber in prædefiniendo; sed Deus juxta nostra principia, ex defectu Scientiæ Mediæ necessitatur ad non prædefiniendum, qui defectus non habetur in Deo à se, sed ab alio: ergo.

Quintò: 401 Confirmatur quintò: Ideò apud nos creatura est in lineâ causæ secundæ, liberi secundi, & secundi determinantis, quia virtutem ad hæc, ab alio acceptam refert; sed si necessaria sit Scientia Media ad prædefiniendum; virtutem proximam ad hæc acceptam Deus referet, ab alio: ergo erit imperfectè potens, & in-

li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

lineâ secundi agentis, &c.

402 Confirmatur sextò: contra conceptum Divinæ potentiæ est posse dari aliquid alioqui contingens: quòd potestati Creaturæ suæ subsit, & non subsit Divinæ; at si non sit posibile, & necessarium decretum prædeterminans, id sequitur: nempe Scientia Media, quę quidem, Dei non cadit in potestatem, & cadit in nostram: ergo &c. Exultat his immodicè Petrus Godoy, fusè per ea disputans *variis in locis*, maximè *disp. 67. de Prædestinatione.* Vim, si qua est, collegi: verba, quæ sunt plurima, non curavi.

Sextò:

Ill. Godoy.

Solvitur Argumẽtum.

403 Respondetur: & quidem ad argumentum (de quo latiùs infrà *lib.* 8.) agnosco S. Augustinum: & cum ipso pronuntio, desipere, eum qui neget posse Deum convertere hominum corda, *quando voluerit, & ubi voluerit*: non verò *quandocunque volnerit*. Id enim non dixit Augustinus, & bene sumpsit rationem Augustinus ex omnipotentissimâ divinæ voluntatis potestate: nam certè potestas Divinæ voluntatis habet sub suo arbitrio infinita Media, per quæ quemquam efficaciter vocare sic posit, ut consentiat. Procul tamen est ab hac potestate, jus prædeterminandi actus alioquin liberos: hoc enim est jus omninò chimericum, & sibi contradicens. Sufficit enim (ut modò alia taceam) ad locutionem Augustini, quòd Deo sint posibiles practicè infiniti modi vocandi efficaciter hominem: idque esse moraliter ita certum, ut negari non posit, nisi negatâ re, quæ prudenter negari non potest: qui enim negat rem, quæ non nisi imprudenter negari potest, desipit.

Infrà lib. 8. à nu. 43

Mens Augustini.

404 Quare permitto casum, in quo prævideretur voluntas restitura omnibus auxiliis, per quæ ad operandum liberè instrui posit, esse potestate antecedente posibilem: est tamen casus, qui non est inter omnes posibiles, quos Deus modò videt: quia supponimus ex morali ejus impossibilitate non prævideri à Deo talem casum, desipereque qui dicat prævideri. Nego deinde quicquam absurditatis esse in eo quod permitto: neque enim per id negatur Deo ulla potentia, quæ posit esse de conceptu veræ, & realis potentiæ juxta Augustinum, cùm in se sit omninò repugnans, & ipsi potestati Divinæ contradicens. Potestas enim prædeterminandi, necessariò est oppositа potestati creandi creaturas liberas, atque adeò de ratione summę potentiæ Divinæ, cujus est potestas creandi liberas creaturas est exclusio potestatis necessariò prædeterminantis illas ad operandum. Sed plura *loco citato.*

Lib. 8. cit. à nu. 43.

Et cõfirm. Prima. Augustin. nunquam usus est, ne æquivalẽter quidẽ, voce Prædeterminandi.

405 Ad primam confirmationem dico dici ab Augustino optimè, *magis esse in potestate Dei, voluntates hominum, quàm sunt in ipsorum hominum potestate.* Ratio neque petitur ab Augustino ex jure prædeterminandi, *quæ voces* nusquam aut nullibi apud Augustinum inveniri, adhuc per æquivalẽtiam, possunt) sed ex *tribus* aliis. *Primum* est: quòd homo, non potest habere ullam potestatem, nisi à Deo, cujus est eam dare vel non dare. *Secundum*: quòd homo etiam ex suppositione, quòd à Deo accipiat potestatem, eget Dei adjutorio: quod negare potest. *Tertium*: quia ex suppositione quòd Deus det homini potestatem, & offerat adjutorium & nolit impedire operationem; si Deus non dat potestatem, quam prævidit conjungendam cum bono effectu voluntatis; atque adeò si non dat ipsum effectum, nunquam habebit homo.

406 Confer modò, quid habeat Deus, & quid homo circa bonam voluntatem, citra ullum jus prædeterminandi: Deus habet in potestate suâ, quòd sit in homine potestas bonæ voluntatis: hoc non habet homo. Deus habet in suâ potestate parare adjutorium, quo eam potestatem exerceat: hoc non habet homo. Deus habet in suâ potestate, quòd sit homo sub eâ potestate quæ conjungenda est cum bonâ voluntate: hoc non habet homo. Homo habet ex suppositione datæ potestatis accipere bonam voluntatem, quam dat Deus homini: magis ergo habet Deus in suâ potestate hominum voluntates, quàm ipsi suas, & certè per jus prædeterminandi non haberet in suâ potestate; cùm illud jus destrueret ipsam bonam voluntatem, (de quâ loquimur) nempè liberam hominis.

Vide lib. 8. à num. 231.

Secunda.

407 Ad secundam dico: potestatem proximam prædefiniendi actus alioquin liberos, non esse in Deo, perfectionem simpliciter simplicem, cùm non sit melior ipsa, quàm non ipsa. Deinde dico eam potestatem prædefiniendi, esse potestatem eliciendi, seu habendi actus attemperatè ad arbitrium illius, cujus actus prædefinit, atque adeò dependentes à Scientiâ Mediâ; est enim potestas habendi actus cum exercitio sinendi eos affectus, quos prædefinit, arbitrio, & potestati alieni arbitrii. Vnde ea potestas non perficitur, sed destruitur per potestatem eos ipsos actus prædeterminandi: quare sumuna Dei potestas, (quæ sine potestate concedendi arbitrium creaturis, & sine potestate creandi agentia libera, non potest esse summa) exigit non posse prædefinire, nisi dependenter, aut attemperatè ad arbitrium alienum, atque adeò non posse proximè reddi aptam prædefinire, nisi per notitiam, vi cujus prædefinitio sit impedibilis ab arbitrio cujus actum prædefinit. Neque per istam necessitatem Scientiæ pendentis à nutu Creaturæ, & non Dei, minuitur summa potestas Divinæ voluntatis: nam ex defectu potestatis Chymericæ, realis potestas non minuitur. Quòd si Adversarii, (ut insinuant,) contendunt esse de ratione Divinæ potestatis, posse habere hujusmodi decreta, nego talem potestatem esse de conceptu Divinæ Potentiæ, imò, ut ajebam, minuit supremã potestatem. Ex his

Potestas proxima Prædefiniẽdi qualis in Deo?

Et nota Destrinã.

408 Concedo majorem, & nego minorem. Ad probationem distinguo: Repugnat, si posse proximum sit perfectio simpliciter simplex operantis, seu potentis, concedo; si non sit perfectio simpliciter simplex: imò sit perfectio simpliciter simplex non posse proximè, nisi attemperatè ad alienum arbitrium, nego. Vnde patet disparitas ad exemplum à virtute effectivâ desumptum: quia Omnipotens in efficiendo est causa omnium independenter ab alio; & hoc *posse* est perfectio simpliciter simplex habentis, quidquid sit, an respectu alicujus effectûs, vel ratione malitiæ, vel alterius dependentiæ, Deus non sit ex se completè potens illum producere.

409 Quare virtus Omnipotentissima Divinæ Voluntatis non sumit gradum summæ, ex absolutâ potestate proximâ prædefiniendi; hæc enim non est perfectio simpliciter simplex Dei, sed ex conditionatâ potestate utendi pro summo libito ad prædefiniendum notitiis, quas alioquin habere opportunas ad prædefiniendum, licèt ipsi liberum non sit, tamen est moraliter necessarium ex infinitate modorum, quos sub suâ Omnipotentiâ continet, & quibus resistere hominem est saltem moraliter impossibile: etiamsi velit eum *relinquere in manu consilii sui*: nam aliter hîc loquimur.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Tertia.

410 Ad tertiam confirmationem, noto imprimis supponi falsò ab adversariis, Deum simpliciter esse summè liberum ad prædefiniendum: hanc libertatem Deo necessariam respectu actuum liberorum negamus, uti chymericam: quod docemus est; ex suppositione Scientiæ Mediæ de consensu v.g. manere Deũ, & esse summè liberum ad prædefiniendum: quo notato, concedo antecedens absolutè, & distinguo consequens: non erit summè liber necessariò & simpliciter, concedo; non erit ex suppositione, summè liber; subdistinguo: ex suppositione quòd non desit Scientia Media de consensu, nego; ex suppositione, quòd desit, nego suppositum, quòd nempe tunc Deus sit liber ad prædefiniendum consensum ut liberum. Itaque si Deus ex Scientiâ Mediâ necessitaretur ad prædefiniendum, non solùm deesset Deo summa libertas in prædefiniendo, sed omnis; quia necessitaretur ex comprincipio sibi inevitabili: at si ex defectu Scientiæ Mediæ redditur proximè impotens ad prædefiniendum, solùm ex eo sit, Deum non esse summè liberum in prædefiniendo, simpliciter, quod concedimus; non verò sit, non esse Deum summè liberum casu quo sit Scientia Media de consensu. Ex quibus satis patet ad quartam.

Et quarta.

411 Ad quintam (quam Thomistæ non attingunt,) distinguo majorem, quia præcisè acceptam refert, nomine acceptionis simpliciter impropriæ, & nullam sonantis causalitatem, sed puram attemperationem, nego: quia simpliciter acceptam refert, concedo. Itaque licèt divina libertas non sit proximè potens prædefinire, nisi ex notitiâ conditionatâ de consensu: falsò dicitur hanc notitiam ab alio accipi: habetur enim à Divino intellectu per attemperationem sui

Quintæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Sextus

sui ad objectum, nõ exercens in notitiam ullum aliud prioritatis genus, quàm purè determinativi intentionalis.

412 Ad sextam dico repugnare, quòd aliquid sit sub dominio creaturæ *effectivè*, & quo ipsa pro libito *exercite posit uti*, quod non sit sub dominio Dei. Neque oppositum fit ex Sententiâ Scientiæ Mediæ. Nam licèt Scientia Media existat attemperatè ad arbitrium creaturæ, non tamen est sub illius dominio *effectivè*: solùm enim pendet in genere attemperationis, & determinationis à creaturâ: habetur tamen à Deo ex summâ determinatione Divinæ mentis ad cognoscendum omne verum. Quare sicut ad Dei perfectionem pertinet, quòd possit creare agentia libera, & quòd nihil ignoret; pertinet ad Dei perfectionem esse disjunctivè necessitatum ad habendam unam ex notitiis: nempe, quæ vera sit, de determinatione creaturæ, ab ipsâ creaturâ impedibile. Id enim nõ est subesse aliquid dominio creaturæ *simpliciter*, quod divino non subsit: sed Deum necessitari ad res cognoscendas attemperatè ad naturam, & veritatem earum: qui postmodùm eâ notitiâ pro libito potest uti: non tamen Creatura. Vnde hæc argumentatio putat, & fatigatur probare tanquam absurdum, id quod nos putamus necessarium esse pro perfectione Dei: ut rursus attingetur, & declarabitur *lib. 5. de Scientiâ Mediâ à nu. 204.*

De quâ rursus lib 5. à n. 204.

SECTIO VII.

ARGVIT EX SVMMA EFFICACIA Divinæ Voluntatis.

Septimum Argumẽtum ex efficacia Voluntatis.

413 OBjicies septimò: Quantumcumque Decretum sit inevitabile à nobis, potest efficaciter Deus per ipsum statuere non solùm substantiam nostri cõsensûs, sed etiam modum, nempe, & consensum fieri, & fieri liberè: sed tale decretum nequit impedire libertatem: ergo Decretum efficax Dei, quantumvis inevitabile, nequit impedire libertatem. Minor patet: quia Decretum ita efficax connectitur essentialiter cum libertate actûs, eamque inducit, & causat: quomodo igitur eam destruet?

414 Ne tamen dicatur tale decretum esse implicatorium: probatur major: Primò ex Sancto Thomâ 1. *part. quæst. 19. art. 8. 0.* dicente voluntatem Dei efficacissimam esse, inque hoc stare, quòd non solùm *vult res fieri, sed etiam modo quo vult eas fieri*. Secundò: quia voluntas Divina non solùm est efficax, sed summè efficax: ergo sicut nequit esse implicatorium, quod ejus infert efficaciâ: ita neque quod ejus perficit efficaciam, aut ejus majorem efficaciam infert. Sed decretum efficax de consensu cum modo libertatis, infert majorem efficaciam Divinæ voluntatis, quàm decretum efficax de cõsensu præcisè quo-ad substantiam: ut per se patet: ergo. Tertiò: Deus potest suo decreto efficaci statuere, & determinare quicquid continetur in suâ Omnipotentiâ; sed in Omnipotentiâ non solùm continetur consensus quo-ad substantiam, sed etiam quo-ad modum libertatis: ergo. Quartò: &

S. Thomas.

Vrgetur primò.

415 Confirmantur præcedentia primò: Necessitas, consequens nostram libertatem æquivalenter, eam auferre non potest; sed ita consequitur decretum prædeterminans: quia consequitur ad consensum, ut concentum in Omnipotentiâ & voluntate Divinâ. Secundò: ideò voluntas se determinare potest ad suos actus sine læsione suæ libertatis: quia eos continet, eorumque libertatem; sed Deus eos eorumque libertatem continet magis, & perfectiùs ex Augustino: ergo. Tertiò: Dependentia efficaciæ tam in Decreto, quàm in Gratiâ, à prævisione conditionatâ consensûs, non est perfectio, sed debilitas efficaciæ; sed libertas, & contingentia rerum reducuntur ad efficaciam Divinæ voluntatis, non ratione debilitatis, sed ratione perfectionis efficaciæ: ergo non reducuntur ad efficaciam à Scientiâ Mediâ dependentem.

Secundò:

Solvitur Argumentum ex dictis à nu. 134.

416 Respondetur. Negando majorem, ut-pote apertè implicatoriam: non minùs ac siquis diceret decerni à Deo per decretum necessitans, ut res fiat sine necessitate: aut esse necessitatem moralem, ut res fiat sine morali necessitate: aut prædeterminare voluntatem, ut imprædeterminata consentiat; aut decerni decreto infrustrabili, ut res frustrabiliter fiat: aut velle quòd res sine volitione fiat: æquè autem est implicans Majoris Thomisticæ suppositio, ac sunt istæ quas proposui, ut ex nostris rationibus palàm fit. Quare dicimus Deum decernere posse substantiam actûs, & ejus libertatem; non tamen decreto ex tali congerie prædicatorum ut simul destruat, quod vult: ex his prædicatis contendimus unum esse connexionem inevitabilem, & inattemperatam arbitrio. Vide *suprà* præsertim *à nu. 134.*

Ibidem. Mens S. Thomæ.

417 Ad primam majoris probationem addantur verba, quæ subdit Sanctus Doctor: eritque hallucinationis Thomisticæ spongia. Subdit enim, exinde Deum *aptasse pro effectibus liberis causas contingentes, & defectibiles*, id est, *indifferentes*. Ad secundam dico, ut Dei voluntas est efficax, & summè efficax intra lineam efficaciæ realis, & non chymericę, ita non esse implicatorium, quòd ejus efficaciam perficit intra eam lineã: secùs quod fingitur eam perficere intra lineam chymericæ efficaciæ: qualis est complexio conceptuum, quos in suâ Gratiæ, & Decretorum efficaciâ Thomistæ adunant. Ad tertiam distinguo majorem: ut exequibile, & determinabile ab ipso, concedo: quicquid aliter continetur, nego. Fateor igitur consensum nostrum quoad substantiam, & quoad libertatem contineri in Omnipotentiâ, ut purè exequibilem ab ipsâ attemperatè ad determinationem arbitrii creati; non verò, ut inevitabiliter decernibilem à Deo, & determinabilem.

Ex confirm. Primo. Suprà à nu. 134. Thomistæ Navarrete. Godoy. Secundo:

418 Ad primam confirmationem, nego quod assumitur: idque multipliciter *suprà* convictum est contra Thomasium, Navarretum, & Godoy. Sic enim nulla necessitas esset oppositæ libertati. Vide, per quæ *ibi*, nisi fallor, evidenter hos Thomisticos respondendi, & arguendi modos ejeci. Ad secundam distinguo; præcisè quia continet, nego; quia continet continentiâ dominii sibi attemperantis cæteras causas sui actûs, concedo: & distinguo minorem: Deus magis continet titulo continentiæ dominii compossibilis cum concessione dominii creaturæ, nego suppositum: titulo continentiæ dominii negandi, vel dandi dominium creaturæ, potestatem, jus determinandi se, & dandi per hæc ipsum actum,

Aranda de Deo.

concedo: & hic excessus est, quem in Dei dominio agnovit Augustinus, ut *suprà* dixi. Ad tertiam nego majorem: debilitas enim est defectus virium, & efficaciæ alioquin in aliquo ente possibilium: at nullus efficaciæ aut virium defectus talis provenit Divinæ voluntati ex defectu potestatis prædeterminandi consensum à lio quin liberum. Non enim reducuntur libertas, & contingentia rerum ad efficaciam Divinæ voluntatis planè chymæricam.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Augustin. Suprà nu. 405. & 406. Et tertiæ.

SECTIO VIII.

ARGVIT EX DIVINORVM DECRETORUM efficacia.

Octavum Argumẽtum ex efficacia Decernendi. Ex Augustino.

419 OBjicies octavò: Nam *Deo volenti salvum facere, nullum hominis resistit arbitrium: sic enim velle, & nolle, in volentis, & nolentis est potestate, ut Divinam Voluntatem non impediat, neque superet potestatem*: est Augustini *de Corrept. & Gratia cap. 14.* ergo nequit arbitrium creatum impedire decreta Divina: sed alioqui Deus potest habere decreta efficacia circa nostros actus liberos: ergo & inevitabilia.

Confirm. primò:

420 Confirmatur primò: Impedire Divina decreta est Deo Volenti resistere: quominùs faciat Deus quod vult; sed hoc nequit humana voluntas: ergo nec impedire decreta Divina de nostris actibus. Probatur minor: primò ex Paulo *ad Rom. 9. 19.* tùm ex Esther. 13. 9. ex quibus Sancti Patres colligunt, (& meritò) impossibilitatem resistendi Voluntati Divinæ. Secundò ex Augustino *ubi suprà* sic addente: *Non est itaque dubitandum voluntati Dei qui in Cœlo, & in terra, omnia quæcumque voluit, fecit, humanas voluntates non posse resistere, quominùs faciat ipse, quod vult.* Rursus in *Enchirid. cap. 95. Deus noster in Cœlo & in terra, omnia quæ voluit fecit; quod utique non est verum, si aliqua voluit, & non fecit, & quod est indignius, ideò non fecit, quoniam, ne fieret quod volebat Omnipotens, voluntas hominis impedivit.* Rursus *cap. 96. Nec enim veraciter ob aliud vocatur Omnipotens, nisi quia quicquid vult potest, nec voluntate cujuspiam Creaturæ, voluntatis Omnipotentis impe-*

Ex Rom. 9 Esther. 13. SS. Patres

Secundò: Ex Augustino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Et Sancto Thomâ.

ditur effectus. Ex quibus manifestè fit Decreta Dei esse inevitabilia.

421 Id quod tacitè admisit Sanctus Thomas 1. *part. quæst. 19. art. 8.* Cùm enim sibi *objecisset*, stare non posse libertatem nostram cum Decretorum efficaciâ, nisi impedibilia forent: *aliunde*, nempè *ex ipsâ efficacia* colligit concordiam; nó verò ex impedibilitate. Tertiò, ratione quæ ex his locis facilè colligitur: quia implicatorium est, quòd Omnipotens efficaciter aliquid velit, & quòd non exequatur: defectus enim executionis provenire solùm potest ex defectu potentiæ, vel voluntatis. Atqui nulla est in voluntate creatâ potestas ad implicatorium: ergo neque ad impeditionem decreti Divini.

Secundò:

422 Confirmatur secundò: Tantam imperfectionem arguit impediri decreta Dei à Creatura, quantam arguit sa ificati Dei notitias à creaturis; at sacrilegium esset dicere, creaturam posse, Dei notitias falsificare: unde divinæ notitiæ sunt infallibiles: ergo nec dici potest, Creaturam posse impedire decreta Dei: ergo sunt inimpedibilia. Alioquin possunt esse efficacia circa actus nostros liberos: ergo circa actus nostros liberos potest habere Deus decreta efficacia inevitabilia: ergo, &c.

Solvitur Argumẽtum.

423 Respondetur: duplex est *impeditionis* genus: est *impeditio* Decreti efficacis ab effectu suo: & consistit in eo, quòd decretum existat sine effectu, quem vult: & est *impeditio* Decreti efficacis ab existentiâ, & consistit in eo quòd ponatur aliquid obstans, quominùs unquam extiterit tale decretum in Deo. *Prima* impeditio est resistentia circa decretum: eamque impossibilem censemus cum

Mens Augustini:

Augustino. *Altera* non est resistentia: eamque solummodò possibilem admisimus, nec exclusit Augustinus, ut attentè legenti constabit.

Et cõfirm. Prima: & Secunda.

424 Ad primam confirmationem distinguo majorem: impedire, *impeditione decreti ab effectu*, est resistere, concedo; *impeditione decreti ab existentiâ*, nego. Ex quâ distinctione patet ad reliqua, & etiam, ad secundam confirmationem. Neque contra eam distinctionem quicquam ex Augustino, aut Thoma afferri

S. Thom. S. Augustin

potest, quod ad rem faciat. Cur ergo recurrit, *inquies*, Augustinus ad supereminentem Dei potestatem pro tuendâ irresistibilitate Decretorum? Respondeo, duplici ex titulo. Primò: quia resistentia fieri nequit sine Victoriâ, atque adeò sine excessu potestatis, quæ vincitur, & cui resistitur, si alioquin voluntas est efficax cui resistitur. Secundò: quia ut ait S. Augustinus *velle, & nolle, ita est in potestate hominis, ut non impediat Voluntatem* dantis eam potestatem, utpotè dantis attemperatè, & sicut novit ei congruum forè, si det; & ut non superet potestatem Dei habentis in suâ Omnipotentiâ infinitos modos vocandi, quibus poterit, ut voluerit, convertere hominem, *ut* explicuimus *à nu. 403.*

Explicatur.

Suprà nu. 403.

SECTIO IX.

ARGVIT EX INVTILITATE SCIENTIÆ Mediæ pro Concordiâ libertatis nostræ cum Divinâ.

Notam Argumentum ex Inutilitate Scientiæ Mediæ.

425 OBjicies nonò: Nam independentia Decretiâ notitiâ inutili pro salvandâ libertate, nequit nocere libertati; atqui Scientia Media est inutilis pro salvandâ libertate nostrâ: ergo independentia decreti à Scientiâ Mediâ nequit nocere libertati: ergo licèt decretum sit efficax, & independens à Scientiâ Mediâ nequit libertati nocere. Major & consequentiæ patent. Probatur minor primò: quia Augustinus & alii PP. non meminere Scientiæ Mediæ pro salvandâ nostrâ libertate, ut fatetur ipsius inventor Molina in Concordiâ. Secundò: quia Scientia Media non reddit media, vel auxilia indifferentia, neque ejus defectus reddit prædeterminantia: unde auxilia prædeterminantia per accessum Scientiæ Mediæ, non desinunt juxta nos lædere libertatem: neque auxilia indifferentia mutari possunt in prædeterminantia: ergo accessus, vel abscessus Scientiæ Mediæ inutilis est pro tuendâ libertate. Tertiò: quia Scientia Media non facit, sed videt; non antecedit, sed supponit objectum sub hypothesi: ergo præcisim ab ipsâ consensus est liber ex vi hypothesis; & hypothesis habet posse coëxistere cum actus libertate: ergo Scientia Media inutilis est ad tuendam ipsius hypothesim libertatem.

Augustin.

Molina.

Vrgetur primò:

426 Confirmatur primò: Potest Deus efficaciter prædefinire consensus nostros dependenter à Scientiâ Mediâ, sine læsione libertatis: ergo & independenter à Scientiâ Mediâ. Probo consequentiam: eòipsò quòd per decreta efficacia non lædatur libertas, neque lædetur per auxilia intrinsecè efficacia; sed eòipsò quòd non lædatur per auxilia intrinsecè efficacia, neque lædetur per decretum efficax independens à Scientiâ Mediâ: ergo. Major probatur: quia ideò juxta nos ea qualitas auxiliorum lædit libertatem, quòd non sit compossibilis cum utraque parte libertatis: at neque est cum utrâque compossibilis ea prædefinitio.

427 Nec valet dicere hanc esse impedibilem, & non illam. Primò: Nam saltem si Deus daret auxilia intrinsecè efficacia dependenter à determinatione prævisâ voluntatis, vel starent cum libertate, vel non? Si primum: facilè colligeretur stare cum libertate, etiam sine illâ prævisione, quia hæc prævisio non immutat naturam auxilii. Si secundum: ergo sicut qualitas prædeterminans ex suî efficaciâ, non potest mollescere ex accessu Scientiæ Mediæ: ita neque ullus decreti intrinsecè efficacis rigor, ne noceat libertati. Secundò: quia decreta ex se efficacia debent inferre media sibi proportionata, atque adeò efficacia ab intrinseco.

Secundò: & ad hominem spectat.

428 Confirmatur secundò: Non minùs requiritur ad indifferentiam voluntatis in actu primo, quòd Deus habeat paratum indifferenter concursum, quàm ne sit determinata ad unum; atqui juxta assertores Scientiæ Mediæ stare potest indifferentia voluntatis in actu primo, quin Deus habeat paratum indifferenter concursum: ergo cum eo quòd sit prædeterminata ad unum. Probatur minor: Non minùs repugnat Deum esse efficaciter determinatum ad unum cum indifferentiâ ad oppositum, quàm quòd voluntas sit prædeterminata ad unum, & maneat indifferens ad ejus oppositum: atqui juxta assertores Scientiæ Mediæ admittitur in Deo decretum, quo Deus determinat se ad concursum unius efficaciter: vel ergo tunc Deus non manet cum oblatione indifferenti concursûs: vel si manet: cur voluntas, licèt sit prædeterminata ad unum, manere non possit cum indifferentiâ ad oppositum? Si autè ita manet, manet sine jacturâ libertatis.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

429 Dicetur, ex vi talis decreti efficacis velle Deum, parare concursum indifferenter alio decreto. Contrà primò: stat per nos optimè esse voluntatem Dei efficaciter determinatam ad concurrendum indifferenter: ergo stabit optimè esse voluntatem hominis efficaciter determinatam ad operandum indifferenter: ergo. Secundò: licèt decretum efficax, quo Deus decernit amorem non concurrat immediatè ad amorem, tamen vi suâ manet efficaciter & immediatè determinata Dei voluntas ad concursum decernendum, quem præstare debet: & tamen decretum concurrendi, & concursus, indifferens est: ergo stat optimè principium, à quo aliquid immediatè procedit esse determinatum, & id quod procedit manere indifferens: ergo stabit optimè consensum manere indifferentè, & procedere nihilominùs à principio determinato: qualia sunt decretum prædeterminans, & prædeterminans qualitas.

Solvitur Argumẽtum.

Duplex quæstio. De Primâ

430 Respondetur: Duplex hic est distinguenda quæstio: an Scientia Media, sit utilis, & requisita pro concordiâ Decreti efficacis Dei de consensu, cum libertate ipsius? an verò sit utilis, & requisita ad tuendam libertatem nostram? Illud est commune Nostrorum & omnium, dempto dissidio vocum sic vel aliter sonantium: & ratio est: quia efficacia, amica libertati, debet esse impedibilis, atque adeò attemperata libertati: quam tamen attemperationem habere non potest nisi

Lib. 7. à num. 56. De secũda Henai dictum.

per connexionem à Scientiâ Mediâ. Sed de hoc, latè *lib. 7. à nu. 56.* Hoc secundum video negari fortiter ab Henao, asseverante tanquam commune pronuntiatum Scholæ Nostræ, Scientiam Mediam non esse in Deo, ut concilietur nostra libertas cum indifferentiâ Hypothesis, & voluntatis auxiliis instructæ. Et ratio potest esse: quia *idem semper idem, natum est facere semper idem*: cùm autem hypothesis sit ex se indifferens, semper manebit indifferens, licèt tollas à Deo Scientiam Mediam. Ego *censeo*, cum grano salis hic loquendum. Imprimis illa-

Mens Authoris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tiones nullæ sunt: licèt enim Scientia Media non esset formaliter utilis pro tuendâ concordiâ suæ hypothesis cum libertate consensûs, deberet esse utilis pro tuendâ concordiâ libertatis cum efficacia decretorum: quod facit ad rem præsentem. Deinde

Augustin. Molina.

431 Nego simpliciter minorem argumenti. Ad primam probationem dico Scientiam Mediam agnitam ab Augustino, & aliis Patribus, neque id unquam negari à Molinâ. Aliud est, quòd *nomen Scientiæ Mediæ* non agnoverint; quod facilè fatemur: aliud, quod non agnoverint *rem Scientiæ Mediæ*; quod negamus. Ad secundam distinguo: Scientia Media non reddit auxilia indifferentia; nec ejus defectus reddit prædeterminantia, *formaliter*, concedo: *illativè*, nego. Ratio est: quia ex negatione Scientiæ Mediæ vitari non potest aliquid prædeterminans: cujus ulterior ratio est: quia cùm Deo necessaria sit notitia de eventibus conditionatis, nempe de eo quòd faceret voluntas, his aut illis illustrationibus præventa: si negetur Scientia Media ea in se ipsis intelligens ex determinatione voluntatis potiùs in hoc, quàm in illud, necesse est fateri, videri in connexione causæ, vel in Decreto Dei, id potiùs pro tali casu statuentis, quàm illud, cum hoc tamen salvari nequit libertas voluntaris, & auxiliorum indifferentia; atque adeò neque cum defectu Scientiæ Mediæ: unde ipsa necessarissima est tum ut stet auxiliorum indifferentia, tùm ut cum efficacia Gratiæ stet libertas. Non tamen ex ejus accessu potest attemperari rigor prædeterminationis, quia destruit ipsum objectum Scientiæ Mediæ, ut *mox* dicam.

Scientia Media simpliciter requiritur ut sit libertas in Creaturis.

432 Ad tertiam concesso antecedente, distinguo consequens: præcisim ab ipsâ, formaliter, concedo: præcisim ab ipsâ, exigitivè, nego: ipsa enim hypothesis natura exigit duo, sine quibus nequit esse posibilis, & in ipsis Scientiam Mediam pro suâ naturâ tuendâ. *Exigit*, non existere, nisi à Deo sciente, quid ex ipsâ futurum sit: quia implicat conjungi absolutè cum consensu, quin verum fuerit, conjungendam si poneretur. *Exigit*, ne in Deo sit ulla connexio, seu notitia connexa cum unâ parte suæ potestatis, non evitabilis ab ipso hypothesis dominio: id autem est connotare, & exigere pro sui posibilitate Scientiam Mediam.

Nota Doctrinam.

Solvitur prima confirmatio.

433 Ad primam confirmationem. Nego consequentiam: quia sine Scientiâ Mediâ nequit efficacia decreti attemperari Naturæ libertatis. Ad probationem primam consequentiæ, nego totum assumptum ex discrimine multiplici dando *lib 7. à nu. 298* & ex aliis, quæ facilè colliguntur ex retrò dictis, signanter *suprà nu. 371*. Ad cujus impugnationem, dico neque physicam prædeterminationem, neque decretum prædeterminans attemperari posse libertati ex accessu Scientiæ Mediæ. Ratio est primò: quia Scientia Media favere nequit nisi ponatur hypothesis prævisa; suppositio autem prævię determinationis destruit hypothesim Scientiæ Mediæ. Secundò: quia dependentia accidentalis à suppositione evitabili, non facit rem essentialiter evitabilem, neque tollit ipsi jus præoccupandi munus proprium agentis liberi in se determinando. Quare sciant, & intelligant Thomistæ, & Schotistæ, qui (post Vazquez, & Herize) sic arguunt, nunquam à Prædefinientibus in Scholâ nostrâ, dici Decretum efficax per se, & essentialiter non pendens à Scientiâ Mediâ componi cum libertate nostrâ posse. Quid dicendum in casu Prædefinitionis pendentis à Scientiâ Mediâ, non in esse, sed in operari, videbimus *infrà*. Ad secundam probationem concedo antecedens de proportione in attemperando se arbitrio Creaturæ, non verò de proportione entitativæ efficaciæ: quare nego consequentiam.

Infrà lib. 7. à num. 298.

Et suprà tota disp. 11. 12. 13. 14. & 15. signanter nu. 321.

Secundæ confirmationi: solvitur Primo & vero.

434 Ad secundam confirmationem, in quâ attingitur illa difficultas, nempe de componendâ cum prædefinitionibus, Divini concursûs indifferentiâ, facile ipse respondeo, qui distinguo *duplex genus* indifferentiæ: nam primò est indifferentia contrapositâ *determinationi*. Secundò est indifferentia contrapositâ *connexioni*: & una potest sine alterâ esse. Dico igitur, Deum, ut stet libertas, necessariò parare debere concursum indifferentem, indifferentiâ contrapositâ *determinationi*, & *connexioni*: idque *formaliter* sit per exhibitionem principiorum secundùm se indifferentium, mediis quibus suâ Omnipotentiam exercitè præparat, attemperat, & relinquit arbitrio creaturæ. Dico deinde, concursum hunc parari ex parte Divinæ voluntatis indifferenter, indifferentiâ contrapositâ *determinationi*, non vero indifferentiâ contrapositâ *connexioni*: indifferentiâ quidem contrapositâ determinationi: quia decretum prædefiniens non habet vim determinâdi Divinam Omnipotentiam ad concursum unius partis, potiùs quàm alterius: imò se ipso est necessitas, ne Deus sit determinator operis in quod afficitur: non verò indifferentiâ contrapositâ connexioni, quia Decretum illud ex suppositione liberâ creaturæ, & non Deo, habet connecti potiùs cum vnâ parte quàm cum aliâ. Ex quibus patet ad speciem argumenti: quid enim mirum quòd concursus Dei maneat indifferens sub decreto, cujus est natura non determinare Deum ad concursum? quare negetur minor primi, & secundi Syllogismi.

Ex lib. 7. à nu. 210.

Secundò solvitur cum Recentioribus.

435 Hæc dixi juxta mea principia non recurrendo ad dualitatem decretorum, efficacis, simul & indifferentis. Cui tamen, si stemus, cum Modernis aliter est dicendum: & negânda est minor. Ad cujus probationem concessâ majori, negetur minor: assertores enim Scientiæ Mediæ, qui prædefinitiones agnoscunt, non admittunt in ipsis vim determinandi Deum ad determinatum concursum: non enim explicare debent efficaciam ex vi effectivâ, sed ex vi purè affectivâ. Aliunde in ipsis Prædefinitionibus pro libito creaturę impedibilibus, agnoscunt vim inducendi decretum, medio quo parat Deus indifferenter suum concursum Omnipotentiæ. Quid simile hucusque cum Thomistis?

Nota. Vazquez. Herize.

436 Ad primam impugnationem in oppositum, dicitur efficaciam decreti bene componi cum nolitione subeundi partes determinantis in opere, atque adeò cum volitione attemperandi se, & concursum arbitrio alieno: id admittunt unicè assertores Scientiæ Mediæ: quare nego consequentiam ex terminorum implicantiâ, quorum nulla relucet in antecedente, explicato, ut *nuper* dixi. Ad secundam impugnationem, concedo similiter antecedens, & nego consequentiam: quia decreti efficacia nihil importat, quod ex suâ indifferentiâ excludat decretum subsequens: nam hoc solum excludit vim determinandi divinam, quâ caret decretum illud efficax: at indifferentia voluntatis in operando excludit vim prædeterminativam, quàm in se importat principii immediati connexio.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

SECTIO X.

ARGVIT EX POSSIBILI CONCORDIA Decreti inevitabilis cum libertate nostra.

Decimum Argumentum ex Posibilitate rei. Primò ad Homines.

437 OBjicies decimò: Nam neque vis inevitabilis, neque vis prædeterminans est ratio opposita libertati: ergo talis concordia posibilis est. Antecedens probatur primò: quia complexum ex Scientiâ Mediâ, & ex purificatione conditionis est suppositio antecedens connexa cum consensu, & inevitabilis à voluntate; sed tale complexum per nos non opponitur libertati: ergo neque decretum inevitabiliter prædeterminans. Probatur major: quia talis suppositio neque est impedibilis à voluntate in statu conditionato, neque in absoluto: ergo in nullo. Non quidem in conditionato: nam in conditionato non est: & quod non est, nullum potest præstare impedimentum. Non in absoluto: quia futuritio absoluta est posterior ad Scientiam Mediam: atque adeò eam præsupponit: nequit autem impediri per aliquid posterius, quod est prius. Tum quia Scientia Media solùm est impedibilis à suo objecto à quo pendet; non autem pendet à futuritione absolutâ.

Ex Godoy.

Secundò etiam ad Homines. Ex eodem.

438 Secundò probatur antecedens: quia si ob aliquam rationem implicaret concordia Decreti Thomistici maximè, quia esset suppositio necessaria ad actû, & non esset in manu voluntatis creatæ: id autem non obest: quod *remissis* modò multis ad *sequens argumentum*, ostenditur. Non obest libertati Divinæ in Prædefiniendo, quòd Scientia Media sit ad hoc necessaria, & alioquin non sit in manu Dei illam assequi, vel evitare pro libito: utrumque enim fatetur Schola Societatis: ergo non obest libertati humanæ in operando, quod Prædeterminatio sit necessaria, & alioquin non sit in manu volun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

voluntatis eam assequi, vel vitare pro libito.

Tertiò à pari ex Thomista Complutensi.

439 Tertiò probatur: Actio procedens ex necessitate à causâ secundâ procedit ex libertate à causâ primâ, ut patet in combustione ab igne, & à Deo: quę igni necessaria est, & Deo est libera: ergo Actio nostra respectu consensûs potest à nobis procedere ex indifferentiâ: & à Deo ex prædeterminatione. Consequentia patet, quia ex genere non minùs opponitur necessitas processionis, cum libertate processionis: quàm processio ex indifferentiâ libertatis, & processio ex prædeterminatione: sed illa oppositio vincitur in eadem actione respectivè ad causam primâ ex unâ parte, & ex altera ad secundam: ergo & hæc similiter vinci potest.

Quartò etiam à paritate, Præcepti Christi.

440 Quartò probatur ex paritate præcepti Christo Domino impositi: quæ quidem suppositio erat per omnia par Decreto prædeterminanti, & tamen cum libertate perfectissimâ Christi stetit. Cõfirmatur: quia mirum esset homines posse vel vi eloquentiæ, vel alterius dotis auxilio, ita movere homines, ut illæsâ libertate, sequerentur alii, quò ipsi cumque ducerent, & vellent: & Deum, cujus potentia major est infinitè, non habere modum, quo illæsâ libertate trahat homines modo ex se infallibili, quòcumque velit. Exornat hunc locum inter alios Thomistas novissimè Contensonus *in suâ Theologiâ mentis, & cordis*, parum *cordis, & mentis* frequenter ostentans contra Nos.

Ex Contenson.

Quintò ex Determinatione ad Individuũ Ex aliis.

441 Quintò probatur: quia Amor individualis *A.* v. g. quo amamus est nobis liber etiam quoad suam individuationem: hæc tamen inevitabiliter prædeterminatur à Deo, juxta nos. Vrgetur, stat aliquid esse connexum cum consensu, & à nobis inevitabile; & alioquin non nocere libertati consensûs: non autem ex aliis capitibus arguere solemus contra decretum prædeterminans. Probatur assumptum: nam in ipso instanti, quo exercemus consensum liberè, existit ipse consensus: quid autem magis intimè cum consensu? quid magis inevitabile? nam omne quod est, quando est, necesse est esse?

Sextò à priori.

442 Sextò probatur: talis decreti natura non tollit, quominùs consensus noster sit Deo liber: ergo nec tollit, quominùs sit liber nobis. Probo consequentiam. Nam quando consensus noster est Deo liber, ideò est Deo liber, quia ita est à Deo, ut possit non esse à Deo; sed non potest ita esse à Deo ut possit non esse à Deo, quin simul ita sit à nobis, ut possit non esse à nobis: ergo similiter nequit esse Deo liber, quin sit liber nobis. Probatur minor: quia consensum esse à Deo, est esse à nobis, & non esse à Deo, est non esse à nobis: cùm ab utroque pendeat.

Septimò à Scientia Visionis.

443 Septimò probatur exemplo peccati ab Antichristo patrandi, quòd liberũ erit: nihilominùs præcedunt extrema connexa cum peccato, & inevitabilia à voluntate Antichristi pro instanti quo peccet. Probatur id: quia præcedunt Scientia Visionis in Deo de tali peccato, & Divinæ revelationes: has esse connexas cum peccato, patet; esse alioquin inevitabiles, probatur: nam pro instanti quò peccat Antechristus, facere nequit ne præextiterit, quod reipsâ præextitit: *non enim datur potentia ad præteritum.*

444 Explicatur; & urgetur hæc difficultas. Potestas Antichristi ad evitandas eas revelationes, & scientiâ de peccato suo, neque datur ab æterno: neque in tempore: ergo chymerica est. Non datur ab æterno: quia Antichristus ab æterno non extitit. Sed neque in tempore dari, probatur primò: quia in instanti *A* v. g. nequit Antichristus suam potestatem ita porrigere ut per eam quidpiam ponat in præcedente durationè æternitatis: causa enim operatur, conjungendo se activè cum suo termino; causaque ut nunc existens, nequit se conjungere cum termino anteriori: ergo. Secundò: Nam siquid Antichristus posset in instanti *A* præstare per quod impediat Scientiam Visionis de peccato revelationesque de ipso, esset evitatio peccati: hoc non: ergo nihil. Minor probatur. Nequit esse impedimentum Scientiæ, illud quod supponit eam Scientiam priùs impeditam prioritate durationis: at exercere in instanti *A* talis peccati evitationem, supponit eam Scientiam jam impeditam prioritate durationis: nam priusquàm exerceatur in tempore evitatio peccati necesse est prævideri ab æterno à Deo: ergo hæc prævisio

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

sio impedit oppositum ab æterno: ergo. Major videtur ex terminis notanda: nam si quis confodiat pugione corpus examine, non ex aliâ ratione dicitur non impedire vitam, nisi quia talis actio supponit aliunde impeditam prioritate temporis vitam. Quidquòd rei jam existentis nequis esse causa per actionem tempore subsequentem: ergo similiter.

Solvitur Argumẽtum, & Prima Probatio: ex explicatione Sententiæ Nostræ

445 Respondetur. Nego antecedens argumenti. Ad primam probationem hærentem sinistræ intelligentiæ *Scholæ nostræ*, dico, complexum illud esse evitabile à voluntate, & pro statu conditionato, & pro statu absoluto: in hoc absolutè conditionatè, in illo. Potest evitare in statu conditionato, in quo jam existit, quantùm opus est ad determinandam hanc potiùs in Deo Scientiam, quàm illam: existit enim intentionaliter: quæ existentia sufficit, ad exercitium intentionalis influxûs, exercitus non quidem per operationem exercitam creaturæ, sed per ipsam naturam Scientiæ Mediæ, ut explicabimus *infrà* satis. Potest absolutè in statu absoluto: in quo existit cum potestate ad faciendum dissensum; qui est exigentia, ne ab æterno extiterit in Deo Scientia Media de consensu. Dicemus suo loco, Scientiam Mediam, licèt absolutè non pendeat à consensu absoluto, pendere ab ipso conditionatè: & ipsum consensum absolutum præcedere ad Scientiam Mediam determinativè. Quæ nisi advertant Thomistæ, non miror, quòd tam fortiter hæreant in his discursibus contra nos.

Infrà lib. 3. à num. 154.

Ibidem à num. 164. & lib 6. à nu. 225.

Secunda ex majori explicatione.

446 Ad secundam nego majorem: nam auxilium sufficiens est in utraque Scholâ necessarium ad operandum: & non est in manu hominis illud acquirere: nihilominùs libertati non nocet, ut contra Pelagium dicimus. Ratio ergo cur prædeterminatio nocet, est complexio horum conceptuum cum connexione determinatâ ad opus: ex tribus *his* coalescit vis prædeterminandi: at in Scientiâ Mediâ deest hæc vis connectendi Deũ cum actu prædefiniendi, unde manet in prædefiniendo libertimus.

Tertia Probatio, ex nudatâ aequivocatione.

447 Ad tertiam concesso antecedente, nego consequentiam. Ad probationem, concessis præmissis nego consequentiam. Ratio verò cur compossibiles sint libertas in Deo, & necessitas causæ secundæ in eadem operatione, est: quia actionem esse necessariam igni v. g. est ita esse ab igne, ut nequeat ipse cohibere se, quominùs ipsam exerceat: esse Deo liberam, est ita esse à Dei Omnipotentiâ simul cum igne, ut pro suo libito Deus possit utramque facultatem, & suam, & ignis cohibere, quominùs in eam actionem prodeant: quæ duo, patet ex terminis, esse compossibilia. Ratio tamen cur incompossibiles sint libertas in nobis, & Prædeterminatio nostri in Deo, est, quia procedere effectum à nobis liberè, seu ex indifferentiâ libertatis, importat essentialiter, ita ponere effectum, ut simul possimus ipsum evitare pro libito nostro, atque adeò importat exclusionem positivam eorum, quæ alioquin intrinsecè inseparabilia sunt ab effectu, & quorũ existentiam nõ possimus evitare. Vnde, cùm procedere à Deo per prædeterminationem nostri sit procedere per existentiam alicujus intrinsecè inseparabilis ab effectu, & alioquin inevitabilis pro nostro libito, patet, ea esse manifestò incompossibilia.

Quarta Probatio. Ex lib. 4. de Incarn. disp. 5. à num. 47.

448 Ad quartam dico plures esse vias, quibus multi probabiliter tuentur libertatem Christi Domini cum præcepto obligante aliàs in conscientiâ; longè à viis prædeterminantium: de quibus satis ex professo dictum est *in opere de Incarnato Verbo*. Vbi *tria*, quæ hùc faciunt, dixi. *Primum*: Doctrinam prædeterminationis, & Præcepti esse longè diversam, & Thomistis magis arduam præcepti cum libertate concordiam, quàm cum Prædeterminatione: utrobique tamen impossibilem. *Secundum*, non posse cum præcepto aliàs in conscientiâ obligante, componi libertatem, quam ex Scripturis, & Patribus rueri tenemur in Christo; quicquid sit, an aliqualis componi possit. *Tertium*. Præceptum obligans in conscientiâ respectu Christi esse ex terminis implicatorium. *Quare* longè nos sumus ab ictu paritatis. Ad oratoriam confirmationem Contensoni, dicatur, mirari nos, quod ipsi post Theologiam mentis mirum esse possit quòd Deus non possit impossibile; nisi id scripserit ex solâ Theologiâ cordis: sed dispertius est *mente cordis sui*.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Quinta Probatione, ex Mēte Scholæ nostræ diluitur.

449 Ad quintam, oportet, ut Thomistæ calleant doctrinam Scholæ nostræ quo-ad determinationem individuationis. *Dupliciter* stat, determinatio quoad individuum, *Positivè, & negativè. Positivè*: si quis determinetur, ut eliciat determinatè hunc actum *A*. *Negativè*: si quis determinetur, ne fiat Actus alius, relinquens liberam optionem ad actum *A*, vel ad ejus omissionem. Dicimus ergo, determinari nos à Deo quoad individuum hoc *secundo modo*, id est *negativè*: non verò *positivè*: quid inde Thomistæ contra nos? Quidquòd, nec, quoad individuum, fortasse dicendus est Deus determinare causas secundas liberas, ut cum Vazquez, & aliis explicabitur *lib. 7. à num. 232*. Ad confirmationem, nego quod assumitur: Et debuisset arguens notare implicantiam terminorum per quos loquitur; fieri enim consensum liberè, est fieri cum potestate evitandi: quomodo ergo est liber, si manet inevitabilis? Intelligentia axiomatis est, res dum est, necesse est esse: nempè: status existendi est status incompossibilis cum statu inexistentiæ: quod est dicere, non esse potestatem componendi rem simul esse, & non esse; cujus principii veritas non obstat dominio ponendi rem, aut non ponendi, atque adeò nec usui rei cum potestate non utendi: id autem est, usum esse evitabilem.

P. Vazq. Infrà lib. 7. à n. 232.

Sexta Probatio, nimia.

450 Ad sextam quæ simul probat omnem causam liberè operari, concesso antecedente, nego consequentiam. Ad probationem dico rem esse alicui liberam, non esse præcisè rem ita esse ab illo ut possit non esse; nam id potest contingere ex mero dominio alieno. Ad rationem vero actionis liberæ requiritur, ut ab eo, cui est libera, ita sit, ut pro dominio, & arbitratu suo possit non esse: quod in casu prædeterminationis contingeret respectu Dei, non verò respectu Creaturæ.

Septima denique, de quâ lib 4. a num. 442.

451 Ad septimam, (de quâ rursus *lib. 4. à num. 442.*) dico, Antichristum pro instanti, in quo est potens peccare, & non peccare, posse facere ne ab æterno præcesserit Scientia Visionis de tali peccato; neve Deus talis peccati existentiam revelaverit: & in hoc sensu potentia datur ad præteritum. Verùm istud pronuntiatum, quia loquitur alio sensu, verissimum est, primò: quatenus significat, non dari potestatem ad componenda hæc duo, rem non extitisse, & jam extitisse. Secundò: quatenus significat præcessisse statum rei, cum quo componi non potest rem non fuisse. Tertiò: quatenus significat causam physicè non posse agere in distans, distantiâ temporali. Quartò: quatenus significat causam reduplicativè ut existentem post existentiam alterius, non posse impedire, ne exiterit.

Quomodò nulla Potentia ad Præteritum?

452 Ad confirmationem adjunctam, nego antecedens, & dico, esse, darique in tempore, nempè in ipso instanti, quo peccat, potens non peccare. Ad primam hujus partis impugnationem, dico eam potestatem, quam habet Antichristus, nō esse neque intelligi debere ad ponendū, actione ab instanti in quo est, prorrectá in tempus anterius, aliquod impedimentum Visionis, & Revelationum, ut bene probat objectio; sed esse, & intelligi debere ad ponendam in hoc instanti aliquam actionem, quæ quidem eòipsò quòd existat in hoc instanti, est necessitas ne unquam fuerit Scientia Visionis Divina de tali actione in hoc instanti, ex necessitate Divinæ mentis ad habendam notitiam unicè veram.

453 Ad secundam nego minorem. Ad probationem istius, distinguo majorem: si non præcedat prioritate saltem determinationis, concedo: si sic præcedat, nego: cùm autem evitatio peccati, licèt tempore consequens, sit determinativè prior ad existentiam Scientiæ Visionis de seipsâ, quæ ab æterno impedit Scientiam oppositam; patet, quòd ipsa evitatio peccati sit primarium impedimentum Scientiæ Visionis de ipso peccato: atque adeò quòd Antichristus peccans, potens tamen evitare peccatum, potest impedire ipsam Scientiam Visionis. Paritas abs re est: quia supponitur impedita vita, per impedimentum priùs existens, & cujus existentia per se determinativè nō pependit ab actuali confosione, quâ in corpus exanime sævio. Sed hæc revide *suo loco*.

Infrà lib. 4. à num. 442.

SEC-

SECTIO XI.

ARGVIT EX EODEM CAPITE PRObante Concordiam Prædeterminationis Divinæ cum nostrâ libertate.

Undecimū Argumēt. ex ejusdem rei possibilitate.

454 OBjicies undecimò: Nam si ob aliquam rationem Decretum Prædeterminans censeretur inconciliabile cū libertate nostrâ: maximè, quia cùm alioquin connexum sit cum consensu v. g. prærequisitum est ad ipsum, & incomparabile pro libito nostro: atquì id non obest: ergo conciliari cum libertate potest. Minor, in quâ unicè est difficultas, probatur multipliciter.

455 Primò: quia nihil magis connexum cum consensu, & magis requisitum ad consensum est, quàm ipse consensus: tamen qui actu dissentit, caret consensu, & nequit ipsum comparare, & liberè dissentit. *Minor* quoad incōparabilitatem consensûs, probatur quia consensus ex suppositione dissensûs repugnans est; nemo autem potest comparare quod repugnat. Secundò: nihil magis necessarium ad consensum, quàm concursus Dei simultaneus; & tamen qui dissentit, eo caret ad consensum, & parare nequit; quod ostenditur: quia talis concursus esse nequit sine voluntate Dei ipsum præparante: atqui talis voluntas præparans concursum, comparari, & acquiri nequit: nam præcedit ad omnem usum libertatis nostræ: ergo neque talis concursus simultaneus: nihilominùs, qui dissentit, liberè dissentit. Tertiò: quia impossibile est consentire sine auxilio efficaci ad consensum: est omnium. Deinde qui dissentit, non habet auxilium efficax, nec pro libito potest acquirere; & tamen liberè dissentit: ergo idem quod priùs. Minor quoad incomparabilitatē Auxilii probatur: quia solius Dei est dare auxiliū efficax præ purè sufficienti: est enim Dei donum ipsi gratuitum. Simile argumentum fieri potest ex prædestinatione, & aliis, quibus reprobi carent, & sine quibus nequeunt salvari, &c.

Confirmatur speciosè.

456 Vrgentur hæc in speciem *difficultor*. Ad actualem consensum requiritur, quòd auxilia conferantur ex beneplacito Dei decernentis auxilium cum Scientiâ Mediâ de consensu; at ei qui dissentit, deest collatio auxilii ex tali beneplacito, & Scientiâ Mediâ, & simul facultas eam collationem ex tali beneplacito, & Scientiâ Media acquirendi pro libito: tùm quia id non potest per dissensum, ut patet: neque per consensum, quod probatur: tùm quia solius Divinæ misericordiæ est conferre potiùs auxiliū prævisum efficax, quàm quod tale non prævidet. Tùm etiam quia ante ipsum consensum jam præsupponuntur auxilia data cum Scientiâ Mediâ de consensu: ergo deest aliquid dissentienti, & simul facultas ipsum prō libito acquirendi: & tamen liberè dissentit: ergo. Facit hùc alius paralogismus, quem videre potes. *lib. 5. à num. 133.*

In p vimā par. tract. 1. de Deo sciente.

Infrà lib. 5. à num. 133.

457 Respondetur: & nego minorem. Ad cujus primam probationem tria dico, quæ mirum est prætervolent adeò viros doctos; ut hujusmodi non vereantur uti discursibus. Primum: cōsensus nō est repugnans unquam secundùm se: & semper est repugnans compositio consensûs cum dissensu. Secundum: Potestas consentiendi non est ad chymericè consentiendum, sed ad physicè consentiendum. Tertium: cum qui actu dissentit, dissentire cum potestate consentiendi, sibique liberè impedire consensum: quid simile est in Decreto prædeterminante? Quare nego, quòd consensus sit incomparabilis à libito nostro volente dissentire: si enim liberè impedit, potest non impedire, sed habere loco dissensûs.

458 Ad secundam probationem: concursus simultaneus dupliciter sumitur: præparativè, seu oblativè, & in actu primo: executivè seu in actu secundo. Executivè, seu in actu secundo est ipsamet actio creaturæ nascens ab ipsâ, & à Deo: & in hoc sensu, concursus simultaneus deficit dissentienti, quia non vult consentire; nihilque per ejus defectum deficit nisi actio consentiendi, quam loco dissensûs habere potest, & non vult. Præparativè, seu oblativè est omnipotentia attemperata arbitrio creaturæ, & se finens ejus determinationi ad partem utramlibet: & hæc attemperatio non est cur acquiri debeat à voluntate, cùm ipsi constituræ in libertate nunquam desit. Quænam exinde fieri potest ratio consequen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

sequentiæ ad casum physicę prædeterminationis?

459 Ad tertiam, concedo primam partem assumpti de impossibilitate consequenti: sicut impossibile est amare, sine amore. Deinde nego, quod in secundâ dicitur: nempe non posse Petrum qui dissentit, acquirere sibi quod deficit ex eis, quæ importat auxilium efficax ad consentiendum. Quod ut rectè intelligatur, & ut Adversariorum hallucinatio in nostris doctrinis, abigatur, notanda sunt ex fusè controversis in tractatu de Auxiliis *tria*. *Primum*: dari auxilium efficax in actu secundo: & hoc præter entitatem auxilii solam superaddit actionem consentiendi. *Secundum* dari etiam auxilium efficax in actu primo, non quidem efficaciâ causalitatis, sed infallibilitatis: & hoc præter entitatem auxilii superaddit futuritionem cõditionatam consensus sub ipso, seu Scientiam Mediam. *Tertium*: aliud esse cõferre Deum auxilium, quod prævideat efficax; & aliud, auxilium existens reddi efficax, seu efficaciâ in actu secundo, seu efficaciâ in actu primo.

460 Dico igitur, cum qui dissentit, carere auxilio efficaci consensûs in actu secundo: sed potest ipse reddere efficax adjungendo, Deo juvante, consensum: carere auxilio efficaci in actu primo: sed potest ipse comparare sibi formam, seu quasi formam ex quâ reddatur, & fuerit efficax in actu primo. Itaque licèt in manu creaturæ non sit cogere Deum, aut determinare, ut det auxilium, quod efficax prævidit: id enim solius est Dei; est tamen in ejus manu, ut si hoc auxilium det, det efficax, potiùs quàm inefficax. Vnde nihil deest ad consentiêdum, quod ipsa voluntas, Dei ope, pro libito sibi comparare non valeat.

Infrà lib. 6. à num. 285.

461 Ad confirmationem dico ex nuper insinuatis, & *infrà* fusè dicendis, duo intervenire in hoc aggregato, Deus dat auxilium *A* prævidendo illud efficax. Primum: Deum decernere auxilium *A* præ *B*. Alterum: circunstantia prævidendi auxilium *A* fore efficax potiùs quam *B*, & dandum, si detur, ex tali præscientiâ. Vtrumque requiritur ad consentiendum: & dico, cum Petrus dissentit, jam habere primam partem aggregati, nempe auxilium *A* præ *B*, ex solo beneplacito Dei, ad quem id spectat: carere circunstantiâ collationis ex præscientiâ: at existere hanc circunstantiam, Petri est semel constituti in libertate per ipsam entitatem auxilii: unde nihil deest ad actu consentiendum, quod ipse pro libitu suo non possit acquirere.

SECTIO XII.

ARGVIT EX EODEM CAPITE, DANdo rationem à priori.

Duodecimum Argumentum à priori.

462 Objicies duodecimò: Cum prædeterminatione voluntatis ad unum, sive intrinsecâ, sive extrinsecâ alioquin inevitabili manet tota libertatis essentia: ergo suppositio prædeterminationis inevitabilis non officit libertati. Consequentia patet, & antecedens ostenditur primò: cum tali prædeterminatione manet voluntas potens elicere cõsensum, & dissensum potentiâ *speculativâ*, & antecedente, respiciente consensum, & dissensum secundùm se, & secundùm prædicata essentialia, nempè quatenus vterlibet prodire potest à voluntate, & cum eâ conjungi, præcisim ab accidentibus, quibus reipsâ subest: qualia sunt *actualis connexio cum prædeterminatione* ad consensum v.g. & cum ipso consensu: ergo manet tota libertatis essentia. Antecedens patet: quia suppositio prædeterminationis non tollit continentiam, quam voluntas habet, respectu consensûs, & dissensûs, secundùm se. Probo consequentiâ: quia ad libertatem nõ requiritur potestas ad dissensum, & consensum, ut componibiles cum omnibus accidentibus quibus subest voluntas: nam alioqui requireretur potestas ad conjungendum cum consensu v.g. dissensum.

Mens prædeterminatium de libertate.

463 Secundò: quia ad essentiâ libertatis non requiritur *potestas* ex integro *practica*, seu potestas conjungendi amorem v.g. cum carentiâ amoris, sed conjungendi amorem secundùm se secumipsâ, præcisim à carentiâ amoris: ergo neque requiritur potestas conjungendi amorem cum prædeterminatione ad carentiam, sed conjungendi amorem secum ipsâ præcisim à tali accidenti prædeterminationis: sed ex suppositione prædeterminationis, solùm deficit volûtati potestas ad hujus conjunctionis existentiâ, non verò ad amoré secundùm se v.g. ergo non deficit essentia libertatis: ergo impotentia, quæ supervenit ex accidenti prædeterminationis, solùm est impotentia consequens, & non antecedens.

Confirmatur primò

464 Tertiò: suppositio quæ componitur cum indifferentiâ libertatis, non obest essentiæ libertatis, & est suppositio consequens; at suppositio prædeterminationis componitur cum indifferentiâ libertatis: nam prædeterminatio solùm tollit indifferentiam *privativam*, & *suspensivam*.

465 Illustrantur hæc primò: Nequit tolli essentia libertatis per id cujus existentia non constituit libertatem, sed supponit: & ex cujus defectu, nihil de essentiâ libertatis tollitur; atqui sic se habet, aut habere potest decretum prædeterminans: quod probatur: nam decretum prædeterminans, & appendix prædeterminatio succedunt actui primo constituto, juxta Thomistas, seque habent in lineâ secundi: ergo per ea nequit destrui constitutio actûs primi; in quâ libertas consistit.

Secundò:

466 Secundò: suppositio prædeterminationis conjungi potest cum judicii indifferentiâ: ergo & cum libertate. Antecedens patet, & consequentia probatur: quia tota radix libertatis in operando est judicii indifferentia, adeò ut repugnet quòd stante judicii indifferentia operetur voluntas, & quòd non operetur liberè.

Tertiò

467 Tertiò: potest dari *potentia speculativa*, sine *potentia practica* respectivè ad aliquê terminum; seu potestas *quoad sufficientiam*, seu *sufficientia potentiæ*, vel ex parte potentiæ, sine potestate *quoad efficaciam*, seu sine *efficacia potentiæ* vel ex parte potentiæ ratione termini: ergo potest stare libertas cum suppositione prædeterminationis. Probo consequentiam: quia Prædeterminatio solùm tollit potestatem quoad efficaciam, seu potestatem practicam, quæ non requiritur ad libertatem: cum enim quis dissentit, non habet potestatem practicam consentiendi, ut patet. Tùm etiam quia tota ratio, quam nos opponimus Thomistis pro læsione libertatis, est, quia ratione, & casu prædeterminationis ad amorem, *non-amor* redditur impossibilis practicè, & in actu, seu ex parte termini: cum quo bene componitur, quòd sit possibilis adhuc secundùm se, & ex parte potentiæ, si verum sit antecedens.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

468 Probo igitur, tum in casu dissentientis: in quo deficit potestas quoad efficaciam respectivè ad consensum. Tùm plausibiliùs ex opinione, apud nos probabili, eorum qui negant *connexionem Omnipotentiæ cum possibilibus*; apud quos in Deo respectu chymeræ in actu vel in se, & practicè impossibilis, datur potestas *quoad sufficientiam*, seu *sufficientia potestatis*. Per hæc Recentiores Thomistæ cum Godoy, M. Prudentio, & Gonet nutriunt maximè conceptiones suas in materiâ libertatis, in quâ per istos discurrendi modos eadem in re minùs discedunt à Luthero, Calvino, Iansenio, & Bajo, quàm vellent Authores Magni quos referâ *lib. 13. à nu. 113. & à nu. 119.*

Infrà lib. 13. à num. 113 & 119

469 Respõdetur, & nego antecedens. Ad primam ejus probationem permitto manere potestatem illam, quæ dicitur speculativa, & antecedens, & nego consequentiam. Ratio est patentissima: quia potestas libera non est utcumque potestas, sed potestas *practicè operativa*, & *electiva*, vi cujus arbitrii, & dominii stat aut existentia operationis, aut ejus defectus; patet autem ad hujusmodi potestatem electivam non sufficere genus *remotæ potentiæ*, seu *potentiæ* illius *speculativæ*, cùm ad praxim perinde sit, ac si non esset, ex accessu prædeterminationis, ut demonstratum est *suprà n 88. & seqq. & à nu. 105.* & signanter *à nu. 108.* contra Castell. & *à num. 118.* *signantiùs* autem *à num. 122.* cum Patre Suarez. *Deinde* nego antecedens: qui enim nequit ponere consensum ut essentialiter est, neque speculativè potest consensum ponere: at si prædeterminatio sit necessaria ad consensum, consensus essentialiter erit compositio cum ipsâ: cui ergo desit potestas ponendi prædeterminationem, ipsâ alioquin carens, quomodo potest ponere consensum, ut *suprà*? Adde potestatem liberam esse potestatem expeditam, & proximam, seu proximè operativam, ut loquitur Sanctus Thomas 1. *part. quæst. 83. art. 2. ad 2.* Patet, ad id non sufficere potesta-

Solvitur Argumentum.

Ex suprà dictis à n. 88. & à nu. 105. & à nu. 108. & 118. & à nu. 122. Castell. Suarez.

Suprà à num. 114.

S. Thomas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Nota.

testatem illam *purè remotam*, & *speculativam*: quam nulla hæresis opposita libertati negavit.

470 Ad secundam probationem dico ad potestatem liberam requiri, & sufficere potestatem proximam ponendi pro libito amorem secundùm se, conjungendo cum his omnibus, quæ præcedunt ad ipsum; & amovendo pro libito quicquid repugnat existentiæ amoris: patet autem, cui desit comprincipium seu Prærequisitum necessarium, & pro libito inassequibile ad actu consentiendum, seu ad conjungendum voluntatem suam cum consensu, non posse pro libito consentire.

Præsertim à num. 68.

Ad tertiam nego implicantiam terminorum: nam implicat in terminis, tolli à me per alienum arbitrium statum indifferentiæ ad consentiendum, & non consentiendum, & me manere liberum in dissentiendo, ex *hucusque* dictis.

Et Prima Confirmat.

471 Ad primam confirmationem dico, imprimis tolli essentiam libertatis per id cujus exclusio constituit essentiam libertatis: talis est prædeterminatio: essentia enim libertatis, & dominii physici dicit jus se determinandi pro libitò proprio, cui derogat aliena determinatio, sive fingatur ex parte actûs primi, sive ex parte secundi: ut *suprà* diximus.

Suprà à à nu. 319. & infrà lib. 7. à num. 340.

Minor est falsissima: si enim decretum prædeterminans parat Omnipotentiam, quomodo non sit ex parte actûs primi? si prædeterminatio appendix, complet causam in linea agentis secundi, quomodo non est ex parte actûs primi?

Secunda: Suprà nu. 139. & 144.

472 Ad secundam confirmationem dico, si fieri nequit (quod jam *monui*) ut stante judicio physicè, & representativè indifferentia voluntas non operetur liberè, negandum assumptum, de compossibilitate prædeterminationis cum tali judicio: si aliter fieri possit, ut communis apud nos opinio est, nullam esse vim argumenti. Deinde duplex est judicii indifferentia, *entitativa*, & *practica*, in *representando*, & *in operando*: cum istâ non potest voluntas operari non liberè: cum illâ potest: & illam secum potest compati Prædeterminatio; non, hanc.

Tertiæ.

473 Ad tertiâ: tripliciter sumi potest potestas quo ad *sufficientiam*, & potestas quo ad *efficaciam*. Primò: ut *sufficiens* sit potestas ex parte causæ, solùmque significet, terminum non ideò esse inproducibilem: quia deest virtus in causâ, quantùm in se est: *efficax*, sit potestas ex termini improducibilitate non impedita, ut absolutè operetur. Secundò ut *sufficiens*, sit remota: *efficax*, sit proxima. Tertiò ut *sufficiens*, sit proxima, prout præscindit, & antevertit operationem: *efficax*, sit ipsa jam operans.

Termini Notandi

474 Iam dico, sufficientiam potestatis, quæ requiritur ad essentiam libertatis, ut contradistinctam ab efficaciâ potestatis, esse in hoc tertio genere, & ita ut pro libito sui erumpat in operationem, aut cohibeat ipsam. Id enim est dominativa, & electiva potestas, seu libertas. Quare concesso antecedente, nego consequentiam: ad istius probationem, patet ex dictis, à prædeterminatione tolli sufficientiam potestatis liberæ, seu dominativæ, redditque alterum ex extremis, impossibile poni ex libito patientis prædeterminationem: atque adeò oppositum respectivè simpliciter necessarium. Et miror hic, catholicos esse posse contentos in creaturâ Rationali ad *merendum*, *aut demerendum*, eo solùm genere libertatis, quem, inconexores Omnipotentiæ, in Deo ponunt ad producendam actu chymeram; ut ex paritate, quâ ludunt, innotescit.

Authoris judicium de Paritate.

SECTIO XIII.

ARGVIT EX NECESSITATE, ET VTILITATE Orationis.

Decimum tertium Argumentum ex necessitate Orationis

475 OBjicies decimotertiò: Voluntas constituta in proximâ libertate, & actu primo proximo consentiendi, justè deprecatur à Deo consensum salutarem: sed, si non esset requisita physica prædeterminatio ad actu consentiendum, esset irrisoria deprecatio: ergo physica prædeterminatio est requisita, supra proximam libertatem ad actu consentiendum. Consequentia est bona. Minor autem probatur: tùm ex Augustino *de Natura, & Gratiâ. cap. 18. quid stultius, quàm orare, ut facias, quod in potestate habes?* Tùm ex Hieronymo *lib. 2. contra Pelagian. frustrà semper oramus, si nostro arbitrio est facere, quod rogamus.* Et ratio est evidens: quia oratio

Augustin.

Hieronym.

tio est medium, mediâ voluntate illius ad quem oras, operans, & influens in effectum, pro quo funditur: vel ergo inter Potestatem proximam ad consensum salutarem, & ipsum consensum salutarem, requiritur media Dei Voluntas circa consensum libera, vel non? Si non requiritur, ad quid oratio? Quid spectat à Deo? Cùm ipse totam suam libertatem jam exercuerit circa consensum, nec ullum sit novum libertatis exercitium medians inter actum primum, proximum, & secundum? Nam oratio tendit ad aliquod exercitium libertatis exoranda: aliter enim inexaudibilis est, & oratio inexaudibilis, est frustranea.

Præter primò à D. Castell.

476 Major primi Syllogismi constat primò ex praxi fidelium. Secundò: quia consensus salutaris est speciale Dei donum à libertatis dono distinctum: ergo potest à Deo postulari, etiam supposito toto dono libertatis. Consequentia patet: quia donum Dei, est exoptabile, & postulabile. Antecedens autem constat

Augustin. Trident. Prosper.

Augustino dicente, *donari* à Deo Nobis *ipsum velle*. Tùm ex Tridentino *sess. 6. cap. 16.* Tùm ex Prospero *in Epistolâ ad Demetriad.* clarè docente, *semper esse petendum, ut donis Dei fideliter, & scienter utamur*: quid est uti fideliter Dei donis, nisi benè operari cũ auxiliis præceptis? ergo usus bonus libertatis, & consensus salutaris est justa materia orationis, etiam suppositâ totâ proximâ libertate. Tùm demùm: quia justè à Deo petitur id quod Deus præcipit: sed præcipit Deus consensum salutarem: ergo.

477 Commendat maximè Doctor Complutensis Castell *hoc caput* arguendi *disp. 2. de libero arbitrio quæst. 3. sect. 6.* & impugnatis nonnullis evadêdi vlis, difficultatem *exaggerat*, & illustrat primò. Quando ab Ecclesiâ edocti oramus Deum, *ut liberet nos à malo, oramus* pro casu, quo non sit auxilium sufficiens evadendi malum: & hoc est ridiculum: tale enim malum, Chymericum est: *Vel oramus* pro casu quo fiat præscisio à libertate evadendi tale malum: & hoc etiam ridiculum: quia malum præscindens ab existentiâ, vel carentiâ auxilii, etiam est chymericum: *vel tandem oramus* pro casu, quo sit plena potestas evadendi malum: & hoc est stultum; si adhuc non sufficit evasio mali ab exercitio, & libertate illius, ad quem oras: sed si non detur physica prædeterminatio, suppositâ jam plenâ potestate, non subest ultrà evasio mali liberari Divinæ, ejusque exercitio: nam privativè manet sub arbitrio orantis: ergo.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Secundò ab eod. ex Trident.

478 Illustrat secundò ex Tridentino, *sess. 6. cap. 1.* sic dicente: *In Sacris Literis cùm dicitur: Convertimini ad me, & ego convertar ad vos, libertatis nostræ admonemur: cùm respondemus: Converte nos Domine ad te, & convertemur, Dei nos Gratiâ præveniri confitemur.* Sic arguitur: Constituti in libertate per vocationem, quâ libertatis nostræ admonemur, respondere possumus orando, ut nos convertat, & ita convertamur: ergo postquam liberi sumus (utique in actu primo) ad conversionem fructuosè oramus, ut Deus donet, & superaddat ipsam conversionem. Quomodo ergo si inter actum primum libertatis, & actum secundum conversionis nulla jam intervenire potest electio, & determinatio libertatis Divinæ? ergo ne sit frustranea oratio inter actum primum proximum, & ultra ipsum requiritur ex parte Dei novus usus dominii, & nova determinatio, ut actu convertamur. Atqui ex Concilio, ut patet, ea determinatio ultra libertatem, in quâ sumus, prævenit conversionem: nam Dei nos gratiâ prævenîri confitemur: ergo ut actu convertamur, requiritur Gratia præveniens actualem conversionem, & supponens libertatem in actu primo: quænam hæc, nisi prædeterminans? Hæc fusè Doctor Castell *loco citato.* Quæ jam ego *suprà* tetigi, & solvi: sed, nolentibus, in studio meditati, opus fuit occasione novi Proponentis, longiori circuitu argumentum expressisse, & magis explanare solutionem.

Castell. Suprà à nu. 392.

479 Respondetur. Tripliciter potest excogitari oratio nostra circa cõsensum salutarem. Primò, acceptâ priùs à Deo Gratiâ, quâ experiamur infirmitatem nostram, & excitemur ad postulandam à Deo ulteriorem gratiam, nempè, Gratiam congruam ad salutariter consentiendum. Secundò: acceptâ jam à Deo plenâ sufficientiâ ad salutariter consentiendum, petendo à Deo, ut superaddat mo-

Solvitur Argumentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

motiva, & auxilia quibus vincantur difficultates occurrentes, quoadusque à rebelli nostrâ voluntate consensum salutarem obtineat: scit enim Deus, quibus modis possit nos ita vocare, ut consentiamus. Tertiò: suppositâ totâ libertate in actu primo plenè cõstiturâ per gratiam, unicè petendo, actionem consentiendi. Est magna diversitas inter hos *tres* modos orandi. Nam *Primus* petit quod non habet, & quod pendet à determinatione Divinæ Voluntatis. Dei enim est dispensare auxilia, & Dei est specialiter miserentis, & faventis dispensare ea auxilia, quæ prævidit fore efficacia: non enim tenetur hæc dare. *Secundus* etiã petit, quod non habet, & quod pendet à Divinæ voluntatis determinatione: nam petit ulteriora auxilia ad vincendas difficultates occurrentes, & quibus victis sperat habere consensum. Hos concessi *suprà* loco citato. *Tertius* modus orandi est, quem assumit arguens ad formandam speciem difficultatis, nempè nihil aliud petendo, quàm actionem consentiendi, suppositâ jam plena potestate consentiendi. Igitur

Suprà nn. 392.

Quid petamus, petendo, ut nos cõvertat Deus?

480 Censeo primò: Dum Patres, Ecclesia, & Scriptura nos hortantur ut postulemus, hortari nos, ut postulemus *primo, & secundo* modo. Ratio est: quia oratio est protestatio infirmitatis nostræ, & in ore Patrum, & Scripturæ est argumentum impotentiæ: unde ejus, pro quo fit oratio, supponitur ex orationis necessitate, aliqua proxima impossibilitas. Per hos autem modos orandi, fit satis communi fidelium sensui, adhærenti Patribus, Ecclesiæ, & Scripturæ.

Quid non petamus?

481 Censeo secundò: tertium orandi modum esse planè stultum, & prorsus inutilem: & ex ejus inutilitate, & stultitiâ, arguit physicæ prædeterminationis impossibilitatem acutissimus Noster Pater Antonius Perez cum Augustino dicente *cap.* 18. *de Naturâ, & Gratiâ*: *quid stultius, quàm orare ut facias, quod in potestate habeas?* Et ratio est quam assignat *Asser. Theologicarum lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 130. Sfortia, Ingenio, & Purpurâ eminentissimus. *Non petimus bonam operationem præsentem: quia in sensu composito cum petitione, hoc est, cum desiderio efficaci illam habendi, repugnat physicè voletio opposita in nobis, adeòque non esset liberum Dei beneficium exaudire hanc petitionem: implicaret enim, ut in sensu cõposito cum illâ, vellemus elicere actum illi oppositum.* Vide ipsum Perez *tom.* 1. *tractatu de Providentiâ disp.* 1. *cap.* 5. *quæst.* 13. *num.* 114. disputantem ex opposito fundamento contra physicam prædeterminationem. Igitur ad mentem objicientis, qui non curat primum, & secundum modum orandi pro consensu salutari, sed attendit ad tertium

P. Anton. Perez.

Augustin.

Cardinal. Sfortia.

482 Nego majorem argumenti, ex evidenti probatione minoris. Ad probationem majoris primam, dico praxim Fidelium esse petere à Deo auxilia primo, & secundo modo, quos explicui, & modis eisdem consensum salutarem. Tertio autem modo nullus prudens postulare potest, nisi excuset ignorantia. Ad secundam, distinguo antecedens: est distinctum à libertatis dono secundùm se acceptæ, concedo: à libertatis dono, ut emanantis à Deo, subdistinguo: physicè, cõcedo; moraliter, nego antecedens: quia libertas ita datur à Deo, ut in eâ det etiam consensum salutarem, dando videlicet eam, quam videt conjungendam cum consensu: vel ita ut in eâ desinat dare consensum salutarem; dando videlicet sufficientem, & nolendo ultrà benefacere. Et nego consequentiam: quia suppositâ jam totâ libertate, jam supponitur etiam totum exercitium libertatis Divinæ circa consensum salutarem, & iste privativè manet in manu libertatis habentis.

483 Ad consequentiæ probationem, & ea quæ superadduntur ex Augustino, Prospero, & Tridentino, *dicatur* primò: plurima esse dona Dei, de quibus gaudere possumus, & gratias tenemur reddere, & quæ non possumus postulare: ita est ipsa prima existentia: ipsa prima constitutio libertatis ad orandum primò: ipsa prima auxilia: & sic innumera. *Dicatur* secundò: consensum salutarem, *& salutare velle*, esse Dei Dona, collata, & donata per voluntatem, non utique determinantem eorundem existentiam, sed per voluntatem hortatricem eorum per auxilia, & determinantem existentiam libertatis in his circunstantiis in quibus est prævisa quòd consentiet, & vo-

volet. *Dicatur* tertiò, ipsum Consensum Salutarem, & ipsum velle, & usum bonum donorum Dei, utiliter peti *primo, & secundo* modo, quos jam explicui.

Solvitur confirmat. prima.

484 Ad primam confirmationem trimembri interrogatione exultantem, dicatur, orare nos cum Ecclesiâ pro casu quo simus liberi, sed orare Deum ut simus liberi eâ libertate, quâ nos ipse liberet à malo, donando nobis eam, quam præscit conjungendam cum evasione mali. Quid in hoc est absurdi? *Fallacia* est in modo proponendi. Aliud enim est casus, seu signum orandi; & aliud est casus, seu signum libertatis. Casus, seu signum orandi rendit ad casum, & signum libertatis: hanc quærit, & congruam petit: præscindit tamen à sui existentia, non enim eam peteret, si sciret præhabere jam se. Arguens autem ad speciem argumenti confundit hos casus, & vult orationem fieri suppositio jam casu quo sit libertas: non ita est. Oratio fit, ut sit casus libertatis congruæ, quam dispensare, Dei est: & fit pro casu, in quo præscinditur à tali libertate. Itaque admittenda est tertia pars interrogationis, & advertendum supra quid cadat *ly pro casu*; nam est *casus quasi subjectivus* orandi, estque signum orationis: & est *casus objectivus*, nempe quem postulat, & cujus existere cum magno favore erga orantem, Dei est liberè dispensantis auxilia ex præscientiâ boni usûs, aut abusûs.

Ejusque fallacia detegitur.

Et secũda

485 Ad secundam confirmationem, adortâ Doctrina Tridentini, nego antecedens in sensu arguentis: respondere possumus vocanti Deo; & hoc est libertatis nostræ: non autem ea responsio fit per orationem, quâ jam constituti in libertate proximâ, petimus ipsum consensum, quem Deus privativè determinaudum reliquit in ipsâ libertate. Patitur arguens magnam æquivocationem in Doctrinâ Tridentini. *Duo* Tridentinum intendit: & *Nostram libertatem*, contra Lutherum & Calvinum; & Divinæ *Gratiæ necessitatem* contra Pelagium: Vtramque convincit ex Sacrâ Paginâ: *libertatem*, ex Deo hortante ut Convertamur, per illa: *Convertimini*: ad quid enim exhortatio, ut convertamur, si non sumus liberi? *Necessitatem Divinæ Gratiæ*, ex clamoribus nostris, ut nobis assistat, & adjuvet ad ipsam conversionem: ad quid enim illi clamores, si non egeremus Gratiâ præveniente? Hæc est mens Tridentini. Arguentis verò æquivocatio stat in eo, ut existimet, loqui Concilium, per illa, *libertatis nostræ admonemur*, de libertate in actu primo proximè constiturâ, & subsequi orationem nostram, quâ petimus, quasi medii inter illum actum primum, & secundum, ut ulteriori nos gratiâ præveniat, ad ipsum actum secundum, quasi eâ egeamus ad applicandum actum illum proximum ad secundum. Hoc quàm sit à mente Tridentini procul, Lector litteræ facilè advertet.

Et detegitur Arguentis æquivocatio.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Et Tridentini mens.

SECTIO XIV.

ARGVIT EX DISTINCTIONE GRATIÆ Excitantis, & Adjuvantis.

Quartum decimũ Argumentum ex cõditione Gratiæ Adjuvantis.

486 OBjicies quartodecimò: sub Genere Gratiæ Prævenientis Consensum salutarem, Gratia excitans, & Gratia adjuvans sunt species distinctæ: sed nequeunt esse species distinctæ sub genere Gratiæ prævenientis, si Gratia Adjuvans non sit physicè prædeterminans: ergo sub genere Gratiæ prævenientis, datur Gratia, physicè prædeterminans: ergo Decretũ prædeterminans, & appendix prædeterminatio negari nõ possunt. Consequentiæ sunt bonæ. Difficultas est in præmissis.

487 Minor probatur: primò: quia Gratia adjuvans est Gratia conjuncta cum consensu: ergo si prævenit consensum, est conjuncta cum consensu, ex connexione cum consensu. Sed connexio prævenies est physicè prædeterminans: ergo. Antecedens probatur: quia Gratia adjuvans est Gratia operans consensum: gratia autem operans consensum est Gratia conjuncta cum consensu. Secundò: quia Gratia adjuvans est illa Gratia, mediâ quâ Deus donat nobis ipsum consensum: ergo est Gratia afferens secum ipsum consensum: ergo si prævenit usum nostræ libertatis, est Gratia determinans pro priori ipsum consensum. Tertiò: quia Gratia adjuvans est illa per quam Deus discernit pro priori ad nostras operationes operantem à non operanti: sed per quid indifferens ad operandum, & non ope-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scient. Castell, Ex Paulo, & Augustinus.

operandum, nequit discerni pro priori operans à non operanti, ut patet: ergo.

488 Major autem primi Syllogismi fusè quæritur à Castell *de lib. Arbitr. disp 2. quæst 1. & 2.* Primò ex illo Pauli de Discretione Credentis à non Credente, sic accepto à Magno Augustino, ut censeat Paulum loqui non solùm *de discretione quomodocunque*, sed de *discretione*, quâ Credens accipit à Deo *ipsum velle* Credere, *& ipsum credere*. Sic arguitur: per gratiam, quâ discernitur Credens à non Credente, accipit Credens *ipsum Credere* à Deo: ergo per eandem Gratiam donat Deus Credenti *ipsum Credere*. Consequentia patet: & antecedens probatur: quia Credens, & non Credens possunt esse æquales in *posse*: ergo inæqualitas discretiva stat in Gratiâ, quâ Credens accipit, quod non habet nõ credens. Quod autem Noncredens non habet, est ipsum Credere. Iam sic: Gratia excitans est quæ dat *posse*: sed in *posse* sunt æquales Credens, & non Credens: ergo sunt æquales in Gratiâ excitante: ergo tota inæqualitas reducitur ad gratiam *adjuvantem*: ergo Gratia Adjuvans est species distincta ab excitantis gratiæ specie.

Urgetur

489 Illustratur ista probatio majoris Discretio salutariter consentientis à non consentienti debet sumi à Gratia præveniente, eique tribui: sed neque potest ipsi tribui, neque ab ipsâ desumi, si si sit indifferens: ergo Gratia discretiva est connexa cum ipsõ consensu: ergo determinans, & ex prioritate suâ prædeterminans. Atqui Gratia excitans est indifferens: ergo datur Gratia præveniens distincta ab excitante, nempe Adjuvans. Omnia bene sequuntur ex primo Syllogismo: cujus major est certa ex Apostolo. Minor probatur: quia nequit aliquid tribui principio non determinanti ejus existentiam: sed si gratia sit indifferens, non determinat existentiam consensûs: ergo. Adde, quòd Principium efficiens, & non determinans est subordinatum Principio simul coefficienti, & determinanti: sed si Deus, & Gratia non determinarent essent Principium effectivum, & non determinans: ergo essent Principium subordinatum voluntati coefficienti, & determinanti, quod absurdum est. Adde secundò, quòd effectus magis tribuitur Principio simul efficienti, & determinanti, quàm Principio purè efficienti: ergo consensus salutaris magis tribueretur voluntati nostræ, quàm Deo, ejusque Gratiæ; quod etiã est absurdum.

Tridentinum.

490 Secundò probatur major illa primi Syllogismi, ex Doctrinâ Tridentini *sess. 6. cap. 5.* in hunc modum: Intra genus Gratiæ Prævenientis admittit Tridentinum Gratiam Adjuvantem: sed distinguit utramque: ergo ex Tridentino sub genere Gratiæ Prævenientis sunt species distinctæ, *Gratia excitans, & Gratia Adjuvans.* Consequentia est bona. Minor probatur ex literâ Concilii specialiter nominantis *utramque*, non semel. Deinde: quia excitantem statuit in *vocatione*, quâ nos excitat: Adjuvantem in *Adjutorio* ipsius Dei: ita *canon 3.* ubi manifestè distinguit *duo*: excitationem scilicet, & Adjutorium. Major probatur primò: quia citato canone 3. Adjectivum *prævenientis* pplicuit utrique Gratiæ Tridentinum. Secundò: quia ex ipso per utramque Gratiam disponuntur homines ad conversionem ergo utraque Gratia est dispositiva: ergo præcedens, & præveniens. Tertiò: quia ex ipso Concilio utriusque Gratiæ effectus est cooperatio nostra: ergo utraque Gratia præcedit, & prævenit cooperationem nostram: ergo.

Alvarez. Discalceat. M. Ferre. D. Castell. & Lemos.

491 Hæc spatiosè fundunt ex Alvarez, quem non citant, Recentissimi Thomistæ cum Discalceato Salmanticensi, Magistro Ferre, & Doctore Castelli, qui tandem asserit *tom. 1. de libero arbitr. disp. 2. quæst 2. sect. 1. nu. 6. fin.* admissâ semel distinctione inter Gratiam Excitantem, & Adjuvantem sub Genere Prævenientis, negari non posse Gratiam physicè prædeterminantem ex ore ipso Nostrorum, tempore Romanæ controversiæ, teste *Lemos* Dominicano.

Solvitur Argumentum.

492 Respondetur. Vt ab hoc ultimo incipiam, quo Castellius exultat, ego non video quâ veritate proferri hæc possint in tantâ luce Scriptorum Societatis, apud quos est videre mentem ipsius. Est *Molina.* Molina *in Concord. disp. 37.* est *Suarez.* Suarez *pluribus in locis*, & præsertim *part. 2. de Gratiâ, lib. 3. cap. 13. & 14. & 24.* est *Montoya.* Montoya *de Provid. disp. 35.* sunt alii innumeri; quibus etiam levi curâ perlectis, mirum est, quòd hæc à viris scholasticis tam præsidenter evulgentur. Vt autem pateat, quàm clumbe contra nos argumentum peti ex hoc capite possit, tria præstanda sunt. *Primum*: quàm sit contra principia Thomistarum iste modus arguendi. *Secundum*: quid Nostri Authores censeant de distinctione Gratiæ Excitantis, & Adjuvantis. *Tertium*, totius argumenti dissolutio.

Infrà latè lib. 13. à num. 45.

Retorquetur in primis contra Prædeterminantes.

493 Citca primum arguo sic: Gratia thomistica, seu prædeterminans est, non potest ea Gratia, quæ à Patribus, & Conciliis dicitur, Adjuvans: sed nulla est alia gratia thomisticè prædeterminans nisi Gratia Adjuvans: ergo vel non datur Gratia Adjuvans, vel non datur Gratia thomisticè prædeterminans. Prima pars disjuncti est hæretica: ergo est certa secunda pars. Minor primi Syllogismi patet ex calamo arguentium. Probatur major primò: Gratia quæ dicitur Adjuvans pertinet *ad Posse*. Tùm quia quis adjuvatur ad agendum, nisi per posse? Tùm quia ratio Patrum pro necessitate Gratiæ Adjuvantis est debilitas Naturæ, & infirmitas virium. Tùm ex Augustino clamante dari per Gratiam adjuvantem vires efficacissimas voluntati. Tùm demùm ex ipso Tridentino, ubi asserit *canone illo 3. anathema esse, Posse sine Adjutorio, & Inspiratione Spiritus Sancti.* Nunc sic: Atqui Gratia thomisticè prædeterminans esse nõ potest ea, quæ datur posse, ut Thomistæ fatentur: ergo nec potest esse, quæ reipsâ dicitur Adjuvans.

Secundò: R. N. Thyrsus.

494 Secundò: quia ut observat optimè Reverendissimus Thyrsus Noster, Gratia Adjuvans à Patribus, & Conciliis asserta, talis est, ut ipsi liberè cooperetur, & assentiat homo: Sed Gratiæ prædeterminanti non cooperatur, & assentit homo liberè: nam assentiri, & cooperari liberè alicui, est ita assensum, & cooperationem adjungere, ut possit separare: Sic liberè assentis Amico suadenti, quia separare potes à consilio assensum: sic cooperaris liberè habitui, quia separare potes actionem tuam ab habitu: ergo Gratia Thomisticè prædeterminans esse nequit Gratia, quæ à Conciliis dicitur Adjuvans. Major autem est ipsius Tridentini.

Aranda de Deo.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Quid, & qualis Gratia Adjuvans?

495 Citca secundum, duplex est opinio inter Authores Societatis. *Prima* est Gratiam excitantem, & Adjuvantem, easdem esse in entitate; diversas esse tamen in munere: nam eadem Gratia ex conceptu intellectionis, & affectionis excitat, & iuvat: & ex conceptu virtutis activæ roborat animam, & adjuvat coefficiendo actum deliberatum. Ita Pater Molina, quem secuti sunt plurimi ex Nostris. *Secunda* est Gratiam excitantem, & Adjuvantem, non esse solum munere diversas, sed rei quæ opinio dupliciter defenditur: *primò*, dicendo, diversitatẽ entitativam harum gratiarum esse ratione obliqui: Nam Gratia adjuvans dicit actionem, quam non dicit Gratia excitans. Ita Ripalda. *Secundò*, dicendo diversitatem esse ratione Recti, & Obliqui: nam excitans solùm dicit illustrationes, & Affectiones, quibus anima vocatur ab Spiritu Sancto: Adjuvans vero dicit virtutem elevativam ipsius animæ dando vires effectivas actuum supernaturalium. Ita Suarez: qui proinde dicit Gratiam Adjuvantem, etsi communiter sumi soleat, pro cooperante, & in actu secundo, distingui posse in Adjuvantem per modum Principii roborantis, & in actu primo, & sic vocat eam Adjutricem Gratiam, vel in Adjuvantem absolutè, & per modum influxûs: quo sensu simpliciter Adjuvans Gratia dicitur.

Ripalda.

Suarez.

496 In hac diversitate opinandi, cõveniunt omnes Authores Nostri penès *duo*. *Primum* est, Gratiam Adjuvantem, sive entitativè sit eadem, sive diversa ab excitante, prout Adjuvantem, & cooperantem, & sub hoc munere, non esse prævenientem. Id quod apertè demonstrant Montoya *disp. illa 35.* & Suarez *citato cap. 24.* contra Alvarez, & Iansenium: & ratio est, quia Cooperans, & Adjuvans, sub hac ratione, dicit actionem individuam quâ Agens adjutum, & Adjuvans coefficiunt effectum. *Alterum* est, Gratiam Adjuvantem, sive sit eadem, sive diversa ab excitante, quoad rectum, seu quoad rationem principii roborantis actum primum, præcedere actum secundum, ut per se patet: & in hoc sensu, pertinere ad genus Gratiæ prævenientis. His suppositis, patet nullitas objectionis ex duplici solutione.

Montoya. Suarez. Alvarez. Iansenius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Prima Solutio.

497 Prima Solutio sit juxta primam opinandi viam: Negando majorem: non enim est specifica, & entitativa distinctio inter utramque hanc gratiam, sed unicè ratione muneris, & officii, quod est in ipsissimâ Gratiâ duplex, *excitare*, videlicet, & *adjuvare*: & quoad hoc non est *præveniens*, sed *comitans*. Ad primam majoris probationem, nixam testimonio Pauli de Discretione, dicetur accuratè *in tract. de Prædestinatione*. Nunc ad formam, adorato testimonio Pauli, Distinguo antecedens: accipit liberè cooperans ipsi Gratiæ, potens eam abjicere, & cassam reddere, concedo: non liberè, neque potens abjicere, nego antecedens: & distinguo consequens: ergo per eandem gratiam donat, ut dispensatam in circumstantiis congruitatis prævisæ, concedo: per eandem ut entitativè connexâ, sequentiam.

Infrà lib. 8. à num. 232.

Doctrina Scholæ Nostræ.

498 Itaque homo liberè accipit à Deo *ipsum Credere*, & Deus donat etiam liberè: sed & acceptio, & Donatio, & modus libertatis in acipiente, & in donante, diversimodè se habent. *Acceptio* est ipsa libera cooperatio hominis, liberè adjungentis Gratiæ, cooperationem, determinando per vires acceptas, & adjutas à Gratia, se & Gratiam ad operandum. *Donatio* est dispensatio Gratiæ ex & cum præscientiâ de bono ejus usu. Hinc libertas in donante solùm est immediatè quoad dispensationem auxilii, quòd prævisum est congruum; non verò quoad determinationem actionis. Libertas autem in accipiente, est immediatè quoad determinationem operis, & actionis: cujus Deus voluit esse per gratiam cooperator, non verò determinator.

Cur Gratiæ tribuatur Operatio Nostra?

499 Ad confirmationem, distinguo, claritatis gratiâ, majorem: debet à Gratia sumi, eidemque tribui, in genere principii determinantis, nego: in genere principii suadentis, & coëfficientis, concedo: & distinguo minorem: si sit indifferens, indifferentiâ contrapositâ suasioni, & causalitati morali, concedo: si solùm sit indifferens, indifferentiâ cõtrapositâ determinationi, & connexioni, nego minorem & consequentiam. Itaque causa moralis, ex vi Consilii, suasionis, & Adjutorii sufficit, ut ipsi tribuatur, & ab ipsâ sumatur operatio, quam alius determinat, ut patet in moralibus: & hoc genere dicimus, Deo tribui, & ab eò sumi, citra determinationem, operationem salutarem, titulo potiori, & perfectiori, quàm est ille quo in humanis tribuuntur suadenti, & consilianti ea opera quæ suadet: nam Deus per suam gratiam ita suadet, ut roboret & juvet, aliàs simpliciter imbecillem ad operandum, & sine suo adjutorio simpliciter impotentem. Auxilium autem Divinæ Gratiæ, medio quo id præstat Deus, licèt in genere connexionis, & determinationis, sit indifferens; non tamen est indifferens in genere destinationis, inclinationis, & suasionis ad opus: quod ad moralem causalitatem, & attributionem est abunde.

D. Castell.

500 Illa duo absurda, quæ Castellius premit, nulla sunt: tunc enim principium merè coëfficiens, & non determinans, est simpliciter subordinatum & imperfectum, quando ex limitatione principii venit esse virtutem unicè adjutricem alterius, cujus dominio ex naturâ suâ subjectum est: at quando venit ex merâ attemperatione ad dominium, quod ipsa causa donat, ut contingit in Deo volente nos sinere in manu consilii nostri, seque proinde liberè præimpediente munus determinandi, nulla est subordinatio; nulla imperfectio. Neque ista præimpeditio quoad munus determinandi obest, ne ipsa operatio creaturæ, sit potiùs Dei, quam ipsius creaturæ ob plures titulos, quos *citato tractatu* numerabimus.

Infrà lib. 8. à num. 235.

Mens Tridentini.

501 Ad secundam majoris probationem ex Tridentino, distinguo majorem: quoad munus adjuvantis, & cooperantis, nego: quoad entitatem virtutis, & quoad munus excitantis, concedo majorem; & minori permissâ, non sequitur consequens. Itaque Tridentinum, licèt munera distinguat, non satis distinguit entitatem inter Gratiam excitantem & adjuvantem. Imò favet identitati, dum dicit: *Eidem Gratiæ assentiendo, & cooperando.* Deinde adjectivum *Prævenientis* applicuit *Excitanti*: quòd verò adjunxerit *Adjutorium*, non arguit eo adjectivo, *Adjutorium* affici: sicut si diceres: *Homo præveniente Spiritûs Sancti inspiratione, & concursu simultaneo Dei credit, sperat, & diligit.* Dicesne in hâc grammaticâ; illo adjectivo primo afficî cuncta, quæ sequuntur? Præterea, quòd disponantur homines per excitantem Gratiam, & per adjuvantem in genere virtutis elevantis, & roborantis, verissimum est: ex his verò quis inferat disponi homines per ipsam gratiam, ut Adjuvantem, & Cooperantem? Denique, si effectus est utriusque Gratiæ cooperatio nostra, utraque se habet ex parte principii: ergo nõ est gratia, quâ cooperans, & quâ juvans in actu secundo, sed quâ vocans, excitans, & robotans ad actum secundum. Et hæc de primâ solutione.

Infrà lib. 13. à num. 45.

Altera Solutio.

502 Secunda Solutio sit juxta secundâ viam opinandi, distinguendo majorẽ: sub genere gratiæ Prævenientis sunt species distinctæ, Gratia Excitans, & Gratia Adjuvans per modum virtutis, & principii, concedo majorem: & Gratia adjuvans per modum influxûs, nego suppositum. Itaque non nego specificam distinctionem inter eas Gratias: sed quod supponitur, nempe, utramque sub munere suo esse sub eodem genere Prævenientis: id nego. Nam Gratia quâ adjuvans, & quâ cooperans non est præveniens, sed identicè comitans operationem voluntatis. Et distinctâ similiter minori, nego simpliciter consequentiam. De Probatione majoris nihil occurrit addendum. De minoris probatione solùm dico, Gratiam Adjuvantem, quâ adjuvantem, & cooperantem, id est, adjuvantem per modum influxûs, esse conjunctam cum consensu, non ex connexione entitativâ cum ipso, sed ex actione simultaneâ, quam importat circa consensum: & in hoc sensu, non esse Gratiam prævenientem, sed comitantem. Si verò sumatur per modum principii, & virtutis elevantis, & roborantis, dico prævenientem dici posse, quamvis distinctam ab excitante; sic verò sumptam, nullam importare connexionem, & conjunctionem cum ipso consensu: tota enim connexio, & inseparabilitas à consensu, extrinseca est, & aliunde venit, nempe ex præscientiâ ex quâ dispensatur à Deo, volente beneficere per Gratiam discernentem, & Congruam. Sed de his ex professo *lib. 13. à num. 45.*

SECTIO XV.

ARGVIT EX PROPRIETATIBVS GRATIÆ efficacis, & nonnullis phrasibus Sacræ Paginæ.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

503 OBjicies decimoquintò: Omnis Gratia à nostrâ voluntate irresistibilis est physicè prædeterminans: sed omnis Gratia efficax, cum quâ de facto operamur, est à voluntate nostrâ irresistibilis: ergo omnis Gratia efficax, cum quâ de facto operamur est physicè prædeterminans. Syllogismus est in *Barbara*. Major est omnium, qui ex utraque Scholâ tam Thomisticâ, quàm Nostrâ, benè sentiunt. Minor probatur primò: quia licèt detur in Deo Voluntas à nobis resistibilis; omnis autẽ Voluntas efficax Dei est irresistibilis: ergo licèt detur Gratia Dei resistibilis, omnis Gratia efficax est irresistibilis. Consequentia probatur: quia sicut Gratia efficax correspondet Voluntati efficaci; ita Gratia irresistibilis correspondere debet voluntati irresistibili.

Decimum quintum Argumentum ex Proprietatibus Gratiæ efficacis.

504 Nec *dicas*: Voluntatem Dei efficacem esse irresistibilem: quia est ab intrinseco efficax. Non, *unquam*, id dicas: quia idem contendit objector de Gratiâ efficaci. Nec iterum *dicas*: Voluntatem efficacem Dei, licèt sit irresistibilis, esse impedibilem. Non id dicas. Tùm quia quomodo est Voluntas Omnipotentis, si ab imbecilliori potest impediri? Tùm quia ob suam fortitudinem est irresistibilis: ergo est inimpedibilis ob suam Omnipotentiam. Tùm etiam quia cur non sit similiter impedibilis Gratia ab intrinseco efficax? Tùm demum quia ideò voluntas Dei efficax, quamvis irresistibilis, non obstat libertati, quia eâ non obstante, stat in potestate Voluntatis & Velle, & non velle: sed non obstante Gratia ab intrinseco efficaci, stat in potestate voluntatis, & velle, non velle: ergo.

Scriptura & Augustin.

505 Probatur secundò eadem minor: quia omnia attributa, per quæ Scriptura, & Augustinus explicant efficaciam Gratiæ, vel nihil sunt, vel convincunt irresistibilitatem ejus intrinsecam: quod ostenditur: nam primò Augustinus *de*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Prædestin. SS. cap. 8. ait eam, *à nullo duro corde respui : Ideò enim tribuitur, ut Cordis duritia primitùs auferatur. Nota* causalem Augustini, non dicentis Gratiam non respui, quia eam molle cor suscipit: sed *quia* ipsâ aufert duritiam Cordis : ergo seipsâ habet auferre resistentiam. Secundò : quia idem Augustinus *de Corrept. & Gratia cap. 12.* dicit hominem divinâ Gratiâ *indeclinabiliter*, & *insuperabiliter* agi. *Nota* energiam Adverbiorum. Tertiò passim ex Scriptura colligit & asserit Augustinus vim Gratiæ esse *efficacissimam*. Imò & potentiorem aversione nostrâ : imò & *omnipotentissimam*: per ipsam Deum facere *ut velimus, & faciamus : Dareque* nobis in ipsâ *ipsum velle*: & alia similia quæ sine intrinsecâ efficaciâ Gratiæ vix explicari possunt.

Confirmat D. Castell.

506 Confirmat hæc omnia Doctor Castell. hoc discursu, quem fundit *disp. 2. quæst. 1. totâ sect. 2.* Res significata per physicam prædeterminationem à Thomistis, admittitur, & traditur ab Scripturâ, & Patribus: alioquin est apta vox : ergo non est cur displiceat, vel *in re*, vel *in nomine* Physica prædeterminatio. Consequenti à patet ex illo Augustini: *quid cõtenti osius, quàm ubi de re constat, certare de nomine?* Idque Castellius eruditione Conciliorum, & Patrum exornat ad pompã argumenti. Antecedentis prima pars probatur : quia vis *agendi* hominem, *compellendi, faciendi ut velit*, & *indeclinabiliter & insuperabiliter ducendi* est res significata per physicam prædeterminationem à Thomistis : hæc autem vis à S. Augustino, & ab Scripturâ passim traditur. Secunda pars probatur: quia melior est vox prædeterminandi, quàm cõpellendi. Tùm quia vox determinationis est vox communis : quid autem vetet, ut ex prioritate dicatur prædeterminatio, & ex physico modo movendi, Prædeterminatio physica? Adde ab Hilario, & Prospero dici *gratiam præoperantem*: quæ vox Prædeterminantem Gratiam sonat.

Augustin.

S. Prosper

Solvitur Argumẽtum quo nisi Calv. & Ians.

507 Respondetur: advertendo his locis arguendi usos esse Calvinum, & novissimè Iansenium, contendentem ex octo Notis, seu proprietatibus Gratiæ ex libris Augustini hinc, & inde collectis, necessitantem esse Gratiam : quare hic locus arguendi cautè debet assumi. Videatur in *Antijansenio* Doctissimus Moraines, seu Martinon *disp. 22. sect. 13.* Quo supposito, concessâ majori, in sensu Thomistico de Gratiâ antecedente irresistibili, nego minorem: Omnis enim Gratia efficax habet esse efficacem ex litâ adjectione consensûs: unde secundùm se, & accepta secundùm suam entitatem talis est, *cui resisti possit*, ut manifestè definiunt Tridentinum, & Senonense. Ne tamen sit æquivocatio, *nota*, Gratiam efficacem sumi posse dupliciter : *Specificativè*, & quoad *rectum* entitatis ; seu *reduplicativè*, & quoad *obliquum* cooperationis: Gratia efficax, specificativè, & quoad rectum, est contingenter efficax, atque adeò est frustrabilis, & resistibilis: Reduplicativè verò, & quoad obliquum est irresistibilis, ex suppositione consequenti quam importat : quiâ res, dum est, necesse est, sit.

Moraines. Seu Martinonus.

Ex Trident. & Senonensi. Nota.

508 Ad primam probationem minoris, concedo antecedens, & nego consequentiam. Quia Voluntas Dei circa actus nostros liberos habere non potest *efficaciam exercitivam*, & eam unicè habet ex præsuppositione nostræ determinationis, præcedentis in Scientiâ Mediâ, cui determinationi nostræ se planè attemperat, relinquens in *manu consilii nostri* operationem: unde ex nullo capite suæ efficaciæ potest habere vim determinandi : ex quâ Gratia ab intrinseco efficax, sive constituat actum primum, sive mediet inter ipsum, & secundum nocet libertati, cujus in genere determinantis esse debet privativè operatio quæ dicitur libera. Ad ea, quæ superadduntur de impedibilitate Divinorum Decretorum dictum est satis ad *octavum* argumentum, *sect. 8.*

Infrà lib. 7. à num. 45 & à nu. 297.

Suprà à nu. 419. Motiva Iansenii.

509 Ad secundam probationem, quâ Iansenius passim exultat, negetur assumptum: ad probationem dico, sine vi prædeterminandi, explicari à Nostris eas proprietates Gratiæ efficacis ex directione Divinæ Scientiæ Mediæ, & beneficâ providentiâ, quâ dispensatur auxilium in eis circunstantiis in quibus Deus prævidet fore, ut voluntas consentiat : hac favorabili providentiâ, Deus *vocat* hominem, modo quo vocantem non respuit: *ducit* indeclinabiliter, & insuperabiliter, indeclinabilitate consequenti ; *impellit*, & quasi *compellit* adhibitis motivis ità aptatis ad genium, ut sciat hominem infallibiliter responsurum : in hoc ipso beneficio Gratiæ congruæ *donat* Deus ipse bonam operationem, & non solùm *posse*, sed & *velle* : & quidem modo, qui potentior est aversione nostrâ, & efficacissimus, & omnipotentissimus : quia Deo suppetunt miri, & infiniti modi movendi, quos si det, scit quòd homo sequetur. Sic explicant Nostri. Sed videndi specialiter sunt Eximius Doctor *tom. 2 de Gratiâ lib. 5. à cap. 33.* Moraines in *Antijansenio disp. 21. sect. 13. & sequentibus*, & ingeniosissimus Antonius Perez *in 1 part. de Prædestinatione Augustiniana*. Sed de his erit sermo copiosior, cùm de Naturâ, & muneribus auxiliantis Gratiæ disputemus.

Infrà lib. 7. à num. 66.

Explicantur Scriptura.

510 Ad confirmationem nego partem utramque antecedentis. Res imprimis significata per physicam prædeterminationem, manifestè excluditur ab Scripturâ, Patribus, & Conciliis. Ab Scripturâ, testante, nos relictos in *manu consilii nostri* : ad quod voluerimus, *posse nos porrigere manum*; per *nos stare*, quominùs boni simus. *Ideo* nos non sequi Deum, quia nos ipsi nolumus : & exinde *hortante, terrente, & comminante*, ut benè operemur, imò *exprobrante* comparativè ad alios eisdem auxiliis præventos : quæ singula Physicæ Prædeterminationi contradicunt.

Patres.

511 A Patribus, ubique testatis esse in nobis *dominium, & optionem* operandi, possèque resistere motioni Divinæ. A Conciliis, expressè definientibus, Auxilia *irrabentia*, id est, efficacia, talia esse, quibus *resistere*, seu *dissentire* possimus. Deinde multa alia vox est magis contraria libertati : quia nihil magis contradicit libertati, quàm determinatio alterius Agentis, ut testatur passim Angelicus Doctor: ergo vox magis intrinsecè libertati quàm physica prædeterminatio excogitari non potuit. Ad illud Prosperi de Gratiâ præoperante respondet Eximius Doctor *part. 2. de Gratiâ lib. 3. cap. 24. num. 17.* locutum esse Prosperum de Gratiâ excitante, quam ex effectu vocavit *præoperantem*, id est *prævenientem*.

Concilia.

Prosper. ex Suar.

Scholia nostra.

Suarez.

Moraines.

Ant. Per. Infrà lib. 10. à nu. 89. & lib 13. à nu. 66.

SECTIO XVI.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

INSINUATIO LOCORUM, UNDE INsuper arguere potest Schola Prædeterminans, & remissio ad solutiones.

512 HVcusque præsidia Scholæ Prædeterminantis instruximus, & destruximus : solet autem arguere ex aliis insuper capitibus, quæ concernunt speciales controversias, ubi soluta specialiter sunt argumenta quæ exinde petuntur. Igitur

Decimum sextũ lib. 4. à nu. 23. Decimum septimum solvitur lib. 4. à nu. 52. & à nu. 120. Decimum octavum solvitur lib. 5. tot. Decimum nonum solvitur lib. 7. tot. Vigesimũ solvitur lib. 8. à nu. 37. Vegesimũ primum solvitur lib. 8. à nu. 217. Vigesimũ secundum lib. 8. à nu. 231. Vigesimũ tertiũ lib. 6. à nu. 96. & à num. 285. Vigesimũ quartum lib. 10. à nu. 100. Vigesimũ quintum

513 Arguit decimosextò ex radice Futuritionis. Propono, & solvo *lib. seq. disp. 19 sect. 2.* Arguit decimoseptimò ex Futurorum determinatâ veritate. Propono, & solvo *loco citato*, & insuper *disp. 19. lib. seq. sect. 5. à num. 120.* Arguit decimooctavò ex repugnantiâ Scientiæ Mediæ. Propono, & solvo *lib. 5.* ubi multa etiam contra Prædeterminantes addentur.

514 Arguit decimononò ex necessitate Divinarum Prædefinitionum. Rem latè versò *tractatu de Prædestinatione libro toto 7.* Arguit vigesimò ex necessitate Prædestinationis, & impossibilitate hominis per merita imprædestinabilis. Et de utroque puncto latè contra Prædeterminatores disputo *tractatu citato, lib. 8. disp 40. sect. 1 & seq.* Arguit vigesimo primò ex certitudine Prædestinationis. Propono, & solvo *tract. & lib. citatis disp. 43.* Arguit vigesimosecundò ex agnoscendâ Catholicè discretione salutariter consentientis à dissentiente, & Prædestinati à Reprobo. Propono, explico, & solvo *loco citato disp. 43.* Arguit vigesimo tertio ex causalitate Divinæ Scientiæ circa futura, & necessitate Divini imperii. Punctum utrúque examino *tract. de Prædest. lib. 6. disp. 30. & 31.*

515 Arguit vigesimo quartò ex Authoritate Scripturæ, & Patrum. Punctũ, quod à nostris Authoribus suprà laudatis impensè, & cum victoriâ versatum est, attingo *tractatu de Deo Auxiliante*, id est *3. lib. 10. disp. 50. sect. 1. & 2.* Arguit vigesimoquintò ex efficaciâ Divinæ Gratiæ, vi cujus dicitur Deus *facere*,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

cere, *ut faciamus*: & dare nobis consensum satutarem. Sed hæc passim *suprà* solvimus, tùm disputando *de Scientiâ Mediâ*, tùm de *discretione salutari*. Tùm dum exponendo *principia communia* in quibus omnes, in controversiâ de Efficaciâ convenimus.

Suprà à nu. 392. & à nu. 508.

& infrà lib. 5. à nu. 172. & lib. 8. à nu. 37. & lib. 13. à num. 66.

516 Arguit vigesimosextò ex combinatione Scholæ Nostræ cum erroribus Pelagii, & Massilienſium: quasi horum error, & pugna cum Augustino fuerit circa Prædeterminationem: quam iste Sanctus Doctor contendebat, & Illi negabant. Propono, & solvo, tùm *lib. 5. de Scientiâ Mediâ à num. 172. & à num. 183.* Tùm *l. b. 10. à num. 73. & à num. 113.* Tùm demùm *lib. 13. à num. 77. & à nu. 83.* ubi aperte dispello calumniam.

Vigesimi sexti lib. 5. à num. 172. & seq & lib. 10. à num. 73. & 113. & lib. 13. à nu. 83.

517 Arguit denique vigesimoseptimò ex duabus propositionibus, damnatis ab Innocentio XI. quarum prima est: *Deus donat nobis suam Omnipotentiam, ut eâ utamur, sicut alteri aliquis donat librum, aut villam.* Secunda est, *Deus sufficit nobis suam Omnipotentiam.* Exinde aliqui moderni, quasi triumphum canunt ante victoriam, rati, percussas esse

Ultimum Argumentum ex Prop. damnatis ab Innoc. XI.

doctrinas nostras fulmine istius damnationis. Sed hanc calumniam reppulit jà Magister Lumbier in *tractatu de Scientiâ Dei à num. 626.* Respondendum igitur est, neque levissimè tangi nostras Doctrinas per hujusmodi damnationem. Nam Deus, licèt sibi præimpediat munus determinandi, suamque Omnipotentiam quoad actiones nobis liberas, indifferenter attemperet, non ideò *locat*, aut *donat*, aut *subjicit* Omnipotentiam suam: neque enim hic miscetur ulla subjectio, aut servitus, aut dominii diminutio, vel translatio: (quas imperfectiones important hi modi dicendi, odio semper habiti à Primoribus Scholæ nostræ) sed pura attemperatio Divini concursûs ad Naturam arbitrii nostri: Qualem explicuimus *suprà* ad argumentum nonum *num. 434.* & explicabimus iterùm *lib. 7. à num. 9.* omninò necessariam Deo, ex suppositione quâ velit condere liberas creaturas, ut ex *hucusque* dictis patet: & *lib. 7.* specialiter *à num. 170.* iteratò demonstrabitur. Sed & hæc iterum in *tractatu de Actibus Humanis* recognoscentur.

Solvitur patentissimè. M. Lumb.

Suprà à num. 434. & lib. 7. à nu. 9. & à nu. 170.

1. 2. Tract. de Actib.

DISPVTATIO XVIII.

PRÆCEDENTIVM EFFICAX CONFIRMATIO ex Sequelâ Thomisticâ Prædefinitionis, & Prædeterminationis Peccati quoad Materiale.

Ratio Methodi.

518 CAPVT istud Impugnationum, à cæteris ita divido, quia etiam ex Prædeterminante Scholâ Doctissimis, vel ex horrore, vel ex efficaciâ invisum est, exinde reluctatis Sequelam admittere. Ego necessariam video, ex mox apponendis *à num. 526.* Et ex hoc capite contra Prædeterminationem pullulare video argumenta ineluctabilia. Demus Terminos. *Materiale* peccati est physica entitas actûs prohibiti. *Formale* est malitia, per quam actus redditur turpis. Entitas actûs prohibiti, sumi dupliciter potest. *Primò*, secundùm se, præcisim à circunstantiâ liberatis. *Secundò*, prout dicit circunstantiam liberi. *Primo modo*, Materiale peccati (quod recentissimi Thomistæ vocant, *Materiale materialiter sumptum*) est ipsum esse actus. *Secundo modo* Materiale peccati (quod vocant iidem *Materiale formaliter sumptum*) est ipse actus cum prærequisitis, ut liber sit. Vnde infertur, (sive malitia identificata sit cum entitate, vel substrato peccati, ut plures etiam ex Thomistis volunt, sive non,) substratum seu materiale peccati, ut affectum libertate, essentialiter sibi connectere, & inferre Malitiam: nam neque divinitùs potest accidere poni à creaturâ liberè actum prohibitum, non ignoratâ prohibitione: & non peccare.

Disputationis Termini.

Thomistæ.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

519 Supponimus igitur ex Fide impossibilem Deo esse Prædefinitionem peccati quoad formale: *Non* enim *Deus volens iniquitatem tu es*, ait David Psalm. 5. Quærimus: an sit Deo possibilis, & ipsi in Scholâ prædeterminante necessaria, Prædefinitio efficax peccati, quoad materiale? Et affirmat non solùm esse possibilem, sed etiam necessariam, neque qualemcumque prædefinitionem, sed prædeterminantem, cum appendice prædeterminatione physicâ, Thomisticâ Schola communiter post Bañez, & Alvarez, docens, Deum Decreto efficaci, antecedente, & inevitabili, statuere, & velle, homines odio ipsum prosequi, perjuros esse, fures, & blasphemos, & Iudam vendere Christum, & his similia, eaque planè liberè. Negat constanter de omni Prædefinitione, deque Prædeterminâte potissimùm Schola nostra: Cui, ob oppositæ, & exinde secutæ, ut timent, Calvinianæ circa Peccatum causalitatis, horrorem, adhæsere Thomistæ Doctissimi.

Quid cernitur? Psalm. 5. Quæstio.

Communis sensus Scholæ Thomisticæ Recentis. Cũ Bañez. Alvarez. Nostræ sensus Vniformis.

SECTIO I.

QVID HÆRETICI, QVID CATHOLICI sensérint de hac Doctrinâ? & quanta sit ejus necessitas juxta principia Thomistarum? Et formatur Argumentatio.

Sectionis Idea.

520 IVdicium tum Hæreticorum, tùm Catholicorum de Sententiâ Thomistarum in puncto libertatis, citra censuram, & merè referens, sincerè apponam explicando (sine disputatione, & assertione) controversiam de efficaciâ Gratiæ *lib. 13. à nu. 113.* Placet tamen, & oportet (ut rei gravitas magis appareat) eadem omninò cautione, videre hìc, aut audire ab illis ipsis iudicium in præsenti puncto de Sententiâ recentiorum Thomistarum.

Ex lib. 13. à nu. 113.

Quid dicant Calvinistæ

521 Et imprimis communis existimatio Calvinistarum est, in præsentiarum latum quidem unguem se à Thomistis, vel à se Thomistas discedere. Ipsi ita dicunt. Audiatur omnium nomine Amesius Calvinista *tom. 4. Bellarm. enervati lib. 2. cap. 2. num. 5.* qui loquens de Providentiâ Deicica actus malos, ait: *Quod ad rem ipsam attinet, nihil aliud volunt nostri, quàm quod Scholastici docent Thomistæ: Deus motione prævia efficaciter applicat voluntatem creaturæ, ut liberè, & infallibiliter operetur, sicut etiam applicat causas secundas, ut naturaliter operentur. Alvarez disp. 23. nu. 3.* Hucusque Amesius apud Annatum *de Scientiâ Med. à disp. 4. num. 96.* Sed sit mera hallucinatio. Audiamus Catholicos.

Quid Catholici? Bellarmin Card. Duperron. Berratus. Belcarius Antipol. Bononia. Delphin. Valentia. Stapleton

522 Eam opinionem censet Bellarminus Calvinianam: Calvino consonam, Perronius: & hi duo Eminentissimi, nec supinè, nec extra palæstram de errore Calvini cognoverant. Ipsam vocat Berratus hæreticam; Adamus erroneam: Impiam Cluetoveus; detestandam blasphemiam, Pighius; periculosam, Vvaldensis; temerariam, Belcarius; pharisaicam, Author antipologiæ; nimis periculosam, Bononia; planè absurdam, & nimis duram, Delphinus; Augustino, Concilio Tridentino, & Sacræ Scripturæ contrariam, Valentia; Calvini commentum, & catholico authore indignum, & manifestum errorem, Stapletonius. Sed hi externi sunt, nec ex Scholâ Thomisticâ.

Mendoza. Zumel. Machin. Puteanus. Arimines. Vincetius. Verdunus Albelda.

523 Ex Thomistis eam vocat impiâ & stultâni, Mendoza; execrabilem, sanæque Doctrinæ dissonam, Zumel; falsissimam, Machin; improbabilem, Puteanus; blasphemam, Arimenensis. Sed neque hi, licèt Thomistæ, sunt Dominicani. E Dominicanis ipsis, eam censuit rationi contrariam, Vincentius; impiam & blasphemam, Verdunus; expressè contra Sanctum Thomam, Albelda; Augustino indig-

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

indignam, Araujo; Calvino consonam, Campanella, subscribentibus ordinis Dominicani Primatiis Magistris; Sancto Thomæ contrariam, novissimè Joseph à Vita; denique non consentaneam his temporibus, *Generalia Comitia* Ordinis Dominicani, *Toloſæ* habita *anno* 1636 ut habetur in Eugenio Philadelpho *in Exercitat. tripart. cap. 3. §. 5. pag. mihi* 266.

Araujo. Campanella. Ioſ. à Vit. Alii apud Philadelp.

Ex quo fundamento?

524 De fundamento, quo non solùm Hæretici, sed viri aliàs Catholici, & Doctissimi, fortè ducti sunt in hæc judicia, disserit Annatus *de Scient. à Media disp. 4 cap. 4. §. 3* & supponit primò Calvinum erraſſe, & damnatum esse, non quòd contenderet Deo tribuendum nomen Authoris peccati, sed quòd id asseruerit, ex quâ tribuendum sit. Probat ex Verbis Calvini 2. *Inſt. cap. 1 ſect. 6. & 10. Cavendum est, ne dum naturalia hominis mala demonſtramus, ea videamur ad naturæ Authorem referre.* Ibidem *cap. 4. ſect. 1. minimè conſentaneum est Deum fieri mortis Authorem*, id est, *peccati.* Item cùm disputat de irruptione Chaldæorum, ait: *quomodo idem opus ad Deum... referamus, quin Deum mali Authorem prædicemus? Facilè: ſi finem agendi primum inſpiciamus: deinde modum.*

Annatus.

525 Ait Annatus secundò: convenire Thomistas cum Calvino in eo, quod ab utrisque asseritur, Deum irresistibiliter, & motu proprio prædeterminare ad actiones materiales peccati. Ait tertiò: desiderari à se, quid ultrà Calvinus asseruerit: & quid in re Calvino minus asserant Thomistæ. Nam, & Calvinus etiam distinguit *Materiale, & Formale.* Audi ipsum *lib. de ætern. Dei Præd. Quatenus mala ſunt, quæ malo animo perpetrant homines, Deo minimè placere, fateor.* Eadem distinctione, & solutione utitur 1. *Inſt. cap. 18. ſect. 4. & 2. Inſt. cap. 4. ſect. 1. & 2.* & postmodùm usi sunt Beza, Melancton, & cæteri Calvinistæ. Fatetur denique Annatus, conjungi cum prædeterminatione ad materiale à Thomistis permissionem ad formale: quam vocem odit Calvinus: sed desiderat edoceri, quandoquidem eâ voce differunt à Calvino, quid rei addant aut minuant iis quæ Calvinus in re concessit, ex quibus damnatus est ut Assertor impii dogmatis, quòd Deus sit causa, & Author peccati? Neque me quidquam movet in Apologia suâ Thomistarum Fr. Ioannes Gonet, ainarè conquestus adversus Annatum: tanquam virum inconsequentis calami, & insyncери. Non, inquam, movet me: Nam Annatus, modeste, & verè refert; Gonet verò aculeû, quo pungitur, arte dissimulat. Credent expostulanti, qui Gonetum unicè legant. Erunt eruditi, qui judicent. Quòd autem Annatus, scribens directè contra Ianenistas, excusaverit, tanquam catholici sensûs, & ab iis Prædeterminantes Thomistas, (ut etiam faciunt Ripalda, & Martinonus) non est inconsequentis calami, sed prudentis. Vide *lib. 13.*

Calvini Verba.

Gonet. expoſtulatio qualis

Annatus.

Ripalda. Martinon

526 Hæc merè retuli: Quæris modò ante formationem Argumenti: siquidem hujusmodi sententiam horruere non pauci etiam ex Schola Thomisticâ, an, & quanta connexio sit inter ipsam & alia principia Thomistarum? sic censeo: Nequit defendi necessitas prædeterminationis ad bonum, neque stare principia Scholæ Thomisticæ contra nostram, negatâ prædeterminatione peccati, saltem quoad materiale. Quare ex hujusmodi sequelâ, cujus absurditatem, & horrorem in sequentibus ostendemus, jure à Nostris sumi cæpit, & debet argumetum maximi ponderis contra Doctrinam prædeterminantium.

Affirmativa pars videtur, à Thomistis tenenda.

Ob iſtas rationes. Prima.

527 Ratio resolutionis prima sit: quia si semel negetur necessitas prædeterminationis ad actiones peccaminosas, cadunt ea principia, quibus nititur Thomistica necessitas prædeterminationis ad bonum: Ea enim sunt: *Ab indifferenti* non posse oriri determinationem, nisi prædeterminentur à causâ primâ: *Causam ſecundam* non posse se determinare, nisi prævièt determinetur à Prima: & minùs posse determinare primâ-*Causam ſecundam* agere non posse, quin præactuetur à Primâ, & adjuvetur non solùm cooperando, sed etiam præoperando, ut stet primatus Divinæ causalitatis. Hæc omninò falsificat negata necessitas prædeterminationis ad actus prævios.

Secunda.

528 Ratio secunda sit, eaque ineluctabilis: Non minus scit Deus futura conditionata mala, quàm futura conditionata bona: rogamus igitur: in quo medio videt conditionatum furtum Petri? Si enim nulla est Divina Prædefinitio, aut æterna Dei Prædeterminatio, videri debet in se ipso: quomodo ergo *de poſsibili* transit *ad conditionatè futurum*, sine causâ dante de præsenti futuritionem? Quomodo, & unde ea determinata veritas, independenter à determinatione Dei? Quomodo negari Deo potest scientia purè contingens de eâ veritate, nulli innixa Decreto, id est Scientia Media? Necesse est ergo dici à Thomistis, dari medium Deo liberum, in quo videat: & hoc nequit aliud esse, quàm Decretum prædeterminans ad actionem materialem furti.

Tertia.

530 Ratio tertia sit: Negatio prædeterminationis ad actum bonû, conjuncta cum aliis prærequisitis ad ipsum, & ad ejus omissionem peccaminosam in

Aranda de Deo.

Quæ urgeatur.

529 Hæc ratio Calvinû coegit, ut hoc ipsum assereret: audi: *Decretum horribile, fateor: inficiari tamen nemo poterit, quin præſcierit Deus, quem exitum esset habiturus homo; antequam ipsum conderet: & ideò præſcierit: quia decreto ſuo ſic ordinarat.* Et quidem, ut, quod sentio, palàm loquar, ex hoc capite non video quomodo Thomistæ excusari possint à Prædeterminatione peccati circa formale: Nam & illud præscit Deus. At in quo medio, ne cogantur admittere Sciétiam Mediam? Si in prædeterminanti decreto ad Materiale: ergo decretum prædeterminans ad materiale est connexio cû formali peccati: ergo videt Deus formale peccati in his, quæ determinat Deus: cur ergo non sit determinans ad formale? Si in Decreto, ut inquitis, permissivo: voces sunt: & rogo: primò, quid per has additur ad decretum positivum? Secundò: ex suppositione decreti positivi, potest non sequi formale peccati? Tertiò: si hoc decretum, quod dicitis permissivum, connectitur cum formali peccati, undenam haurit connexionem? Cur non est prædeterminans? Quartò: qui ponit motu proprio causam, ex quâ sic posità nequit non nasci effectus, quomodo permittit effectum? Quintò: quem modum tendendi habet hoc decretum permissivum? Hi nodi implexi adeò sunt, ut mihi appareant indissolubiles.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

casu præcepti, connectitur metaphysicè cum actu pravo, vel omissione peccaminosâ? vel non? Si primum: ergo Deus determinat ad peccatum. Probatur consequentia: qui enim pro solâ suâ determinatione, & libito ponit connexionem, seu necessitatem, ut sit actus pravus, seu omissio peccaminosa, determinat; atquî in casu posito Deus pro solâ suâ determinatione poneret connexionem, seu necessitatem, ut esset actus pravus: ergo. Minor patet: quia negatio prædeterminationis, sicut & infusio, pendet unicè à Deo. Major non patet minùs: quia determinare nihil aliud est, quàm ex tuo libito sic constituere Petrum, ut nequeat sic constitutus non operari. Neque dicas, tunc solùm permitti à Deo actum pravum, removendo prohibens, nempe prædeterminationé ad bonum. *Contra* enim est, quia remotio prohibentis per se connexa cum operationis defectu, non est permissio, sed determinatio talis defectûs: patet: quis dicat purè permitti à me defectum actûs Fidei, removendo voluntariè piam affectionem? aut purè permitti à Deo carentiam perseverandi in gratiâ, suspendendo voluntariè, & pro libito actionem conservativam Gratiæ? aut purè permitti à Petro, ne restituat Ioannes Paulo, furando Ioanni pecunias quas scit parare à Ioanne, ut restituat Paulo?

531 Si ergo dicatur secundum: *Tria* fiunt, ex quibus ruit Thomisticissimus. *Primum*: non requiri etiam ad bonum, prædeterminationem: alioqui exclusio ipsius imponeret necessitatem dissentiendi. *Secundum*: dari in Deo Scientiam Mediam de actu pravo. Nam hic videtur, sine ullo prædeterminanti medio. *Tertium*: omnia Thomistarum contra Nos argumenta, cassa omninò esse. Debent ergo Thomistæ prædeterminare ad malum.

Quarta.

532 Quarta ratio sit. Si Deus non prædeterminat actiones materiales peccati, cooperatur saltem, vel non? Secundum negant contra Durandum: & primum affirmant. Ipse rogo: an hunc concursum exhibeat Deus & præparet per Decretum indifferens, vel per connexum cum actione peccati? Si primum: offendunt in lapidem, à quo fugiunt. Si ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primā par. tract. 1. de Deo sciente.

primum: ergo non requiritur ad opus bonum, Decretū prædeterminans: quod negaris: & ostendo sequi. Hoc Decretum indifferens est inconjungibile cum Decreto prædeterminanti ad bonum: & conjungibile cum consensu bono: ergo consensus bonus separari potest à Decreto prædeterminanti ad ipsum. Hæc consequentia probatur: Quod potest coexistere defectui Decreti prædeterminantis, separari potest à Decreto prædeterminanti: nam coexistere uni contradictorio, est separari ab alio: sed si Decretum indifferens sit inconjungibile cum prædeterminante; & alioquin consensus bonus sit conjungibilis cum Decreto indifferenti, consensus bonus necessariò est potens coëxistere defectui Decreti prædeterminantis, ut patet: ergo separari potest à Decreto prædeterminanti.

533 Probatur igitur antecedens: & imprimis consensum posse conjungi cum Decreto illo indifferenti, patet: nam alioquin tale Decretum esset connexum cum dissensu peccaminoso: quòd autem tale Decretum indifferens conjungi nequeat cum prædeterminanti: sic ostendo: nam tale decretum indifferens debet posse sufficienter applicare omnipotentiam per vos: at non potest nisi involvat carentiam Decreti prædeterminantis; quod probo: quia sufficiens applicatio omnipotentiæ ad unum extremum, involvit omnia, quæ requiruntur ad ipsum ex parte applicationis; atqui carētia Decreti prædeterminantis ad bonū, requiritur ad malum, & quidem ex parte applicationis ad ipsum: nam ex eâ parte requiritur, ex quâ Decretum obstaret: & Decretum obstaret ex parte applicationis: ergo &c. Vel ergo ruit Thomistica Schola, vel in ipsâ debet admitti necessitas Divinæ Prædefinitionis ad malum, saltem pro materiali.

Formatur ex his Argumentū.

534 Ex his adversus Physicam Prædeterminationem & hujusmodi Decreta Prædeterminantia, formatur argumentum, apud me, validissimum in hunc modum: si deberet admitti Decretum physicè prædeterminans in ordine ad actiones creaturæ: in viâ Thomisticâ per necesse deberet admitti Decretum æquè prædeterminans ad actionem Materialem peccati, seu ad Materiale Peccati; Atqui repugnat Deo Decretum sic prædeterminans ad actionem Materialem peccati, seu ad Materiale Peccati: ergo non debet admitti per necesse Decretum physicè prædeterminans in ordine ad actiones creaturæ. Difficultas est in Præmissis. Majoris veritas, ex horrore, negata à multis etiam Thomistis, ut monui: admittitur à Modernis consequentiùs: & planè constat ex dictis *à nu.* 527. *Major probatur à num.* 527.

Ad minoris probationem accingor, talis Decreti impossibilitatem, multipliciter ostensurus *seq. sect.*

SECTIO II.

DECRETVM PRÆDETERMINANS AD Materiale Peccati, est Deo simpliciter Impossibile.

Ostenditur Minor Syllogismi de Impossibilitate Prædeterminationis ad materiale Peccati. Montoya.

535 QVi plura velit pro gravissimâ hac controversiâ, & in ostensionem thesis positæ, (quæ Minor est Syllogismi nuper efformati:) ne omittat legere P. Didacum Ruiz de Montoya *tom. de Voluntate*: ubi eruditione mirabili, & summâ ingenii contentione per *vigintiquinque disputationes* bene longas, id est, à 27. *adusque* 51. inclusivè, omni ex latere quarit, & labefactat Prædefinitionem hujusmodi. Dicam ipse, quæ sufficere videbuntur.

§. I.

PRIMA PROBATIO EX AVTHORITATE Tridētini damnantis Calvinum.

Prima Probatio ex Trident.

536 *SIquis dixerit, non esse in potestate hominis, vias suas malas facere; sed mala opera, ita ut bona, Deum operari, non permissivè solùm, sed etiam propriè, & per se, adeò ut sit proprium ejus opus, non minùs proditio Judæ, quàm vocatio Pauli, anathema sit.* Hucusque Trid. *sess. 6. can. 6.* Vnde, omissis interim aliis ponderationibus decursu probationum urgendis, arguo nunc sic: Mens, & Scopus Concilii in hoc canone est, damnare qui dixerit, opera mala, etiam quoad actionem materialem, causari à Deo plusquàm permissivè; atqui qui dixerit opera mala prædeterminari à Deo quoad actionem materialem, dicit, opera mala quoad

quoad actionem materialem causari à Deo plusquam permissivè: ergo reus est anathematis à Concilio fulminati. Minor est certa: & difficultas est in Majori.

Scopus ipsius.

537 Ostenditur primò major ex ipso tenore textûs: proditio enim Judæ, sicut, & vocatio Pauli sunt actiones physicæ, & materiales. Secundò: quia si mens Concilii foret, damnare solùm qui dixerit opera mala, quoad formale malitiæ causari à Deo plusquàm permissivè, debuisset abstractè loqui non concretè: imò intactum reliquisset errorem Calvini, uti *mox* pondero.

538 Tertiò & efficaciùs: ea causalitas in hoc canone removetur à Deo, quâ positâ nequit intelligi, quòd opus malum sit opus magis proprium creaturæ, quàm Dei; atqui si non removetur à Deo causalitas quoad actionem materialem operis mali, nequit intelligi, quòd opus malum sit opus magis proprium creaturæ, quàm Dei: quod ità demonstro: Nequit intelligi, quòd opus malum sit opus magis proprium Creaturæ, quàm Dei, ubi positâ circa actionem materialem æquali saltem causalitate respectu Dei, ac Creaturæ, nulla alia exercetur indifferenter actio à creatura circa opus malum, nec ulla datur potestas suspendendi malitiam: atqui positâ causalitate circa actionem materialem, in quâ sunt pares saltem, Deus, & Creatura, nulla restat creaturæ potestas suspendendi malitiam: nec ullam aliam potest exercere actionem indifferenter circa opus malū: ergo positâ eâ causalitate circa actionem materialem operis mali in Deo, non datur intelligi quomodo opus malum non sit opus proprium Dei: ergo ea causalitas removetur *in canone*.

Major probatur num. 527.

539 Quartò & efficacissimè: quia Scopus Concilii fuit Damnare Melanctonem & Calvinum: at hi non dicebant Deum authorem malitiæ, neque à Deo fieri opera mala quoad formalem malitiam, sed quoad materialem entitatem, cui ex vitio suo, & displicendo Deo creatura, malitiam adjungebat: ergo Scopus Concilii fuit damnare, qui dixerit ea opera fieri à Deo plusquàm permissivè quoad materialem actionem operis. Major constat. Minor verò *supra* constitit: & videri potest apud Annatum, Ruiz, Bellarminum & Valentiam: imò expressè tenetur à juratissimo Thomista Zumel 1. *part. quæst.* 22. *art.* 4.

Annatus. Ruiz.

In primā par. tract. 1. de Deo sciente. Bellarm. Valentia. Zumel.

540 Confirmantur hæc, & præoccupantur evasiones. Injustè damnaretur à Concilio propter consequens hæreticum qui ex unâ parte negaret illud, si ex aliâ non sequatur ex ejus principiis: atqui Calvinus, & Sectarii disertè negant Deum esse Authorem peccati; nec ex eorum principiis sequitur, si non sequitur ex prædeterminatione operis pravi quoad materiale peccati: ergo injustè damnantur tanquam facientes Deum authorem peccati; ergo, siquidem justè damnantur; hoc hæreticum consequens, voce tenus negari potest, & legitimè sequitur ex prædeterminatione operis pravi quoad materiale peccati. Major est evidens: alioquin nullus ferè theologus excusari potest à fulmine damnationis. Minor quoad primam partem patet ex ipsorum Sectariorum verbis: Audi Melanctonem: *Firmissimè, & tanquam utràque manu tenendum*, Deum nullomodo esse authorem peccati. Quid clariùs? quoad secundam etiam patet: quia Sectarii solam admittunt eam prædeterminationem peccati quoad materiale: quod Zumel fatetur, & ipsi Hæretici clamant.

Frivolæ Sectariorū voces.

541 Et ratio est: quia si evidentia consequentis vitari potest ex prædeterminatione ad materiale, dicendo Deum displicere in formali, nec ipsum prædeterminare: dicunt id Hæretici cum Calvino *supra*. Si vitari potest, dicendo, formale, nō amari, quia est extra sphæram Divinæ voluntatis: dicunt id Hæretici, cū Beza *Aphorism. 19. Quidquid agit Deus bonum est: cùm à Summo Bono, nihil mali possit proficisci*. Si vitari potest, dicendo, hominem teneri lege, non Deū: Dicunt id Hæretici cum Zuinglio *apud Bellarm. Quod Deus facit non est peccatum, quia non est contra legem: illi enim non est lex posita*. Si vitari potest, dicendo, peccatum, ut defectus est, solùm oriri à causâ deficienti, qualis est voluntas; non à Deo: Dicunt id Hæretici cū Calvino, & Beza, ut *supra* constitit. Si vitari potest, dicendo, Deum purè permittere malitiam: (quā permissionem videtur negare Calvinus): Dicit Calvinus à se solam negari permissionem

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

nem mali, quatenus permissio purè sonat sublationem Gratiæ efficacis: quâ permissionem etiam negant Prædeterminatores. Curare igitur maximè Thomistæ debent, aliquid ultrà dicere, ne cui videri possit, nihil à seipsis dici, quod displicere possit Hæreticis. Videantur Ruiz, & Annatus.

§. II.

ALTERA PROBATIO EX AUTHORITATE Sanctorum Patrum.

Probatio secunda ex Sanct. Patribus.

542 PRæcat Augustinus: *lib 5. de Civit. cap. 5.* sic loquitur: *Sicut omnium naturarum creator est Deus, ita omnium potestatum dator, non voluntatum. Malæ quippe voluntates ab illo non sunt: quoniam contra naturam sunt, quæ ab illo est.* Vbi expendo duo: primum; negari ab *Augustin.* Augustino esse à Deo voluntates malas. Alterum, assignari motivum cur non sint à Deo, & assignari pro motivo eam malitiam: negat igitur propter formale peccati, esse à Deo ipsam volitionem, quæ mala est. At negari non potest à Deo esse, si prædeterminetur ab ipso: ergo.

543 Deinde *libro de Spirit. & lit. cap. 31.* sic ait: *Nunquam legimus in Scripturis: non est Voluntas nisi à Deo: & rectè non scriptum est: quia verum non est: alioquin peccatorum etiam, (quod absit) Author est Deus, si non est voluntas, nisi ab illo.* En satis clarè distinguit actionem volitivam à malitiâ: & quia Deus non est Author malitiæ, infert non omnem voluntatem esse à Deo: ne ergo inutiliter disputet, & idem per idem probet, necesse est quòd ab actionibus volitivis, ut reales sunt, argumentetur ad peccata.

544 Est ergo discursus Augustini sic: si Deus esset Author omnium actuum, quos elicit libera voluntas, esset Author peccati: nam esset Author actûs, quem prævè elicit libera voluntas; atqui non est Author peccati: ergo neque omnium actuum, quos elicit libera voluntas. At inde nos: sed si Deus in voluntatem immitteret, mediâ prædeterminatione, actum, quo voluntas peccat, esset author talis volitionis, seu voluntatis: ergo juxta Augustinum esset Author peccati. Vide quàm bene consonent nostri discursûs, cum Augustini mente! Tandem *lib. 5. de Civitate, cap. 10.* excludit expresè Augustinus omne genus medii, in quo antecedenter posset à Deo præsciri peccatum: alioquin enim homo non peccaret: quid magis oppositum cum Doctrinâ Thomisticâ?

Prosper.

545 Succedat Prosper, qui *ad decimam certam objectionem Vincentianam de hominum casu*, sic ait: *In tali negotio neque quidquam Divinæ Voluntati interveni, cujus opere scimus, multos, ne laberentur, retentos: nullos autem, ut laberentur, impulsos.* Quomodo non impellitur, qui prædeterminatur ad id, à quo separare casum nequit? quomodo nihil ibi Divinæ Voluntatis intervenit?

Fulgent.

546 Accedat Fulgentius *lib. 1. ad Monim. cap. 19. Mala voluntas non pertinet ad optimum Creatorem.* Et addit rationem *ibi, & cap. 23. Quia malam voluntatem non dat homini Deus.* Quomodo non daret, qui prædeterminaret ad illâ? *Anselm.* Accinit Anselmus, qui loquens *de casu Diaboli*, apertè distinguit & *velle*, & *malitiam*, ex quâ illud velle redditur malum: & addit, illud *velle* non dari à Deo, sed *rapi*; nec *esse à Deo*, ut sponte dante, sed, ut rapiatur, permittente: Audis! Qui sponte prædeterminat, nô dat sponte? Quod rapitur, datur à volente efficaciter? Vide innumera loca Sanctorum Patrum apud Ruiz *disp. 31.* *Alii apud Monteyn.*

§. III.

TERTIA PROBATIO EX EO, QVOD esset Author peccati.

Probatio tertia à ratione: & ex falsitate malitiæ.

547 SIc argumentor: & eâ proponendi formâ, quæ præoccupet communes evasiones. Deus prædeterminans ad materiale peccati, simul prædeterminat ad Formale: ergo est author peccati tam quoad materiale, quàm quoad formale. Probatur antecedens, in quo est difficultas: Deus prædeterminans ad materiale, ponit hominem ex suî determinatione, in statu suppositionis, à quâ nullomodo dividi potest, nec à Deo, nec ab homine malitia formalis: atqui ex propriâ determinatione ponere hominem in statu suppositionis, à quâ dividi nequit, nec à Deo, nec

nec ab homine formalis malitia; est determinare hominem ad malitiam formalem: ergo Deus prædeterminans ad materiale peccati, simul determinat ad formale. Præmissæ, licèt alioquin certæ, muniendæ sunt.

548 Explicatur, & probatur minor: Tùm quia principium inevitabiliter alligatum suppositioni essentialiter coëxistit actui cum actu, est determinatum ad actum: quod si negetur, non video cur prædeterminatio determinet? Tùm quia suppositio essentialis coëxistentiæ cum actu, nullam relinquit indifferentiam ad oppositum: cur ergo non determinat? Tùm quia impossibile est modis omnibus, quòd homo sic constitutus, non peccet: quomodo ergo non sit determinatus? Tùm quia non aliter homo determinat physicè potentias executrices ad operandum.

549 Probatur jàm major: Quia vel formale peccati identificatur realiter cum ipso peccati materiali; & sic clarior est majoris veritas, quàm ut egeat probatione: vel saltem materiale peccati ut subest prædeterminationi Divinæ connectitur essentialiter cum formali malitiâ. Et ratio est: quia actio materialis peccati, non utcumque subest Divinæ Prædeterminationi, sed subest ut liberè elicita ab homine, atque adeò ut elicita cum advertentiâ prohibitionis: atqui actio sic elicita nec à Deo, nec ab homine separari potest à malitiâ causæ deficientis: ergo.

Confirm. primò.

550 Illustratur, & urgetur hæc ratio primò. Vel posità prædeterminatione ad actionem materialem actûs pravi, manet homo indifferens ad componendam cum ipsâ malitiæ formalis, seu defectûs carentiam, vel non manet indifferens? Si secundum: ergo ipsa prædeterminatio ad actionem materialem actûs pravi est determinatio ad malitiam: est enim sublatio omnis indifferentiæ. Quid autem aliud est determinare? Adde, exinde fieri, obligari homines ad impossibilia, ut *infrà* premam. Si secundum: impiissimis, unde scit Deus, quòd homo sic indifferens, componet cum ipsâ prædeterminatione malitiam? Vel enim admitti debet Scientia Media, quam odio nimis injusto laceratis, vel hæc indifferentia defendi nequit. Deinde implicat actionem pravam exerceri liberè, & cum advertentiâ prohibitionis, & non peccari; atqui Deus prædeterminat ipsam ut liberam, & adjungit circumstantiam prohibitionis: ergo.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

551 Insuper: à quo tollitur ista indifferentia, quæ restat in homine? Si à Deo: determinat ad formale peccati. Si ab homine: quomodo ab indifferenti, ut indifferenti, juxta vetus proloquium Thomistarûm, oritur determinatio: quodnam restat exercitium liberum homini, post semel exercitam libertatem in actione materiali actûs pravi? Tota quippè libertas ad malum se exercet in actu: malitia enim formalis non advenit actui per novum exercitium libertatis: in quo ergo stat determinatio specialis, quæ restat homini jam à Deo prævè determinato ad exercitium actûs pravi?

Nota bene

Confirm. secundò.

552 Illustratur, & urgetur secundò: Necessitas ad actionem, ubi fieri nequit sine aliquo modo est necessitas ad talem modum: quare si Deus necessitaret ad ambulandum, hominem, quando est claudus, necessitaret ad ambulandum claudicando: ergo determinatio hominis ad actionem materialem actûs pravi, quando non potest homo ipsam exercere, nisi cum malitiâ, & deficiendo, est determinatio ad malitiam. Ratio consequentis est: quia sicut implicat, quòd homo claudus sit necessitatus ad ambulandum, & alioquin non sit necessitatus ad ambulandum nisi claudicando, si aliter nequeat ambulare: quia necessitatur ad ambulandum, modo sibi possibili: ita implicat, quòd homo liber, & cognoscens malitiam, atque adeò nequiens exercere actum pravum, nisi deficiendo, & cum malitiâ, detetminetur ad operandum, & quòd non maneat eò ipso determinatus ad malitiam: ergo sicut implicat in ipsis terminis ponere intra sphæram Dei necessitantis hominem claudum ad ambulandum, ambulare, & non claudicare; ita pariter implicat ponere intra sphæram Dei determinantis hominem liberum, & defecturum ad operandum, operari, & non peccare. Quo satis evanescit distinctio, quâ sibi plaudunt Gonet, & Godoy, data olim à Beza, & à Calvino: quæ rursus explodi-

Evasio Gonet, & Godoy intercepta.

tur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tur: non est intra sphætam Omnipotentiæ exercitium, quo redditur seipsâ exequens formalem malitiâ: alioquin esset potentia defectiva: at prædeterminatio ad materiale est tale exercitium, ut aperte convicimus: ergo non est intra sphæram Divinæ Omnipotentiæ.

Confirm. tertiò.

553 Illustratur, & urgetur tertiò: Materiale peccati, ut sit ab homine ex prædeterminatione Dei, est periculum ita vehemens de malitiâ, ut separari non possit ab istâ, nec ab homine, nec à Deo: ergo non minùs infert malitiam; quâ ipsa prædeterminatio inferat actionem materialem: ergo non minùs est prædeterminatio ad malitiam, quàm ipsa Dei prædeterminatio, est prædeterminatio ad actionem materialem. Et urgetur evidenter primò: quia non aliter homo se determinat ad formale, quàm exercendo libertatem in eliciendo materiale: ergo materiale est prædeterminatio ad formale. Secundò: quia quòd prædeterminatio vim habeat finendi juxta Thomistas indifferentiam libertatis homini ad actionem, quam prædeterminat, non obest, quominùs sit prædeterminatio actionis: ergo quòd positio actionis materialis (quod mihi est imperceptibile) sinat indifferentiam similem ad malitiam, non obest, quominùs sit prædeterminatio ad malitiam. Nunc sic: Atqui ex prædeterminatione Dei est materiale peccari: ergo à Deo est prædeterminatio ad formale: ergo Deus prædetermitat ad formale: ergo est Author illius. Neque dicas non esse à Deo Materiale *reduplicativè*, seu *ut fundat formale*: Tùm quia seclusis vocibus, Materiale non fundat formale, nisi, ut liberè exercitum: at sic est à Deo. Tùm quia materiale peccati, juxtà hunc recursum, habet duo, esse ens subsistratum malitiæ, & esse fundamentum malitiæ: Rogo: est à Deo ut fundat esse fundamentum malitiæ? Vel non? Si secundum: rogabo rursus de istâ secundâ originali formalitate. Si secundum: ergo est à Deo, ut in se fundat esse fundamentum malitiæ, atque adeò ut inseparabile est à malitiâ: ergo.

Evasio intercepta.

Confirm. quartò ad Hom.

554 Illustratur, & urgetur quartò ad homines: Per vos, Angelus peccare non potuit in primo instanti: quia illud peccatum deberet attribui Deo, authori Angeli, utpotè condenti naturam peccato vitiatam. Hæc est puritas doctrinæ vestræ. Sic argumentor: Magis accedit ad malitiam formalem, actio materialis peccati, quàm substantia Angeli, ut per se patet: sed per vos Deum creare Angeli substantiam in instanti, in quo Angelus peccet, est esse authorem peccati; quin valeat excusatio, quòd malitia sit extra sphæram Divinæ Voluntatis, quòd sit defectus, & non effectus; quòd sit à causâ deficienti, & non à causâ efficienti; ergo multò magis, quin istæ voces excusationi servire possint, Deum causare, prædeterminando, materiale peccati, quando *hic, & nunc* exerceri cum malitiâ necesse est, erit causare malitiam. Expecto ab acutis Thomistis, & in Sancti Thomæ doctrinâ versatilsimis aliquam speciem bonæ disparitatis: Mihi enim hucusque nulla occurrit.

Confirm. quintò.

555 Illustratur, & urgetur primò: siquidem Deus prædeterminare potest materiale peccati, quin formale prædeterminet: cur necesitare non poterit ad actionem materialem peccati: quin pariter necesitet ad formalem? Suppone ergo necesitari hominem ad materiale peccati: quia quod prædeterminari à Deo potest, cur à Deo necesitari nequeat? Et rogo: potest nihilominùs manere homo ita propriè author malitiæ, ut author ipsius non sit Deus, vel non potest? Si potest: Calvino salva res est. Siquidem ex Ioanne à Sancto Thomâ, in hoc erravit Calvinus, quòd diceret necesitari à Deo homines ad actiones alioqui pravas, & ex eo justè damnari, ut qui faceret Deum peccati Authorem. Si non potest: rogo: cur ergo necesitas ad materiale peccati est necesitas ad formale, & prædeterminatio ad materiale non est prædeterminatio ad formale?

Ioanne à S. Thomâ.

Ill. Godoy.

556 Dicit Godoy: supponi falsum: posse necesitari ad materiale peccati, & nihilominùs peccare hominem. Cur tamen? Quia si necesitaret, inquit, nulla esset libertas in homine in exercitio actionis materialis, atque adeò neque ad malitiam. Et cur ita, sincerissime Thomistarum? Quia tota libertas hominis ad malitiam exercetur in actione materiali. O, bene! ergo cui attribuitur exercitium libertatis humanæ ad actionem materialem; attribui debet tota determinatio libertatis humanę ad malitiam, & totum exercitium libertatis ad peccatum. Cui autem attribuitur determinatio libertatis ad malitiam, dic, sodes, attribui poterit malitia hominis, nec ne? Sed Deo attribuitur exercitium libertatis humanæ ad actionem materialem: ergo Deo debet attribui malitia, ut Authori malitiæ. Quam sequelam, satis clarè hucusque deductam, urgebit ulteriùs

§. IV.

QVARTA PROBATIO EX IMPOSSIBILITATE Divinæ Permissionis.

Probatio quarta ex Impossibilitate Permissionis.

557 Sic argumentor: Cum prædeterminatione Dei circa materialem actionem peccati, componi nequit, quòd Deus dicatur permittere peccatum, ejusque malitiam: ergo Deus plusquam permissor est peccati: ergo est Author ipsius. Antecedens, in quo est difficultas, ostenditur primò. Quod purè permittitur, tale debet esse, ut etiam positis iis omnibus, quæ tuâ sponte, & ex tuâ determinatione sunt, possit impediri: Si enim attentis his, quæ tibi omninò placent ut sint, & quæ tu determinas ita esse, non potest impediri res aliqua, quomodo dicetur res purè permitti? Quomodo dicatur purè permittere combustionem stupæ, *qui* in materiâ subjectam, igni concipiendo paratissimam, flammâ injicit? Atqui si Deus prædeterminat ad materiale, attentis *his*, quæ sponte determinat, non potest impediri malitia: ergo si Deus prædeterminat, nequit purè permittere malitiam. Major simul proposita, & probata est. Minor datur ab Adversariis: & debet dari: quia Deus tria determinat. Primò, prohibitionem, ejusque notitiam. Secundò, actionem materialem actûs prohibiti. Tertiò libertatem ipsius: à quibus nec divinitùs separari potest malitia hominis.

558 Secundò: Nam eatenùs potest permitti malitia, quatenùs permittitur actio materialis in circunstantiis, in quibus nequit exerceri sine malitiâ: neque ullus aliter dicitur permissor malitiæ: nec ob aliud, qui consulit, aut præcipit non dicitur permittere malitiam, sed velle, quamvis protestetur se nolle: quid enim prodest malitia quærenti viu-dictam, si ponitur à consulto occisio inimici, quam consulit? & ratio est: quia solùm id dicitur permitti, quòd aliàs impediri à te potest. Atqui nequit à Deo impediri malitia peccati, nisi quatenus impediri potest actio materialis actûs pravi: positâ enim actione materiali peccati, non subest vel Dei dominio, vel potestati, ne sit malitia: ergo eatenùs permitti potest malitia, quatenùs permitti potest actio materialis. Sed qui prædeterminat, non permittit actionem materialem: ergo neque malitiam. Tertiò ex eo quòd, ut suprà urgebam *in 3. probatione, & sect. 1.* Deus, utpotè qui non solùm removet aliquid pro evitatione peccati necessarium, sed etiam præmovet ad aliquid cum evitatione malitiæ inconjungibile, dat initium malitiæ, & ad hanc determinat: non ergo potè permittit.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Confirmatio.

559 Illustrantur hæc omnia primò: Deus prædeterminans ad peccati materiale, non minùs sollicitaret homines ad peccandum, quàm sollicitatet Petrus, qui possidendæ hæreditatis gratiâ peteret ab homine, ut Parentem occideret: atqui hic nequit dici permissor peccati, sed impulsor: ergo nec Deus ita prædeterminans. Probatur major: quia Petrus non petit malitiam, sibi non utilem, sed actionem materialem: deinde petit ex fine non malo: nihilominùs suâ petitione dicitur sollicitator peccati. Nunc sic: Licèt Deus non petat prædeterminatione malitiam, sed actionem materialem, idque ex bono fine, plùs connexionis ponit cum malitiâ, quàm Petrus: ergo plùs sollicitat, & impellit. Secundò: qui conjicit voluntariè aliquem in tale periculum lapsûs, ut neque periculum possit evitari, neque lapsus possit separari à tali periculo, nequit dici purus permissor lapsûs: hoc millenis exemplis obvium est: at Deus voluntariè conjiceret hominem in tale periculum lapsûs, & malitiæ: ergo nequit dici purus permissor lapsûs, & malitiæ.

§. V.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primā par. tract. 1. de Deo scientc.

§. V.

QVINTA PROBATIO A PARITATE Prædeterminationis Moralis.

Probatio quinta ex prædeterminatione Morali.

560 SIc argumentor: Nequit Deus præcipere, vel consulere materialem actionem peccati in circunstantiis, sub quibus separari nequit à malitiâ, & simul non esse causam malitiæ, vel sistere in purâ permissione malitiæ: ergo minùs poterit sub eisdem circunstantiis prædeterminare ad actionem materialem peccati, sine sequelis eisdem. Fortior enim est vis prædeterminationis, quàm præcepti, vel consilii. Probatur consequentia primò: quia imprimis ego nō video, cur quod cadit in Dei complacentiam, non possit in suasionem cadere: suasio enim est index affectūs interni: si ergo affectus internus Dei tendere efficaciter potest in actionem materialem: cur non etiam vox externè substituta affectui? Quòd si hæc externa vox insinuat causalitatem moralem malitiæ, cur non etiam internus affectus imperans præmotionem?

561 Secundò: ut dissipentur evasiones. Ideò suasio per præceptum, & consilium actionis materialis, causat moraliter malitiam, nec sistere potest in lineâ physicâ entitatis: quia qui suadet, debet attendere ad inconvenientia, quæ per se accident ex actione consultâ, ut prudenter consulat: unde si malitia sequitur, sit ipsi imputabilis; atqui qui objectum efficaciter decernit, debet etiam attendere, ut prudenter decernat, ad inconvenientia, quæ per se accident ex objecto decretato: ergo pariter fit moraliter author eorum, quæ sequuntur: ergo, &c.

Evasio intercipitur

562 Dices, Deum ex munere causæ primæ prædeterminare: Suadere verò jam attinet ad munus causæ particularis. Quid hoc refert? Quærimus *duo*. Primum: quomodo, id quod dicis esse ex munere causæ primæ, non sit fortior impulsus ad malitiam, quàm impulsus suasivus? Alterum: cur quæ fieri possunt intra lineam causæ primæ, non possunt intra eandem lineam suaderi? *Dicitis*: quia suasio cùm sit in genere causę moralis, respicit ordinem moralem, atque adeò, quicquid ex parte objecti concernit ad moralitatem, quales sunt bonitas, & malitia: at prædeterminatio, cùm sit in genere causæ physicæ, sistit in ipso, & non transcendit ad malitiam, quæ jam est intra ordinem moralem. Mira æquivocatio. Imprimis Prædeterminatio boni non transcendet ad bonitatem, quæ jam est intra ordinem moralem.

563 Deinde: quid est esse de genere causæ moralis suasionem? Estne respicere bonitatem moralem, aut malitiam moralem? Vel est influere in æstimationem prudentum, in id, quod aliàs causa physica causat physicè? Primum dici non potest: Tùm quia est peritio principii. Tùm quia si affectus præscindere potest, cur non possit insinuatio affectūs, qualis est suasio? Tùm quia mirum est, magis esse præcisivam actionem physicam, quàm affectivam, & quæ pertinet ad lineā affectūs? Tùm insuper quis est qui ita suadeat, ut intendat malitiam, quod vix Dæmones faciunt? Secundum ergo dici debet, & patet insulsè dici. Tùm quia sic, si causa physica non attingit, neque determinat malitiam, neque moraliter attinget suasio. Tùm quia fortior erit impulsus causæ physicę, quàm purè moralis. Debuissent, quod acutè præstitit in præsenti Doctor Eximius, distinguere, causam moralem dici vel ex modo operandi ex parte suâ, quia liberè: vel ex modo influendi, quia indirectè, & ex affectu: prior modus non opponitur causæ physicę: & rigorosior est ad imputationem. Et neuter negari potest Deo in re præsenti, quod ita

P. Suarez

564 Confirmo efficacissimè. Deus ita prædeterminat ad actionem materialem actūs pravi in circunstantiis, à quibus nequit separari malitia, ut simul infundat cognitionem provocativam ad ipsam actionem, quæ est suasio; & adde, ut simul prædeterminet suasiones ipsius Dæmonis provocantis ad ipsam: ergo simul & prædeterminat, & consulit, & suadet; ac proinde fit ejus author in omni genere causæ: ergo & malitiæ. *Dicit* Gonet: suasiones Dæmonis prædeterminati à Deo non ut malæ sunt, & ut inclinantes ad malum, sed ut sunt actus vitales. Bene: ad alia, quæ confirmatio dicit, nihil dicitur: & ad hoc nihil boni.

Efficax confirmatio.

Gonet.

Dic,

Dic, *sodes*: repugnatne suasio Dæmonis, quæ ex tendentiâ suâ vitali inclinet ad malum? ego negare nō possum. Dic ultra: Dæmon suadet, medio suo motivo, vel medio motivo, quod repræsentat? illud in Dæmone manet, nec transit in consultum: & in eo consistit malitia Dæmonis. Hoc transit ad consultum, ipso tendentiæ vitalis physicæ vehiculo: & ex hoc dicitur Dæmon causa moralis mali: si ergo Deus hanc tendentiam per te prædeterminat, quidni suadet?

In primā par. tract. 1. de Deo scientc.

§. VI.

SEXTA PROBATIO EX PROHIBITIONE actionis materialis.

Probatio sexta ex Prohibitione Actionis materialis.

565 SIc argumentor: Deus prohibet actionem materialem actūs pravi: ergo nec amat, nec prædeterminat. Probatur consequentia: qui enim prohibet aliquid eòipsò constituit objectum indignum rationabilis procurationis, & amoris: ergo si actio materialis prohibita est, nequit amari, nec procurari rationabiliter: ergo neque prædeterminari. Adde: quid magis dissonum, quàm prohibere id ipsum, quod efficaciter determinas esse? Demum, ordinavit Deus Passionem Christi, ut Medium, ne foret id quod ipse prohibet, atque adeò, si materialis actio actūs pravi prohibita est, ne foret actio materialis actūs pravi: quomodo ergo sic amet & prædeterminet impeditionē finis, ad cujus assecutionē tot tantorumque Mediatorum impensas voluit? Audiatur Fulgentius *ad Monim. lib.* 1. Nunquid ad hoc potuit Deus prædestinare, quod ipse disposuerat suo præcepto prohibere?

Fulgent.

566 Probatur igitur antecedens primò: quia tales actiones per se possunt afferre damnum alteri: & hoc titulo prohibentur similes in Republicâ: ergo si prohibetur damnum alterius, illæ prohibentur, multa hinc promes. Secundò: quia si actio materialis peccari non esset prohibita, liceret delectatio de ipsâ, etiā si foret odium Dei; imò ipsa delectatio deberet esse magna conformitas cum Divino beneplacito. Quis non horreat? Terriò: quia Deus prohibens adulteriū, v.g. vel perjurium, prohibet immedia-

Aranda de Deo.

tum exercitium meæ libertatis, quo posito dividi nequeo à malitiâ, vel hæc ultrà impediri à me nequit, vel (quod est perinde) inevitabiliter resultat, sine ulteriori exercitio libertatis: sed immediatum hujusmodi exercitium est actio materialis actūs pravi: ergo. Quatò: quia quod inevitabiliter resultat ex actione non prohibitâ, nequit esse prohibitum: sed malitia inevitabiliter resultat ex actione materiali perjurii: ergo si hæc non est prohibita; neque malitia.

Illustratur primò.

567 Illustratur hęc ratio primò, meo videri, inextricabiliter: Vel Deus obligat hominem ad non ponendam liberè actionem materialem furti, vel obligat ut ex suppositione actionis materialis liberè exercitæ, non ponat, & superaddat malitiam? Si primum: ergo non prædeterminat eam actionem liberè exercitam, contra vos: alioqui prædeterminat violationem obligationis impositæ, suæque prohibitionis. Si secundum: ergo obligat homines ad impossibilia: nam separari malitiam ab actione materiali sic exercitâ impossibile, modis omnibus, est.

Secundò.

568 Secundò: sciat Petrus per revelationem, Petrum cras eliciturum odium Dei: cur non poterit quis optare & desiderare, præsim à malitiâ, quòd adimpleatur *voluntas Dei beneplacens, & perfecta*, circa materialem actionem odii, & sic mereri? Quis autem ad hæc non horreat? & ratio sequelæ est: quia velle, quod scio Deum velle, laudabile est. *Dicit* Gonet: laudabile quidem esse, velle quod Deus vult voluntate signi præcipiendo, & consulendo: non verò quod Deus vult voluntate generali causę primę. Sed quis hucusque non docuit christianam perfectionem niti in conformitate cum Divinâ voluntate? Quis unquam irrationabile dixit velle, quod scio Deum efficaciter velle, & quod scio nolle Deum, quòd efficaciter nolim?

Gonet pelitur.

§. VII.

SEPTIMA PROBATIO EX EO QVOD homines obsequerentur Deo, dum peccant.

Probatio septima ex gravi Absurdo.

569 SIc argumentor: *Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Arausican

id agunt, quod Deo displicet, id est, quàdo peccant. Verba sunt Concilii Arausicani can. 23. Sed juxta Thomistas, *quando homines agunt quod Deo displicet*, id est, quando peccant, *non solùm faciunt voluntatem suam, sed etiam Dei*: ergo peccant tunc, & non peccant. Minor patet: quia tunc non solùm agunt malitiam formalem (imò hanc propriè non agunt) sed etiam actionem materialem, quam ut faciant, est voluntas efficax Dei. *Dices*, Conciliùm solummodò intendere, quòd homines non faciunt voluntatem Dei, dum se malitiâ inficiunt. Contra primò: *prout suam voluntatem faciunt homines, non faciunt voluntatem Dei*: hæc est Concilii Mens. Sed non faciunt suam voluntatem, nisi exercendo libere actionem materialem: ergo eam exercendo, non faciunt Dei voluntatem: ergo non vult Deus, ut hæc fiat. Secundò: ergo tamen non potest homo facere suam voluntatem, & displicere Deo, quin ipsi placeat, & faciat Dei voluntatem: quo quid absurdius?

Confirmatio.

570 Confirmatur hæc ratio patentiùs, mè, notando, Deum, dum prohibet homini Dei odium, & notificat ipsi prohibitionem, constituendo liberum, velle formaliter, quòd homo sit in statu, in quo sit verum hoc, nempe: *si odium eliciat, ponet cum formali malitiam*: nam illæ circunstantiæ sunt fundamentum inseparabile à malitiâ: unde etiam vult, quòd existat homo in circunstantiis, ubi, si odium exerceat, exerceat cum formali malitiâ. Arguo jàm sic: Qui præcisè ponit id, quod reipsâ est id ipsum quod vult Deus, non peccat. At homo in prædictis circunstantiis, præcisè ponit id quod reipsâ est ipsum, quod vult Deus: ergo non peccat. Consequens est hæreticum: & major evidens: nam qui peccat, ponit aliquod jurè odibile Deo. Minor probatur: *Imprimis* Deus efficaciter vult, ne hic & nunc ponatur ab homine odium sine malitiâ formali; ut patet ex prænotatis. *Deindè* vult efficaciter, quòd hic & nunc ponatur ab homine odium:

571 Modo sic: Deus vult poni odium, & non poni sine malitiâ formali: sed hoc est velle poni odium cum malitiâ formali: ergo vult Deus odium poni cum malitiâ formali: hoc autem præcisè ponit homo, dum peccat: ergo præcisè ponit, quod Deus vult. Urgetur: si superior ita velit: *Volo, ut nihil recites præter horas Canonicas, & simul volo te recitare*: subditus conformatur voluntati Superioris recitando horas Canonicas: quis diceret opponi? ergo similiter. Urgetur aliter: cui illicitus est affectus furandi propter furti turpitudinem, illicitus est ille: *Nolo Sartoris officium, nisi jurando, & volo Sartoris officium*: ergo cui impossibile sit ratione suæ Sanctitatis, velle, quòd odium exerceatur cum malitiâ, impossibilis item erit hic affectus: *Nolo ut exerceatur odium sine malitiâ, & volo quod exerceatur odium*: hos autem affectus negare nequit Schola Prædeterminantium.

§. VIII.

OCTAVA PROBATIO EX DISCRIMINE tentationis gravis à levi.

Probatio octava ex Discrimine Tentationum.

572 Sic argumentor: Vel tentatio gravis ad peccandum includit præfinitionem, seu prædeterminationem ad materiale peccati, vel non? Si secundum: quomodo gravis est? quomodo dicit peccandi periculum, cùm sine eâ prædeterminatione peccatum implicet, nullusque sine ipsâ peccaverit? Si ergo primum: ergo nulla tentatio gravis vincitur, quod temerarium est, aut vinci potest, quod hæreticum. Prima pars patet: quia nullus sic prædeterminatus non peccat. Probo secundam: Ut possit vinci tentatio gravis, debet esse tentato possibilis aliquis actus, qui sit victoria tentationis gravis: nullus est: quod ostendo: quia vincere tentationem gravem est ipsi urgenti efficaciter resistere: sed nullus est tentato possibilis actus, qui sit resistentia efficax tentationis urgentis. Nàm efficaciter resistere tentationi gravi urgenti, dicit eam frustrari effectu, seu operari contra ipsam existentem, seu eam esse, & me tentatum, ipsi resistere, quod est facere contra ipsam in sensu composito: atqui per vos Tentato est impossibilis omnis actus contra Prædeterminationem in sensu composito: ergo.

Urgetur primò.

573 Illustratur hæc ratio primò: ut præcludantur evasiones. *Triplex* potest excogitari modus operandi contra Prædeterminationem. *Primus* sic, ut operatio opposita Prædeterminationi sequatur ejus interitum, seu non existentiam. *Secundus* sic, ut operatio opposita Prædeterminationi præcedat privationem prædeterminationis, vel destruendo vel evitando ejus existentiam. *Tertius* sic, ut operatio opposita Prædeterminationi, coëxistat ipsi, frustrans eam effectu. *Primus modus* operandi non est modus resistendi, neque vincendi; quis enim dicat se pugnare cum Leone jam mortuo, eumque vincere? *Secundus modus* est impossibilis: quia jam esset in manu hominis prædeterminari. Deinde quia si possem evitare prædeterminationem ad materiale peccati; tenerer: teneor enim evitare periculum infallibile peccandi, qualis esset ea prædeterminatio: ergo imputaretur mihi in culpam existentia talis prædeterminationis: ergo ejus existentia esset mihi voluntaria: alioquin non posset in culpam imputari: ergo consequens est ad actum meæ voluntatis liberæ: quod negatis. *Tertius modus* operandi, qui unicè potest dici modus resistendi, est impossibilis, ut probavi: ergo nullus est possibilis actus, qui sit actus victoriæ, & resistentiæ tentationis gravis, si hæc eam prædeterminationem includat.

Urgetur secundò.

574 Illustratur secundò: ne sit ullus tergiversationi locus. Sit Petrus cum cogitationibus, & affectionibus ardentissimè inclinantibus ad peccandum, suggestis à Dæmone: sit Ioannes cum cogitationibus, & affectionibus segniter, & tepidè moventibus ad peccandum: nam ex hoc discrimine metientur Adversarii, argumento presi, tentationes, gravem, & levem. Sic arguo: si necessaria sit prædeterminatio ad materiale peccati (imò solùm prædeterminatio ad evitationem peccati) ad peccandum: æquè difficile superabilis est tentatio Ioannis, ac tentatio Petri, vel æquè facile: ergo vel utraque est gravis, vel neutra: ergo nulla. Antecedens probatur: si ponatur prædeterminatio ad materiale in utraque, utràque non superari necesse est: si abfit, superari utramque, seu non habere effectum, est etiam necesse: Dei autem est, eam præmotionem esse, vel abesse: ergo Dei est, esse, vel abesse id, quo posito, vel utraque vincit infallibiliter, vel quo deficiëte vincitur infallibiliter utraque.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

575 Rogo igitur: vel ex illis tentationibus una præ aliâ difficiliùs jungitur à Deo cum prædeterminatione ad materiale, seu una præ aliâ habet jungi difficiliùs à Deo cum eâ prædeterminatione, vel non? Si secundum: ergo æquè facilè est superabilis, vel æquè difficilè utraque ex se: nam, cum prædeterminatio sit connexa cum peccato, si tentationes ex se sunt pares in posse conjungi, cum eâ prædeterminatione; ex se sunt pares in posse conjungi cum peccato. Si ergo primum: ergo eatenus una tentatio erit gravis, & alia levis, quatenus ista præ illâ ita pulsat tentati voluntatem, ut pulset Dei animum, ad hoc ut illam præ istâ conjungat cum prædeterminatione ad materiale: At hoc per se dissonum est: ergo.

576 Minor hæc proxima ostenditur primò: quia tentationis gravitas magis reducitur in tentationem Dei, quàm hominis. Secundò: quia exinde quoties Dæmon nos vehementer tentat, teneretur ex munere causæ primæ, quasi juvare Dæmonem, consummando tentationem, immissâ prædeterminatione: quod horret concipere pia mens. Tertiò: quia ille status tentationis non est culpabilis: quomodo igitur decet Deum, ut ratione ipsius hominem deserat, substrahendo gratiam, & prædeterminando ad materiale peccati? Quartò: quia potiùs urgentia gravis tentationis deberet esse titulus Divinæ Misericordiæ, nos ut juvaret? Quis enim ferat, ex eo deseri hominem incitatum ad lapsum, quòd magis fragilis est, & magis eget adjutorio?

577 Quintò: nam vel movet ista tentationis gravitas per modum exigentiæ physicæ, vel per modum moralis exigentiæ: hoc secundum dici non potest: quia potiùs apparet, ut dicebam, titulus ad oppositum. Si ergo primum: ergo quoties Deus nos adjuvat gravi tentatione pulsatos, miraculum est, & præter communem naturæ cursum: quod est absurdum: exinde enim justum uberi gratiâ præillustratum peccare, & à Deo deseri, esset etiam miraculum: quę sequelę, stomachum mihi vehementer movent, & tisum. Videantur Pater Suarez *lib.* 2. *de*

P. Suarez.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente. P. Mõroy.

de Auxiliis cap. 2. & part. 1. de Gratia lib. 3. à cap. 45. & omnium instat Pater Ruiz *locis suprà citatis.*

SECTIO III.

RESPONDETVR THOMISTIS.

Objectio prima ex Scriptura:

578 Arguunt primò: Authoritatum Scripturæ, dicentis *tradidisse Deum aliquos in reprobum sensum: ordinasse Deum*, ea quæ aliàs malè operantur homines, ut patet in historiâ Iosephi: nihil esse quod *præter consilium Dei fiat*: Deum *quasi hortare*, & compellere ad ea, quæ sine peccato fieri nequeunt: *excæcare* tandem, & *obdurare* corda reproborum: quæ singulæ manifestè supponunt Prædeterminationem Divinam ad

Et Patrib. Augustin. Materiale. Tùm Augustini dicentis *de Corrept. & Gratia cap. 7. Egit illos* (Christus, Apostolos) *ad obtinendum regnum Cælorum: Istum* (Iudam) *ad effundendum sanguinem suum.* Et 5. *contra Iulianum cap. 3* confutantis Iulianum quòd dixerit, *tùm desideriis suis traditi dicuntur; relicti per divinam patientiam intelligendi sunt; non per potentiam in peccata compulsi*: confutantis hæc, inquam, atque adeò admittentis propositionem oppositam, *quòd homines per potentiã in peccata rompelluntur.* Tùm Hieronymi

Hieronym ad ea verba *Psalmi 32. reprobat eo itatione, &c.* dicentis, *hoc est, Iudæorum consilia; quia non potuerunt illa facere; nisi in quantum à Deo prædestinatum est.*

S. Thom. Tùm denique Sancti Thomæ dicentis *in 2. dist. 37. quæst. 2. art. 2. quicquid est in actu deficiente, actûs, entis, & boni, totum procedere à Deo, mediante voluntate.*

Eà usus Calvinus: apud Bellarmin Valentia. Hoc telum est ex pharetrâ Calvini, Bezæ, & Zuinglii, ut videre poteris apud Bellarminum, & Valentiam: quare declinandum est à Thomistâ, ne videatur hæreticis plaudere: & certè hæc, ruditer, & cortice vocis accepta, plùs probant, quàm catholicè defendi potest.

Solvitur. Regulæ interpretãdi Scriptur. in hoc. 579 Respondetur. Hæc sit *Regula generalis*: eæ voces, quas assumit de Deo Scriptura, & quæ sonare videntur *impulsum, incitationem, adhortationem ad malum*, intelligendæ sunt in sensu purè permissivo: ut quando dicimus: *abi hinc, & malum operare*: id est dicere: *permitto, ut facias: videris inde quid accidat.* Sic

S. Leo. S. Leo accipit ea Christi verba ad Iudam: *quod facturus es, fac citiùs. Secunda* sit: ea voces, quæ sonant *prædefinitionem, consilium, & intentionem*, accipiendæ sunt de effectibus bonis, quos aliunde Deus colligere statuit ex malis hominum, quæ permisit: sic prædefinivit exaltationem Iosephi. *Tertia* sit: quoties inducitur Deus excæcans, & obdurans peccatores, intelligendus est ita, ut excæcatio sit privatio luminis, & obduratio sit privatio suavitatis reddentis cor molle, & carneum, præ lapideo: consistit igitur ista Dei desertio, ista obduratio, & excæcatio, tùm in negatione gratiæ abundantioris, tùm in subtractione illustrationis congruæ: tùm in privatione beneficiorũ, quibus juvare posset; tùm in diminutione Protectionis: tùm in negatione divinæ Misericordiæ, & miserationum suarum, quæ innumeræ sunt. Id est *deseri à Deo* homines, id est, *à Deo tradi desideriis* cordis sui, sine ullo compulsu, sine ullâ prædeterminatione, sed præcisè subtrahendo effectus suæ Misericordiæ, quos non debet; & permittendo in nobis mala, quæ justè potest: puniens ita nos, si fortè revereamur ad ipsum. Per quæ patet ad Scripturæ loca.

Quid Dei desertio? quid obduratio? quid excæcatio?

Mens Augustini. 580 Ad Sanctos Patres dico: Augustinum primo loco, ne Tridentino, & sibi contrarius sit, intelligendum quasi dixisset: *Elegit Iudam, cui sui sanguinis permissit effusionem.* Patet hic sensus ex ipso Augustino *tract. 53. in Ioannẽ Col. 3. Fecerunt peccatum Iudæi, quod eos non compulit facere, cui peccatum non placet.* Secundo loco, quo Adversarii magis fidunt, dico Augustinum, jure confutasse Iulianum, qui volebat ita Apostolum explicare, ut Deus solùm diceretur deserere per putam tolerantiam, non adhibendo remedium exterius: nam de subtractione Gratiæ internæ, (quam homo Pelagianus negabat) nolebat Apostolum intelligere. Intonat contra ipsum Augustinus; *non per patientiam solùm, sed per potentiam homines à Deo deseri*: quia subtractio beneficiorum internæ Gratiæ, præsertim in pœnam, ad potentiam pertinet. Hæc est mens Augustini, qui non ideò admisit compelli à Deo homines per potentiam ad peccandum: ut ex ejus verbis

bis *suprà* constitit: sicut qui asserenti sic: *Solus Iudas peccavit, & non Christus*, occurreret; non ex eo admittere censendus est Christum peccasse, sed falsò adjectam in Iudâ particulam exclusivam aliorum peccantium: sic Iuliano asserenti, homines solùm deseri à Deo per patientiam, non verò compelli per potentiam, contradicit Augustinus, non quòd admittat compulsum, sed quia falsò adjicitur pericula exclusiva, cum sit alius modus deserendi per potentiam, sine ullo compulsu.

Et Hieron. Et S. Thom. 581 Hieronymus intelligendus est de prædefinitione effectuum occasionaliter ex peccato secutorum: vel interpretandus de prædefinitione permissionis, vel mensuræ, ad quam usque permisit Deus Iudæis injustè agere: vel in sensu purè permissivo, ut *suprà* Sancti Thomæ mens clarior est, quàm ut egeat explicatione: ea est, actum pravum produci à Deo ex titulo entis, omni enti communi: & produci, mediante voluntate creatâ, id est, hac determinante: & sic peccante.

Objectio secunda à Ratione. 582 Arguunt secundò ratione: Materiale peccati potest terminare complacentiam Dei, quin hæc transcendat ad formale: ergo & sic prædeterminari. Antecedens probatur primò: quia sic est bonum. Secundò: quia sic terminat concursum omnipotentiæ, non autem involuntariè. Tertiò: quia connecti cum formali non est ratio cur amari non possit, nõ amato formali: quod patet: tùm in amore Omnipotentiæ connexæ cum possibilitate peccati, quin hæc ametur. Tùm in prædefinitione Pœnitentiæ, & Redemptionis, quæ cum peccato connectuntur, & sine hujus amore, amari possunt. Quartò: quia Deus prædefinivit Crucifixionem Christi, quæ tamen erat injusta. Quintò: quia etiam prædefinit actionem conferativam Sacerdotis, eâ abutentis, & peccantis. Sextò: quia si non posset intendi materiale peccati, sine inductione ad maliciam, neque posset intendi generatio humana, sine complacentiâ circa peccatum: nam ex eâ sequitur peccati originalis infectio in Animâ generandi: at hæc intenditur licitissimè: alioquin usus matrimonii non foret licitus. Septimo & à priori: quia si Materialis actio actûs pravi, secundùm ea quæ dicit in genere physico, & de lineâ entis, non posset à Deo amari, & prædeterminari, non esset subjecta immediatè dominio Dei, quod est absurdissimum. Hæc, ex Gonet Thomistas resumente, Moderni.

In primã par. tract. 1. de Deo sciente. Ex Patre Gonet.

Solvitur. 583 Respondetur: & nego antecedens. Ad primam probationem, nego etiam antecedens: est enim per se malum: & hac est ratio, cur Deo placere nullomodo possit. Aliud tamen est, non esse malum titulo *vitalis, entis, & perfectionis physicæ*, quod est verum: & aliud non esse malum, quod nego. Ad secundam, concessâ majori; distinguo minorem: non involuntariè, quatenus involuntarium sonat coactè, vel fortuitò, concedo: quatenus involuntarium contraponitur volito, nego minorem, & cõsequentiam: quia concursus omnipotentiæ ad actum malum nullomodo est volitus, licèt scientissimè permissus sit. Ad tertiam, dico ad resultum affectûs non satis esse connexionem, nisi sit connexio inductiva, & quasi effectiva, qualis est connexio materialis peccati cum formali: unde patet disparitas ad *exempla* objicientis. Quidquòd ea connexio, quâde nunc est quæstio, est mala: illæ, quæ objiciuntur, optimæ.

Suprà lib. 2. nu. 125.

584 Ad quartam dico, Crucifixionem, ut subest voluntati Iudæorum esse malam, & sic purè permissam à Deo: ut subest acceptationi Christi, esse optimã, & sic esse prædefinitam à Deo, sciente Iudeos ex suâ pravâ determinatione peccaturos, & nihilominùs volente permittere. *Instantiæ* Goneti nullæ sunt: neque ulteriori solutione dignæ. Ad quintam dico eam, & similes actiones prædefiniri à Deo, suppositâ malâ voluntate ipsis abutentium, quam purè permittit. Quidquòd fortè eas actiones externas purè permittit, sinens se præcisè determinari à pravis agentibus: & prædefinitis solum modò bonis effectibus, quos exinde colligit. Ad sextam nego sequelam: nam neque generatio est per se mala: neque per se est annexa peccato: neque per se est occasio ut genitus sit membrum Adami ut deficientis à Dei lege: neque adjuncta est novæ injuriæ Dei, sed contractioni commissæ: quam contractionem ut permittas, postulant jura Geniti, & Generantis, & ipsius Naturæ: quid simile

Gonet.

apud

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

apud Thomistas ? Ad septimam fateor, non esse subjectam Dei dominio, quoad eos usus, quibus subjecta est actio bona: hæc autem non est limitatio, sed perfectio dominii: cui circa malum satis est, potestas impediendi: obest potestas causandi plusquàm permissivè.

Objectio tertia etiâ à Ratione. Holcot.

585 Arguunt tertiò: Potest Deus se solo infundere voluntati odium sui, ut vult *Holcot*: saltem extra voluntatem potest producere ipsam entitatem odii, ut *alii* volunt: potest errorem infundere, imò & vitiosum habitum, ut *alii* tenent apud Montoyam *disp.* 41. quidni ergo possit specialiter tendere in actionem materialem actûs pravi? Adde juxta nos determinari creaturam quoad Individuum: ergo actio materialis actûs pravi, saltem quoad individuum terminat Dei determinationem: quidni pariter quoad speciem: cum utraque ratio debeat esse in se mala, vel neutra? Videatur, si placet Montoya citatus, maximo cum fructu Legendus.

Montoya Legendus.

Solvitur.

586 Respondetur. *Imprimis* permisso antecedente quoad omnes ejus partes, negari consequentia potest: quia ea objecta non sunt mala, neque prohibita, qualis est actio materialis actus pravi. Deinde determinatio quoad individuum (*si à Deo fit*) non fit positivè, & directè, sed purè negativè: excludendo alios actus præter unum *A* v.g. quem non determinat esse, sed purè permittit Deus, si malus sit. Vide *suprà* libro hoc ipso *septimo à num.* 232. Verùm antecedens quod singulas partes est mihi perquàm fassum. Entitas enim odii est per se mala: quare nequit ex divinâ causalitate in rebus poni. Aliæ qualitates sunt ex eo entium genere: quorum possibilitas, seu producibilitas non arguit per se titulum perfectionis in causâ per se continente, juxta discursum *alibi* à me factum: atque adeò sunt entia, quæ ex se sunt necessitas vel non existendi, vel existendi à causâ defectivâ: quare à solo Deo poni non possunt. Neque video laudem Omnipotentiæ, in admittendis intra propriæ suæ causalitatis sphæram his quisquiliis entium.

Suprà à nu. 232.

De Incarnat. disp. 2 nu.

Objectio quarta ex Godoy, & Gonet.

587 Arguunt quartò confidentissimè cum Godoy, & Gonet: licèt Deus, concursu simultaneo influat, in entitatem peccati; non tamen in malitiam: neque ex necessitate talis concursûs dicitur simpliciter peccati Causa, Adjutor, Cooperator, aut Author: ergo neque licèt prædeterminet. Antecedens est notum; consequentia urgetur à paritate. Primò: Non enim minùs præcisiva est omnipotentia, quâ prædeterminans, quàm quâ simultaneè concurrens. Secundò: Nam ideò simultaneè concurrens, præscindit; quia entitas continetur intra sphæram omnipotentiæ, & non malitia: at hæc ratio æquè prædeterminationi faver. Tertiò: quia immediatiùs tangit peccatum concursus simultaneus, quàm prævius. Confirmatur: Deus concurrit ad actum peccati: ergo vult concurrere: patet consequentia: nihil enim odit eorum, quæ facit: neque dispicere potest, quòd implicat minus causæ primæ. Nunc sic: licèt Deus ita concurrat, neque displiceat *ita concurrere*; tamen displicet *ipse concursus*, & prohibetur à Deo, quatenus venit à creaturâ, siquidem hæc operatur contra Dei voluntatem: ergo quantumvis Deus prædeterminet materiale peccati; prohibere poterit, & displicere in formali.

Argumentum aquivocatio.

588 Hi Authores nondum volunt intelligere, quod reipsâ dicimus. Putant (si malitia consistit in positivo) nos ita præscindere in actu entitatem, & malitiam; ut hanc non tangat concursus Dei: & sistat in illâ: utramque concursu tangit & ad utramque concurrit, ut causa neutrius propria, & per se; & utriusque causa purè permissiva. Æquivocatio est: quia solemus dicere, Deum concurrere ad peccatum purè materialiter, *volendo significare*, peraccidens, permissivè, & ex alienâ determinatione; prout hæc contraponuntur concursui per se, formali, & ex intentione: & adversarii sumunt *ly materialiter*, quasi diceremus concursum Dei præscindere in actu physicè *entitatem materialem, à formali malitiâ*. Hac æquivocatione detectâ, & detersâ

Notabilis Doctrina Trident.

589 Ad discriminis evidentiam *notо* primò, à Tridentino solùm negari, quòd Deus sit peccati causa propria & per se, seu author ipsius. Quare, si exceptio firmat regulam in contrarium, à Tridentino non negatur, sed probatur, quòd Deus ali-

aliquatenus influit in peccatum, dummodo non fit propriè & per se; atque purè permissivè.

Causa Per se quid requirat?

590 *Noto* secundò, ad conceptum causæ propriæ, & per se. Primò: sufficere, non requiri, quòd determinet existentiam effectûs: unde, licèt peccati existentiam non determinet, sed concurrat ad ipsam determinatus à creaturâ, non ex eo præcisè desinit esse causa per se peccati, ut multi non satis vident. Ratio est: quia est causa per se actûs liberi honesti, quin determinet ad ipsum. Secundò sufficere, non requiri, quòd influat suadendo, aut præcipiendo: quare nec ex eo præcisè definet esse causa per se peccati. Ratio est: quia causæ purè physicæ sine ullis causæ per se, ut sol, lucis. Tertiò sufficere, & requiri, quòd causa operetur ex intentione, seu inclinatione, vel innatâ: ut ignis, in calorem; habitûs, in actum: vel elicitâ, volendo, vel determinando, vel suadendo. Ratio est: tùm ex significatione verbi *per se*: quod significat juxta omnes philosophos operari ex intentione. Tùm in causâ monstri, & concursu lapidis ad motum sursùm.

591 *Noto* tertiò: Deum operari bonum ex inclinatione innatâ, & elicitâ: concurrere ad malum præter intentionem, tam innatam, quam elicitam. Ratio primæ partis est: quia Divina omnipotentia ex se inclinat in bonum, & vult quantum est ex se semper concurrere ad bonum: ipsumque dum operatur, amplectitur, & præintendit, parata solùm gaudere de ipso. Ratio secundæ partis: quia quia Deus nec habet ullam volitionem mali; imò solùm est paratus concurrere ad malum ex fine boni. Ex his

Illationes Notandæ.

592 Infertur evidenter primò: Nihil esse boni, cujus Deus non sit causa per se. Secundò, Deum, licèt concurrat physicè ad peccatum cum & ex determinatione creaturæ non posse dici nec esse simpliciter causam peccati, in sensu Tridentini: quia nequit esse author illius, neque causa per se, etiam quoad actionem materialem actûs pravi; solumque dici posse causam purè permissivam, seu causam purè permittentem. Tertiò, solùm peccatum esse ens, cujus Deus nequit dici, vel esse causa per se: quia neque fit ab ipso juxta ullam propriam inclinationem: neque fit à quapiam naturâ per se & ex intentione Dei institutâ ad talem effectum: nihil enim prout inclinat ad malum est à Deo, vel aliqua participatio Dei. Quarto, jure dictum à nonnullis Patribus, nullam dari peccati naturam: non quòd negaverint peccatorum entis, & essentiæ, sed quòd cætera entia vel sunt natura, vel exiguntur aliquando à naturâ, atque adeo sequuntur naturæ inclinationem, prout descendentem ab authore naturæ: peccatum verò nunquàm existit nisi contrà omnem ordinationem naturæ.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Solutio Objectionis.

593 Patet *in idem* evidentia solutionis & discriminis ad argumentum. Concedo antecedens, sensu quem jam explicui *num.* 588. *fine*: & nego consequentiam: quia concursus simultaneus stare potest quin Deus ex propriâ determinatione præstet, aut ex ullâ inclinatione tam innatâ, quàm elicitâ: ac prævius stare nequit sine inclinatione tam innatâ (qualis est ipse) quàm elicitâ, (qualis est volitio, à quâ oritur) & sine proprio Dei motu ad actionem peccati, quàm prohibere debet Deus, & quâ semel positâ non potest se creatura cohibere à malitiâ: qualis ergo paritas est: & quomodo ex concursu sic prævio non maneat Deus causa per se peccati? quomodo intra spheram suæ omnipotentiæ, & voluntatis posit non esse malvia? quasi contenderetur parem esse casum, quo Ludimagister ad formationem characterum finit se duci à manu pueri impellentis, cum eo, quò Ludimagister præmovet, cum eo, quò manum pueri & ducit ad formationem. Illud nos dicimus: vos, hoc: idemque Nos, & forte aliquid pejus dicere dicimini, & à nobis audimur? ô fidem?

Et Confirmationis.

594 Ad confirmationem concedo antecedens: & nego consequentiam: quia Deus, licèt velit non impedire concursum, & se finat determinari ad concursum, non tamen amat aut vult concursum, sed odio habet: non odio rejectivo concursûs ex naturâ rerum: sic enim nihil odit eorum, quæ facit, sive bonum, sive malum, (licet illa Scripturæ verba de bonis, seu de his quæ propriè Deus facit, intelligenda essent) sed odio aversionis. Nec ob id odit munus causæ primæ, nec ejus muneris impletionem:

nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primã par. tract. 1. de Deo sciente.

namcirca malum implet, sinendo se determinari, & purè permittendo: in quo modo parandi omnipotentiam gaudet: Cujus exinde concursum à Deo permittente, & quasi invito injustè *quodammodo* rapit peccator, ut ait Anselmus *de casu Diaboli cap. 27. qui, cum peccavit, nullam aliam causam habuit, quâ impelleretur aliquatenus, aut attraberetur, nisi quia voluit.* Verba sunt ipsius Anselmi. Vide quàm faveat Thomistis?

Anselmus

Verba de Godoy cõparata cũ aliis.

595 Iudicet nunc prudens rerum æstimator, an excesserit Illustrissimus de Godoy, qui *tom. 2. in 1. part. tract. 4.* qui est *de Scientiâ futur. coning. disp. 36. §. 8. num. 199.* præcedenti argumento gloriabundus, dixerit, præferendam hoc solo titulo, nostræ sententiæ, suam; quia sua constanter defendit Deo non debere attribui malitiam formalem: *Et esto non probet id evidenter, evidenter diluit argumenta in oppositum: at nostra fatetur, Deum, ut causam primam influere tam in entitatem, quàm in malitiam actus; & ex ipsâ explicantem concursum indifferentem, evidenter sequitur, Deo ut causæ primæ debere attribui non solùm entitatem, sed malitiam actus.* Hæc Godoy: cujus judicium miror. Quasi quis diceret: *Nec jure reprehenditur, operari Deum in Cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocunque voluerit, sive ad bona, pro suâ misericordiâ, sive ad mala, pro meritis eorum, idque judicio suo interdum aperto, interdum occulto, semper autem justo; siquidem addatur exceptio Malitiam non ipsius esse opus.* Calvini sunt verba conceptissima *in antidot. contra Canonem supra expensum Concilii Tridentini*, ut videre dignentur, & considerare cum Godoy Thomistæ, quæ sententia præferenda sit; sua, an nostra?

LIBER

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

LIBER QVARTVS

DE SCIENTIA DEI LIBERA, ET EIVS Objectis.

Libri Scopus.

1 SCIENTIÆ Naturalis, & Contingentis in genere, considerationem, sequitur consideratio Scientiæ liberæ: quæ versatur circa absolutè futura contingentia, & simpliciter in calamo Patrum, & Theologorum venit voce *Præscientiæ Divinæ.* Eam Deo negarunt Nonnulli Gentiles. Sed ejus existẽtia est de Fide, & evidens lumine naturali. *De Fide*: satis est locus Danielis 13. *Deus æterne, qui nosti omnia, antequam fiant.* Evidens: quia apud omnes Præscientia, Divinitatis est indicium. Tùm etiam quia Deus cognoscit omnia quæ existunt, quando existunt: ergo & antequam existant: Nam actus Divini, æterni sunt. Tùm demum, quia ignorare quidquam, tam de præsenti, quàm de præterito, & Futuro, est imperfectio manifesta: ergo Deo repugnat. Ergo competit perfectio præscientiæ: unde bene Augustinus *lib. 5. de Civitate Dei cap. 9. confiteri esse Deum, & negare præscium futurorum, apertissima insania est.* De hac Præscientiâ, post considerationem futuritionis, & præsentiæ futurorum ad Divinam æternitatem, *tria* quæruntur: *Medium*: in quo Deus futura cognoscit? Ejus Visionis *concordia* cum nostra libertate: & an *ipsa* sit *causa rerum*, quas videt. Hoc ultimum latè discutio in *tractatu de Prædestinatione.* Ibo per reliqua, exorsus à Futurorum, & Futuritionis meditatione non perfunctoriâ.

Dan. 13.

Augustin.

Infrà lib. 6. ànum. 155.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

DISPVTATIO XIX.

DE FVTVRITIONE SECVNDVM SE.

Quæstionis Gravitas.

SCIENTIÆ Divinæ contingentis sphæra objectiva, *Futura* sunt seu *Conditionata*, seu *Absoluta*: unde illius illustrationi necessariò præmittenda est horum consideratio. Et quidem, cùm Scholarum dissidia quoad hujusmodi Scientiam Dei, oriantur ex *Radice* Futuritionis, oportet eam diligenter inquirere, ne in ipso limine rerum maximè controversarum, aut exorbitemus ab Scholâ, quam sequimur; aut transfugere in aliam videamur. Nec abs re sic præloqui videbor iis, qui de præsenti puncto Herreram legerint, aut Avendañum, aliosque non semel subaudierit, ratos, hoc demum cardine volvi controversiam de Scientiâ Mediâ; proindeq; plures ex Nostris thomistizare reipsâ, ex hallucinatione, quod ajunt, circa constitutionem Futuritionis. Præcipua lis est de Futuritione contingenti; sermo tamen erit vniversalior.

Herrera. Avēdaño.

SECTIO I.

CONTROVERSIÆ TERMINI; STATVS; Opiniones; & discrimen earum in fundamentis.

Futuri Divisio.

3 NOto primò: Futurum esse duplex: alterum, absolutum; conditionatum, alterum. Futurum absolutum, seu absolutè, est, quod reipsâ existet in aliquâ differentiâ temporis, posteriori ad eam durationem, in quâ nunc futurum affirmas. Triplex est, nempe, absolutè futurum *secundùm quid*, seu *physicè*; & est illud, quod, attentis rerũ, & causarum dispositione præsenti, & exigentiâ, existet: fortè tamen existere desinet ex causarum mutatione: absolutè futurum *simpliciter*, seu *metaphysicè*: & est illud, quod reipsâ existet: absolutè *purè* futurum, etiam *metaphysicè*: & est illud, quod modò non est; erit tamen certissimè. Talis est Antichristus; ejusque finalis impœnitentia. Futurum Conditionatum, seu Conditionatè, est quod reipsâ existet, vel existeret, positâ aliquâ conditione: quæ si adsit, erit; si desit, non erit res quæ modò dicitur conditionatè futura. Talis est Conversio Antichristi, sub auxilio determinato, quod videt Deus efficax fore, si daretur.

Subdivisio

4 Noto secundò: Futurum tàm absolutè, quàm Conditionatè tale, subdividi in Contingens, & Necessarium. Hæc divisio sumitur ex qualitate materiæ, seu rei, quæ Futura dicitur. Si enim res, positâ conditione, necessariò existit, erit sub illa futurum necessarium; contingens verò, si, positâ conditione, adhuc contingenter ipsi adveniat, & coexistat: similiter res erit absolutè futura necessariò, si libera non sit, aut dependens ab exercitio alicujus libertatis: contingens verò futura, si vel libera sit, vel dependens ab exercitio alicujus libertatis. Sermo nobis potissimùm est de futuro contingenti, respectivè ad nos. Respectivè, inquam, ad nos: nam, nisi fiat hujusmodi limitatio ad has, aut illas causas, omne futurum, utpote pendens ab arbitrio Supremo Dei, erit contingens.

Distinguenda in ipsa.

5 Noto tertiò: In Futuro tam Absoluto, quàm Conditionato, *duo* debere distingui, quomodocumque velis ea distinguere juxta tua Principia. Nempe, *Rem*, & *Formam*, seu quasi formam, à quâ futura denominatur. Ratio est: quia Futurum sive *secundùm esse*, sive *secundùm dici* concretum est; & quidem concretum rei, indifferentis ex se ad denominationem futuræ: debet igitur in tali denominatione distingui Res, tanquam subjectum denominationis, & Futuritio, tanquam forma, seu quasi forma denominans, quidquid ea sit: & hanc, appellare soleo ipse statum rei, sive conditionatum sive absolutum, sive purè, aut non purè possibilem, ut *loc. cit.* explicabam, & latiùs dicetur in sequentibus.

Notanda:

6 Noto quartò: Circa ipsam denominationem Futuri *tria* omninò adhuc distingui debere. *Primum* est, Metaphysica quidditas Futuri, qualis exprimitur definitivè, dum quærimus, quid sit Futurum? *Alterum*, Radix, unde res habet fore. *Tertium*, esse quasi physicum, seu forma denominans in ratione Futuri, quod, ut acutè vidit P. Antonius Perez est ipsum *Fore*, seu *ratio* formaliter futurizans. Tria hæc passim confundi video: & ea tria in omni rerum essentiâ video. Exemplifica in homine, in quo solemne est distinguere *Metaphysicam quidditatem*; *esse physicum*; & *causam*, unde sit.

P. Anton. Perez.

Quid de communi definitione?

7 Igitur in præsenti, si metaphysicè, & definitivè respondendum est ad quæstionem; quid sit Futurum, optimè dicitur: *Quod nunc non est; existet tamen postea.* Quæ descriptio, licèt synonyma videatur, & relapsa in id ipsum quod explicare tentat: nam dum dicit, existet tamen *postea*; inteligitur; existet in *tempore futuro*: nihilominùs retinenda est ex communi authoritate: & hanc Futuritionem vocant alii Intrinsecam, seu entitativam: ergo, verò *purè definitivam*. Pro *Radice* futuritionis recurrendum est ad causam determinantem, & suavi facientem, quòd res, quæ modò non sit, sit posteà. Circa *Formam* denominantem restat jam tota lis: quid nempe sit, unde res habeat, non quidem determinativè, sed purè constitutivè; non causaliter, sed purè formaliter, quòd futura sit?

Quid de Forma Futuri?

8 Noto quintò: Futuritionem, à quâ formaliter denominatur Res futura, antequam sit, necessariò debere esse quandam necessitatem, seu rationem metaphysicè certam, quâ positâ, res quæ modò non est, sit posteà. Ratio est evidens: quia impossibile est, ut, si res, quæ modò non est, existat posteà, non existat posteà: nam ut habet Philosoph. 2. *de Gener. cap.* 11. de quo verum est dicere, *quia erit*, oportet esse quandoque verum, *quia est*: ergo Futuritio rei est quædam impossibilitas, ut res nunquam sit; sed impossibilitas est necessitas sui contradictorii: ergo Futuritio est aliqua necessitas, ut res aliquando sit, id est, posteà. Debet igitur ratio formaliter futurizans constitui per prædicatum inseparabilitatis ab existentiâ rei positâ.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

9 Noto sextò: Eam rationem, quâ positâ necesse est existat res quæ modò non est, seu eam futuritionem, verificare formaliter propositiones de Futuro; ita ut verificativum Propositionis de Futuro, seu veritas illius dicentis: Antichristus, qui modò non est, erit posteà, sit ipsa Futuritio, à qua formaliter Antichristus denominatur Futurus: & ipsa Futuritio, sit econversò verificativum, seu veritas ejus propositionis Ratio est: quia inde unde res habet denominationem, habet veritatem actus, denominationem attribuens; ut patet in Propositione affirmante albedinem de Petro: vera enim est ex albedine, ex quâ Petrus est albus: & in hoc sensu intellige illud: ex eo quod res est, vel non est, Propositio est vera, vel falsa. Vnde non satis placent hic aliqui cum Ribadeneyrâ, qui Futuritiones ita distinguunt, ut aliam appellent futuritionem in *esse entis*, aliam in *esse veri*: illam entitativam, & intrinsecam: hanc extrinsecam, & verificativam. Si enim verificativa Futuritio, una est; una solùm est Futuritio, philosophicè loquendo: alia enim potiùs est futurum, quàm Futuritio.

Ejus munera.

Ribaden.

Futuri Dependentia à Deo.

10 Noto septimò: De ratione cujuslibet rei, quę potest appellari *futura*, esse, quòd ad sui exercitam existentiam pro totâ æternitate anticipentur & præcedant nexus, & connexiones physicè existentes ab æterno cum existentiâ ipsius rei pro temporis differentiâ, pro quâ exercitè ponitur. Vnde quævis res, quæ aliquando existit in tempore, prætextitit ab æterno in aliquo nexu, qui sit sive antecedens sivè consequens necessitas, ut postea sit: idque ex ipsius rei essentiâ. Ratio est: quia de rei cujusvis extrà Deum essentiâ est dependentia à Deo, & istius præsuppositio cum plenâ, & perfectissimâ libertate ab æterno exercitâ circa ipsius positionem, aut impeditionem: Atqui nequit in eo ente sic præsuppositio, non præsupponi nexus æternus sive antecedens sive consequens cum veritate quæ erit, aut esset: ergo. His ita notatis

Punctum Quæstionis.

11 Principalis controversia est: decidere

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

dere, quænam sit ea Ratio, seu quasi Forma in quâ constitit Futuritio, seu *Fore* rerum; seu quie ex unâ parte denominat rem in ratione futuræ, & ex alterâ verificat Propositiones verè affirmantes de futuro? an sit aliquid *de præsenti*? an aliquod ens *purè medium*? an res ipsa quæ futura dicitur? & origo dissidii inter Scholas maximi, tota in eo est, quòd, promiscuè sumptis *formâ, & radice* futuritionis; alia velit, ita assignandam futuritionis præsertim contingentis formam, ut simul importet vim radicis, & determinationis: aliis maximè contradicentibus. Igitur

Prima Sententia.

12 Prima Sententia Futuritionem statuit in Decreto Dei prædeterminante, vel in aliquâ relatione connotationis exinde resultante: cum hoc discrimine, ut Absolutam statuat in Decreto absoluto Dei; Conditionatam, in Decreto, absoluto quidem ex parte actûs, & subjecti, conditionato tamen ex parte Objecti. Ita Schola Thomistarum, & ex parte

Thomist. & Schot.

Schotistæ: unde, brevitatis gratiâ, hanc Futuritionem appellabo *Thomisticam.*

Secunda:

13 Secunda Sententia Futuritionem maximè conditionatam statuit in aliquo *Esse objectivo*, seu Medio, seu in quadam veritate objectivâ, quæ quidem facit vicem statûs, & aliquomodò est ex parte

Hizquierdo. Avendaño M. Lumb.

objecti. Ita Nonnulli Veteres, & ex Modernis P. Hizquierdus *in Pharo*, Pater Avendaño *disp. 5. de Scientiâ Dei*, & Magister Lumbier *tract. de Scientiâ Dei*, ubi hos status appellat Veritates *essentes*, & *Fuissentes*. Et hanc Futuritionem appello Ego *Mediam.*

Tertia:

14 Tertia Sententia Futuritionem statuit in *non esse* nunc, & in *esse postea*; itaque identificat Futuritionem cum Re ipsâ Futurâ, quatenus correspondente durationi crastinæ, & modò non

Recent. ex Herrera.

existente in hodiernâ. Ita cum Herrerâ, communiter Recentiores, qui dicunt esse communem: & hanc ego appello *Nominalem*: nam præter voces nihil admittit de præsenti pro constitutione Futuritionis.

Quarta:

15 Quarta Sententia distinguit Futuritionem à re futurâ, & à radice determinante, eamque statuit in aliquo Nexu reali, & præsenti cum existentiâ rei pro duratione, pro quâ futura dicitur: & hunc nexum pro qualitate Futuri diversificat:

nam in Futuro contingenti conditionato nihil aliud dicit esse, quàm Scientiam Mediam: pro absoluto contingenti, nihil aliud, quàm Scientia Visionis. Ita Pater Antonius Perez, Pater Esfortia Cardinalis, Pater Esparza, Pater Ribadeneyra, Pater Thyrsus Gonzalez, & alii Doctissimi Magistri nostræ & Toletanæ Provinciæ. Et hanc ego Futuritionem appello *Realem.*

P. Anton. Perez. Cardinal. Sfortia. P. Esparz. Ribaden. N. P. Thyrsus.

16 Conveniunt hæ Sententiæ in eo, quòd Res futura, seu quæ futura dicitur, de præsenti est merum nihil. Bene enim stat, quòd verificetur, eam & posse esse, & extituram, & quòd reipsa nihil sit de præsenti. Unde siqua veritas existit de præsenti circa rem præteritam, aut futuram, necessariò distingui debet ab ipsâ re, quę præterita dicitur vel Futura: Nam quod aliquid est de præsenti, necessariò distinguitur à nihilo, ut patet ex terminis. Disconveniunt in se, & in fundamentis: Nam

In quo conveniant

In quo disconveniant?

17 Thomistica Futuritio recurrit ad Decretum, nixa in eo quòd Ratio & radix determinativa Futuritionis, & Futuri est Divina Voluntas, sine cujus æternâ prædeterminatione, inintelligibile est, inquiunt, quòd res transeat abs statu possibilitatis ad statû sive absolutè, sive conditionatè futuræ, & sit reipsâ verum, quòd erit. Motiva sunt ea quibus inducitur hæc Schola ad physicam Prædeterminationem, de quibus latè dictum est *lib. præced. &* ultra dicetur disputando *de Deo Prædiviente, & Auxiliante.*

Thomist. motiva. Suprà lib. 3. tot. & à lib. 6. & 10. infrà.

18 Futuritio Media fundatur primò in eo, quòd nequeant ejus Patroni assequi, quomodo possit esse verum, quòd Petrus v. g. positâ auxilii conditione, sit consensurus, quin hæc veritas aliquomodò, sit? Secundò in eo, quòd nequeant assequi, quomodo possit determinari, & specificari ex parte objecti Scientia Dei Media vel Visionis, quin præcedat aliquomodò ex parte Objecti status futuritionis, seu veritas sive conditionata, sive absoluta pro fixo determinativo Scientiæ Dei?

Media Futuritionis Motiva.

Nominalis Motiva.

19 Futuritio Nominalis nititur in eo quòd pro determinativo Scientiæ Visionis, aut Mediæ, nullum requiritur esse in objecto, quod sit, sed quod erit, aut esset. Cujus ratio est: quia objectum non determinat hujusmodi scientiam

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Intentio veræ Sententiæ.

tiam, influxu, vel immediatè physico per se ipsum, vel mediatè per speciem, ut accidit in nostris cogitationibus, & notitiis, sed purè intentionali, nullam requirente ex parte objecti determinantis præexistentiam, aut prioritatem, majorem eâ, quam imbibit conditio libertatis, cui ex se attemperatur Divinus intellectus in cognoscendo. Exinde infert, quòd, cùm non requiratur ad determinationem Scientiæ aliquod *esse* præsens, nec requirendum est ad futuritionem, & veritatem ipsius: cujus ea debet esse Ratio: quia eatenus determinat scientiam, quatenus, & quia ens it, aut esset objectum.

Motiva Realis.

20 Futuritio realis convenit cum Nominali contra Thomisticam, & Mediam, in eo, quòd pro determinandâ Dei Scientiâ, non requiritur ex parte rei, quæ futura dicitur, aliquod esse præsens, ob rationem nuper appositam: contendit tamen contra ipsam, quòd sicut objectum, cùm reipsâ nihil est, potest determinare Scientiam Dei ab æterno anticipatam, & existentem, ita potest sibi determinare aliquid ab æterno præsens, quod sit necessitas aliqua consequens, ut postea sit res pro suâ temporis differentiâ: in quâ necessitate statuit præsentem veritatem de eo, quòd res erit, & formam, seu quasi formam futuritionis.

Excessus Recentiorum.

21 Vides per hæc concordiam, & discordiam opinionum, & mirari non desines, quòd Nominalis, ejusque Patroni recenter attribuerint Reali Thomisticam, eamque acriter accusaverint quasi reâm transfugii in alienam Scholam. Id quod non video unde nasci potuerit, si penetrata res est. Nam quid assignat Futuritio Nominalis? *Non esse* nunc, & esse *postea*. Benè! *non esse* nunc, est nihil: Esse *postea*, est modò nihil, licèt pro suo tempore erit aliquid: ergo pro nunc assignat nihil. Habeat ergo nihil sinum: neque realem increpet, quòd neget nihil. Deinde, si pro totâ determinatione Scientiæ Visionis, & Mediæ retè censet sufficere objectum, quod modò nihil est: quid miratur, quòd Futuritio realis admittat determinari ab objecto Scientiam Dei, & sui ipsius futuritionem, licèt nihil sit? Neque dicat jam fore aliquid? Nam quis id neget?

22 Quod Realis contendit, est istud aliquid, quod modò est nihil, posse, cùm nihil est, determinare sui scientiam ab æterno, suique futuritionem æternam: has tamen futuritiones, & Scientiam, aliquid esse ab æterno, determinatum existere ab *Esse*, quod nunc non est, sed erit, aut esset: quæ denominatio, quòd erit, aut esset, neque determinativè est aliquid de præsenti, ut ait Thomistica Futuritio; neque est aliquid objectivè, ut ait Media: neque est merum nihil de præsenti, ut ait Nominalis: sed est aliquid constitutivè de præsenti, ut explicabitur.

SECTIO II.

THOMISTICA FVTVRITIO REIICITVR.

Suprà lib. 3. tot. & infrà passim.

23 Et primò quidem ex incompossibilitate Decreti prædeterminatis cum naturâ futuri contingentis, id est, libertate: quam incompossibilitatem toties hic, & alibi ostendimus: quo ex capite formatur iste Syllogismus: Implicat, Futuritionem rei constituì per id quo res redditur impossibilis; sed per Decretum prædeterminans redditur impossibilis Actus liber Creaturæ: ergo implicat, actûs liberi Creaturæ futuritionem constitui per Decretum prædeterminans Dei. Unde scis, quàm vanò contendant Thomistæ pro transitu rei abs statu Possibilitatis ad statum futuritionis requiri Decretum, quo tota nostra Schola contendit rem abs statu Possibilitatis regredi ad statum impossibilis.

Suprà lib. 3. à num. 518.

24 Secundò. Non solùm futuræ sunt Actiones peccaminosæ, sed etiam formalis ipsarum malitia; neque illas solùm cognoscit Deus ab æterno, sed etiã istam: novit enim peccata, quæ erunt: quod *de Fide* est: ergo de Peccato Antichristi verum nunc est, & ab æterno fuit, quòd existeret posteà. Nunc sic: Atqui Futuritio peccati quoad formalem ejus malitiam, neque *originativè*, neque *determinativè*, neque *formaliter* consistere potest in Decreto Divino: alioquin Deus esset prima ratio, cur peccatum existeret, atque adeò Author, & causa peccati: ergo stare potest tota veritas, quòd res sit futura, aliter constituta, quàm per Decretum Dei.

25 Neque dicas, Futuritionem peccati

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

cati quoad malitiam constituere in Decreto *permissivo* Dei. Contra enim est primò: Vel Deus determinat suo decreto, (quod *permissivum* vocas,) hanc veritatem, nempè quòd Antichristus peccabit in instanti C, vel non? Si primum: Deus est causa peccati: & vanò vocas Decretum illud, permissivum. Si secundum: ergo assignatur veritas Futuritionis non constituta determinativè à Decreto Dei, quod intendo. Secundò: vel posito Decreto, (quod *permissivum* vocas,) necesse est, illatione legitimâ, quòd peccatum sit, vel non: Si secundum: quomodo stare potest in eo Decreto Futuritio? Si primum: quid ei Decreto deest, ne sit prædeterminans? Vide quæ

Suprà lib. 3. à num. 518. diximus affatim *lib. 3. à num. 518.* contra Prædeterminatores *ad Materiale Peccati.*

26 Tertiò ad *Homines*: Per vos, Præteritio Adami, seu Adamum esse præteritum, præcisim ab ullo Decreto, salvatur per non esse nunc, & extitisse antea: ergo Futuritio Antichristi, seu Antichristum esse futurum, præcisim ab ullo decreto, salvabitur per non esse nunc, & exi-

Thomista Recens. stere posteà. Antecedens datur à Thomistis, excepto nonnemine, qui pressus difficultate, negavit. Sed immeritò: Nam antea extitisse Adamum, præcisè dicit existentiam Adami prout respondentem instantibus durationè prioribus ad ipsum, in quo nunc sumus: deinde non esse nunc, juxta Thomistas, non consistit in Decreto: ergo Præteritio Adami, tota salvatur præcisim à Decreto. Assumpti prima pars videtur evidens: nam sicut existere Adamum, constitutivè salvatur præcisim à Decreto; ita & extitisse. Secunda probatur. Rem non esse nunc, est verificari defectum rei: sed defectus rei, juxta Thomistas non consistit in Decreto: ergo neque in Decreto consistit non esse nunc.

27 Vrgetur primò: Per id quo res cessat ab existendo, verificatur non esse nunc, cùm anteà extiterit: sed res formaliter cessat ab existendo, per carentiam sui: ergo. Vrgetur secundò: Decretum Destructivum, necessariò supponit existentiam rei; & aliquid præstat ex parte objecti, juxta Thomistas: sed ex parte objecti, nihil aliud præstare potest, quàm defectum rei, antea existentis: ergo existentia rei pro antea, & ipsam non esse pro nunc, præcisè salvatur citra Decretum. Iure ergo à Thomistis dandum est antecedens.

28 Consequentia urgetur à rigore paritatis. Primò: quia non minus est de præsenti verum, præteriisse Adamum; quàm de præsenti sit verum, Antichristum fore: neque minùs datur hæc veritas, quantum est satis, differens ab impossibili, præcisè possibili, præteritâ, & futurâ; quàm veritas de eo, quòd Antichristus erit: at salvatur illa veritas per vos de præsenti præcisim à præsenti constitutivo: ergo salvatur etiam ista de futuritione, pariformiter. Secundò. Quæ paria sunt in eo, quòd de præsenti nihil sint; paria sunt in eo, quòd per sui esse nihil præstent de præsenti; sed existentia Adami, & existentia Antichristi sunt pares in eo, quòd de præsenti nihil sint: tàm enim abest à rebus una, quàm altera: ergo sunt pares in eo, quòd per sui esse nihil præstent de præsenti. Atqui nihilominùs præteritio constituitur per existentiam Adami, quæ non est de præsenti, ex præcisâ suppositione quòd fuerit, constituta per existentiam Adami respondentem instanti anteriori: ergo futuritio constituitur per existentiam Antichristi, quæ non est de præsenti, ex præcisâ suppositione, quòd erit, constituta per eam existentiam respondentem instanti posteriori. Vrgetur. Existentiam Adami esse nunc determinatam, ut fuerit, nihil est aliud, quàm suppositio quoad fuerit, præcisè per vos constituta per non esse, & fuisse: ergo existentiam Antichristi esse nunc determinatam quoad erit, nihil est aliud, quàm suppositio quòd erit, præcisè constituta per non esse nunc, & esse postea.

29 Objiciunt Thomistæ, maximè Iuniores ex Vives, & Godoy, primò: futuritio est denominatio extrinseca rei, quæ futura denominatur: sed existentia rei postea, non est extrinseca ipsi rei: ergo existentia rei postea, non constituit Futuritionem: ergo Futuritio constituitur per aliquid extrinsecum: ergo per Decretum Dei. Antecedens primum probatur: quia Futuritio est ante ipsum esse rei, quæ, cùm nondum sit, est futura Sententia apud Nostros Modernos communis, primò, retorquet optimè speciem argu-

Vives. Godoy.

argumenti in *Præteritione*. Secundò, respondet Futuritionem esse Denominationem, non quidem omninò, sed semi-extrinsecam. Vnde ruit objectio. *Ego* nego ultimam consequentiam, reliquis absolutè concessis cum quartâ sententia. In probatione latet æquivocatio; & distinguendum est antecedens. Futuritio est *aut* determinativè, nego: putè existentialiter, concedo: id quod explicabitur *infrà*.

Infrà à nu. 63.

30 Objiciunt secundò: Nunc est verum: *Antichristus peccabit in instanti D*. v. g. ergo nunc existit veritas talis judicii. Sed veritas talis judicii est connexio præsens cum peccato prout in instanti *D*: ergo nunc datur ea connexio præsens, in quâ constitui debet Futuritio ex *nu.* 8. ergo Futuritio consistit in determinatione præsenti Divinæ voluntatis. Vrgent: sicut de illo judicio verificatur nunc, esse verum: ita de peccato verificatur nunc, esse futurum: ergo sicut veritas est aliquid præsens extrinsecum; ita & Futuritio: ergo aliqua præsens determinatio. Sententia illa Nominalis primò retorquet optimè formam argumenti in *Præteritione*. Secundò urget, quoad formalem malitiam *ex num.* 24. Tertiò, concesso antecedente, negat consequentiam: quia veritas illius judicii stat in eo, quòd verificativum ex parte si, & ex parte non sit, sed existurum sit: sicut veritas judicii dicentis: nihil est præter me: stat in eo, quòd verificativum non sit: nam ex eo est verum, quòd non sit, præter actum ipsum, aliquid. *Ego* nego ultimam consequentiam tam argumenti, quàm instantiæ: nam nexus ille præsens, in quo stat & judicii illius veritas, & futuritio rei, non est connexio antecedens, sed consequens; non est determinativa, sed illativa, ut explicabitur cum *quæst. à Sententiâ.*

31 Objiciunt tertiò: Futuritio rei, alioqui futuræ, non est putè possibilis: neque est præterita, ut patet: neque est futura, alioquin inciperet esse aliquando, cùm res incipit esse; neque est quid fictum aut entis rationis: ergo est aliquid præsens: ergo est aliqua præsens determinatio rei. Confirmant: primò: Futurum est, quod infallibiliter erit: ergo futurum est illud cujus est actualis determinatio ad existendum postea. Consequentia patet: quia nequit certò verificari de re, quòd erit; nisi verificetur, quòd est actu determinata, ut existat postea. Confirmant secundò: quia Futuritio non est sola carentia rei nunc, sed carentia, cum ordine prioritatis ad existentiam postea: prius enim in Futuris est non esse, quàm esse: ergo de præsenti datur ordo prioritatis constitutivus futuritionis. In quo tamen nisi in Decreto Dei: Sententia tertia de quâ *nu.* 14. Primò, retorquet optimè in *Præteritione*. Secundò respondet, Futuritionem non esse quid fictum: quia est aliquid potens existere; neque quid purè possibile: quia dicit de præsenti, *non esse*, de posteriori, *existentiam*; nec est quid futurum, cùm ex parte sit aliquid præsens: est igitur, *ait*, Futuritio complexum *non esse* præsentis, & esse posterioris: quæ posterioritas etiam constituitur ex actu incompossibilibus.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

32 *Ego* ad argumentum nego ultimâ consequentiam, datis omninò reliquis. Futuritio enim quoad res contingentes, quibus de maximè loquimur, non est nexus determinans res, sed quem res ipsæ sibi anticipatò determinant, intentionaliter, ut dicere *solemus* de Scientiâ Mediâ. Ad primam confirmationem, Concesso antecedente, nego consequentiam, ad cujus probationem nego antecedens, & quod assumitur. Vt enim detur infallibilitas de eo, quòd res existit in instanti *A*: non requiritur, quòd res jam existat. Mens enim (qualis divina est) cujus præsui infinitate, & inindigentiâ objecti ad concursum est ita se prorrigere cognoscendo ad ea quæ erunt in aliquâ differentiâ temporis, ac si jam essent: ut habeat infallibilem cognitionem circa existentiam rei, quæ erit, non opùs est, habere medium præsens determinans.

Juxta dicenda infrà libs. à num. 147.

33 Et ratio est, quia existentia rei, quæ non est, ex prærogativâ suæ libertatis, ex quâ determinabitur ad existere in instanti C v. g. sufficit etiam, Mediâ infinitate divini intellectus, determinare sui infallibilem notitiam, & nexum determinatè illativum sui pro tali instanti. Et hic est sensus Nostræ Societatis, dum ait, Futura in seipsis habere determinatam veritatem, antequam sint, ut prolixiùs explicabimus. Ad secundam confirma-

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

firmationem, dico eam habitudinem, *præsentem* esse quidem, ut admittit Doctor Eximius *loc. citando*, stare tamen quoad futura contingentia in nexu consequenti, quem assignabimus.

P. Suarez. Infr. nu. 53

34 Objiciunt quartò nimiùm confidenter. Implicat rem *transire de statu* possibilis ad *statum* alicujus futuritionis, nisi medio Divino Decreto: At futuritio tam absoluta, quàm conditionata rem transfert abs statu possibilis ad statum alicujus futuritionis: ergo medio aliquo Decreto Dei. Major patet: Nam ille transitus non competit rei ratione sui, sed dependenter ab influxu causæ primæ; sed hæc non agit, nisi medio Decreto: ergo vera est assumpta major. *Solutio* communis est, negando majorem, de Decreto determinante, & existenti: ad probationem distinguit: ille transitus non competit rei, ratione sui formaliter, negat: causaliter, & efficienter, subdistinguit: non competit rei, nisi dependenter ab influxu causæ primæ, ut operante, juxta qualitatem futuri, nimirum absolutè, si futurum sit absolutū, & conditionatè, si sit conditionatum, concedit: ut operante necessariò de præsenti, negat sententia communis.

Solutio communis

25 Et optimè. Nam licèt res nequeat esse futura, vel futura intelligi independenter à Divino concursu, & Decreto; non tamen requirit concursum, & Decretum, nisi accomodatè ad futuritionem, quæ de ipsâ re verificatur: si ergo res est absolutè futura, requirit Decretum absolutè existens: si solùm sit conditionatè futura, solùm requirit decretum conditionatè existens: neque enim effectus requirit causas, nisi modo quo verificatur in rebus. Verū, neque quoad conditionatum, neque quoad absolutum esse futuri, si sit liber effectus, requiritur decretum determinans: quia effectus eo nullibi indiget ut sit, imò exigit ne unquam circa se tale decretum sit, ut effectus aliquando verificari possit existens.

Nostra

26 *Ego* nego majorem, nixam in hallucinatione, quâ putant Adversarii admitti à nobis statum possibilitatis, & statum futuritionis, constitutos ab æterno per aliquid reale distinctum ab ipso Deo, pro priori ad ipsam Scientiam Dei. Falluntur in hoc, neque enim status isti ab æterno existimati, & verificati ab æterno sunt aliquod æternum extra Deum. Et quidem si vera esset major, in sensu Adversariorum, Deus necessariò putandus esset causa, & Author peccati: nam ille, cujus est determinare ut peccatum sit futurum, tribuendum est quòd peccatum existat. Ad probationem majoris, distinguo: ille transitus non competit rei ratione sui, determinativè, quamvis dependenter à Deo, nego: formaliter, & denominativè, concedo, & nego consequentiam. Ille enim transitus qui ab æterno exercetur, circa res contingenter futuras (de quibus maximè hic loquimur) est ipsemet actus divini intellectus infallibiliter se ab æterno prorigens ad omne objectum verè enuntiabile: Hic autem actus: conditionatus quidem, si futuritio est conditionata; & si est absoluta, absolutus determinativè non est in Deo ab ipso Deo, sed ab existentiâ, quam, futuram, ipse denominat, quin determinet, ut dictum est *num.* 22. & latiùs *infrà* explicabitur.

Suprà nu. 22. & infrà à num. 64.

37 Objiciunt quintò duo axiomata apud ipsos Thomistas inconcussa. Primum, quo maximè exultat Gonet *tract. de Scientiâ Dei disp. 6. art. 3. nu. 71* est: *Deus Medio suo Decreto, est primum principium, primaque radix futuritionis rerum.* Alterum: *Futurum est, quod est determinatum in suâ causâ, ut postea fiat.* Fundant hæc specialiter in nonnullis locis Augustini, & Thomæ, Locus Augustini est *lib. 26. contra Faustum cap. 4.* reddentis rationem, cur nesciat quid futurum sit. *Ideò*, inquit, *nescit: quia quid habeat hac de re, voluntas Dei, me latet: illud tamen me non latet, sine dubio futurum, si hoc Dei voluntas habet.*

Gonet.

Ex Aug.

38 Locus Thomæ est duplex: primus est *quæst. 10. de Veritate art. 10. ad secundum*, ubi de futuris loquens ait: *Ordo ad eventum est in præsenti:* in hoc autem ordine statuit Sanctus Thomas *futuritionem.* Alter est 1. *part. quæst. 16. art. 7. ad tertium. Id quod nunc est, ex eo futurum fuit antequam esset, quia in causâ suâ erat, ut fieret. Unde sublatâ causâ non esset futurum illud fieri. Sola autem causa prima est æterna: unde non sequitur, quòd ea, quæ sunt, semper fuerit verum esse futura, nisi quatenus in causâ sempiternâ fuit, ut essent futura, quæ quidem causa est solus Deus.* Versat hæc optimè Pater Thyrsus Gonzalez contra Gonet *tom. 1. disp. 36. sect 4.*

Ex Sancto Thomâ.

R. N. P. G. Thyrsus.

Doctrina hic notanda.

39 Ego ex latè ab eo Authore discussis, *noto* primò, *tria* esse Genera futurorum. *Prima*: quorum determinatio ad existendum pro tempore suo, spectat unicè ad solum Deum. *Alia*: quorum determinatio ad existendum non solùm est à Deo, sed etiam à causis ex se necessariò operantibus, seu, ut meliùs dixero, est à Deo, mediis causis secundis determinatis. *Tertia* sunt, quorum determinatio data est à Deo Creaturæ, sinendo ipsam in manu consilii sui: & horum effectuum, & futurorum, utpotè actionum liberarum nostrarum, voluit Deus esse cooperator, non verò determinator. *Noto* secundò: quoad primum & secundum genus futurorum, certum esse, quòd prima radix determinationis ad esse futuri sit Deus; sicut est ipse Deus prima radix determinans existentiam. *Noto* tertiò quoad tertium genus, id est, futura contingentia, tam esse certum, non esse Deū primam radicem determinantem futuritionem eorum, quàm est certum, Deum non determinare eorundem existentias: alioquin Deus esset determinator operis mali.

Mens Augustini.

40 Nego ex his rotundè *duo illa* principia adeò generaliter accepta. *Primum*: quia patitur exceptionem in futuritione contingenti. *Alterum*, quia solùm convenit futuris necessariis: unde licèt omne illud quod est determinatum in suâ causâ, ut postea fiat, sit futurum; at non omne futurum est tale. Patet ex mente Augustini: loquitur enim, ut ex contextu liquet, de futuris primi, & secundi generis: deque ipsis, optimè.

Et Sancti Thomæ.

41 Ad primum locum Sancti Thomæ, dico cum Angelico Doctore, futuritionem omnem esse *præsentem aliquem ordinem*; si futura sint contingentia, *purè illativum*; non verò determinativum evētûs, situm in Scientia Visionis, aut Mediâ: si futura sint necessaria, etiam determinativum eventûs, situm vel in Decreto rei, vel in Decreto causæ necessariò operaturæ. Ad secundum, sumptum ex illâ quæstione, ubi Sanctus Doctor decidit, omnem veritatem æternè enuntiabilem, reduci debere ad aliquid Increatum existens, saltem Divinæ mentis, ut

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

expressè ait, dico jure optimo dici à Sancto Thomâ, *si verum ab æterno est*, quòd res existet, aut rem esse futuram, eatenùs *esse verum*, quatenùs *in causâ Sempiternâ* fuit, ut essent posteà, *in causâ*, inquam, *Sempiternâ*, qui Deus est, vel decernente & determinante, si futura sunt necessaria; vel cognoscente, & purè inferente, si libera. Hæc est mens Sancti Thomæ: nam ad æternitatem Divini intellectûs reducit assertionem de eo, quòd omnis veritas quæ circa futura enuntiatur, æterna sit. Hæc, ex *infrà* dicendis *Infrà à nu.* dilucidiora fient. Legetur cum fructu citatus Thyrsus. *Thyrsus.*

SECTIO III.

MEDIA FVTVRITIO REIICITVR.

§. I.

CAPITA REIICIENDI: ET ALIQVÆ Objectiones.

De quod num. 13. & 18.

42 Et primò quidem rejicitur: quia hæ Futuritiones Mediæ, in quibus earundem Patroni statuunt statum illum, ad quem transit res quę futura denominatur, vel est aliquid, vel est nihil in rebus? Si secundum: voce differimus. Si primum: ergo est reale aliquod ens. Consequentia liquet ex latè *dictis disputando de Bonitate & Malitia*, contra entia Media, quæ neque realia sint, neque rationis. Si igitur est aliquid reale, rogo rursus: est aliquid increatum, vel creatum aliquid. Non *primum*. Primò: quia pro priori ad Sciētiam Mediam in Deo, nulla est formalitas metaphysicè connexa cum eventu conditionato. Secundò: quia hæ futuritiones se habent per vos ex parte objecti. Tertiò, undenam enim determinari possit talis formalitas? Non *Secundum*: alioquin esset ab æterno aliquid creatum. Deinde oportet ipsius assignari causam aliquam. Neque valet dicere, esse aliquid, non quidem entitativum, sed purè verificativum. Contra enim est: secluso enim voeibus, id quod verificativum appellas, est aliquid, vel nihil? & redit totum argumentum.

1. 2. Tract. de Bon. & Mal.

43 Secundò: Futuritiones hæ Mediæ, & status objectivi, quomodocumque verificentur esse, sunt aliquomodo: ergo de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

determinantur ad essendum modo, quo sunt, ab aliquo, & ab aliquo inducuntur, ut sint, modo quo sunt. Patet consequentia: nequeunt enim esse à se, præsertim cùm contingenter sint quoad omnia sui: quid enim absurdius, quàm aliquid contingenter esse simpliciter, & esse à se? Deinde: iis futuritionibus positis, necesse est, ut res eveniat: ergo necesse est determinentur ab eo, pro cujus libito res evenit. Nunc sic: Atqui harum futuritionum non est assignabilis causa ulla, neque determinativum ullum: ergo tales futuritiones Mediæ, sunt omnino chimericæ.

44 Minor ostenditur. Nam Causa, & determinans hujusmodi futuritiones neque Deus est, neque creatura: ergo non est assignabilis ulla causa, nec ullum determinativum. Antecedens quoad primam partem patet primò: quia si Deus determinaret hujusmodi futuritiones, anticipatò præriperet libertatem creaturæ, ad eum modum, quo periret certò libertas nostra, si Deus esset determinator Scientiæ Mediæ. Secundò: Nam Deus determinaret, & induceret has futuritiones & hos status vel sympaticè, vel rationali modo? Si *primum*: actum est de libero arbitrio. Si *secundum*: ex quâ Scientiâ dirigitur, si hi status præcedunt ad omnem scientiam contingentem? Tertiò: quia si Deus determinaret, & induceret hujusmodi status, ad peculiares exigentias rerum, quæ postea erunt, cur præcisim ab iis statibus non possit determinari *Scientia Dei contingens Media*, aut Visionis? Quartò: quia hi status finguntur, ut assignetur præsens determinativum respectivè ad Scientias Dei ex parte objecti; ergo Deus nequit dici inductor, & determinator futuritionum hujusmodi.

45 Iam quoad secundam partem pateret etiam idem antecedens. Primò: quia si futuritiones hujusmodi possunt induci immediatè à rebus quæ non sunt, sed erunt, cur immediatè, & præcisim ab his quisquiliis entium non possint induci Divinæ Scientiæ à rebus quæ non sunt, sed erunt? Secundò: quia licèt sit intelligibile, quòd actus vitales determinentur ab objectis, quin hæc existant, quia jam datur principium elicitivum præsens; & alioqui tendentiæ intentionales specificantur à suis objectis: at, quòd status essendi emortui, determinentur à rebus inexistentibus, nullâ præsenti eorundem causâ, est prorsus inintelligibile. Tertiò: quia repugnat in terminis oriri aliquod esse actuale à causâ nullatenus existente: si enim sine processione actuali, repugnat, quòd aliquod esse actu procedat, quantò magis repugnat, quòd procedat esse actuale à causâ nullum esse habente? à nihilo enim nihil fit.

46 Tertiò: Nam præterquàm quòd isti status sunt omninò superflui, ut ex objectionum solutione constabit, vel sunt intrinseci rebus ipsis quàs denominant; vel separabiles, & extrinseci. *Primum* dici nequit: primò: quia rei inexistentis nullum prædicatum est. Secundò prædicata contradictoria, maximè quæ concernunt ad existere, & non existere, esse & non esse in rebus, manifestam distinctionem inducunt. Dici ergo *secundum* debet: & neque id dici potest. Primò: Nam si hi status sunt extrinseci rebus quæ objiciuntur intellectui Divino, determinatio connexionum æternarum cũ existentiâ rerum, non competet rebus ipsis, sed alicui prædicato distincto: ergo perit ipsarum rerum libertas, & dominativa contingentia. Secundò: quia ideò, per vos, hi status finguntur, quia sine ipsis non habent res ullum esse, medio quo possint determinate Deum ad Scientiam *A* præ *B* circa ipsas: *Nunc* sic: nõ minùs egent determinativo hi status quàm ipsæ Scientiæ; sed, per vos, res ipsæ, quia nihil sunt in se, præcisim ab hujusmodi statibus, nequeunt determinare Scientias Dei: ergo multò minùs possunt determinare sibi hujusmodi status: sunt ergo chymerici, si distinguendi sunt ab æternis prædicatis ipsius Dei.

P. Avendaño.

47 Objicies primò ex Patre Avendaño, specialiter contendente, futuritionem conditionatam, statui debere ex parte objecti in aliquo esse præsenti: arguit inter alia, quæ non est cur hic scribam, & solvam, sic: Scientia circa futura conditionatè contingentia apud nos non est libera Deo, sed Media: Scientia Visionis est Deo libera: ergo verificativum visionis est Deo liberum; verificativum verò Scientiæ Mediæ, non est Deo liberum, sed quid medium. Atqui Verificativum est

est Futuritio: ergo Futuritio verificativa Scientiæ Mediæ, seu conditionata est aliquod esse Medium. Antecedens primum est Scholæ nostræ. Consequentia probatur: quia si verificativum Scientiæ conditionatæ esset liberum Deo, non est cur, aut quomodo Scientia non esset libera ipsi Deo.

Visionis Scientia, quomodo Deo sit libera?

48 Respondeo: Scientiã Visionis non esse Deo ita liberam, ut ejus determinario simpliciter sit ipsius Dei: est Deo libera, quatenùs est Dei, determinare causæ existentiam, quæ si ponatur, prævidet eventurum effectum, & quâ non posità non eveniet: unde verificativum Visionis ex parte objecti respondens, in phrasi objicientis, non est determinativè liberum Deo. Hoc supposito, ne serpat æquivocatio, concesso antecedente, distinguo consequens: verificativum formale, concedo; verificativum objectivum, nego. Itaque verissimum est, verificativum formale & æternum Scientiæ Mediæ esse quid medium, quia est ipsamet Scientia Media essentialiter ex se vera; & verificativum Visionis ex eãdem ratione esse liberum Deo: at objectum circa quod utraque Scientia verificatur, quod appello *verificativum ex parte objecti*, æquè liberum Deo est, & æquè non liberum, cùm sit ipsissimum, diversimodè attactum. Vnde negatur intentum consequens: quòd tale verificativum Medium se teneat ex parte Objecti.

P. Hizquierdo.

49 Objicies secundò ex Patre Hizquierdo. Tùm quia si futuritio conditionata sit de præsenti nihil: ergo nihil est quod antecedit Scientiã Dei, quam appellamus *Mediam*. Quid ergo determinat Deum, ut potiùs affirmet, quàm neget? Quodnam est fundamentum ex parte rei potiùs ad affirmationem quàm ad negationem? Tùm etiam quia vel Futuritio est ipsamet Scientia Dei, vel non? Si primum: ergo Deus nihil extra se cognoscit per Scientiam Mediam. Si secundum: ergo aliquod *esse objectivum est*. Tùm etiam quia affirmante Deo consensurum Petrum, si ponatur auxilium; vel correspondet ex parte objecti veritas aliqua, vel non? Si secundum: ergo non est cur dicenda sit potiùs vera, quàm falsa. Si primum: vel ista veritas est aliquid, vel nihil, si nihil: non est cur affirmetur. Si aliquid est, habetur intentum.

50 Respondetur ad primum. Fateor futuritionem conditionatam esse aliquid reale, & æternum, non quidem ex parte objecti, ut contendit arguens, sed ex parte actûs: & distinguo consequens: nihil est, quod antecedit *natura, & origine ad Scientiam*, concedo: Scientia enim Dei non causatur ab objectis, ut nostra. *Determinativè*, subdistinguo: nihil est, de præsenti, concedo; secundùm se, & definitivè, ac de futuro, nego. Existentia enim rei, quæ modò non est, sed quæ erit, aut esset, antecedit determinativè ad Scientiam Dei: hæc tamen prioritas non requirit statum ullum existentialem in Recto determinante: quia pertinet ad lineam influxûs purè intentionalis, ut *infrà* dicetur ex professo *lib 5. à nu. 154.*

In Primâ par. tract. 1. de Deo scient. Ejus æqui vocatio.

Infrà lib. 5. à num. 154.

51 Per quæ fit satis ad illas interrogationes de conceptu determinante, & de fundamento ad affirmandum potiùs, quàm negandum. Ad secundum: dico futuritionem esse ipsam Dei Scientiam, Deum verò cognoscere ea quæ futura sunt: quæ quidem sunt aliquid extra Deum verè affirmabile quòd erit, licèt modo sint nihil. Ad tertium dico, actum, qui essentialiter est sui veritas, non egere ulteriori veritate sibi coexistente, ut verus sit; maximè, si præsens veritas est hujusmodi, ut ad sui existentiam potiùs exigat, ut nulla ex parte objecti respondeat de præsenti veritas, sed quòd responderet, aut responsura sit, ut contingit in præsenti.

§. II.

ALIA OBIECTIO: VBI: QVO SENSV teneat Schola Societatis, Futura habere Veritatem determinatam in seipsis?

52 OBjicies tertiò: Nihil in Societatis Scholâ solennius est, quã quòd Futura, tam conditionata, quàm absoluta habeant determinatam veritatem in seipsis, ratione cujus possunt ab æterno cognosci in seipsis à Deo. *Nunc* sic: ergo hæc veritas, quòd *Petrus consentiet in instanti C. v. g. vel quòd consentiret, posità conditione libertatis*, est ab æterno determinata pro priori ad Scientiam Dei. Patet consequentia: hæc enim est veritas, quam enuntiat, & affirmat Deus ab æterno, non illam *faciens*, sed sup-

Objectio visa difficilis.

In primâ par. tract. 1. de Deo scientc.

supponens: ergo futura tam conditionata, quàm absoluta habent hanc determinatam veritatem in seipsis. Sed hæc veritas est ipsissimus status futuritionis: ergo status futuritionis est aliquo modo ab æterno pro priori ad Scientiam Dei. Confirmatur. Licèt Petrus non consentiat, seu consentiret ab æterno, sed in tempore; quòd tamen in tempore consentiet, vel consentiret, non solùm in tempore, sed ab æterno est verum: Deus enim ab æterno affirmat; & verissimè: ergo est ab æterno hoc verum de illa temporalitate, vel conditionatâ, vel absolutâ: sed hoc verum est ipsum fore, vel futuritio: ergo ab æterno datur fore, vel futuritio rerum, quæ dicuntur, vel dabuntur in tempore.

Et origo dissidii.

53 Hæc objectio est origo turbarum, tum inter nos adinvicem; tum etiam inter nos, & Thomistas. Quare oportet breviter sensum & Mentem Iesuitiæ nostræ Scholæ, quoad hæc, *sine studio* proponere, tùm plurimis Nostrorum, qui è simplici hujus objectionis intelligentiâ, puras transfugii accusant, & reos violatæ Scholæ vociferantur.

Notanda Duplex Veritas.

54 Suppono primò, veritatem *dupliceam* esse; alteram *cognitionis*; *Rerum*, alteram. Veritas cognitionis dicitur Formalis; veritas rerum, dicitur objectiva. Hæ veritates in eo differunt: quod veritas rerum est indistincta à rebus ipsis: unde nec est aliter, nec esse potest, quàm res ipsæ: sequitur enim entitatem rerum: quare, si res nullomodo sunt, nullomodo est veritas ipsius rei, quæ objectiva dicitur. Veritas Cognitionis, seu formalis, licèt existat & specificetur ex respectu ad objectivam: *Ex eo* enim *quod res est vel non est propositio est vera, vel falsa*, ex communi proloquio: tamen existere potest determinatè sine existentiâ veritatis objectivæ: non enim sequitur entitatem objecti, sed cognitionis: quare cùm cognitio possit existere sine existentiâ objecti, juxta qualitatem veritatis, & affirmationis, etiam veritas cognitionis potest existere determinatè, quin determinatè existat veritas rei.

Rigor axiomatis: Nõ entia, nullæ sunt proprietates.

55 Suppono secundò, veritatem illius principii: *Non entis, nullæ sunt proprietates.* Vnde proprietates quæ sequuntur esse, nullæ entitatem rei, nec sunt, nec possunt aliter esse, quàm entitas rei. Vnde, cùm entitas quæ dicitur vel absolutè, vel conditionatè futura, de præsenti non sit, neque præsenti sit nihil, etiam veritas rei de præsenti non est, neque præsenti est nihil. Quare futura, antequam sint in suo tempore, cùm nullam in seipsis habeant modum entitatis, sed habebunt, vel haberent, nullam habent in seipsis veritatem, sed habebunt, vel haberent. Idem omninò dico de determinatione. Sicut enim veritas rei est identificata cum ipsâ, ita esse determinatum rei est identificatum cum ipsâ re: non ergo potest aliter res esse determinata in seipsâ, quàm est in seipsâ; sed futura in seipsis non sunt: ergo neque habent in seipsis veritatem ullam, neque ullam determinationem.

Sensus Scholæ Nostræ circa Veritatem Futurorum in se ipsis, antequam sint.

56 Infero ex his primo: Sensum & Mentem Authorum Societatis, ejusque Scholæ, dum dicunt, *Futura, antequam sint, habere determinatam veritatem in seipsis*, nec fuisse, nec esse, nec potuisse unquam esse, quòd Futura, antequam sint, & existant in seipsis, habeant de præsenti aliquod esse determinatum, aut *aliquam veritatem objectivam*, seu *rei*, in seipsis: si enim nullum habent in seipsis *esse*, quomodo possunt habere determinatum esse? Legatur Eximius Doctor tùm *Ex Suar.* *in Opusc. de Scientiâ lib. 3 cap. 6. & 7.* tùm *Prolegom. 2. de Gratiâ cap. 7.*

Explicatur.

57 Infero secundò: Sensum eorundem esse, sub his terminis, *quod futura, antequam sint, sunt ab æterno determinatè, seu in unam partem verè affirmabilia pro differentiâ temporis*, in quo erunt aut essent determinatè: idque *in seipsis*; id est, *immediatè*, & quin requiratur ullum medium connexum cum futurorum existentia tanquam determinans, aut manuducens divinum intellectum ad Scientiam eorum, & cum solo fundamento, quòd res aut erunt determinatè, aut essent pro suâ temporis differentia.

Ejus Ratio Prima.

58 Ratio sumitur ex principio duplici. *Primum* est ex parte Divini Intellectûs: qui cùm non hauriat Scientiam ex objectis, deque suâ perfectione sit sufficientissimè completus ad intelligêdum, quidquid est verè intelligibile, seque præ sui infinitate porrigat ab æternitate ad tempora, quasi præsens omni tempori, necessariò intelligit ab æterno ea omnia objecta, quæ in aliquâ temporis differentiâ

Secunda.

habebunt, vel haberent determinatam veritatem in seipsis. *Secundum*, ex parte cognitionis: nam veritas cognitionis non exigit, quòd objecta habeant in seipsis esse determinatum nisi pro tempore pro quo affirmantur habere: cùm ergo cognitio de futuro non affirmet de objecto esse determinatum ab æterno, sed esse determinandum in tempore; sine veritate determinatâ rei ab æterno, stare potest determinata veritas cognitionis ab æterno.

Major explicatio ex lib. Præs. à nu. 198.

59 Igitur Futura, antequam sint, habent determinatam veritatem in seipsis, id est, veritatem cognitionis determinatæ ratione veritatis objectivæ, quæ erit, aut esset determinatè in seipsâ: eo enim ipso verè enuntiabilia sunt ab æterno ab eâ Mente, quæ sibi plenè sufficit ad intelligendum, sine cooperatione objectorum ad sui notitiam, atque adeò sine indigentiâ præsentiæ eorum sive in seipsis, sive in specie. Hæc est Mens Scholæ nostræ, uberiùs explicanda, cùm *de Scientiâ Visionis, & Mediâ* disputemus maximè cùm de earum determinativis agamus.

Et ex lib. 3. an. 154.

60 Respondeo nunc ad argumentum: admisso quod assumitur in sensu legitimo, quem nuper explicui, distinguo cõsequens: hæc formalis veritas, quæ solùm est æterna veritas, nego: ea enim est ipsissima Scientia Dei, per seipsam essentialiter repugnans falsitati. Hæc veritas rei, seu objectiva, subdistinguo: est pro priori, prioritate determinationis ad Scientiam Dei, concedo: est pro priori, prioritate præexistentiæ, nego. Nam licèt ea veritas, mediâ ipsâ naturâ divinæ Scientiæ exerceat prioritatem determinationis in ipsam Scientiam, tamen nullomodo est ab æterno; sufficit enim, quòd in tempore sit, aut esset cum prærogativâ libertatis, ut sit prior in genere determinantis respectivè ad ipsam Scientiam, ut *infrà* latissimè declarabo.

Infrà lor. nuper cit.

61 Ad probationem consequentiæ, dico: alia est veritas, quam enuntiat ab æterno Deus, & alia, quâ enuntiat: illa est objecti, & non existens, sed extitura, quamque eatenus dicitur non facere, sed supponere, quia quantumvis ab æterno cognoscat, non eam determinat. Ista est formalis, & cognitionis, & ab æterno existens, & quam ex determinatione objecti non existentis, sed extituri habet divinus Intellectus. Et hanc præsentem veritatem, fateor esse, non quidem *rem futuram*, sed *rei futuritionem*. Ad confirmationem fateor id esse verum, veritate cognitionis, non verò veritate rei, de præsenti, modo quo dixi.

In primâ par. tract. 1. de Deo scientc.

SECTIO IV.

EXPVNGITVR FVTVRITIO NOMINALIS, & Realis Adstruitur.

§. I.

CONCLVSIO: EIVS EXPLICATIO: Authoritas, & ratio à priori.

Conclusio.

62 Conclusio sit: Futuritio tam Conditionata, quàm Absoluta, seu forma, vel quasi forma denominans res futuras, est ratio de præsenti connexa cum existentiâ rerum pro instanti determinato: seu realis nexus cum earundem rerum existentiâ, in quo consistit hæc veritas, quòd *res*, quantumvis de præsenti non sit, *erit*. Hæc conclusio sententiam tertiam relinquit, & unicè quartam admittit ex his, quas adduxi *à nu. 12. & 15.* Ante probationem ipsius, explicanda est, & assignandæ hujusmodi formæ, ne de nostrâ mente moveatur nobis ipsis ulla lis.

Explicatur.

63 Imprimis ipse distinguere soleo Futuritionem *secundum dici*, seu *definitivè* sumptam: & Futuritionem, *secundum esse*, & *verificativè* sumptam. Futuritio *secundum dici*, & sumpta definitivè, est non esse nunc, & esse postea. Hic conceptus quasi metaphysicus Futuri appellatur à me Futuritio definitiva: sicut possibilitas definitiva, conceptus illens, quod, si fit, nõ implicat contradictionem. Futuritio secundùm esse, & sumpta verificativè, est apud me Forma, seu quasi forma verificativa illius definitionis Metaphysicæ, & propositionum de Futuro; requeipsâ denominans prædicata, quæ verè futura dicuntur: & hanc statuendam censeo in aliquo nexu præsenti: qui tamen pro diversitate futurorum diversus est. Quapropter

Quoad futura Deo libera.

64 Noto secundò, quoad futura, quorum determinatio non est libera Creaturę,

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

turæ, sed unicè Deo, qualia sunt Futura necessaria; Futuritio, seu nexus de præséti futurizans, est Decretum ipsius Dei, vel immediatè determinans, vel mediatè, inducti dispositione causarum, ex se determinatarum ad eorum existentiam.

Quoad libera nobis

Quoad futura verò, quorum determinatio data est creaturæ à Deo, ipsam relinquente in manu consilii sui, aliter discurrendum est. Si enim futura sunt conditionatè futura, futuritio conditionata, seu nexus de præsenti futurizans conditionatè, stat in æternâ scientiâ, quam ipsi appellamus *Mediam*: quæ præsui veritate, est consequens necessitas, ut res, si poneretur conditio, sub quâ affirmit, existeret: non quidem determinata à Deo ipso, sed ab ipsâ Creaturâ etiam non existenti; cujus cùm prærogativa libertatis sit determinare existentiam sui, est etiam ante se ipsam, antecessione durationis, anticipare, & determinare futuritionem sui. Si futura sint Absoluta, Futuritio, seu nexus de præsenti futurizans stat in Divinâ Scientiâ Visionis, quæ similiter est æterna necessitas consequens ut res existat determinatè pro tempore, pro quocjus existentiam intuetur.

Quid status Futurorum?

65 Noto tertiò: statum futuritionis, seu absolutum, seu conditionatum, identificari cum iis nexibus, & quasi formis, à quibus res ipsæ tam contingentes, quàm necessariæ denominantur futuræ. Status enim ipsi nequeunt esse merè nihil, neque in ratio poni, quàm in eâ veritate, quâ verum est dicere, Res, licèt in se non sint, fore tamen in se pro determinatâ differentiâ temporis. Vnde status futuritionis necessariæ conditionatæ est Divina Omnipotentia: status necessariæ futuritionis absolutæ, est Decretum ipsius Dei determinantis: status futuritionis contingentis conditionatæ est ipsa Scientia Media; status futuritionis contingentis absolutæ est ipsa Scientia Visionis: Neque enim res contingentes, antequam existant in se ipsis, aliter contingéter existunt, quàm in esse cognito, ut omnes docemus: idque explicabitur *prob. seq.*

Quid sit ex uno statu transitus in alium

66 Noto quartò, ex his optimè intelligi, quomodo res transeant de statu possibilitatis ad statum futuritionis, antequam existant in se ipsis. Nam Futura necessaria ex esse eminentiali, quod est ipsa Omnipotentia, quæ quidem est status possibilium, ab æterno quasi transeunt ad esse futuri, denominativè, & determinativè formaliter per exercitium Divinæ voluntatis aliquomodo posterius ipsâ Omnipotentiâ. Futura contingentia quasi transeunt ab æterno de statu possibilitatis, seu ex esse purè eminentiali ad statum futuritionis conditionatæ formaliter per exercitam existentiam Scientiæ Mediæ, posteriorem ipsâ Omnipotentiâ: tranieunt, *inquam*, medio actu Divino Intellectus ad esse futuri, seu ad veritatem quòd erunt, non quidem determinativè, sed purè constitutivè: nam ea ipsa scientia media pro posteriori ad Omnipotentiam, & simplicem intelligentiam Dei non existit ab æterno determinativè à Deo, sed ab ipsâ existentiâ creaturæ, quam affirmat conditionatæ: ad statum verò futuritionis absolutæ transeunt per existentiam scientiæ Visionis, & simplici intelligentiâ, & Scientiâ Mediâ posteriorem; Deoque, & Creaturæ liberam: Deo, quatenus liberè exercenti positionem causæ, ex quâ prævidérat secuturam: Creaturæ, quatenus habitâ à Deo libertate, liberè se determinanti in unam potiùs, quàm in alteram partem. Hæc est quarta ipsa sententia *num.* 15. & quam sic explicatam libenter amplector.

Authoritas veræ sententiæ. Ex Augustino.

67 Ostenditur primò: Authoritate Principum Theologiæ. Præcedat Augustinus, cujus est pro nobis aperta mens *lib.* 11. *Confess. cap.* 20. per hæc verba: *Fortè esse propriè dicerétur: tempora sunt tria, præsens de præteritis, præsens de præsentibus, præsens de futuris: sunt enim hæc in animâ tria quædam, & alibi ea non video; præsens de præteritis memoria; præsens de præsentibus contuitus; præsens de futuris expectatio.* Hæc, & alia ibi Augustinus manifestè reducens veritatem futuritionis ad aliquid intentionale de præsenti.

Ex Anselmo.

68 Succedat Anselmus *Dialog. de veritate cap.* 11. per hæc: *Verè præteritum dicitur esse aliquid, quia ita est in re, & ideò est aliquid præteritum: quia sic est in veritate summâ.* Et paulò suprà: *Non est vera oratio, quæ dicit: futurum esse aliquid, nisi reipsâ sit aliquid futurum: neque aliquid est futurum, si non sit in veritate summâ.* Hic discursus Anselmi acutè explicat sententiam nostram, & ex ipso discurremus *à num.* 79. in probationem, & illustrationem illius.

Ex Sancto Thomâ.

69 Tertius sit Angelicus Doctor, cujus mens est etiam manifesta 1. *part. quæst.* 16. *art.* 3. quærit ibi: *An veritas aliqua creata sit æterna?* deciditque, *nihil esse æternum, nisi Deum*: atque adeò veritates æternas non posse distingui à Divinis Prædicatis æternis Dei, vel volentis, vel scientis. Objicit sibi Doctor ipse *veritatem futuri*: & ad tertium respondet: *esse quidem ab æterno verum, quòd res erit, si reipsâ in tempore futura sit res, non tamen proinde dari ullam veritatem creatam ab æterno*: Veritas enim hæc, quòd res erit, est unicè divinum aliquid; verba sunt: *Ex hoc non sequitur, quòd ea quæ sunt, semper fuerit verum ea esse futura, nisi quatenus in causâ sempiternâ fuit, ut essent futura: quæ quidem causa solus est Deus*, utique vel volens, vel cognoscens, ut ex ipso contextu colligitur.

Ex Patre Suarez.

70 Claudat testimonia Pater Suarez, Scholæ nostræ lumen, qui *prolog.* 2. *de Scientiâ cap.* 7. futuritionem ait esse *transitum quendam ab esse*, quod res habet in causâ ad *esse quod habet in se*: quòd si quæras, in quo consistat hic transitus? Respondet *num.* 25. non esse quidem *aliquid actu existens ex parte objecti*, sed *habitudinem quâdam ad esse quod res habebit in se.* Quòd si demùm instes: in quo stet hæc habitudo, ne sistatur in vocibus? Respondet *eodem numero*, quòd *dicit secundum dici potest* esse aliquid ex parte rerum, *re tamen ipsâ non se aliquid, nisi in mente Divinâ, essequè præsentiam objectivam*, quam res habet ab æterno in Scientiâ Dei. Ita disertè Doctor Eximius, qui non potuit meliori modo suam, & omninò nostram doctrinam exponere. Stat ergo pro reali Futuritione expositâ Authoritas Principum Theologiæ.

Ratio à priori latè propositæ tract. de Bon. & Mal.

71 Ostenditur secundò: ratione à priori: quam *disp.* 1. *de Bon. & Mal. num.* Formo illam sic: Omnis denominati, necessariò constituitur per aliquid præsens; sed Futuri denominatio, est denominatio de præsenti, seu verificata de præsenti: ergo necessariò constituitur per aliquid præsens. Dum aliquid præsens dico, intelligo aliquid præsens sufficiens essentiæ denominationis. Atqui nihil aliud præsens assignari potest præter nexus illos, quos assignavi *num.* 64. ergo Futuri denominatio constituitur necessariò per illos nexus intentionales, de quibus *numero citato.*

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

72 Quæ subsumuntur, vera sunt: si de principali Syllogismo constet. Ipse legitimæ formæ est, & difficultas stat in præmissis. Major probata latè est *loco citato* septem argumentis, quorum seriem, otiosum est repetere. *Summa est*: Nam omne præsens distinguitur à nihilo: sed à nihilo nequit distingui aliquid nisi per aliquid supra nihil: ergo & omnis denominatio de præsenti. Minor autem mihi patet: quia Futuri denominatio actu verificat propositiones de futuro: actu impedit carentiam sui: actu differt à re futurâ, merè possibili, & præteritâ: ut latè *ibi* multis, quorum hîc repetere quidquam nolo, sed examinare communem solutionem, quamvis *ibi* præoccupatam.

§. II.

SOLVTIO SOLEMNIS RECENTIORVM.

Solutio solemnis ex Herrera.

73 Respondent Recentiores ex Patre Augustino de Herrera; hærere hic nobis aquam, maximâque nos terminorum æquivocatione laborare: Nam verbum *est* sumi potest per *statum*, vel per *alienationem*, & *ampliationem*; sumptum per statum verificari nequit, nisi per aliquid de præsenti: v. g. *Petrus est albus*: at sumptum per alienationem, aut ampliationem, verificari potest, & debet, quin detur aliquid de præsenti: nam veritas verbi *est* sumpti per alienationem, aut ampliationem non requirit objectum, nisi sensu, quo affirmatur: cùm ergo non affirmetur aliquid dari, sed dandum, aut datum, eò præcisè quòd objectum posteà detur, aut antea datum fit, est vera denominatio: sic autem contingit in denominationibus Futuri, & similibus. Exinde addunt denominationem de præsenti *duplicem* esse: aliam de præsenti, sumpto verbo *est* per alienationem, & ampliationem, & hanc ajunt non

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

non constitui necessariò per aliquid præsens: nam solùm est denominatio de præsenti, *abusivè*: aliam de præsenti, sumpto *ly est* per statum; & hanc fatentur constitui necessariò per aliquid præsens. Concludunt *confidentissimè*, Denominationem præteriti, futuri, & id genus alias, esse denominationes de præsenti, sumpto verbo *est* de præsenti per alienationem, aut ampliationem. Hæc est solutio. Contra quam sic

Repellitur primò:

74 Argumentor primò, & detego æquivocationem Adversariorum. Alienatio, & ampliatio verbi *est*, licèt ad sui veritatem non requirat aliquid de præsenti, in eo, supra quod immediatè cadit; requirit tamen in eo, supra quod non cadit ipsa alienatio, & ampliatio. Explico me: affirmas: *Petrus est futurus: Imago Petri est homo*: in his propositionibus, & datur id supra quod fit alienatio verbi: & datur id, supra quod nulla fit alienatio. Id supra quod cadit alienatio, est *existentia Petri*, vel *essentia hominis*, & verissimum est eas non requiri de præsenti ad veritatem earum affirmationum. Id supra quod nulla fit alienatio, est forma verificativa propositionis, & denominationis, de quâ loquitur enuntiatio. Et ratio est: quia licèt in imagine non detur homo, datur tamen id quod reipsâ est *repræsentativè* homo, nempè *pictura*: & licèt non detur modò existentia Petri, reipsâ *verum est*, quòd dabitur. *Nunc* sic: ergo sicut ad veritatem *verbi alienati* non requiritur existentia rei, supra quam fit alienatio, ita requiritur ad veritatem alienationis, existentia rei supra quam nulla fit alienatio, & sine quâ stare nequit veritas alienationis. Sed forma, seu quasi forma denominationis futuri, vel veritas de eo quòd res erit, non est id, supra quod fit alienatio, & sine ipsâ stare nequit alienationis veritas: ergo ea forma, seu quasi forma, vel veritas, est aliquid de præsenti. Ea autem futuritio est.

Secundò:

75 Argumentor secundò: Verbi sumpti per alienationem non est minùs assignanda veritas: quàm verbi sumpti per statum, ut est evidens. Nunc sic: licet veritas verbi sumpti per alienationem in eo differat à veritate verbi per statum sumpti, quòd ista dicat coëxistentiâ sui, & objecti; illa verò non requirat existentiam objecti pro instanti, quo assignatur veritas alienationis; tamen utraque convenit in eo, quòd sit aliquid de præsenti: ergo distinctio verbi per alienationem, & verbi per statum vana est, pro præsenti casu.

76 Antecedens probatur primò: quia, extra quæstionem, quoties verificatur alienatio verbi reducitur veritas ad aliquid præsens: v.g. *alienas* verbum *est*, dũ dicis: *Paternitas, & essentia aliquomodo sunt distinctæ*: hæc tamen veritas reducitur ad munus præsens realis distinctionis. Insuper alienas verbum, *est*, dum dicis de Cæsare picto: *Cæsar est hic*: & reducitur veritas ad præsentem picturam. Secundò: quia tota veritas verbi alienati actu est affirmabilis: quin verè possit actu affirmari existentia rei, supra quam fit alienatio verbi: ergo tota ea veritas aliunde sumitur, quàm ab existentiâ constitutivè.

Tertiò:

27 Argumentor tertiò: Licèt in propositione simplici fiat alienatio verbi, tamen in modali propositione aliter potest supponere verbum *est*: patet in his: *Petrus currit: Petrum currere est contingens*. Vnde maximè differunt Modalis, & simplex quoad omnia. Iam sic: nulla est propositio simplex, ex quâ non possit fieri modalis: ergo ex istâ: *Petrus est futurus* v.g. fieri modalis potest. Procedo factâ hac modali: *Petrum esse futurum est contingens, & est verum*. Sic arguo: quantumvis in simplici fiat alienatio verbi *quoad dictum*, in modali *quoad modum* nulla fit alienatio verbi: ergo veritas propositionis quoad modum est aliquid de præsenti: sed veritas *dicti* reducitur ad veritatem *modi*: ergo veritas *dicti*, quantumvis alienati, est aliquid de præsenti.

78 Quòd verò nulla fiat verbi alienatio in propositione modali *quoad ipsum modum*, est evidens. Primò: quia si sumas propositionem divinam de Petro Futuro, & asseras esse veram, dicis sumpto verbo per statum. Secundò: quia si fieret alienatio verbi quoad modum, nullus est aptus sensus propositionis. Tertiò: quia stat optimè verbum *est* diversimodè supponi in *dicto* ac in *modo*. Concluditur exinde asserta veritas, nam veritas ista nequit esse nisi ipsa forma, seu quasi forma futurizans *ex num. 8. & 63.* *Suprà n. 8. & 63.*

63. Vrgentur, ac illustrantur hæc omnia, &

§. III.

ALIÆ PROBATIONES.

79 Ostenditur tertiò Conclusio: Suppono hanc propositionem: *Petrus cras peccabit*, esse veram, & determinatæ veritatis. Iam sic: hæc determinata veritas peccati crastini, est connexio infallibilis cum existentiâ peccati Crastini, reddens illam propositionem infallibiliter connexam cum eâ existentiâ; atqui hæc determinata veritas existit hodie; ergo & ea connexio existit hodie. Non existit hodie peccatum: ergo ea connexio non constituitur per peccatum: ergo præcedit existentialiter ad ipsum: ea autem veritas est ipsa futuritio, quo probatur intentum. Difficultas est in præmissis. Major est mihi evidens. Tùm quia ex eo, quòd pro antecedente assumatur; quòd ea propositio est vera, legitimè infers peccatũ crastinum. Tùm etiam quia repugnat modò esse verum, quòd cras peccet Petrus, & quòd non peccet Petrus cras.

80 Minor probatur primò: quia existit actus divinæ Scientiæ essentialiter verus, qui est sui veritas circa peccatum crastinum. Secundò: detur hic actus: *Petrus cras peccabit*: & rogo: vel hic actus est per seipsum verus, vel non? Si primum: ea determinata veritas existit. Si secundum: ergo existente hoc actu nihil datur in rerum naturâ, præterquàm entia indifferentia ad carentiam peccati Crastini. Sed quod ex se est indifferens ad peccati carentiam nequit reddere actum connexum cum peccato: ergo hic actus, secundùm ea quæ in rebus sunt, est omninò indifferens ad existentiam peccati crastinam. Vnde ergo connexio? *Dicis*: ex ipso peccato. Contra: ergo actus non est connexus, non est verus, sed erit. Implicat enim nunc constitui actum connexum per id quod non est: Dicis: esse nunc verum ex suppositione peccati crastini. Contra: hæc suppositio nihil de præsenti dicit non indifferens: ergo neque datur veritas suppositionis, neque connexio. Huc reducuntur quæ tetigi *suprà, & in tract. de Bonitate, & Malitia.* *Suprà nu. 71. & tract. de Bonit. & Malit.*

81 Ostenditur quartò Conclusio. Sicut necesse est, ut hæc veritas *Petrus est possibilis*, aliquomodò existat necessariò; ita est necesse, ut hæc veritas, *Petrus peccabit cras*, aliquomodò existat contingenter. Ratio paritatis est: quia sicut est necesse quòd detur immutabile esse eminentiale Petri; ita est necesse, quòd detur contingens esse intentionale Peccati crastini Petri: ergo necesse est quòd hæc veritas; *Petrus peccabit cras*, existat aliquomodò contingenter ab æterno. Ergo hæc veritas in eo consistit ab æterno, in quo ab æterno contingenter existit. Sed solùm existit contingenter ab æterno in esse intentionali, & cognito Scientiæ Dei: ergo hæc veritas in eo esse intentionali consistit. Sed ea veritas est ipsa futuritio: ergo. *In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.*

82 Ostenditur quintò Conclusio, & præcluditur evasio: Objecta futura contingentia, ex prærogativâ libertatis, antequam sint, possunt ab æterno determinare Scientiam sui: ergo & antequam sint, possunt sibi determinare connexionem æternam secum ipsis ex eadem prærogativâ libertatis. Hæc sunt vera: ergo ex eadem prærogativâ libertatis possunt sibi determinare æternam Futuritionem sui. Probatur consequentia: quia ad futuritionem æternam sufficit: terna connexio cum eo quòd sint in instanti determinato posteriori, aut cũ eo quòd essent: sed juxta principia Societatis, objecta quæ denominantur futura, possunt anticipare connexiones hujusmodi ab æterno: ergo & futuritiones sui.

83 Dices: Scientiam & illos nexus determinari ab objectis, *quia erunt*: unde jam supponuntur futura: cùm ergo nequeant supponi futura anteipsam futuritionem, hinc est, quòd possint determinare Scientiam æternam sui, non verò futuritionem sui æternam. Contra. Primò: quia Futuritio, & connexio cum eo quòd res sit postea, sunt unum & idem. Secundò: quia juxta nostram Scholam vis determinandi, quæ competit Objectis respectivè ad Scientias Dei, non requirit in ipsis ullum intrinsecum esse, quod sit: ergo potest exerceri circa ipsam formam, seu quasi formam, à quâ veniat futuri denominatio. Tertiò & præcipuè. Stat optimè; quòd aliqua forma denominans sit determinativè ab ip-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

ipso, quòd denominat: ergo stat optimè quòd objecta denominentur futura ab aliquâ formâ, quam ipsa determinent: ergo stat oprimè quòd ab æterno præcedat futuritio, & tamen quòd futuritio sit determinativè ab objecto, quod ipsa denominat: ergo. Assumptum patet: quia Scientia Dei denominat objecta contingentia cognita & infallibiliter extitura, & tamen determinativè existit ob illa.

84 Ostenditur sextò Conclusio. Pro priori ad Scientias Dei non datur ab æterno futuri denominatio: ergo ea denominatio formaliter provenit à Scientiis ipsius Dei ab æterno. Consequentia patet primò: Nam ea denominatio verificatur ab æterno: ergo si non datur ante scientiâ; cur à Scientiis sumenda non sit? Secundò: quia connexio, quę est infallibilitas de eo quòd res erit, sufficit ad infallibilizandam existentiam objecti pro tępore posteriori formaliter: ergo sufficit ad denominationem futuri. Atqui ea connexio, nulla, aut nullibi est, præterquàm in Scientiis Dei: ergo. Tertiò: quia Futuri denominatio ab æterno erat affirmabilis: deinde non est purè præterita; neque potest dici futura: ergo est præsens. Consequentia probatur: quia prædicatum subjacens statibus, & indifferentiis entis est ens, & certè necessariò est in aliquo statu entis: sed futuri denominatio subjacet statibus singulis & differentiis entis, nempe præteriti, & futuri; & non est in ipsis: ergo solùm restat ut sit in tertio, nempe in statu præsentis. Sed ab æterno nullum est esse, præter Scientias Dei, connexum cum existentiâ rerum pro tempore determinato posteriori: ergo.

85 Antecedens primum probatur: quia pro priori ad Scientias Dei, nullum est esse rerum præter eminentiale indistinctum à Divinâ Omnipotentiâ: quomodo autem, aut unde proveniat futuri denominatio ab æterno? Confirmatur: si pro priori ad Scientias Dei intelligitur futuritio rerum; pro priori ad eas Scientias debet esse verum, quòd peccatum erit, aut esset determinatè, v. g. Rogo: vel ergo est verum, veritate cognitionis, & constitutionis per esse intentionale indistinctum ab aliquâ Scientiâ: vel veritate rei, & constitutionis per esse aliquod objectivum? Non primum: quia ante Scientiam Dei, nulla est cognitio determinatè inferens existentiam rerũ. Non secundum: quia veritas rei rem sequitur, & entitatem ipsius; sed ab æterno nulla est entitas nisi in esse cognito Dei: ergo neque ulla veritas: ergo neque ulla futuritio.

86 Maneat igitur Futuritiones contingentes rerum (de quibus maximè loquimur) stare in illis nexibus, & notitiis, quas explicuimus. Pro quâ doctrinâ relegenda est, quam *tract. de Bonitate, & Malitiâ* jam citato fusè proposui. Claudo nunc disparationem hanc, fassus, eos qui recusant futuritiones has reales constitutas per Scientias Dei, ex prætextu quòd sint contra principia Societatis, & quòd non maneat assignandum determinativum Scientiæ Mediæ, & Visionis ex parte objecti, necessariò relabi in futuritiones illas Medias, quas cum ipsis impugnavimus *suprà*: Nam vel pro determinativo Scientiæ Mediæ requiritur ex parte objecti præsens hæc veritas, *quòd erit*, vel non? Si primum: hæc est illa Sententia Media Patrũ Hizquierdi, & Avendañi, quam deseruimus. Si secundum: ergo nulla veritas præsens ex parte objecti requiritur pro determinativo Scientiæ Mediæ: ergo dum nos dicimus hanc veritatem *quòd res erit*, existere de præsenti, eamque existere ex determinatione veritatis, quę non est, sed erit, nempe titulo existentiæ, quam hæc ipsa existens veritas denominat de præsenti infallibilizatam, aut infallibiliter extituram, convenimus in puncto principali: eo discrimine, quòd vocibus res addimus; Adversarii verò meris vocibus contenti sunt.

1.2. Tract. de Bon. & Mal.

Suprà nu. 42.

Hizquierdo. Avendañ.

SECTIO V.

ARGVMENTA CONTRA PRÆCEDENTEM doctrinam Solvuntur.

87 EA reduco ad *tres* classes. *Prima* classis contendit veritatem, & denominationem futuri non egere formâ præsenti. *Secunda* classis contendit, ex doctrinâ realis futuritionis concuti principia Scientiæ Mediæ, quam alioqui defendimus ut Thesseram Scholæ. *Tertia* classis contendit Propositiones de futuro contingenti non egere verificativo præ-

præsenti. Eamus per classes singulas Objectionum:

§. I.

CLASSIS PRIMA OBIECTIONVM:

Argumẽtum commune

88 OBjicies primò: Ad veritatem, & denominationem præteriti nihil requiritur de præsenti: ergo neque ad denominationem, & veritatem futuri. Paret consequentia ex rigore paritatis, quidquid Thomistæ clament, ut pressi *nu. 26.* Antecedens probatur: nam eò præcisè quòd res extiterit, & modò non sit, res est præterita; sed rem fuisse, & modò non esse, non est aliquid de præsenti: ergo. Confirmatur. Eo præcisè quòd res existat cras, & non existat hodie, hodie est futura: hodie enim verè dicis quòd existet cras; sed ut sit cras, hodie non requiritur aliquid, sed cras: ergo ex præciso non esse nunc, & esse postea, denominatur futura. Vigetur expositione terminorum: suppone quòd cras consensus existet, & quòd modò non sit; & præscinde à quocumq; alio. Iam sic: inintelligibile est, quòd existat consensus cras, & modo non existat, quin modò sit pro crastino futurus consensus: atqui præcisis quibuscumque, eòipsò quòd existat cras, cras existit per seipsum: ergo præcisis quibuscumque per solum id quod existet cras, est verum quòd existet. Atqui unicè existet per existentiam crastinam: ergo.

Solvitur

89 Respondetur. Et argumento nego antecedens: eadem enim est ratio de Præteritione, ac de Futuritione: imò potior de præteritione est ratio: nam præterita semper relinquunt aliquod vestigium sui. Ad probationẽ distinguo Majorem: eò præcisè *ex parte rei*, concedo: eò præcisè *ex parte veri*, nego majorem. Verissimum est ex parte rei præteritæ sufficere ad denominationem & veritatem præteriti, quòd res fuerit & modò non sit: id quod nunquam negavimus Adversariis: at quòd res fuerit, & modò non sit, nequit esse de præsenti verum, nisi veritas hujusmodi præsens sit, postulans quidem, non *ex parte rei*, sed *ex parte sui* aliquid de præsenti. Ad confirmationem distinguo majorem: eo præcisè *ex parte rei*, quæ dicitur futura, concedo; eo præcisè *ex parte veri*, nego majorem: nam hoc præscindere nequit à veritate, ut *nuper* dicebam. Eadem enim ut ubique doctrina est. Ad alteram confirmationem, admitto suppositionem implicantem in terminis: nam si supponis veritatem, quomodo præscindere vis ab omni conceptibilitate: nam veritas aliquid est. Igitur distinguo: inintelligibile est, rebus *ut accidunt*, concedo. Rebus, *ut pugnatur esse*, nego: & applica doctrinam.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Laborat falsâ suppositione, & petitione Principii.

90 Objicies secundò ex P. Herrera *quæst. 10. de Scientiâ Dei sect. 4. à nu. 35.* *Extiturum esse Consensum* v. g. est futuritio Consensus; sed *extiturum esse Consensum*, non est aliquid de præsenti: ergo neque futuritio. Major, & consequentia patent: Minor, quamvis *ex terminis nota*, probatur: *Extiturum esse Consensum* est præcisè extiturum esse aliquid; sed præcisè extiturum esse aliquid, non est existere aliquid de præsenti: ergo. Confirmatur. Eomodo quo datur constitutum per aliquam rationem adæquatè constituentem, datur & ratio illa adæquatè constituens; sed futurum non datur de præsenti, sed dabitur: ergo nec illa ratio adæquatè constituens, quæ futuritio est. Vigetur *ex nu. 36.* Quælibet denominatio eâ ratione exigit formam, quâ requiritur forma ad formalem effectum denominationis; sed effectus formalis denominationis futuri non exigit formam de præsenti: ergo nec denominatio. Minor probatur: effectus formalis hujus denominationis *futuri* non est effectus præsens, sed futurus; sed effectus futurus non exigit formam præsentem, sed futuram: ergo nec effectus formalis futuri. Hæc objectio est purè vocalis.

Aliud ex P. Herrer.

91 Respondetur. Concessâ majori, nego minorem: *Extiturum* enim *esse Consensum* est præsens veritas quòd res erit, necessariò reducenda ad connexionem aliquam præsentem: sicut *cognitum esse Consensum* est præsens existentia cognitionis: & nihil aliud: sunt enim hæc concreta, *Vox, & non res; secundum dici, & non secundum esse*, ut dixi loco jam citato de Moralitate. Ad probationem minoris tam procul à *per se notâ*, concedo majorem; vel distinguo, claritatis gratiâ: est præcisè aliquid extiturum esse *adjectivè*, seu aliquid extiturum: nego:

Solvitur, Vi purè vocale.

1.2. Tract. de Bon. & Mal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

est præcisè aliquid extiturum esse, *substantivè*, id est, hæc veritas extiturit ionis, concedo: idquè est per se notum: nam *extiturum esse consensum*, non est præcisè aliquid extiturum, sed est Veritas quòd res existet. Et nego minorem: quia licèt *extiturum esse aliquid*, non sit de præsenti *existere aliquid rei extituræ*, (quod bene dicunt esse per se notum) at necessariò est existere de præsenti aliquam veritatem, quæ est ipsa futuritio, & extiturio: quod æquè videtur per se notum.

92 Ad primam confirmationem hærentem vocibus, admissâ majori, (salvâ distinctione concretorum *secundum dici, & esse*:) distinguo minorem: secundùm statum futuritionis, nego: secundùm statum præsentialitatis, & existentiæ, concedo, & nego consequentiam. Distinguant Recentiores: *aliud* est, quod erit: & hæc est præsentialitas, & existentia: hæ denominatur futuræ: *aliud* est, esse futurum, seu denominatio futuri; & hæc non est futura, sed futurizans de præsenti. Ad secundam negetur minor, (salvâ semper veritate quod futuri denominatio non sit *concreta*, nisi *voce*, *& secundum dici*. Ad probationem nimis pueriliter ludentem: nego majorem. *Aliud* enim est id quod denominatur: & hoc non est præsens, sed futurum: quod verò denominatur non est effectus formalis resultans à ratione denominante. *Aliud* est denominatio resultans à formâ denominante, & hic est formalis effectus. Hic autem non est futurus, sed præsentissimus, ut de præsenti verum est, *quòd* erit.

93 Vide similem æquivocationem in exemplo sic arguentis: Effectus formalis hujus denominationis, *mundus exclusus, & impeditus*, non est præsens, sed exclusus; atqui effectus exclusus non habet esse existens: ergo & effectus ille formalis. Quid ineptum magis? Igitur sicut effectus formalis in hoc casu non est *exclusus*, sed *exclusi*; & effectus formalis albedinis, non est *albus*, sed *albi*: ita effectus formalis, de quo est quæstio, non est *futurus*, sed *futuri*.

Aliud ex P. Herrer.

94 Objicies tertiò: ex eodem operosissimè disputante *à num. 37. quæst. citatæ, adusque num. 60.* Non requiritur aliquid actu absolutè existens, ut adæquatum constitutivum hujus effectûs formalis: Consensum esse futurum; neque ut inadæquatum constitutivum per modum formæ: ergo nullo modo: ergo Futuritio non est aliquid de præsenti. Consequentia est bona. Antecedens habet partes duas. Secundam probat *à num. 56.* sed eam frustrà: nam labor est in primâ parte, quam proinde probat *à num. 38.* sic: Qui præcisè affirmat consensum futurum esse, præcisè affirmat futuritionem; sed qui præcisè affirmat consensum futurum esse, non affirmat præcisè aliquid de præsenti: ergo futuritio non est aliquid adæquatè de præsenti. Discursus est legitimus. Major patet: quia qui affirmat consensum futurum esse, affirmat ipsummet *futurum esse*: at *futurum esse* est tota futuritio. Minor autem ostenditur *à num. 41.* Qui affirmat, quòd consensus erit; affirmat consensum futurum esse; sed qui præcisè affirmat quòd consensus erit, non affirmat aliquid de præsenti: ergo. Majorem latè probat *à num. 42.* summa est in *num. 44.* Quando dico, consensus erit, affirmo consensum: non de præsenti, nec de præterito: ergo de futuro. Sed affirmo consensum futurum esse: ergo.

95 Confirmatur. Idem est objectum hujus propositionis: *Consensus erit*, ac istius; *Consensus est futurus*: Atqui hujus propositionis objectum: *Consensus erit*, non est aliquid de præsenti: ergo neque istius: *Consensus est futurus*. Modò sic: atqui objectum hujus propositionis: *Consensus est futurus*, est ipsa futuritio: ergo futuritio non est aliquid de præsenti. Hoc argumentum ita multis visum est efficax, ut censuerint *insolubile*. Ego verò puto omninò grammaticale, & plenum æquivocatione terminorum.

Visum insolubile. Sed Immeritò.

Nota.

96 Noto hanc propositionem: *Consensus est futurus*, dupliciter accipi posse. Primò *vulgariter*, & sensu purè grammaticali. Secundò *philosophicè*. Sumpta *Philosophicè* est propositio de præsenti, licèt signatè sit de futuro; non minùs ac ista: *Consensus est cognitus fore*. In hoc sensu stricto, & philosophico, differt ab illâ, *Consensus erit*: nam illa est propositio exercitè de futuro ex parte modi: non, illa: unde licèt una ita æquivaleat alteri, ut ex identitate verificativi penès utramque, una rectè inferatur ex alterâ, non tamen sunt ejusdem modi, nec ejusdem objecti, sed diversissimi; quantumvis verificativum utriusque sit idem. Sume exemplum in his: *Petrus non est albus; datur in Petro carentia albedinis*. Prima, & secunda sunt grammaticè, & quoad sensum eædem: logicè verò, & philosophicè sunt diversissimæ ex parte modi, & ex parte objecti. Sumpta *vulgariter*, & grammaticè est eadem ac ista, *Consensus erit*: & non est oratio ex parte modi de præsenti, sed de futuro, & unicè attingit existentiam, modo affirmandi de futuro.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Secundò:

Salvitur primò:

97 Respondeo jam primò, & sumendo hanc propositionem in philosophico sensu quem explicui: *Consensus est futurus*, nego antecedens quoad primam partem. Totum enim constitutivũ hujus denominationis, *Consensus futurus*, existit de præsenti: sicut & istius: *Consensus cognitus*. Sunt enim hæc concreta *secundum dici*, non verò *secundum esse*: unde licèt vox sit concreta; esse tamen non est concretum, ut sæpè monui. Ad probationem partis negatæ, concessâ majori, negetur minor, ad probationem istius nego majorem: vel distinguo: affirmat consensum esse futurum, formaliter, & modo dicendi de præsenti, nego: æquivalenter, & modo dicendi de futuro, concedo. Sicut qui dicit *Petrus non est albus*, non dicit formaliter, sed æquivalenter existentiam carentiæ albedinis. Advertant Adversarii diversitatem propositionum, *Consensus erit*: & *Consensus est futurus*: & ne mirentur mirari nos tantam satisfactionem quâ disputant in re mille exemplis patentissima.

98 Ad confirmationem nego majorem: objectum enim hujus, *Consensus erit*, sola est existentia consensûs attacta modo dicendi de futuro; atque adeò verificata per futuritionem consensûs quam nò attingit: Objectum hujus, *Consensus est futurus*, est futuritio de præsenti affirmata de præsenti de consensu, qui non est, sed denominatur fore per illam denominationem, quam de præsenti attribuit. Nec mirentur hanc doctrinam, quam negare non possunt in his: *Petrus non est albus: datur carentia albedinis in Petro*. En judicia æquivalentia: & ejusdem verificativi: diversissimi tamen objecti: Nam hæc *Petrus non est albus*, solùm attingit albedinem: & quia attingit modo dicendi negativè verificatur per carentiam albedinis, quam ipsum non tangit.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Secundò:

99 Respondeo secundò, & sumo hanc propositionem, *Consensus est futurus*, in sensu dicendi de futuro purè grammaticaliter; & sic nego iterum primam partam antecedentis. Ad probationem nego majorem. Ratio est: quia est modus dicendi existentiam consensûs de futuro: unde tota energia futuritionis nò est ex parte objecti, sed ex parte modi: non aliter, ac cùm dicimus: *Consensus erit*. Sume exemplũ ab actu: *Petrus non est albus*: qui negationem habet ex parte modi, non verò ex parte objecti per ipsum attacti. Quare sicut iste habet verificativũ distinctum ab objecto quod tãgit, nempè negationem: ita & ille, nempè futuritionem existentem de præsenti. Ad confirmationem, stando eidem sensui propositionis, admitto reliqua, & nego minorem subsumptam. *Nec dicas*: qui affirmat consensum futurum esse, affirmat ipsum esse futurum: distinguo enim: qui affirmat modo dicendi de futuro, nego: qui dicit modo dicendi de præsenti, concedo: sicut qui dicit Petrum non esse album, modo dicendi negativè, non dicit non esse albedinis: hoc dicitur æquivalenter, non formaliter modo quo dixi supra *num. 96.*

Aliud ex P. Herrer. ab absurdo.

100 Objicies quartò ex eodem *num. 49. 55 & 56.* magnum absurdum colligente sic: si futuritio esset aliquid de præsenti v. g *Actus Divinus*, Deus cognoscens consensum esse futurum, sive absolutè, sive conditionatè, nihil cognosceret extra se: id est absurdo majus: ergo & illud ex quo fit. Minor patet: quia Deus cognoscit omnia secundùm esse formale singulorum. Sequela probatur. Deus affirmans consensum futurum esse, nihil affirmat præter futuritionem; sed futuritio adæquatè distinguitur ab esse Creaturæ: ergo Deus affirmans consensum esse futurum, nihil affirmat præter id quod adæquatè distinguitur à creaturâ: ergo nihil cognoscit extra se.

Non præmit.

101 Hæc objectio levis est. *Nota*, Deum non cognoscere modo, quo nos per compositionem, aut rendentias de futuro, aut de præterito: hæ enim sunt imperfectiones mentis nostræ. Cognoscit objecta per simplicem intuitum perfectissimum, nempè futurum consen-

sum

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã p.m. tract. 1. de Deo sciente.

sum per intuitum simplicissimum existentiæ consensûs pro instanti *A* v. g. in quo ponetur, ita infallibiliter connexum cum eâ existentiâ, ut omninò repugnet eam Scientiam ab æterno præcedere, & hanc existentiam vel absolutè, vel conditionatè non subsequi in tempore, juxta modum Divinæ Scientiæ. Igitur Deus, simplici hoc intuitu, penetrans pro singulis temporum differentiis, existentias contingentes rerum, ponit in rebus metaphysicum nexum æternum cum eisdem, & consequentem quandam necessitatem ut sint; atque adeò eo ipso modo cognoscendi eas existentias, de præsenti denominat infalliblliter extituras. Vide modò, quàm procul sit à sententiâ nostrâ imaginatum illud absurdum.

Solvitur: Primò:

10: Respondetur in formâ: primò nego sequelam. Ad ejus ostensionem nego majorem: futuritionem enim, cognoscendo ponit: non quidem eam affirmat, nisi quatenus reflectit in suosmet actus. Affirmat quidem existentias rerum pro tempore, quo erunt, aut essent; exque illo Divinæ Scientiæ nexu manent cum denominatione infallibiliter extiturarum. *Secundò:* nego iterum sequelam. Ad probationem distinguo majorem: nihil affirmat præter futuritionem de consensu, concedo: nihil affirmat præter futuritionem, præcisè, nego. Itaque satis patet hallucinatio quâ vellem ego probare non cognosci à me Petrum, si iemel faterer, aliquid à me affirmari de Petro ipso. Si ergo Deus affirmans consensum esse futurum, id affirmat de ipso esse formali consensûs, quod erit, quomodò non agnoscit consensum secundùm *esse formale*, quod habebit in se, dum sit?

Aliud ex eodem Solvitur.

103 Objicies quintò: ex eodem, *num. 57. & 58.* Actus Divinus, in quo ponitur futuritio, vel connectitur cum existentiâ crastinâ Antichristi, vel non? Secundum dici nequit. Si ergo primum: vel connectitur cum eâ existentiâ, ut futurâ: vel cum eâ existentiâ ut præsenti? Si secundum: ergo de præsenti est Antichristus. Si primum: ergo supponitur ex parte objecti futuritio. Respondetur. Connecti quidem eum actu cum existentiâ Antichristi, quam ex connexionis modo denominat extiturâ. Itaq; connectitur cum existentiâ præsenti pro instanti cui præsens erit: & pro instãtibus, quibus nõ est præsens, præsentem futuritionem apponit. Aliaquæ solent objici, dilui *loc. cit. de moralit.*

Vide t. 2. de Bon. & Mal.

§. II.

CLASSIS ALTERA OBJECTIONVM EX principiis Scientiæ Mediæ.

Sextum Argumẽtum ex P. Herrera.

104 Objicies sextò: & ex hoc capite, primò ex Patre Herrerâ, *quæstione citatâ, sect. 6. ànum. 68.* sic: si futuritio conditionata, seu ista veritas: *Si Petrus vocetur Auxilio A, consentiet*, constituì debet per aliquod præsens, cessat tota probatio Scientiæ Mediæ à ratione petitâ: *id nequit admitti*: ergo neque ex quo sequitur. Sequela probatur: Probatio Scientiæ Mediæ constitit in eo, quòd posito auxilio sit evidens, fore, aut non fore consensum: nam quodlibet pro quâlibet differentiâ temporis, & sub quâvis conditione est, vel non est: atqui si futuritio conditionata sit aliquid præsens, non manet adeò certum hoc principium: ergo. Major inter nostros Authores est certa. Minor probatur: nam si futuritio sit aliquid præsens, *ideò consensus erit, quia modò existit aliquid cũ eo connexum*: si autem non erit, ideò non erit, quia modò existit aliquid connexum cum eo, quòd non sit posteà: atqui existere modò aliquid connexum cum eo quòd consensus sit posteà; & existere modò aliquid connexum cum eo quòd consensus non sit posteà, non sunt contradictoria. Certè non est evidens requiri tale connexum, ut consensus sit posteà: ergo.

Confirmat. Primo.

105 Firmat argumentum primò *à nu. 70. adusque 72.* Iuxtà nos, ut consensus sit cras extiturus, idque sit verum, præter existentiam consensûs correspondentem diei crastino, requiritur hodie aliquid connexum cum eâ existentiâ crastinâ: ergo ut probetur consensum fore cras, non sufficit probare ex illo evidenti principio: *Quodlibet pro qualibet differentiâ, &c.* Quòd consensus erit cras: quia ex hoc non infertur, quod apud nos est futuritio, & veritas, nempè aliquid de præsenti connexum cum consensu. *Secundò.* Firmat secundò: Vel ut Petrus sit cras extiturus, sufficit quòd cras determinatè existat; vel non sufficit? Si secundum: præter quàm quòd est contra lumen rationis; fit, non ostendi satis, quòd consensus sit determinatè extiturus cras ex eo quòd determinatè cras existet. Si primum: *ergo esse cras extiturum*, non involvit aliquid de præsenti. Hæc imbecilla sunt: & debuisset Herrera fortiùs armare contra præclaros Authores Societatis manum, quando bellum indixit adversus ipsos quasi juratos hostes Scientiæ Mediæ.

Excedit.

Solvitur Argumẽtum.

106 Respondetur: Ad argumentum: nego sequelam. Ad probationem admissâ majori, nego minorem: Ad probationem istius, nego majorem. Non enim *ideò* consensus erit, *quia* modò existit aliquid cum eo connexum, licèt in eâ connexione præsenti stet futuritio. Ratio est: quia *ea causalis* denotat vim determinativam in nexu præsenti respectu consensûs: quod omninò est falsum: quia æterna futuritio, quâ consensus denominatur futurus, determinativè existit ab æterno ratione consensûs, ut *suprà* dixi. Si verò ea causalis unicè sumatur *in subsistendi consequentiâ*, & in vi logicæ illationis, quasi dicendo: *Existit modò aliquid connexum cum existentiâ crastinâ consensûs: ergo cras existet consensus*, admitto majorem, & nego minorem: Primò: quia necessitates ad contradictoria se mutuò excludunt æquè ac ipsa contradictoria. Secundò: quia ex contradictione, & simultaneâ impossibilitate veritatum de existentiâ, & non existentiâ consensûs crastini, optimè arguitur contradictio, & impossibilitas simultaneæ veritatis de extituritione, & non extituritione, in quocumque constitutæ. Tertiò: quia si ex principio: *quodlibet est, vel non est*, elicitur evidenter, fore, aut non fore cras consensum, legitimè infertur ex eo principio: modò esse verum quòd existet, aut non existet. Hæc autem veritas, & extituritio modò est.

Suprà à nu. 20. & 66.

Et confirm Prima.

107 Ad primam confirmationem: Fateor pro veritate quòd res erit, requiri diversam veritatem ab eâ, quòd res sit: id quod est evidens naturæ lumine: & nos non aliud dicimus: eæ veritates sunt separabiles, & connexæ non mutuò. Quid inde contra nos? Igitur concesso antecedente, nego consequentiam: nam, ex principio, quo probetur necesse esse, quòd consensus cras sit, vel non sit, legitimè hodie colligitur verum esse, quòd cras sit, vel non sit. Hoc autem verum, quod colligitur hodie, quid aliud est quàm necessitas aliqua consequens, ut sit cras? Veritas enim, quòd eras erit consensus, est connexio cum eo quòd sit eras: si ergo colligitur per vos veritas, quomodo colligi negatur connexionem?

Et secũda.

108 Ad secundam dico, ut Petrus sit extiturus cras, sufficere ex parte Petri quòd cras existat; at requiritur ut sit hodie verum. Implicat enim, quòd cras sit verum per existentiam crastinã quòd existit, quin hodie sit per futuritionem verum quòd cras erit. Aliquid ergo involvit de præsenti veritas, quòd cras consensus erit. Ratio est: Non enim est aliquid verum, nisi per id quod est ejus veritas: ergo *extiturum esse cras consensum* præcisè per existentiam sui crastinam, idem est, non quidem, ac dari crastinam existentiam, sed actu dari modò istam veritatem. Hæc autem veritas est extituritio præsens: quâ nunc verum est, sufficere cras ad existentiam consensûs, quòd præcisè consensus existat. Advertant benè Recentiores terminos datæ solutionis: ne toties similibus argumentis exultent.

Septimum ex eodem factiosè disputãte sine fundamento.

109 Objicies septimò: ex eodem Authore *num. 75. citatæ quæstionis.* Nam fundamenta, quibus nititur ista futuritio realis præsens, sumpta sunt ex Authoribus negãtibus Scientiam Mediam: contra quos unanimis Iesuiticæ Scholæ Doctrina contendit nihil de præsenti requiri pro veritate Propositionum de futuro, ne si Verificativum, aut determinativum admittat de præsenti, cogatur admittere prædeterminativum. Et certè, *ait*, consequentiùs se gerunt Thomistæ, quàm Authores realis istius futuritionis. *Ego* imprimis non video, quo hæc dicantur animo, aut fundamento. Deinde plurima & ferè omnia fundamenta ad admittendam efficaciam Auxilii in actu primo, fumunt Thomistæ ad asserendam prædeterminationem; ob id illa sunt falsa, & cassa? Insuper ex eisdem fundamentis alius benè, alius malè colligit. Præterea sunt nobis specialissima fundamenta, quæ *suprà* jecimus. Ad hæc, discrimi-

Solvitur.

A nu. 67.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. & à nu. 17

crimina sententiarum sunt patentissima, earumque momenta diversissima, ut patet ex dictis *à num.* 17. Demum cur confundit Adversarius *Verificativum*, & *Determinativum*, nisi ad conciliandam invidiam opinioni? Respondeo ergo negato quod assumitur, vel eo permisso, nihil probari.

Aliud Principale ex Pat. Herrerâ.

110 Objicies octavò: & quidem principaliter ex eodem Authore *num.* 77. qui supponit Scientiam Dei contingentem, esse consequentem ad ipsa futura. Colligit exinde primò *num.* 78. Scientiam eam Dei habere pro determinativo objectum liberum, seu actum Creaturæ quem attingit. Secundò: *num.* 79. esse impedibilem pro libito Creaturæ, alioqui non maneret Creaturæ libertas. His positis arguit *num* 80. sic: Hæc principia, quibus stat tota Schola Societatis, ruunt, nisi futuritio ponatur in rebus intrinseca, & distinguatur à quocumque nexu præsenti: ergo nostra sententia fugienda est. Antecedens probatur: quia si futuritio stat in ipsâ Dei Scientiâ, Deus realiter non videt consensum, nisi *quia* ipse videt, non autem *quia* consensus erit: ergo Scientia Dei non fundatur, neque consequitur ipsum consensum entitativè, & exercitè sumptum: ergo consensus entitativè, & exercitè sumptus non præcedit ad Scientiam Dei: ergo Scientia Dei non determinatur, nec impediri potest à Creaturâ per consensum suum. Hæc urget, satis obscurè *num.* 82. *& 83.* & sunt verissima, si verum sit antecedens, quod probat *nu.* 81. Deus videt consensum esse futurum, *quia* consensus est futurus: sed consensum esse futurum est de præsenti cognosci à Deo, seu dari connexionem cum existentiâ consensûs sitam in ipsâ Scientiâ Dei, per nos: ergo Deus videt consensum esse futurum, *quia* videt.

Confirmat.

111 Vrgetur. Hæ sunt veræ propositiones in Scholâ Societatis: Non *ideò* consensus erit, *quia* Deus scit: imò *ideò* Deus scit, *quia* consensus erit. Iam sic: ergo futuritio præcedit ad Scientiam Dei. Patet consequentia, si enim futuritio non præcederet, quomodo stare posset veritas harum causalium propositionum? Proceditur igitur: ergo futura in *esse futuri* præcedunt ad Scientiam Dei. Sed nequeunt præcedere futura in *esse futuri*, nisi præcedat futuritio: ergo futuritio præcedit: ergo se tenet ex parte objecti: ergo distinguitur à Scientiâ Dei. Hæc objectio, quæ multis visa est convincens, mihi probat, si quidquam probat, status objectivos, quos communiter rejicimus, & nos rejecimus suprà *à num.* 42.

Objectio visa difficilis quid probet?

Principia Scholæ non sine explicantur.

112 Noto primò: Ea tria principia esse verissima, nempe Scientiam contingêtem Dei esse posteriorem objecto suo; atque adeò ab ipso determinari & ratione ipsius esse evitabilem à libertate Creaturæ. *Fateor*, in his volvi Cardines doctrinæ nostræ. Verùm hæc posterioritas, hæc determinabilitas, & hæc evitabilitas, quam concedimus Divinæ Scientiæ respectu objecti contingentis, solùm est respectu existentiæ absolutæ, sive simpliciter, sive positâ conditione, sub quâ affirmatur fore. Itaque dum dicimus, Scientiam Dei esse posteriorem objecto futuro, sumitur futurum *specificativè* pro existentiâ, quæ erit, & quæ nunc denominatur futura. Ratio est primò: quia tota posterioritas Scientiæ consistit in conditione libertatis objecti sui: hæc autem libertas immediatè competit existentiæ & exercitio actûs liberi. Secundò: quia etiam juxta adversarios, licèt futuritio consistat in *non esse nunc, & esse postea*, tamen determinatio, antecessio, & potestas evitandi Scientiam, non competit huic complexo negationis rei, & existentiæ, sed existentiæ, quæ futura est.

Quâ ratione nexus objecto posterior Scientia Contingens? Suprà nu. 50. & infrà lib. 5. à nu. 154.

113 Noto secundò: hanc posterioritatem Scientiæ ad objectum, non esse in genere *originis*, nec *naturæ*, sed *puræ determinationis*, ut *suprà* dixi, & *inferiùs* explicabitur agendo *de determinativo Scientiæ Mediæ*. Quare solùm est attemperatio Scientiæ ad naturam, & conditionem objecti quod intuetur, ita ut nunquam ea Scientia existeret in Deo nisi ratione consensûs liberi creaturæ, qui erit ex libito ipsius creaturæ. Vnde vis determinandi, quam habet objectum respectu Scientiæ Dei, non requirit ullam prioritatem essendi, aut existendi: sed immunitatem ab alienâ prædeterminatione: eò enim ipsò, si existit, existit ex libito creaturæ; & quidquid connexum præextitit ad ipsum, præextitit sine vi prædeterminandi, & attemperatè ad conditionem ipsius: & *hoc* est *in re* Scientiam

Quid significent Ideò, quia, in puncto nostro?

Dei esse consequentem objecto suo.

114 Noto tertiò: Has causales: ideò Deus scit consensum fore, *quia* Consensus erit: & *non ideò* erit consensus, *quia* Deus scit, significare prærogativam libertatis nostræ: unde sub ly *ideò*, & *quia* solùm excluditur à Patribus, & Theologis à Scientia Dei respectu consensûs, prioritas inimica libertati; nempe vis determinativa. Quare eæ propositiones sunt verissimæ, *ly ideò* & *quia*, significantibus prioritatem determinativam, quam *num. præcedente* tetigi. Et quia eæ particulæ communiter reddunt hunc sensum, & præsertim in materiâ libertatis, ideò sine ulteriori explicatione admittuntur, & admittendæ sunt. Nihilominus si ly *ideò* & *quia* purè denominativè aut constitutivè sumantur, possunt esse falsæ, & reipsâ sunt in re nostrâ, sine ullo præjudicio libertatis. Sume exemplum in his: in Deo non ideò datur Scientia, quia Deus scit, sed ideò datur quia res erit. *En causalem*, quæ, in sensu determinativo, est vera: in purè denominativo, & constitutivo, est falsa, ut patet. Præjudicium verò libertatis unicè venire posset à falsitate causalium in sensu determinativo.

Objectionis æquivocatio.

115 Noto quartò: totam æquivocationem Adversariorum, (quæ maxima est,) in eo esse, quòd, dum dicimus: *ideò Deus* scit consensum fore, *quia* Consensus erit, & non econtrà: Sumitur *ly erit* reduplicativè, & pro statu futuritionis: si enim sumeretur *specificativè*, & pro existentiâ rei, quæ futura dicitur, nulla esset æquivocatio: redderet enim illa Causalis hunc sensum: *Existentia æterna Scientiæ Dei est propter, & ratione temporalis existentiæ consensûs*: non verò & econtrà: nam Natura consensûs, dum est liberè, est existere exercendo per seipsum primam sui determinationem in rebus. Igitur in illis propositionibus non afficit ly *quia* futuritionem, neque futurum reduplicativè ut futurum; sed existentiam rei, quæ dicitur futura. Nos verò, circa futura cùm loqui non possimus nisi per verba de futuro, ad explicandam independentiam actûs liberi à Scientia præsenti, exprimimus ipsum modo quo circa ipsum tendere solemus, cùm non est, & verum est fore; non quia assignemus futuritionem, ut rationem determinantem, ut patet ex *not.* 1. *à nu.* 113. sed assignando tanquam rationem determinantem ipsam existentiam, quæ, cùm non sit, potest sibi anticipare præsentem veritatem de eo, quòd erit. Iam in forma

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

116 Respondetur, admisso, quòd Scientia Dei sit consequens ad futura, id est ad existentiam exercitam rei, quæ erit; & consequenter quòd determinabilis sit ab objecto suo, & evitabilis: Nego tamen in argumenti limine, futuritionem esse objectum, saltem directum, de quo loquimur, divinæ Scientiæ contingentis, in ullâ Sententiâ. Vnde nec apud Adversarios, nec apud nos, Scientia debet esse posterior futuritione rei, sed Re ipsâ futurâ. Vide *num.* 21. *&* 112. *not.* 1. & ratio est: quia Scientia Dei non determinatur ad expressionem consensûs, à non existentiâ ipsius pro instanti *A*: quæ non existentia est apud Adversarios futuritionis pars.

Solvitur Argumentum.

117 Deinde argumenti nego sequelam, ad probationem nego antecedens, *ly quia* significante vim determinativâ, aut sumpto determinativè. Stat enim optimè denominationem venire à formâ, cujus tamen determinatio ad denominandum proveniat ab objecto denominato, ut patet in denominatione existentiæ craftinæ cognitæ à Deo. Vnde cognoscit Deus existentiam craftinam, *quia* est cognitio, sumpto *ly quia* constitutivè, & denominativè: non verò *quia* est cognitio, sumpto *ly quia* determinativè: idque respondeo in casu nostro.

118 Ad probationem dico, eam propositionem: *Deus cognoscit consensum esse futurum, quia* Consensus est futurus, esse æquivocam ex industriâ arguentis, primò: quia cognitionem divinam format adinstar nostræ: Deus autem non cognoscit sic: sed intuendo existentiam rei pro instanti determinato. Secundò: nam sub *ly quia* apponit consensum, verbis adjectivis significantibus eum ut futurum, cùm tamen determinatio quam importat *ly quia*, solùm comperat existentiæ rei, quæ futura est. Igitur in legitimo sensu concedo majorem, & concessâ minori, nego consequentiam. Vitium est manifestum: nam in majori, *consensus est futurus*, sumitur adjectivè pro existentiâ quæ erit: in minori, *consensum esse futurum*, sumitur abstractè & subsantivè:

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tivè : quare patet terminorum, quibus arguens illuditur, æquivocatio.

119 Ad confirmationem, concedo antecedens, seu claritatis gratiâ, distinguo: sunt verę: *ly quia* sumpto determinativè, concedo : *ly quia* sumpto denominativè, & constitutivè, nego. Et nego consequentiam : nam *ly quia* solùm denotat prioritatem in termino, supra quē appellat: non autem appellat supra futuritionem, ut constat ex *prænotatis*, sed supra Rectum futuri, seu supra existentiam ipsam, quæ futura est, undecumque denominatio proveniat, dummodò salvet prærogativam & immunitatem libertatis in ipsâ existentiâ exercitâ rei, atque adeò jus determinandi seipsam, & omnes connexiones, præcessione durationis, præexistentes, atque adeò futuritionem ipsam sui.

Ann. 112.

§. III.

TERTIA CLASSIS OBJECTIONUM Circa verificativum Propositionum naturalium de futuro.

Ann. 119.

120 Diximus *suprà*, sequendo filum doctrinæ Nostræ, propositiones de futuro, quas naturaliter nos elicimus, verificari de præsenti per id ipsum in quo consistit Futuritio, atque adeò per coexistentiam actûs cum Scientiâ Dei, quæ est infallibilis connexio cum existentiâ rei pro tempore, pro quo extituram dicimus. Adversus hanc doctrinæ partem,

Objectio Nona.

121 Objicies nonò: Forma hoc judicium: *Petrus peccabit cras* & præscinde à quocumque nexu præsenti cum peccato crastino Petri. Iam sic: Vel hoc judicium hodie formatum, est conforme suo objecto, vel non: Si secundum: ergo nunc est falsum. Si primum: ergo verum. Ratio est: quia veritas stat in conformitate actûs cum objecto : falsitas in non conformitate. Confirmatur primò: Vel eras peccat Petrus, vel non? Si Petrus, accedente die crastino, peccat, ecce judicium hodie verum : ratio est, quia ad veritatem sufficit, quòd Petrus peccet tempore importato per copulam. Secundò: Tam impossibile est neque fore, neque non fore rem, quàm neque esse neque non esse : ergo necessariò dicendū est alterutrum. Si ergo supponis fore ut peccet: judicium: *cras peccabit*; est hodie verum, &c.

P. Herrer.

Ex Ribadeneyrâ.

122 Vrget argumentum ex Patre Ribadeneyra, Patre Herrera *a num. 101. citatæ quæstionis*: præcisim à quovis nexu præsenti cum existentiâ crastinâ Petri, aut cum non existentiâ est vera hæc propositio disjunctiva: *Petrus existet, vel non existet cras* : sed hanc esse veram involvit, esse veram aliquam determinatè acceptam ex duabus, quas includit: ergo præcisim à nexu præsenti cum eâ existentiâ, vel inexistentiâ, est determinatè vera vna ex his: *Petrus existet, Petrus non existet*. Consequentia est bona. Major certa. Minor probatur: nam ex disjunctivâ fit legitimè descensus ad unam ex cathegoricis inclusis.

Solvitur.

123 Respondetur, & in primis ad argumentum, factâ eâ suppositione præcisionis à nexu præsenti, dico, illud judicium sumptum secundùm se, esse conforme, conformitate repræsentationis, & picturæ indifferentis, ut objectum sit, vel non sit, ut repræsentatur ab actu ; non verò esse conforme, conformitate connexionis cum objecto, ut ab ipso repræsentatur, neque inconforme, inconformitate connexionis cum eo quòd objectum aliter sit : unde concedo illud judicium, in eâ præcisione, neque verum esse, nec falsum : nam præscinditur à veritate, & falsitate. Veritas enim, seu conformitas veritatis est conformitas connexionis cum eo, quòd objectum sit tempore importato per copulam actûs, quale ab ipso repræsentatur. Falsitas est difformitas connexionis cum eo, quòd aliter sit.

Et confirm.

124 Ad primam confirmationem, dà quòd Petrus peccet cras, & præscinde à nexu præsenti, præscindis à veritate quod cras sit peccaturus : quid ergo mirum, quòd actus in eâ præcisione neque verus sit, neque falsus? Ad probationem fateor ad veritatem actûs sufficere ex parte Petri, quòd cras peccet: verùm & hoc sufficere, & ipsum Petrum peccaturum hodie est verum, & pro iis quæ sunt hodie, non sufficiunt hodie, quæ cras erunt. Ad secundam patet ex his quæ ad primam.

Et instan-

125 Ad instantiam respondet optimè Pater Ribadeneyra : & ejus solutionem

non satis impugnat Herrera, si fortè impugnationem eam tangit. Igitur concedit tur major : quia ad veritatem disjunctivæ sufficit necessitas, ut alterutra vera sit, & impossibilitas, ut utraque sit falsa: illa autem necessitas, & hæc impossibilitas sunt prædicata æterna, & æternæ veritatis de necessitate, quòd unum è contradictoriis existat, & de impossibilitate, quòd ambo coëxistant. Et distinguo minorem: involvit formaliter, nego: illativè: subdistinguo : involvit inferendo esse veram aliquam determinatè per se ipsam, nego : vel per se ipsam, vel ex verificativo extrinseco contingenti, concedo : & nego consequentiam. Nam verificativum disjunctivę est æterna veritas : verificativum verò propositionis disjunctæ, acceptæ determinatè, est veritas contingens : affirmabilis etiā, absente objecto futuro, atque adeò ab eo distincta. Ad legitimitatem autem descensus logici ex vi disjunctivæ sufficit, ut ex vi disjunctivæ utraque disjuncta nequeat esse falsa, atque adeò alterutra debeat esse vera, sive per verificativum præsens contingens, sive aliter. Quare importunè allegatur hùc summulistica descensio.

Decimum Argumentum celebre ex P. Herrera.

125 Objicies decimò ex ipso P. Augustino de Herrera *num. 86. operosissimè* disputante contra nos: Nequit esse verificativum Propositionis, quod non involvitur in ejus veritate ; sed in veritate propositionis non involvitur quidquam distinctum ab objecto propositionis: ergo nequit esse verificativum propositionis, quidquam distinctum ab ejus objecto. Sed in hac propositione: *Petrus peccabit crās*, objectum solùm est Petrus & peccatum crastinum Petri: nullus verò nexus de præsenti : ergo, &c. Difficultas stat in præmissis. Major est evidens: minor probatur. Id solùm involvitur in veritate propositionis, quod affirmo, dùm affirmo propositionem esse veram ; sed tunc nihil affirmo distinctum ab objecto propositionis: ergo. Minor proxima patet : quia affirmare propositionem esse veram, est dicere objectum esse eo modo quo affirmatur à propositione. Major autem probatur: affirmare propositionem esse veram est affirmare dari objectum eo modo quo affirmatur esse à propositione directâ. Hæc adeò clara putat hic Author, ut otiosa sit ulterior probatio.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Confirmat.

127 Illustrat verò argumentum *num. 92. 93. 4. insque 99.* Summa est ex Patre Ribadeneyrâ. Primo: Nam fac, quòd hodie dicam: *Petrus cras peccabit*: & quòd Petrus cras peccet: illicò dicetur me heri *dixisse verum* : ergo quia ad veritatem propositionis de futuro sufficit, ut objectum sit, quale affirmatur, tempore affirmato per copulam. Et ratio est: quia ex eo quod *res sit, vel non sit* propositio est vera, vel falsa, juxta omnes. Secundo : suppone Ioannem v. g. ignorare, imò negare, quòd Deus res decernat, & sciat ab æterno : & audire dicentem me: *Petrus cras peccabit*. Certè si die crastino peccet Petrus, Ioannes lumine naturæ ductus asserer, me verum dixisse : ergo lumine naturæ sufficit ad veritatem talis propositionis, quòd Petrus peccet tempore importato per copulam, sine ullo recursu ad scientiam, vel decretum Dei.

Solvitur.

128 Respondetur. Concessâ majori, nego minorem : nam oppositum est evidens. Vide in his contradictoriis : *Petrus est albus, Petrus non est albus*. En objecta sunt ipsissima in utraque propositione: & tamen veritativa tunc diversissima: nam affirmativæ, est a bedo; negativæ verò, negatio a bedinis. Ad probationem minoris, dico *tripliciter* posse explicari veritatem propositionis. *Primò* physicè, & à priori. *Secundo* metaphysicè, & per conceptum abstractionis. *Tertiò* à posteriori. Igitur dum affirmo propositionem esse veram, affirmare id possum explicando id primo, vel secundo, vel tertio modo. Si primo modo, explicem, attingo formam verificantem, quæcumque ea sit. Si secundo modo attingo eandem, sed sub conceptu metaphysico. Si tertio modo, attingo solùm objectum propositionis, in re præsenti: verum tota veritas propositionis, si affirmari debet, affirmabitur præcisim ab objecto tanquam à re affirmatā, licèt affirmanda sit respectivè ad ipsum objectum.

129 Ad primam confirmationem, fateor, me dixisse verum: quia à posteriori constat extitisse heri veritatem futuritionis, siquidem, quod hodie est, heri verum erat quòd futurum fuisset hodie:

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Suprà nu. 54. 91. & 108.

igitur concesso antecedente, distinguo consequens: sufficit *ex parte rei*, concedo: *ex parte veri*, nego, vide *num.* 54. 91. & 108. Ad rationem adjunctam: ex eo quòd res est, vel non est, vel formaliter, vel respectivè, fateor propositionem esse veram, aut falsam, ut dixi *nu.* 54. formaliter, si objectum existit: respectivè, si objectum non existit: quod enim existit, qualis est propositionis veritas, vel falsitas, non constituitur per aliquid non existens. Ad secundam, admitto suppositionem, & dico Ioannem benè colligere veritatem à posteriori, quidquid sit de constitutivo veritatis: quod impertinens est. Lumine enim naturæ constare res potest, quoad an est; & tamè potest quis errare quoad quid est. Alia opponit *num.* 99. & 100. quæ non egent solutione.

§. IV.

OBIECTIO VLTIMA: VBI QVÆNAM ex his opinionibus sit conformior principiis Scholæ Iesuiticæ.

Vltima objectio, Recentium gratiâ.

130 OBjicies ultimò: Nam hæc futuritio Realis constituta per aliquid de præsenti deviat à communibus principiis Scientiæ Mediæ: novas vias inducit: assumit fundamenta Thomistica: ergo hoc solo titulo rejicienda est. Pro pellendâ hac calumniâ, omninò sufficiunt, quæ ad superiora argumenta, respondendo, dispersimus. Nihilominus

Solvitur.

131 Censeo, (seclusâ opinione futuritionis prædeterminantis, quam extra limina Scholæ nostræ volumus) opinionẽ hanc nostram de futuritione contingenti reali constituta per Scientias Dei, vel absolutâ, vel conditionatâ juxta qualitatem futuritionis, esse reliquis præferendam, eo solò titulo, quòd, conformior sit Scholæ nostræ, & aptior pro Thomistis, & prædeterminatitiis exarmandis, & confundendis. Id quod multipliciter ostendi potest.

132 Primò ex authoritate Doctoris Eximii, & Doctorum magni nominis, quos ex nostrâ Scholâ pro nobis habemus. Vide *num.* 15. & *num.* 87. Secundò: quia imperceptibile est, opponi principiis Scientiæ Mediæ, eum discurrendi modum, qui formaliter adstruit Scientiam Mediam prodiscursu suo. Tertiò: quia juxta futuritionem hujusmodi realem, nullum ens invehitur novum in Scholam nostram; nullum tollitur; sed per ea, quæ omnes admittimus, explicamus veritates rerum, dando significata vocibus, quæ apud nostros commilitones præter sonum, afferunt de præsenti nihil.

133 Quartò: quia ex hoc discursu facilius itur obviam Thomistis, & explicatur transitus rei ex uno in alium statum, ut dictum est *nu.* 66. Id quod sine reali futuritione semper manet obscurum & impugnationi pervium. Quintò: quia sine hoc discursu, futura nequeunt dici, habere aliquod esse contingens, antequam sint, ut oportet ad determinatam veritatem quam in ipsis fatemur omnes. Sextò: quia magis consonum est Scholæ nostræ, ut objecta, quæ futura dicuntur, sibi determinent non solùm primam existentiam, sed etiam æternam futuritionem sui.

DIS-

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

DISPVTATIO XX.

QVIBVS CONVENIRE POSSIT FVTVRI Denominatio?

134 DE rebus successivis, & existentię tẽporalis nõ potest esse quæstio: certum est enim ipsis, (& utique solis) convenire simpliciter hanc denominationem Futuri; nam Futuritio rei simpliciter dicta, *duo* saltem requirit *instantia*: quorum non sit in *primo*; & existat in *altero*. Quæstio vertitur unicè ad res existentiæ simultaneæ, vel æternæ, ex titulo posterioritatis Realis, vel Virtualis: an videlicet ipsis aliqualis Futuritio competere possit: quæ duplex apud Modernos est. Futuritio *simpliciter* talis: de quâ hactenus egimus: & futuritio *secundùm quid*, in præsenti examinanda, vocari solita: *Futuritio virtualis*, vel *Futuritio per rationem*. Et plures circa ipsam à Modernis excitantur difficultates. Prima: Quid sit, & an possibilis? Secunda: an, data possibilis, competere possit Rebus existentiæ simultaneæ, ex titulo Prioris, & Posterioris, ita ut Posterior, respectu Prioris, possit aliqualiter Futura denominari? Tertia: an Divinis Decretis, respectivè ad signum Necessariorum? Quarta: an saltem illis Decretis, quæ in hac vel illâ hypothesi habuisset Deus, & de facto non habet? Quinta demùm: in quo consistat ista veritas conditionalis, vi cujus est verum, quòd talia Decreta habuisset Deus: & an vocanda sit futuritio? Hæc sub aliis titulis fusè Moderni disputant, dum *de futuritione Decretorum, deque modo Divino* ipsa cognoscendi, quæstionem instituunt.

Quæstionis Scopus

Difficultates occurrentes.

Aliter propositæ.

SECTIO I.

FVTVRITIO SECVNDVM QVID, ET per rationem, possibilis est: & ubinam agnoscenda?

Borrull.

135 PRima pars negatur à multis, & communiter à Modernis, quos citat, sequiturque Pater Borrull *de Voluntate d. sp. 10. sect. 2.* Defenditur à Magnis Theologis, quos novissimè secuti sunt Aldretus, & Ribadeneyra *de Scientia Dei*; ille *d. sp. 33. sect. 4.* hic *d. sp. 11. cap. 1.* quibus assentior.

Aldrete. Ribaden.

Authoris Mens.

136 Ratio est. Ad Futuritionem *secundùm quid, & per rationem* sufficit duplex Instans rationis, cum eo ordine prioris, & posterioris, ut in priori sit verum, quòd existet perfectio pro posteriori, sine positivâ carentiâ ipsius perfectionis pro toto instanti reali; atqui pro unico instanti reali, sine positivâ carentiâ Perfectionis, dari potest duplex instans rationis, cum hujusmodi ordine: ergo & dari potest ista futuritio *secundùm quid, & per rationem*. In hoc Syllogismo vertitur tota ratio fundamentalis. Consequentia tenet, & Minor, si termini exponantur, est certa. Instans rationis, est idem, ac signum: & duplex est: alterum objectivum: & alterum, formale. Objectivum, est objectum significatum, secundùm sui constitutivum. Formale, est Actus exprimens tale objectũ. Pone exemplum in libertate, & ejus exercitio. Libertas, cùm à parte rei, distinguatur ab exercitio sui, est signum distinctum à signo exercitii: quæ duo signa, cùm sint causæ & effectus, determinantis, & determinati, atque adeò prius, & posterius, simulque intra idem instans reale sint, patet certam esse minorem Syllogismi.

137 Major ostenditur. Primò à paritate. Nam ad realem futuritionem sufficit & requiritur duplex instans reale eũ ordi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

ordine prioris, & posterioris, quoad durationem: ergo ad Futuritionem secundùm quid omninò sufficit duplex instans rationis, cum ordine prioris, & posterioris, quoad constitutionem, si pro signo Prioris sit verum, quòd alterum existet pro posteriori. Ratio consequentis est: quia si aliud requireretur, nempe positiva carentia Perfectionis existentis pro posteriori; futuritio rationis non differret à reali futuritione: sed implicat Futuritionem rationis à reali non differre; sicut implicat distinctionem rationis non differre à reali distinctione: ergo. Secundò, & est ratio à priori: quia non minùs exigit distinctio realis unius ab alio positivam exclusionem adinvicem, quàm Futuritio realis positivam exclusionem futuri pro instanti, qui futurum dicitur; sed nihilominùs dari potest distinctio rationis sine positivâ exclusione, nempe beneficio mentis præscindentis: ergo sine positivâ exclusione quoad durationem dari poterit beneficio constitutivæ præcisionis, ve. mentis præscindentis Futuritio per rationem.

178 Objicies primò: ad realem futuritionem diei crastini v.g. requiritur, ut in hodierno sit positivè carentia crastini diei: ergo ad formalem futuritionem alicujus perfectionis, requiritur, ut pro signo, quo futura dicitur, sit positivè carentia ipsius. Sed implicat, quòd pro ullo signo sit carentia rei, alioquin existentis in toto instanti: ergo & implicat Futuritio per rationem. Hic est Recentium Achilles, sic vel aliter procedens ad pugnam.

179 Respondetur. Distinguo antecedens: sit positivè carentia, removens diem crastinum à duratione hodiernâ, concedo: ab omni duratione, nego: nam carentia, quam dicit, aut connotat Futuritio rei, non excludit ejus existentiam postea. Distinguo jam consequens: requiritur, ut pro signo, quo futura dicitur, sit carentia removens à simultatè durationis, & instantis realis, nego: à simultate signi, vel instantis formalis, concedo consequentiam. Vt enim ad realem futuritionem sufficit carentia præcisè removens existentiam rei futuræ, pro instanti antecedenti; ita sufficit ad futuritionem formalem exclusio præcisè removens perfectionem pro signo antecedenti: neque enim, ut monui, eisdem omninò constitutivis statuendæ sunt Futuritiones, Realis, & Per rationem.

180 Objicies secundò: Si daretur futuritio rationis, ex vi signorum, Filius Divinus esset futurus per rationem respectu Patris, & lux respectu solis: quæ videntur absurda. Concessâ sequelâ; nego ejus absurditatem cum Ribadeneyrâ, & Aldrete. Dici enim Verbum, non durationè, sed origine quasi futurum, seu futurum per rationem respectu Patris, solùm est Verbum non esse de signo Patris, quod æquè est certum, ac non esse Patrem.

181 Objicies tertiò: Nequit dari futuritio realis, sine reali instantium successione: ergo nequit dari futuritio per rationem sine successione signorum, vel virtuali, vel per rationem. Sed hæc implicat: quod probatur: nam successio dicit, desinere unum adventu sequentis; sed impossibile est quod unum ex duobus signis, desinat, ex accessu sequentis: ergo implicat ista successio. Major patet: & minor probatur: quia ex duobus coexistentibus in toto instanti, nullum ex accessu alterius potest deficere.

182 Respondetur. Concesso enthymemate, nego minorem. Ad probationem, majori concessâ, juxta conditionem successionis, distinguo minorem: implicat quòd unum ex duobus signis desinat, constitutivè, & significativè, nego: coëxtitivè, concedo: & nego consequentiam. Nam ad successionem vel virtualem, vel per rationem, sufficit duo esse signorum cum ordine prioris, & posterioris: eo enim ipso Prius ita quasi occupavit unum signum, ut non transeat ad secundum: quippe sicut non transit ad constitutionem secundi; accessu secundi desinit: quia desinit constituere, & signari. Objectio hæret rigori definitionis realis, removetis rem à toto instanti reali.

183 Objicies quartò: si daretur Futuritio per rationem, hæc veritas deberet esse affirmabilis, pro priori ad signum, in quo perfectio, quæ dicitur futura, existit, & affirmatur: ergo in signo priori, vel medio. Sed hoc implicat: quod probatur. Nam imprimis veritas futuritionis, juxta nos distinguitur à re; vel perfectione, quæ dicitur futura: ergo debet statui in signo priori, vel in signo medio. Non in signo medio: nam est multiplicare signa sine ullo fundamento: neque in signo priori: plerumque enim in signo priori præcinditur à sequenti, ita ut totum signum prius sit signum indifferentiæ: ergo veritas ista in nullo signo statui potest: ergo talis futuritio non est possibilis.

184 Hæc objectio secundam tituli partem attingit: ubinam scilicet agnoscenda sit ista diminuta Futuritio, quâ de loquimur: quam partem definire placet duplici regulâ. *Prima* est: Vbi assignari non potest pro signo priori, nexus aliquis, vi cujus sit affirmabilis aliqua perfectio in signo posteriori, locum non habet Futuritio *secundùm quid*. *Altera* est, inter omnes Perfectiones, sive realiter, sive virtualiter distinctas, servantes ordinem Prioris, & posterioris, ita ut prior inferat determinatè posteriorem, datur locus futuritioni secundùm quid.

Regulæ pro designando: ubi sit Futuritio per rationem?

185 Ratio primæ Regulæ juxta nostra principia est evidens. Implicat enim futuritio, non constituta per aliquid de præsenti, verificativum affirmationis quòd res erit; sed si pro signo priori, nullus sit nexus cum posteriori, nihil est in signo priori verificativum affirmationis, quòd res erit: ergo nulla potest dari futuritio. Ratio secundæ Regulæ est. Nam eòipsò quòd pro signo priori sit nexus aliquis cum posteriori, sive realiter, sive virtualiter distincto, pro signo priori affirmabile est posterius determinatè, & verè; sed non est affirmabile quasi præsens in signo priori, quia talis signi non est: ergo quasi futurum. Ex quibus ad argumentum respondetur, veritatem futuritionis *secundùm quid*, non posse distingui à signo priori: quare si signum prius est omninò indifferens, nulla dabitur futuritio, ut *mox* magis explico.

SECTIO II.

Divinis Decretis absolutè existentibus, respectivè ad perfectiones necessarias Dei, nulla competit denominatio futuritionis, etiam secundùm quod.

Anu. 184. 186 Ratio descendit ex Regulis nuper assignatis. Signum necessariorum, licèt sit prius ad Decreta eo modo quo distinguuntur inter se, est signum summè indifferens ad existentiam Decreti *A*, vel *B* liberè positi à posteriori: ergo in eo signo non est affirmabile: ergo nequit dici futurum. Implicat enim futuritio, sine constitutivo futuritionis.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

187 Illustratur hæc ratio. Primò: Divina cognitio de existentiâ Decreti pro posteriori, vel indistinguitur virtualiter ab ipso decreto, vel subsequitur ipsum, vel comitatur: ergo nequit Decretum ut futurum agnoscere. Patet hæc consequentia: quod enim respectu cognoscentis vel est, vel supponitur præsens, nequit affirmari ut futurum. Antecedens autem, si penetretur, est certum: Nam Divina cognitio de Decretorum existentiâ, est æquè posterior respectu necessariorum, ac ipsa Decreta: ergo vel comitatur, vel subsequitur, vel indistinguitur: quod tertium ipse sentio.

188 Secundò: Determinationes liberæ, tunc possunt ut futuræ cognosci, antequam existant, quando ex præanticipatâ notitiâ non læditur indifferentia ad ipsarum exercitium; sed ex præanticipatâ notitiâ in mente Divinâ circa sui determinationem læditur Divina indifferentia: ergo talis notitia non est possibilis. Tertiò: Implicat futuritio incognoscibilis à summo intelligente, pro signo, quo futuritio est: esset enim veritas incognoscibilis à summo intelligente: Atqui pro signo necessariorum nequit dari cognitio de eo quòd Decreta futura sint: nam pro eo signo nihil potest dari contingens, qualis est notitia Decretorum: ergo neque potest assignari futuritio.

189 Objicies primò: quamvis Decreta sint æterna, ita Deus ea cognoscit, independenter ab ipsorum æternitate, ut esto inciperent in tempore, præcognosceret; sed modus iste cognoscendi, est modus cognoscendi Decreta, quasi futura: ergo cognoscit Deus sua Decreta quasi futura. Hæc objectio non probat Decretorum futuritionem, sed Divinæ mentis summam perspicacitatem. Deinde, si negetur major, non probabitur. Si enim in voluntate Divinâ fingatur semel imperfectio, cur non erit admittenda in mente Divinâ? Insuper nego minorem: modus enim cognoscendi Decreta, ex vi summæ perspicacitatis, nequit ipsa denominare futura.

Objì-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

190 Objicies secundò: Priùs ratione concipitur Deus existens, & potens decernere, quàm decernens: ergo priùs cõcipitur Decreturus, quàm decernens. Confirmatur primo. Pro signo Divinæ Essentiæ non est Decretum: est pro posteriori: ergo est futurum pro signo Essentiæ. Secundò magis distat possibilitas ab existentiâ, quàm futuritio; sed Decretum potest cognosci ut possibile: ergo ut futurum. Tertiò: licèt nostra Voluntas simul possit amare, & amet, tamen Deus cognoscit voluntatem nostram priùs ut amaturam, quàm ut amantem: ergo licèt Deus simul, & ab æterno, decernere possit, & decernat, se cognoscere potest priùs ut decretúrum, quàm ut decernentem.

191 Respondetur. Ad argumentum, concesso antecedente, nego consequentiam: quia pro priori ad Decretum sunt cõstitutiva Possibilitatis; nulla verò esse possunt, futuritionis: nam est signum potentiæ summè indifferentis. Ad confirmationem primam, concesso antecedente, nego consequentiam. Quòd enim pro posteriori existat, nullam anticipat veritatem relucentem in signo priori, nec cognoscibilem. Ad secundam, permissâ majori: & concessâ minori, nego consequentiam: nam pro priori ad existentiam Decreti est summa potestas ad decernendum, verificativa notitiæ, quòd Decretum possibile fit: nullum verò fundamentum est, pro notitiâ affirmante quòd erit: neque mens pro tali signo talem potens habere notitiam. Ad tertiam, concesso antecedente, nego consequentiam. Nam extituritio amoris torâ æternitate præcedit ad amorem, qui erit in nostrâ voluntate: quid ergo mirum, quòd Deus præsciat voluntatem ut amaturam priùs, quàm ut amantem. Nihil autem simile est in Divinâ Voluntate, ut dictum est.

SECTIO III.

DECRETIS DIVINIS, QVÆ SVB HAC, aut sub illâ hypothesi Deus haberet, competere potest denominatio futuritionis secundùm quid.

Explicatio Cõclusionis.

192 EXplico terminos, posteà propositionem probaturus. Certùm est primò: Deum sicut modò decrevit quæ voluit, potuisse aliter decernere: unde fixum consequens est, plura decreta nõ esse in Deo, quæ in Deo possent esse. Secundò: certum est, ex Decretis, quæ Deus liberè desiit habere, habenda plura, si aliter prævidisset. Volo dicere, quòd in hypothesi, quòd aliter vel decrevisset mundum v. g. vel prævidisset, habuisset ab æterno aliud genus decretorum, quæ modò non habet: sicut enim de nobis est verum, quòd in hypothesi libertatis alterius ab eâ, quâ gaudemus, aliter fortè operaremur: de Deo verissimum est in hypothesi libertatis per alias scientias constituturæ, aliter potuisse ipsum decernere, & fore ut decrevisset.

Decreta, quæ Deus haberet, nisi jam habet.

193 Unde illa quæstio: an sciat Deus quæ decreta habuisset, aliter constitutâ hypothesi suæ libertatis, mihi videtur indigna, quæ proponatur: quis enim dicat, Deum si rogaretur, quid decrevisset, responsurum nescire se: scit ergo Deus: & quæstio potest esse sola de modo notitiæ: an nempè sciat ipsa Decreta in seipsis, per notitiam similem Scientiæ Mediæ: an in decreto præsenti, per notitiam similem Scientiæ Visionis. His certis

Varietas conditionum.

194 Adverto, *conditionem*, sub quâ potest esse verum, quòd Deus habuisset decreta, quæ reipsâ non habet, posse excogitari *multiplicem*. *Prima* est ex parte *voluntatis*: v. g. ex suppositione unius decreti; quę Decreta si peraddaret Deus? Secunda est, ex parte *rerum* v. g. si existeret alius mundus, an decreta esset Incarnatio Spiritûs Sancti? vel si Adamus non peccasset; quid statuisset Deus circa Incarnationem Verbi? Tertia est, ex parte *intellectûs*: si Deus v. g. prævidisset aliter; quid gessisset? Omnes istæ conditiones, licèt à Modernis avidè distinguantur, reducuntur ad unicam; quæ *tertia* est. Nam ex parte *voluntatis*, unũ Decretum nequit esse conditio ad aliud: Deus enim in quavis Providentiâ indivisibili ductu decernendi se gerit: nec in Deo simul stare possunt Decreta virtualiter plura, ut *latè* dictum est *in Opere de Incarnatione*. Deinde ex parte *rerum*, nulla potest esse conditio ad Decretum, nisi prægnita: ergo reducitur quæstio ad hypothesim Divinę libertatis per has, aut illas Scientias constitutæ: denuę

Ad unum reducitur.

Lib. 3. disp. 1. totâ.

Decretis, quæ sub hac, aut illa hypothesi libertatis, haberet Deus.

Conclusionis Probatio.

195 Ostenditur jam proposita veritas: Decreta, quæ non sunt, sed essent, habent aliquem veritatis statum, distinctum ab statu præcisè, aut merè possibilium, præteritorum, & præsentium, & absolutè futurorum; ergo sunt in statu conditionatè futurorum. Antecedens est certum: illa enim Decreta aliter sunt affirmabilia, ac prædicata præcisè, aut merè possibilium, præteritorum, & præsentium, & absolutè futurorum, ut est evidens. Consequentia probatur: Nam veritas distincta à præcisè, & merè possibili, præsenti, præteritâ, & absolutè futurâ, necessariò debet ex inductione reduci ad veritatem conditionatè futurorum.

196 Dices, esse statum medium, nempè, conditionatè existentium: unde illa Decreta, quæ non sunt, sed essent ab æterno, nequeunt dici conditionatè futura, sed conditionatè existentia. Contra sic: nam licèt simpliciter ea decreta sint existentia conditionatè, eòipsò sunt conditionatè futura secundùm quid: ergo licèt status ille, simpliciter non sit status futuritionis, est tamen status futuritionis secundùm quid. Antecedens probatur: primò: quia hic status convenit cum futuritione, in verificare carentiam de præsenti, & existentiam pro alio statu: ergo sine reali successione, requisitâ ad esse futuri simpliciter, imitatur ipsam futuritionem: ergo est status futuritionis secundùm quid.

197 Secundò: quia nequit non competere aliqua futuri denominatio, objecto, quod in modo terminandi cognitionem imitatur futura simpliciter; sed ea Decreta sic se habent: ergo habent aliquam denominationem futuri. Probatur minor: nam modus, quo futura simpliciter terminant cognitionem, est ita, ut cognitio aliquomodo præcedat eorum existentiam: sed in nostro casu cognitio, quâ de Decretis hujusmodi Deus habet, aliquomodo præcedit ad eorum existẽtiam: est enim in Deo, quin ipsa decreta sint: ergo ea Decreta imitantur futura simpliciter in eo modo terminandi cognitionem.

198 Objicies. Si Decreta, quæ non sunt, sed essent, dici possunt conditionatè futura, Decreta, quæ pro priori non sunt, & sunt pro posteriori, dici debent absolutè futura. Id implicat, juxta nos: ergo & illud. Sequela probatur: quia omnis denominatio conditionata, posità conditione, redditur absoluta. Respondetur. Negando sequelam: quia ad rationem futuritionis *secundùm quid*, requiritur in objecto aliqua imitatio futuritionis realis, quæ quidem imitatio ex duplici capite competit his decretis, quæ Deus haberet, ut patet ex *numeris præcedentibus*: nulla verò competere potest Decretis absolutis, ut *supra* constitit. Ad sequelæ probationem, distinguo: si denominatio est propria statûs conditionati, nego; aliter, non est ad rem præsentem.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Ad num. 86.

SECTIO IV.

VERITAS CONDITIONALIS, SEV conditionata futuritio circa Divina Decreta, consistit in actu præsenti Divinæ Voluntatis.

In quo Deus certò cognoscat Decreta, quæ haberet?

199 HÆc assertio resolvit quæstionem satis gravem apud Nostros, sic fere disputare: *An, & quomodo cognoscat Deus, ea Decreta, quæ non habet, sed haberet?* Duplex enim opinio est. *Prima*, & communis inter Nostros cum Patre Suarez *lib. 2. de Scientiâ Mediâ cap. 8. num. 5.* defendit, ea cognosci in seipsis à Deo, per scientiam omninò similem Scientiæ Mediæ, id est, independentem ab exercitio libertatis Divinæ actualiter existente, & exercente vim medii. *Secunda* opinio censet, ea cognosci in actuali Decreto, quod quidem vim habet conditionalis veritatis, seu conditionatæ futuritionis: nam eodem indivisibili ductu, quo Deus decernit ea omnia, quæ de facto decrevit, quasi aperit animum circa omnia, quæ in quavis excogitabili penitasi decerneret: unde ait, cognosci à Deo per scientiam, non quidem Mediam inter Naturalem, & Liberam; seu simplicis intelligentiæ, & Visionis, sed simpliciter Liberam, & Visionis. Hæc est mens Patris Ludovici de Molina, (secùs ac aliqui existimarunt,) satis expressa in *editione Antuerpiensi* Concordiæ *quæst. 14. art. 13. disp. 52. vers. illud hoc loco observandum*, novissimè

Sententia communis cũ Suarez.

Sententia vera cum Molina.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scient. Esparza. Cardinal. Esforcia. Hannold.

simè protecta ab Esparza, Sforcia, & Hannoldo, eos citante, & sequente *lib. 1. tract. 1. cap. 3. controversiâ 4. à num.* 318. quibus assentior: & juxta quorum mentem,

200 Ostenditur primò Conclusio. Hypothesis, sub quâ Deus videre deberet sua Decreta conditionatè contingenter, pro priori ad eorum exercitium, est libertas ipsius Dei, sic vel aliter constituta; atqui sub hac hypothesi nequit Deus prævidere sua decreta contingenter conditionatè pro priori ad ipsorum exercitium: ergo prævidere ea nequit conditionatè contingenter per notitiam similem Scientiæ Mediæ: ergo ea prævidet in actuali Decreto, gerente vicem conditionatæ futuritionis. Consequentia secunda benè sequitur: quia non est alius modus cognoscendi Decreta, nisi in seipsis, vel in medio connexo. Prima pendet ex præmissis: quarum major est certa: quia actus liberi prænosci nequeunt, nisi sub hypothesi, habente jus determinandi eorum existentiam: Hypothesis autem gaudens hoc jure determinandi, libertas est.

201 Minor, in quâ est difficultas, probatur: quia hypothesis, sub quâ prævidere deberet Deus sua decreta, est hypothesis constituta per Scientiam Mediam; Atqui sub hypothesi constituta per Scientiam Mediam nequit Deus prævidere Decreta per notitiam similem Scientiæ Mediæ: ergo nequit Deus, &c. Major probatur: quia Divina libertas ad decernendum, solùm variari potest ex denominatione contingenti, aliàs aptâ constituere signum liberratis; atqui sola Scientia Media est contingens denominatio sic apta, ut expendenti constabit. Minor jam probatur. Hypothesis Scientiæ Mediæ talis esse debet, ut ab ejus positione præscindat conditionata notitia: atqui à positione hypothesis constitutæ per Scientiam Mediam, præscindere nequit notitia similis Scientiæ Mediæ. Primò: quia nulla est virtualis distinctio inter *terminationes* Scientiæ Mediæ: nulla autem cognitio præscindere potest à se ipsâ. Secundò: quia ejusdem omninò signi, est, omnis notitia similis Scientiæ Mediæ: quomodo ergo præscindere potest Scientia à Scientiâ signi sui? Tertiò: quia Divinæ Scientiæ non existunt, & conjunguntur casu, sed quasi approbantes coëxistentiam sui per reflexionem sui in se ipsas, & coëxistentes: sed Scientia ita reflectens nequit præscindere: ergo.

Infrà lib. 5. à num. 227.

Ex suprà dictis lib. 1. à num. 182.

202 Ostenditur secundò Conclusio. Deus cognoscit, quæ decreta haberet, aliter constitutus in libertate, vel sub hac, aut illâ libertate: atqui talia decreta præcognoscere nequit in se ipsis, eo modo, quo fatemur eum cognoscere nostros Actus liberos: ergo præcognoscit in actu præsenti suæ voluntatis: ergo futuritio conditionata talium decretorum est præsens quasi animus ipsius Dei. Consequentiæ benè sequuntur. Major, ut certa jam supponitur: quis enim asserat, si rogaretur, quid præstaret in aliâ providentiâ, responsurum Deum, *se nescire?*

203 Minor autem, in quâ est difficultas, ostenditur primò: quia signum, in quo talia decreta prævideret Deus, si prævideret in se ipsis, esset signum libertatis ad ipsa; atqui in signo libertatis ad ipsa Decreta, nequeunt prævideri ipsa in se ipsis: ergo. Minor probatur: quia tale signum est signum omninò præscindens ab ullâ connexione, & determinatione. Secundò ostenditur minor principalis: quia si decreta prævidèrentur conditionatè in se ipsis, prævidèrentur per notitiam utique Deo liberam, & ex propriâ determinatione: atqui talis notitia omninò repugnat, independenter à Decreto determinante: quod probatur; nam determinatio purè intentionalis, solùm est excogitata ratione arbitrii alieni: tum etiam quia libertas, & determinatio, si Dei est, est omninò perfecta: ergo est positiva determinatio, & libertas. Atqui positiva libertas, & determinatio dicit actuale exercitium voluntatis: ergo.

204 Ostenditur tertiò Conclusio: Vel hæc Scientia, quam habere Deus dicitur de Decretis sub conditione habendis, componi potest cum ipsis Decretis, vel non? Si non potest: ergo quia nititur in exercitio voluntatis incompossibili cum Decretis hujusmodi; nam quæ nam alia poterit esse ratio? Non autem posse componi, probatur. Tùm quia prima ratio cur Decreta sint, est ipsa Divina libertas in actu secundo: jam autem esset præsupposita alia ratio, si præcederet Scientia cum ipsis cõpossibilis. Tùm etiam:

etiam: quia necessariò tolleretur libertas immediata talium Decretorum.

205 Et ratio valdè notanda est: quia Divina Decreta, utpotè summè voluntaria necessariò reflectunt in omnes formalitates, quibuscum ipsa coëxistunt, gaudendo esse modo quo sunt: ergo reflectunt etiam in notitiam conditionatam sui, si ipsa est: atqui ipsa notitia in existendo est independens à talibus Decretis: ergo ipsa notitia præsupponitur. Sed est connexa cum ipsis Decretis: ergo præsupponitur ad ipsa Decreta connexio: ergo tollitur libertas: Ista ultima consequentia sic ostenditur: eatenùs illa connexio potest amica manere libertati, quatenùs est per exercitium liberum evitabilis: sed nulla manet in exercitio libertas, ut contendit ratio: ergo.

Infrà lib. 5. à num. 220.

206 Ostenditur quartò Conclusio: quia Deus pro priori ad omne genus Decretorum est plenissimè instructus de omni combinatione possibili, & conditionatè contingenti, pro omni casu possibili: ergo non est cur in signo sequenti non decernat quod reipsâ faciet, & quod faceret. Patet consequentia: quia in Agente providentissimo non est cur differatur resolutio, si nulla notitia deest. Et confirmatur: quia nulla est ratio paritatis, ut, admissâ Scientiâ Mediâ de nostris actibus, admitti debeat de Divinis: quod patet primò: quia Scientia Media de nostris actibus admittitur, ut constituatur Deus perfectissimè providens: quid simile circa suos actus est? Secundò: quia ratio admittendi Scientiam Mediam de nostris actibus, est: quia Scientia æterna de nostris actibus, debet esse attemperata nostræ libertati, & à nobis evitabilis: si ergo Scientia Dei de suis, evitabilis esse debet ab ipso Deo, debet esse evitabilis directè, & perfectè voluntariâ evitatione: ergo debet in proprio exercitio Divinæ libertatis niti. Alia dabimus infrà, *cum de Scientiâ Mediâ.*

SECTIO V.

DEFENDITVR DOCTRINA *præcedens.*

207 OBjicies primò: Deus præcisim ab actuali Decreto conditionatè prænoscit actus Creaturarum: erga & suos. Negetur consequentia. Primò: quia suos prænoscere debet ex propriâ liberrate, & determinatione: nõ item actus creaturæ. Si autem ex determinatione propriâ suos prænoscere debet, satius est ex propriâ determinatione formali & exercitâ directè cognoscere. Secundò: quia hæc præjudicium faceret libertati propriæ, non autem alienæ, *ex terminatione* Conclusionis.

In primâ par. tract. 1. de Deo scient.

208 Objicies secundò, & instabis adversus præcedentem solutionem. Christus Dominus prænotitiam habuit eorum actuum, quos eliciebat, sine præjudicio libertatis: ergo & Deus potest habere suorum Actuum prænotitiam sine ullo simili præjudicio. Antecedens patet: quia Christo Domino conceditur plena notitia eorum omnium quæ Deus per suam triplicem Scientiam habet. Consequentia probatur: quia sicut *ibi* eluditur præjudicium, asserendo illas notitias in Christo Domino esse *merè speculativas*, & nullatenus influentes in actus, quos cognoscunt, independenter à seipsis fieri; ita similiter in Deo asseritur eam notitiam esse *merè speculativam*, & nullatenus præsupponi ad actus, quos vident, concipi independenter ab ipsis: ergo sicut in Christo salvatur plena libertas actuum, non obstanti plenâ eorundem prænotitiâ; ita salvari potest in Deo. Et ratio est: quia eatenus notitia connexa potest obstare libertati exercitii, quatenus ejus libertatem in actu primo constituit, & in ipsum exercitium influit. Hæc urgent *operosissimè* Aldrete, & Nicolaus Martinez, confidentissimè rati, nos *ineluctabiliter* premi, hac paritate.

Instantia visa difficilis.

Aldrete. Nicolaus Martinez. Solv. tur num. 204. & 205.

209 Respondetur. Concesso antecedente, nego consequentiam: & disparitas sumitur ex his, quæ tacta sunt in *ratione tertia* nostræ Conclusionis. Est enim inter actus creatos, & Divinos summa inæqualitas, & disparitas in lineâ voluntarietatis. Actus Creati, (estò sint Christi Domini,) sunt imperfectè voluntarii, & contingenter orti à principio, cui supervenit eorundem prænotitia: unde ista nec influit, nec influere potest in primævam ipsorum existentiam, utique voluntariam, voluntarietate proveniente ex principiis per se requisitis ad ipsos. At Actus Divini sunt perfectissimè voluntarii, & per se gaudentes existere modo

Ex dictis de Incarn. lib 5 disp. 4. à nu. 59.

Magna disparitas inter Actus Christi, & Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

quo sunt: unde formaliter reflectunt in eas prænotitias quibuscum ex ipsorum perfectione existunt: quare cùm una ex prænotitiis, cum quibus ea decreta existerent, esset ea conditionata ipsorum præsciétia; eam utique præsupponerent: atque adeò eludi non potest præjudicium libertatis, ut eluditur in actibus imperfectæ, & limitatę voluntarietatis. Non enim hic locus est *puræ speculationi*.

210 Objicies tertiò: Independenter ab actuali exercitio Divinæ libertatis, est cognoscibile quid decerneret Deus sub hac, aut illâ hypothesi suæ libertatis: ergo independenter ab actuali exercitio Divinæ libertatis datur in Deo Scientia de Decretis, quæ Deus haberet sub hac, aut illâ hypothesi suæ libertatis. Respondetur, negando antecedens: quia independenter ab actuali exercitio Divinæ libertatis solùm est signum indifferentiæ, præcisivum ab omni connexione in utrâ que partem: neque est excogitabile signum, in quo possit concipi talis conditionata prænotitia: non enim est signum aptum, signum necessariorum: neque signum purè contingentium: signum autem liberè contingentium in Deo, est signum Decretorum.

211 Objicies quartò: nam planè ridiculum videtur, velle Deum & decernere, quid decerneret pro quavis hypothesi. Respondetur: non esse ridiculum, sed rationi maximè congruum, ita decernere, ut ipso modo decernendi ostendat animum pro quavis hypothesi, & combinatione, qui omnium comprehensivus est. Nec id est otiari mente, & voluntate; sed liberè reflectere in omnes notitias, quas habet. Otiosum esset, si ea ipsa Decreta, quibus res in alia peristasi rerum Decretutus erat, jam conciperet: sed non ita est.

212 Objicies quintò: quia si in Decreto præsenti prægnoscceret Deus Decreta, quæ in aliâ peristasi haberet, ea Decreta non essent libera: sed hoc est absurdum: ergo non ea prægnoscit in Decreto præsenti. Minor liquet. Et sequela ostenditur sequi: nam Decretum præsens est necessitas & determinatio, ut ea Decreta sint in aliâ peristasi libertatis: ergo ea nequeunt esse libera. Sic discurrit Aldrete contra Molinam, non satis assecutus, (ut vereor) tanti Doctoris mentem. Aldrete.

213 Respondetur. Negando sequelam. Ad probationem, concesso antecedente, nego consequentiam. Et ratio est evidens: quia eatenus unum Decretum potest præjudicare alterius libertati, quatenus sequitur hoc ex illius determinatione: hoc autem sequitur utriusque coëxistentiam. Quod autem nos docemus cum Patre Molinâ, valde diversum est. *Docemus* enim primò, sisea Decreta, quæ nunc non habet, sed haberet Deus, existerent; tunc non extitura ea, in quibus de præsenti cognoscit: non enim sunt composibilia ex Doctrinâ de Actibus liberis præsuppositâ *lib. 1. à nu. 74. Docemus* secundò, si Decretis, quæ nunc Deus habet, exprimi animum circà omnia, quę sub hac, aut illâ libertate conciperet. Vnde infertur, nunquam Decretum ex Decreto quasi nasci, nec inducì unum ab alio, sed unumquodque immediatissimè existere ex propriâ determinatione. Quare vanus est Aldreti timor. P. Ludov. Molinæ Mens. Suprà lib. 1. à nu. 74

214 Objicies sextò: Negari non potest, quòd Deus aliqua Decreta videat per *Scientiam* propriè *mediam*: ergo potest & sua. Antecedens probatur: quia per Scientiam propriè Mediam videt, quòd si Petrus sub auxilio *A* consentiat, existet ex hoc, aut illo Decreto. Respondetur. *Aliud* est videre, ex quo Decreto erit consensus, & auxilium, casu quòd sint: & *aliud* est, videre existentiam Decreti an futura sit, vel non. *Primum* est verum, & spectat ad Scientiam simplicis intelligentiæ penetrantis naturam consensûs, non aliter potentis existere, quàm cum Scientiâ Mediâ de consensu, atque adeò per Decretum ab eâ directum. An verò Deus habiturus sit, necne tale Decretum directum à Scientiâ Mediâ, scit Deus in ipso Decreto, quando habet; vel, si non habet, in Decreto præsenti, quo resolvit, quid sub hac aut illâ constitutione suæ libertatis faceret. Alia quæ fusè hic aggerat Pater Nicolaus Martinez, nullius esse momenti video, si perpendantur, quæ suprà diximus. P. Nicol. Martinez

DIS-

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

DISPVTATIO XXI.

AN FVTVRA PHYSICE SINT PRÆSENTIA Divinæ Æternitati, antequam sint, ut alienæ Mensuræ?

215 SVNT hi thomistici termini: per quos recens Schola Thomistica post Cajetanum, singulariter discurrit. Oportet autem explicare, quid hæc Schola sentiat? nam termini sunt valde obscuri: licèt ipsis ex accessu aliquorum Recentium Authorum ex nostrâ, multum lucis affulserit. Cajetanus.

SECTIO I.

CARDO DIFFICVLTATIS, ET Sententiæ.

Quid primò certò. 216 CErtum est primò: Futura esse Deo objectivè præsentia pro totâ æternitate: quia ea pro totâ æternitate intuitivè cognoscit. Hæc objectiva præsentia à nonnullis dicitur esse *duplex*: in *actu secundo*, & *in actu primo*. In actu secundo, consistit in ipso actu Divinæ Visionis, & intuitionis, quo formaliter sunt præsentia intentionaliter ipsa Futura æterno intelligenti: cum magno discrimine, observato à Sancto Thomâ, ad cognitiones nostras circa futura: licèt enim nostræ faciant objectum cognoscenti præsens: ita faciunt, ut objectum, successurum sit ad durationem ipsarum cognitionum. Divina verò cognitio ita reddit objectum præsens, ut nequeat dici successurum ad talem cognitionem: quia ea *cognitio æternitate mensuratur*, ut inquit Sanctus Thomas: nempe, quia æquè est æterna, ac ipse Deus. Præsentia objectiva in actu primo est aptitudo objecti, ut cognoscatur, & est ipsa veritas objectiva: quam siquis putet esse aliquid ab æterno præsens, dicet inintelligibilia. De hac objectivâ præsentiâ non potest esse quæstio, sed de physica & reali. Et S. Thomas. Ejus acumen.

Quid secundò certò? 217 Certum est secundò de Fide, omnia & singula futura, non posse ita esse physicè præsentia æternitati, ut simpliciter non incipiant existere in tempore: unde secundum propriam durationem procedere non potest quæstio. Exinde *duplex* duratio distingui debet: una *Propria* & intrinseca, quæ dicitur *Propria mensura*, cujuscumque rei existentis: alia, extrinseca, & *aliena*, quæ dicitur *aliena mensura*: quæstio autem præsens nequit esse, de mensurâ propriâ, quæ rebus temporalibus, est certò temporalis: sed de mensurâ alienâ, quæ est æternitas Divina.

Quid tertiò certò. 218 Certum est tertiò: Divinam æternitatem esse omninò indivisibilem, & totam simul: ita ut sine ullo accessu, aut variatione intrinsecâ correspondeat omnibus, & singulis temporibus, Rebusque temporalibus, quantumvis successivis. Vnde, successio nequit considerari nisi temporis, ad tempus, & rei temporalis ad rem: in Divinâ enim æternitate nulla est successio durationis ad durationem: quia est perfectissimè permanens, & tota simul. Æternitatis conditio.

Duplex. 219 Exinde distingui solet duplex æternitas: altera Intrinseca, & essentialis: altera extrinseca, & accidentalis: Extrinseca, & accidentalis est series instantium, & durationum sibi succedentium sine principio, & fine. Intrinseca, & essentialis est necessitas essendi insuccessiva, & interminabilis: unde dicitur virtualiter æquivalere infinitis illis instantibus, sine ullâ variatione, & successione.

Quid quartò certum. 220 Certum est quartò. Nullam esse rem posse, quæ si Deo semel coexistat, non coexistat toti æternitati intrinsecæ utpote indivisibili: non tamen perinde dici posse æternam, nisi correspondeat toti extrinsecæ æternitati; vel intrinsecæ æter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

æternitati prout singulis instãtibus æquivalenti, quatenus ipsi rei præbeat denominationem durantis, & æternæ.

Quid Æternitas

221 Ante repræsentationem quæstionis, introspicienda est æternitatis Divinæ perfectio: nam ex hoc capite ortæ sunt variæ opinandi viæ. Divina æternitas, apud me, solùm est, essendi necessitas cum plenitudine perfectionis: sic explicanda est Boetii definitio: *Interminabilis vitæ totasimul, & perfecta possessio.*

Et explicatio Boethii.

Et exinde Prærogativa ejus.

De hac æternitate dicitur primò, ambire omne tempus: & bene: quia necessitas essendi ex suo conceptu est semper. Secundò, identificare sibi omnes differentias durandi: & hoc, in sano sensu est verum. Nam *aliud* est, *durare heri, hodie, & cras*: & aliud, esse *plenam necessitatem* durandi *heri, hodie, & cras. Primum* est denominatio requirens aliquid durans extra Deum: *Secundum* est ipsa æternitas Dei per se sibi sufficiens ad essendum. Vnde in *primo* sensu non identificat secum Deus illas differentias durandi, nam secum identificaret aliquid extra se. In *secundo* sibi identificat illas differentias abstractè, & perfectissimè. His positis

Punctum Quæstionis.

222 Quæstio est, an Res in tempore extituræ secundùm propriam durationem, & mensuram, Inspecto *Nunc* Divinæ æternitatis, ita ipsi correspondeant tanquam alienæ mensuræ continenti, & super excedenti, ut verè dicantur, antequam existant in se, æternitati Divinæ physicè præsentes, & coëxistentes, non quidem ex coëxtensione Rei temporalis ad Divinam æternitatem, sed ex coëxtensione Divinæ æternitatis ad omnia tempora, sic anticipante in suo *Nunc* æternitatis omnia tempora, & res successivè extituras, ut verum sit: eas physicè esse præsentes, & coexistentes Deo *semper*: non ly *semper* significante correspondentiam rerum ad omnia tempora: sed significante *Nunc* Sempiternum æternitatis, habentis ex se facere sibi physicè res præsentes ex coëxtensione sui ad omnia tempora; sicut Intuitio habet ex se facere sibi res præsentes intentionaliter.

Major explicatio.

223 Vnde patet Quæstionis status: nam in Sententiâ affirmante hanc præsentiam, etiamsi per impossibile Deus non intueretur Creaturas, *titulo æternitatis* essent physicè præsentes ipsi Deo pro *semper*, ly *semper* denotante Divinam æternitatem. Quæ Sententia ut magis percipiatur, intelligi debet ad eum modum, quo *duplicem* existentiam distinguimus omnes, cuicumque rei, extituræ; *aliam* intentionalem extrinsecam æternam: *aliam* temporalem intrinsecam: sicut ergo illa æterna talis est, ut rerum alioqui succedentium, antequam sint in se, sit æterna quædam *existentia simultanea*: sic est distinguenda *duplex* physica rerum duratio: *alia* extrinseca, & intrinseca *alia*: ista potest esse successiva: non illa, quia consistit in ipsâ Divinâ æternitate, ex infinitâ sui coëxtensione ad omnia tempora, sibi res, antequam sint in propriâ duratione, approximante, & anticipante. In hoc statu quæstionis

Prima Sententia. Thomistæ sed Discordes in ipsâ Cajetanus.

224 Sententia est multiplex. Prima cum Cajetano, eam post *quindecim* annorum spatium, (ut gloriatur,) assecuto feliciter, est solemnis inter Thomistas, & affirmat eam Futurorum physicam coëxistentiam æternitati, quam explicui. Sed nõ est una mens Thomistarum. *Nam* primò, Ioannes à Sancto Thomâ hanc præsentiam explicat, opinando actionem, quâ Deus ad extra producit, esse Divinam volitionem, vi cujus denominatur ab æterno creatura extrinsecè existens & correspondens Divinæ æternitati, non quidem, ut passivè producta, sed præcisè ut activè producta per actionem æternam Dei. Secundò recentissimi Thomistæ Gonetus, & Godoy ita explicant ut creatura non coëxistat physicè æternitati secundùm omnes suas virtualitates, sed præcisè *quoad virtualitatẽ*, quâ Deus ab æterno præcontinet instans, in quo creatura existet secundùm propriam durationem. Sed ista limitatio vel nihil dicit, vel recedit à Thomisticismo.

Thomas. *Godoy. Gonet.*

225 Secunda Sententia mitigat rigorem Thomisticum, & negat Creaturas esse physicè coëxistentes æternitati, antequam sint: affirmat verò Deum esse physicè præsentem & coëxistentem ipsis futuris, ex prærogativâ Divinæ æternitatis, secum indivisibiliter identificantis omnes differentias durandi: sic plures ex Nostris Modernis, Ribadeneyra, Esparza, Quirós, Thyrsus, Herrera, & Aldrete.

Secunda. Benignior. Ribaden. Esparza. Quirós. Thyrsus. Herrera. Aldrete.

226 Tertia Sententia aliter & mitiùs temperat supponẽdo primò res futuras, ante-

antequam existant, per sui futuritionem esse semper aptas cognosci, & per sui veritatem objectivam, approximatas æterno intelligenti. Secundò: Dei ad Creaturas non dari successionem, quia Deus semper est. Hinc, coëxistentiam physicam distingui à tali præsentiâ: quia illa dicit physicam utriusque existentiam: hæc verò solùm dicit illam aptitudinem, & realem indistantiam, & negationem successionis: quibus positis, asserit, Futura esse realiter præsentia æternitati Dei, non verò ipsi coëxistere, nisi cùm existunt in propriâ durationc. Sic Ruiz de Montoya, & Avendanus latissimè.

Montoya. Avendaño. Quarta Sententia Scholæ Nostræ cum Suarez.

227 Quarta Sententia est communis inter Nostros, & præcedentibus ex diametro opposita, quæ negat physicam Futurorum coëxistentiam & præsentiam Divinæ æternitati, antequam sint; & coëxtensionem æternitatis ad ipsa, plusquam ex vi intellectûs, ea sibi facientis objectivè præsentia, ac si physicè coëxisterent ipsi æternitati. Itaque hæc Sententia solùm admittit æternam præsentiam futurorum purè objectivam, longè tamen perfectiorem, illâ, quam præstant cognitiones nostræ respectu futurorum.

Num. 216. Nam, *ut monui*, Cognitiones nostræ circa futura sic ea faciunt cognoscenti præsentia, ut inter durationes cognitionis, & objecti, distantia sit, & successio; at verò inter Divinam Cognitionem circa futura, & ipsam existentiam futurorum quantumvis successivè existentium inter se, nulla est successio durationum, nam divina cognitio est essentialiter permanens, & mensuratur æternitate, ejusque ad existentiam futuri non est relatio absentis ad absens, sed præsentis ad præsens: quia futurum videt Deus in suâ temporali præsentialitate, æquè clarè, ac si ab æterno esset præsens. Et

Est Sancti Thomæ.

228 Hæc est mens Sancti Thomæ, qui nunquam affirmavit æternam rerum præsentiam esse Deo rationem cognoscendi futura, ut Thomistæ jactant. Nam tribus assertis claudit doctrinam *articuli sui* Doctor Angelicus. *Primum* est:

Hic quæst. 14. art. 13. Deum certò cognoscere futura contingentia: & probat: quia licèt in suis Causis contingentia sint, in se sunt determinatè cognoscibilia. *Secundum*: licèt futura, cursu temporis succedant interse, in intuitu Divino esse simul. Et probat: quia Divinus intuitus *mensuratur æternitate*: unde nequit Deus successivè cognoscere, successione cognitionum, ex objectorum successione. *Tertium*: hunc divinum intuitum, ex objecti determinatione certum, & ex suâ æternitate simultaneum, non obstare contingentiæ rerum: quia ista libilitas Scientiæ benè componitur cum libertate causarum circà effectus ab ipsis determinabiles. Hæc docet Sanctus Thomas fideliter lectus: quæ est Doctrina Nostræ Scholæ.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Vide infrà à nu. 392.

229 Quòd si recurrit ad *præsentialitatem*, est recurrere ad determinatam existentiam, quam in se habebunt futura, quia ita fertur intuitus Dei, ac si jàm existeret. Nec obstat, quòd 1. *contra Gentes cap. 66.* dicat, omne tempus esse coëxistere ab æterno: *Non* enim *id dicit*, sed unicè quòd *coëxistit Æterno*: quod est verum. Neque ullibi S. Thomas contendit aliam præsentiam, quàm illam objectivam explicatam *num. 22.* Videatur specialiter Pater Nicolaus Martinez *controv. 3. disp. 9.* & de Doctoris Angelici mente legatur instar omnium, è Thomisticis castris, Sylvester in *Conflato, quæst. 14. art. 16.* ita scribens: *Ad probanda ista* (nempè physicam Futurorum præsentiam, antequam sint) *non adducunt* (Thomistæ videlicet.) *nisi verba Sancti Thomæ: sì autem mirabile, quòd Sanctus Thomas voluerit uno verbo talem opinionem fundare, quam quisque experitur, se non posse imaginare, vel intelligere; quòd res scilicet coëxistant, antequam existant, & quòd sint præsentes, antequam fiant, & dico, quòd, ut patebit, hæc opinio non potest stare cum verbis Sancti Thomæ.* Hæc ille Thomista doctissimus.

Nec ullibi sensit aliter. P. Nicol. Martinez. Sylvester. Ejus judicium de mente S. Thomæ.

SECTIO II.

ASSERTIONES VERÆ SENTENTIÆ.

Prima Conclusio contra Thomistas. Ratio apud me fortis.

230 PRima Conclusio: Futura physicè coëxistere Deo in æternitate, tanquam in alienâ mensurâ, antequam sint, repugnat. Ostenditur sic, *omissis* apud Schotum, & Authores nostros, innumeris. Futura physicè coëxistere æternitati, antequam sint in se, vel est extrinsecè durare futura per ipsam æternitatem Dei, tanquam per formam deno-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

denominantem; vel est contineri in æternitate durationem Futurorum, ex sufficientiâ ipsis invariabiliter correspondendi, si sint; vel demùm est anticipari Futura in æternitate ex solâ correspondentiâ temporali futurorum ad ipsa, quando existent in se. Atqui ex modis his, singuli sunt vel insufficientes, vel impossibiles: ergo futura Deo, non coëxistunt physicè in æternitate, tanquam in aliena mensurâ, antequam sint. Consequentia benè sequitur, ex inductione majoris, quæ continet omnes modos explicandi, si aliquid rei dicendum est.

Vide sup. lib. 1. à nu. 306.

231 Minor habet *tres* partes; & tertia probatur in primis: Primò: quia correspondentia temporalis Futurorum ad æternitatem, quando existunt in se, non sufficit, ut anticipentur in æternitate, quando non existunt in se: quod sic probatur: nulla res anticipatur, nisi per aliquam existentiam: atqui Futurorum, antequam existant in se, nulla est existentia: ergo non anticipantur. Major hujus Syllogismi probatur à pari anticipationis intentionalis: si enim res non haberet existentiam intentionalem, non anticiparetur, antequam in se existeret. Quod enim est nihil, dum nihil est, non anticipatur. Minor probatur: quia debet assignari forma, à quâ veniat ista denominatio: & incidemus in primam inductionis partem.

Tertia pars minoris probatur. Primò.

Secundò:

232 Secundò: quia correspondentia limitata effectûs ad totam causam ex indivisibilitate causæ, non facit, ut causa effectum anticipet secundùm omnes eminentias causæ: ergo nec limitata correspondentia ad totam æternitatem ex indivisibilitate æternitatis, potest facere, ut anticipet rem secundùm omnes virtualitates æternitatis. Atqui æternitas nequit anticipare rem, ante ejus durationem, nisi per virtualitates, quibus correspondet antecedentibus durationibus, ut per se patet: ergo limitata correspondentia, &c. Tertiò: quia limitata correspondentia localis ad totam immensitatem, ex indivisibilitate immensitatis, non sufficit ut res locata, ex vi immensitatis, cui correspondet, ubicetur tanquam in alienâ mensurâ, ubi per propriam non est: ergo similiter.

Tertiò.

Secunda probatur, primò.

233 Secunda pars minoris probatur etiam primò: quia non minùs sufficit æternitas ad correspondendum invariabiliter, non futuris, quàm futuris: neque ex se aliter continet, & extenditur ad futura, quàm ad non futura: Sed hæc continentia, & sufficientia apertè non sufficit ut non futura physicè correspondeant æternitati, tanquam mensuræ alienæ: ergo neque sufficit ut futura correspondeant. Secundò: plena sufficientia ad correspondendum invariabiliter ex se cuilibet contingenti, non est correspondere contingenti, sed esse necessarium: atqui esse necessarium non sufficit ut anticipet contingentia: imò exigit, ut contingentia nullo modo sint physicè, ante propriam durationem dispensabilem à libito entis necessarii: ergo plena illa sufficiencia non sufficit, ut anticipet, ante propriam durationem, temporaliter extitura. Id quod paritate Divinæ immensitatis urgendum est.

Secundò.

234 Prima pars, quæ apud me sententiam Thomisticam magis explicat, si quid est rei, probatur primò: Denominatio durantis supponit denominationem existentis: quod enim non existit, non durat: atqui nulla Dei perfectio denominare creaturas potest extrinsecè existentes: ergo neque extrinsecè durantes. Secundò: Nulla forma potest dare denominationem subjecto incapaci; at res physicè non existens est incapax durare physicè: ergo rei physicè non existenti, nequit ulla forma dare denominationem durantis. Tertiò: repugnat denominatio physica Omnipotentis, Immensi, & Omniscientis in creaturâ etiam per unionem intrinsecam Omnipotentiæ, Immensitatis, & Omniscientiæ ad ipsam creaturam: ergo repugnat illa denominatio durantis in creaturâ à Divinâ æternitate. Ratio consequentis est; quia, ut dici solet in *tractatu de Incarnatione*, ista attributa, ad sui denominationem, primò, requirunt illimitationem in esse: Secundò, identicam communicationem sui.

Prima pars probatur primò.

Secunda.

Tertiò:

Ibi late lib. 1. disp. 1. à nu. 50. & alibi.

235 Secunda Conclusio: Non sufficit actionis ad extra æternitas, ex identitate cum Decreto Divino, ut creaturæ dicantur physicè coëxistere Divinæ æternitati, antequam sint. Est contra Ioannem à Sancto Thomâ. Et permisso falso principio, quod assumit de identitate Decreti Divini cum actione ad extra, probatur assertio primò: quia actio, quantumvis æterna, non determinat actualitatem termini nisi pro temporis differentiâ, quâ terminus incipit esse: ergo actionis æternitas non sufficit, ut terminus dicatur physicè coëxistere æternitati, antequam sit. Et ratio à priori est: quia eatenus æternitas actionis potest anticipare terminum, quatenus saltem connexivè est æternitas termini: sed æternitas actionis non est termini æternitas: ergo.

Secunda Conclusio contra Ioannem à Sancto Thomâ.

Secundò.

Tertia Conclusio: contra Ruiz, & Avendaño.

236 Tertia Conclusio: Neque sufficit enuntiabilitas futurorum æterna, ratione futuritionis, ut futura dici possint realiter præsètia æternitati. Est contra Ruiz, & Avendañum. Ostenditur primò: quia futuritio distincta à prædicatis ipsis æternis Dei est chymerica. Secundò: quia illa veritas objectiva, seu aptitudo futurorum, ut enuntientur ab æterno, est aliquid ab æterno: vel non? Si secundum: ergo ratione illius veritatis nequeunt dici realiter præsentia æternitati. Si primum: quid est illud aliquid? Nam vel sunt ipsa futura, vel aliquid distinctum ab ipsis. Si distinctum: ergo non eòipsò futura sunt præsentia, quòd sint ab æterno verè enuntiabilia. Si sunt ipsa futura: ergo ipsa futura anticipantur existere, antequam sint: quod in terminis implicat.

Quarta Conclusio: contra alios quos Modernos.

237 Quarta Conclusio: Neque infinitas Divinæ æternitatis sufficit, ut Deus coëxistere physicè dicatur futuris, quantumvis ista non coëxistant Deo, antequam sint. Est contra Modernos nostros. Ostenditur primò: quia Infinitas Divinæ æternitatis est necessitas existèdi: atqui necessitas existendi, non dicit coëxistentiam cum contingentibus: ergo neque infinitas Divinæ æternitatis. Secundò: plena sufficientia ad coëxistendum cuilibet contingenti, sine ullâ variatione, præterquam in ipso contingenti, non est ratio coëxistendi ipsi contingenti: sed divina æternitas solùm est illa plena sufficientia: ergo. Minor liquet. Et ostendi-

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tur major: quia etiam respectu possibilium habet Deus eandem sufficientiam. Tùm etiam, quia aliud est, plenè ex se sufficere ad semper durandum, cum correspondentiâ ad *heri*, *hodie*, & *cras*, sine intrinseca variatione; & aliud correspondere ad *heri*, ad *hodie*, & ad *cras*: quia hoc secundum dicit aliquid extrinsecum Deo, cui correspondet Deus: & illud primum, resolvitur in purissimam necessitatem existendi independenter ab omni extrinseco extra Deum: ergo ex primo malè potest secundum colligi.

Quinta Conclusio Veræ Sententiæ.

238 Quinta Conclusio: Futura solùm habent ab æterno præsentiam objectivam ex singularitate Divini intuitûs, ea, secundùm esse, quod habebunt in suâ præsentialitate, plenè comprehendentis. Hæc est mens Sancti Thomæ, juxta explicationem *supra* exhibitam: & infertur legitimè ex dictis: nam exclusis omnibus physicè præsentiæ modis, sola restat objectiva præsentia. Revide *lib. 1. à nu. 305.*

Suprà à nu. 228. Et suprà lib. 1. à nu. 305.

SECTIO III.

OCCVRRITVR OBIECTIONIBVS.

Objectio prima Thomistarum.

239 Objicies primò: Deus ab æterno habet Scientiam intuitivam futurorum: ergo futura sunt ab æterno præsentia Deo. Probatur consequentia: quia intuitio est cognitio rei, ut præsentis. Confirmatur: quia Deus in tempore videt rem ut præsentem sibi: ergo & ab æterno: quia alioquin variaretur Dei notitia. Hùc facit illa difficultas, quam jam solvimus *lib. 1. à nu. 305. de Invariabilitate Divinæ Scientiæ.* Respondetur: Concesso entymemate: distinguo quod assumitur: est cognitio rei, ut præsentis in aliquâ differentiâ temporis, concedo: pro omni differentiâ temporis cui correspondet ipsa intuitio, negò: esset enim intuitio falsa. Intuitio autem Divina, utpote verissima, & æterna, ab æterno respicit existentiam correspondentem suæ *præsentialitati*, ut loquitur Sanctus Thomas, id est, *diff rent æ temporis*, cui reipsà correspondebit. Ad confirmationem, distinguo antecedens: videt ut præsentem sibi, pro suâ differentiâ temporis, concedo: pro aliâ, nego antecedens: & distinguo consequens: ergo & ab æterno pro suâ tempo: differen-

Suprà lib. 1. à nu. 305 Solvitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

rentiâ, concedo: pro aliâ, nego consequentiam. Invariabilitas autem Divinæ Scientiæ satis protecta est *loco citato*, sine recursu ad has opiniones, quas rejecimus.

Altera

240 Objicies secundò: Æternitas est infinita mensura, & omninò indivisibilis: ergo nullam in se successionem admittit: ergo quidquid continet, semper continet: Sed in tempore continet singula futura: ergo semper continet: ergo & ab æterno. Confirmatur. In duratione indivisibili nequit esse præteritum, & futurum: ergo neque in æternitate. Patet consequentia: quia æternitas est indivisibilis duratio. Atqui nisi futura omnia coexistant æternitati, dabitur præteritum & futurum: ergo. Respondetur: Concesso primo entymemate, de æternitate secundùm se, distinguo consequens: semper continet, quidquid continet eorum, quorum est essentialis, & intrinseca mensura, concedo: quidquid continet eorum, quorum est extrinseca mensura, & de peraccidens, nego. De ratione enim æternitatis est mensurare successivè cõtingentia, non successione mensuræ, sed durationum, in quibus mensurat contingentia. Ad confirmationem, concesso antecedente & consequenti: distinguo subjunctam minorem: dabitur præteritum & futurum in ipsâ Dei duratione, nego: in durationibus, quibus ipsa Dei duratio correspondet, concedo: quod libenter fatemur.

Solvitur.

Tertia

241 Objicies tertiò: Futura in tempore coexistunt toti æternitati: ergo & ab æterno. Probatur consequentia: quia quidquid coexistit toti æternitati, est quando æternitas est. Confirmatur. Res constituuntur coexistẽtes æternitati, per ipsam æternitatem tanquam per formam: ergo fiunt coexistentes ab æterno. Probatur consequentia: quia Forma dat denominationem subjecto, sui propriam; sed æternitas habet rem facere præsentem ab æterno: ergo. Nimis probat objectio, & instatur manifestè in immensitate. Respondetur. Concesso antecedente, nego consequentiam. Quia, licèt futura coexistant toti æternitati, quando existunt: at quando non existunt, nec toti, nec ulli æternitati coëxistunt: Vt autem ex coexistẽtiâ ad æternitatem, colligi posset coexistentia ab æterno, requirebatur duratio similis æternitati, quâ res futura toti æternitati corresponderet. Ad confirmationem, distinguo antecedens, per ipsam æternitatem, tanquam per formam adæquatam coexistentiæ, nego; tanquam per formam inadæquatam, concedo. Et ratio est: quia coexistentia dicit duorum existentiam, & durationum duarum simultatem: unde coexistentia creaturæ cum Deo, & Dei cum creaturâ dicit æternitatem quâ Deus semper est, & finitam durationem quâ creatura correspondet Deo. Sed instabis, &

Probat nimis, & solvitur.

Quarta ex Nostris

242 Objicies quartò: Deus in quovis instanti æternus est: ergo in quovis instanti habet durationem interminatam, & infinitam. Sed duratio infinita, & interminata est duratio correspõdens omnibus, & singulis instantibus: ergo in quovis instanti correspondet Deus omnibus, & singulis instantibus: ergo vel creatura correspondens æternitati, correspondet Deo ut duranti omnibus, & singulis instantibus; vel Deus in quovis instanti correspondet omnibus creaturis. Confirmatur primò: Deus in suâ æternitate identificat secum omnes differentias durandi: ergo necessariò coexistit omnibus instantibus, quantumvis successivis. Consequentia patet: nam æternitas est *heri, hodie,* & *cras* Dei, & *semper* Dei: ergo identificat secum Deus omnes differentias durandi. Confirmatur secundò: Durare *hodiernum* Dei est durare *crastinum* Dei, & sic de reliquis: ergo Deus ut *durans hodie*, est Deus, ut *durans heri*, & *semper*: ergo qui coëxistit Deo ut *duranti hodie*, coexistit Deo, ut *duranti semper*: ergo creatura, semel coexistens Deo, necessariò coexistit Deo semper. Confirmatur tertiò: Deus ut *hodie durans*, non distat à se ipso ut *durante cras*: ergo simul durat *hodie*, & *cras*: ergo necessariò saltem coexistit physicè Deus omnibus sibi successivè coexturis. Ita disputant pro Thomistis nostri. Et objectio patitur manifestam instantiam in immensitate.

Vrgetur primò:

Secundò:

Tertiò:

Solvitur Objectio.

243 Respondetur. Concesso entymemate, distinguo subjunctam minorem; est duratio correspondens simultate durationis ad durationem suam, seu simultate formæ, quâ durat omnibus, & singulis instantibus, concedo: simultate denominationum, nego. *Aliud* enim est Deum per se ipsum esse necessitatem durandi *hodie*, & *cras*, sine successione durationum, quibus reddatur durans hodie, & cras: & *aliud*, durare cras, & hodie. Primum est verum ex conceptu æternitatis: Secundum non potest esse verum: quia dicit existere *hodie*, & *cras ad extra*; quæ cùm sint differentiæ temporis limitati, & successivi, non possunt habere denominationem coexistendi. Ex quibus nego reliquas consequentias. Vt enim Deus in quovis instanti æternus sit, sufficit habere in quovis instanti eam essendi necessitatem, ut sine ullâ variatione sit perfecta necessitas, quâ duret *hodie*, & *cras*: non tamen requiritur, nec est possibile, quòd in quovis instanti, dicatur durans in reliquis: est enim imperceptibile durare in instanti quod non est.

Et prima Instantia.

244 Ad primam confirmationem, distinguo antecedens: identificat omnes differentias durandi, quoad denominationem durandi coextitivè ad entia successiva: nego antecedens: quoad plenam sufficientiam durandi, si existant: concedo antecedens: & distinguo consequens: quando existunt in se, concedo: quando non existunt, nego consequentiam. Ad probationem, distinguo etiam antecedens: est heri, hodie, & eras Dei, absoluta ab omni tempore, prout dicit necessitatem essendi, concedo: est heri, hodie, & cras Dei, cum relatione ad tempora nostra, nego: Latet enim æquivocatio in explicando per finitas differentias nostrarum durationum, infinitudinem æternitatis. Æternitas non est alligata differentiis temporum, explicatis per *hodie*, & *cras*: sed est necessitas essendi, absoluta ab omni tempore, & perfectissimè, sine alligatione ad tempora, superans omnes differentias temporalium durationum. Durationes nostræ sunt finitæ alligationes ad tempora: ex

quo discrimine disparitas est aperta ad paritatem, quibus in præsenti se munit Rubeneyra.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. R. baden.

245 Ad secundam, ex eadem doctrinâ, distinguo antecedens: quoad formam, concedo: quoad denominationem, nego: nam denominatio dicit aliquid extra Deum. Et distinguo consequens, factâ reduplicatione supra formam, quâ redditur durans hodie, & eras, concedo: supra totam denominationem, nego: quia denominatio involvit contingentem coexistentiam nostræ durationis hodiernæ, aut crastinæ.

246 Ad tertiam, distinguo similiter: non distat, distantiâ suæ durationis ad durationem suam, concedo: distantiâ suæ durationis ad durationem nostram, subdistinguo: non distat, distantiâ propriâ, requirente successionem, concedo: impropriâ, solùm dicente contingentiam in altero ex coëxistentibus, nego. Patent omnia ex doctrinâ ad objectionem.

247 Objicies quintò: plura testimonia Patrum insinuantium cõtra nos physicam Futurorum in æternitate præsentiam. Respondeo Sanctos Patres unicè voluisse, Deum non habere in suâ cognitione varietatem ex varietate successuum, *præsentis, futuri*, aut *præteriti*, neque ex novitate rerum, innovari Divinam cognitionem; neque ex rerum successione ullam in Divinam notitiam successionem induci: quia nempe cognitio Dei est æquè æterna, ac ipse Deus: *mensuratur* enim *æternitate*. Quare res, ut sunt in mente Divinâ, nullam habent futuritionem, & præteritionem: nam hanc habere, est, ipsam cognitionem Divinam, aut saltem aliquam ipsius perfectionem, esse futuram, & nondum esse, aut esse præteritam, & jam periisse: quod repugnat Divinæ cognitioni, ratione suæ æternitatis. *Ita* Pater Antonius Perez: & hæc de mente Sanctorum Patrum.

SS. Patres in hoc puncto Mens Ex Patre Antonio Perez. Et infrà nu. 356.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

DISPVTATIO XXII.

IN QVO DEVS ABSOLVTE FVTVRA Cognoscat?

Sex modi 248 MEDIVM quæritur cognoscendi absolutè futura: & *sex* occurrunt excogitabiles Modi, quibus ea cognoscat Deus. *Primus* est, in eorum physicâ coexistentiâ in æternitate, juxta vias opinandi, quas *nuper* explosimus. *Secundus*, in aliquâ objectivâ futuritione ipsorum, antequam sint. *Tertius*, in causis eorundem proximis. *Quartus*, in Divinis Ideis. *Quintus*, in Decretis ipsius Dei. *Sextus* denique in ipsorum præsentialitate, ut loquitur Angelicus Doctor, nempe in seipsis, quatenus existentibus pro suæ temporis differentia. Pergo per singulos.

Ann. 215.

S. Thomas.

SECTIO I.

EXCLVDITVR A MEDIO COGNOSCENDI Futura, physica eorum coexistentia ad æternitatem; & Decretum prædeterminans.

Thomistica Scholæ Sensus: Vetus, & recens.

249 HIs exclusis, exclusa manet Schola Thomistica, antiqua, & recens: illa, quia physicam Futurorum coexistentiam ad æternitatem Dei, antequam sint, assumpsit cum Cajetano ad rationem cognoscendi Futura, sic tem intuitivè. Id quod aliqui ex nostris imitati sunt. Hæc, quia Decretum prædeterminans unicè agnoscit pro ratione, tur sit verum, quòd in suâ differentiâ tẽporis erunt ea, quæ futura dicuntur. Vterque discurrendi modus, satis patet ex *disp. præcedenti, & toto lib. 3.* quàm sit falsus: permittendus tamen erit uterque, ut magis in præsenti veritas eluceſcat.

§. I.

PHYSICA THOMISTICA FVTVRORVM coexistentia ad æternitatem, quid valeat ad eorum æternam intuitionem?

250 PRima Conclusio: Neque necessaria est ad æternam Notitiam quâ infallibilem, neque quâ intuitivam. Probatur prima pars de infallibilitate. Primò: quia Deus præcisim, & seorsim à physicâ hujusmodi coexistentiâ habet notitiam infallibilem de conditionatè futuris: ergo potest & infallibilem habere de absolutè futuris præcisim, & seorsim ab hujusmodi coexistentiâ: ergo hujusmodi physica coexistentia non est necessaria ad cognitionis infallibilitatem. Secundò: quia coëxistentia objecti cum intelligente eatenùs est necessaria ad infallibilitatem cognitionis, quatenùs intelligens eget Objecti Concursu ad existentiam cognitionis: si enim intelligens non eget objecti concursu ad existentiam cognitionis, non est unde requiratur objecti præsentia: atqui Divinum intelligens, citrà ullum cõcursum objecti, determinatissimum est ad notitiam: ergo coexistentia objecti cum Intelligente Divino necessaria non est. Tertiò: ad Infallibilitatem notitiæ, non est necessarium, quod necessarium non est, ut objectum sit quale cognoscitur: si enim Intellectus determinatissimus est ex se ad habendam notitiam objecto conformem; quod non requiritur ad hoc ut objectum sit quale à notitia representatur, non requiritur ad hoc ut notitia sit infallibilis: Atqui physica hujusmodi coexistentia necessaria non est, per locum intrinsecum; ut res sit in suâ differentiâ temporis, tanquam in propriâ mensurâ: ergo neque est necessaria, ut notitia de tali re pro suâ differentiâ temporis affirmata sit infallibilis.

Pars

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

251 Pars secunda de intuitione probatur etiam primò: quia intuitio solùm exigit claritatem adeò penetrationem objecti ut existentis pro suâ temporis differentiâ, ac si cognoscenti esset physicè præsens: atqui ad hujusmodi claram penetrationem non est necessaria objecti physica præsentia. Tùm quia nulla esset species in Deo Divini intelligentis videre, quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, si objecti physica præsentia requireretur ad habendam intuitionem: tùm etiam: quia connexio notitiæ cum statu existentiali objecti, *ex vi* claritatis suæ, non exigit objecti præsentiam, nisi quando objecto competit: exigeret enim objecti præsentiam, objecti non propriam.

252 Secundò: Esse rem in propriâ mensurâ non est idem, ac esse in alienâ mensurâ: nec esse physicè coexistentem æternitati Divinæ, extrinsecus ambitu temporum invariabili, non est esse physicè existentem in se; atqui Deus non solùm intuitivè videt existentiam in alienâ mensurâ, casu quo permittatur, sed etiam existentiam rei in mensurâ propriâ: neque solùm ab æterno videt intuitivè coexistentiam Futurorum in æternitate, casu quo permittatur; sed etiam physicam Futurorum existentiam pro suâ differentiâ temporis: ergo ad rationem intuitionis, necessaria non est physica hujusmodi coexistentia. Confirmatur. Deus videt intuitivè ea, quæ sunt futura, prout incipiunt esse: atqui non incipiunt esse prout ab æterno sunt: ergo videt intuitivè, prout non sunt ab æterno: ergo citra usum æternitatis datur intuitio futurorum.

253 Secunda Conclusio: Non solum necessaria non est, sed etiam est inutilis, & impertinens. Id fit ex proximè dictis, & ostenditur ulteriùs primò: esse Deum æternum non est ratio futurizandi, ut ita loquar, neque ratio, cur res extituræ sint in suâ temporis differentiâ: quod est evidens: ergo priùs est determinativè quòd res sint extituræ pro suâ temporis differentiâ, quàm quòd considerentur in alienâ mensurâ: ergo sunt à Deo pro eo priori, quo verũ est, extituras esse, planè cognitæ: ergo pro priori ad alienâ mensuram æternitatis sunt planè Deo cognitæ: ergo recursus ad hujusmodi coexistentiam est planè inutilis, & impertinens.

254 Secundò: Medium inconnexum cum existentiâ rei pro suâ temporis differentiâ, est medium cognoscendi prorsus inutile, & impertinens, ut per se patet; atqui Præsentia rerum in æternitate, tanquam in alienâ mensurâ, est medium inconnexum: ergo & impertinens, & inutile. Probatur minor: nam vel ita, quam dicitis, physica præsentia rerum, antequam sint, dicit aliquid præter ipsam æternitatem Dei physicè existens, vel non? Si primum: patet, æternitatem Dei non esse prædicatum connexum cum existentiâ rei postea in determinatâ differentiâ temporis. Si secundum: quidnam hoc est? estne relatio adveniens æternitati, vel aliquid temporale? si aliquid temporale: est ipsa existentia rei, quæ futura dicitur: ergo hæc per seipsam determinat Scientiâ Dei: & est opinio nostra: & restat difficultas vincenda à Thomistis, quomodo determinat Scientiã Dei? quomodo intellectum alioquin indifferentem necessitat ad cognitionem sui? ad quid recursus ad æternitatem Dei? si autem est aliqua relatio adveniens, vel est Decretum: & hoc non est ad rem præsentem: vel est aliqua alia contingens relatio: & quærimus, quis determinet hujusmodi relationem; & redit tota difficultas: ergo de primo ad ultimum inutilis est hujusmodi physica futurorum coexistentia ad æternitatem pro tuendâ Divinâ notitiâ Futurorum.

255 Dices primò: requiri, ut invariabiliter possit Deus affirmare de præsenti pro toto suo *nunc* æternitatis existentiam rei, quæ existet. Hic est titulus, ex quo Nostri adhæsere huic opinandi modo. Sed modus cognoscendi Divinus non habet has imperfectiones affirmandi de præsenti, de præterito, aut de futuro, quibus scatet imperfectus modus cognoscendi noster. Vide quæ rem in hanc diximus *l. b. 1. à num. 305.* cùm de *Invariabilitate Divinæ Scientiæ* sermo fuit.

256 Dices secundò: cur ergo, & quomodo Patres ex æternitate Divinâ colligunt æternam & invariabilem rerum, quæ erunt in tempore, notitiam intuitivam, ac si præsentia forent? Dedi rationem disputando de hujusmodi præsentiâ nuper *disp. præced. num.* 347. Repeto nunc: Nunquam Patres collegisse intuitionem Futurorum in Deo, ex æternita-

Suprà nu. 347.

te,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

te, vel tanquam ex medio cognoscendi, vel tanquam ex ratione futurizandi, vel tanquam ex determinativo ad affirmandum hoc præ illo: sed unicè asseruisse, quod Nos; nempe, Divinam Scientiam, utpote commensuratam æternitate, id est, æquè invariabiliter æternâ, ac Deus est, à suâ æternitate ita velut extendi ad tempora, ut modo sublimissimo cognoscendi, scilicet mentis infinitæ, adeò clarè penetret singulas existentias rerum, pro suâ, quamvis, tēporis differentiâ, ac si ipsi physicè coexisterent. Idque Patres, ex æternitate congenitâ Scientiæ, ex Infinitate Divini intellectûs, & ex illius Inindigentiâ de objectis ad notitiam, (est enim æternum intelligens, necessitatum scire, quod erit, eòipsò quòd in tempore aliquando sit,) optimè colligebant.

§. II.

QVID VALEAT AD COGNITIONEM Futurorum, Decretum prædeterminans?

257 PRima Conclusio: Ad cognitionem Divinam Futurorum nequit esse medium universale, Decretum prædeterminans, quantumvis permittatur. Ostenditur sic: Vnum ex absolutè futuris est formale peccati: sed formale peccati cognosci à Deo nequit in Decreto prædeterminante: ergo datur absolutè futurum, quod à Deo cognosci nequit in Decreto prædeterminante: ergo Decretum prædeterminans non est Medium universale pro Divinâ cognitione Futurorum. Consequentiæ tenent, & major est evidens æquè, quàm quòd peccamus. Minor probatur: quia respectu ad formale peccati, repugnat in Deo Decretum prædeterminans, sicut repugnat Deum esse Authorem peccati. Quò faciunt, quæ latè contra Prædefinitiones circa materiale peccati, Thomistis objeci *lib. 3. à num. 518.*

Suprà lib. 3. à num. 518.

258 Nec valet primò dicere, Formale peccati à Deo præcognosci in Decreto permissivo, quod adjungit Deus Decreto prędeterminăti ad materiale. Non *inquam*, valet: quia omissis quæ *ibi* tanquam in loco suo dicta sunt, vel Decretum permissivum habet connexionem cum malitiâ formali, vel non habet? Si non habet: est medium inutile ad præcognitionem. Si habet? Vndenam hauriit hujusmodi connexionem sine vi prædeterminandi? Quod urgetur. Connexio Decreti permissivi, (quod dicitis,) cum formali malitiâ, vel inest Decreto ex suppositione notitiæ antecedentis, quòd homo peccabit, vel inest ex ipsâ naturâ Decreti? Si secundum: ergo inest ipsi ex vi prædeterminandi malitiam. Probo consequentiam. Nam vis prædeterminandi nihil aliud dicit, quàm antecedentem connexionem, vi cujus Divina Voluntas applicat causam secundam irresistibiliter ad entitatem actûs: atqui si Decretum, (quod dicitis permissivum,) habet ex se connexionem cum formali malitiâ, est connexio antecedens, vi cujus Divina Voluntas causam secundam reddit inseparabilem hâc, & nunc à formali malitiâ: ergo est Decretum prædeterminans: & non permitens. Si autem primum: de hac notitiâ est quæstio: & contendimus, præcisim, & independenter à Decreto, haberi à Deo notitiam alicujus futuri.

259 Nec valet secundò, dicere cum Gonet *disp. 4. de Scientia Dei art. 6. nu.* 200. Deum satis excusari à causalitate circa peccatum, quia quasi coactus prædeterminat ad materiam entitatem, ex prævisione, quòd voluntas ex se se determinabit ad formalem malitiam. Non, *inquam*, valet. Sunt enim bona verba, quibus se Thomistæ fallere volunt. Primò: nam vel hæc prævisio est prævisio quòd voluntas peccabit, si prædeterminetur ad materiale peccati in circunstantiis inseparabilibus à malitiâ; vel est prævisio, quòd peccabit, si relinquatur indifferens & præcisim à Decreto prædeterminante? Si primum: eòipsò Deus manet prædeterminator peccati: nam ex se ponit statum, à quo voluntas separare non potest malitiam? Si secundum: habemus intentum: nam præcisim à Decreto prædeterminante, datur Futurum à Deo cognitum. Secundò: Qui decernit quasi coactus ex aliquâ notitiâ, non censetur habere notitiam, *quia vult*: ergo notitiam, quam Deus habet de formali peccati, non censetur habere *quia vult*. Vndenam ergo determinatur ista notitia? Et de primo ad ultimum fit, vel Deum prædeterminare Formalem malitiam, vel

Gonet.

vel da ri Futurum, quod non præcognoscitur in Decreto tanquam in medio cognoscendi. Vide me *suprà l b. 3. à nu.* 528. *& à nu.* 557. & omninò Thyrsum *tom. 1. num.* 557. *& à disp. 11. à sect. 5.*

Suprà lib. 3. à num. 528. & à disp. 11. à sect. 5.

R. adm. P. N. Thyrs.

260 Secunda Conclusio: Decretum prædeterminans, quantumvis permittatur, ad cognitionem absolutam Futurorum, otiosum est. Omissis argumentis *ab Impossibili*, nam permittimus Thomisticæ Scholæ sua principia, Conclusionē in tribus principiis Thomisticis fundo. Primum est: quòd Scientia Visionis est causa rerum: ex quo solemni principio apud Thomistas, arguo sic: Scientia Visionis est causa rerum: ergo præcedit ad Decretum executivum rerum; sed Decretum executivum est Decretum prædeterminans: ergo Scientia Visionis præcedit ad Decretum prædeterminans: ergo non innititur in Decreto prædeterminante. In hoc discursu, ultima consequentia videtur certa: nam Scientia præcedens, & dirigens, sine inintelligibili figmento prioritatis mutuę, fundari nequit in ipso actu, quem dirigit, & antecedit. Subsumpta minor debet esse verâ in viâ thomisticâ, quia Decretum prædeterminans est de lineâ executionis, & quod se habet immediatiùs ad actum secundum: tale autem est Decretum executivum. Totum proinde jam pendet ex primo entymemate: cujus antecedens assumitur ex Schola Prædeterminantiũ: & consequentia probatur: quia Scientia Visionis non causat sympaticè, sed mediante Decreto voluntatis: ergo catenus est causa rerum, quatenus est inductiva Decreti exequentis: ergo.

Ex lib. 3.

Ratio prima ex Thomistico principio.

261 Secundum principium est: quòd Prædeterminatio, atque adeò Decretum prædeterminans non est de requisitis ad *posse* proximum, neque constituit actum primum: ex quo principio sic arguo. Antecedenter ad Decretum prędeterminans intelligitur voluntas libera in actu primo cum proximâ potestate ad agendum, vel non agendum: ergo intelligitur cum Omnipotentiâ parată concurrere: ergo intelligitur cum Decreto parante, & expediente Omnipotentiam ad concurrendum. Hęc videtur certa juxta Thomistas: nam alioquin vel causa secũda est proximè potens sine apparatu Omnipotentiæ, quod implicat: vel Decretum prædeterminans constituit actum primum: quòd Thomistæ negare debent: nam actus primus cõstitutus per aliquid connexum ad unum, non est indifferens ad utrumlibet.

Ratio secunda ex alio Principio Thomistico.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

262 Iam sic: primò: vel in eo signo libertatis integrè cõstitutæ nosci Deus, ad quam partem prædeterminabit ipse libertatem, vel non? Si secundum: quid admirationis habet Scientia Dei, cùm unicè noscat, quæ jam sunt? Si primum: ergo præcisim à Decreto prędeterminante tanquam medio, noscit Deus ipsum & Futura. Secundò: Nequit Deus videre in Decreto prædeterminante non esse Decreti essentialiter præsuppositi ad ipsum: sed si videret in Decreto prædeterminante actum Creaturæ, videret in eo Decreto non-esse Decreti essentialiter præsuppositi ad ipsum: sed si videret in Decreto prædeterminante Actum Creaturæ, videret in eo Decreto non-esse Decreti essentialiter prędsuppositi: ergo. Major est evidens. Probatur minor. Decretũ constitutivum actûs primi, & Decretum prædeterminans non sunt incomposibilia minùs, quàm velle non esse determinatorem operis, quantum est ex se, & velle ex se determinare.

Solutio Thomistarum notãda: ex Abelda præsertim

263 Dicetur unum è duobus: vel cum recenti thomisticissimo supponi à nobis falsum, dari Decretum indifferens constitutivum actûs primi: vel cum Abelda, Decretum illud unicè velle quòd per Deum non stet, quominus voluntas sit potens agere: itaque Decretum, efficax est quoad dandum præcisè *Posse*. Sed neutrum dici potest. Non *primum*: quia alioquin Decretum constitutivum actûs primi esset determinatum ad unum: ergo & actus primus. Et quid de libertate? Firmatur: Potestas inextricabiliter constituta per connexionem ad unum, est potestas incomposibilis cum opposito: ergo est impotentia simpliciter ad oppositum: quia incomposibilitas cum aliquo est simpliciter impotentia ad illud. Non *secundum*: Nam præcisè *Posse agere* non est posse eligere, ut patet ex ipsis terminis, facili inductione firmandis, & exponendis: ergo Decretum, quod præcisè dat *posse agere*, non dat *Posse eligere*. Iam sic: nequit videri electio ex posse, quod non est ad eligere: sed actio quæ datur per prædeterminans est actio ex *posse*, quod nõ est ad *eligere*: ergo actio, quæ videtur

Suprà Lanuisse lib. 3. nu. 469. ubi alia invenies.

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

in Decreto prædeterminante, non est electio. Sed Actus liber Creaturæ est electio: ergo actus liber non potest videri in Decreto prædeterminante.

Ratio tertia ex alio Principio Thomistic.

264 Tertium principium est: quòd Actus liber Dei est respectus rationis, & connotatio cõstituta per extrinsecum: ex quo principio sic arguo. Nihil est in Deo entitativè sumpto quod dicat connexionem cum existentiâ futuri: nam Decretum existentiæ duo dicit, & entitatem Dei, & ipsam rei existentiâ: ergo cognosci existentiam in Decreto est cognosci in seipsâ. Id implicat juxta Thomistas: ergo & illud. Prima consequentia sic probatur. Si existentia non cognosceretur in seipsâ, dum cognosci dicitur in Decreto, daretur aliquod medium connexionis contradistinctum ab ipsâ: sed in Decreto, nihil, contradistinctum ab ipsâ, importat connexionem cum ipsâ: ergo cognosci in Decreto est cognosci in seipsâ.

265 Confirmatur. Videre albedinem in albo est videre albedinem in seipsâ, quatenus constituit album: ergo videre existentiam in Decreto juxta principia thomistica est videre existentiam in seipsâ prout constituit Decretum. Consequentia liquet in eâ sententiâ, quæ Decreta per extrinseca explicat. Antecedens probatur: quia in albo nihil est contradistinctum ab albedine connexum cum ipsâ. Iam sic: Qui non potest albedinem in seipsâ videre, videre eâ nequit in albo: ergo in eâ sententiâ, de quâ loquimur, qui nequit videre existentiam in seipsâ, antequam sit, eam videre nequit in Decreto.

266 Objicies: Decretum prædeterminans est medium seipso connexum cum actu libero Creaturæ: ergo est sufficiens medium ad præcognitionem ipsius. Antecedens est principium inconcussum Scholæ Thomisticæ, sumptum ex Augustino: nam est illa donatio, quâ, *supposito posse*, Deus nobis donat *ipsum agere*. Respondeo primò ex tertio principio, distinguendo: est entitativè connexum, nego: denominativè, transeat: & nego consequentiam ob rationem *nuper* expositam. Respondeo secundò, ex primo principio, concesso antecedente, distinguo consequens: est purè sufficiens, omitto: est sufficiens & necessarium, nego: nam antecedenter ad ipsum, dari debet præcognitio, in viâ Thomisticæ Scholæ. Respondeo tertiò ex secundo principio: negando antecedens: quia solùm importat connexionem cum actu Creaturæ, prout haberi potest ex *posse* præconstituto: cum autem *posse* præconstitutum, præcisè sit *Posse*, & *non posse ad eligere*, actus Creaturæ donatus à prædeterminatione, esse nequit electio, seu actus liber, etiam juxta thomistica principia. Respondeo quartò ex toto *lib. præcedenti* negando simpliciter antecedens, utpote in terminis sibi contradicens.

SECTIO II.

EXCLVDVNTVR A MEDIIS COGNOscendi Futura, Ideæ Divinæ, Futuritio Objectiva, & Causæ Proximæ.

Quid Ideæ Divinæ?

267 DEmus terminos. *Ideæ*, (celebre apud prophanos & Sacros Authores, tam Philosophos, quàm Theologos nomen,) sonant in Deo Rationes imitabiles ad extra per productionem: atque adeò reducuntur ad esse eminentiale Producibilium, præcedens in Cognitione Divinâ ad productionem. *Futuritio* Objectiva sumitur hic pro aliquâ objectivâ veritate, vi cujus est *nunc* verum, quòd res, quæ modò non est, erit postea: de quâ futuritione *suprà* locuti sumus. *Causæ Proximæ*, satis patent ex terminis: eæ videlicet, quibus in lineâ potestatis nihil deficit ad operandum, præter ipsam operationem.

Suprà in hoc libro nu. 13. & à nu. 42.

§. I.

QVID DE FVTVRITIONE, ET IDEIS?

268 PRima Conclusio: Ideæ Divinæ non possunt esse Medium ad absolutam præcognitionem Futurorum. Ostenditur. Idearum Divinarum vocè venit conceptus indifferens ad veritatem Futurorum: ergo Ideæ Divinæ non possunt esse Medium ad præcognitionem absolutam eorum. Consequentia patet: quia Conceptus indifferens, quò magis penetretur, juvat minùs ad determinandum assensum respectu termini ad quem est indifferens: ut expositione fieri potest evidens. Antecedens probatur ex præsuppositâ explicatione terminorum. Vide

S. Thomas.

de dixit optimè Sanctus Thomas, *quæst. 6. de verit. art. 6.* Ideas in Deo existere etiam respectu purè possibilium. Et ratio ulterior est: quia Divina Idea, quomodocumque discurras, *vel est* Essentia Divina, ut imitabilis à Creaturis, *vel est* Scientia repræsentativa rei factibilis, juxta omnem modum, quo factibilis est, *vel est* ipsum esse factibile Creaturarum, ut repræsentatum Menti Divinæ: quidquid dicatur, stat veritas antecedentis nostri.

Suprà nu. 13.

269 Secunda Conclusio: Objectiva futuritio, quæ sit aliquid objectivè ante existentiam, & præsentiam Rei, quæ dicitur futura, non est medium ipsam rem ab æterno præcognoscendi. Est contra *nonnullos*, qui Futuritiones rerum constituendas dicunt per aliquod esse diminutum & quasi objectivum, enuntiabile de præsenti, quos *suprà* reliquimus, dum de Futuritione sermo fuit. Hunc sentiendi modum appingunt Nobis omnibus Thomistæ recentes, rati id nos velle, dum dicimus, Futura, antequam sint, habere determinatam veritatem. Quo in sensu id Nostri dixerint, insinuavi *suprà* à *nu. 53.* Sed vereor, ne Thomistæ fundamentum aliquod à Modernis Nostris accipiant, non ita rimatis veram intelligentiam Scholæ nostræ. Quidquid id sit

Et à nu. 53

270 Ratio assertionis est primò: quia talis objectiva futuritio, qualis descripta est, est omninò chymerica: ergo nequit esse medium ad Divinam præcognitionem. Secundò: quia Rei non existentis nulla est existens passio: *non entis* enim, *nullæ sunt proprietates*: ergo Rei, quæ futura est, & necdum existit, non præcedit ulla proprietas: ergo talis futuritio, est omninò fictitia. Tertiò: quia ista futuritio, si reverà est aliquid, undenam pullulat? Non à Deo: quia Deus esset determinator existentiæ liberæ, si determinator esset futuritionis. Si ergo non est determinator, quid cum determinuat, ut inducat hanc futuritionem præ aliâ? Non ab ipsâ rei, quæ futura dicitur, existentiâ: quia à nihilo nihil fit. Quartò: quia ratio determinans Deum ad sciendum, *quòd creatura consentiet* v. g. est ipsa consensûs præsentia pro suâ temporis differentiâ: ergo vanò recurritur ad futuritiones præcedentes. Adde, *quòd præter Primam, nulla est alia æterna Veritas.* Sanctus Thomas *quæst. 1. de Ver. art. 5.*

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

S. Thomas.

271 Dices primò: Res futura, antequam sit, habet determinatam veritatem; ergo antequam sit, datur aliquid ex parte rei connexum cum eo quòd erit posteà: ergo datur objectiva futuritio præsens. Secundò: quia status futuritionis est aliquid verè enuntiabile de præsenti: sed hic status est ipsa futuritio: ergo Futuritio est aliquid verè enuntiabile de præsenti. Tertiò: Majorem efficaciam habet Divina voluntas in decernendo, quàm in cognoscendo Divinus intellectus: atqui Intellectus Divinus cognoscendo dat objectis aliquod esse de præsenti: ergo magis Divina voluntas. Sed sine Divinâ voluntate non est aliquid absolutè futurum: ergo non est aliquid absolutè futurum, quod à Divinâ voluntate, aliquod esse non habeat: ergo.

Suprà à nu. 42.

272 Respondeo, his occursum jam esse *suprà*, rejectis his entibus diminutis & mediis. Igitur ad primum, jam dixi *loco citato* Res futuras eatenùs habere determinatam veritatem, antequam sint, quatenus verè sunt affirmabiles determinatè, affirmatione non egente ipsis ipsâ præsentibus ad veritatem. Vide quæ *ibi* dicta sunt. Ad secundum, Dictum est *ibi* statû futuritionis, respectu liberorum, esse Divinam Scientiam, determinatam existere, seu denominare, ab existentiâ, quæ posteà erit. Ad tertium: major est vera, quoad ea quæ pertinent ad ipsum Deum tanquam determinatorem eorum: quoad alia verò, non habet Divina voluntas efficaciam, quam præsumit objectio: & distinguo minorem: aliquod esse de præsenti, indistinctum à cognitione, concedo: distinctum, nego. Esse enim Intentionale, quod habent res ex vi cognitionis, est præsentia, quæ in ipsâ cognitione consistit. Cætera plana sunt. Si enim Futurum est aliquid liberum creaturæ, non est absolutè futurum sine divinâ voluntate, non quidem determinante, sed ponente causas ipsius.

§. II.

QVID DE PROXIMIS CAVSIS?

273 ALiqui ex Thomistis, rati Decretum prædeterminans suum &

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

appendicem Prædeterminationem tenere se ex parte actûs Primi Proximi, colligunt Futura, ratione Decreti Prædeterminantis, præcognosci à Deo in Proximis Causis. Sed cum his Thomistis modò nolo contendere. Tùm quia satis de Decretis prædeterminativis *suprà* locuti sumus. Tùm etiam quia hi thomistæ, prædeterminationem intra septa actûs primi claudentes, deserti jam sunt à suis: an jure vel injurjâ? videri potest *lib. 3. disp. 11. à nu. 53.* quidquid conetur in oppositum Doctor Castell. *de lib. arb. disp. 1. quæst. 8.* Igitur solùm esse quæstio potest de causis Proximis, præcisim ab ullâ prædeterminatione Causæ Primæ: & in hoc sensu

Lib. 3. tot.

Et à nu. 53 præsertim D. Castell.

P. Molin. P. Cõpton.

274 Pater Molina, quem aliqui imitantur cum Patre Comptono, affirmare visus est, Deum, in ipsâ Voluntate Creatâ, & proximis Causis, tanquam *in medio supercomprehensos*, præcognoscere actus ejus futuros. Primò: nam quod inferior Mens potest assequi probabili conjecturâ, Deus assequitur cognitione certissimâ: excessus enim Dei ad mentem aliam in penetrando, infinitus est: Atqui Angelica mens conjecturâ probabili potest assequi in ipsâ voluntate, tanquam in medio, quid ipsa faciet: ergo Deus omnimodâ certitudine. Secundò: quia nequit haberi perfecta comprehensio Voluntatis, nisi extendatur ad eos etiam actus quos liberè faciet: atqui Deo negari nequit perfecta comprehensio: super comprehensio enim est: ergo. Tertiò: Aliqua sunt, quæ ex genio, & propensione voluntatis indubitatè, & infallibiliter colliguntur: ergo comprehensis voluntatis & genio, & propensione, certò cognoscentur in ipsis, tanquam in Medio.

Molinæ Mens.

275 Conclusio sit. In Causis Proximis ad liberos actus, *quantumvis supercomprehensis*, nequeunt ipsi præcognosci tanquam in Medio. Dixi tanquam *in Medio*. Nam præcognitâ supercomprehensivè voluntate debere ad conceptum supercomprehensionis, ejus etiam actus præcognosci, quantumvis in seipsis, aut aliter præcognoscantur, alia lis est, facilioris exitûs: & hanc censeo fuisse mentê Patris Molinæ, non quidem rati, Futura præcognosci in Voluntate tanquam in Medio, sed præcognosci debere, semel voluntate supercomprehensivè præcognitâ: quia ratio supercomprehensionis, id est, cognitionis undequaque summæ, non solùm est cognoscere rei entitatem & respectus essentiales, sed etiam contingenter adventitios. Et ita Molinam intellexere Primores Nostri.

276 Ratio Conclusionis est: Nam Medium Indifferens ad consensum, & dissensum, quò magis supercomprehenditur, eò magis videtur indifferens: sed Indifferens quò magis videtur indifferens, minùs movet ad assensum partis determinatæ ad quam indifferens videtur: ergo medium indifferens, quò magis supercomprehenditur, minùs movet. Hic Syllogismus evidens est. Atqui libertas in signo causarum proximarum est signum indifferens: ergo quò magis ipsa supercomprehendatur, juvabit minùs ad determinatum assensum.

277 Neque momenti sunt, quæ pro discursu in oppositum tetigi. Ad primum concedo Deum certò cognoscere, quod mens inferior assequitur conjecturaliter: certitudo tamen cognitionis divinæ aliunde sumitur, quàm ex medio ad conjecturam: unde concessâ minori, nego consequentiam. Nam Medium conjecturale solùm deservire potest, ut cognoscendi medium, Intellectui potenti conjecturare: non verò Intellectui citrà conjecturam necessitato certò cognoscere quæcumque cognoscat. Ad secundum: per missâ majori, quam multi negabunt, & concessâ minori, non sequitur Comprehensionem Divinam debere cognoscere in voluntate, tanquam in Medio, actus liberos: solùm enim fit, debere eos cognoscere, ut cognoscibiles sunt. Ad tertium, distinguo antecedens: indubitatè & infallibiliter colliguntur, infallibilitate morali, & alioqui fallibili metaphysicè, concedo: infallibilitate metaphysicâ, subdistinguo: ex genio, & propensione tanquam ex medio cognito, nego: aliunde, nempe ex veritate eventûs in se, concedo antecedens, & nego consequentiam.

SEC-

SECTIO III.

AN IN ALIQVO MEDIO DISTINCTO à futuris, præcognosci à Deo possint Futura libera, saltem ex abundanti?

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Punctum quæstionis

278 Quadruplex excogitari medium potest, in quo Deus *ex superabundanti* dicatur futura libera præcognoscere. *Primum* est, ipsa Scientia supra se reflectens. *Secundum*, Decretum prædefinitivum ex essentiali præsuppositione Scientiæ Mediæ, attemperatum existentiæ liberæ Actuum contingentium, & cum ipsâ connexum. *Tertium*, complexum ex Scientiâ Mediâ, & hypothesi ipsius. *Quartum*, æterna aliqua actio, quâ Deus postmodùm in tempore rem producit. Dixi ex *superabundanti*: nam hæc singula, supponunt aliter præcognosci Futura à Deo, de necesse.

§. I.

QVID DE SCIENTIA, ET DE COMplexo ex hypothesi, & Mediâ?

Quirós.

279 Singularis est Pater Quirós, ratus in Scientiâ, & in volitione quantumvis efficaci, non posse objectum demonstrativè cognosci, si præcisè sumantur volitio, & Scientia in lineâ volitionis, & Scientiæ. Vnde pariformiter dici debet, Scientiam Visionis, & complexum ex Scientiâ Mediâ, & hypothesi non esse medium demonstrativum objecti, quoad assertionem. Id sensisse visus est Pater Suarez.

Mens P. Suarez.

280 Verùm in sensu quæstionis non videtur posse esse dubium. Aliud enim est Scientia, præcisè ut Scientia est, nempè repræsentatio objecti; & aliud, scientia sui objecti, non utcumque, sed evidens, qualis est Divina. Similiter in volitione, aliud est, ratio præcisæ volitionis, & aliud, ratio volitionis cum objecto, quale terminat volitionem, metaphysicè connexæ. Illa ratio generica non venit in quæstionem. De ratione specificâ, quoad sufficientiam movendi cognitionem demonstrativam, nullus dubitat: quare vanò finguntur difficultates, ubi non sunt.

281 Prima Conclusio: Scientia Visionis reflexè cognita est medium demonstrativum objecti sui. Ratio est evidens: quia Scientia Visionis non est indifferens repræsentatio, sed repræsentatio ita fidelis objecti sui, ut ex suâ perfectione connexa sit cum objecti, quod exprimit, existentiâ: ergo sufficit ad medium plenè demonstrativum.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

282 Dices primò: Scientia solùm habet notificare *ut quo*, ratione scientiæ. Secundò: respectus scientiæ ad objectum est respectus repræsentationis, & imaginis: respectus autem repræsentationis, & imaginis, non sufficit ad certam assertionem objecti, quale repræsentatur.

283 Respondeo ad primum: Scientiam dupliciter sumi posse: in ratione formali constituendi scientê, & in ratione connexæ cum objecto. Primo modo, sumitur *ut quo*, & in munere Scientiæ: & in hoc sensu non venit quæstio: Secundo modo, sumitur, ut reflexè cognoscitur; & in hoc sensu, si connexionem habet ex essentiali veritate, qualem habet omnis Divina Scientia, non potest non esse medium plenè sufficiens. Ad secundum dico, quòd, etsi respectus præcisè repræsentationis non sufficiat; at loquimur de respectu repræsentationis connexæ.

284 Secunda Cõclusio: Complexum ex Scientiâ Mediâ, & purificatione hypothesis est medium demonstrativum Futurorum. Ratio est etiam evidens. Quia complexum ex Scientiâ Mediâ, & ex hypothesi est connexum cum veritate absolutâ futurorum: ergo tale complexum est medium ipsius veritatis demonstrativum. Antecedens patet: quia nequit esse vera Scientia conditionalis, si positâ semel conditione, non sit absolutè verum, quòd conditionatè verum enuntiabatur. Sed hæc faciliora sunt, quàm ut calamo moras innectant.

§. II.

QVID DE DECRETIS DIVINIS?

285 Conclusio: Omnia, & singula Decreta prædefinitiva, vel aliunde connexa cum objecto, ad quod tendunt, sunt media plenè demonstrativa Futurorum. De Possibilitate Prædefinitionum, Decretorumque connexorum cum existentiâ futurorum liberè

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Infrà lib. 7.

etiam contingentium, sive ex suo modo volendi, sive ex præsuppositione essentiali Divinæ Scientiæ Mediæ, dicemus latè *tractatu sequenti*, *lib.* 7. Nunc assertionis ratio est evidens: quia res connexa cum existentiâ Futurorum pro suâ differentiâ temporis est medium plenè demonstrativum: Atqui Decreta, quibus deloquimur, sunt connexa cum existentiâ Futurorum, undecumque proveniat ratio connexionis: ergo sunt medium plenè demonstrativum.

286 Objicies primò: Decretum circa Futura liberè contingentia nequit habere connexionem plusquam affectivam: atqui connexio affectiva non sufficit ad rationem medii demonstrativi: ergo neque Decretum circa futura liberè contingentia. Minor patet: quia connexio affectiva, solùm est connexio, quantum est ex parte volentis: sed quoad ea, quæ non pendent ex determinatione volentis, sed ex alterius voluntatis determinatione, non sequitur, fore, quamvis ponatur, quantum est ex parte volentis: ergo. Major autem primi Syllogismi probatur: quia connexio plusquam affectiva, est connexio executiva, & effectiva: sed hæc, illæsis juribus libertatis, dari nequit in Deo circa Futura liberè contingentia: ergo.

287 Respondetur: Distinguo majorem: connexionem plusquam affectivam, id est, citra vim determinandi, & exequendi, concedo: connexionem plusquam affectivam, id est, citra conceptum metaphysicæ connexionis, nego. Et distinguo minorem: connexio affectiva, citra conceptum metaphysicæ connexionis, concedo. Connexio affectiva, secum imbibens veram connexionem, nego minorem. Itaque triplex potest distingui connexio in affectu secundùm se efficaci. Prima est connexio, quantum ex parte volentis, & ex vi affectus: & hæc secundùm se sumpta, separabilis est ab objecto. Secunda est connexio effectiva, & executiva ex vi determinandi; & hæc inseparabilis est ab objecto: quia ipsum inducit, & præjudicat libertati. Tertia est connexio ex suppositione consequenti, quam exigit affectus ipse: & hæc est connexio verè metaphysica: & præjudicare non potest effectûs libertati: eatenùs enim est in affectu, quatenus ex modo suo volendi ità est, ut esse non possit nisi ex suppositione, quòd effectus existat ex libito creaturæ, si ponatur in libertate; & talis est connexio Prædefinitionum efficacium, expiscanda latissimè *in tractatu sequenti*: non ergo derogat sufficientiæ medii demonstrativi, ratio connexionis, citra vim executivam, & determinativam, alioquin metaphysicæ connexionis conceptum importat. Instabis, &

Infrà lib. 7.

288 Objicies secundò: ergo tota cónexio Decretorum circa futura liberè contingentia est ex suppositione quasi extrinsecâ Scientiæ præcurrentis. Patet consequentia. *Quia vel* ista connexio inest Decreto ex modo volendi futurum, vel ex suppositione scientiæ circa Futurum? Si secundum: ergo connexio est præcisè ex suppositione quasi extrinsecâ. Si primum: ergo Decretum ex modo volendi habet vim inductivam futuri; quæ vis citra determinationem est inintelligibilis. Iam sic: eòipsò quòd Decreti connexio sit ex suppositione scientiæ præcurrentis, connexio est ex titulo prægredienti lineam volitionis: ergo in ipsâ volitione, ut præcisè consideratâ intra lineam volitionis, nequit certò cognosci Futurum: ergo.

289 Respondetur: distinguo consequentiam formaliter ex suppositione quasi extrinsecâ, nego: radicaliter, & originativè, concedo consequentiam. Itaque in his Decretis Prædefinitivis, distinguenda sunt *duo*. *Aliud*, ratio connexionis: & *aliud*, *connexionis* origo. Origo connexionis est suppositio libera Creaturæ, gaudentis jure se ipsam determinandi, & præimpediendi, ité præexistat ulla connexio cum actu suo, nisi attemperata ad ejus naturam, atque adeò evitabilis per exercitium suæ libertatis: & hæc suppositio est in casu nostro Scientia Dei Media in eo existens ab æterno cum prædictâ attemperatione, & posterioritate ad libitum ipsius Creaturæ quod affirmat: ut explicabitur *infrà*. Ad *Infrà lib. 5. à num. 154.* rationis connexionis est Decretis intrinsecâ: quia ex suâ conditione habent præsupponere talem scientiam. Vnde ad formam subsumptam argumenti, nego antecedens: Cùm enim de ratione volitionis sit præsupponere scientiam proportionatam, quidquid inest volitioni extra-

li præsuppositione, inest ex propriâ lineâ. Sed de his, cùm sermo copiosior sit de *Divinis Prædefinitionibus*.

Et lib. 7.

SECTIO IV.

DEVS IN SE IPSIS ABSOLVTE futura cognoscit, citra ullam præviam determinationem æternam.

Explicatio Scholæ Nostræ quoad primam partem præsens.

290 PEr hos posteriores terminos, priores explico: nihil enim aliud intendit assertio de cognitione Futurorum in se ipsis, quam Deum ex infinitâ suâ intellectualitate, non egere ullâ prævià æternâ determinatione, ut ea cognoscat, sed plenè sufficere, quòd pro suâ differentiâ temporis sint extitura. Id est futura cognoscere *citra medium*, seu *in seipsis*: & id est, quod Angelicus Doctor asseruit dicens, videri à Deo Futura in *suâ præsentialitate*. Sensus Sancti Doctoris, & Scholæ nostræ est, Rationem plenè sufficientem, cur Deus futura cognoscat, ex perfectione suæ infinitæ mentis, necessitarq; præcognoscere anticipatione cognitionis æternâ, quidquid in tempore contingit, & verum est, esse ipsa Futura, prout in tempore sunt. Sed quia hunc discurrendi modum, *Novum inventum Nostrum* appellat *facili calamo* ex Barono suo Gonetus, oportet, brevi circuitu totam afferre pro ipso Scholarum antiquitatem.

Cū Sancto Thomâ.

Contra Gonet. & Baron.

§. I.

ASSERTIONIS AVTHORITAS.

Authoritas.

291 IMprimis stat pro assertâ veritate *tota Societas Iesu*, id est, Scriptorum innumeri, & omninò gravissimi, literarum monimentis fetè præponderantes toti Scholasticæ Antiquitati. Ex Nominalibus stant apertè Ariminensis, Occamus, Gabriel, & Richardus. Ex Scholastis, stat Subtilis Doctor *in Primum distinct. 39. quæstione unicâ*, ex mente Doctissimi Philippi Fabri citantis eo loci *disp. 54. cap. 4.* pro Sententiâ Schori Nostros Doctores Suarez, Vazquez, & Molinam: nec dissentiunt Schotistæ Mogus, & Herinex.

Ex Nominal.

Ex Scholastis.

Ex Thomistis.

292 Ex Scholâ Thomisticâ, quamvis alii citari possent, (quod fidelitet præstitit inter alios quidquid opponat Gonetus, Pater Valentinus Herize *disp. 6. cap. 2.*) unicè pro nobis advoco Sanctum Thomam. Primus locus est 1. *part. hic quæst. 14. toto articulo 13.* ubi, cùm asseruisset eventus liberè contingentes à causis liberis, in ipsis causis certò non posse cognosci, ob contingentiam, seu indifferentiam medii, addidit, *videri ea à Deo, in quantum* subduntur Divino conspectui *secundùm suam præsentialitatem*. Id quod paulò antè dixerat esse prærogativam Divini intuitus, *qui fertur ab æterno super omnia, prout sunt in suâ præsentialitate*. Quid autem est, esse res in suâ præsentialitate, nisi actu existere, & esse extra proprias causas? Et hunc esse sensum Angelici Præceptoris, testatus est, ejus Auditor Ægidius, adversus *corruptores Magistri sui* Sancti Thomæ.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente. S. Thomas. Primum ejus testimonium.

Ægidius.

293 Alter locus, palmarius est, & omninò manifestus ex *lib. 1. Perherm. tect. 14. §. sed si providentia*, ubi de Deo circa cognitionem futurorum liberè contingentium, ait: *Videt unumquodque eorum, quæ sunt in quocumque tempore, sicut oculus humanus videt Sortem sedere in seipso, non in sua causa. Ex hoc autem, quod videat homo, Sortem sedere, non tollitur ejus contingentia, quæ respicit ordinem causæ ad effectum: tamen verissimè, & infallibiliter videt oculus hominis, Sortem sedere, dum sedet, quia unumquodque, prout est in seipso, sum determinatum est: sic igitur, &c.* Vident Thomistæ, an nos aliis verbis utamur pro conclusione nostrâ.

Alterum.

294 Tertius locus non est minùs illustris ex 1. *distinct. 38. Corp.* ubi, cùm dixisset eventus liberè contingentes, certò non posse cognosci in causis suis, quia in illis non habent esse determinatum, & unicè haberè esse determinatum, quando efficiuntur in rerum naturâ, atque adeò solum posse certò cognosci, *quando sunt in actu*, addit rationem, cur à Deo nihilominùs certò cognoscantur, antequam sint, id est ab æterno. Verba sunt: *Nihil prohibet, Deum habere certam Scientiam futurorum contingentium, cujus intuitus ejus ad rem fortasse undùm quod præsentialiter est in actu, & jam habet esse determinatum.*

Tertium.

295 Id quod in responsione ad secun-

dum

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

dum magis explicat per hæc verba: *Futurum contingens non est determinatè verum, antequam fiat, quia non habet causam determinatam; sed dum est in actu, est determinatè verum.* Ecce verba nostra in ore Doctoris Angelici. Sed audi ad tertium. *Futurum contingens relatum ad Dei cognitionem est necessarium, quia ad ipsum non refertur, nisi secundùm quod est in esse actuali.* Vide quid excludat Angelicus Doctor? Scilicèt *omne medium*: id est, *totam Scholam prædeterminantem.* Audi rursus ad sextum: *Si videret Deus causam, & non videret immediatè effectum in suo esse, nunquam posset illum certò scire.* Hæc, & similia dissimulat Conetus, ut solet, quando solvendo non est

Goner.

Quartum.

296 Quartus locus non est minùs clarus *quæst. 2. de veritate articulo 12.* ubi respondendo ad primum, hæc habet: *Licèt contingens non sit determinatum, quandiù futurum est, tamen ex quo productum est in rerum naturâ, veritatem determinatam habet: & hoc modo super illud fertur Intuitus Divinæ cognitionis.* Non aliis nos verbis utimur.

297 Quòd si adhuc clariora velint Thomistæ, audiant Sanctum Thomam 1. *part. quæst. 86. art. 4. C: Sciendum est, quòd Futura dupliciter cognosci possunt; uno modo in se ipsis; alio modo, in suis causis. In se ipsis futura cognosci non possunt, nisi à Deo, cui etiam sunt præsentia, dum in cursu rerum sunt Futura, in quantum ejus intuitus æternus, simul fertur supra totum temporis cursum.* Vis adhuc manifestiora? Audi etiâ *in 1. part. quæst. 57. art. 3. Corp. Alio modo cognoscuntur Futura in seipsis; & sic, solius Dei est, Futura cognoscere.* Dicat modò Gonetus, & qui eum unicè legunt, has voces esse *Inventum Nostrum.*

Goneti excessus.

§. II.

ASSERTIONIS RATIO.

Ratio.

298 Sic formatur: Eò præcisè, quòd Deus sit Intellectualitatis infinitæ, & Petrus v. g. peccet cras, est ipse Deus necessitatus, & determinatus ad enuntiandum ab æterno, Petrum peccare cras: ergo citra ullam præviam determinationem æternam, tanquam medium cum peccato connexùm, habet Deus æternam cognitionem peccati quod erit, eò præcisè quòd in tempore sit: ergo citra ullum medium ab æterno connexum, & prædeterminans, cognoscit Deus ipsa futura: ergo cognoscit in se ipsis. Tres istæ consequentiæ, se mutuò explicantes, bonæ sunt: Si enim ex parte Dei sufficit infinitudo intelligendi, & ex parte objecti, veritas temporalis, ut ab æterno necessitatus sit Deus enuntiare temporalem veritatem, quidquid his superadditur, non requiritur. Difficultas est in primo antecedente, quod ostenditur variis arguendi formis.

299 Prima sit: Quod est verè affirmabile in tempore, quando est, est ab æterno verè affirmabile, si detur æternum intelligens: atqui ut objectum sit verè affirmabile in tempore, sufficit ex parte objecti quod in tempore sit; & ut sit æternum intelligens, sufficit infinita intellectualitas: ergo eò præcisè quòd Deus sit intellectualitatis infinitæ, & Petrus v. g. peccet cras, Deus est necessitatus ad æternam peccati crastini enuntiationem. Consequentia sequitur: & minor patet. Major autem probatur: quia cognoscere æterni Intelligentis, est ab æterno cognoscere, quidquid est aliquando verè cognoscibile: non enim sunt minùs æternæ cognitiones æterni Intelligentis, ac ipsum intelligens: sed implicat non cognosci ab æterno Intelligente, quod aliquando est verè cognoscibile: ergo implicat ab æterno intelligente non cognosci ab æterno, quod in tempore est verè cognoscibile. Et ratio totius discursûs est: quia Deus ex infinitudine Scientiæ necessitatus est habere cognitionem omnium verè affirmabilium, & ex æternitate, cognitionem æternam.

300 Secunda sit: Ut objectum cognoscatur, & verè sit affirmabile, non requiritur, quòd existat, si non requiritur ut causet cognitionem sui; atqui ratione Divinæ intellectualitatis implicat, quòd objectum causet sui cognitionem in Deo: ergo ratione suæ Divinæ intellectualitatis implicat, quòd non sit affirmabile verè à Deo, quin existat, eò præcisè quòd existet: ergo eò præcisè, &c. Major autem discursûs patet: quia objectum, ut purè terminet cognitionem, non requirit existentiam, unicè requisitam vel in se, vel in specie, ratione causalitatis ad cognitionem. Minor autem est evidens. Deus enim non eget objectis, ut completivis suæ mentis, ex se necessitatæ cognoscere, quidquid verè affirmabile est.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

301 Et ratio totius discursûs est ex discrimine Intelligentis finiti, & Infiniti. Finitum intelligens determinatur ab objecto in genere causæ complentis vel per se, vel per speciem, potentiam proximam intelligendi: Infinitum verò intelligens non ita determinatur ab objectis: supponitur enim ex infinitudine, plena sufficientia, & necessitas cognoscendi, si objectum cognoscibile sit: unicè igitur determinatur ab objecto, quatenus est verè affirmabile ex libito Creaturæ, & non Dei, sine ullo alio influxu, ut explicabitur, quando sit sermo de determinativo Scientiæ Mediæ.

302 Tertia sit: Deus ex infinitudine Scientis est disjunctivè necessitatus habere vel notitiam de peccato crastino Petri, vel notitiam de omissione talis peccati crastini: ergo eò præcisè quòd Petrus peccet cras; ex infinitudine Scientis est necessitatus habere notitiam de peccato crastino Petri. Antecedens patet: quia Deus est absolutè necessitatus ut nihil ignoret: Qui autem necessitatur, ut nihil ignoret, est necessitatus habere notitiam, quâ nõ posità, aliquid ignoraret: sed neutrâ notitiâ posità, aliquid ignoraret, cùm unum è duobus sit eventurum in tempore: ergo. Consequentia autem prima probatur: Qui necessitatur ad unum è duobus, eòipsò quòd impediatur ad unum, determinatur ad alterum: atqui eòipsò quòd Petrus peccet cras, manet simpliciter impedita in Deo affirmatio de eo, quòd nõ peccabit cras: nam eòipsò quòd Petrus cras peccet, cras & ab æterno est falsum, quòd Petrus non peccet cras: Deo autem repugnat simpliciter omnis affirmatio falsa: ergo eòipsò quòd Petrus peccet cras, manet ex perfectione suâ Deus determinatus habere notitiam æternam crastini peccati.

303 Confirmatur: Libertas Creaturę plenè constituta est necessitas ut sit unũ è duobus, vel peccare vel non peccare: id enim est de natura libertatis non impedi tæ; nec est plenè constituta, si impeditur aliunde. Nunc sic: ergo in Deo est æterna necessitas, ut si libertas creaturæ plenè constituta in rebus existat, existat unum è duobus, vel peccare, vel non peccare: est enim Deus æterna Idealis necessitas, ut libertas sit in rebus, qualis est in Omnipotentiâ. Ergo Divina mens est necessitas sciendi unum è duobus, vel peccare, vel non peccare: quomodo enim potest esse in Deo necessitas eveniendi, quod non detur sciendi necessitas? Ergo est necessitas Sciendi determinatè quod erit, eòipsò præcisè quòd sit. Probo consequentiam: quia est necessitas sciendi, quod verè sit affirmabile. Tùm etiam quia est necessitas sciendi determinatè, quod erit, cùm sit: ergo est necessitas sciẽdi determinatè quod erit, eòipsò præcisè quòd sit: nam Sciendi Divina necessitas, est necessitas ab æterno sciendi quòd scit.

§. III.

DOCTRINÆ DEFENSIO.

304 Plura præoccupata sunt *disp. 19.* tùm satisfaciendo Thomistis, cõtendentibus Futuritionem rerum itabiliendam in Decreto: vide *sect. 2.* Tùm explicando, pro tollendis æquivocationibus, quid sonet in calamo Nostrorum, & Sancti Thomæ, Determinata veritas Futurorum, antequam sint: vide ibi *sect. 3.* Quæ majoris negotii sunt, & concernunt Prioritatem objecti ad Scientiam, & Determinativum mentis Divinæ, latè discutientur, & solventur, cùm loquamur *de Scientiâ Mediâ*, ejusque Determinativum explicemus *Infrà lib. 5. à nu. 147.* & 154. Interim. quæ latè fundit, & confutat Conet *disp. 4. de Scientiâ*, hinc & inde disputans contra nostras Doctrinas neque benè propositas, ut patet; neque satis intellectas, ut reor; in gratiam eorum, qui si tacta non vident, suspicantur vel non lecta, vel aliquid pejus, brevi evolvere oportet. Igitur

Supra à nu. 29.

A nu. 53.

Et infrà à nu. 147 & 154 Conet.

305 Objicies primò ex Goneto, Hilarium, Augustinum, & Thomam. Hilarius *lib. 9. de Trinitate* sic loquitur: *Quæ Deus facere decrevit, in suâ voluntate cognovit.* Augustinus *libro de Prædestinatione Sanctorum cap. 10.* sic: *Prædestinatione Deus ea præscivit, quæ fuerat ipse facturus.* Et *lib. 26. contra Faustum cap. 4.* pro ratione Futurorum recurrit ad Dei voluntatem. Sanctus

Prima objectio ex Conet. Hilarius. Augustin. S. Thomas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

ctus Thomas in primis *In 1. dist 38. quæst. 1. art. 5.* sic loquitur: *Deus non solùm vidit ordinem sui ad rem, ex cujus potestate res erat futura, sed ipsum esse rei intuebatur, &c.* Nota Decretum in illo ordine sui, id est, *inquit Interpres*, suæ voluntatis ad rem. Deinde 1. *contra Gentes cap. 68. rat. 1.* manifestò docet Deum omnia cognoscere *in essentiâ suâ*: sed non in essentiâ, nudè sumpta, *subsumit Interpres*: ergo in essentiâ importante Decretum. Et *rat. 3.* docet nostras volitiones videri à Deo *in suâ voluntate*, quid clarius? Præterea *3. contra Gentes cap. 56. Deus scit omnes nostras voluntates, per hoc quod est nobis causa volendi*: Causa autem volendi est nobis per Decretum, non indifferens, sed efficax. Præterea *quæst. 12. de Verit. art. 10. ad 12.* docet *in Causis Superioribus cognosci eventus rerum absolutos*: quæ autem causa magis superior Deo? Denique 1. *part. quæst 16. art. 7.* ad tertium, manifestè ponit *veritatem futurorum* in Deo.

Solvitur apertè insinceritate citantis.

306 Respondeo miratì me, hos textus objici contra mentem apertam ipsorum Patrum eisdem ipsis locis, unde sumuntur. Hylarius loquitur de futuris, quorum determinati est Dei: non verò de futuris, quorum determinatio est nostra: quales sunt actus liberi nostri. Augustinus utroque in loco loquitur de Futuris eisdem necessariis, ut jam explicui *dis p. 19. sect. 2. fin.* Quidquòd & nos etiam dicimus futura videri à Deo in prædefinitione, seu Prædestinatione addimus verò, videri etiam in se ipsis, quod & Augustinus docet.

Hilarii Mens, & Augustin.

Mens Sancti Thomæ

307 Sanctus Thomas in primo loco *ex 1. sentent.* docet apertè sententiam nostram, ut constat *ex § 1. num. 394.* unde miror Goneti ausum, citantis eo ex loco Præceptorem Angelicum contra nos. Dixit autem Doctor Angelicus *in eo loco* tria. *Primum*: Futura non habere determinatam veritatem, antequâ sint. *Secundum*: certò videri non posse, si videantur in causis, atque adeò videri in se ipsis. *Tertium* denique, non videri solùm à Deo ordinem sui ad rem, sed ipsû esse rei in se ipso. Vnde Gonetus, *dissimulans duo priora*, per quæ docet Sanctus Thomas sententiam nostram, ex *tertio* colligit, Futura videri in ordine causæ ad effectum, non verò in se ipsis.

Ex dictis à nu. 392.

Goneti insinceritas

Quis hoc ferat, cùm manifestè oppositum dicat Sanctus Thomas? Et ordo ad effectum in causâ, undenam, bone, Decretum est? Sed est continentia, est activitas, est relatio.

308 Alter textus *ex cap. 68. contra Gentes* solùm probat in Essentiâ Dei munus speciei: quod ego sic intelligo, ut essentia sit necessitas perfectissima, habendi omnis veri notitiam, sine ullo juvamine objecti: Quòd autem Sanctus Thomas non excludat per hæc cognitionem Futurorum contingentium in se ipsis, neque recurrat ad Decreta, patet *ex capite præcedenti 67. contra Gent.* in quo tenet, & explicat sententiam nostram.

309 Tertius textus *ex 3. contra Gent. cap. 56.* vel loquitur de actibus, quos necessariò elicimus, vel loquitur ex ratione probativâ Scientiæ: causalitas enim providens, manifestè convincit Scientiam. Quid hæc ad modum cognoscendi? Quartus locus *ex quæst. 12. de veritate*, loquitur de effectibus necessariis. Si verò contendas, etiam loqui de liberis, intellige dictum ratione Prædefinitionis, & Scientiæ diligentis. Vltimus locus ex 1. *part. explicatus est suprà dis p. 19. sect. 2. fin.*

Suprà l. nu. 40. & 41.

Secunda objectio ex Gonet, variè confirmatur. S. Thomas. S. Dionys.

310 Objicies secundò ex *eodem*: nihil magis commune apud Sanctum Thomam, & alios Doctores post magnum Dionysium, quàm Deum in suâ essentiâ noscere omnia: ergo & futura contingentia: ergo non ea noscit in se ipsis. Firmatur primò: Possibilia noscit Deus in se ipso, ut potente producere: ergo Futura in se ipso, ut decernente producere. Secundò: si Divinus intuitus circa contingentia, ea nosceret immediatè in se ipsis, sumeret speciem ex illis: actus enim sumit speciem ab objecto formali: ergo esset imperfectus. Tertiò: objectum formale dat perfectionem, & speciem actui: sed implicat, quòd actus Divinus sumat speciem, & perfectionem à ratione finitâ: ergo implicat quod finitam rationem habeat pro objecto formali. Quartò: Species omnium cognoscibilium est Deo essentia suâ: ergo in Essentiâ noscit omnia. Quintò: Finita bonitas nequit esse objectum formale Divinæ Voluntatis: ergo neque Divini intellectûs, finita veritas. Sextò: nequit futu-

futura res cognosci, sine aliquâ connexione reperta inter cognoscentem, & cognitum; sed ista connexio inter Deum, & ipsa futura stare nequit nisi in Decreto: ergo. Septimò: ex causâ, ex quâ effectus infallibiliter sequitur, potest ipse cognosci infallibiliter: sed omnia, & singula infallibiliter sequuntur ex Deo, ratione Decreti: ergo ratione Decreti possunt in Deo cognosci infallibiliter. Octavò: Nequit in Deo negari Decretum circa res alioqui futuras: ergo neque potest negari fixum in Deo medium ipsas certò cognoscendi. Hæc latè fundit citatus Gonet *disputatione 1. à 4. art. 5. per plures §.*

Solvitur. Mens Dionys. Thom. & SS. PP de munere Speciei in Essentiâ.

Ex lib. 1. à nu. 116.

311 Respondetur. Ad argumentum, sensum Sancti Dionysii, & omnium Doctorum, eum esse, ut essentia Dei sit necessitas, ut in Deo sit notitia omnis veritatis; unde dici solet species omnium intelligibilium: non quia Essentiæ cópetat munus formalis speciei, sed quia sine specie nostræ imperfectione, exigit, ut Divinus Intellectus non egeat ullo juvamine extra se ad cognoscendum. Et hoc modo verum est, Deum mediante Essentiâ suâ, noscere omnia, non quia Essentia sit medium omnia cognoscendi, sed quia est perfectio exigens cognitionem omnium. Id quod ab omnibus dici debet: nam Decreta non sunt de essentiâ Dei: essentia autem Dei, sicut est præcisivè se habens, & indifferens ad Decreta, sic etiam est indifferens ad veritates contingentes: quomodo ergo rotundè dicitur, dici à S. Thomâ, noscì à Deo omnia in Essentiâ? Adde distingui à Sancto Thomâ *quæst. 2. de Verit. art 12. ad 12.* duo media cognoscendi: *aliud*, demonstrativum: id est, in quo tanquam in Medio cognito, ratione connexionis demonstratur res: *aliud*, ad modum speciei, ratione similitudinis: & colligit respectu contingentium, Divinam Essentiam non esse Medium primi generis, sed secundi. Quid ad hæc Gonetus? Præterea, Sanctus Thomas manifestè dicit Futura non habere determinatam veritatem, nisi quatenus productione sunt in seipsis: quomodo ergo est ante ipsorum existentiam, Decretum ab æterno determinans? Igitur concesso entymemate in sensu Patrum, & Sancti Thomæ, nego consequentiam. Quia Deus eatenus

Gonetus prætitur ex Sancto Thomâ.

dicitur in essentiâ noscere omnia, quatenus essentia est plena radix, cur sit in Deo notitia omnium, quæ noscit, eo modo quo cognoscibilia sunt.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Confirmationes dictæ.

312 Ad primam confirmationem. Concesso antecedente, negatur consequentia: quia Deus cum omnibus possibilibus æquè connectitur: non verò æquè decernit omnia futura: alia enim decernit determinando, alia finendo determinari per nos; & alia putè permittendo. Ad secundam nego antecedens ex præsuppositis *lib. 1. d sp. 3.* cùm de objecto formali Dei narum Cognitionum in genere. Ad tertiam patet indidem falsitas antecedentis: quod solùm verum est de objecto formali physicè causante cognitionem vel per se, vel per aliud. Ad quartam jam dixi, quo sensu Divina Essentia dici possit species. Lege, si placet Nicolaum Martinez *Controv. 2. disp. 7. sect. 5.* Ad quintam jam respondi *loc. cit.* Ad sextam, distinguo majorem: sine aliquâ connexione, tanquam medio cognito, nego: tanquam medio cognoscendi, concedo: & hoc est ipsa Scientia. Vnde nego minorem. Ad septimam, permissâ majori, distinguo minorem: ratione Decreti determinantis, nego: ratione Decreti præsupponentis Scientiam infallibilem de eventu, si ponantur proximæ causæ, concedo: at hoc Decretum jam supponit notitiam futurorum in seipsis. Ad octavam, dico negari non posse in Deo Decretum omninò connexum cum veritate nostræ Conclusionis, id est, cum notitiâ Futurorum in se.

Suprà l. à nu. 261

Nicolaus Martinez. L. b. 1. nu. 258.

Tertia objectio ex Goner.

313 Objicies tertiò ex eodem. Si præcisim, aut pro priori ad Decretum prædeterminans salvaretur determinata veritas in Futuris contingentibus, periret eorum libertas, & contingentia. Primò: quia si salvaretur ea determinata veritas esset ex necessitate oppositionis contradictoriæ, exigentis aliquam propositionem esse veram: atqui ista necessitas est absoluta & invincibilis: ergo & id quod ex ipsâ sequitur. Quod enim sequitur ex principio necessario, necessarium est. Secundò: Quod est Futurum ante primâ radicem contingentiæ, nequit esse contingens: sed Decretum Divinum est radix omnis contingentiæ: ergo: Tertiò: omnis perfectio ad extra procedit à Deo immediatè per Decretum: sine Decreto

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

enim non operatur Deus: sed libertas actualis est perfectio ad extra: ergo. Quartò: Veritas præcedens ad omnem libertatem tam Dei, quàm Creaturarum, non est veritas ulli libera: sed veritas præcedens ad libertatem Dei, præcedit ad omnem: quia quod præcedit ad prius, præcedit ad omnia posteriora: ergo. Quintò: libertas Divina, & Humana se habent sicut Prius & Posterius, primum & sequens, seu secundum: ergo quod antevertit libertatem divinam, antevertit Humanam: ergo omnem. Sextò: Quod convenit alicui ex se, & ex naturâ suâ, convenit necessariò: sed si veritas conveniret Futuro ante Decretum, conveniret ex se: ergo conveniret necessariò. Minor patet: quia non conveniret ex ullius causalitate, utpote ante Decretum impossibili. Septimò: Quod est verum pro omni signo imaginabili, est necessariò verum: sed quod est verum ante decretum est verum pro omni signo imaginabili: ergo est necessariò verum. Octavò: Radix libertatis est Decretum prædeterminans: ergo.

Qui multa falsò impo nit Scholæ Nostræ.

314 Hæc latè Conet *disp. illà citatâ art.* 4 multa disputans & plura imponens nostris Authoribus, cum magno præjudicio Charitatis, & Veritatis. Imprimis *imponit*, doceri à nostris, quòd Futura contingentia certò cognoscantur à Deo, in vi, seu lege contradictionis, exigente, ut una pars sit vera. Quis nostrûm id unquam dixit? Quod omnes dicimus, est, non posse non esse veram unam ex duabus partibus contradictionis: quod autem hæc potiùs, quàm illa sit vera, ex ipsâ lege contradictionis, non dicimus: unde addimus, videri hoc à Deo, in eâ ipsâ parte, quæ vera est. Secundò *imponit* doceri à Nostris, Futura contingentia etiam absoluta, esse determinatè vera ante omne Decretum Dei. Quis nostrûm hoc dixit? Quod dicimus est, esse vera, non vero ratione Decreti Determinantis. Valde autem diversa sunt, esse vera ante decretum, & esse vera ratione Decreti. Hoc negamus, & non illud. Tertiò *imponit* doceri à Nostris, cujuscumque contradictionis, extremum unum esse determinatè verum, & alterum falsum, in quocumque signo rationis: unde mira colligit contra nos, id est, independenter à Decretis Dei, & priori ad illa, tam quoad conditionatè, quàm quoad absolutè contingentia, esse determinatam veritatem. Quis autem Nostrum hoc dixit? Novimus signa, ab utroque extremo præscindentia: pro signo autem præscindenti ab uno, & ab altero, neutrum est affirmabile, & negabile neutrum: quia non est signum contradictionis, sed præcisionis ab extremis contradicentibus. *Si enim dica*: pro priori libertatis non est amor, & admittam: malè inferes: ergo pro illo priori est non amor. Negandum est: quia est signum præscindens ab amore, & à non amore. Igitur his animadversis

Primum:

Secundum

Tertium:

Solvitur explicatio Sententiæ verum.

315 Respondetur, negando sequelam. Ad primam ejus probationem, nego suppositum: nempe quòd ex necessitate disjunctivâ ad unum ex extremis contradictoriis sequatur determinatè hoc potiùs, quàm illud determinatè, non est ex necessitate illâ disjunctivâ, sed aliunde: convincitur verò ex illâ disjunctivâ necessitate aliquod determinatè fore. Ad secundam: distinguo minorem: Decretum Divinum est radix determinativa omnis contingentiæ, nego: est radix, unde pendet omnis contingentia, concedo: hoc autem verû habet, eò ipsò præcisè, quod sine Divino Decreto stare nequeat in rebus ulla causa libera contingentium. Ad tertiam, nego majorem in sensu objiciêtis: sunt enim res, de quarum conceptu est, non determinari immediatè à Deo, sinente determinationem earum, Agentibus quibus dat electionem. Ad quartam, concessâ majori: distinguo minorem: veritas præcedens ad libertatem Dei, dantis jus, & cooperantis, concedo: determinantis, nego: sunt enim multa, quæ licèt pendeant à Deo, quatenus dâre vites, & jus, & insuper cooperante, non determinantur ab ipso: & respectu ipsorum non habet prioritatem determinativam. Unde negatur suppositum probationis.

316 Ad quintam, concesso antecedente in sensu sano, distinguo consequens: quod antevertit libertatem Divinam, in omni genere, antevertit humanam, concedo: quod antevertit Divinam, in genere immediatè determinationis, antevertit in eodem genere humanam; nego consequentiam. Nam de ratione electionis est privativè determinari ab ipso cujus est electio: unde electiones Humanæ

manæ habent unicè determinari à causâ secundâ, licèt aliter pendeant à libertate Divinâ, quatenus nempè, sine ipsâ, neque expediri Omnipotentia potest ad concursum, neque in rebus poni causa secunda. Ad secundam, admissâ majori, distinguatur minor: si veritas conveniret Futuro ante Decretum prædeterminans, nego: ante omne Decretum, concedo: at quis nostrum dixit: Futuris convenire veritatem ante omne Decretum Dei, si cùm Sancto Thomâ professi sumus, *Futurum contingens non esse determinatè verum, antequam fiat*? Sic habet *in 1. d. 38. quæst. 1. art. 5. corp.* Ad septimam, admissâ majori, nego suppositum minoris, ut *jam* advertì ante solutionem contra hunc Authorem, sinistrè sentientem de Doctrinis nostris, nec eas sincerè proponentem. Ad octavam, nego quod assumitur, ex toto *lib. 3.*

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. S. Thomas. Num. 414.

Et lib. 3. toto.

DISPVTATIO XXIII.

LIBERTATIS CREATÆ CONCORDIA cum Divinâ Præscientiâ Futurorum.

317 Ea, Multis est visa, valde difficilis, teste Anselmo *lib. de hac Concord. cap.* 1. Scholæ Nominalium est visa inexplicabilis, teste Ruiz *disp.* 30. *sect.* 1. Nonnullis Ethnicis, visa est impossibilis, teste Augustino *lib.* 5. *de Civit. cap.* 9. quibus adhæsere Simon Magus, Manichæi, & tandem Vvicleffus: cui Sectarii nostri temporis numerum & plausum addidere, Lutherus, Calvinus, Beza, Melanctон. De Fide tamen est ea Concordia, ut constat ex Constantiensi *Sess.* 8. quam proinde elucidare contra nonnulla sophismata opus est, assignatâ postmodùm solidâ ratione Concordiæ. Præcedant in speciem

Quæstio multis visa difficilis ex Anselm. Aliis inexplicabilis, ex Ruiz. Aliis Impossibilis, ex Augustt Sectarii. Res est de Fide, ex Constant.

SECTIO I.

RATIONES DVBITANDI

Prima difficultas ex impotentiâ evitandi.

318 Prima, supponit Deum ab æterno videre Petrum peccare cras, & accedere diem crastinum, in quo peccat. Inde sic dubitat: Petrus positus in die crastino non potest evitare peccatum: ergo non peccat liberè. Probatur antecedens: Nam Petrus habere non potest evitationem peccati: ergo non potest evitare peccatum. Consequentia est bona, & antecedens probatur: nam evitatio peccati tripliciter excogitari potest, vel conjuncta cum visione: vel divisa à Visione, vel præcisivè, & secundùm se. Sed nullo modo potest habere Petrus evitationem. Non ut conjunctam: quia hæc conjunctio est falsificatio: Visio autem simpliciter est infalsificabilis. Non ut divisam: quia posse dividere evitationem à visione, est posse facere cras, ne extiterit ab æterno Visio: sed Petrus cras non potest facere, ne ab æterno extiterit Visio: sicut non potest facere, quòd præteritum non præterierit, aut quòd non præcesserit æternitas. Non denique secundùm se: quia vitatio est per se divisa ab æternâ Visione: sed non potest habere evitationem ut divisam: ergo neque secundùm se: ergo nullo modo.

Secunda, ex eadem inevitabilitate.

319 Secunda, supponit etiam præcessisse Visionem: & inde sic dubitat. Nequit Petrus evitare æternam existentiam Visionis: ergo nequit evitare peccatum. Consequentia patet: quia evitatio peccati crastina, & æterna non existentia Visionis sunt termini connexi. Probatur antecedens: quod præcesserit ante ipsum *nunc* libertatis, evitari non potest per ipsam libertatem in suo *nunc*: Ide enim nunc non possumus facere, ne Adamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

extiterit, quia existentia Adami præcessit ad *nunc*, in quo sumus: & ratio est: quia hoc *nunc* ex se supponit illud *tunc*: & evitare non potest sua præsupposita, ratio subsequens & supponens; atqui æterna visio præcedit, ex naturâ suâ, ad omne *nunc* libertatis: ergo per libertatem in suo *nunc* vitari non potest æterna existentia Divinæ Visionis.

Tertia, ex Revelatione facta, jam præterità.

320 Tertia, suppositâ visione, addit factam ex eâ Revelationem peccati crastini, & jam esse destructam. Inde sic dubitat: Non est in Petro potestas in die crastino v.g. ad faciendum, ne præextiterit ea revelatio sui peccati: ergo nec est potestas, ne præextiterit Visio: ergo nec est potestas ad evitandum peccatum. Hæc consequentia sequitur ex primâ: & prima patet: quia Revelatio subsequitur ad Visionem: non enim revelat Deus faciendum, nisi quod faciendum videt: ergo si Petrus nequit facere, ne revelatio præcesserit, minus præstare poterit, ne præcesserit Visio. Antecedens autem primum ostenditur: esse destructum, est existentiæ præsuppositio: ergo potestas faciendi, ne præextiterit quod est destructum, est potestas faciendi ne extiterit, quod supponitur extitisse. Atqui hoc implicat: ergo.

Quarta, ex eisdem nodis.

321 Quartà, considerat Antichristum in tempore: & sic dubitat: Antichristus vel habet ab æterno potestatem removendi, seu impediendi Divinam Visionem peccati sui; vel habet in tempore: neque in tempore habet, neque ab æterno: ergo nusquam. Minor quoad secundam partem est evidens: quia ipse non est ab æterno. Probatur quoad primam, primò: quia si in tempore potest, contingens est quòd impediat: quæ ergo manet certitudo Scripturarum & Revelationum Divinarum? Secundò: quia Potestas nequit se exercere circa suum effectum nisi se conjungendo cum illo: atqui Potestas, ut in tempore, conjungi non potest cum æternâ remotione Visionis: est enim æterna distantia: ergo. Tertiò: quia nequit Antichristus removere visionem peccati sui, nisi faciendo, ut sit oppositavisio: sed id non potest: nam per quod exercitium? non quidem per peccatum, ut patet: sed neque per evitationem peccati: quia evitatio peccati jam supponeret æternâ durationem sui visionem: ergo. Confirmatur: Quod supponitur ad aliquid, nequit acquiri per ipsum: neque quod præimpeditum est ante aliquid, nequit impediri per ipsum: sic vita totali nequit per vulnus supponens corpus exanime; nec causa potest acquiri per actionem ab ipsâ fluentem. Atqui Visio de evitatione peccati supponitur impedita ab æterno ante tempus evitationis: ergo nequit impedire, vel induci. Quartò: libertas Antichristi, ut in tempore succedit ad totam æternitatem: ergo succedit ad visionem æternam de peccato. Atqui ut succedens nequit facere, ne præextiterit: quia supponit: ergo neque ut in tempore.

Quinta rursus ex impeditibilitate.

322 Quintà, sumit Scientiam Visionis de consensu, & sic inde dubitat. Nunquam Petrus cum potestate dissentiendi, aut consentiendi, dissentit, ita ut Visio de consensu egeat existentiâ consensûs: ergo nunquam dissentit impediendo existentiam visionis de consensu: ergo talis existentia visionis de consensu nunquam impeditur: ergo nec impedibilis est, si semel existit. Sed si semel existit, est necessitas de consensu: ergo necessitas non impedibilis. Prima consequentia, ex quâ cæteris bene sequuntur, patet: quia eatenùs dicimur impedire existentiam Visionis de consensu, quatenùs eâ visio eget consensu, qui in nostrâ manu est. Probatur igitur antecedens. Visio solùm eget consensu, si existit ipsa visio: Visio enim non existens non eget consensu: sed quoties Petrus dissentit, non existit Visio de consensu: ergo quoties Petrus dissentit, ita dissentit, ut Visio non egeat existentiâ consensûs.

Sexta, ex infallibilitate.

323 Sexta, facit conditionatum hoc: si Deus videat Petrum consentire, Petrus consentit: & inde sic dubitat: sicut nequit non esse verum, existenti conditione, Absolutum, si verum est Conditionatum; ita, si conditionatum est necessarium & inevitabile, nequit non esse inevitabile, & necessarium, Absolutum, positâ conditione; atqui est necessarium & inevitabile hoc conditionatum: si Deus videat Petrum consentire, Petrus consentit: ergo Absolutum, positâ conditione Visionis, est etiam inevitabile, & necessarium. Major patet: quia Conditionatum, positâ conditione, redditur absolutum eodem genere veritatis, quo erat conditionatum. Minor autem est evidens: quia illud est simpliciter necessarium & inevitabile, cujus oppositum est simpliciter impossibile: sed oppositum talis conditionati est simpliciter impossibile: sicut est impossibilis falsificatio actûs Divini: ergo tale Conditionatum est inevitabile, & necessarium.

Septima, ex eodem capite.

324 Septima & ultima, considerat infallificabilitatem Divinæ Scientiæ: & inde sic dubitat: Visio Dei æterna de consensu Petri est adeò infallibilis, ut nullâ possit potestate falsificari: ergo omnimodâ & inevitabili necessitate necessarium est, vel eam non existere, vel existere consensum Petri. Patet consequentia: quia eam existere, & non existere consensum pro tempore suo, est eam esse falsam. Iam sic: ergo existente eâ æternâ Visione, omnimodâ & inevitabili necessitate necessarium est, existere consensum. Probatur ista consequentia: Quotics inevitabili, & omnimoda necessitate necessarium est dari alterum ex duobus: primo excluso, eadem necessitate necessarium est dari secundum: atqui ex his duobus, Visionem non existere, vel existere consensum, necessarium est alterum dari, omnimodâ necessitate: ergo excluso primo, id est, Visionem non existere, necessarium est inevitabiliter, dari consensum. Sed Visionem non existere, solùm excluditur per Visionem: ergo eâ positâ, &c.

325 Explicatur hæc dubitandi ratio primò: Positâ Visione, Petrum liberè consentire, est *liberè non falsificare visionem*: Petrus ergo *liberè non falsificat*: ergo potest liberè falsificare. Hoc non: quia jam esset falsificabilis: ergo neque potest liberè consentire. Secundò: Impossibilitas unius est necessitas sui contradictorii: sed datur impossibilitas antecedens, & omnimoda falsificationis Divinæ Scientiæ: ergo & necessitas omnimoda, infallificationis. Atqui nequit esse liberum, quod est omnimodè necessarium: ergo infallificatio nequit esse libera. Atqui liberè consentire est liberè infallificare Visionem: ergo sicut infallificatio nequit esse libera, neque liberum esse potest ipsum consentire.

SECTIO II.

PRÆDICTÆ CONCORDIÆ RATIO vera.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Principia pro catholico dogmate. Primum:

326 Nstitut tribus principiis Scholæ Nostræ. Primum est, Scientiam Visionis non esse causam rerum, quas videt, sed habere se merè speculativè, id est, *ad instar speculi*, repræsentantis, sine influxu, & sine immutatione, liberos gestus, & motus hominũ oppositorum: unde Scientia Visionis neque cõstituit Potestatem proximam ad actus liberos ex parte causæ secundæ, vel primæ: neque impedit quidquam ex proximis constitutivis ad ipsos. Quare libertas nostra intra ambitum suæ facultatis expeditæ ad operandum, omninò præscindit à præsuppositione æternâ Visionis, non minus quàm ab actu, ad quem est libertas. Principium, ex quo hæc inferimus, de incausalitate Visionis contra Thomistas modernos, latè fundatur à Nostris hìc, & à me fundabitur solidè *tractatu sequenti, lib. 6. qui est de Providentiâ ànum. 155.*

Infrà lib. 6. à num. 155.

Alterum:

327 Alterum principium est exinde consectarium, non *ideò* res esse *quia* Deus videt, sed potiùs *ideò* Deum ab æterno videre res, *quia* in tempore sunt. Vnde Divina Scientia est suo modo determinativè posterior rerum existentiâ temporali: quia non est ea Scientia ratio, cur in tempore res existat: benè tamen è contrà, res in tempore existens est bona ratio cur existat Divina Scientia: cùm autem Scientiam Dei existere sit ab æterno existere, impræscindibiliter est ratio cur ab æterno existat. Terminos, per quos loquimur, explicabimus agendo de determinativo Scientiæ Mediæ. Principium verò dabimus *loco citato* ex communi Doctorum, & Patrum calamo, & ex mente veterum Thomistarum.

Ibid. lib 6

Tertium: de Impeditibilitate Visionis.

328 Tertium principium, subnascens ex duobus præcedentibus, est, Scientiam Visionis, quantumvis æterna sit, esse simpliciter impedibilem à temporali potestate liberè consentiendi, aut dissentiendi. Quod non ita intelligas, ut in tempore sit in libertate Petri v. g. potestas etiam ex suppositione præsupponente scientiam ad evitãdam ipsam scientiam: hoc enim esset potestas componendi

Scien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Scientiam cùm carentiâ ipsius, aut potestas falsificandi, aut tandem potestas destruendi: quæ singula æquè repugnant: & in hoc sensu dictum est à Nostris, Molina, Montoya, & Suarez, Scientiam Visionis esse inimpedibilem, sumptâ impeditione, vel pro mutatione, vel pro destructione, vel pro falsificatione.

Negata à nemine ex nostris: si mens attendatur.

329 Igitur, cùm dicitur impedibilis à temporali potestate, æterna Dei Scientia, sic intelligе. Sume voluntatem in signo indifferentiæ plenè, & expeditè ad consentiendum, aut dissentiendum. Ecce signum plenæ potestatis, omninò præscindens à consensu, & à dissensu, & ab omni suppositione præsupponente Visionem eorundem, sed æquè præscindens ab ipsâ, sicut & à consensu, & dissensu. Cùm ergo consensus sit impedimentum ut existat visio de dissensu, & necessitas ut existat visio de se ipso: imò consensus sit idem connexivè, & determinativè cum existere visionem sui, & non existere visionem de dissensu: quandoquidem visionem existere, aut non existere, est existere semper ipsam, vel nunquam existere; potestas ad consentiendum est potestas ad ponendum illud, quod est idem, ac semper existere Visionem de consensu, & nunquam existere de dissensu. Vnde patet, ex necessitate Divinæ mentis, attemperatæ ad jura creatæ libertatis, ad habendam notitiam, prout Creatura volet ex libito suo operari cùm existat in tempore, Creaturam in tempore positam posse facere, ne unquam in Deo præexiterit determinata visio. Et hoc innegabile est, salvâ nostrâ libertate: & hoc est esse impedibilem Scientiam Dei: quod ampliùs explicabitur; cùm *de Scientiâ Mediâ* sermo sit. Ex quibus formatur hæc

Explicatur.

Infrà lib. 5. à num. 154. & à num. 230.

Ratio demonstrativa Catholici Dogmatis.

330 Ratio demonstrativa Concordiæ. Suppositio per se consequens ad usum, & determinationem libertatis nequit obstare libertati, quantumvis connexa cum exercitio ejusdem. Atqui Divinæ Visionis æternitas est suppositio per se consequens ad usum, & determinationem libertatis: ergo Divinæ Visionis æternitas nequit obstare libertati. Syllogismus est legitimus. Major est omnium Theologorum ex Anselmo, & est evidens: quod enim consequitur ad usum libertatis, hanc præsupponit: ergo non destruit. Deinde, quid magis connexum cum consensu v. g. quàm ipse consensus; at quia est usus ipsius libertatis, huic nocere non potest. Tertiò: quod est consequens ad usum libertatis, eò ipsò est acquiribile, vel evitabile pro libito libertatis: non ergo nocet. Minor autem constat ex præsuppositis principiis. Et

Anselmus

331 Illustratur hæc ratio fundamentalis. Liberè Petrum in tempore consentire, est ita consentire, ut pro libito dissentire possit: Atqui stat optimè Deum videre ab æterno, Petrũ in tempore consentire, & Petrum ita liberè consentire, ut pro libito dissentire possit: ergo Deum videre ab æterno, Petrum in tempore consentire, cum hoc ipso, quod est Petrum liberè consentire. Consequentia sequitur. Et major est nota: si enim Petrus potest pro libito dissentire, & consentit: consentit cum plenâ potestate cõsentiendi, & dissentiendi pro libito suo: & hæc est libertas.

332 Minor ostenditur: quia æterna Visio Dei de consensu neque impedit potestatem plenam ad ipsum, ut patet: neque minuit plenam potestatem dissentiendi pro libito, quod probo: nam vel eam minueret titulo connexionis cum consensu, vel titulo causalitatis ad ipsum, vel titulo impedimenti ad dissensum: sed nullo ex his capitibus minuit: ergo non minuit. Veritas inductionis in majori factâ patet: quia non est alius titulus excogitabilis: & videntur sufficere: nam si præter connexionem superadditur esse causam consensûs, perit indifferentia: imò ejus carentia videtur importari in plenâ potestate dissentiendi. Probatur igitur minor: quia connexio cum consensu præcisè nihil præstare potùs potest, quàm ipse consensus. Deinde dictum est Scientiam Visionis esse meram speculationem objecti, quod videt, & non causam. Denique dictum est esse impedibilem: ergo neque est impedimentum nocens, neque connexio præjudicans libertati. Stat ergo fixa æternæ Divinæ Scientiæ concordia cum libertate temporali.

SEC-

SECTIO III.

DISSIPANTVR RATIONES Dubitandi:

Solvitur prima difficultas.

333 AD primam nego antecedens, ejusque probationem. Ad ulteriorem dubitationis formam, dico Petrum non posse habere evitationem peccati ut conjunctam cum visione de peccato: quia non habet potestatem componendi non peccatum cum visione de peccato: habere tamen posse evitationem peccati, ut est in se, id est divisam à Visione de non peccato: quod non est ita intelligendum, ut *prænoui*, quasi etiam suppositâ visione sit in Petro potestas ad evitationem peccati, evitatione destruẽte, vel mutante visionem: sed unicè est intelligendum, ut res se habet: nempè: quòd in tempore sit in Petro potestas faciendi id quod reipsâ est nunquã extitisse Visionem de peccato: nã peccati evitatio est de consequenti æterna non existentia de peccato. Et hoc non est posse facere quòd præteritum non præterierit: id enim supponit rem esse præteritam, & facit compositionem contradictoriam: Sed solùm est posse facere, ne res posit unquam dici præterita: quia potest facere ne unquam extiterit. Ad præteritum autẽ requiritur, tem extitisse aliquando.

Secunda solvitur.

334 Ad secundam nego etiam antecedens. Ad probationem, distinguo majorem: quod præcedit ante ipsum *nunc* libertatis, ex se præsupponentis id quod præcedit, nequit evitari, concedo: ex se præscindentis ab eo quod præcedit, subdistinguo: si nullo modo existit dependenter ab ipsâ libertate, transeat: si dependenter existit, nego. Itaque *tria* hîc discernenda sunt: *Nunc* libertatis creatæ: Visionis *æternitas*, & *modus* existendi ab æterno, seu modus æternitatis. *Nunc* libertatis creatæ ita præscindit ab æternitate Visionis, sicut & à consensu, & à dissensu: licèt enim præsupponat id quod necessariò æternum est, non verò quod est contingenter æternum, ex contingentiâ suæ determinationis. Visionis *æternitas* est contingens ex attemperatione ad libitum voluntatis: & hic *modus* æternitatis facere nequit, ne voluntas sit in plenâ potestate faciendi, ne unquam talis æternitas fuerit: talis enim æternitas ita existit, ut nunquam extitisset nisi voluntas v. g. pro libito suo consentiret in tempore. At verò Adami existentia, ejusque consequens præteritio nullo modo dependet ab usu posteriori libertatum decursu temporum futurarum.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Solvitur Tertia.

335 Ad tertiam, nego etiam antecedens: Ad probationem concesso antecedente, distinguo consequens. Potestas faciendi, ne præexiterit quod est destructum, ex suppositione, quòd sit destructum, concedo: impediendo ne verificetur, quòd sit destructum, nego. Qui enim impedit existentiam alicujus, eò ipsò impedit ne sit destructum: quia esse destructum supponit aliquando extitisse. Igitur, sicut in libertate Petri, potestas evitandi visionem, non est potestas evitandi visionem, factâ compositione evitationis, & præcessionis de Visione: ita potestas evitandi ea omnia quæ visionem consequuntur, quales sunt Revelationes, Prophetiæ, &c. non est potestas, ea evitandi ex suppositione quòd semel extiterint, sed est potestas evitandi, faciendo ne unquam extiterint, & ne unquam fuerint in statu destructionis, impedito nempe principio, seu quasi principio sine quo nunquam extitissent, nempe Visione.

336 Ad quartam, concesâ majori, nego minorem. In tempore enim est Antichristus liber. Ad primam impugnationem dicatur, omninò vanum esse metum: stat enim optimè eventus contingentia, ratione libertatis à quâ pendet; & omnimoda certitudo, ratione determinationis, à quâ fit. Deus ergo, utpote videns eventum, non in causâ ad utrumque libitabili, sed in se ipso, non obstante contingentiâ, certissimus est, & certissimæ manent Revelationes, & Scripturæ. Ad secundam, distinguo antecedens: Potestas nequit se exercere circa suum effectum physicum & effectivè, concedo: circa suum effectum purè intentionalem, & objectivè, nego. Permitto terminos valdè improprios dubitantis. Neque enim visio æterna, aut ejus æterna evitatio per Visionem oppositam sunt effectus libertatis nostræ; sunt actus Divini, in quos nullum aliunde influxum exercere potest nostra libertas præter intentionalem, indistinctum ab ipsis, ut

exer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

explicabitur, quando loquamur *de determinativo Scientiæ Mediæ*. Ad tertiam concessâ majori, nego minorem: quia per evitationem peccati comparare sibi potest Visionem de carentiâ peccati, non quidem influxu physico, sed purè intentionali, de quo *loco citato*; & vi cujus æterna visio, non obstante sui æternitate, determinativè posterior est ipso eventu. Ad confirmationem dico; quod est consequens ad aliquod, eo genere, quo consequens est, non supponitur, sed subsequitur: cùm autem in genere determinantis, & impedientis sit æterna Visio consequens ad exercitium temporalis libertatis, fit, præcisim ab ipso neque intelligi posse determinatam in existendo, neque impeditam. Ad quartam distinguo antecedens: Succedit ad totam æternitatem necessariam: concedo: ad contingentem, subdistinguo: cum præcisione ab ipsâ, & prioritate determinationis ad ipsam, concedo: aliter, nego: Visionis autem æternitas est contingens. Terminos vide *loco citato*.

Lib. 5. à num. 147.

Ibidem.

Ibidem.

337 Ad quintam, nego antecedens. Ad probationē, permissâ majori, distinguo minorem: non existit visio de consensu, ex impeditione consensûs, quem ad sui existentiam exigit, concedo: ex inexigentiâ consensus, nego. Itaque Visionis de consensu talis est natura, ut existere nequeat sine consensu: unde impedito consensu, manet impedita. Cùm igitur Petrus, dissentiens, libere impediat consensum, impedire dicitur & Visionem, quæ sine ipso existere nequit.

338 Ad sextam, concessâ majori, & minori, consequens infertur unicè verum de necessitate consequenti: quia ea conditio, *quod Deus videat*, est simpliciter consequens, & evitabilis ex libertate voluntatis. Vnde istæ arguendi formæ, fallunt in eo, quòd assumitur veritas conditionalis ex suppositione consequenti, & contingenti, similis huic, si voluntas se determinat ad amandum, amat: hoc conditionatum est inevitabile, & necessarium: quia semper est verum: at positio conditionis est libera voluntati, unde tota veritas absoluta manet libera voluntati. Non est major difficultas in casu argumenti dubitantis.

339 Ad septimam, concesso primo entymemate, nego consequentiam, quæ subinferturquia licèt compositio Visionis de consensu cum dissensu, sit simpliciter impossibilis; & æquè sit simpliciter impossibilis divisio consensûs à visione de ipso consensu: tamen existentia visionis est suppositio liberæ voluntati, & consequens ad ejus usum, unde stat optimè cum potestate antecedēte ad dissentiendum, etiam ut conjuncta cum suppositione visionis, & consensûs: non quidem ut facere possit compositionem visionis de consensu, cum dissensu, sed ut facere possit dissensum, & sic impedire consensum, & suppositionem visionis.

340 Nec est major difficultas, quàm de consensu, & dissensu. Discurre enim sic: Consensus, dum est, necesse est esse, & non esse dissensum: ergo omnimodâ necessitate necessarium est, vel non existere consensum, aut esse dissensum: ergo existente consensu necesse est, non esse dissensum. *Dicetis*: fieri suppositionem omninò consequentem cum potestate antecedente ad opposita faciè conjunctam: & id ipsi dicimus.

341 Ad primam explicationem, nego antecedens. Sed ùm enim est non impedire visionem: nam falsificatio respectu actuum Divinorū est impossibilis: ut ergo Petrus non est liber ad chymeram, non est liber ad compositionem consensûs cum visione, potens non facere eam compositionem, per divisionem unius ab alio, sed per impeditionem utriusque. Vnde ad secundam explicationem, concessis reliquis, nego minorem ultimò subjunctam. Quia liberè non falsificare est cum potestate falsificandi: quæ respectu actuum Divinorum est impossibilis. Liberè igitur consentire solùm est ponere id sine quo non potest esse æterna de consensu visio, utpote essentialiter infalsificabilis, & verissima. Alii respondent aliter, & se mirè tricant his sophismatis inutilibus.

342 Instantia de Sequelâ *Actionis circa præterita*, contra vetus, & verum Axioma, vana est ex dictis jam *lib. 3. num. 451.* ubi data est Axiomatis Veritas. Vide Arriagam, & Murciessam: illum *tom. 1. disp. 40. sect. 4.* Hunc *tom. de Essent. disp. 9. sect. 6.*

Suprà lib. 3. nu. 451. Arriaga. Murciessa.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

LIBER QVINTVS

SCIENTIA DEI MEDIA, EIVSQVE OBIECTA, Proprietates, & Vsus.

1 SVMVS in Principe Controversiâ Scholæ Nostræ Thessera, de Scientiâ conditionaliter aliquando contingenter existentiū, quam appellamus *SCIENTIAM MEDIAM*: cui meritò prætulere facem Liber tertius, & quartus, expedituri viam Reginæ Scholæ Nostræ. Hæc illa est, quæ, favente totâ Sanctorum Patrum manu, nata feliciter in sinu Nostrorum, excepta est mille sibilis, & calumniis adversantium, è quibus totidem sibi peperit, in aperto disputationis campo, triumphos. Vix in lucem edita à Doctissimo P. Ludovico de Molinâ *in libro Concordiæ*, delata est cum ipso libro ad Lusitanos Inquisitores. Exinde immunis, Procurante Dominico Bañez Primario Salmanticensi, delata est iterum ad Supremæ Inquisitionis Hispanæ Tribunal. Hinc etiam triūphans, delata demū est ad Sanctissimum: ubi discussa jussu Clementis VIII. tunc Regnantis, post diuturnas, & acres Disputationes, tandem ex Decretō Pauli Quinti Pontificis Maximi, *Permissa liberè doceri, evulgarique*, plaudente Literatorum Orbe, Victoriam reportavit. Historiam latè legere poteris in Possino, Henao, Ripalda, & Annato. Nos ad Scholam attendimus.

Scopus Libr.: egenatis prævia luce lib. 3. & 4. Thessera Scholæ.

Historia. Possinus. Henaus. Ripalda. Annatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo scientæ.

Partes controversiæ.

Tres partes Controversia continet. *Prima* est: an in Deo detur Infallibilis Scientia de Conditionatè contingentibus? *Secunda* est, de Medio, & Modo, quo Deus ea infallibiliter cognoscit. *Tertia* est, quis sit hujus Scientiæ Vsus, quæ utilitas: & quanta necessitas? Hæc ultima pars ad *Tractatus sequentes de Deo Providente, & Auxiliâte*, potissimè pertinet. Ad istum, duæ priores partes de Existentiâ, & Quidditate hujus Divinæ Scientiæ Conditionatæ: quæ *Conditionata Scientia* dicitur, non ex esse, sed ex Modo tendendi; id est, non, quòd simpliciter & absolutè non existat, sed quòd simpliciter existens, tendat conditionatè in objectum, ut explicabimus.

Lib. 6. & 7. & seqq.

DISPVTATIO XXIV.

EXISTENTIA DIVINÆ SCIENTIÆ Conditionatæ Contingentis.

Prima Pars Controversiæ.

2 IN *duplici statu* considero, (si recolantur initia Controversiæ) Dissertationem istam de Scientiâ Mediâ. In *Primo* dubitatum est *de suppositione*; nempe: an in Deo foret admittenda certa Notitia conditionatè contingentium? In *Secundo*, decertatum acriter est: de Modo & Nomine talis Notitiæ. Hic secundus SCIENTIAM MEDIAM continet: sed stare sine primo non potest. Vt autem firmiùs adstruatur existentia, & quidditas *Scientiæ Mediæ*, quæ concernit Modum, quo Deus infallibiliter cognoscit conditionatè contingentia, supponi debet, quòd hæc à Deo infallibiliter cognoscantur. Frustrà enim cognitionis modus quæritur, si negatur in Deo cognitio. Et hæc est *prima* Quæstio.

SECTIO I.

QVÆSTIONIS STATVS, TERMINI, ET Judicia Theologorum.

Termini ex lib. præcedenti.

3 TErmini quæstionis sunt *tres*. *Conditionatè contingens*: *Scientia conditionata*: & *habitudo conditionis* ad eventum sub ipsâ contingentem. Qui termini, licèt ex *suprà* disputatis satis pateant; degustandi, & exponendi sunt in præsenti.

4 Circa conditionatè contingens (quod Futurum conditionatum dicitur, & objectum hujus Scientiæ,) *Tria* sunt habenda præ oculis. *Primum*. Conditionatè contingens non solùm dici de illis eventibus, qui nunquam erunt, ex defectu conditionis, sed etiam de illis, qui, posità conditione, existent absolutè. Vnde à Modernis satis bene Futurum conditionatum, dictum est duplex: *aliud* merè conditionatum; quod nempe nunquam

Tria distinguenda in conditionatè contingenti. Primum.

quam existet, quia non ponetur conditio, quâ posità existeret. *Aliud* conditionatum mixtum: quod nempe existet, quia ponitur conditio, quâ posità verum est, quòd existeret. *Primi* generis, est Conversio Iudæ: *Secundi* verò, Conversio Divi Petri. Ratio principii est: Nam, licèt Veritas conditionata subsistere possit, sine absolutâ sibi correspondente; non tamen è contrà: sicut, estò Veritas de eo quòd Petrus sit possibilis subsistere possit sine veritate de eo quòd existat; hæc tamen nequit sine illâ subsistere: si enim existit, potest existere. Ita similiter: cujus ulterior ratio est: nam, in istâ cōditionatâ: *Si Petrus vocetur auxilio A, converteur*, unicè dicitur: Auxilium *A*, pro casu suæ existentiæ; à quo casu, veritas illa est independens, non esse separandum à Conversione Petri: Atqui posità Conversione sub ipso auxilio, verum est, auxilium, pro tali casu, non esse separandum à tali conversione: ergo.

Secùdum.

5 Alterum: non minùs hîc controverti de Conditionatè contingentibus *Secundi generis*, quàm *de Primi*: nam sive succedant eventus, ex decretâ positione conditionis, sive ex non decretâ, nunquam sint succesuri, semper est æquè verum, quòd, si conditio ponatur, eveniet, veritate independente à positione conditionis, & ab ipso eventu absoluto. Id quod, longâ disputatione, demonstrat Avendaño ex Scripturis, ex Patribus, ex Divino Regimine, & Providentiâ; nam ex notitiâ conditionatâ eventûs, quem videt fore, si conditio hæc aut illa ponatur, dirigitur Deus ad decernendam cōditionem.

Avēdaño.

Impostura Cabreræ.

6 Vnde colligis primò, quantâ impostura dixerit Cabrera *in 3. part. quæst. 1. art. 3. §. 22.* doceri à Nostris, objectum Scientiæ conditionatæ, solùm esse Futurum conditionatum, quod nunquam erit. Secundò, quantâ falsitate docuerit, Albelda *1. part. disp. 44. sect. 3. num. 38.* posse dari aliquod absolutè verum cum certâ conditione, quod sub ipsâ non sit verum conditionatè. Est enim æquè falsum, ac posse dari aliquod existens absolutè, quod non sit possibile. Tertiò, quam immeritò dixerit Franciscus Fælix *cap. 6. de Scientiâ, d. ff 1.* Futura conditionata esse ea, quæ nunquam erunt. Quartò

Albeldæ excessus.

Pelicis Lapsus.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Recens incogitantiæ

quàm incogitanter exciderit, contra totam Scholam, in Scholâ nostrâ, à Moderno calamo, circa eventus ipsos, qui re-ipsâ erunt, impediri ab ipso Deo, pro suo libito, existentiam Scientiæ conditionatæ. Absurdum, & incogitantiam horreo.

Tertium.

7 Tertium: Contingens in præsenti non sumi quomodocumque: nam contingentia, prout inter Necessitatem, & impossibilitatem, medium tenet utrique repugnans, plures gradus habet bene notatos à Montoya *disp. 21. sect. 1. de Scientiâ Dei*: Sed contingens unicè hîc sumi, contingentiâ libertatis creatæ, sive immediatæ, quali gaudent Actus interni, sive mediatæ, quali gaudent Actiones imperatæ ab Agente libero. Quare sphæra quæstionis sunt illa contingentia conditionata, quæ dependent à creatâ libertate, & quæ existerent à parte rei, à Voluntate, si poneretur à parte rei domina suarum actionum, & proximè libera ad operandum, id est, sui juris, & cum jure se pro libito determinandi ad operandum, sic vel aliter, vel ad non operandum. Et hæc de contingenti conditionato.

Montoya.

Tria etiā distinguēda, in Notitiā.

Primum.

8 Circa Notitiam Conditionatam, *tria* sunt etiam advertenda, *Eventus, Conditio*, & *tendentia*. Primò: Eventus est, quod affirmatur, vel negatur, & dicitur *Conditionatum*, & *Consequens*. Consequens, quia comparatur ad conditionem præsuppositam: Conditionatum, quia attingitur, ut affectum conditione. Secundò: Conditio, quæ & *Hypothesis*, & *Antecedens* dicitur, est illa ratio quę afficitur & notatur syncathegoremate *si*. Est autem differentia inter Eventum, & Conditionem: quòd Eventus vel affirmatur, vel negatur: Conditio verò neque negatur, neque affirmatur. Igitur conditionata notitia, conditionis, sub quâ affirmat, aut negat eventum, existentiam aut positionem non curat, præcisivè se habens. Tertiò: Notitia Cōditionata, quę & Conditionalis dicitur, & hypothetica, prout differt à cathegoricâ, & absolutâ, duplex esse potest, *Conjecturalis*, & *infallibilis*. Conjecturalis est incerta & fallibilis, quia unicè attendit ad conditionis illationem, vel extrinsecam, vel intrinsecam: intrinsecam ex morali connexione cum eventu: extrinsecam, ex experiē-

Secùdum.

Tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tiâ Eventûs similis sub simili conditione. Infallibilis, quæ suprà vim illationis, & connexionis in Conditione relucentem, aliunde securè negat aut affirmat eventum. Et de hac est quæstio; nam illa incerta, Deo repugnans est.

Habitudo Conditionis quotuplex?

9 Circa Habitudinem conditionis, notandum est, quòd habitudo conditionis ad eventum sub ipsâ enuntiabilem, potest esse triplex, *Illativa*, *purè Pertinens*, & *Impertinens*. Illativa est, quando conditio infert eventum, ratione connexionis, vel physicæ, vel metaphysicæ, vel moralis: ut, si detur ignis in passo bene disposito, comburet: si detur actio, erit terminus: si Mater est, diliget Filium. Istæ veritates hypotheticæ non sunt de quæstione: Pertinent enim ad simplicem intelligentiam, vel ad Visionem. Conditio pertinens est illa, quæ citra connexionem cum eventu, atque adeò sinens Voluntatem indifferentem, & liberam, utilis est & conducens ad ipsum eventum. V. g. si Petrus vocetur à Deo, convertetur. Impertinens, suâ voce, se satis prodit: & est conditio inutilis ad existentiam eventûs: V. g. si Gallus cantet, Turca dormit. Propositiones de conditione impertinenti, verè, & bene dicuntur Conditionales disparatæ: nec simpliciter vocari possunt hypotheticæ, nec sensum hypotheticum habent, meliùsque exprimerentur per particulam *quando*, significativam casualis coëxistentiæ. Igitur quæstio reducenda venit ad conditionales veritates de conditione pertinente. His positis

Controversiæ Punctum.

10 Præsentis Controversiæ primum punctum est, an Deus infallibili cognitione cognoscat Eventus omnes Contingentes conditionatos creatæ libertatis: id est, Eventus Conditionatos, sub hypothesi, & conditione pertinente, quantumvis indifferente ad eventum, & ejus oppositum: seu quid faceret, vel in quam se verteret partem creata voluntas, si sui juris existeret, & cum proximâ libertate ad se pro libito determinandam: Quid quid sit de Medio, & modo, quo Deus hanc infallibilem habeat cognitionem. Et

Prima Sententia.

11 Duplex opinio est. Prima negat Deo hujusmodi Scientiam infallibilem, & unicè concedit Scientiam conjecturalem, non quidem subjectivè, sed objectivè: id est, certam Scientiam de conjecturabilitate eventûs, inspectâ Naturâ, & inclinatione causarum: quod, solum est dare Deo Scientiam infallibilem de majori, vel minori motivo, ex parte causæ, ad conjecturandum, vel timendum eventum: nullam verò de Eventu certitudinem. Ita Ledesma *disp. 2. de Scientiâ conditionata. pag. 580. linea 20.* apertè testatus esse *omnium Thomistarum*: quod ægrè fert à nobis dici, Ioannes à Sancto Thomâ, quasi nos imponamus Thomistis opinionem, quam nunquam tuleriut. Sed si ita pudet, Thomistas aliquando sentisse, *deleat in Ledesma Dominicano*, quod scripsit. Probabilem adhùc censuit Excalceati Carmeli Theologus: quod miror. Pro hac sententiâ citat Calvinum, Stapletonus *in Antidot. ad Evang. Matth.* & notatis uniuscujusque locis citat pro ipsâ Cabezudum, Cabreram, & Zumel Noster Aldrete *disp. 27. de Scientiâ Dei sect. 1.* & hanc opinionem penè enortuam, & ipsis etiam Thomistis olim patrocinatis, jure exosam, suscitare conatus est *Anonymus quidam specialis lib. de ordine*, quem invidiosè nominat *Clandiũ Typhanum Iesuitam*, nescio quo baptismatis jure Fr. Gonet: Doctum alias Scriptorem Societatis, contrà suam Matrem cbarmans, sub larvâ *Scriptoris Anonymi*.

Ledesma, & aliorũ Thomistarum.

Quidquid Thomas sus doleat.

Theolog. Discalc. Qui alii ex Stapletonio, & Aldrete.

Excessus Gonet.

12 Secunda Sententia, ab omni jam Scholâ, recepta, & inter Thomistas & Nostros unanimi consensu defensa, concedit Deo infallibilem Scientiam circa eventus hujusmodi conditionatos. Sed adhuc video inter Scholam utramque discrimen. Nam aliqui Thomistæ celebres, qui discesserunt à Ledesma, & viam aperuere Recenti Thomisticismo, videlicet Alvarez & Albelda, hanc Scientiam infallibilem conditionatam, unicè falsi sunt, circa eventus, qui essent, & nunquam erunt: quibus adhæsere ex Scholistis Smisingus, & Felix. Alii verò Thomistæ Moderniores post Ioannem à Sancto Thomâ, generaliter admittunt circa omnes eventus, *juxta num. 5.* Conditionatam infallibilem Scientiam: & ita tota Schola Iesuitica: pro quâ videndus, *ad miraculum doctus*, Pater Didacus Ruiz de Montoya *à disp. 61. de Scientiâ Dei.*

Secunda Sententia.

Communis sed cũ magno discrimine.

Quæ sit?

P. Ruiz de Montoya.

SEC-

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

SECTIO II.

CIRCA OMNES EVENTVS CREATÆ libertatis, conditionaliter existentes, datur in Deo Infallibilis, & certa Notitia.

§. I.

OSTENSIO EX SCRIPTVRIS.

Ex Scripturis

13 OStenditur primò ex Scripturis. Noto *tres* textus. Primus

1. Reg. cap. 23. Textus primus.

est ex *primo Regum cap.* 23. ubi David consuluit Dominum, an Zeilitæ ipsum traderent Sauli, *si Zeilitæ manerent*: & an, si maneret ipse David Zeilæ, descensurus esset Saul? Respondit Dominus: *Descendet: Tradent.* Ecce duos eventus, de Descensu Saulis, & de Zeilitarum traditione, si Zeilæ maneret David, à Deo *revelatos, & evitatos* à David: tollẽte conditionem per fugam. Inde sic: Veritas revelata non solùm est animus Saulis ad descensum, & Zeilitarum ad traditionem, sed *traditio*, & *descensus*, si maneret David: Id constat ex verbis Scripturæ, propriè interpretandis, ex communi Augustini regulâ: ergo veritas à Deo præscita fuit eventus omninò contingens, & conditionatus: blasphæmum enim est, aut Deum revelasse, quod non præcognoverat, aut revelasse, modo exposito falsitati: ergo infallibiliter fuit in cognitione Dei conditionatus descensus Saulis, & Zeilitarum conditionata traditio: ut enim per se notum est, & tradit Augustinus *tract. 37. in Ioann. Divinitas non opinatur.*

Augustin.

Ejusmodi dictum

14 Et illustratur hæc ratio: inepta est responsio, quæ nec auget notitiam interrogantis, neque venit ad mentem ipsius; sed si Deus respondisset David, præcisè de periculo, & de animo Saulis, & Zeilitarum, non verò de eventu, *sub ipso periculo, & animo*, contingenti, neque auxisset notitiam interrogantis, neque respondisset ad mentem ipsius: ergo fuisset inepta responsio: quod dictu est nefas: ergo respondit de ipso eventu: ergo cum præcognitiâ eventûs conditionati, propriâ Dei, id est, sine imperfectione, atque adeò certâ, & infallibili. Omnia pendent ex primo Syllogismo. Major patet ex terminis: nam interrogatio seria tendit ad notitias aliquas acquirendas. Minor ex *textu* sequitur: de periculo enim non erat dubius David: notitia enim periculi, ipsum habebat anxium: Animus Saulis satis erat experimento compertus: ergo non interrogavit David: an esset periculum; an animus; an dispositio timendi traditionem? Sed quid sub eo periculo, sub eo animo, & sub eâ dispositione videbat eventurum Deus, si David maneret in Zeilâ? ergo.

Alter textus. Sap. 4. 11.

15 Alter textus est ex *Sap. 4. 11.* ubi de justo dicitur: *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus.* Inde sic arguitur. Ad tollendum è vivis justum, dirigitur Deus ex prænotitiâ de malis operibus, quæ justus faceret, si diutiùs viveret. Hic est sensus Scripturæ; audiatur Augustinus *cap. 8. de corrept. & Grat. Respondeant, si possunt, cur illos Deus, cùm fideliter, ac piè viverent, non tunc de vitâ hujus periculis rapuit? Verùm hoc in potestate non habuit? An eorum futura mala nescivit? Nihil horum, nisi perversissimè, & insanissimè dicitur.* Ecce in ore Augustini perversum, & insanum, negare Deo hanc malorum operum prænotitiam: insanum: quia rationi contradicens: perversum; quia Fidei. Procedo jam. Atqui mala opera, quæ justus faceret, si diutiùs viveret, sunt conditionatè contingentia: ergo talium operum conditionatè contingentium prænotitia sufficiens dirigere Deum, vel ut impediat, vel ut permittat, negari juxta Augustinum nequit, citra notam insaniæ, & perversitatis. Sed prænotitia sic sufficiens, vel permitere, vel impedire, nequit esse Scientia Visionis, ut patet: neque de evẽtibus, qui solùm forent, & non erunt: ergo circa omnes est innegabilis Deo infallibilis, & certa notitia conditionata.

Augustin.

16 Confirmatur: non est otiosa, nec imprudens oratio ad Deum, ut nos è medio tollat, si vivendo diutiùs, ipsum graviter sumus offensuri: sed esset hæc oratio otiosa, & imprudens, si Deus non haberet infallibilem notitiam conditionatè contingentium: ergo eam habet. Major est certa: tum ex Scripturis: ubi est obvia: & certè oratio dominica eam continet. Tùm ex praxi fidelium id à Deo enixè rogantium. Tùm demùm ex communi doctrinâ Sanctorum Patrum,

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

qui nos eam docent. Minor autem probatur. Nam otiosum, & imprudens est recurrere, pro malo avertendo, ad eum, qui non habet notitiam, an eventurum sit tale malum: sicut otiosum, & imprudens censeretur recurrere ad oraculum, de quo non constaret, præhaberi notitiam necessariam ad optatũ exitum facti recursûs: & ratio est: quia qui non habet certam notitiam, an ego Deum graviter offensurus sim, si diutiùs vixero; nequit mihi benefacere, tollendo de vitâ ex fine impediendi offensam Dei: ergo ut Deus liberè benefaciat, aut liberè desinat benefacere, necessaria est prænotitia conditionatorum eventuum.

Tertius Textus. Matth. 11. Luc. 10.

17 Tertius est valde celebris ex 11. *Matth. & 10. Luc.* ex illis verbis: *Va tibi Corozaim! Væ tibi Bethsaida, &c.* in quibus habetur ex ore Christi Domini conditionata prædictio Pœnitentiæ Tyriorum, & Sidoniorum Gentilium sub Gratiâ miraculorum, sub quâ non convertebantur ad pœnitentiam, Corozaini, & Bethsaiditæ, quos increpat. Quis autem seriam prædictionem conditionatam fateri potest in ore Christi, cujus conditionatam Scientiam non fateatur in mente? Et arguo sic: Dicere Tyrios, & Sydonios non fore convertendos, si apud ipsos essent factæ virtutes, factæ Bethsaidæ, est Christo Domino contradicere; sed si Christus Dominus unicè prædixisset probabilitatem conversionis, aut ejus spem ex inclinatione Tyriotum, & Sydoniorum, non verò conditionatam conversionis futuritionem, qui diceret non fore convertendos, Christo non contradiceret: ergo Christus Dominus prædixit futuritionem conditionatam ipsius conversionis: ergo conditionatè præscivit: alioquin prædixisset Dominus insipienter: quod dictu est nefas. Consequentiæ benè sequuntur. Et

Augustin.

major est Sancti Augustini, conceptis verbis *de Dono perseverantiæ cap. 9. fub finem.* Minor autem est evidens: nam cum probabilitate conversionis, & ejus spe ex inclinatione Agentis liberi, quotidie videmus componi oppositos eventus.

Vrgetur, & Anonymus intercipitur.

18 Vrgetur, ut præcludatur *Anonymi* tentata solutio. Quòd Tyrii converterentur, si facta apud ipsos fuissent signa, facta Bethsaidæ, testatur Scriptura, atque adeò testatur ipsa, quòd Deus ita scit. Constat ex textu. Iam sic: Tyrios convertendos esse sub hypothesi factâ Bethsaidæ, est aliquid, plusquam conversionem eorum esse possibilem, & minùs quàm esse absolutè futuram: ergo est veritas à *futuro* separabilis: Et à quâ potest separari *Possibile*: ergo per scientiam *omnis possibilis*, & per scientiam *omnis futuri*; ista veritas non cognoscitur: ergo vel Deus ignorat aliquid, vel habet scientiam ultra scientiam *omnis possibilis & omnis futuri*: ergo ultra Scientiam simplicis intelligentiæ, & Visionis: ergo conditionatam. Omnia benè descendunt ex primo antecedente, quod est demonstrabile: nam stat benè aliquid esse possibile, & de illo verificari, quòd, etiam positâ conditione, sub quâ posset esse, non foret: & optimè stat verificari, quòd aliquid, positâ conditione aliquâ, foret, & quòd non erit.

Theologica confirmatio.

19 Illustrantur hæc omnia. Nam quia Deus in Scripturâ revelat absolutè contingentia, verbis, ex communi sensu, significantibus contingentia absoluta, certum manet Catholicis ex Scripturâ, Deum ea certò cognoscere: atqui revelat in Scripturâ conditionata contingentia, verbis, ex communi sensu, significantibus contingentia conditionata: ergo pariter debet manere Catholicis certum, ea demum certò cognoscere: ergo nequit catholicè negari Deo infallibilis ista scientia, quomodocumque defendatur. Consequentiæ tenent: si enim semel difficultas, aut animi præoccupati contentio modum invenit ad detorquenda verba Scripturæ in casu nostro, facilè occurret modus detorquendi similiter Scripturas iis qui præscientiam Futurorum nesciunt aut nolunt cum creatâ libertate componere. Major autem est certa: & minor constat ex superioribus Scripturæ locis, quibus facile esset plurima superaddere ex citato Ruiz de Montoya *de Scientiâ à disp. 62.*

Ruiz de Montoya.

§. II.

OSTENSIO EX PATRIBVS.

Ex Sanctis Patribus.

20 Ostenditur secundò ex Sanctis Patribus: Quorum mens ut appareat certa pro Divinâ Scientiâ Conditionatâ, considerandæ sunt aliquæ *quæstiones* ab ipsis excitatæ, quæ forent, eâ non admissâ, ridiculæ. *Prima* cum Manichæis, & Marcionistis: cur Deus Rationales Creaturas, quas præscivit peccaturas, condidit? Negatâ Scientiâ Conditionatâ, hæc quæstio nulla est: & Patres *solvunt* aliter, eâ consequenter suppositâ. *Secunda*: Cur Deus, ex abusu Creaturarum, manet impotens pœnitere de ipsarum creatione, & concessâ libertate ad abusum. Et solutio *sumitur* à Patribus ex prænotitiâ præcedente ad Decreta creationis; quæ solùm potest esse Conditionata. *Tertia*: Cur Deus hominem, alioqui abusurum libertate, liberum fecit? hæc, negatâ conditionatâ Scientiâ abusûs, etiam est nulla.

Contra Manich. & Marc.

Contra Gent.

Contra Eosd.

Contra Eosd. & Sectarios.

21 *Quarta*, cur homini, aliàs transgressuro, præceptum imposuit? *Quinta*: cur permisit tentari, quem prænovit superandum? *Sexta*: cur Adamum, si prænovit in Paradyso, & cum Eva lapsurum, cum ipsâ, & ibi statuit? *Septima*: cur Iudam, præscius de defectione, elegit Apostolum? *Octava*: cur ad Iudæos, præscius etiam de incredulitate, præ aliis venit? *Nona*: cur occasiones vincendi permittit iis quos victores earum præscit; & vincendos alioquin, removet? Istæ quæstiones *excitantur & solvuntur* à Patribus ex præponderantiâ boni, non obstante præscientiâ mali. Imò, negatâ præscientiâ, non est quæstioni locus. Vide Ruiz *disp. 65.*

Ruiz de Montoya. Formatur Ratio

22 Formetur igitur ista consideratio. A Patrum unanimi calamo admissa vel suppositâ est in Deo prænotitia, ratione cujus excitatæ sunt istæ quæstiones: sed ea prænotitia absoluta non est, sed conditionata circa contingentes eventus: ergo circa contingentes eventus admissa est vel supposita in Deo conditionata prænotitia. Major est evidens: nam alioqui Quæstiones, negando suppositum, excludentur. Ostenditur minor: De eâ prænotitiâ circa bonum, & malum eventum locuti sunt Patres, quæ posset Deũ à decreto retrahere, vel allicere ad decretum creationis: atqui prænotitia, potens ista vel retrahere vel allicere, non est absoluta, sed conditionata: ergo Conditionata est prænotitia præsuppositâ à Patribus, vel admissa.

23 Major proximi Syllogismi patet:

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

nam de notitiâ ineptâ vel retrahere, vel allicere, esset quæstio ridicula, cur non retraxit, aut allexit? & ad quid recursus ille tam anxius ad præponderantiam commodi, si notitia retrahere non poterat, nec allicere? Minor probatur hoc Syllogismo demonstrativo: Prænotitia porens allicere vel retrahere à creatione, componi potest cum decreto ipsius, ipsiusve carentiâ: quare ab utroque extremo independens esse debet: Atqui Notitia absoluta de peccato Angeli v. gr. componi non potest cum carentiâ decreti circa Angelum, & solum componi cum eâ potest, Notitia Conditionata de peccato, si Angelus creetur: ergo Prænotitia, potens ita vel retrahere, vel allicere non est absoluta, sed conditionata.

§. III.

OSTENSIO A RATIONE.

Ratio Prima ex Providentiâ.

24 Ostenditur tertiò: Ratione multiplici. Primam sumunt Authores Nostri ex perfectione Divinæ Providentiæ: & eam formo sic. Ad perfectissimam Providentiam pertinet, præcognoscere independenter à decreto operationis, ea omnia, quæ operantem retrahere possunt à decernendo, vel allicere: sed Dei Providentia perfectissima est: ergo pertinet ad lineam ejus, præcognoscere ea omnia, quæ Deum possent à decreto retrahere vel allicere. Atqui eventus bonus, aut malus Angeli v.g. si creetur, retrahere potest vel allicere ad Decretum Creationis: ergo independenter à tali decreto præcognoscere debet Deus eventum, si creetur. Hunc eventum præcognoscere non potest nisi per Scientiam Conditionatam: nam Absoluta nequit esse à decreto operis independens: ergo in Deo ratione suæ Providentiæ, negari nequit Scientia Conditionata.

25 Hoc discursu, cujus in lucem nos multa dabimus disputando de Deo providente, nixi sunt unanimiter Nostri ab initio Scholæ, ut videas, quàm deviet ab Scholæ Nostræ fundamentis, qui Scientiam conditionatam neget esse indispensabilem Divinæ Providentiæ perfectionem. De quo leges *ibi* testimonium præclarum Patris Haunoldi *num.* 233. Iam even-

Infrà lib. 6. latè à nu. 221. & à nu. 285. Et nu. 233 Haunold.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

eventum bonum, aut malum operis, si fiat, retrahere, vel allicere, constat ex experientiâ consultationum ante deliberationem; Precum ad comparandam notitiam aliquam eventûs; Recursûs, ad oracula; frequentis pœnitentiæ ex improspero eventu. Hæc obvia sunt in Providentiis incertis, quales sunt Nostræ. Major autem primi Syllogismi, probata à nobis est impensissimè *loc. cit.* ex terminis; ex Divinâ voluntarietate; ex indecoro retractationis, & pœnitentiæ; ex comparatione, & excessu ad Providentias nostras. Vide *ibi*.

Secunda ex communi Persuasione.

26 Secunda ratio sumitur ex insitâ Persuasione Communi: & eam formo sic: Non est vanus recursus ad Deum, ante electionem status, ut inspiret electionem, si eventura sit bene, & ut avertat, si malè & in Animæ incommodum eventura sit: sed si Deo negaretur Scientia conditionata, vanus esset iste recursus: ergo Deo negari nequit Scientia Conditionata. Major adeò est certa, ut censeam de *Fide*: cum nihil frequentius commendetur in Scriptura, & à Sanctis Patribus. Minor ostenditur: nam si Deus non habet infallibilem Scientiam v.g. *Si elegeris hunc statum, bene procedes*: vel *malè procedes, si elegeris*, neque potest facere beneficium avertendi: neque favorem inspirandi: qui enim non præcipit commodum avertendi, aut inspirandi, neque inspirando favet; neque benefacit avertendo. Ergo vanus esset iste recursus.

27 Vrgetur primò: vanus est pro securitate eventûs contingentis recursus ad illum, qui æquè incertus est; sed negatâ infallibili scientia, de quâ loquimur, Deus esset incertus de eventu contingenti: ergo. Secundò: communis omnium persuasio est, nullam posse proponi Deo quæstionem, quam non solvat. Pone ergo Petrum accedentem ad Deum: & rogantem: *Domine, si premar hac tentatione, peccabo?* Vel respondere Deus certò, potest, vel non? Si secundum: nescit quod est dictu nefas. Nam & Dæmones aliquando respondent, conjecturando. Quis autem infinitè superiorem supra Dæmones non fateatur in Deo cognitionem? Si primum: ergo habet Deus infallibilem scientiam eventûs conditionati.

Tertia ex Permissione.

28 Tertia ratio sumitur à permissione peccatorum: & eam formo sic: Deus liberè permittit peccata hominum: sed hæc libera Dei permissio essentialiter importat prænotitiam eventûs conditionati: ergo Deo negari nequit scientia conditionata, quâ de loquimur. Major est de Fide: & ostenditur minor: Non ex eo, quòd homo ponatur in posse ad peccandum, vel non peccandum, peccare permittitur, in sensu in quo dicitur Deus hominum peccata permittere: sicut non ex eo, quòd homo possit peccare, vel non peccare, peccat: ergo eatenus homo permittitur peccare liberè à Deo, quatenus homini potenti peccare, & non peccare, Deus negat auxilium quo non peccaret. Ergo scit Deus evitandum fore peccatum, si daret auxilium, quod denegat. Patet consequentia. Si enim non sciret Deus evitandum fore peccatum, si daret auxilium, quod denegat: libera auxilii denegatio, vocari non posset permissio peccati: est, & jure vocatur peccati permissio: ergo talis libera auxilii denegatio importat essentialiter in ipso Deo, scientiam conditionatam. Vrgetur sic: Nullum est peccatum, in cujus permissione non censeatur Deus liberè minùs benefacere, quàm si non permisisset, salvo jure libertatis creatæ: ergo nullum est peccatum, quod, salvo etiam jure creatæ libertatis, impediri non potuisset à Deo. Sed salvo jure creatæ libertatis impediri non potuisset à Deo, non præsuppositâ scientiâ conditionatâ: ergo talis scientia innegabilis est. Pende, & expende benè propositiones singulas.

§. IV.

RATIO A PRIORI.

Ratio quarta à priori.

29 Quarta ratio est à priori: & eam formo sic: Quidquid est affirmabile verè, aut verè negabile, attingit Deus ab æterno per veram affirmationem, aut negationem veram; sed ea, quæ vocamus futura conditionata, independenter à purificatione conditionis, sunt verè affirmabilia sub eâ conditione, aut verè negabilia: ergo ea Deus attingit per veram affirmationem, aut negationem veram. Sed hæc affirmatio, vel negatio est notitia conditionata, Dei pro-

propria, & digna Deo; atque adeò certa, & infallibilis: ergo Deo negari nequit certa, & infallibilis scientia conditionata. Iste discursus aliter à Nostris proponi solitus, per terminos, veritatis determinatæ ex parte objecti, (*quibus* nec utor ipse, nec fido,) benè concludit, si constet de præmissis Syllogismi principalis.

Vide lib. 4. à nu. 54.

30 Major est evidens. Primò: quia Scientia Dei, vel ab æterno est, vel nunquam est: sed *quidquid* est verè scibile, terminat aliquando Scientiam Dei: ergo ab æterno. Secundò: quia ex terminis videtur repugnans, quòd infinita vis intelligendi extendatur minùs, quàm intelligibile; & omniscius, quàm scibile: sed quidquid est verè affirmabile, vel negabile, est verè intelligibile, & verè scibile: ergo. Tertiò: quia respectu Objecti verè affirmabilis, aut verè negabilis, possibilis est affirmatio vera, aut vera negatio: sed vera negatio, aut affirmatio vera, est perfectio Scientiæ: ergo respectu talis objecti possibilis est perfectio Scientiæ. Atqui Intelligenti perfectissimo negari nequit ulla perfectio Scientiæ: ergo, &c. Quartò: quia ex terminis videtur indecens, quòd Infinitum intelligens, si rogaretur de objecto verè affirmabili, vel negabili, an negari deberet, vel affirmari, responderet se nescire: ergo quidquid est affirmabile, aut verè negabile, Deus attingit per veram affirmationem, aut negationem veram.

31 Minor Syllogismi principalis ostenditur. Primò ex regulâ contradicentium. Implicat, quòd ex duabus propositionibus contradictoriis, ambæ sint falsæ, vel ambæ veræ; & neutra falsa, vel vera neutra: sed circa ea quæ futura conditionata vocamus, formari possunt Propositiones contradictoriæ, affirmando, & negando eventum eundem sub eadem conditione: ergo ea sunt verè affirmabilia conditionatè, aut verè negabilia. Major est evidens ex conditione contradictionis: cujus extrema cùm sibi repugnent, & sit necessitas ne simul verificetur utrumque, neve simul utrumque negetur, assumptum majoris est lumine naturali notum. Minor probatur: tùm ex experientiâ: quotidie enim nos circa conditionata, affirmando, aut negando, verbamur. Tùm quia Propositio conditionalis solùm differt ab Absolutâ, quoad conditionem: ergo sicut positâ conditione formari possunt propositiones absolutæ contradictoriæ, circa eventum: ita possunt independenter à positione conditionis, casu quo poneretur. Et ratio irrefragabilis est: quia sicut est necesse, quòd positâ conditione, unum è contradictoriis verificetur absolutè: ita necesse est, ut unum verificaretur, si conditio poneretur.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Illustratur primò:

32 Illustratur hæc ratio primò: Absolutum absoluto non minùs valet ad conditionalem consecutio, quàm *ex actu* valet *ad posse*: ergo sicut implicat vera affirmabilitas *actûs*, quin prior priori sit verè affirmabile *posse*; ita pariter implicat vera affirmabilitas eventûs absoluti, quin pro priori sit verè affirmabilis conditionalis. Consequentia est bona: & antecedens constat. Tùm quia sicut ex negato *posse*, est inaffirmabilis *actus*; ita ex negato verè conditionali eventu, est inaffirmabilis absolutus. V. g. *Petrus etiam si tenetur in atrio, non peccabit*, veritas hujus infert, non peccaturum, etiam si ponatur in atrio, & tentetur. Vnde propositio absoluta vera præsupponit, & imbibit conditionalem veram. Et ratio est: quia ad Conditionalem veram minùs requiritur, quàm ad veram absolutam: ad veram autem absolutam omninò requiritur quicquid ad veram conditionalem: quod patet: nam ad veram conditionalem non requiritur existentia conditionis: quæ requiritur ad veram absolutam: & ad veram absolutam requiritur veritas conditionalis: cùm eadem omnino sit ex parte objecti: esseque chymericum monstrum, sub conditione aliquâ aliquid esse falsum, & positâ conditione esse verum: esset enim esse & non esse.

Secundò.

33 Illustratur secundò: Quia si ea, quæ vocamus Futura conditionata, non essent verè affirmabilia, vel negabilia, nemo mentiretur per affirmationes, aut negationes conditionatas: sed hoc est falsum: ergo & illud ex quo sequitur. Major constat: quia nemo mentitur, nisi potens dicere verum: si ergo ea conditionata non essent verè affirmabilia, vel negabilia, circa ea nemo mentiri posset. Minor probatur. Quia certè mentiretur, qui asseveret, *Tyrios non fore convertendos, si factæ fuissent apud ipsos Virtutes,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Augustin. Sup. nn. 17

factæ Bethsaidis: cùm ita negans, apertè Christo Domino contradicat, teste Augustino: ut *suprà*. Et confirmatur: Nam quotidie nos de propensis ad venerem v.g. sine temeritate judicamus, lapsuros eos, si tentatio pulset, & juvet occasio. Nunc sic: hoc judicium non est evidens, sed purè probabile, conditionatum tamen: ergo affirmat eventum sub conditione. Patet consequentia: nam si probabilitatem unicè assereret, esset evidens, nec tenderet formidolosè: ea enim probabilitas, ex noto periculo, nota est. Ergo eventus cõditionatè affirmatur. Quis autem asserat nescire Deum, an hoc judicium probabile nostrum, falsum, aut verum sit? si autem scit: ergo conditionatè cognoscit infallibiliter, eventum probabiliter judicatum à nobis.

Tertiò:

34 Illustratur tertiò: Hæc Propositio disjunctiva est necessaria, & evidens: *si Petrus vocetur à Deo ad conversionem, vel converteretur determinatè, vel omittet determinatè cõversionem.* Ergo hæc copulativa est evidenter falsa: *si Petrus vocetur, determinatè converteretur, & non converteretur*: ergo disjunctiva est vera, & copulativa est falsa, quia unum è duobus determinatè existet, si Petrus vocetur. Ergo Propositio enuntians illud unum quod determinatè existet, *si Petrus vocetur*, est enũtiatio vera. Sed omnis enuntiatio vera est propria Divini intelligentis: nam ex sui infinitate determinatus est, ad habendam omnem cognitionem veram: ergo Deo innegabilis est certa cognitio circa eventum conditionatum. Ego non video, quid desit huic discursui: nam omnia pendent ex primo antecedente, quod ex genio contradictionis est evidens.

35 Et urgetur primò: nam posito Petro in rebus, & vocato, disjunctiva est evidenter vera: aut existit determinatè conversio, aut non existit: sed hæc absoluta disjunctio est vera, virtute disjunctionis conditionalis: nam si hæc non esset vera, nec posset esse vera absolutâ disjunctio: ergo. Vrgetur secundò. Positâ disjunctivâ, & excluso ex extremis altero; quod restat, verè affirmandum est: si enim necesse est, *ut Petrus, si tentetur, peccet, aut non peccet*, & ponis falsum esse, *non peccare*, necessariò colligis: ergo peccat. Nunc sic. Sed positâ disjunctione, innegabile est, quòd Deus posset dicere, quodnam extremum excludendum sit, ut falsum: ergo pariter est innegabile, quòd non scit, quodnam affirmandum restat ut verum: ergo de primo ad ultimum infallibilis scientia conditionatorũ innegabilis Deo est. Vnde miror, adhuc post hæc, oppositum judicari probabile à Theologo Excalceati Carmeli *disp. 9. dub. 2.*

Videntur excessisse Theolog. Discalceati.

SECTIO III.

VERITAS ASSERTA DEFENDITVR.

§. I.

OBIECTIONES COMMVNES.

Augustin.

36 OBjicies primò ab Authoritate: Sanctum Augustinum, *lib. de Prædestinatione Sanctorum, cap.* 14. ubi locum ille Sap. *raptus est, &c.* non vult intelligi juxta præscientiam peccatorum, quæ, si juvenis diutiùs viveret, forent, sed secundùm pericula hujus vitæ: ergo Augustinus reprobat scientiam conditionatam, & unicè in Deo fatetur absolutam. Antecedens probatur ex verbis ipsius Augustini: nam *citato loco* Sapientiæ sic ait: *Dictum est, secundùm pericula vitæ hujus, non secundùm præscientiam Dei, qui hoc præscivit, quod futurum erat, non quod futurum non erat: id est, quòd ei mortem immaturam fuerat largiturus, ut tentationum subtraheretur incerto, non quòd peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset.* Ecce Augustinum apertè negantem, de peccatis non futuris absolutè, præscientiam. Consonat Prosper Regiensis *in Epistolâ ad Augustinum*: ubi Semipelagianos carpit, recurrentes ad hanc scientiam conditionatam, in favorem erroris sui. Est etiam cum Augustino, & Prospero Damascenus, qui *Dialog. ad Manichæos*, eam Futurorum, quæ absolutè non erunt, præscientiam, apertè nominat impostura: ergo talis infallibilis scientia, Deo, concedenda non est.

Prosper.

Damascen.

37 Tria miror. *Primum*, afferri posse contra Scientiam conditionatam Augustinũ, cùm eam ipse palàm ubique fateatur, ut ex dictis *suprà* constat. *Alterum*: objici posse contra nos à Thomistis hunc

Mens Augustin. Suprà à num. 15. & num. 17.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

P. Annat.

hunc locũ Augustini, tanquam illustrem mentis Augustinianæ contra nos imaginem, cùm in eo vel nullam, vel omnem scientiam conditionatam repeliat, ut lepidè, & vividè demonstrat contra Theologum Discalceatum Annatus *de Scientia Media disp. 3. cap 3. §. 1.* omninò, & cum fructu videndus. *Tertium*, colligi exinde posse, hærere nos errori Semipelagianorum, quasi conveniamus cum ipsis in admittendâ Scientiâ conditionatâ: cùm neque Augustinus in ipsis improbaverit eam scientiam, sed modum, & abusum, à quibus nos procul absumus, ut constabit, quando Semipelagianorum error repræsentetur; neque Semipelagiani usi unquam sint eo textu Sapientiæ in favorem erroris sui Imò, cùm ipsis objecisset Augustinus eum Sapientiæ textum, ubi, manifestè convincitur, Deum mala opera conditionata prævidisse in eo qui raptus est, & nihilominùs ipsum non damnasse, secùs ac putabant Semipelagiani, turpiter errantes, moveri Deum ad pœnam ob demerita purè conditionata, nullam aliam evasionem invenerunt, quàm negando esse textum illum *Libri canonici*: quia liber Sapientiæ, utpote contrarius ipsis, ab ipsis non est admissus, ut Canonicus. Hæc omnia constant ex ipso *libro* Augustini *de Prædestinatione Sanctorum*; ut videas, quâ fide allegetur contra Nos Augustinus.

Quid in Semipelagianis displicuit Augustin. Infrà num. 189.

38 Respondetur igitur, in eo loco supposuisse Scientiam conditionatam, & addidisse Augustinum optimè, locum nõ debere intelligi, secundùm præscientiam. *Duo vides. Primum*: locum non debere intelligi secundùm præscientiam, ex Mente Augustini, nempe sufficientem movere Remuneratorem ad præmium, & ludicem ad pœnam: nam hæc præscientia, est absoluta præscientia, quæ non nisi de verè futuris est: quomodo ergo rapi potuit juvenis ex præscientiâ absolutâ mutationis, si mutatio ex Dei favore impedita est, ne contingeret? Supponit verò Augustinus Scientiam Conditionatam, quod *alterum* est: nam si fatetur raptum juvenem ob pericula, utique ob pericula à Deo infinitâ suâ Sapientiâ præcomprehensa: ergo ob evẽret, nisi succederet malus eventus: à quo juvenem Deus, ut amoveret, ipsum ex favore singulari rapuit in flore juventutis: quis autem esset favor, nisi Deus ruinam juvenis, si diutiùs viveret, prævidisset? Prosper & Damascenus optimè sunt locuti, nam Deum moveri ad pœnã; vel ad præmiam ex præscientiâ operum, quæ forent, & non erunt. Divinæ justitiæ impostura est, Merita reipsa futura præmiantis, vel punientis culpas reipsâ futuras: unde merita purè conditionata, quoad munus movendi Voluntatem remunerativam, jure vocavit Prosper *Merita Commentitia*.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Mens Prosperi, & Damasceni.

39 Objicies secundò, & quidem à ratione: Scientia conditionata dicit in ratione suâ formali multiplicem imperfectionem: ergo Deo repugnat. Consequentia est evidens, & antecedens ostenditur. Nam imprimis dicit multiplicitatem & compositionem: componit enim conditionatum cum conditione. Deinde Discursum: idem enim est: *si sol lucet, dies est*: ac: *Sol lucet*: ergo *est dies*. Insuper simplicem Apprehensionem; nam cõditionem neque affirmat, neque negat. Præterea, abstractionem: nam conditionem, etiamsi alioquin decernatur existere, tangit abstrahendo ab ejus existentiâ, vel inexistentiâ. Vlteriùs, falsitatem: quia attingit existentiam conditionis, ut conjunctam cum subjecto, v.g. auxilium existens in Iudæa: cum tamen ea conditio nunquam extiterit. Ex aliâ parte attingit conversionem Iudæ, vel ut præsentem, vel ut præteritam, vel ut futuram, cùm manserit purè possibilis. Denique inversionem in modo cognoscendi: nam ea, quæ indistincta sunt, concipit ut distincta. V. gr. *Si existeret talis vocatio, coexisteret conversioni*. En quomodo Notitia conditionata attingit coëxistentiam Vocationis, & Conversionis, indistinctam ab utraque, & simul attingit existentiam Vocationis, ut distinctam à coëxistentiâ. Per has imperfectiones vagatur Anonymus, qui solùm probare potest Scientiam Conditionatam Dei ab his imperfectionibus esse procul, & omninò puram.

Anonym.

40 Respondetur. Negando antecedens: nulla enim imperfectio Divinam Scientiam maculat, atque adeò, licèt in nostrâ Scientiâ conditionatâ multæ sint, nulla est in ratione formali Scientiæ cõditionatæ, secundùm se. Primò: Nulla

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

est conceptuum multiplicitas, & compositio: nam Deus unico simplicissimo intuitu videt, quod libertas, & operatio se comitarentur, si libertas poneretur: sicut intuitu simplicissimo videt, quando existunt, quòd sese comitantur. Secundò: nulla est forma discursus: nam hic dicit actum ex actu; Scientia verò conditionata, actus unicus est. Tertiò: nulla est indeterminatio *simplicis apprehensionis*: quia licèt conditionem attingat, ejus existentiam nec affirmando, nec negando: talis enim veritas pro eo signo, neque affirmabilis est, neque negabilis; eam tamen attingit, affirmando de ipsâ, quantum pro eo signo enuntiabile est. Quartò: nulla est abstractio: nam de conditione cognoscit, quidquid est cognoscibile pro signo suo. Quintò: non cognoscit aliter, ac objectum est in se: nam conditionem, & eventum, & utriusque existentiam attingit modo conformi: Conditionem & ejus existentiam, penetrando aptitudinem ad Eventum: eventum, ipsum affirmando sub illâ. Sextò: Nihil attingit, nisi modo quo debet attingi, in eo signo: quare nulla imperfectio maculat formalissimam rationem Scientiæ Conditionatæ.

Suprà lib. 1. à num. 301.

Anonym.

41 Objicies tertiò: Iudicia conditionata sunt incompossibilia cum absolutis circa eamdem rem: sed Deus circa omnes eventus conditionatos, eorumque conditiones habet absoluta judicia: ergo circa eos eventus, & conditiones nequit insimul habere judicia conditionata: ergo neque conditionatam notitiam. Consequentiæ sunt bonæ, & minor patet: nam vel decernit Deus conditionis existentiam, vel non? Si, non; videt absolutè, neque ipsam, neque consensum extiturum. Si sic: Videt absolutè existentiam conditionis, & determinatam sortem eventûs. Major probatur. Nam affirmare conditionatè, quod videtur absolutè, stultum est: quis enim cernens lucentem Lunam, dicat nisi dispiendo: si Luna luceret, cernerem?

Mercad.

42 Respondetur. Negetur Major. Iudicia enim conditionata, pro signo independente à veritate absolutâ, ipsamque præcedente, prudentissimè componuntur cum judiciis absolutis, pro signo posteriori, secutis. Ad probationem fateor, stultum esse, præhabitâ jam absolutâ notitiâ, otiari in notitiâ conditionatâ: sed nihil est simile in casu nostro. Ratio autem stultitiæ in nobis, (in quos unicè cadere potest) est primò: quia hypothetica cognitio est minor cognitio objecti, quàm absoluta: quis autem ab Absolutâ retrogredi potest ad hypotheticam, si sanus est? Secundò: quia Hypothetica plerumque importat dubietatem, & anxietatem animi, quam non nisi stultè patitur, qui rem videt.

Idem Anonym.

43 Objicies quartò: Omne Objectum, fuit, est, aut erit; vel omne neque erit, neque est, neque fuit. Si primum; cadit omne in Scientiam Visionis. Si secundum: manet in simplici intelligentiâ: ergo ulterior Scientia in Deo otiosa est. Confirmatur primò: Vel futura, quæ vocamus conditionata, ponentur; vel desinent poni ex defectu conditionis? Si secundum: ergo manent purè possibilia, atque adeò intra sphæram intelligentiæ simplicis. Si primum: ergo terminant Scientiam Visionis. Secundò: Vel actus liber, qui foret, si conditio poneretur, prout ita sumptus, manet præcisè in statu possibilium, vel transit ex statu possibilium, ad alium statum? Si primum: ergo præcisè manet objectum intelligentiæ simplicis. Si secundum: Atqui status extrahens ex statu possibilium est status existentium: ergo transit ad objectum Visionis. Tertiò: quia status diversus ab statu possibilium, & ab statu existentiû, est commentitius: ergo & Scientia à simplici Intelligentiâ, & à Scientiâ Visionis diversa. Quartò: Nam à Theologis non admittitur pro cognoscendis conditionatis necessariis diversa Scientia à simplici intelligentiâ, & à visione: ergo neque pro cognoscendis conditionatis contingentibus. Quintò: Nam hæc Scientia conditionata, si in Deo poneretur, deberet esse prior Absolutâ: quod repugnat: nam quo genere prioritatis? Non durationis: nam omnia Divina, æterna sunt. Non causalitatis: nam sunt incausabilia. Non denique rationis, & consequentiæ: nam hæc ex absolutâ notitiâ non valet ad conditionatam: ergo. Debiles sunt hi conatus Anonymi.

44 Respondetur. Ad argumentum, concesso antecedente, Fateor, omne objectum sic vel aliter cadere in Scientiam Visionis, & in Scientiam simplicis intelligentiæ: in hanc, sub veritate præcisè possibilis: in illam, sub veritate, absolutè existentis, aut non existentis: cum verò sit alia veritas, nempe, existentis conditionatè, necesse est recurrere ad aliam Scientiam, ut patet ex *num. 18. & ex lib. 1.* Ad primam confirmationem, dico, ea futura, quæ vocamus conditionata, sive arceantur ab existendo, sive decernantur existere, esse conditionatè affirmabilia, veritate distinctâ ab omninò naturali, & liberâ: quare necessariò fundant Scientiam specialem inter liberam, & naturalem. Ad secundam, dico statum veritatis conditionatæ, neque esse statum præcisè possibilium, neque purè possibilium, neque simpliciter existentium, aut futurorum, sed medium, connexum quidem cum statu possibilium, indifferentem verò ad statum purè possibilium, & simpliciter existentium. Vnde non est status simpliciter extrahens ab statu possibilium, sed conditionatè, & secundùm quid. Ad tertiam, negetur assumptum, de quo jam fusè *disputando de futuritione* dictum est. Ad quartam admisso antecedente, negatur consequentia: nam conditionalis veritas necessaria est naturalis veritas de lineâ intelligentiæ simplicis: conditionalis verò contingens veritas, cùm veritas naturalis non sit, neque libera, necessariò pertinet ad specialem lineam cognoscendi. Ad ultimam, certum est Scientiam conditionatam esse priorem Absolutâ, prioritate independentiæ: & apud me, fixum, etiam prioritate per se in genere directivo Decreti, ex quo habet, esse liberam, Absolutam: id quod *ex disputandis de Deo Providente* constabit.

Nuper nu. 18. & lib. 1. à n. 324.

Lib. 6.

§. II.

OBJECTIONES SPECIALES.

45 Objicies quintò, specialiùs. Veritas ista conditionalis: *Si Petrus vocetur auxilio A, converteretur*, æquivalet, & nō æquivalet, disjunctivæ, & negativæ: *Vel Petrus non vocabitur auxilio A, vel converteretur: Nunquam existet auxilium A sine Conversione Petri*: ergo est veritas implicatoria. Consequentia est bona. Et antecedens quoad primam partem ostenditur: nam eòipsò, quòd verum sit, Petrum convertendum esse, si vocetur, necesse est sit vera disjunctio; aut non esse vocandum, aut convertendum esse: & insimul est necesse, quòd sit vera negativa: nunquam extiturum auxilium *A* sine conversione: Nam vel existet auxilium, vel non existet? si non existet; nunquam erit complexum conversionis, & auxilii. Si existit; coexistet cum conversione: quare semper est verum, quòd nunquam existet auxilium sine conversione. Quoad secundam partem ostenditur: nam de quolibet auxilio nunquam extituro verum est non esse extiturum sine conversione, aut non esse coextiturum carentiæ Conversionis: sed de quolibet nunquam extituro, non est verum, quòd si daretur, existeret cum conversione: alioquin nullum esse posset ineficax: ergo. *Redibit* contra singularem opinationem Patris Esparzæ, deviantis in hoc puncto à communi modo loquendi, & sentiendi, materia hujus argumenti, cum de Naturâ *Scientiæ Mediæ* sermo sit. Nunc

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

P. Esparz.

Infrà à num. 211.

46 Respondetur. Nego antecedens: solùm enim est verum, quod non æquivalet: quod & *infrà* demonstrandum erit, & satis modò probatur in argumento. Ad probationem igitur primæ partis, fateor ex conditionali verâ, rectè sequi veritatem illius disjunctivæ, & negativæ: non verò econtrà: nam potest esse vera disjunctio, & negativa, quin sit vera conditionalis: unde nequeunt esse veritates æquivalentes, & convertibiles. Ratio autem hujus doctrinæ est, quia ad veritatem negativæ, aut disjunctivæ præcisè sufficit, quòd auxilium non sit unquam extiturum: eò enim ipsò verum est unum è duobus: aut non existet auxilium, aut non existet sine conversione: & pariter eòipsò verum est, quòd auxilium non existet sine conversione. Patet autem, ad veritatem conditionalis non sufficere, quòd auxilium non extiturum sit, sed ultrà requiri, quòd conversioni sit coextiturum, si existat. Nulla est ergo vis argumenti.

47 Objicies sextò: Veritas ista conditionalis, *si existat auxilium A in Petro, Petrus converteretur*, unum ex triplici sensu reddere potest: aut *converteretur, si existat auxilium cum omnibus requisitis ad conversionem*, vel *sine illis*, vel *præcisivè ab illis*; sed nullum ex his sensibus potest ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

habere: ergo nullũ habet: est ergo commentitia talis veritas. Major ipsa inductione patet. Minor probatur: nam imprimis tertium sensum habere non potest: quia auxilium existere nequit præcisim à requisitis, ut existat. Tùm quia Deus comprehendit auxilium: ergo nequit præscindere à requisitis ad existentiam, quam attingit. Tùm demum quia auxilium coëxistit conversioni, coexistens requisitis ad ipsam; & quidquam aliud est impossibile. Deinde *secundum* dici nequit, quia in terminis implicat: ergo *primum* dicendum est. Atqui prærequisita ad conversionis existentiam est ipsa veritas conditionalis ex parte actûs primi, Dei Decretum, & cooperatio Omnipotentiæ: ergo ex parte conditionis attinguntur hæc omnia. Veritas autem conversionis sub his omnibus requisitis est veritas necessaria, & non contingens: ergo pertinet ad simplicem intelligentiam, & non ad Scientiam specialem.

48 Confirmatur. Auxilium conditionatè existens ita conjungitur cum conversione in statu conditionato, sicut in absoluto conjungitur cum conversione idem auxilium existens absolutè. Sed auxilium absolutè existens conjungitur in statu absoluto cum conversione, prout coëxistens, & conjunctum omnibus prærequisitis ad ipsam: ergo ita similiter in statu conditionato. Ergo veritas conditionalis de conversione Petri sub auxilio *A*, eatenus stat, quatenus auxilium supponitur cum omnibus prærequisitis ad ipsam conversionem. Hæc autem veritas est necessaria, & naturalis. De materiâ præsentis argumenti dicam latè contra Patrem Arriagam *disputando de Providentiâ*. Eo acriter *morderi* nos, ait Ioannes à Sancto Thomâ: Verùm à tam edentulâ difficultate morderi se non sinet Schola Scientiæ Mediæ, ut lepidè Annatus contra Thomasium *disp. 4. cap. 3. §. 2. num. 56.*

Infrà lib. 6. à n. 269.
Arriaga.
Thomasius
Annatus.

49 Respondetur: concessâ majori, negetur minor: & relictis primo, & secundo sensu, qui benè impugnãtur, dico veritatem conditionalem reddere tertium; & ex parte hypothesis, ut loco citato dicetur, & mox explicabitur infrà diligenter *disp. 27. sect. 2.* præcisè involvi libertatis essentiam, utpotè determinativam eventûs, & privativè gaudentem jure in utrumlibet: cùm enim determinare eventum, solius sit libertatis, secundùm ea, per quæ constituitur in pleno dominio libertatis; cum libertate præcisè comparanda est sors eventûs, ut eventus infallibiliter cognoscatur. Alias rationes decursus dabit. Ad primam hujus partis impugnationem, latet æquivocatio in verbo *præcisim*: si *præcisim*, sonet præcisionem constitutionis, est falsum quod assumitur. Libertas enim realiter præscindit constitutivè à prærequisitis multis, sine quibus existere nequit conversio. Si *præcisim*, sonet præcisionem exclusionis, & coëxistentiæ, verum est, sed non ad rem. Ad secundam dico: eò ipsò quòd Deus comprehendat auxilium, & libertatem, meliùs ab ipso nosci, essentiam libertatis non constitui, nisi per indispensabiles proximas causas, in quibus residet jus determinandi: unde nego in sensu prædicto consequentiam. Ad tertiam, concesso antecedente, nego quod infertur: nam libertas, ut ex parte hypothesis tangitur, attingi debet cum præcisione à coëxistentiâ cum conversione: nam attingitur, ut signum indifferentiæ.

Mox infrà à nu. 214.

50 Ad confirmationem, distinguo *ly sicut*, & *i. a*; sensu significante, dandam fore conversionem, si vocatio detur, non minùs ac absolutè dabitur, data absolutè vocatione, concedo majorem: sensu significante, importari debere ex parte hypothesis ad veritatem conditionalem, quidquid in statu absoluto requiritur ad existentiam conversionis, nego majorem: cujus falsitas ex *præcedenti num.* est evidens: & concessâ, vel permissâ minori, distinguo consequens: ita similiter importatis eisdem ex parte hypothesis, nego consequentiam: vel ex parte hypothesis, vel eventûs, transeat consequens, & nego ultimam consequentiam. Itaque Scientia Divina conditionata, licèt attingat omnia, quæ in statu absoluto requiruntur ad existentiam conversionis, non attingit omnia ex parte hypothesis: ex parte enim hypothesis tangit essentiam libertatis: quidquid autem pertinet ad lineam actûs secundi, & ab ipso quasi dependet quoad existere, sive æternum sit, sive temporale, tangit ex parte eventûs: sic loco citato *de Providentiâ*

tiâ dixi tangi à Deo prædefinitiones, & omnes connexiones cum determinatâ parte libertatis, quãtumvis æternæ sint, & in lineâ executivâ per accidens priores auxilio: quia simpliciter sunt determinativè posteriores eventu, ut *infrà* rursus explicabitur.

Infrà lib. 6. & Mox à nu. 154.

51 Objicies septimò: Propositio conditionalis: *Si Petrus vocetur auxilio A, convertetur*, coincidit cum istâ: *Casu quo Petrus habeat vocationem A, convertetur.* Inde sic: Vel sensus est *universalis*: v. g. omnis casus habendi vocationem *A* est casus, quo dato, Petrus convertetur: vel est *particularis*: v. g. aliquis tantùm casus habendi vocationem *A* est casus, quo dato, Petrus convertetur: sed neuter: ergo nullus: ergo talis veritas nulla est. Minor probatur: quia in primo casu veritas illa esset impossibilis; & necessaria in secundo: Esset necessaria in secundo: quia casus habendi vocationem *A* conjunctam cum conversione, est aliquis casus habendi vocationem: sed hic casus est veritatis necessariæ: nam conversio, dum est, necesse est, sit. Esset in primo impossibilis: quia unus ex casibus possibilibus habendi vocationem *A*, est casus habendi eam, divisam à conversione: sed converti Petrum, casu quo dividatur à conversione, implicat: ergo.

52 Respondeo, Propositionem conditionalem, neque reddere sensum universalem, neque particularem, sed planè *singularem*; ita ut solùm ex parte hypothesis importetur casus determinatus libertatis etiam individuæ, præscindẽtis ab eventu conversionis, vel inconversionis: qui casus singularis, talis est, ut omninò contingat, esse casum conversionis, cùm sit ex se indifferens ad in conversionem, secundùm ea omnia, quæ se tenent ex parte hypothesis.

53 Instabis: Casus vocationis *A* est casus Conversionis; sed casus inconversionis, & vocationis est casus vocationis *A*: ergo casus inconversionis, & vocationis *A* est casus conversionis. Quid pulcrius hoc Sophismate? Nam præmissæ sunt veræ: & consequens implicatorium. Dicam latè de similibus disputando *de Providentiâ*, in quæstione *de strictâ ratione Scientiæ Mediæ*. Nunc brevissimè: dico, Syllogismum malè procedere, quia vocationem non sumit in præmissis, ut conditionem aptam conversioni, & inconversioni, & præscindentem ab utraque sub ratione conditionis. Patet: nam in majori sumitur ut conditio indifferens: & contingenter est vera: in minori, sumitur, exclusâ per inconversionem indifferentiâ: quid ergo mirum, quòd inferatur pessimè? Non enim ex eò quòd conversio sit sub conditione conducente, potest inferri, quòd existet, adjuncto aliquo repugnante ad conditionem aliàs conducentem.

Lib. 6. à num. 308. latè.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

54 Objicies octavò: Vocatio *A*, v. g. connectitur essentialiter disjunctivè, vel cum Scientiâ de consensu sub ipsâ, si detur, vel cum Scientiâ de dissensu. Ergo veritas hæc: *Si detur vocatio A, convertetur Petrus*, erit eadem ac ista: *Si detur vocatio, vel cum Scientiâ de consensu, vel cum Scientiâ de dissensu, convertetur Petrus*; sed hæc veritas disjunctiva est necessaria: ad veritatem enim disjunctivę, sufficit, ut unum extremum subjecti verificetur: ergo erit necessaria, conditionalis veritas.

55 Confirmatur. Vocatio *A* nequit existere, nisi cum Scientiâ de consensu, vel cum Scientiâ de dissensu: Existere enim sine utraque est impossibile. Nunc sic: Deus attingit ex parte hypothesis vocationem *A* contradistinctâ ab impossibili; sed Vocatio *A* contradistincta ab impossibili est vocatio existens cũ alterutrâ ex illis Scientiis: ergo Deus attingit ex parte hypothesis vocationẽ, ut existentem cum alterutrâ ex illis Scientiis: ergo veritas illa facit sensum disjunctivum ex parte hypothesis, atque adeò est necessaria veritas: ergo pertinet ad lineam intelligentiæ simplicis.

56 Respondetur, concesso antecedente, nego consequentiam: Licèt enim vocatio *A*, & quævis alia existere nequeat nisi liberè, libertate Divinâ, constitutâ per unam ex illis duabus scientiis, atque adeò vagè connectatur essentialiter cum alterutrâ earũ, per neutram tamen constituitur in ratione hypothesis, & conditionis ad eventum, ex quo determinativè subsequitur una ex illis Scientiis ad constitutionem libertatis divinæ. Cùm verò ex parte hypothesis attingatur Vocatio secundùm essentialem sui constitutionem, non attingitur disjunctivè, sed determinatè vocatio pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

prout cõstituens humanum arbitriũ, cui contingens est eventus cõversionis. Vnde veritas manet in statu quodam medio.

57 Ad cõfirmationem, admisso quod assumitur: distinguo majorem: attingit vocationem *A* contradistinctam ab impossibili, per sui realem constitutionem, concedo: per terminos respectos ab ipso, nego. Itaque res quæliber per sui constitutionem possibilis est secundùm se, estò terminos extrinsecos respiciat; sine quibus existere non posset. Dum ergo constitutivè sumitur, sumitur secundùm se possibilis, præcisim ab illis, per quæ non constituitur, licèt sine ipsis existere nequeat: nõ enim, incõceptis his terminis, concipitur impossibilis. Et in nostro casu militat specialis ratio: nam determinata Scientia disjuncti, determinativè quasi pendet ab eventu determinato vocationis. Cùm autem Vocatio ab eventu determinato præscindat, necesse est, præscindat à Scientiis, eventu, determinativè posterioribus.

58 Objicies nonò: Objectum Scientiæ, quam vocamus conditionatam, non est conditionatè verum, conditione suspendente veritatem objectivam, sed intrante in ipsã: ergo est actu, & absolutè verum: ergo terminat Scientiam absolutam, estò vocibus conditionatis explicetur. Antecedens probatur: quia si Conditio suspenderet veritatem, quousque ipsa existeret; non esset verum, quousque ipsa esset: ergo nec esset affirmabile, ante purificationem conditionis: ergo conditio non suspendit veritatem: ergo non est verum conditionatè, sed absolutè, veritate constitutã per conditionem.

59 Confirmatur. Vel Scientia, dicitur conditionata, ex eo quòd tendat in rem, quæ non est objectum, sed esse: vel ex eo quòd suspendatur assensus, donec ponatur conditio: vel ex eo quòd tendat modo tendentiæ distincto à modo absolutè tendendi? Non primum: nam assensus actualis esse nequit sine objecto actuali. Non secundum: quia nulla daretur notitia eventûs, qui conditionatus dicitur. Nec denique tertium: quia modus tendendi repræsentativus, assensu firmo, & tendentiâ non nutante propter conditionem, est modus tendendi absolutissimus: ergo in nullo bono sensu admitti potest cognitio conditionata.

60 Respondetur. Distinguendo antecedens æquivocum: non est conditionatè verum, conditione suspendente veritatem objectivam, id est, veritatem verè affirmabilem, concedo: veritatem verè existentem, nego. Entis enim non existentis, non existit veritas objectiva, sed formalis, indistincta ab affirmabilitate quasi activa intellectus, potentis in objectum, quantumvis non existens, tendere affirmatione verissimâ: ut dictum latè est *disputando de futuritione*. Et distinguo consequens: ergo est actu & absolutè verum, veritate objectivâ & intrinsecâ, nego: veritate formali, subdistinguo: actu, & absolutè existente, concedo; actu & absolutè tendente, nego consequentiam. Itaque conditio, licèt suspendat existentiam rei, donec ipsa existat, quia nequit res existere, nisi præexistente conditione, non suspendit affirmabilitatem rei sub ipsâ, quia non suspendit vim cognoscitivam conditionatè potentem tendere in id, quod reipsâ foret positâ conditione. Vnde objectum conditionatum actú verum est, veritate formali absolutè quidem existente, tendente tamen conditionatè; non conditione suspendente tendentiam, sed tractâ per ipsam, utpote affirmativam objecti sub eâ conditione, quam non affirmat. Et hic est sensus Scholæ nostræ, bene notatus à Reverendissimo nostro Thyrso *tom. 1. select. disp. 14. sect. 5.* *Suprà lib. 4. num. 51.* *R. Adm. P. N. G. Thyrsus.*

61 Ad confirmationem dicendum est tertium: & impugnatio nulla est: quia licèt nostræ conditionatæ tendentiæ, cõmuniter sint nutabundæ: non ita Divinæ: quæ quoad securitatem æquivalet tendentiæ absolutissimæ. Objectiones aliæ, de futuris ex hypothesi disparatâ, vel impossibili, tangentur opportunius, cùm de objectis Scientiæ Mediæ sermo sit. *Infrà à num. 214.*

§. III.

VLTIMA OBIECTIO: VBI SVPPRIMITVR exotica Cogitatio.

62 EA est Moderni Augustiniani, qui, desertâ Thomisticâ, & Nostrâ, ut retineat duas unicè Scientias, simplicis Intelligentiæ, & Visionis, tria signa distinguit in voluntate. Primum, Voluntatis secundùm se: alterum, Voluntatis instructæ ad operandum. Tertium, voluntatis se determinantis ad consensum, reddentisque impossibilem consequenter dissensum. Deinde supponit, quicquid existit, eo modo quo existit, esse possibile: quare tria illa signa voluntatis, sunt etiam tria signa possibilitatis. Ex quibus, ut probet veritates conditionales quas nos façimus objectum Scientiæ Cõditionatæ contingentis, cognosci à Deo per Scientiam intelligentiæ simplicis, quæ versatur circa possibilia, *Exotica cogitatio explicatur.*

Arguit:

63 Arguit sic: Omne id, quod reperitur intra statum possibilitatis, ita ut ad ejus verificationem, sufficiat status ipse possibilitatis, est objectum Scientiæ Naturalis Divinæ, Deo necessariæ: sed ad verificationem futuritionis conditionatæ contingentis consensûs v. gr. sub auxilio *A*, sufficit status possibilitatis: ergo Futuritio conditionata contingens est objectum Scientiæ Divinæ Naturalis, & necessariæ: ergo Conditionata Scientia inter simplicem intelligentiam, & Visionem nulla est. Consequentiæ bene sequuntur. Major est certa. Et ostenditur minor. Consensurum esse Petrum sub auxilio *A*, est determinatio libera ad consensum, cum impeditione dissensûs, seu cum impossibilitate consequente dissensûs: sed determinatio libera ad consensum, cum prædicta impeditione, seu impossibilitate, habet veritatem determinatam in ipso statu possibilitatis, in tertio signo ex prænotatis: ergo Consensurum esse Petrum sub auxilio *A*, habet determinatam veritatem sufficienter in statu possibilitatis: ergo.

64 Proxima minor, probatur sic: Pro tertio signo, non solùm est possibilis antecedenter impossibilitas consequens dissentiendi, consistens in ipso consentire, sed etiam est possibilis consequenter, excludens ab eo signo possibilitatem consequentem dissensûs: ergo pro tertio signo Voluntatis in statu possibilium, ita consensus intelligitur determinatè possibilis consequenter, ut jam dissensus non sit possibilis consequenter. Atqui pro signo, pro quo intelligitur possibilitas consequens consensûs, & excluса consequens possibilitas dissensûs sub auxilio *A*, intelligitur sub ipso auxilio determinatio actualis ad consensum præ dissensu habere determinatam veritatem: ergo ipsa determinatio actualis ad consensum præ dissensu habet determinatam veritatem pro tertio signo possibilitatis, potiùs quàm determinatio actualis ad dissensum præ consensu. Sed hoc est, esse futurum consensum præ dissensu sub auxilio *A*, si detur: ergo in statu possibilium, pro tertio signo, habet veritatem determinatam Futuritio conditionata consensûs: ergo manet objectum Scientiæ Naturalis. *In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.*

65 In hac cogitatione, quam Pater Augustinus de Herrerâ *quæst. 15. de Scientiâ à sect. 2.* satis demonstrat inconsequentem, inutilem, & falsam; tot sunt ferè, quot verba, hallucinationes. Imprimis *de Fide* mihi est, notitiam de veritate conditionatâ contingenti, esse Deo contingentem in denominando, & non necessariam, qualis est Scientia Naturalis. Ratio est: quia de Fide est, Petrum v. g. si vocetur, liberè consentire; & loco consensûs potuisse liberè dissentire: ergo de Fide est, contingenter sciri, quòd consentiet, si Petrus vocetur. Et confirmatur: quia si necessaria est connexio cũ consensu, pro casu auxilii: carentia consensûs est impossibilis: impossibilis enim est carentia rei, quã deficere, est deficere, quod necessarium est: necessarium autem deficere est impossibile. *P. Herrera bene reprimit.*

66 Secundò mihi est certum, per hujusmodi opinationem, extingui libertatem humanam, & Divinam perfectionẽ. Ratio est primò: quam nuper expressi. Secundò: quia veritas, cujus certa notitia est indefectibilis, deficere nequit: eò enim ipsò notitia esset falsificabilis: sed Veritas conditionata consensûs sub auxilio *A* est per te veritas, cujus certa notitia, est indefectibilis: ergo nequit deficere. Sed veritas, quæ deficere nequit, nequit habere possibile contradictorium: ergo contradictorium Veritatis conditionatæ Consensûs, qui dissensus est, pro casu auxilii non est possibile. Quæ manet ergo libertas in nobis: aut quæ perfectio in Deo: nam illa manente, Deus habet notitiam falsam? Sed detegamus æquivocationem.

67 Tota æquivocatio in eo stat, quòd iste discursus confundat veritatem propositionis Modalis cum veritate Cathegoricæ, inclusæ ex parte subjecti, quasi veritas sufficiens pro Modali, seu pro veri- *Detegitur ejus æquivocatio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 1. de Deo sciente.

rificatione Modi; eò ipsò sufficiat pro veritate cathegoricæ inclusæ; seu pro verificatione dicti: quo nihil magis absonũ potest excogitari: nam hoc perinde, est, ac ex possibili colligere actum; & ex contingentiâ, velle inferre, per legitimam consequentiam, determinatam actualitatem. Vide in exemplo. Petrum currere in actu secundo, impeditâ, & impossibilitatâ consequenter carentiâ cursûs, possibile est, & contingens. Hæc est *Modalis*: quæ verissima est, & materiæ necessariæ: *Cathegorica* inclusa est, Petrus currit in actu secundo, & impossibilitat sibi ipso actu currendi carentiam cursûs. Quis inferat ex veritate primæ modalis veritatem Cathegoricæ, nisi censeat possibilitatem cursûs esse rationem sufficiẽtem, ut cursus sit; & contingentiam deficiendi, ut non deficiat? Hoc autem ridiculum est: nam etiam Petro non currente, possibile est Petrum currere, & impossibilitate ipso actu currendi carentiam cursûs: Existentia enim unius contradictorii contingentis non tollit simul tatem possibilitatis, & contingentiæ alterius contradictorii: imò eam exigit: alioquin non existeret contingenter, sed necessariò. Igitur hac doctrinâ præ oculis habitâ

Objectio Solvitur.

68 Respondetur, permissis sine æquivocatione tribus illis signis, & adjecto principio, quòd, quidquid existit, eo modo quo existit, est possibile, concessâ majori nego minorem: Licèt enim status possibilitatis sufficiat, ut futuritio conditionata consensus sub auxilio *A* sit possibilis, infimul sufficit, ut possibilis sit futuritio conditionata dissensûs sub eodem auxilio: sed, ut verificetur fore consensum præ dissensu, & hunc præ illo, casu quo detur auxilium, neutra possibilitas sufficit. Et id nosci Deus per scientiam Naturalem. Ad probationem minoris, pro tollendâ æquivocatione, distinguo majorem: consensurum esse Petrum sub auxilio *A*, est determinatio libera consensûs, considerata ut præcisè possibilis, cum impossibilitate consequente dissensûs, considerată ut præcisè possibili, nego majorem; determinatio libera consensûs, considerata, ultra præcisè possibilem, ut exercita, si detur auxilium, concedo majorem.

69 Et distinguo minorem: habet determinatam veritatem, quoad esse possibile, concedo; ultra esse possibile, & quoad esse futurum, nego. Nam sicut in primo signo ex tribus, quæ Moderni iste distinguit; Voluntas est possibilis secundùm se: & in secundo est possibilis libertas proximæ; ita & in tertio est possibilis consensus impossibilitans consequenter consensum: nam impossibilitas consequens unius contradictorii non distinguitur ab alio contradictorio: unde eodem modo, quo unum contradictorium est possibile, est possibilis impossibilitas consequens alterius, seu efficax impedimentum alterius, quod idem est: quis autem ex possibilitate consentiendi, impediendo dissensum, inferat, quòd consensus erit, & impediet dissensum?

70 Ad ulteriorem probationem minoris, in quâ ulterius progreditur æquivocatio atquentis: Nota, tertium illud signum, esse signum operationum, quoad esse possibile; atque adeò in eo signo videri consensum ut reipsâ possibilem, & pariter ut reipsâ possibilem ipsum dissensum: id est, utrumlibet cum mutuâ repugnãtiâ coëxistendi, indistinctâ ab utrolibet: quare qui cognoscit consensum esse possibilem, cognoscit consensum impotentem coëxistere dissensui: & qui cognoscit dissensum esse possibilem, cognoscit dissensum impotentem coëxistere consensui: unde cum consensus sit impossibilitas consequens dissensûs; & dissensus impossibilitas consequens consensûs: qui videt utrumque possibile divisivè, videt utriusque, impossibilitatem consequentem esse possibilem, & utrumque possibilem esse, identificando secum impossibilitatem consequentem alterius. Quo notato, distinguo antecedens: non solùm est possibilis antecedenter, possibilitate causæ, sed possibilis consequenter, possibilitate ipsius consensûs, transeat: sed possibilis consequenter, sensu excedente ultrà possibilitatem, nego antecedens: & hoc modo, æquè videtur dissensus possibilis. Et distinguo consequens: ut jam dissensus non sit possibilis consequenter, idest, quoad coëxistentiam cum consensu, concedo, negato suppositо: nam sic in nullo signo videri potest possibilis dissensus, aut consensus: quoad existentiam sui removendo consensum, nego simpliciter consequentiam. Ex quo patet, in statu possibilium, nullã aliam inveniri posse determinatam veritatem consensûs, aut dissensûs, nisi præcisè quoad esse possibile.

In primã par. tract. 1. de Deo sciente.

DISPVTATIO XXV.

SCIENTIÆ CONDITIONATÆ THOMISTICA contingentis relegatio.

Altera Pars Controvers. Thomistæ cum Alvarez.

71 THOMISTÆ post Didacum Alvarez, ex unâ parte vel convicti, vel rati, non posse Deo negari Scientiam conditionatè contingentium, ut cæperant cum Ledesmâ: ex aliâ parte, odio habentes implacabili Scientiam Mediam, id est Scientiam Divinam conditionatè contingentium, independentem à Decreto existente, seu Scientiam eorum in seipsis, bellum atrox excitavere contra Nos de *Medio*, & *Modo*, quo Deus habet hanc Scientiam infallibilem. Quo in puncto jam vertitur totum inter Dominicanos, & Iesuitas, & Scholam utramque dissidium.

SECTIO I.

SENTENTIÆ THOMISTICÆ: DISSIDIÆ Thomistarum in ipsâ: discrimen à Nostrâ: & judicia Theologorum.

Scholæ Prædeterminantis opinio.

72 Distinguit recens Schola Thomistica duplex genus decretorum. Alia sunt absoluta simpliciter, tam ex parte actûs, quàm ex parte objecti: quia verè existunt ex parte actûs; & ex parte objecti nullam conditionem includunt. Tale est Decretum creandi Angelum v. g. & prædeterminandi voluntatem ad amorem. Alia sunt conditionata, non quidem ex parte actûs, quia verè denominant, sed ex parte objecti, quia ex parte objecti, aliquam conditionem includunt. Talia sunt, quæ Deus habere dicitur, circa conditionatè contingentia: v. g. circa pœnitentiam Tyriorum, si apud ipsos factæ fuissent Virtutes Bethsaitarum.

Quinque docet:

73 Hac distinctione factâ *docet* primò nullum à Deo cognosci posse Futurum conditionatum, ante omne Decretum Divinæ voluntatis, reipsâ existens in Deo, dante per ipsum futuritionem. *Docet* secundò: Decreta illa Conditionata, esse omninò necessaria, pro infallibili Scientiâ de futuris conditionatis. *Docet* tertiò: eam Scientiam infallibilem Dei niti in Decreto ipso Conditionato, reipsa præsenti, tanquam in Medio, à quo res habet esse conditionatè futuram. *Docet* quartò: consequenter, Scientiam Infallibilem Dei circa futura conditionata, soli Deo esse liberam, & pro solo Dei libito, vel possibilem, vel evitabilem, utpote nixam Decreto prædeterminante, & soli Deo, libero. *Docet* quintò: eam Scientiam reduci ad Scientiam Visionis Divinæ. Hæc est species Thomisticæ Scientiæ Conditionatæ.

Ex quibus discrimen à Nostrâ.

74 Discrimen à Nostrâ patet ex oppositis quinque titulis: Nam primò *docemus*, futura conditionata non solùm posse, sed & debere cognosci à Deo, pro priori ad omne decretum reipsâ existens. Secundò *docemus*: Decreta illa conditionata nullo modo requiri, pro tali infallibili Scientiâ. Tertiò *docemus*: eam Scientiam, niti non posse in ullo decreto præsenti, tanquam in Medio, sed respicere futura sub conditione, in seipsis. Quartò *docemus*: consequenter, eam Scientiam, non esse Deo liberam, sed puræ contingentem, utpote existentem in Deo, non ex libito Dei, sed ex necessitate cognos-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

noscendi, quod ex libito creaturæ foret: quod quidem, cùm Creaturæ sit, in lineâ determinantis, & non Dei, sinentis ipsam in manu consilii sui, licèt prævenientis, juvantis, & cooperantis: in lineâ determinantis, non Deo tribuitur, sed creaturæ: unde talis Scientia, Deo purè contingens est, & à creaturæ libito existens ab æterno, vel evitata. Quintò *denique* docemus, eam Scientiam, neque simplicem intelligentiam, aut naturalem esse, neque Scientiam Visionis, aut liberam, sed perfectissimè inter utramque Mediam.

A nu. 117. Quanta ejus Authoritas?

75 Authoritas pro hac Nostra Scientia dabitur *disp. seq.* Thomistica Scientia, etiam ex accessu Excalceati Carmeli, & aliquorum, quorum apud Catholicos esse nulla potest authoritas cum Tuissio Calvinistâ, vix transgreditur limites Familiæ Dominicanæ: & adhuc in ipsâ video grave dissidium inter Authores. Nam primò, ante exortam controversiâ nullus est Thomista, qui hæc Decreta defenderit: post exortam, ea rejecere Thomistæ primores, teste Ledesmâ Dominicano. Secundò: Rispolis, Zumel, & Cabrera, licèt recurrerint ad Decretum efficax, & prædeterminans, pro infallibilitate istius Scientiæ, negarunt Decretum præsens pro veritate conditionatâ: unde non sunt de Thomisticissimo recenti. Quartò Nazarius, & alii, quibus satis favent Alvarez, & Albelda, Decreta hujusmodi Conditionata, & immixam in ipsis Scientiam, unicè admittunt circa eventus conditionatos, qui nunquam erunt. Vnde circa eventus absolutos, nullam Scientiam conditionatam agnoscunt in Deo. Quintò Alvarez, tantor Decretorum hujusmodi, ea solùm admittit, circa ea quæ in Scripturis inveniuntur expressa. Vnde necesse est, infinita Conditionata à Deo nesciri. Sextò Ioannes à S. Thomâ, dux Thomistarum recentiùs, non audet extendere, nisi conjecturando, Scientiam istam Dei, præterquam ad eventus finito numero comprehensos quos nempe Deo revelante nos assequimur. De aliis dubius est. Septimò: licèt alii Moderniores, secuti Gonzalez de Albelda, extendant ad omnes eventus tam purè, quàm non purè conditionatos, sua Decreta, & istam Scientiam, vix est ullus qui clarè loquatur: ut videas, quàm vanò contra nos se jactet de *uniformitate* suæ Scholæ Fr. Gonetus.

Dissidium intra ipsâ.

Suprà lib. 3. à nu. 10. & 19. Fabula Thomasii, & Patrũ Excalceator.

76 Authoritatem, quam pro sententiâ nostrâ repræsentabimus, enervare, & exaggerare pro suâ, conati sunt Patres Excalceati, & Ioannes à S. Thomâ, narrationculâ quâdam de triginta viris gravissimis à Clemente VIII. deputatis pro decisione controversiæ, quorũ, uno excepto, vel altero, cæteri stetere contra Nos pro Thomistis; hùcque traditum esse addunt *à viro quodam Sancto*, qui morti proximus, tanquam oculatus testis, eam narrationem posteritati reliquit. Verùm ea Narratio non est digna Theologico subsellio: scatet mendosis anilitatibus, quas tandem fatetur Ioannes à S. Thomâ, & aperrè denudat, mille falsibus, Pater Annatus *disp. 4.* & potior talis narrationculæ levitas ex eventu colligitur: Nam Sententia nostra, instantibus pro ejus damnatione Dominicanis, cùm liberè permissa est à Sede Apostolicâ, propugnari, vicit. Quid ergo præstitere Censores illi deputati, qui calculo Patrum Excalceatorum erant triginta; Ioannis verò Thomasii unicè tredecim? *Virum* illum, quẽ *Sanctum* appellant, fatetur Thomasius esse *Dominum la Peña*: virum malè erga Iesuitas animatum, infensum instituto Societatis, nec benè meritum de ejus Fundatore Sanctissimo. Pende nunc Visi Authoritatem, & Narrationis.

P. Annat.

Quanti ponderis authoritas Dom. la Peña contra Iesuitas.

77 Iudicia Theologorum de Decreto Thomistico, absoluto subjectivè, & objectivè conditionato, legere poteris apud Patrem Gabrielẽ de Henao in *Scientiâ Mediâ Historicè propugnatâ*. Ego referam, non probando censuras. Tale Decretum Zumel, & Mendoza, *Fictitium, & ridiculum*; Ledesma Dominicanus, *falsum, & improbabile*; Cabrera, *Frivolum, & imperfectissimum*; Muñoz, *tyrannicum*; Baltassar Navarrete, *contrarium Divo Thomæ*; Nazarius, *inintelligibile*; Verdu, *imperfectissimum, & otiosum* appellant. Et hi omnes, Thomistæ sunt; &, majori ex parte, Dominicani; ut videas, quid de Decreto Thomistico sentiant intra Scholam Thomisticam Adversarii nostri.

P. Henao.

Zumel. Mendoza. Ledesma. Cabrera. Muñoz. Navarret. Nazarius. Verdù.

SEC-

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

SECTIO II.

SCRIPTVRA, ET PATRES CONTRA Thomistas.

Impetitur ex Scripturis. Matth. 11. & Luc. 10

78 PRimum argumentum sumitur ex *Matth.* 11. & *Luc.* 10. ubi à Christo Domino comparativè ad Tyrios, & Sydonios, reprehenduntur Corozaini, & Bethsaiditæ, sub signis eisdem, sub quibus conditionatè prævisi sunt Tyrii, & Sydonii, benè operaturi. Sic formatur: Si Pœnitentia Tyriorum, & Sydoniorum esset à Deo cognita per scientiam conditionatam prædeterminativam: (Sic voco Thomisticam Scientiam, innixam Decreto conditionato prædeterminante;) increpatio, quâ comparativè ad Tyrios, & Sydonios reprehendit Christus Dominus Corozainos, & Bethsaiditas, esset inanis, stulta, & delusoria: sed id est nefas dictu: ergo talis Pœnitentia per hujusmodi Thomisticam Scientiam non est cognita: ergo per Mediam. Consequentiæ benè sequuntur. Et minor est certa: nam seriò Christus Corozainos, & Bethsaiditas reprehẽdit, stylo exprobrationis simpliciter comparativæ, factâ paritate signorum eorumdem, ad præoccupandam omnem excusationem, ut ex textu constat.

79 Major ostenditur primò: quia increpatio comparativa, stulta est, & inanis, inter extrema manifestò disparia, quoad rationem maximè conducentem ad operationem, & alioquin independentem ab eorum arbitrio; sed, cognitâ per scientiam prædeterminativam conditionatâ Tyriorum, & Sydoniorum pœnitentiâ, Tyrii, Sydonesque ex unâ parte; & Corozaini, & Bethsaiditæ ex aliâ, essent extrema, quoad eam rationem, manifestò disparia: ergo esset inter eos stulta, & inanis increpatio comparativa. Major primi Syllogismi: patet ex terminis: nam argumentum à paritate, nullum est, reddità bonâ ratione disparitatis, ut advertit Aristoteles *Top. 3.* Tùm quia increpatio comparativa debet afferre probationem ita legitimam, ut ab exemplo convincat objurgatum: at hæc probatio nequit esse legitima, si paritas in ratione non est. Minor autem videtur evidens: quid enim magis indepẽdens ab arbitrio creato, quàm Decretum physicè prædeterminans? Quid ipso magis conducens ad operandum ex essentiali triplici prædicato, juxta Thomistas: nempè, inseparabilitatis physicæ ab operando: irresistibilis applicationis ad operationem: & ita requisiti ad ipsam, ut operari sine tali prærequisito fit chymera. At in viâ Thomisticâ prævisi essent Tyrii, & Sydones, respectivè ad Bethsaiditas, & Corozainos, manifestè dispares in excessu talis Decreti: quo isti caruissent: ergo stulta, & inanis est increpatio comparativa.

Aristotel.

80 Major eadem ostenditur secundò: stultè, & delusoriè reprehẽditur de omissione operis, qui operis omissionem justè, & verè retorquere potest in solum placitum objurgantis, objurgato non liberum; atqui in viâ Thomisticæ Scientiæ conditionatæ, cessans ab opere, justè, & verè retorquere potest operis omissionem ad solum placitum Dei objurgantis, objurgato, & cessanti non liberum: ergo in viâ Thomisticæ Scientiæ, stultè, & delusoriè reprehẽditur omittens operationem: ergo. Consequentiæ sunt bonæ. Major est mihi evidens: qui enim cessat ab opere, ex prævio defectu placiti sibi non liberi, in talem defectum justè retorquet defectum operis; non enim opus deficit, nisi cessante priùs operari eo qui objurgat: si autem eo cessante, cessare objurgatum ab opere, est necessarium consequens invincibile: quomodò reprehendendus est, nisi stultè, & delusoriè? Minor non est evidens nimis: quia in viâ Thomisticæ Scientiæ, cessare ab opere est necessarium consequens ad defectum Decreti prædeterminantis, prævisi à Deo volitum, & ab humanâ libertate independentem: sicut operari est consequens necessarium Decreti prædeterminantis, sine isto prævisi potito repugnans existere. Vegetur sic: per illum stat operis defectus, per quem stat defectus prærequisiti essentialis ad opus, sine ipso repugnans: sed in viâ Thomisticâ unicè stat per Deum defectus essentialis prærequisiti ad opus, sine ipso repugnans: ergo in eâ viâ unicè stat per Deum defectus operis. Sed stultè reprehendit de operis defectu ille ipse, per quem unicè stat: ergo.

81 Major ostenditur tertiò. Reprehensio à paritate ne sit inanis, ita formari

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

mari debet, ut similis consequentia à pari concluderet in necessariis; sed in viâ Thomisticæ Scientiæ prævidentis unum operari, & non alium, consequentia non concludit à pari in necessariis: ergo in viâ Thomisticæ Scientiæ, prævidentis unum operari, & non alium, nequit non esse inanis reprehensio à paritate. Consequentia valet: & minor est evidens: quia in necessariis quomodocumque dispositis, si ex parte unius sit prædeterminatio, & non ex parte alterius, ex eò quòd una causa operetur, non valet consequentia ad operationem alterius. Major explicatur & ostenditur: quia ut defectus operis sit reprehensibilis, in non operante, respectivè ad operantem, ratio non operandi, in ipso non operante, debet esse placitum ipsius non operantis, volentis gaudere suâ libertate: ergo si non esset jus libertatis, similis consequentia à pari concluderet in necessariis. Et ratio est: quia in necessariis, si consequentia non valeret, defectus operis deberet rejici in defectum antecedentem: ergo pariter in viâ Thomisticæ Scientiæ defectus operis rejici debet in defectum antecedentem, & independentem à libertate: quomodo ergo valere potest ulla reprehensio à paritate?

82 Dices primò: Exprobationis æquitatem fundari in auxilio sufficiente, quod dat posse, & obligationem: & quo Iudæi non carebant. Contrà primò: nam in viâ Thomisticâ vix est explicabile in impræterminato, auxilium sufficiens: qui enim per ea, quæ habet, nec habet omnia prærequisita ad operandum, nec habet in manu suâ, per ea non sufficit ad operandum: ut latè dictum est *suprà lib. 3. à num.* 146. Secundò: quia increpatio non est *de posse*, & *de obligatione*, sed de *actu*, & de *operatione*; sed quoad actum, & operationem est summa disparitas: quia actu operari imprædeterminatum, est impossibile.

Suprà lib. 3. à n. 148.

83 Tertiò: quia licèt ad æquitatem exprobationis absolutæ, sit satis *posse* per auxilium sufficiens, non verò ad æquitatem exprobationis comparativæ: ut constat ex nostro argumento; cujus ulterior ratio est: quia exprobatio comparativa fit, ut malè operans erubescat ad conspectum bene operantis: sed si non sit æqualitas inter utrumque quoad ea quæ requiruntur ad bene operandum, datur patens locus excusationi, nec datur locus erubescentiæ: ergo exprobratio comparativa, non solùm petit æqualitatem in auxilio sufficienti, sed in omnibus, quæ per se requiruntur ad bene operandum. Urgetur. Pone aliquem cum necessitate Morali ad amandum Deum: & alium, sine eâ necessitate morali, imò cum morali necessitate ad peccandum; sit iste, Iudas: & illa sit Beatissima Virgo: quis nisi ridiculè reprehenderet Iudam, quod non amaret Deum, sumptâ paritate à Beatissima Virgine? sed fortior est necessitas Decreti prædeterminantis ad amandum, quàm moralis: ergo cum eâ disparitate stare non potest exprobatio comparativa.

Albelda.

84 Nec obest, quod opponit Albelda, de Christo, & Apostolis proponendis in die judicii, ad comparativam confusionem Præscitorum. Non, *inquam*, obest. Primò: Nam Præsciti non reprehenduntur, ad conspectum Christi, & Apostolorum, stylo comparativæ increparionis: quid enim magis ridiculum, quàm reprehendere Reprobos, quòd peccaverint, & meruerint damnationem, non peccante, nec damnato Christo: quod erat chymericum? Secundò: quia si Christus & Apostoli proponuntur ad confusionem, ideò est, quia nemo est, qui non erubescat, tam amabilem Dominum contempsisse, & tantorum Magistrorum exempla, & Doctrinam neglexisse. Tertiò: quia si comparativè reprehendendi sint, non quidem ex paritate rei ad rem, sed proportionis ad proportionem: cur nempe Reprobi, tanta agente, & patiente pro ipsis Christo Domino, cùm non deberet: ipsi tantillum, quod debebant, facere neglexerunt? Sed casus noster, alius est, & à paritate rei ad rem, & sub eadem obligatione. Non est ergo ad rem præsentem oppositio, quâ fidit Albelda.

85 Dices secundò: Exprobrationis æquitatem fundari in eo, quòd Corozaini, & Tyrii jam erant pares in *posse*: Decretum enim prædeterminans, & appendix prædeterminatio non pertinet ad *posse*, sed ad *actum*. Contrà primò: quia vix est intelligibile Decretum prædeterminans non esse de lineâ potestatis, cùm sit præparatio Divinæ Omnipotentiæ, in viâ Thomisticâ. Secundò: Potestas imputabilitatis est Potestas optandi pro libito: sed potestas optandi pro libito talis est, ut operatio sit aut non sit ex solo libito optantis: ergo & potestas imputabilitatis, talis esse debet, ut operatio sit, aut non sit ex solo libito habentis potestatem. Atqui in viâ Thomisticâ, non est talis potestas: ergo nec potestas imputabilitatis. Tertiò: quidquid sit, an decretum prædeterminans, & appendix prædeterminatio sit de lineâ potestatis, vel de lineâ actûs, est impedimentum efficax omissionis, inevitabile à Creaturâ, & determinatio prævia operationis, à Creaturâ inassequibilis prout volueris. Iam sic: ergo qui non convertitur, converti desinit ex prævio impedimento efficaci conversionis, posito à Deo & inevitabili à Creatura, & qui convertitur, ex prævia voluntate Dei convertitur. Atqui, qui determinat unû ad conversionem, & alium præimpedit, ineptè, & injustè reprehendit, illum, cujus impedit conversionem, comparatione ad illum quem determinat: ergo.

86 Dices tertiò: Exprobationis æquitatem fundari in eo, quòd malè operantes ex suâ culpâ caruerunt decreto prædeterminante, & appendice prædeterminatione. Hæc solutio, si esset vera, esset optima. Sed contra primò: nam hæc indignitas, quæ hic fingitur, ex parte non habentis prædeterminationem, prædeterminata æquè est à Deo, & præimpedita dignitas: sicut prædeterminata est conversio in operante, & impedita in non operante: ergo sicut ineptè reprehenditur, qui non convertitur, comparativè ad illum qui convertitur: ità & ineptè reprehenditur qui indignus est redditus, comparativè ad illum qui non est redditus indignus. Secundò: quia Decretum thomisticum est omninò independens ab usu libertatis creatæ, & ab ipso inevitabile, & inassequibile: ergo recursus iste ad usum libertatis impertinet.

Augustin. contra Pelagian.

87 Dices quartò, argumentum manifestam instantiam pati in nostrâ Sententiâ, Primò: nam qui non operantur, non accipiunt à Deo beneficium cogitationis Congruæ, & auxilii efficacis, nec discretionem gratuitam in actu primo: quibus beneficiis gaudent, qui operantur bene. Secundò: quia simili argumento, quo nos, usi sunt Pelagiani contra Augustinum, ut videre est *lib. de Correp. & Gratia* Sic Thomistæ retorquent argumentum nostrum.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

88 Sed contra est: nam in nostrâ Sententiâ ex unâ parte, neque cogitatio congrua, neque auxilium efficax, neque discretio in actu primo, dicunt excessum ullum vitium, & energiæ, & roboris ad operationem, cùm æquales omninò vires esse possint in cogitatione incongruâ, in auxilio purè sufficienti, & in quocumque actu primo libertatis: & ex aliâ, totus excessus, qui neq; exequitur, neq; determinat, neq; influit, attèperatur ullui libertatis nostræ, & ab ipso est assequibilis, vel evitabilis: quid ergo mirû, quòd malè operantes reprehendi possint comparativè ad bene operantes? Imò jure, qui carent beneficio cogitationis congruæ, auxilii efficacis, & discretionis beneficæ in actu primo reprehenduntur, de eo ipso, quòd careat: nam in manu habent, quancumque cogitationem quâ liberi sunt, facere congruam, efficacem, & discretivam in actu primo, adjunctâ bonâ operatione, quâ fuisset in Deo Scientia Media congruitatis, efficaciæ, & discretionis. Illud de Pelagianis, impostura est: Nam Pelagiani, non solùm comparativam, sed etiam omnem correptionem tollebant, rati, non posse componi eum necessitate Gratiæ prævenientis, & adjuvantis ad actus salutares, ut ex *ipso libro* Augustini constat. Et hæc de *primo* argumento.

Explicatur.

89 Alterum argumentum sumitur ex Sanctis Patribus, quorum loca dabit Eximius Doctor, & abundè Fassolus, & Ruiz. Eorum mens à Patre Ribadeneyrâ colligitur contra Thomistas, primò: quòd *asserant*, malè operantibus nihil deesse ad benè operandum ex prærequisitis ex parte Dei: quod in viâ Thomisticæ Scientiæ, non potest esse verum: ita Basilius, Hieronymus, Chrysostomus, & Cyrillus Alexandrinus. Secundò ex impugnatione *Fati* ob eadè prædicata, quæ Thomistæ adscribunt Decreto suo prædeterminanti, nempe, connexionem cum opere, & independentiam ab usu libertatis: ita Patres innumeri apud Paulum Leonard. 2. *part Resp cap* 1. *num.* 3: Audi Iulium Syrenium *lib.* 3. *de Fato cap.* 28. *Dicebant* (Fatidici) *Fatum non destruere hominis naturam, & idcò manere*

Ex Sanct. Patribus. P. Suarez Fassolus. Ruiz de Montoya. Ribaden. Basilius. Hieronym Chrysost. Cyr. Alex. Paulus Leonard. Syrenius. Fatidici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

ere semper in nobis nolle, & velle, quia efficacia Divinæ Præfinitionis non est in ruinam liberæ facultatis, sed in adjutorium, & subministrationem ejus. Sic Fatidici, & sic de suo decreto, Thomistæ.

90 Tertiò: quòd *asserant*, nihil esse extra arbitrium creatum, quod determinet ad operandum: id quod scientiæ Thomisticæ contradicit: ita passim Augustinus, & apertè Clemens Romanus *Epist. 3.* Quartò: quòd *asserant*: ex duobus æqualiter præventis, plerumque unum operari bene, & alium malè, sine alio discrimine, quàm bonæ, aut malæ operationis: quod in Scientiâ Thomisticâ est repugnans: & ita apertè Hugo Victorinus. Quintò: quòd *asserant*, nullũ in Deo esse præaffectum circa prava opera; & nullum auxilium, etiam ex his, quibuscum Voluntas operatur, cui resisti non possit: quorum neutrum est verum apud Thomistas; & utrumque est commune Placitum Sanctorũ Patrum ex Augustino. Sed ego ex eorum mente, juxta illas quæstiones supra propositas *num. 20. & 21.*

Augustin.
Clem. Rom
Hug. Vict.
Augustin.
Senonens.

Formatur Argumẽtum.

91 Disputo primò sic: Prænotitia lapsûs in homine, in Angelo, in mundo, si crearentur, admissa est à Patribus ante Decretum absolutum creationis; sed ante decretum absolutum creationis non sunt à Patribus admissa Decreta conditionata talis lapsûs: ergo neque admissa est à Patribus Scientia Thomistarum innixa his decretis conditionatis: ergo admissa solùm est à Patribus Scientiam, quam nos dicimus Mediam. Major datur à Thomistis, & est innegabilis ex

Primò.

Suprà à num. 20.

disp. 24. num. 20. Minor ostenditur primò: quia Patres nusquam, aut nunquam meminere talis decreti, quasi supponentes eam veritatem conditionalem lapsûs, præsciri à Deo, & non disponi: si enim esset ex præaffectu Dei, difficultas objecta à Gentilibus, & Hæreticis, erat invincibilis.

Secundò:

92 Secundò: nam Patres ita rogati, cur non obstante præscientiâ, decreverit Deus Creationem, admittebant suppositionem arguentium, nempe, quòd sola omissione Decreti absoluti, impediri à Deo possent tales lapsus; sed id, admissis Decretis Cõditionatis, est evidẽter falsũ: ergo talia decreta admissa nõ sunt. Tertiò: quia, præscientiâ positâ de lapsu conditionato, recursus ad rationes excusãtes Divinam voluntatem ab omni labe affectûs, in Creatione, manifestè supponit eam veritatem conditionalem lapsûs, naturaliter contingenter à Deo sciri, ante creationis decretum: quod patet: nam si ex propriâ voluntate sciretur Lapsus præ non Lapsu, recursus ad rationes excusantes nullus esset. Atqui suppositio veritatis naturaliter Deo contingens ante-vertit omne Decretum, ut per se pãtet: ergo.

93 Disputo secundò sic: Præscientia conditionata Patrum talis est, ut componat secum tres veritates, quas Patres exprimunt: *Primam*: Deus, quantum est ex se, bonum dedit; & malum non est Dei, sed hominis, & dæmonis. *Alteram*: Angelus & homo, ita relicti sunt in manu consilii sui, ut ex parte Dei non sint determinati ad amittendam felicitatem. *Tertiam*: Angelus, & homo habebant in suâ manu non consentire tentationi, si vellent. Has veritates exprimunt Patres, ut videre est apud Ruiz *disp. 65.* & inde Deum defendunt in decreto de Homine, de Angelo, de Mundo, non obstante præscientiâ lapsûs. Atqui Præscientia Prædeterminativa componere secum nequit tres illas Patrum veritates: ergo Præscientia Prædeterminativa non est Præscientia Sanctorum Patrum, sed ipsis apertè contradicens: ergo Præscientia Sanctorũ Patrum est Scientia Media. Minor est evidens: nam primò, ex Decreto Conditionato, ex parte Dei, manent determinati Angelus, & Homo ad carendum honestate, & felicitate. Secundò, ex præaffectu Dei est prima origo actionis malæ. Tertiò: qui non habet in manu, id quo resistat tentationi, imò præhabet impedimentum inevitabile resistentiæ, non habet resistere tentationi si velit. Et hæc de *Patrum* argumento.

Ruiz.

SECTIO III.

RATIONES THEOLOGICÆ CONTRA Thomistas.

Ratio prima ex libertate Eversâ. Ex lib. 3. tot. & infrà lib. 7. & 10.

94 PRima sumitur ex capite *Libertatis eversæ*, ex quo jam *lib. 3.* disputavi latissimè, & ulteriùs arguam, *lib. 7. & 10.* Nunc breviter arguo sic: Nequit videri Actus liber conditionatè futurus, in medio, destruente libertatem ipsius; sed Decretum Thomisticum, tùm ex se, tùm ex appendice prædeterminatione destruit libertatem ipsius actûs: ergo in tali decreto nequit actus liber prævideri conditionatè futurus: ergo Scientia Thomistica est implicans. Consequentiæ liquent. Et major est evidens. Ostenditur minor. Determinatus inevitabiliter, & antecedenter ad unum, est inevitabiliter, & antecedenter excluſus à contradictorio: sed inevitabiliter, & antecedenter excluſus à contradictorio, non desinit liberè contradictorium: ergo determinatus inevitabiliter, & antecedenter ad unum, non definit liberè contradictorium. Sed qui non definit liberè contradictorium, non operatur liberè: ergo.

95 Nunc sic: atqui in viâ Decreti Thomistici, omnis operans est inevitabiliter, & antecedenter determinatus ad unum: ergo via Decretorum hujusmodi non est via libertatis. Omnia bene sequuntur ex Syllogismo probativo: Major est evidens: quia sicut unum contradictorium est excluſio alterius, ita qui determinatur ad unum, manet determinatus ad excluſionem alterius: qui autem manet determinatus ad excluſionẽ, manet excluſus. Minor est etiam evidens: quia excludi, & carere sunt idem: ergo qui antecedenter ad usum suæ libertatis excluditur, caret antecedenter ad usum suæ libertatis, extremo à quo excluditur. Sed qui antecedenter ad usum suæ libertatis excluditur & caret, non caret pro suâ libertate: ergo.

Vide lib. 3 ànn. 110.

96 Confirmatur hæc ratio, hoc discursu ineluctabili. Sit Voluntas prædeterminata ad amandum in instanti *A*; & amet. Cesset in *B*. Et arguo sic: Vel ut voluntas cesset amare in instanti *B*, oportet auferri prærequisita, quæ præcesserant in instanti *A*, vel non? Si secundum: ergo manent eadem omnia prærequisita ad amandum, distincta ab amore, & cessat amor: ergo cum omnibus prærequisitis ad amandum, ab amore distinctis, componitur cessatio amoris, & non amor: ergo voluntas potest componere cum omnibus prærequisitis ad amãdum, in nullo ex prærequisitis ad amorem potest dari connexio cum amore: ergo in

nullo prævideri potest: ergo debet in se videri: ergo Scientia Thomistica nulla est.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

97 Si ergo primum: ergo cessare ab amore non est usus dominii, nec arbitrii nec optionis, sed est respectivè necessarium ex defectu non libero. Ergo neque positio amoris poterat esse libera, & ex usu dominii, & optionis. Patet hæc consequentia: qui enim, non amando, non liberè desinit amare: neque liberè amabat, amando. Probo primam. Deficere necessaria, ut sit amor, & esse amorem, est simpliciter impossibile: ergo deficere necessaria, ut sit amor, & esse cessationem amoris, est simpliciter necessarium. Atqui in viâ thomisticâ, independenter ab usu libertatis tollũtur à Deo, & deficiunt prærequisita necessaria ut sit amor: ergo independenter ab usu libertatis ponitur à Deo invincibilis impossibilitas, ut sit amor: ergo eodem modo ponitur invincibilis necessitas, ut cesset amor: ergo cessare ab amore est respectivè necessarium non amanti ex defectu non libero.

Altera ratio ex Læsâ Sanctitate Dei Suprà lib. 3. à num. 536.

98 Secunda ratio sumitur ex *capite Læsæ Divinæ* Sanctitatis: ex quo plura disputavi etiam *lib. 3. à nu 536.* Sic arguo. Deus non solùm habet Scientiam conditionatam de liberis actibus bonis sub conditione futuris, sed etiam de peccatis sub conditione, quoad materiale, & quoad formale malitiæ; Atqui peccata quoad materiale, & quoad formale malitiæ non scit Deus in ullo decreto conditionato subjectivè existente: ergo ad Scientiam Dei conditionatum non requiritur in Deo Decretum ullum conditionatum existens subjectivè. Consequentia patet, & major est certa. Minor ostenditur primò: quia si Deus hæc decreta conditionata haberet circa peccata, non tam ex munere causæ primæ, quàm ex se vellet & propenderet in malum: quod Divinæ bonitati repugnat. Secundò: quia quidquid sit de prædeterminatione ad materiale peccati, (quam alibi fusiùs insecurus sum) Nequit dari decretum Dei circa formale peccati: ergo formale peccati videtur à Deo conditionatè sine ullo decreto conditionato circa ipsum. *Dicitis*: Videri in Decreto prædeterminativo quoad materiale. Bene: ergo Decretum de materiali est connexio & inseparabili-

Loc. cit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tas à formali malitiâ: quid ergo deest, ut sit prædeterminatio de formali? *Dicitis*: de formali, dari decretum permissivum in quo videtur. Bene: vel hoc decretum ex se est connexum cum formali malitiâ, vel non? Si secundum: nihil prodest. Si primum: quid deest, ut prædeterminet, cùm antecedens connexio sit? Vide *suprà lib. 3. & 4.*

Suprà lib. 4. à num. 24 & à num. 357.

Firmatur efficaciter

99 Vrgetur hæc ratio, discursu etiam ineluctabili. Vel posito Decreto, quod dicitis, conditionato circa materiale peccati, restat ulla indifferentia ad separandum ab ipso malitiam, vel non? Si secundum: contra est primo: ergo tota libertas, quæ exerceri potest à voluntate, exercetur in positione actionis pravæ: ergo non est ulterior determinatio ad malitiam, quàm determinatio ad actionem pravam. Sed per vos actio prava est ex Dei determinatione: ergo ex Dei determinatione est ipsa malitia. Secundò ubi nulla est indifferentia, illius cujus est, tollere indifferentiam est determinare; sed per vos, nulla manet indifferentia, & indifferentiam sustulit Deus decreto suo prædeterminante: ergo Dei est determinatio tã ad formale, quã quoad ad materiale. Quis non horreat? Si ergo primum? in quo medio videtur malitia? nam in indifferenti, ut tali, nihil videtur determinatum. Per quod exercitium libertatis tollitur hæc indifferentia? quomodo ab indifferenti, ut indifferenti, prodire potest determinatio?

Tertia Ratio ex sublatâ sufficientiâ.

100 Tertia ratio sumitur ex capite, *sublatæ sufficientiæ*: quod etiam latè disputando *lib. 3.* prosecutus sum. Inde sic arguo. Ex præscientiâ prædeterminativâ vel Deus negat sufficientiam ad præcepta, vel præcipit impossibilia: utrumque est contra Fidem: ergo Præscientia prædeterminativa non potest admitti. Sequela bicornis ostenditur hoc discursu

Godoy, & Gonet.

præoccupante Godoy, & Gonetum. Voluntas tenetur aliquando componere cũ omnibus prærequisitis ad agendum, ipsam non actionem: Sed juxta vos hæc compositio est impossibilis; ergo voluntas aliquando tenetur ad impossibile: ergo vel Deus negat sufficientiam ad præcepta, vel præcipit impossibilia. Consequentiæ sunt bonæ. Minor est vestra: quia unum ex prærequisitis ad agendum est Decretum & appendix prædeterminatio, cum quibus compositio non actionis repugnat.

Suprà à num. 124.

101 Major ostenditur: componere non-actionem cum omnibus prærequisitis ad agendum, est facere, quòd in eodem instanti simul sint ea prærequisita ad agendum, & non-actio, ita ut idem instans mensuret utrumque, (qui sunt vestri termini:) sed voluntas id tenetur aliquando facere: quod sic ostendo: sit voluntas in instanti *A* cum omnibus prærequisitis ad actu furandum: & rogo: vel voluntas sic existens cum omnibus prærequisitis ad actu furandum, evadit ob ignorationem non furandi, vel non? Si primum: ergo nullus furando peccat: quod est hæreticum, & est evidens sequi: quia nullus furatur, sine omnibus prærequisitis ad actu furandum. Si secundum: ergo suppositis etiam omnibus prærequisitis ad actu furandum, tenetur non furari: ergo tenetur componere cum ipsis non furari.

102 Probo hanc consequentiam. Voluntas non tenetur ad actu essendum sine omnibus prærequisitis ad actu furãdum, quia hoc non est ipsi liberum, per vos: interalia enim prærequisita, sunt Decretum Prædeterminans ad entitatem materialem furti, & imprædeterminatio ad nolitionem furti: ergo ex necessaria subordinatione causæ secundæ ad primam, necessitatur ad actu essendum cum omnibus prærequisitis ad actu furandum, & ex præcepto tenetur ad actu non furandum: ergo tenetur ad compositionem eorum. Probo hanc ultimam. Qui enim tenetur simul ad unum, & ad aliud, tenetur ad utrumque simul. Vel ergo ea compositio non est impossibilis (quo nostri eritis,) vel sequitur unum è duobus: aut negari sufficientiam ad præcepta, aut præcipi à Deo impossibilia; quod hæreticum est.

Quarta ratio modo concurrendi Divino.

103 Quarta ratio sumitur, ex modo quo Deus prævenit causas liberas: unde sic argumentor. Scientia Prædeterminativa stare nequit, quin Deus, causis aliquin liberis, assistat, & auxilietur ad actu operandum per Decreta, & per motiones, quibus simpliciter resisti non possit: Atqui in causis alioquin liberis, illæsâ libertate, admitti catholicè nequeunt Præmotiones, & auxilia, quibus simpliciter resisti non possit: ergo neque potest ad-

admitti catholicè, illæsâ libertate, Scientia prædeterminativa. Consequentia tenet: & probatur minor. Primò: nam est expressa definitio Concilii Senonensis

Senonense Trident.

decret. 15 Dei trahentis auxilium tale nõ est, ut ei resisti non possit. Firmat Synodus Tridentina *sess. 6. cap 4. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum, non posse dissentire, si velit, anathema sit.* Confirmat Innocentius X. damnans quartam Propositionem Iansenii: ubi Iansenius Semipelagianos in eo vocavit hæreticos, quòd vellent, *eam Gratiam talem esse, cui possit humana voluntas resistere, vel obtemperare*: id est, quòd vellent, eam non esse prædeterminantem: & Iansenii judicium, in quod impingunt incautè Thomasius, & Gonet, damnat ut hæreticum Innocentius X. Secundò probatur ex terminis: Qui resistere nequit, cedit ex defectu potestatis ad resistẽdum; sed qui cedit ex defectu potestatis, non cedit liberè, & quia vult: ergo qui resistere nequit, non cedit liberè, & quia vult.

Innoc. X. lib. 3. latè à nu. 322. & inf. à lib. 10. à num. 113.

104 Major autem, quæ solùm negatur à Thomistis ex horrore catholicarum damnationum, apertè convincitur, ex definitione ad definitum. Resistere alicujus vocationi, & ejus dissentire consilio, est componere dissensum cum consilio, & operationem oppositam vocationi cum vocatione: ergo posse resistere & dissentire, est posse componere: ergo qui componere non potest cum præmotione Dei trahentis, & vocantis operationem oppositam præmotioni, non potest dissentire, nec resistere præmotioni Dei vocantis, & trahentis. Atqui in viâ Thomisticæ Scientiæ nemo potest componere cum præmotionibus divinis operationem ipsis oppositam: ergo sunt præmotiones: quibus absolutè resisti non potest. Omnia bene descendunt ex primo antecedente: quod ex terminis videtur notum, & ultrà demonstratur: quia Resistentia est relativa alicujus alicui; at non alicui tantùm possibili: quis enim resistit tentationi, quæ non est? ergo existenti. Confirmatur. Resistere præcepto, est peccare: sed facere rem, quæ potest præcepto prohiberi, non est peccare: ergo facere rem, quæ potest præcepto prohiberi, non est resistere præcepto: ergo quia resistere præcepto est componere rem præcepto oppositam, cum præcepto: ergo similiter.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

SECTIO IV.

SPECIALIORES RATIONES CONTRA Thomistas.

Quinta Ratio.

105 PRima sit: Deus pro suo libito potest non decernere conditionatè Conversionem, & simul non decernere inconversionem Tyriorum, sub conditione, quòd apud ipsos fiant signa facta Bethsaidæ: sed non potest non cognoscere conversionem, aut inconversionem, sub eâ conditione signorum: ergo potest cognoscere conditionata libera, sine ullo Decreto conditionato subjectivè existente: ergo Scientia Thomistica nulla est, & omninò inutilia thomistica Decreta conditionata. Consequentiæ bene sequuntur. Et minor datur à Thomistis, contra Anonymum, & jure danda est. Primò: quia de perfectione indispensabili Divinæ Providentiæ, est præscire quid ex Mediis eveniet, si ponantur, ut suprà diximus: ergo non potest Deus non cognoscere conditionata libera: alioquin posset esse Providentia sine eâ notitiâ. Secundò: quia insitum est omnium animis esse de perfectione Dei, ut interrogatus, quam in partem se voluntas verteret sub hac, aut illâ hypothesi, respondere possit decisivè: nosque ore communi testamur istam veritatem: nam interrogati dicimus: nescio: Deus scit.

106 Major igitur ostenditur primò: quia juxta omnes ferè Thomistas, non habet Deus hæc decreta circa omnes evẽtus excogitabiles: ergo pro libito potest non decernere quidquam circa quoslibet. Antecedens est ex *num. 75.* Doctrina thomistica communis. Secundò: quia Deus omninò liberè decernit per vos: ergo potest non decernere: unde enim venire potest ista necessitas? *Dicitis*: ut sciat. Contra. Per vos, scit liberè: ergo potest pro libito neutrum scire. Tertiò, & principaliter: quia vel conditio sub quâ decernit conditionatum eventum liberũ, includit omnia prærequisita ad ipsius existentiam: vel non? Si primum: ergo conditio includit decretum prædeterminans, & appendicem prædeterminationem: ergo Decretum conditionatum est impossibile, & ridiculum. Probatur ista consequentia: quia veritas de existentiâ

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

actûs, si detur prædeterminatio, est veritas necessaria & non contingens: ergo non est objectum Decreti: quis enim dicat: decerni à Deo posse, quòd homo non implicet contradictionem, si existat?

107 Si ergo secundum: ergo conditio sub quâ decernit Deus eventum, non dicit omnia prærequisita ad eventûs existentiam, sed unum, aut alterum. Atqui decernere, quòd si: eventus casu quo solùm detur unum alterum requisitum, & non omnia, nequit esse Deo necessarium: imò nequit esse possibile: ergo Deus pro suo libito, &c. Minor subsumpta probatur. Non est necesse, nec possibile, quòd existat unum ex extremis, nisi omnia prærequisita ponantur; nec est necesse, quòd ponantur omnia ex eo quòd ponatur unum, aut aliud ex prærequisitis: ergo sub conditione quòd detur unum, aut alterum ex prærequisitis, nec est necesse, nec possibile Deo decernere quod eventurum sit. Antecedens habet partes duas æquè claras & innegabiles: nam existere rem sine omnibus prærequisitis ad ipsâ, est perinde, ac existere sine seipsâ: quod repugnat ex terminis: & hæc est prima pars. Secunda est; non esse necesse quòd sunt omnia prærequisita ex eo quòd unû sit: quod patet, tum quia est mutua inconnexio; & inexigentia prærequisitorum inter se. Tùm etiam, quia semper essent omnia prærequisita ad existentiam operationis, quia semper, si voluntas existit, est aliquod.

Sexta Ratio.

108 Secunda ratio sit: Ad Decretum absolutum de existentiâ operationis liberæ v. g. & auxiliorum ad ipsam, non præcedit, nec præcedere potest Decretum conditionatum de ipsius operationis existentiâ: sed ad Decretum absolutum præcedit, & præcedere debet Scientia conditionata: ergo Scientia conditionata non requirit Decretum illud conditionatum: ergo sine ullo Decreto conditionato subjectivè existente datur in Deo Scientia conditionatè contingentium, quam nos dicimus Scientiam Mediâ. Consequentiæ sunt bonæ. Et minor probatur primò, ex supradictis pro existentiâ Scientiæ conditionatæ: nam quæstiones illæ Patrum, vel nihil probant, vel id probant. Secundò: ex perfectione Divinæ Providentiæ, ut à nostris incertis differt, ut *ibi* dicebamus. Tertiò: quia suppositâ veritate majoris, essent infinita conditionatè contingentia, de quibus Deus notitiam non haberet ante Decretum absolutum, quod ex terminis indecet.

109 Major autem imprimis datur ab omnibus ferè Thomistis, ut patet ex *num.* 75. Probatur secundò: quia non est ratio, cur Deus suspendere nequeat omne Decretû conditionatum pro priori ad absolutum. Et urgetur hæc ratio. Nulla necessitas est in Deo anticipandi Decretum conditionatum ad absolutum: ergo liberè suspendere potest. Consequentia patet. Antecedens probatur: quia ista necessitas neque potest esse ex parte objecti: nam ad hoc ut absolutè existat, sufficit decretum absolutum, neque potest esse ex parte Dei: nam Deus liberè habet tale decretum: imò ante omne decretum in viâ Thomisticâ scit, sibi superesse certissima media, quibus obtineat finem: ergo nulla est necessitas, ut pro priori ad decretum absolutum, conditionatè decernat. Tertio: Vel Decretum conditionatum, liberè Deus habet, vel non: Si primum: ergo potest non habere. Si secundum: ergo neque liberè habet absolutum: quia absolutum omittere nequit, conditionato præhabito. Unde firmatur hæc ratio: Decretum absolutum est Deo liberum: ergo non præceditur à conditionato: quia conditionatum est necessitas absoluti, ejusque perimens libertatem. Quartò: ad decretum de positione conditionis, non præcedit aliud decretum conditionatum, quod facilè fingi posset: ergo neque ad decretum absolutum de operatione præcedit ullum aliud decretum conditionatum.

Suprà num. 75.

Septima Ratio. Ex principiis Thomisticis.

110 Tertia ratio ut proponatur, duo ponenda sunt ex Schola Thomisticâ, quâ cum agimus. Primum est. In positione alicujus conditionis ad aliquem finem, v. g. in exhibitione miraculorum Christi Domini ad fidem Tyriorum, præscindi non posse à Voluntate Dei necessariâ, ut talis conditio existat. Quare sub illâ conditione, si apud Tyrios miracula fierent, importatur decretum Dei, ita ut sit idem ac dicere: si decrevisset miracula fieri apud Tyrios. Secundum est: in sententiâ Thomisticâ, nullum posse obtineri finem per aliquod medium, nisi medium à Deo exhibitum sit ex efficaci intentione talis finis. Igitur de miraculis, quæ apud Tyrios fieri poterant, si Deus illa patrasset, esset necessarium unum è duobus à Deo efficaciter esse prævolitum: aut quòd deservirent efficaciter ad finem conversionis: aut quòd ad eum finem non deservirent efficaciter, sed ad alium distinctum.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

111 Unde si Deus producit miracula ex intentione conversionis, in sententiâ Thomisticâ, producere debet ex volitione quòd deserviant efficaciter; & tunc erit efficax intentio conversionis: vel ex volitione quòd tantùm deserviant sufficienter; & tunc erit intentio incompossibilis cum ipsâ conversione. Nam apud Thomistas non datur decretum indifferens. Quare juxta Thomistas, miracula apud Tyrios fieri nequeunt, nisi ex intentione connexâ cum existentiâ conversionis; vel ex intentione connexâ cum ejus negatione: Nam efficax intentio conversionis, est connexa cum ipsâ: intentio alterius finis, & unicè sufficienter respiciens conversionem, est connexa cum alio fine, & cum negatione conversionis. His juxta Scholam Thomisticam positis,

Formatur:

112 Argumentor sic: Deus in Decreto conditionato nequit, ut conditionem assumere miracula, nisi ut facta vel ex intentione connexâ cum conversione, vel ex intentione incompossibili cum conversione Tyriorum, v. g. ergo non potest decernere conversionem Tyriorum sub miraculorum editione, neque sub aliâ: ergo neque potest in Decreto conditionato talem præcognoscere conversionem. Antecedens est doctrina Thomistica, ut positum est: & ultima consequentia patet: quia in Decreto, quod repugnat, nihil videtur. Prima consequentia, in quâ est difficultas, ostenditur. Quia Deus nequit decernere conversionem sub conditione miraculorum, per intentionem efficacem ne prosint ad ipsam conversionem: neque sub conditione miraculorum per intentionem efficacem conversionis: Sed Deus in sententiâ Thomisticâ, nequit decernere conversionem sub conditione miraculorû, nisi decernens sic: ergo Deus decernere nequit Conversionê sub conditione tali miraculorum. Consequentia patet. Et minor est vera ex præsuppositis. Major probatur quoad primâ partê: quia decernere conversionem sub conditione, volendo quòd conditio nõ prosit, est decernere conversionem ut formaliter impossibilem: nam existere conversionê sub miraculis factis ex intentione connexâ cum negatione conversionis, est chymericum. Quoad secundam probatur: quia existere conversionem, si existat intentio efficax conversionis, est veritas indefectibilis: Deus autem non decernit indefectibilia, sed contingentia.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

113 Dices primò: Velle Deum conversionem sub conditione Miraculorum respiciendo quasi disjunctivè, & indifferenter intentiones, à quibus potest poni. Contra primò: nam hæc solutio dari non potest abs Scholâ Thomisticâ, non agnoscente hujusmodi indifferentias. Secundò: implicat enim fieri disjunctiones istas inter intentiones, quorum vel utraque, vel altera repugnat actui disjungenti, nempè decreto conditionato, & ejus objecto, quatenus attingendo per Scientiam contingentem; atqui in casu nostro, non solùm altera ex intentionibus, sed etiam utraque repugnat Decreto volenti, quòd operatio fiat sub prædictâ conditione, ut probatum est: ergo.

114 Dices secundò: Decretum conditionatum, quòd Deus habet de conversione Tyriorum, nõ decernere, quod ipsi convertantur, si apud ipsos fiant ex quacumque intentione miracula, sed solùm decernere, quòd, si fiant miracula, unicè fiant ex intentione conversionis. Contra: nam præterquam quòd hæc Decreti tendentia à Thomistis explicata nondum est, nec exhibita: hoc decretum non est conditionatum, sed absolutum. Probatur assumptum: nam decretum non faciendi miracula, nisi ex intentione conversionis, est Decretum absolutè exclusivum omnis intentionis circa miracula præter intentionem conversionis: sed Decretum absolutè exclusivum omnis intentionis circa miracula præter intentionem conversionis non est conditionatum, sed absolutum: ergo. Omitto plurima. Argumenta verò, quæ pro Thomistis formari possunt, opportunè dabuntur post ulteriorem illustrationem Scientiæ Mediæ, & in ejus defensione *disputatione sequenti*, præter ea, quæ *lib. 3. à num. 361. & lib. 4. à num. 29.* latè discussa, & excussa jam sunt.

Infrà à nu. 147 & à nu. 172. & suprà lib. 3. & lib. 4.

DIS-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

DISPVTATIO XXVI.

SCIENTIÆ DIVINÆ MEDIÆ Existentia.

Scientia Media. An Nova?

115 TRIA occurrunt in limine: *Quidditas, Nomen,* & *Novitas.* Novitas non est Rei, sed vocis; non substantiæ, sed accidentis. Res & substantia, æterna est, ab Scripturis manifestata, & à Sanctis Patribus agnita, & præmunita Authoritate communis Theologiæ, ut constabit: & mirum est objici nobis novitatem ab ijs, qui Nova Decreta induxerunt, & in iis novitatem substantiæ, & Rei, nec revelatam in Scripturis; neque à Patribus Cognitam, nec rationi conformem, ut vidimus: & voces Rebus quærere Congruas, laus est. *Nomen.* Nomen Scientiæ Mediæ, novum quidem est, si sæculum demas: est tamen aptissimum rei: quia inter Scientiam Naturalem, & Scientiam liberam ita mediat, ut à Naturali independentiam à Decretis, sine necessitate; & à liberâ, sine libertate puram contingentiam participet: unde convenit cum utraque & ab utraque *Definitio.* differt. Quidditas sic exprimitur: *Divina Notitia Veritatum conditionatè contingentium, independens in existendo ab existentiâ Decreti Divini.* Brevius: *Divina Notitia purè Deo contingens.*

SECTIO I.

AVTHORITAS PRO SCIENTIA MEDIA

Authoritas Imprimis Domestica.

116 DOmestica, & externa est. Et domestica est omnium Authorum Societatis: & ex ipsis qui punctum specialiter tractavere numerat Sherlogus, seu Paulus Leonardus quinquaginta duos. Addit insuper decem Pater Ribadeneyra: quibus ipsum etiam superadde, & Quiròs, Nicolaum Martinez, Sfortiam Cardinalem, Sparzam, Haunoldum, Avendaño, & Reverendissimum Nostrum Thyrsum, & alios in dies augentes Bibliothecam Societatis.

Ex Biblioth. Aleg. & Sotuelli.

Externa ex omni Gradu, & Ordine inter Catholicos,

117 Externa gradus habet: ex ordine *Episcopali* numerat Ribadeneyra quatuor magnos Authores. Ex *Academiis*, septem pienè subscribentes Scientiæ Mediæ. Ex Ordinibus *Religiosis*, plures ex *Cisterciensi*; quinque celebres ex *Franciscano*, testantes esse de mente Schoti: duos ex *Capuccino*: ex *Augustiniano*, sex: quatuor ex Ordine *Minimorum*. Ex *Sæcularibus* Curiel em, Gamachæum, Dunalium, Stapletonum, Raconium, Pessantium, Thomam Pium, & Gervasium Vijonium. Adde Suprema Tribunalia Inquisitionis Romanæ, Hispanicæ, & Lusitanæ, ad quæ delata Scientia Media, Victrix extitit. Nec ei parum ponderis additû est ex damnatione quinque propositionum Ianseni, ab Innocentio X. & Alexandro VII. quæ Propositiones diametraliter opponuntur Doctrinæ Scientiæ Mediæ. Vide de his singulis, quæ *lib. 3. à num. 20.* dicta sunt.

Legendus Henao de Scientiâ Mediâ.

Suprà lib. 3. à nu. 20.

118 Sed quid de Thomâ, & Augustino? De illius mente scribit optimè Henricus Scersius, firmans pro Scientiâ Mediâ Sanctum Thomam. De utriusque mente doctè, & latè Ruiz, & Avendañus, utrumque clarè demonstrantes pro Nostrâ Scholâ. *Unum*, aut *alterum* locum seligam. Primò Augustinus stat pro Sciètiâ Mediâ, quatenus negat Deo omne genus voluntatis circa malum, & admittit Scientiam malorum, sub hac, aut illâ hypothesi, ut *suprà* constitit. Legatur 2. *Confess. cap.* 11. *item lib. de Spir. & litt. cap.* 31. *& lib.* 5. *de Civitate cap* 19. Secundò stat manifestè pro Scientiâ Mediâ, ex doctrinis, quæ ex Augustino dedi *suprà num.* 90. Tertiò: clarissimè pugnat pro Scientiâ Mediâ *toto lib.* 1. *ad*

Mens S. Thomæ et Henricus Scers. Augustin. & ejusdè ex Ruiz & Avend. Augustin. pro Scientiâ Medid. Et suprà à nu. 15. & à num. 37.

& à n 90.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente,

Et Infrà à nu. 179. & lib. 10. à num. 73. & lib. 13. à num. 83.

Et Sanctus Thomas.

119 Doctor Angelicus, noster est. Primò: (præter supradicta non semel) Nam 1. *part. quæst.* 23. *art.* 1. *ad* 2. manifestè excludit à liberis Prædeterminationem ad unum, ob impositionem necessitatis. Secundò: quia passim 1. 2. excludit iterum Prædeterminationem, quatenus apertè docet, Voluntatem *seipsam determinare* ad velle. Et *in* 2. *dist.* 59. *quæst.* 1. *art.* 1. docet *privativam determinationem*, per illa verba: *Non est ab alio determinante, sed ab ipsâ voluntate.* Tertiò: *quæst.* 6. *de verit. art.* 3. manifestè admittit usum Scientiæ Mediæ sub auxiliis plenè indifferentibus. Ad eundem usum Scientiæ Mediæ apertè recurrit 1. *part. quæst.* 23. *articulo* 5. *ad primum*, per hæc verba: *Usus Gratiæ præscitus non est ratio collationis Gratiæ, nisi secundùm rationem causæ finalis.* Et eundem usum exprimit *quæst.* 6. *de ver. tate art.* 2. ubi ex Divo Ambrosio, cui subscribit, nostram Doctrinam apertè tenet.

Et suprà lib. 3. à nu. 22. & à nu. 106. & lib. 4. à nu. 392.

Et Ambrosius.

120 Dices primò: Augustinum *cap.* 10. *de Prædestinatione Sanctorum*, docere: Prædestinatione Deus ea præscivit, quæ fuerat ipse facturus: ergo præscit in Decreto. Respondeo apud me identificantem virtualiter Decretum, & Scientiam visionis, *optimè* dici, Decreto præsciti futura: sed quid inde contra Scientiam Mediam? Secundò respondeo, ex hoc textu, si legatur integrè, manifestè Augustinum esse contra Thomistas: nam docet alia prædestinatione præscitis; alia sine prædestinatione, qualia peccata sunt: unde Augustinus loquitur de Scientiâ Visionis, & excludit Dei Decretum circa actiones malas.

Suprà lib. 4 nu. 406.

Augustin. nunquam lis tũ Pelagio de Prædeterminatione

121 Dices secundò: Augustini principalem controversiam fuisse de Physicâ Prædeterminatione, cum Pelagio negante hoc, & asserente ipsam Augustino. Respondeo nunquam Augustinum de Prædeterminatione cum Pelagio contendisse. Solùm Augustinus contra Pelagium asserùit, non solùm esse à Deo Posse, sed etiam *Agere*, quod nos fatemur. Dat enim Deus Posse, ut fatemur omnes, & dat *Agere*, quia ex directione Scientiæ Mediæ dat *posse congruum*, nempè illud *posse*, quod prævidit Deus, quod, si daretur, conjungendum esset operationi. Imò dat *ipsum actum*, per voluntatem prædefinitivam, directam tamen à Scientiâ Mediâ. Procul autem esse Augustinum à Prædeterminatione, demonstrant, quæ *à num.* 13. *&* 37. dedimus. Sed de hoc puncto latiùs *infrà à nu.* 173 *& alibi.*

122 Dices insuper primò: Sanctum Thomam cum Augustino reducere ad occulta consilia Dei, cur Christus venerit hoc tempore ad reiculo, præ illo. Respondeo, & nos ita reducere. Sed quid inde contra nos? *Dices* secundò: Sanctum Thomam *quæst.* 6. *de veritate art.* 3. *ad* 4. assignare disparitates inter causas necessarias, & liberas, nempe quòd causæ necessariæ, in edendis fructibus subjacent Deo, ex suppositione, quòd dispositæ sint; at causæ liberæ subjacent etiam Deo prædestinante, quoad determinationem ipsarum.

Mens S. Thomæ.

123 Respondeo disparitatem optimâ esse si bene intelligatur: nam mens Divi Thomæ est, spectatis, quæ sunt in solo influente in hæc inferiora, non inferri absolutâ certitudine, quòd Planta fructificabit, nam potest esse arida, & Sol non infert quòd non sit arida: at spectatis quæ se habent ex parte Dei Providentis, quæ se habent ex parte Dei Providentis, & Prædestinantis Consentiens, & Prædestinantis Consensum, infertur absolutâ certitudine, quòd consensus existet: quia ex parte Dei præsupponitur Scientia de consensu sub hac libertate, sub quâ vult Deus ipse Consensum, directus à tali Scientiâ conditionatâ: quæ doctrina est omnino nostra. Nostri ergo sunt Thomas & Augustinus. Scio plura ab Adversarijs aggiomerari loca horum Doctorum, quæ ad rem non faciunt.

SECTIO II.

POSITIVÆ RATIONES PRO SCIENTIÂ Mediâ.

Prima Ratio pro Scientiâ Mediâ.

124 PRima sit. Divina Cognitio Conditionata Pœnitentiæ liberæ Ty-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Tyriorum v.g. à Tyriis simpliciter evitabilis, & impedibilis, est Scientia Media inter Naturalem, & liberam; sed cognitio Divina Conditionata Pœnitentiæ liberæ Tyriorum, est Divina cognitio conditionata talis Pœnitentiæ, à Tyriis simpliciter evitabilis, & impedibilis: ergo Cognitio Divina Conditionata Pœnitentiæ liberæ Tyriorum est Scientia Media. Consequentia est formæ legitimæ in *Darii*. Major est *definitio* Scientiæ Mediæ, in eo differentis à Thomisticâ Scientiâ, quòd ista, utpote soli Deo libera, nõ est simpliciter evitabilis à creatâ voluntate; secus, illa.

Illustratur primò:

126 Illustratur hæc ratio primò: Omnis carens libertate impediendi connexionem metaphysicam cum Pœnitentiâ, caret libertate impediendi Pœnitentiam: sed negatâ Scientiâ Mediâ, & admissâ Thomisticâ, Tyrius caret libertate impediendi connexionem metaphysicâ cum Pœnitentiâ: ergo negatâ Scientiâ Mediâ, & admissâ Thomisticâ, Tyrius caret libertate impediendi Pœnitentiam. Sed qui caret libertate impediendi Pœnitentiam, non habet Pœnitentiam liberè, ut patet: ergo negatâ Scientiâ Mediâ, & admissâ Thomisticâ Tyrius non haberet liberè Pœnitentiam quod est contra Fidem. Et omnia pendent ex primo Syllogismo, qui concludit in *Darii*. Minor est Doctrina Thomistica. Major est evidens: Connexio enim cum re aliquâ est inseparabilitas ab illâ: qui ergo non potest impedire inseparabilitatem ab aliquâ re: manet ab ipsâ inseparabilis. Sed qui manet inseparabilis, non potest se separare: qui autem se non potest separare, non potest impedire id à quo se separare non potest: ergo de primo ad ultimum etiam carens libertate impediendi connexionem metaphysicam cum Pœnitentiâ. Et usus sum termino *libertatis*, potiùs quàm *potestatis*, ad præoccupandos inanes recursus *sensus compositi, & divisi*, & alios similes.

Illustratur secundò:

127 Illustratur secundò: Omnis potestas ponendi rem aliquam, omni eo modo quo est potestas ponendi rem ipsam, est potestas ponendi prædicatum necessarium ipsius rei: sed Tyrius v. gr. haberet potestatem veram ponendi impedimentum efficax Pœnitentiæ: ergo Tyrius haberet veram potestatem ponêdi prædicatum necessarium talis impedimenti. Sed prædicatum necessarium impedimenti Pœnitentiæ, est esse impedimentum omnis connexionis cum Pœnitentiâ, atque adeò & Scientiæ affirmantis Pœnitentiam: ergo Tyrius haberet veram potestatem ponendi impedimentum Scientiæ affirmantis Pœnitentiam. Sed potestas ponendi impedimentum Scientiæ, est potestas impediendi Scientiam, ut patet ex ipsis Terminis sole clarioribus: ergo Potestas Tyrii esset potestas impediendi Scientiam. Sed Scientia, cujus impediendæ est vera potestas est impedibilis: ergo Scientia de pœnitentiâ Tyriorum est Scientia à Tyriis impedibilis, quæ nequit esse Thomistica, sed Media. In hoc discursu nihil video, quod egeat probatione: nam omnia pendent ex primo Syllogismo legitimè concludente. Cujus minor est *de Fide*. Major æquè est evidens, ac rem esse non posse sine se ipsa.

Secunda Ratio.

128 Secunda ratio sit: Omnis & sola Scientia Conditionalis de Pœnitentia Tyriorum, à Tyriorum voluntate determinabilis in existendo, est compossibilis cum eorum libertate; sed omnis & sola Scientia Media est Scientia conditionalis ita determinabilis: ergo omnis, & sola Scientia Media est compossibilis cum libertate: ergo omnis & sola Scientia Media admittenda est. Hæc consequentia est catholica. Et Syllogismus concludit in *Barbara*. Minor est certa: nam Thomistæ ex eo impugnant Scientiam Mediâm, & nos ex eo definimus. Major ostenditur: omnis & sola Scientia à libertate determinabilis potest esse de objecto à libertate determinabili; sed omnis, & sola Scientia de objecto à libertate determinabili, est compossibilis cum libertate: ergo omnis & sola, &c. Minor videtur nota: si enim objectum Scientiæ alioquin cum ipso connexæ non habet prædicata actûs liberi, nempe determinabilis, & evitabilis ab Agente libero, quomodo potest esse Scientia cum libertate compossibilis? Major est evidens à contrario: omnis, & sola Scientia indeterminabilis potest Scientia de objecto indeterminabili: qui enim non potest determinare connexionem antecedentem cum existentiâ actûs, non manet indifferens ad illius carentiam.

Illustratur.

129 Illustratur hæc ratio: Quod *ex inimpedibili sequitur per bonam consequentiam, est inimpedibile*: sed negatâ Scientiâ Mediâ, & admissâ Thomisticâ, eventus voluntatis humanæ sequeretur per bonam consequentiam ex inimpedibili: ergo esset inimpedibilis. Sed *inimpedibile*, & *non liberum* convertuntur: ergo non esset liber. Minor est certa in utriusque Scholæ principiis. *Majorem*, ajunt Thomistæ, censuratam fuisse à Facultate Lovaniensi, & damnatam à Sixto Quarto, & Nostris objectam à P. Lemos in Cõtroversiis Romæ habitis, tanquam Propositionem damnatam in quodam Petro de Rivo.

Historia Petri de Rivo.

Quomodo repræsentatur à Thomistis? Quæ fuerit? Card. Lug. Aldrete.

130 Verùm hæc impostura est: nam ex his, quæ ex authenticis narrat Card. de Lugo, & post ipsum Pater Aldrete: ille *disp. 26. de Incarnat. sect. 6.* hic *de Scientia Dei disp. 23. sect. 2.* constat, Propositionem nostram Majorem à Lovaniensibus admissam, & à Sententiâ Romanæ Sedis non tactam in Rivo: sed cum ex ejus veritate, turpiter intulisse, Deum non præscire futura, prioritate Durationes temporales; atque adeò temporales esse, non minùs, ac sunt res Scitæ, & volitæ, Denominationes volendi, & sciendi in Deo. *Hæc damnata sunt in Rivo. Ad*

Aranda de Deo.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

majorem nostram, Lovanienses, concessâ propositione, negabant suppositum impedibilitatis in Scientiâ ex Petro de Tarantasia, & Alberto Magno Dominicanis.

Lovanienses quid in Rivo damnaverint? Quid admiserint?

131 Igitur ostenditur major: existentia essentialis connexionis cum termino est invincibilis necessitas coëxistentiæ cum existentia termini: patet: quia separatio connexionis essentialis à connexo est simpliciter impossibilis: ergo cui est inimpedibilis existentia essentialis connexionis cum termino, est inimpedibilis existentia termini: ergo quod ex inimpedibili sequitur per bonam consequentiam, est inimpedibile. Patet hæc consequentia secunda: quia bonitas consequentiæ fundatur in essentiali connexione antecedentis cum consequenti. Probo primam: deficere existentiam termini est non esse necessitatem, ut sit terminus: patet: quia defectus in existendo est non necessitas existendi: ergo deficere existentiam termini, est non esse necessitatem coëxistentiæ alterius cum ipso: patet: quia coëxistentia definit esse per defectum utriuslibet ex coëxistentibus: ergo qui habet in manu quòd deficiat existentia termini, habet in manu quòd deficiat illa necessitas, & connexio: nam aliter deficere existentiam termini est deficere & non deficere: ergo qui non habet in manu, quòd deficiat necessitas, ut sit terminus, non habet in manu quòd deficiat terminus: alioquin haberet in manu, quòd deficeret res, manente necessitate, ut ipsa foret: quod est chymericum.

Sophisma pulcrum;

132 Dices: Potest esse evitabile consequens, legitimè deductum ex Præmissis inevitabilibus: ergo nostra ratio nulla est. Antecedens probatur posito hoc Syllogismo: *Omne quod Deus scit esse futurum, est reipsâ futurum*; sed *Deus scit peccatum Antichristi esse futurum*: ergo *Peccatum Christi est reipsâ futurum*. Ecce consequens evitabile. Sed nulla ex præmissis est evitabilis: ergo. Probatur minor. Major Propositio evitabilis non est, neque de ipsâ potest esse quæstio. Ostendo, minorem esse inevitabilem. Deum scire Peccatum esse futurum, est scire, suppositâ futuritione peccati: sed suppositâ futuritione peccati, scire Deum peccatum esse futurum, est simpliciter inimpedi-

Antecedens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

pedibile: ergo Deum scire, peccatum esse futurum, est simpliciter inevitabile.

133 Et urgetur solutio communis: signum futuritionis peccati, non est signum Scientiæ: quia signum illud est signum prioritatis, & Scientia est signum posterioritatis: ergo qui potest impedire signum prius, nihil potest circa Scientiam. Probo consequentiam. Intellectus non impeditur à sciendo, nisi quatenus potens intelligere, sed intellectus Divinus, simpliciter non potest intelligere, nisi præsupposito signo priori: ergo solùm potest impediri à sciendo, quatenus præsupposito signo priori, potest non intelligere. Sed supposito signo priori non potest non intelligere: ergo minor illa non est evitabilis.

Quos irritat?

134 Hæc instantia, si quid valeret, valeret contra illos, qui ex parte objecti admittunt status Futuritionis, quasi sine ipsis statibus objectivis pro priori se habentibus, determinativum divinæ Scientiæ sit inintelligibile. Negetur igitur antecedens: ad probationem, admisso Syllogismo, dico, minorem esse evitabilem, deque veritate simpliciter evitabili. Ad impugnationem hujus partis, dico consequentiam non inferri bene, nam solùm hæc sequitur: ergo *Deum scire peccatum esse futurum, est simpliciter inevitabile, suppositâ futuritione peccati.* At cùm suppositio futuritionis simpliciter sit contingens & evitabilis, patet etiam esse simpliciter contingentem, & evitabilem Scientiam: Qui enim potest evitare prius, potest evitare Posterius ab ipso priori indispensabiliter secutum. Ad replicam fateor, signum futuritionis, in sententiâ communi, juxta quam loquor, non esse signum Scientiæ; at esse signum antecedens & prærequisitum ad Scientiam: unde qui ipsum impedit, & Scientiam impedit. *Hæc dixi* juxta communem Sententiam: nam juxta meam, futuritio contingens consistit in Scientiis: quare suppositio futuritionis est suppositio Scientiæ.

Solvitur ex Sententiâ communi:

In meâ nullâ est.

Tertia Ratio.

135 Tertia ratio sit: Assertionem de futuro contingenti non esse veram est ipsam non existere in Deo: sed homo habet potestatem antecedentem & absolutam, ut assertio de suo consensu contingenti non sit vera: ergo habet potestatem antecedentem, & absolutam, ut assertio de suo consensu contingenti non sit in Deo. Sed notitia assertiva consensûs, ita existens in Deo, ut in homine posito in libertate sit potestas faciendi ne in Deo fuerit, est Scientia Thomisticæ contradicens, & quam nos defendimus sub voce Scientiæ Mediæ: ergo Scientia quâ Deus habet de futuris, si conditionata sit, est Scientia Media.

136 Omnia bene descendunt ex primo Syllogismorum quam continent definitionem Scientiæ Mediæ. Primi autem Syllogismi major est evidens: nam falsitas omninò repugnat Divinæ cognitioni. Minor probatur: Repugnat, ut ex duabus Propositionibus affirmativis ejusdem omninò objecti, una sit vera, & alia non sit vera: sed homo habet potestatem antecedentem, & absolutam, ut humana assertio de suo consensu contingenti non sit vera: ergo ut quævis assertio de suo consensu contingenti vera non sit. Consequentia sequitur: Major est evidens: nam nisi objectum simul sit, & non sit, ex duabus affirmationibus æquè paribus nequit una esse conformis, & non alia. Minor autem catholica est: alioqui homo peccans non haberet potestatem antecedentem non peccandi.

SECTIO III.

RATIONES A PRIORI PRO SCIENTIA Mediâ.

Quarta Ratio: & prima à priori.

137 PRima formatur sic: Scientia Media est Notitia Divina Contingentium conditionatorum, independens in existendo à Decreto præexercito Dei: sed datur in Deo talis notitia: ergo & Scientia Media. Cõsequentia est bona. Major est Definitio Scientiæ Mediæ. Minor probatur. In Divino intellectu debet repetiri Notitia conditionatorum contingentium, etiam independenter ab ullo decreto, si ea independenter ab ullo decreto existente, sint conditionatè enuntiabilia: sed independenter ab ullo Decreto existente, sunt cõditionatè enuntiabilia: ergo in Deo debet eorum repetiri conditionata Notitia, etiam independenter ab ullo Decreto: ergo. Syllogismus est legitimus: & major evidens: quia implicat in terminis, Intellectum esse infinitum, & ab ipso non haberi notitiâ objecti simpliciter scibilis & enuntiabilis: & ratio est: quia infinitudo Divini intellectûs est necessitas, ne ullum sit objectum enuntiabile, cujus ipse proportionatam objecto notitiam non habeat.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Urgetur.

138 Minor, in quâ est difficultas, Ostenditur. Contingentia eo ipso præcisè sunt enuntiabilia conditionatè, si reipsâ existerent positâ conditione; sed ut reipsâ existerent positâ conditione, non requiritur ullum decretum præsens: ergo ut sint conditionatè affirmabilia, non requiritur ullum decretum præsens: ergo independenter ab ullo decreto existente, sunt conditionatè enuntiabilia. Major est ex terminis nota: nam esse enuntiabile conditionatè objectum, est cognoscere quòd existeret, si conditio poneretur: at si reipsâ existeret, factâ hypothesi de conditione positâ; ex terminis notum est, quòd existeret positâ conditione.

139 Minor proximi Syllogismi probatur primò: ut res existat, non requiritur unquam, quod componi non potest cum ejus absolutâ existentiâ: nam præcisè sufficiunt ea, quæ cum ipsa componi possunt: ut evidens est: at juxta plures ex Thomistis Decreta conditionata, componi non possunt cum existentiâ absolutâ rerum, quia componi nequeunt cum Decretis absolutis, ut visum est *nu.* 110. Secundò: Implicat, quòd non existat res ex defectu causæ, si semel ponantur omnia quæ requiruntur absolutè ex parte causæ: Si enim omnia ponuntur, nihil deficit: & si nihil deficit, sufficiunt, quæ posita supponuntur. Atqui ut res absolutè existat, nihil requiritur præsens nisi pro casu, quo extitura sit: ergo.

Suprà nu. 110.

Sumpta ex Sancto Thomâ.

140 Hujus Doctrinæ ratio à priori sumitur ex Sancto Thomâ 2. *contra Gent. cap. 21. nu. 3. Effectus suis causis proportionaliter respondent, ut scilicet effectus in actu, causis actualibus attribuamus, & effectus in potentiâ, causis, quæ sunt in potentiâ.* Ex quibus verbis sic discurritur. Effectus petit causam, titulo habendi existentiam, acceptam ab illâ: ergo juxta proportionem, & mensuram, juxtam quam habet existentiam, petit existentiam causæ. Patet consequentia ex Sancto Thomâ: quia si effectus proportionaliter respondet causæ, pro effectu, qui non est, non requiritur actu Causa: nisi causa ex alio titulo necessaria sit in existendo.

Evasio

141 Illustrantur hæc omnia. Primò: Quòd Conversio Petri vig. sit possibilis, non exigit causam existentem, nec Decretum præsens: ergo quòd conversio Petri existeret conditionatè, non exigit causam existentem absolutè, nec Decretum absolutè præsens. Patet consequentia: quia sicut possibilitas nihil ponit in rebus absolutè existês de re possibili, ita nec existentia cõditionalis ponit aliquid absolutè existens de re conditionali: ergo sicut ob primum sufficit Decretum possibile; ita ob secundum sufficit decretum existens conditionatè. Secundò: Effectus ut existat nunc, non requirit causam existentem ante, nec pòst: nisi de ratione causæ sit semper existere: ergo ut effectus existeret, non requiritur causa absolutè existens pro casu, quo non existat. Consequentia videtur bona. Et antecedens constat: quia ut causa det esse *nunc*, sufficit, quòd *nunc* existat.

Quinta Ratio: & secunda à priori.

142 Secunda Ratio à priori formatur sic: Nullum objectum, ut terminet Scientiam, requirit aliam, aut majorem existentiam, quàm illam, quæ de objecto affirmatur ab ipsâ Scientiâ: sed opus contingens, de quo loquimur, est objectum, de quo Scientia Media affirmat, non quòd existat, sed quòd existeret: ergo ut opus contingens, de quo loquimur, terminet Scientiam, Mediam non requirit quòd existat, sed quòd existeret. Syllogismus est in *Ferio*. Ex majore inductione fit evidens. *Dices*, Minorem, & consequens esse *de subjecto non supponente*: nam opus contingens, independenter à Decreto Divinæ voluntatis non habet potiùs quòd existeret, quàm quòd non existeret: quia neque aliquid habet in se, cùm non existat, neque in causâ, cùm nulla ejus causa supponatur præsens. Cõtra Thomisticum istud effugium, instauro rationem à priori, &

Reprimitur primò

143 Arguo primò sic: Licèt Futurum conditionatum non habeat in se, neque in causâ, quòd existeret, haberet tamen in se, quòd existeret, si conditio poneretur: ergo respectu Scientiæ non affirmantis quòd habet actu in se, vel in causâ *esse existurum*, sed præcisè affirmantis quòd haberet in se existentiam, si causæ ponerentur, non requiritur in objecto

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo scient.

alia existentia, vel aliud aliquid ad terminandam Scientiam. Hæc consequentia videtur evidens. Et antecedens patet: quia objectum haberet, si existeret, id quòd habet, quando existit. Modò sic: Atqui Scientia Media non affirmat, quòd objectum actu aliquid habeat, sed quòd haberet, ut manifestum est: ergo ejus objectum terminativum non requirit ex parte sui aliquid, quod sit, sed quod esset posità conditione.

Secundò:

141 Arguo secundò: Illud verè & determinatè existeret, si conditio poneretur, quod verè, & determinatè existit, quando conditio ponitur: sed quando conditio ponitur, ponitur absoluta necessitas, ut unum opus contingens, verè & determinatè existat: ergo si conditio poneretur, poneretur absoluta necessitas, ut unum opus contingens, verè, & determinatè existeret. Sed quodnam esset hoc opus determinatum, à Deo necessariò sciri deber, si posità conditione, esset: ergo planè scitur à Deo. Omnia bene descendunt ex primo Syllogismo. Major est nota ex terminis. Minor est evidens: quia libertas apud omnes est necessitas disjunctiva & vaga, alterutrum ex duobus eligendi.

Tertiò:

145 Arguo tertiò: Si conditio poneretur, neque voluntas creata, neque Divina eligeret extremum utrumque, neque utrumq; prætermitteret: hoc est certum, nam ex contradictoriis neque utri usque deficere potest, neque poni simul potest utrumque. Ergo eligeretur unum in singulari, & determinatè. Consequentia est evidens: nam simultanea utriusque carentia, vel existentia utriusque simultanea impediri non potest nisi per determinatam carentiam unius, & per existentiam determinatam alterius. Atqui independenter à quocumque existente, ad infinitudinem Divinæ mentis pertinet, actu cognoscere, quodnã esset illud objectum determinatum quod eligeret creata voluntas: ergo respectu talis electionis negari Deo nequit Scientia independens à quocumque præsenti:

ergo neque negari potest
Scientia Media.

SECTIO IV.

DIFFICULTAS DE DETERMINATIVO Scientiæ Mediæ.

§. I.

PROPONITUR MULTIPLICITER.

Gravis difficultas contra Scientiam Mediam, proponitur primò

146 Difficultas hæc, est contra Scientiam Mediam principalis, & exardescit ex plurimo capite. Primò, ex indifferentiâ Divini Intellectûs sic: Indifferentia, quam habet Intellectus ad cognoscendum unum objectum præ alio, tolli debet ab ipso objecto determinante sui cognitionem præ oppositâ, sed Divinus intellectus habet indifferentiam ad cognoscendum conditionatè peccatum, præ illius carentiâ: ergo tolli debet hæc indifferentia ab ipso objecto determinante: ergo debet assignari determinativum ex parte objecti. Hæc omnia videtur certa: nam minor est evidens, cùm notitia sit contingens. Major, innegabilis: nam Intellectus non est potentia electiva. Nunc sic: sed nequit assignari, præcisim à Decreto, determinativum: ergo. Minor subsumpta probatur: quia Determinativum debet esse prius ad actum quem determinat, & pro priori: ergo Intellectus divinus pro priori ad ipsam cognitionem, debet esse determinatus ad ipsam, & impeditus ab oppositâ: ergo determinativum debet æternum esse: quodnam hoc erit?

Secundò:

147 Secundò, ex temporalitate objecti sic: Objectum, ut determinet, debet exercere aliquam prioritatem in actum quem determinat: sed objectum temporale nequit exercere prioritatem aliquã in actum æternum: ergo nequit determinare actum ullum æternum. Major videtur ex terminis nota: quomodo enim, potentia, seu quasi potentia indifferens ad duo, potest determinari ad unum potiùs, quàm ad aliud, nisi prævie subtracta sit indifferentia? Nam si indifferentia per ipsius actum quasi secundum tollitur, à se ipsa determinatur, ut patet in liberis.

148 Minor autem ostenditur: Objectum temporale nequit exercere priorita tem ullam, nisi prout existens in se, vel in alio: quod enim nullum esse habet, est quasi non esset: *& non entis nulla sunt proprietates.* Adde, si res nullo modo existens neq; in se, nec in alio potest exercere causalitatem, aut prioritatem, cur hæc potius quàm illa, cùm potentia sit indifferens ad duas? Atqui objectum temporale non habet esse ullum in se, prout ad Scientiam Mediam, cùm non existat physicè: neque habet esse ullum in alio: nam vel habet in specie sui, vel in actu sui repræsentativo? Si primum: quænam est hæc species? Si secundum: hic actus est ipsa Scientia Media: ergo prout ad ipsam, nulla potest exerceri prioritas ex parte objecti.

Tertiò:

149 Tertiò, ex ejusdem objecti indeterminatione sic: Omne quod est ab æterno de peccato conditionatè futuro, si præscindas à cognitione Divinâ, est omninò indifferens ad peccati futuritionem, vel ad futuritionem oppositi: ergo ab æterno nihil est quod magis moveat cognitionem peccati, quàm cognitionem oppositi. Consequentia patet: qui enim tollit omne, inquit nihil. Antecedens est certum: quia ab æterno solùm est carentia peccati. Nunc sic. Sed quod in tempore erit, aut esset de peccato, nullo modo est: ergo ad determinationem actûs physicè existentis, non sufficit. Probatur ista consequentia: quia actus physicè existens, si ex prædeterminatione existit, existit prædeterminatus: ergo ab aliquo prædeterminante: ergo ab aliquo præexercente in ipsum aliquam vim. Sed illius, quod nullo modo est, est nulla vis: ergo.

Quartò:

150 Quartò, ex ipsius Scientiæ Contingentiâ sic: Operatio contingens orta ex principio ita indifferenti, ut nihil habeat præviæ determinationis, quando ipsam habet, est operatio libera, estò postea succedat prædeterminatio: ut patet in amore, quem habemus nunc erga Deũ, licèt ad ipsum posteà prædeterminemur in patriâ. Atqui Scientia Media est operatio ita contingens: ergo & libera: sed non immediatè, quia est actus intellectus: ergo mediatè ex prævio decreto, in quo nititur. Omnia pendent ex primo Syllogismo, cujus major proposita & probata est. Minor autem patet: alioquin assignetur ista prævia determinatio.

Quintò:

151 Quintò, ex indistinctione Objecti Conditionati ab absoluto sic: Scientia

Media, neque determinatur, neque pendet ab operatione absolutâ, neque posterior ipsâ est: ergo neque posterior est 1. operatione conditionatâ, neque determinatur ab ipsâ, nec pendet. Probo consequentiam. Primò: quia operatio conditionata, & operatio absoluta sunt una ipsissima operatio. Secundò: quia esse conditionatum operationis est esse quoddam extrinsecum, in operatione, nihil varians. Tertiò: quia dependentia ab operatione conditionatâ, mensurari debet per dependentiam ab operatione absolutâ, posità conditione: si enim posità conditione, Scientia non pendet ab operatione, quæ dicitur absoluta, neque pendebit ab operatione, quæ per suspenpensionem conditionis, dicitur conditionata.

In primâ par. tract. 1. de Deo scientiæ.

152 Quartò: quia eatenus Scientia dicitur esse dependens ab operatione cõditionatâ, quatenus sine istâ dependentiâ nequit explicari libertas operationis: sed libertas operationis exercetur in statu absoluto: ergo si in statu absoluto, non servatur dependentia Scientiæ ab operatione; nihil illa prodest in statu conditionato. Antecedens autem primum ostenditur primò: quia Scientia Media stare potest sine operatione absolutâ. Secundò: quia operatio absoluta includit, vel supponit positionem conditionis: sed Scientia Media nullo modo pendet à positione conditionis: ergo nec ab operatione absolutâ.

§. II.

VERUS, ET PLANUS RESPONDENDI Modus.

In quo resolvitur difficultas?

153 Hæc difficultas, quæ traxit in varias opiniones Authores Scholæ nostræ, reducitur ad *duo clarissima*: & declinari solet per *terminos abstractissimos.* Illa duo sunt. Cur Deus, æquè capax affirmare, vel negare conditionatè consensum, respectu Petri v. gr. potiùs habet affirmationem, quàm negationem consensûs? Et huic quæsito clarè fit satis per necessitatem Divinæ Mentis ad habendam omnem & solam cognitionem veram, modo conformi & attemperato ad Naturam objecti, quod tangitur. Sed cur affirmatio potiùs, quàm negatio est ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

vera, cùm utrumque sit contingens? & huic quæsito clarè fit satis per libertatem operationis creatæ: cui, sicut se Deus attemperatet in operando, se ab æterno attemperat in cognoscendo: nempe quia Petrus, positâ conditione, pro suo libito consentiret. Ecce *illa duo.*

Termini difficiles, & explicandi.

154 Vt hæc clara veritas applicetur molestis arguendi formis, recurrimus ad determinationem ex parte objecti: & ecce obscuritatem in terminis. Nam Determinatio *tria* dicit: *Rem* determinantem; *priorita,em* ad exercitium determinandi; & aliquem *influxum* in rem determinatam. *Res* determinata apud nos est quid æternum: nam est ipsa Scientia. *Res* determinans est objectum, quod præterquàm quòd est quid temporale, non existit, nec existet in aliquo sui: quomodo ergo competere potest ipsi *Prioritas, Influxus,* & *Exercitium* determinandi? Hæc explicanda sunt.

Assertio Prima: Cui cõpetat determinatio?

155 Censeo primò: Objecto Scientiæ Mediæ competit vis determinandi ipsam Scientiam. Patet. Scientia Media ita existit in Deo, ut existat attemperata ad Naturam objecti, ex determinatione creaturæ extituri, si existat, cum jure impediendi, si vellet, ipsum, & omnes connexiones ad ipsum: ergo ita existit in Deo, ut non existeret, nisi ex determinatione creaturæ extitutum esset objectum, modo quo affirmatur ab ipsâ: ergo existit per respectum ad determinationem Creaturæ, potentis objectum ponere, vel omittere: ergo existit per respectum ad determinationem Creaturæ, potentis ponere id, quo, si poneretur, necesse est, ut ab æterno Scientia existeret: vel omittere id, quo, si omitteretur, necesse est ut Scientia ab æterno non existeret: ergo objecto Scientiæ Mediæ competit vis determinandi ipsam Scientiam.

Secunda: Per qualem influxum?

156 Censeo secundò: ista vis determinandi nullum dicit influxum proprium ex parte objecti in actu, sed purè intentionalem, consistentem in ipso actu se attemperante ad Naturam ipsius objecti. Vt hoc principium, quæ duas partes habet, postea probetur, *noto,* hunc influxum purè intentionalem ex parte objecti determinantis, *duo* dicere, sine quibus stare non potest: *Alterum* ex parte objecti: & *alterum* ex parte præscientiæ. Ex parte objecti, solùm dicit modum essendi, quoties existat, non patientem prædeterminationem ab alio, & exigentem, ut ab æterno præexistat sui præscientia, impedibiliter ab ipso principio, à quo determinatur, aut determinaretur existere ipsum objectum. Ex parte præscientiæ, modum existentiæ attemperatæ ad hanc naturam objecti sui, atque adeò talem tendendi, & respiciendi modum, ut nunquam existeret, nisi objectum extitutum esset ex privativâ determinatione Creaturæ.

Influxus intentionalis, in quo consistat

157 Ex his duobus; quod importatur ex parte objecti, est, *Quod* determinat, & est temporale, & plerumque non existens, nec extiturum, nisi conditionatè. Quod importatur ex parte præscientiæ, æternum est: & est id, *quo* Objectum determinat præscientiam sui: nam influxus objecti in præscientiam, non distinguitur ab ipsâ præscientiâ; sicut influxus finis in actu voluntatis, non distinguitur ab ipso actu voluntatis, sic, & non aliter respiciente finem. Vnde cessat aliquorum admiratio: quomodo possit ab æterno exerceri in præscientiam determinatio objecti in ipsam, cùm objectum non existat, & plerumque non sit extiturum? nam si influxus, & determinatio consistit in ipsâ præscientiâ, ejusque attemperatione ad Naturam objecti: exercetur influxus, & determinatio objecti in ipsam, ab æterno, & absolutè, cùm absolutè, & ab æterno existat præscientia. His positis:

158 Prima pars principii nostri sit evidens: Nam Intellectus Divinus non eget objectis ut complemento Potentiæ, nec ipsis eget ut causativis actuum intelligendi: est enim ratione suæ infinitatis plenè determinatus ad non carendum ullâ verâ cognitione: ergo objecto creato nullus competere potest influxus proprius in Divinos Actus. In quo nota, nos assuetos nostris objectis, & limitationi nostræ intelligentiæ, plerumque discurrere velle de Divinis, cum magno præjudicio veritatis: quia, facto ascensu per apprehensiones Creaturarum ad Divina, Divinis attribuimus imperfectiones nostras. Secunda pars liquet: quia semel excluso omni genere physici influxûs, solùm manet intentionalis, consistens in ipso respectu, & attemperatione actûs ad objectum.

Cen-

Quæ prioritas competat objecto respectu Scientiæ Medij?

159 Censeo tertiò: Prioritas, requisita ad hanc determinationem, & influxum objecti, nec est originis, nec naturæ, neque similis causis moraliter efficiè causantibus. Ratio est, quia nulla prioritas ex his stare potest, aut exerceri, nisi præexistat res ista prioris: at objectum Scientiæ Mediæ nequit esse præexistens ad ipsam: nam in quo signo? & quo existentiæ genere? Si existentiâ intentionali: ergo ante Scientiam Mediam jam datur Scientia Media. Si physica existentia: quomodo hæc actum quasi primum Divinæ mentis tangit, & determinat? Deinde quomodo quod nec est, nec erit, secundùm sui physicam præexistentiam aliquid potest exercere? Si de signo sit sermo: ego non video æterna, quoad hæc, nisi tria: Primum, necessitatem intelligentiæ: alterum, Scientiæ purè contingentis: & tertium, liberæ imaginaria ergo est ulla prioritas in objecto, quæ Physicam redoleat.

Infrà lib. 6. à n. 450

160 Censeo quartò: Prioritas, quæ ad id requiritur, & unicè sufficit, est prioritas in genere purè determinantis, aut impedientis. Hanc speciem prioritatis, inter illas Originis, & Naturæ agnovit Aristoteles 5. *Metaph. cap.* 11. Et primariò convenit principio electivo, & impeditivo respectu omnium quæ ab ipso possunt immediatè determinari, vel impediri. Et ratio est: quia facultas electiva sui actûs, eo ipso exigit actum suum, & impedit oppositum: & medio actu determinat quidquid cum actu connectitur, impedirque, quod opponitur electioni in coexistendo. Vnde ista prioritas derivatur in actum ipsum, quod est immediatè exercitium eligendi, vel impediendi ea omnia, quæ cum ipso connectuntur, aut opponuntur.

Ex Arist.

Quomodo exerceatur?

161 Censeo demum quintò: hæc prioritas objecti in præscientiam, ab æterno, & absolutè exerceatur, licèt objectum in tempore sit, aut nunquam sit extitutum, nisi sub conditione. Ratio est: quia hæc prioritas, ut de influxu diximus, duo importat. Vnum ut *quod*, & aliud ut *quo*. Vnum temporale, & æternum aliud. Temporale, & ut *quod* se habet ex parte objecti, quod dicitur prius: & dicitur gaudere prioritate in genere determinantis: quia est modus quidam oriendi à suo principio non patiens prædetermina

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

tionem alterius. Æternum, & ut *quo* se habet ex parte Scientiæ; & est attemperatio Scientiæ ad Naturam, & exigentiam ipsius objecti, petentis ex jure libertatis, ut scientia non sit nisi impediblliter à suo principio. Iam sic: exerceri potest ab æterno, & absolutè prioritas, ab æterno, & absolutè existens; sed prioritas objecti in Scientiam existit absolutè, & ab æterno: nam non distinguitur ab ipso actu Scientiæ; ut dictum est: ergo licèt objectum nõ existat, nec extiturum in se sit, potest ab æterno exerceri prioritas sui ad Scientiam.

§. III.

Illationes; et rationum dubitandi solutio.

Cur in Deo sit hæc Scientia Media præ illâ?

162 Inferes ex his primò: rationem, cur hæc Scientia Media sit præ oppositâ, sumi à Deo, & à Creaturâ, sed aliter, & aliter: à Deo, purè quasi elicitivè, ex necessitate habendi ab æterno omnem, & solam cognitionem veram. A Creaturâ, purè determinativè, ex jure dominii, exigentis, ut omnis connexio cũ operatione liberâ sibi, non præexistat, nisi attemperata ad modum essendi suum, id est, impedibiliter à principio à quo fit, vel fieret actus. Vnde ratio determinativa est objectum.

Objectum ex quâ existentiâ determinet?

163 Inferes secundò: Rationem istâ determinativam esse objectum secundùm existentiam, quam habebit, aut haberet in se: & hanc existentiam esse priorem Scientiâ ipsâ Mediâ, prioritate non requirente ullam existentiam objecti, aut præexistentiam ad exercitium æternum sui: Consistit enim in attemperatione ipsius Scientiæ ad naturam objecti, non patientis prædeterminationem ab alio: quæ Scientia, cum se ipsa ex respectu essentiali ad objectum, sit posteriorita sui ad ipsum, denominat ipsum objectum se ipsâ prius in genere purè determinantis. Quæ veritas non tollit, quominùs ipsum objectum, casu quo existat, exerceat in se ipso temporalem sui infecam prioritatem respectu Scientiæ.

Nota Doctrinã: & vide infrà lib. 6. à num. 225.

164 Inferes tertiò: Posteriorita tem, & quasi dependentiam, quam fatemur in Scientiâ Mediâ, respectu sui objecti, esse, & intelligi debere respectu objecti

Ab-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Absoluti, cum quo comparamus etiam Scientiam Visionis: cum hoc discrimine, quòd Scientia Visionis est absolutè posterior existentiâ absolutâ objecti; Scientia verò Media, est conditionatè posterior absolutâ objecti existentiâ: positâ enim conditione, si non poneretur eventus, ut conditionatè affirmat Scientia Media, omninò deficeret, aut falsificaretur. Ratio autem est: quia esse conditionatum, nihil addit supra absolutam existentiam præter extrinsecam denominationem ab actu conditionaliter tendente in ipsam, ut loquendo de *Futuritione* explicatù est. Solvamus modò ex his rationes dubitandi.

Et suprà lib. 4.

Solvitur prima difficultas.

165 Ad primam, distinguo majorem: tolli debet ab ipso objecto determinante, per modum physici influxûs, nego: per modum puri termini, ad cujus attèperationem cognoscit, concedo majorem: & concessâ minori, distinguo similiter consequens. Ad reliqua, quæ subsumit argumentum, dico, Determinativum in genere physici influxûs debere præexistere ad actum quem determinat: quia physicè quasi complet & juvat actum primum ad secundum: at verò Determinativum in genere objecti purè exigentis ut nulla secum connexio existat nisi impedibiliter à principio à quo ipsum fit, aut fieret, non requirit ullam in objecto præexistentiam ad actum, quem determinat. Itaque fatendum est, objectum esse prius actu Divino Scientiæ Mediæ, sed prioritate purè determinativâ, consistente in modo libertatis, ex parte objecti; & ex parte Dei, in necessitate se attemperandi in cognoscendo ad libertatem objecti, quod tangit.

166 Quare illa indifferentia, quam habet Divinus intellectus, non est electiva, nec pura à necessitate: est enim indifferentia ad hanc, aut illam cognitionem cum necessitate habendi solam eam quam arbitrio suo verificabit, aut verificaret creata libertas: Indifferentia autem cum necessitate se attemperandi ad alienum arbitrium, ad actum habendum, non est indifferentia pura à necessitate, sed indifferentia, suapte naturâ, se finens determinari ab objecto, per modum puri simi termini, cui se attemperat, ad hunc actum præ oppositio.

Secunda:

167 Ad secundam, quæ vires auget primæ, concessâ majori ex *supradictis*, nego minorem: objectum enim, estò sit temporale, & non existens, exercet æternam prioritatem in Scientiâ Dei, ut dictum est, indistinctam ab ipsâ Scientiâ. Verùm, ut occurratur hallucinationibus hic frequentibus, præ oculis habendum est primò, hanc determinationem, & prioritatem, cùm non sit originis, nec Naturæ, neque per modum causæ juvantis, aut cõplentis intellectum ad actum, sed in genere purè attemperationis Divinæ mẽtis ad modum essendi proprium objecti, non requirere ad æternum exercitium sui ullam præexistentiam, aut præsuppositionem ex parte actûs primi, sed nnicè necessitatem ex parte actûs primi non habendi nisi actum attemperatum arbitrio Creaturæ; & ex parte actûs quasi secundi, actualem attemperationem ad ipsum, indistinctam ab ipsâ Scientiâ. Secundò: indifferentiam Divinæ Mentis non esse puram à necessitate, ut *nuper* explicui: unde non esse, cur prævio quasi physicè determinetur: id enim solùm est potentiæ non electivæ, egentis ex parte actûs primi aliquo juvamine ad actum, vel incompletæ ad ipsum. Quæ singula procul omninò sunt à Deo.

Ex nn. 158 & ex nn. 162.

nn. præced.

Tertia:

168 Ad tertiam, concesso antecedente, distinguo consequens: nihil est in se existens, quod ita magis moveat, concedo: nihil est existens intentionaliter, nego consequentiam. Objectum enim existit intentionaliter ab æterno, cum prioritate ad actum ipsum, ab ipso actu indistinctâ: unde manet prædeterminatus, non quidem in genere physico, requirente existentiam præexercitam prædeterminantis, sed in genere objecti, exigentis attingi per actum ita connexum, & attemperatum Naturæ ipsius objecti, ut impedibiliter existat: & hoc est, actum ipsum esse prædeterminatum ab objecto per naturam ipsius actûs ita respicientis intellectum, quem denominat cognoscentem, & objectum, quod denominat cognitum, ut in intellectu sit respectivè necessariò ex necessitate non essendi, nisi ex libito suo Creatura se foret determinatura ad hanc electionem, si conditio poneretur.

Quarta:

169 Ad quartam, distinguo antecedens: ut nihil habeat præviæ determinationis, neque physicæ neque intentionalis, neque intrinsecæ, neque extrinsecæ, concedo antecedens: ut nihil habeat præviæ determinationis solùm physicæ, & intrinsecæ, nego. Ratio est: quia operatio libera talis est, ut in sui primævâ existentiâ nullam patiatur determinationem in ullo genere, sufficiente tollere privativam optionem operantis, ut per se liquet: nam sive determinatio sit extrinseca, sive intentionalis, sive temporalis, dummodò obstet, ne operatio sit ex optione operantis, operatio non potest esse libera. Cùm autem Scientia Media sit in Deo cum respectu ad determinativum extrinsecum, & temporale, ex attemperatione Divinæ Mentis, & Scientiæ ad ipsum, non potest esse operatio libera. Paritas de Amore in Viâ, & in Patria nulla est: quia prædeterminatio amoris in Patria, nullo modo influit in primævam Existentiam amoris in via.

Quinta:

170 Ad quintam, distinguo antecedens: neque determinatur; neque pendet neque posterior est operatione absolutâ, absolutè, concedo: conditionatè, nego. Scientia enim Media est seipsâ exigentia conditionata operis absoluti: nam exigit, ut positâ conditione sit opus absolutum, quale ab ipsâ affirmatur: dicitur tamen exigentia conditionata, non quia absolutè non existat, sed quia non exigit positionem conditionis. Est tamen vera exigentia, ut, positâ conditione, quam non exigit poni, sit opus absolutum cum jure determinandi existentiam sui, & ipsius Scientiæ Mediæ. Ad probationem primam antecedentis, fateor, stare posse Scientiam Mediam sine absolutâ operatione: tamen positâ conditione, seipsâ est necessitas consequens operationis absolutæ. Ad alteram, concessis præmissis, distinguo consequens, absolutè, concedo. Conditionatè, nego consequentiam. Relege *num.* 165.

SECTIO V.

SCIENTIÆ MEDIÆ, AB ARGVMENTIS oppositis, defensio.

Defensio anticipata tot. lib. 3. Alvarez. Thomasius Discalceat. Gonet. Baronus. Godoy.

171 Ea congerunt ex Alvarez, Thomasio, & Antonio de Matre Dei, Thomistæ recentes, Gonet, Baronus, & Godoy; & ea omnia plenè reducta ad quindecim potissimum capita, curavi *Aranda de Deo.* solvere, toto *lib.* 3. præsertim à *nn.* 362. remissis aliò aliis, eorumque solutionibus à *nn.* 512.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

172 Hue unicè pertinent, quæ faciunt contra naturam, & Existentiam Scientiæ Media: & ea reduco ad *tres* classes. Prima est, quæ Scientiam Mediam miscet erroribus Pelagianismi, & Semipelagianismi. Secunda est, quæ Decreta Conditionata contendit esse necessaria ad veritatem determinatam conditionaliter contingentium. Tertia, pugnat ab absurdis, & inconvenienti.

§. I.

PRIMA CLASSIS IMPVGNATIONVM.

Objectio prima ex Combinatione cum Pelagio. Primò:

173 Objicies primò: Nequit admitti Scientia Media sine aperto favore Pelagianismi: ergo nequit admitti. Antecedens probatur primò: quia Doctrina Scientiæ Mediæ inducit objectum, saltem pro statu conditionato, independens à Prædestinatione, à Gratiâ efficaci, & à concursu Dei; sed hæc independentia est apertè pelagiana: ergo Doctrina Scientiæ Mediæ nequit admitti sine aperto favore Pelagianismi. Minor est certa ex Augustino.

174 Major probatur quoad *triplicem* partem: *imprimis* quoad prædestinationem: quia prædestinatio juxta nos vel constituitur, vel subsequitur ad Scientiã Mediam: ergo objectum, quod supponitur ad Scientiam Mediam, debet esse independens à prædestinatione. Sed objectum Scientiæ Mediæ supponitur ad ipsam. *Deinde* quoad gratiam probatur: Nam gratia efficax constituitur ex præscientiâ operis sub illâ, & ex illâ futuri: ergo in objecto Scientiæ Mediæ nequit opus videri dependens à Gratiâ efficaci. *Denique* quoad concursum ostenditur. Prius est Deum præscire quid voluntas faceret in hac, vel illâ hypothesi, quàm velle concurrere cum ipsâ: ergo pro illo priori præscientiæ, opus voluntatis est independens à concursu Dei.

175 Et Vrgetur: Deus quasi expectat determinationem creaturæ, ut concurrat & cooperetur: ergo illa determinatio antecedit concursum Dei, ejusque gratiam, & Decreta: sed illa determinatio est tota libertas, & origo laudis, & meriti: ergo tota origo laudis, & meriti, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

via Scientiæ Mediæ, est independens à Divinâ Voluntate, à Gratiâ ejus, & à concursu. Ad quod apertè pelagianum est.

Secundò:

176 Antecedens primum probatur secundò: quia postrema controversia Augustini cum Pelagio steterit in eo quòd Pelagius renuerit, ex timore libertatis eversiæ, fateri gratiam prædeterminantem; sed Doctrina Scientiæ Mediæ, ex pari timore, renuit Decreta prædeterminantia, & congenerem gratiam: ergo favet apertè pelagianismo. Minor constat. Major ut probetur, distinguunt Thomistæ cum *Ianseno* tres status in Hæresi Pelagianâ: *primum*; in quo Pelagius negavit omne genus Gratiæ: *alterum*, in quo negavit, gratiam dantem posse; *tertium denique*, in quo, convictus ab Augustino, visus est agnoscere indigentiam alicujus gratiæ, ad *posse* requisitæ; negavit tamen Gratiam *dantem* actu *velle*, & actu agere: & in hoc postremo articulo stetit demum Augustini controversia cum Pelagio, negante talem gratiam, utpote inductivâ fatalis necessitatis, eversivam libertatis, & evacuativam laudis, & meriti, ut constat ex ipso August. no toro *lib.* 1. *de Gratiâ Christi.*

Quocum cõveniant Thomistæ in hac cõbinatione?

177 Iam sic: Gratia ultra posse dans ipsum velle, & actum, ex quâ viris alioqui subtilibus, & ingenii celeris, & acrii, ut loquitur Augustinus de Pelagianis, timeri posset eversio libertatis, solùm potuit esse Gratia efficax ab intrinseco, & prædeterminans: sed ab Augustino contrà Pelagium asserta est illa Gratia ultra posse dans ipsum velle, & actum, ex timore libertatis eversæ negata à Pelagio: ergo ab Augustino contrà Pelagium asserta est Gratia efficax ab intrinseco, & prædeterminans. Minor liquet ex ipso Augustino. Major probatur primò: quia Gratia inconnexa cum actu, nequit dici donatio actûs: dat enim actû Gratia ex connexione cum ipso. Quod urgetur: qui enim dat aliquid indifferens ad actum & non actum, non dat actum per donationem principii indifferentis. Secundò: quia frivolè timeri posset jactura libertatis à Gratiâ entitativè indifferenti, & cui posset voluntas dissentire, si vellet.

178 Et urgetur. Vel Augustinus in Gratiâ efficaci, & dante ipsum opus, agnovit entitativam indifferentiam, vel non? Si secundum: habetur intentum. Si primum: cur per eam solutionem non occurrit timori Pelagii? Cerrè voces Augustino non defuerunt, cùm eis usus sit, loquendo de Gratiâ Primi Parentis: atqui de Gratiâ Medicinali illis vocibus non est usus contra Pelagium: ergo quia planè sensit Gratiam dantem velle, esse prædeterminativam. Sic discurrit Ianseniius post Alvarez, & Albelda: ex quibus avidè contra nos insurgunt Carmelitani, & Thomistæ recentissimi.

Alvarez. Albelda. Carmelit. Thomist. Recent.

Pellitur calliditas & objectio solvitur. Ex Suar. Antijansenii Pelagii Error.

179 Respondeo errorem Pelagii, ut latè repræsentant Eximius Doctor *prolog. 5. de Gratiâ*, & aliis modò prætermissis, in Antijansenio Martinonus, quoad punctum de Gratiâ, situm in eo esse, ut semper negaverit internam supernaturalem Gratiam, tam ad posse, quàm ad actum, ratus ex necessitate supernaturalis internæ Gratiæ, etiam ad posse, præjudicium fieri libertati. Ut autem errorem subdolè tegeret, primò visus est admittere aliqualem Gratiam, sed extrinsecam, consistentem in Lege, & in Doctrinâ. Secundò redargutus, visus est admittere internâ, sed ad faciliùs posse. Tertiò magis increpitus, dixit requiri gratiam, sed indistinctamè à libero arbitrio. Quartò demùm negavit gratiam dantem ipsum velle, & ipsum actum, contra quam ultimam partem insurrexit Augustinus, contendens negari non posse Gratiam efficacem, quâ Deus nos ad se traheret, & quâ Deus facit plerumque ut velimus, & ut faciamus.

Pugna Augustin. cum ipso.

180 Verum, quòd ista efficacia, prædeterminativa foret, tã longè fuit à Mente Augustini, ut semper recurrerit ad usum *Nostræ Scientiæ Mediæ*, & semper fassus sit, Gratiæ, quâ Deus *nos trahit*, & *quâ facit* ut velimus, *dissentire nos*, & *resistere posse*. Audiatur Augustinus *lib. de Spir. & litter.* quæ est contra Pelag. *cap. 34. Misericordia Dei prævenit nos: consentire autem vocationi Dei, vel ab eâ dissentire, nostræ voluntatis est.* Vide quàm distet Augustinus à Prædeterminatione?

Et Visibilia.

181 Disces ex his primò, Pelagium timuisse jacturam libertatis nostræ à necessitate Gratiæ etiam dantis *posse*: cui timori occurrit Augustinus per assistentiam Dei *stantis ad ostium cordis, & pulsantis*: necessitas, & indigentia enim adjutorii *parati semper & assistentis*, non excusat. Secundò, timuisse Pelagium etiam jacturam libertatis à Gratiâ dante *ipsum velle*: cui occurrit Augustinus facto recursu ad Dei providentis favorem: *Cujus miseretur Deus, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respuat.* Ecce Sententiam nostram. Tertiò, nunquam fuisse Augustino cum Pelagio litem de Prædeterminante Gratiâ, ut patet ex apertâ Augustini Doctrinâ. Quòd si lis fuit de Gratiâ efficaci: quis diceret, Nos, qui Gratiam efficacem cum Augustino, & Fide contra Pelagium admittimus, esse Prædeterminatistas?

182 Quartò, nihil mirandum, quòd Pelagiani, viri subtilis alioquin ingenii, timuissent jacturam libertatis à modo Augustiniano. Tùm quia Hæretici absurdiora devorant. Tùm quia & à necessitate Gratiæ dantis *posse* timebant. Tùm etiam quia non est ita evidens concordia libertatis cum Divinâ Præscientiâ, ut multi, acutioris etiam ingenii, non cæcutierint. Tùm demùm quia etiam Moderni Thomistæ hanc jacturam timêt à Doctrinâ Scientiæ Mediæ: quid ergo mirum, quòd & Pelagiani timuissent? Videatur de his accuratè & ingeniosè disputans Pater Antonius Perez *de Providentiâ disp. 1. cap. 5. à nu.* 144. & Ripalda *tom. 2. disp. 105. sect. 12. & 13.* post Magnum Suarez, Herize, & alios scribentes contra Iansenium: *Nos suprà nu. 122. & lib. 10. nu. 73. & lib. 13.* in Repræsentatione Controversiæ *à nu. 83.*

Ant. Per. Ripalda. Suarez. Herize. Martinon Alij Controv ersistf In formâ.

183 In forma: Nego sequelam, tanquam apertam calumniam Nostræ Scholæ. Ad ejus primam probationem, nego similiter majorem, quæ unicè ex impenetratione nostræ Doctrinæ formari potest. Objectum enim Scientiæ Mediæ non est, nec videtur à Deo independens à Decretis Divinis, ab ejus Gratia, à Divino concursu: & ratio est: quia objectum Scientiæ Mediæ est idem ipsissimus ac objectum Scientiæ Visionis, ut suprà dixi *Infrà à nu 214. & lib 6. à num. 269.* mus. Est tamen advertendum, quòd tria ista aliter, & aliter attinguntur à Scientiâ Mediâ: Gratia constituens libertatè, ex parte hypothesis; & etiam ex parte ipsius hypothesis concursus Dei in actu primo, seu quod idem est, Omnipotentia parata concurrere, & attemperata libertati: Concursus in actu secundo, & cooperatio ex parte eventûs, & item ex parte eventûs omnis connexio Prædefinitiva, & Prædestinativa consensûs.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

184 Vnde singillatim ad trimembrẽ difficultatem, dico, ad primam de Prædestinatione, concesso antecedente, nego consequentiam: est enim dependens à Prædefinitione Divinæ voluntatis, quam importat status Conditionatus ex parte Eventûs. Ad secundam, de gratia, concesso antecedente, dico Gratiam efficacem in statu conditionato importari ex parte hypothesis secundùm id quod dicit entitativum auxilii: ex parte eventûs, secundùm id quod importat connexivum vel ratione operationis, vel præscientiæ. Ad tertiam de concursu, distinguo antecedens: priùs est præscire quid faceret Creatura, se solâ: nego: Deo cooperante: concedo: & nego consequentiam. Ad instantiam, nego antecedens: non enim Deus expectat ad concurrendum, actionem Creaturæ, sed attemperatur ad ipsius arbitrium. Neque actionem Creaturæ esse determinativam sui & Dei, requirit ullam prioritatem concursûs ad concursum, sed specialem modum se habendi circa creaturam, ut respectu illius sit formalis electio, & non respectu Dei: ut *alibi* latiùs explicatum est.

Suprà lib. 3. à num. 376. & lib. 10. à nu. 122. & 1. 2. tract. de Actib.

185 Ad secundam probationem sequelæ principalis, nego majorem: ad ejus probationem constat ex nuper dictis quàm injuriosè repræsentetur Pelagianismus ad creandam invidiam Scholæ Societatis: & mirandum est, viros adeò Religiosos, ex contentione contra nos, velle sic favere Ianseniо, hosti apertissimo Scientiæ Mediæ, & Bajanorum fautori. Ad speciem oppositam, nego majorem: ex omni enim Gratiæ supernæ genere timuit Pelagius libertatis eversionem: & si Thomistæ recentes eam timent ex Doctrinis nostris, quid mirum quòd Pelagius ex Augustinianâ timuerit?

186 Ad primam probationem majoris, distinguo: nequit esse donatio physica, concedo. Donatio moralis, subdistinguo, per solam collationem Gratiæ, secundùm entitatem, transeat; ex modo conferentis, nego. Deus enim, dans gratiam ex præscientiâ actûs, & ex hujus intentione dat actum: & quidem collatio Gratiæ, licèt entitativè secundùm se, sit inconnexa cum actu, connexa est cum ip-

Infrà lib. 6. à num. 302. & alibi. & lib. 7 à nu. 146. lib. 13. à num. 66.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo scientè.

so extrinsecè ex præscientiâ dirigente collationem ex quâ metiendâ est ratio beneficii. Ad secundam transeat, timeri frivolè: sed quid fiet timentibus, ubi non erat timor? Ad instantiam, dico, satis cognitam, & per apertas voces explicatam ab Augustino fuisse entitativam indifferentiam Gratiæ efficacis, ut constat ex *num.* 180.

Objectio secunda ex Combinatione cum Semipelagianismo.

187 Objicies secundò: quia saltem excusari non potest à Semipelagianismo Doctrina de Scientiâ Mediâ: ergo non est admittenda. Antecedens probatur primò: quia Semipelagiani, ut errorem suum protegerent, recurrerunt ad Scientiam Mediam, ut constat ex Augustino, eos accusante quod ex meritis conditionatè prævisis voluerint fovere errorem suum. Secundò: quia juxta Doctrinam Scientiæ Mediæ, Deus neque ad Gloriâ, neque ad gratiam prædestinat quêquam, nisi prævisis saltem conditionatè meritis: id autem videtur esse Semipelagianum. Tertiò: quia ante omne Decretum præveniens creatas voluntates, juxta Scholâ Scientiæ Mediæ, cognoscit Deus, quid faceret voluntas, posito tantùm auxilio indifferenti, & moraliter tantùm excitante.

Primò:

Secundò:

Tertiò.

188 Nunc sic: id quod faceret Voluntas, factâ hypothesi auxilii tantùm indifferentis, & unicè moraliter excitantis, est opus à Naturâ, & non à Gratiâ; à libero solo arbitrio, & non à Deo: solùm enim arbitrium determinat Gratiam & Deum: atqui hujusmodi opus ita prævisum saltem conditionatè præcedit Decretum Divinæ vocationis: ergo præcedit Decretum Divinæ vocationis operatio, quę non est à Gratiâ, sed à Naturâ. Quid aliud est, quod Semipelagiani clamabant, initiando à Naturâ vocationem ad Fidem, & ad Gratiam? Quartò: Semipelagiani contenti sunt Gratiâ tantùm indifferenti illuminationis, & affectionis, etiam ad incipiendum; sed Schola Scientiæ Mediæ, non aliam admittit Gratiam: ergo Semipelagianis per omnia convenit. Hæc latè Thomasius, & Gonet.

Quartò:

Thomasius Gonet. Calumnia pellitur: & solvitur Objectio.

189 Respondetur. Negando antecedens: ut autem fiat calumniæ demonstratio, notandum est, Semipelagianismum, *duobus* præsertim erroribus contineri. *Primus* erat: omnia opera bona, licèt consummanda, & perficienda per gratiam forent, (in quo à Pelagio recesserunt) initium sumere à Naturâ, suis viribus, & sine gratiâ, conante, perente, & pulsante, & sic inerente gratiâ. *Secundus* erat: Per opera bona, utique incepta ex solis naturæ viribus, conditionatè prævisa, à parvulis qui rapiuntur efficienda, si viverent, eos mereri gratiam baptismi; & per demerita conditionatè prævisa, si viverent, eos demereri Baptismi gratiam, quando sine baptismo moriuntur. Hi sunt *Cardines duo* Semipelagianismi. Quid autem simile in Scholâ Societatis, fatenti *primò*, omnia opera bona salutaria à Gratiâ esse & à Naturâ: ab istâ ut elevatâ, & adjutâ per Gratiam; & à Gratiâ, adjuvante, & elevante Naturam. *Secundò* Conditionata opera, etiâ ex viribus gratiæ orjunda; si bona sint, & si mala orjunda ex naturâ peccante, non esse titulum meritorium, neque demeritorium ad Remunerationem, nec ad pœnam: imò si nunquam extitura sint, forè in mente Divina quâsi non essent in ordine ad merendum, aut demerendum in quovis genere. Vnde patet argumenti calumnia, & quàm verum sit illud Amiani dictum *lib.* 18. *Quis innocens esse poterit, si accusare sufficiat?* Ex his

Amiani dictum.

190 Ad primam probationem distinguo antecedens: ad Scientiam Mediam, qualem nos defendimus, nego: ad Scientiam Mediam, malè intellectam, concedo antecedens, & nego quod subinfertur. Itaque non ex eo quòd Hereticì, ut errores suos protegant, recurrant ad aliquod principium; Principium debet censeri falsum: Nam ipsi peccant in usu Principii alioquin boni, & in intelligentiâ Principii alioquin veri. Sic convenimus cum Hæreticis in multis veritatibus, quibus ipsi abutuntur, & quas ipsi malè intelligunt. Augustinus autem Præscientiam Conditionatam non damnavit in Semipelagianis, sed damnavit abusum, & modum, quo ipsam defendebant. Nostra autem Scientia Media, per omnia differt ab illâ Massilienſium: nam differt in *usu* & in *re*: in *substantiâ*, & in *modo*. Differt in *re*, & in *substantiâ*: quia objectum nostræ, si salutare sit, à Gratiâ est elevante, & juvante Naturam, secùs ac Semipelagiani fingebant. Differt in *usu*, & in *modo*: quia Nos eam non putamus sufficientem ad Remunerationem, aut pœnam, ut volebant Massilienses: Magnum ergo chaos inter illos est, & inter Nos.

In primâ par. tract. 1. de Deo scientè.

191 Ad secundam, fateor Deum non prædestinare, neque decernere, nisi prævisis conditionatè bonis, aut malis operibus. Id autem nego Semipelagianismum olere. Semipelagismus esset, si ea opera, utique solis naturæ viribus incepta, & unicè conditionaliter existentia, centerentur sufficiens titulus ad merendum, vel demerendum. Ad tertiam, concesso quod assumitur, nego majorem Syllogismi subjuncti. Deus enim per Scientiam Mediam videt quid faceret voluntas, utique plenè constituta in actu primo: atque adeò, quoad supernaturalia, elevata, & completa per vires Gratiæ: unde opus nequit prævideri à Naturâ, & non à Gratiâ, sed à Naturâ simul & à Gratiâ: non quidem istâ determinante, sed determinante Naturâ cum Gratiâ, Gratiam, seipsam & Deum. Nam quoad libera nobis relictis *in manu Consilii nostri*, non est Deus determinator, sed Adjutor, & Cooperans. Ad quartam, major continet Hæresim Iansenii: nam est ejus quarta Propositio. Quare miror à viris alioqui doctis, & religiosis ita posse contra Scientiam Mediam argui, ut latiùs *lib.* 10. dicam & conquerar contra Gonet, & Ioannem à S. Thomâ.

Vide lib. 10. à nu. 113.

§. II.

SECVNDA CLASSIS IMPVGnationum.

Objectio tertia cõmunis.

192 Objicies tertiò: Quidquid ab æterno transit à necessariò statu potsibilitatis ad statum contingentè futuritionis, dicit ab æterno existentem rationem aliquam talis transitûs: sed conversio Tyriorum v.g abs statu necessariò transit ad contingentem futuritionis conditionatæ: ergo dicit existentem rationem aliquam talis transitûs. At hæc ratio ab æterno existens nequit esse nisi Decretum præsens. Huic objectioni, quæ dedi solutionem, cùm de *futuritione* fuit sermo. Prima est nostra. Concesso toto Syllogismo, nego minorem subjunctam. Talis enim ratio ab æterno existens est ipsa Scientia Media, quæ formaliter futurizat objectum, ex determinatione ipsius objecti, ut *ibi* dictum est, & explicatum *nuper* est à *nu.* 154. Secunda solutio est communis. Distinguendo majorem: Præsoluta quidquid ab æterno absolutè transit, concedo: quod transit conditionatè, nego: Futura enim conditionata non sunt simpliciter futura, sed essent: unde non requirunt causas aliquas existentes, plusquàm conditionaliter. Solutio *ibi* explicata jam est.

In primâ par. tract. 1. de Deo scientè. Præsoluta lib. 4. à num. 35. Vide sup. nu. 154.

193 Instabis ex Thomistis recentibus primò: Ad existentiam, effectus requiritur Decretum proportionatum; sed Decretum conditionatum est proportionatum ad conditionatam existentiam, non minùs, quam ad absolutam, absolutum: ergo requiritur Decretum conditionatum ad existentiam conditionatam. Secundò: Ad effectum absolutè futurum non sufficit Decretum unicè futurum: ergo neque ad effectum conditionatè futurum sufficit Decretum subjectivè conditionatum. Tertiò: Ad objectum Scientiæ Conditionatæ, requiritur aliquod Decretum Dei: sed non sufficit Decretum in præciso statu possibilitatis, neque in statu futuritionis conditionatæ, neque in statu conditionatæ existentiæ: ergo requiritur Decretum præsens. Major est evidens: nam objectum creatum, quoad esse existentiale, sive absolutum, sive conditionatum, nequit independens esse à Divinâ voluntate. Minor probatur. Et quoad primam partem in primis: nam Decretum præcisè possibile præscindit à futuritione. Deinde quoad secundam: nam Decreta Dei sunt incapacia omnigenæ futuritionis. Denique quoad tertiam: nam pro statu conditionato, Decretú per nullam Scientiam attingi potest: non per simplicem intelligentiam: quia hæc non extenditur ad contingentia: non per Visionem: quia hæc solùm est de absolutè futuris: non per Mediam: quia hæc est de futuris conditionatis: ergo.

Instantia Prima: Secunda: Tertia:

Quartò: Non minùs est requisita ad effectum existentia causæ, quàm existentia effectûs, ut per se liquet; sed, præcisim à Decreto præsenti, minus haberet existentiæ causa, quàm effectus: nam effectus est conditionatè futurus: conditio verò non est futura conditionatè: ergo requiritur Decretum præsens.

Quartò:

Objectio

Res-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

194 Respondetur. Et ad primâ instâtiam, concessâ majori, distinguo minorem: Decretum conditionatum, vel subjectivè, vel objectivè, concedo: sub ùm objectivè conditionatum, & subjectivè absolutum, nego. Licèt enim utile foret Decretum conditionatum præsens, sufficit ad effectum conditionatum, Decretum conditionatè existens, nempe quod esset. Ad secundam, concesso antecedente, nego consequentiam: disparitas sumitur ex naturâ Decretorum: quæ necessariò sunt æterna, casu quo sint. Ad tertiam, concessâ majori, nego minorem quoad tertiam partem: Decretum enim per ipsam Scientiam Mediam, videtur conditionaliter præsens: neque enim existentia conditionata effectûs requirit in causâ, nec in Decreto ulteriorem existendi modum. Ad quartam, concessâ majori, nego minorem: nam si effectus existeret, non posset non existere ejus causa, unde causæ existentia importatur ex parte conditionis, non tamen absolutè affirmabilis, sicut nec absolutè affirmabilis est pro eo statu existentia eventûs.

Singulæ diluuntur

Objectio Quarta.

195 Objicies quartò: si præcisim à Decreto actuali, esset vera ista conditionalis: *Si Petrus habeat auxilium A* convertetur liberè, sequeretur fore possibile complexum hoc: *Petrum converti absolutè sine Decreto circa conversionem*: id est absurdum: ergo & id ex quo sequitur. Sequela probatur: Quia conditionatum transit in Absolutum, ex præcisâ positione cõditionis; atqui ex parte conditionis non est Decretum: ergo sine Decreto illud conditionatum transiret in Absolutum. Respondetur. Et nego sequelam. Ad probationem: distinguo majorem, suppositâ veritate conditionali, concedo: independenter ab illâ, nego majorem. *Est dicere*: quòd suppositâ veritate, quòd consentiet Petrus, si habeat auxilio *A*, sequitur benè consequentia de consensu, posito auxilio: non verò aliter: quia positio auxilii, utpote conditio indifferens ad consensum, & dissensum, non infert unum præ alio, secundùm se. Deinde distinguo minorem, constitutivè, concedo: præsuppositivè, nego. Nam conditio per aliquod Decretum debet poni: & nego consequentiam.

Solvitur.

Objectio Quinta.

196 Objicies quintò: Conditionata disparata, v. gr. *Si Papa dormiat, Turca conversetur*, requirunt ad sui veritatem Decretum Dei connectentis conditionem cum conditionato: ergo & omnia conditionata non disparata de conditione indifferenti, qualia sunt objecta Scientiæ nostræ Mediæ. Antecedens patet: nam ad veritatem conditionalem requiritur, quòd cõditio aliquomodo conducat ad eventum; sed conditio disparata solùm potest extrinsecè conducere ex Decreto Dei: ergo. Consequentia autem paritatis urgetur: sicut in conditione disparatâ, non datur utilitas, quæ significatur per ly *si*; ita in conditione utili non datur fore, ut eâ positâ, ponatur eventus: quod significatur per ly *si*: sed in conditione disparatâ, propter illud, requirit determinata veritas actuale Dei decretum: ergo & propter hoc in conditione pertinenti.

197 Respondetur: omissis, & remissis *inferiùs* aliis, transeat antecedens, & nego consequentiâ. Disparitas est: Quia Propositio conditionalis vel explicitè, vel implicitè ita affirmat conditionatum ex positione conditionis, ut asserat fore ex utilitate conditionis ad ipsum; hæc utilitas in conditione pertinenti, jam supponitur, nam intrinseca est: in conditione impertinenti, solùm venire potest ab extrinseco, nempè à Deo volente utrumque componere, sine conducentiâ unius ad aliud. Quare *suprà* dixi, conditionales disparatas non esse propriè conditionales.

Solvitur. Vide infr. à nu. 225.

Suprà n. 9.

198 Objicies sextò: Deus præcisim à Decreto actuali non cognoscit actus suos liberos conditionaliter existentes: ergo neque actus liberos Creaturæ. De hoc latè disputando de *Futuritione*. Communis solutio negat antecedens. Ego concesso antecedente, nego consequentiam. Primò: quia suos actus nequit Deus prævidere, nisi ex propriâ determinatione, atque adeò per Scientiam sibi liberam: unde præsupponere debet Decretum ipsius Dei. Secundò: quia Scientia Dei circa suos actus conditionaliter existentes, si Scientiam Mediam saperet, deberet à conditionis positione præscindere: quod in eâ Scientiâ implicat: nequit enim præscindere à conditione existente pro suo signo. Tertiò: quia si anteverteret Decreta Dei Scientia de ipsis, derogaret libertati ipsorum, utpotè connexam cum ipsis. Sed *rursus* ad hæc *infrà*.

Objectio Sexta.

Solvitur Ex lib. 4. à nu. 198.

Objectio Septima.

199 Objicies septimò: in eo signo in quo conditionatè cognoscit Deus, *Si Petrus habeat auxilium A, habebit gratiam efficacem ad conversionem, vel* habet Deus, *vel* omittit Decretum conditionatum subjectivè absolutum, de conversione, seu de gratiâ efficaci ad ipsam: Sed non omittit: ergo habet. Modò sic: ergo ea Scientia nititur in illo Decreto. Probo istam consequentiam: quia objectum sùm terminat cognitionem, prout est cognoscibile in eo signo, pro quo cognoscitur; atqui pro eo signo, pro quo cognoscitur, est in eo Decreto cognoscibile: ergo terminat cognitionem prout in Decreto. Omnia benè sequuntur ex primo Syllogismo: cujus major patet: quia Deus nequit suspendere actum utrumque vel positivum, vel omissivum. Minor patet etiam: quia Deo repugnat omissio pura: ergo debet habere actum nolitivum, si volitivum non habet. Atqui casu quo sit veritas illa conditionalis, nequit habere nolitivum, utpote oppositum tali veritati: ergo. Respondetur. Nego majorem: nam signum illud est signum indifferentiæ præscindentis ab actu omni, & ejus omissione. Vnde objectio futilis est.

Solvitur.

Objectio octava.

200 Objicies octavò. Nõ potest Deus certò, & infallibiliter cognoscere objectum, quod non habet determinatam veritatem; sed objectum conditionatum, independenter à Decreto præsenti, non habet determinatam veritatem: ergo non potest ipsum Deus infallibiliter, & certò cognoscere. Minor probatur: quia illud objectum non habet determinatam veritatem in se, cùm non existat, sed existeret. Deinde neque habet in suis causis: quia præcisim à Decreto præsenti, singulæ sunt indifferentes. Respondetur. Nego minorem. Nam ad hoc ut objectum, dicatur habere determinatam veritatem, non requiritur, quòd eam habeat physicè in ratione entitatis, sed intentionaliter in ratione objecti, quatenus, estò non sit, potest ad ipsum terminare potiùs cognitio vera, quàm falsa. Ad hoc autem ut detur cognitio vera circa objectum, non requiritur ut objectum sit, si veritas cognitionis non exigit objecti existentiam, & in hoc puncto laborant Thomistæ hallucinatione, dum putant, Nostros Authores, dum affirmant objecta conditionata habere determinatam veritatem, aliud velle, quàm esse verè affirmabilia determinatè: ut *sæpè* dictum est.

Solvitur.

Suprà lib. 4. à nu. 53.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

§. III.

TERTIA CLASSIS IMPVGNATIONVM.

Objectio nona.

201 Objicies nonò: Scientia conditionata contingens non existit necessariò: ergo contingenter. Sed non contingenter, & non liberè respectu Dei: ergo existit liberè respectu Dei: ergo ex Decreto actuali Dei. Minor subsumpta patet: nam si respectu Dei existeret contingenter, & non liberè, existeret casualiter, & præter intentionem ipsius Dei. Confirmatur: quia juxta me, ut res sit necessariò possibilis, requiritur necessaria possibilitas actu existens: ergo ut res sit futura, requiritur futuritio actu existens. At quænam respectu conditionatè contingentium, nisi Decretum Dei?

Solvitur.

202 Respondetur. Concesso primo entymemate, nego minorem, ejusque probationem. Nam casualitas, dicit excidere aliquid alicui, vel inscio, vel nolenti, vel non gaudenti de ipso quod advenit. Nihil autem horum competit Deo circa Scientiam conditionatam, licèt Deo non sit libera? Imprimis non est in Deo, insciente: nam ipsa est Scientia sui; neque est, ipso nolente: nam necessitatus est habere unam è duabus affirmativam, vel negativam: neque est, In ipso non gaudente: quia Scientia Media est amor, & gaudium sui: ergo nulla casualitas inest. Ad confirmationem, patet ex dictis de *Futuritione*, futuritionem conditionatam esse ipsam Scientiam Mediã.

Suprà lib. 4 a nu. 92.

Objectio decima valde plausibilis ex Godoy, & Gonet.

203 Objicies decimò. Quidquid est contingens, & importat positivam perfectionem, non existit nisi ex Decreto Dei: sed Scientia conditionata per Nos est contingens, & alioqui positivam perfectionem importat: ergo. Confirmatur primò. Quidquid effectibile est, à Deo est effectibile, ex infinitate Potentiæ: ergo quidquid impedibile est, à Deo est impedibile ex infinitate Dominii. Sed hoc esset falsum in Scholâ Scientiæ Mediæ: ergo. Secundò: Nihil contingens existit, nisi saltem Deo liberè permittente: Sed in Scholâ Scientiæ Mediæ datur aliquid con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

contingenter existens, independenter ab omni Dei voluntate, nempè conditionata veritas, & ipsa Scientia Media: ergo in Scholâ Scientiæ Mediæ involvitur repugnantia. Tertiò: quia in Scholâ Scientiæ Mediæ, daretur aliquid ponibile quod poni non posset pro libertate Dei, nempè conditionalis veritas, & ipsa Scientia Media: ex quo sequitur clara diminutio Omnipotentiæ, libertatis, & dominii Dei: nam aliquid esset Creaturæ liberum, & à Creaturâ ponibile, & determinabile, quod neque determinabile, neque liberum Deo esset, neque ab ipso ponibile. Hæc multis exornant, & exaggerant Godoy, & Gonet: sed debilia sunt.

Solvitur ex suprà lib. 1. à num. 74. & lib. 3. à nu. 293. & àn. 412

204 Respondetur. Distinguo majorem: quidquid est *simpliciter* contingens, concedo: quod solùm est *denominativè*, aut *secundùm quid* contingens, nego. Scientia autem Media solùm est, *secundùm quid denominativè* contingens: Deique perfectio exigit, ut sit in Deo purè contingenter. Sicut enim Dei perfectio est posse condere Creaturas, relinquendo ipsas in manu consilii sui, ita exigit earum actus præcognoscere per Scientiâ attemperatâ arbitrio, & libertati, atque adeò impedibilem à libito Creaturæ, & pro libito Dei, nec determinabilem, nec impedibilem. Ad primam confirmationem, nego consequentiam: quia de ratione Divinæ Perfectionis est habere sub se libera agentia, eorumque actus ab æterno præscire: cùm autem liberi agentis sit relinqui in manu consilii sui, ita est Dei præscire liberi Agentis determinationes per notitiam attemperatam naturæ talis Agentis, atque adeò ex solâ determinatione Agentis creati liberi vel impedibilem, vel determinabilem. Ad secundam, dicatur quod ad assumptum argumenti. Ad tertiam, dicatur quod ad primam confirmationem: Omnes enim istę argumętationes sunt petitiones principii, de quibus egi latè *lib. 3. à nu. 293.* & præsertim *num. 412.*

Objectio undecima ab Absurdo.

205 Objicies undecimò: Complexum ex auxilio *A* v.g. & consensu salutari est bonum: ergo pro quocumque casu est à Deo efficaciter amabile, & inducibile. Sed in Sententiâ Scientiæ Mediæ, esset casus, in quo tale complexum non esset efficaciter amabile, nec inducibile à Deo, nempe casu, quo voluntas pro suo libito prævisa esset dissensura: ergo. Vrgetur. Quia quod in uno auxilio contingere potest, contingere potest in omnibus & singulis auxiliis: ergo contingere potest quòd prævideatur Creatura omnibus & singulis auxiliis, si darentur, restitura; & consensura omnibus, & singulis, si darentur. Patet consequentia, & antecedens patet: quia ubi numerus non excludit indifferentiam auxilii, qui potest uni resistere, ratione indifferentiæ, potest & omnibus. Nunc sic: ergo nec repugnat casus, in quo Deus pro suo libito non posit aliquem prædestinare per merita; nec casus in quo nequeat Deus benefacere: ergo nec repugnat homo imprædestinabilis, nec homo indamnabilis. Quæ omnia sunt apertè contra Augustinum, & Sanctos Patres.

Solvitur.

206 Respondetur. Et Argumenti concesso antecedente, nego consequentiam. Neque enim est à Deo efficaciter inducibile, & amabile, bonum, pro casu, pro quo Deus necessitatus est non velle inducere, nec amare efficaciter ipsum bonum. Casus autem, in quo Creatura cum auxilio relinquitur in manu consilii sui, est casus in quo per ipsum Decretum relinquendi Creaturam in manu sui consilii, se præimpedit Deus inducere, & determinare ex proprio libito electionem creaturæ, eamque efficaciter amare, nisi præsuppositâ Scientiâ Mediâ de libito ipsius creaturæ. Quid ergo mirum, quòd in casu in quo Deus sibi præimpedit aliquod exercitium voluntatis, non posit ipsum consequenter habere? Vnde, concessâ minori, quæ subsumitur, nego ejus absurditatem.

207 Ad confirmationem, communiter respondetur, admittendo sequelam, & negãdo absurditatem ejus: *aliud* enim est quòd metaphysicè sit possibile: *aliud* quòd reipsâ sit casus ex omnibus qui sunt possibiles: inter casus qui sunt possibiles, non est casus in quo prævideatur ulla Creatura vel consensura, vel dissensura omnibus auxiliis, estò possit: unde licèt omnibus, & singulis auxiliis possit homo, metaphysicè loquendo, vel resistere, vel consentire; nullus est homo inter possibiles, qui prævideatur ita resistere, vel consentire: quod enim est moraliter impossibile, imprudenter supponitur esse: quod autem imprudenter supponitur esse, negatur prudentissimè. Sed de his latè *infrà disputãdo de Prædestinatione, ubi* plurimos assignabo modos negandi sequelam hominis imprædestinabilis, aut indamnabilis, etiam concessâ, quam veram censeo, casus metaphysici possibilitate, de quâ *ibi*.

Infrà lib. 3. à nu. 47.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

DISPVTATIO XXVII.

SCIENTIÆ MEDIÆ TENDENDI MODVS & Objecta.

208 QVÆ restant de existentiâ Divinæ Scientiæ Mediæ facilia sunt, sed quæ pro majori ejus luce non possunt omitti. Tria sunt in præsenti: *Tendentia, Hypothesis,* & *Eventus*: quæ tria tribus ipse punctis expono. *Sup. nu. 8.*

SECTIO I.

TENDENTIA SCIENTIÆ MEDIÆ.

Scientia Media est et actus Voluntatis.

209 QVæres primò: An Scientia Media ita sit actus purè scientiæ, ut præcindat ab actu voluntatis? est quærere: an Scientia Media simul sit actus intellectûs, & voluntatis? Et hoc secundum affirmo cum Patre Quiròs *in indic. Quæst. quæst. 14. art. 14. num. 158.* Ratio est: primò: quia Scientia Media est bonum: ergo potest, & debet dari in Deo gaudium de tali Scientia. Sed non est ratio distinguendi gaudium Divinum de Scientiâ Mediâ ab ipsâ Scientiâ Mediâ: ergo. Secundò: quia Divinam Rectitudinem decet complacere in actu honesto conditionato creaturæ, & displicere de actu turpi: sed non est ratio distinguendi hos affectus à Scientiâ, vel cognoscente conditionatam honestatem, vel turpitudinem conditionatam: ergo.

Quiròs.

210 Dices: implicat affectus contingens, qui non sit liber: sed affectus iste gaudii, vel complacentiæ esset Deo contingens: ergo & liber: ergo si esset indistinctus à Scientiâ Mediâ, Scientia Media esset libera: quod repugnat. Respondeo: Negando majorem: neque enim implicat in Deo necessitas habendi aliquem effectum ex suppositione sibi non liberâ: qui eo ipso, si suppositio fit contingens, erit contingens, & non liber.

Aranda de Deo.

211 Quæres secundò: An Scientia Media sit Scientia ex modo tendendi conditionata? Negat Pater Esparza ratus Scientiam Mediam esse Scientiam Absolutam purè negativam: atque adeò objectum Scientiæ Mediæ esse complexũ auxilii, & operationis negativè tactum à Deo, v.g. hæc veritas, quam communis opinio exprimit coditionaliter, *si Petrus vocetur Auxilio, converteretur*, apud hunc Authorem sonat negativè: complexum auxilii, & dissensûs nunquam existet. Et rationem assignat: nam vel ponitur auxilium, vel non ponitur. Si primum: ex libertate Petri, excludetur dissensus: ergo complexum dissensûs, & auxilii non erit. Si secundum: ergo non erit complexum: omnis ergo veritas conditionalis resolvitur in aliquam veritatem absolutam: ergo Scientia Dei, quam appeliamus Mediam, non est tendentiæ conditionatæ, sed absolutæ.

Esparza.

Actus ex modo tendendi conditionatus

212 Schola Societatis affirmat: & meritò: quia evidens est, propositionem conditionalem non æquivalere Negativæ, quam explicat Pater Esparza. Ratio demonstrativa est. Sume auxilium *A* quod nunquam Petro dabitur: De hoc auxilio est evidenter verum dicere: hoc auxilium nunquam conjungetur cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente

consensu : sed de hoc auxilio potest esse verum, quòd si daretur, conjungeretur cum consensu : ergo hæc propositio absoluta negativa, non dabitur auxilium cum dissensu, non æquivalet huic: si daretur auxilium, Petrus consentiret. Consequentia & major sunt claræ. Et minor est evidens : quia innumera videt Deus quæ neque conjungentur unquam cum consensu, neque cum dissensu, & tamen, si darentur, Petrus dissentiret, aut consentiret. Et ratio est : quia quod sufficit ad verificandam negativam, non sufficit ad verificandam conditionalem: ad verificandam enim negativam, sufficit quòd nunquam detur una pars complexi, scilicet auxilium : id autem non sufficit ad verificandam conditionalem : nam de innumeris auxiliis videt Deus, quòd forent efficacia, & quòd non existent.

Ant. Per.

Non resolvitur in Disjunctivam.

213 Quæres tertiò: An saltem Scientia Media explicanda sit per tendentiam disjunctivam ? Affirmat Pater Antonius Perez: & cum communi negandum reor. Ratio est : quia potest esse Disjunctiva vera, & Conditionalis falsa : ergo non æquivalent. Probatur antecedens: sume hanc disjunctivam : vel vocatio non existet, vel vocatio existet cum consensu; & hanc conditionalem : si detur vocatio, coëxistet cum consensu. Iam sic : ad veritatem disjunctivæ sufficit, quòd verificetur unum ex extremis disjunctis : ergo disjunctiva est vera ex præcisâ non existentiâ auxilii. Sed præcisa non existentia auxilii non sufficit ad verificandam conditionalem. Ex quibus infertur tendentiam Scientiæ Mediæ esse tendentiam conditionatam : neque aliter posse ritè explicari Scientiam Mediam.

SECTIO II.

OBIECTA SCIENTIÆ MEDIÆ EX parte hypothesis.

Hypothesis quid importet?

214 QVæres primò : An ex parte hypothesis, & conditionis attingi debeat a Scientiâ Mediâ tota libertas? Affirmo : & ratio est evidens : quia ex parte hypothesis attingi debet plena sufficientia ad determinationem eventûs, atqui tota & sola libertas est hæc plena sufficientia : ergo attingi debet tota libertas. Hinc infertur, primò ex parte hypothesis nihil importari connexum cum uno extremo libertatis, quia connexionem indifferentia constitutivè non patitur. Secundò : neque importari libertatem Divinam : quia eventus non est determinandus à libertate Divina, sed notâ. Tertiò : neque importari causas libertatis : quia causæ libertatis non sunt libertas. Quartò: neque importari, quod ab ipso eventu dependet in existendo: quia hypothesis habet jus determinandi vel mediatè vel immediatè tales existentias. Quintò : importari præcisè essentiam libertatis Creaturæ, nempe Entitatem Voluntatis, Omnipotentiam præparatam. Auxilia, & quidquid Voluntatem constituit in lineâ Proximæ & expeditæ Potestatis optandi pro libito operationem, vel eligendi.

Nullum Decretum

215 Quæres secundò: an ex parte hypothesis attingi possit & debeat Decretum ullum Dei ? Respondet communis opinio affirmativè: quia præparationem Divinæ Omnipotentiæ formaliter constituit in Decreto entitativè indifferenti: & meritò, si hæc Doctrina esset firma. Ego verò, qui præparationem Omnipotentiæ *aliter* statuo, nempe, in ipsis subsidiis indifferentibus voluntati Creaturæ collatis in ordine ad operationem, nego: quam doctrinam latè expono disputando de *Prædefinitionibus* : & quàm modò libentiùs sequor, accedente suffragio Reverendissimi Nostri Thyrsi, qui lectam in codice quodam meo, eam illustravit *tom. 2. solell. quæst. disp 15. sect. 7.*

Et lib. 1. de Deo sciente. Et ut tractatum lib. 3. de 1. Ablitz. R. Alf. Thyrso. Quid de casu chymerico

216 Quæres tertiò : an in hypothesi Scientiæ Mediæ possit importari chymericus casus: v. gr. *Si lapis esset homo, amaret Deum*: vel *si Chymera existeret, fieret monialis*? Affirmant aliqui, ludicris hisce delectati. Imò Pater Raynaudus id judicat de omni Scientiâ Dei : nam apud ipsum Scientia Media videt, quid voluntas ageret, si sola, & sine Divino concursu operaretur.

Theophyli Raynaudi opinatio paradoxa.

217 Imprimis iste discursus Patris Raynaudi, videtur somnium dormientis in aurem utramque. Nam Creaturam operari se solâ, & sine concursu Dei, est omninò Chymericum, & impossibile, atque adeò est casus involvens contradictoria : ergo operari se solâ Creaturam est operari, & non operari: ergo objectum Scientiæ Mediæ nequit esse quale Raynaudus somniat. Deinde, vel hypothesis tacta per Scientiam Mediam est ea ipsa, quæ ponitur à parte rei, quando decernitur positio conditionis, vel non? Si secundum : quid facit ad notitiam hypothesis realis, notitia chymericæ hypothesis ? Si primum : ergo quod de ipsâ potest videre Deus, est, quòd sola operabitur nihil: quia sola nihil potest.

Supràlib. 3. an. 248. & infrà lib. 7. à num. 19.

218 Respondeo ad quæstionem, negativè. Quia Divinus intellectus nequit otiari in figmentis hisce chymericis : & hypotheses istas impossibiles solus intellectus, qui formare possit entia rationis, speculari potest. Et ratio est : quia vel hypothesis, de quâ loquimur, in ratione hypothesis est impossibilis, vel non? Si secundum: ergo hypothesis, ut attingitur per Scientiam, non est impossibilis, sed possibilis : non est ergo casus quæstionis. Si primum : ergo ex tali hypothesi nihil infertur: quia infertur quodlibet: nempè utraque pars contradictionis. Sed utraque pars contradictionis est nihil: ergo nihil infertur.

Constituta ea libertatis quomodò attingatur?

219 Quæres quartò: an ex parte hypothesis possit attingi vagè, & disjunctivè aliquod ex constitutivis proximæ libertatis ? Affirmant plures facilè. Ipse negandum reor. Primò: ex principio generali: quòd Divinæ méti repugnat actus disjunctivus. Secundò : quia quævis variatio, etiâ numerica, in constitutivis variat essentiâ libertatis: sed ex parte hypothesis attingi debet essentia libertatis, quæ, si poneretur, determinaret eventum: ergo debet attingi cum constitutivis in se determinatis. Cõfirmatur. Contingere potest, quòd voluntas constituta per aliqua comprincipia consentiat, & quòd per alia numerò solùm diversa, constituta, dissentiat: quia sunt diversæ libertates : ut *latè* tradidi disputando *de Attibus* : ergo ex parte hypothesis debet attingi voluntas sine ullâ indeterminatione comprincipiorum.

1. 2. tract. de Attib.

De Scientia Media Reflexa. Et An Deus videat suos Actus per Scientiam Mediam?

220 Quæres quintò: an ex parte hypothesis possit importari ipsa Scientia Media, ita ut in Deo non repugnet Scientia Media reflexa, quæ videat, quid faceret Deus si conditionatè prævideret consensum, aut dissensum Creaturæ ? In hac quæstione multus est, & obscurus Pater Herrera. Ipse ipsissimam censeo cum illâ quæ disputat : an Deus per Scientiam aliquam Mediam videat actus suos liberos? Et in hac parte, disputando de *futuritione*, negandum duxi cum Patre Molinâ ; & in præsenti negandum reor. Rationes ipsissimæ sunt.

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente. Herrera. Molina. Mens Authoris Suprà lib. 4. à num. 199.

221 Addo nunc alteram: quia Scientia, cujus nullum est excogitabile signum, nulla est; sed Scientiæ reflexæ nullum est signum excogitabile : ergo nulla est. Major est evidens : & probatur minor. Nam signum hujus Scientiæ reflexæ, vel est comitans signum directæ, vel antecedens, vel consequens. Non comitans: quia alioqui præscindere non posset ab ejus existentia : Scientia autem conditionata præscindit à positione conditionis. Non antecedens: quia neque titulum habet antecedendi, neque directa habet titulum præsupponendi, nisi prædicata Dei necessaria. Non demum consequens: quia in eodem omninò signo, in quo verum est quòd Creatura consentiret, si conditio poneretur, est æquè verum apud hos authores, quod Deus, si talis conditio poneretur, se determinaret ad sic volendum: ergo nullum est signum excogitabile.

SECTIO III.

SCIENTIÆ MEDIÆ OBIECTA EX parte Eventûs.

Eventus quid importet?

222 QVæres primò : an præter electionem Creaturæ, importet Scientia Media ex parte eventûs aliquid ab ipsâ electione distinctum? Unum supponit quæstio, & aliud quærit. Quod supponit, est omninò certum: nempè electionem arbitrii importari ex parte evẽtûs: nam ipsa electio est eventus, qui conditionatè prævidetur. Quærit insuper, an ex parte eventûs importet aliquid præter ipsam electionem arbitrii. Respondeo, præter electionem arbitrii, importari ex parte eventûs quidquid ipsa electio determinat in existendo. Et ratio est: quia Scientia Media utpotè Divina comprehensivè attingit eventum: ergo attingit eventum, & quidquid eventus essentialiter infert. Sed infert essentialiter, quidquid ipse determinat in existendo. Colliges hinc, ex parte ipsius eventûs attingi ipsam Scientiam Mediam, & in ipsâ disjunctivam necessitatem, vel non

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

exequendi conditionem, vel exequendi per Decretum ab ipsâ directum. Sed hæc pendent ex *latè* disputandis *tract. seq. & lib 6.*

Lib. seq. 6. à n. 262. & lib. 7. à nu. 210

223 Quæres secundò: an ex parte eventûs attingi possit, & debeat à Scientiâ Mediâ aliquod Decretum Dei. *Duplicem* sensum habet hæc quæstio. *Primus* est: an per Scientiam Mediam, quâ Deus prævidet actus Creaturæ, attingat ex consequenti aliquos actus suos, sine quibus existere non posset eventus creatæ operationis. *Alter* est: an actus suos prævideat conditionatè Deus sub hypothesi suæ libertatis, ad eum modum, quo prævidet sub hypothesi creatę libertatis, actus Creaturæ? Has quæstiones, valdè inter se diversas, confundi video. Et in secundâ, subscribo Negantibus: & in primâ, Affirmantibus.

224 Ratio primæ partis est: quia suos actus ex hypothesi suæ libertatis, liberè præscit Deus: ergo præscire debet per Scientiam liberam: ergo per Scientiam subnixam in actuali determinatione ipsius Divinæ voluntatis, ut dictum

Nuper à num. 220. Suprà lib. 4. à num. 199.

est *nuper à nu.* 220. & latiùs disputando de *Futuritione*. Ratio secundæ partis est: quia Deus videt eventum, ut essentialiter est secundùm se: ergo videt cum prædicatis essentialibus, sed unum ex essentialibus prædicatis est necessitas coëxistendi cum Scientiâ Mediâ, & Decretis ab ipsâ directis; in sententiâ, quam defendo: ergo videt ex consequenti Scientiam ipsam Mediam, & Decreta ab ipsâ directa.

225 Quæres tertiò: an & quomodo ex parte eventûs prævideat Deus res, quę disparatè se habent ad conditionem? In hac quæstione, plurimi sunt Ribadeneyra & Herrera. Ego breviter, *assero* primò: Propositiones Conditionales de Conditione impertinenti, retentâ impertinentiâ Conditionis tam intrinsecè, quàm extrinsecè, in rigore conditionalium semper sunt falsæ. Ratio est: quia Propositio propriè Conditionalis ita affirmat eventum ex conditione, ut ipsum affirmet in virtute positæ conditionis: asservatâ impertinentiâ conditionis ad Eventum, id semper erit falsum. *Assero* secundò: Propositiones de hypothesi impertinenti, in sensu præcisè comitantiam temporalem significante, unius & alterius eventûs, posse esse veras, & pertinere ad Scientiam Visionis. Ratio est: quia cadere possunt in idem instans somnus Tutcæ v. gr. & Conversio Petri: qui duplex eventus, sunt certò objectum Scientiæ Visionis. Nec ultrà libet per hæc inutilia progredi.

Suprà nu. 9. & nu. 197.

Herrera. Ribadeneyra ægrè evadunt.

DISPVTATIO XXVIII.

PROPRIETATES, ET VSVS SCIENTIÆ Mediæ.

Suprà lib. 1. à num. 284.

226 PRÆTER Proprietates *triplici* Divinæ Scientiæ communes, sunt specialis curæ in Scientiâ Mediâ, Impedibilitas, & Indivisibilitas, quibus accedit quantus & qualis esse debeat usus hujusmodi Scientiæ, quem potiùs indicando, quàm disputando proponam.

SECTIO I.

INDIVISIBILITAS, ET IMPEDIBILITAS Scientiæ Mediæ.

Scientia Media Indivisibilis virtualiter.

227 PRima Conclusio: Circa omnes & singulos eventus conditionatè affirmabiles, vel negabiles, Scientia Media, unicâ & indivisâ virtualiter rendentiâ, versatur. Ita posuimus *disp. 1. nu.* 148. & 181. Ratio sumitur tũ ex generali principio de necessitate distinctionis realis in tertio ad virtualem distinctionem: tùm ex exigentiâ Divinæ simplicitatis, excludentis omne genus distinctionis, ubi

Ex dict. lib. 1. à num. 148. & 181.

ubi Fides eam non docet, aut ubi ratio non suadet: sed in Scientiâ Mediâ neque Fides docet, neque suadet ratio, pro distinctione Eventuum, conditionatas tendentias distinguere: nam objecta aliàs distincta, & separabilia, indistincta, & inseparabilis tendentia potest attingere: ergo. Difficultates, quæ hic aliquos premunt, oriuntur ex distinctione Scientiæ Mediæ Directæ, & Reflexæ, ut videre est apud Herrera *hic quæst. ultim.* cedentem oneri, & apud Ribadeneyram *disp. 8. de Voluntate cap. 4. & 5.* ægrè evadentem: sed nos, qui negamus Scientiam hanc Reflexam, securi sumus ab hoc ictu.

228 Objicies tamen primò: Eventus circa Personas & auxilia sunt mutuò separabiles: ergo attinguntur per terminationes Scientiæ Mediæ abinvicem separabiles. Antecedens est certum: quia contingere potest, ut consentiente Petro, sicut modò supponitur Paulus etiam cõsensurus, dissentiret. Consequentia probatur: quia separabilitas terminationum argui debet ex objectorũ separabilitate. Secundò: si Scientia Media esset indivisibilis, qui posset eam impedire circa unũ Eventum, posset & circa omnes: sed hoc est absurdum: nam licèt Petrus possit impedire Scientiam versantem circa electionem arbitrii sui, non est cur impedire possit Scientiam versantem circa electionem arbitrii Pauli: ergo terminatio circa electionem Petri virtualiter distinguitur à terminatione circa electionem Pauli: & sic de cæteris. Tertiò: Scientia Media de consensu Petri v. g. præcedit collationem auxilii, quod datur Petro: Scientia Media de consensu Pauli non præcedit collationem hujusmodi: ergo de his Scientiis verificantur contradictoria: ergo & distinctio virtualis.

Multa in Opera de Incarnat. lib. 1. disp. 1.

229 Respondetur. Ad primum, antecedente concesso, nego consequentiã: solùm enim infertur, quòd attingi possint per terminationes abinvicem separabiles à præsenti Scientiâ Mediâ: non verò quòd à præsenti Scientiâ Mediâ attingantur per terminationes abinvicem separabiles. Itaque si Eventus essent aliter cognoscibiles, ac modò sunt, esset in Deo alia Scientia Media indivisibiliter tangens omnes eventus, distincta ab eâ, quæ modò est. Ad secundum, concessâ majori, nego minorem: licèt enim libertas Pauli v. gr. non possit impedire Scientiam de consensu Petri, ex prædominio in electionem Petri, potest impedire aliquam Scientiam de consensu Petri, ex prædominio circa consensum suum, potente evitare consensum, & ponere dissensum evitativum Scientiæ de consensu, quæ ex perfectione Dei indivisibiliter magit cõsensum ipsius Petri: id autem nullum absurdum est. Ad tertium nego antecedens. Tota enim Scientia Media circa omnes, & singulos eventus præcedit quamlibet collationem auxilii, utpote perfectissimè voluntariam, ut disputando *de Deo Providente*, mox dicetur.

In Primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Lib. seq.

230 Secunda Conclusio: Scientia Media impedibilis est à libito creaturæ, itemq; omnia decreta ex ipsâ transibentia connexionem cum determinata arbitrii electione, & directa per ipsam. Ita Schola nostra communiter, vanò reclamantibus nonnullis modernis secutis Oviedum *in Manuscriptis de Auxiliis*. Rationes sumi debent ex *disp. 26. sect. præsertim 2.* quæ faciè rediguntur ad hunc discursum: Quod existit ex suppositione simpliciter impedibili, impedibile simpliciter est: sed Scientia Media existit ex suppositione simpliciter impedibili: ideò enim existit quia conientus esset, posita conditione, & nõ econtra: ergo est simpliciter impedibilis. Accedit Augustini dignitas *lib. 5. de Civit. cap 10.* Illa *necessitas formidanda est, quæ non est in nostrâ potestate; non tamen timenda, nec libertatem destruens, quæ est in nostrâ potestate*. Nec in Oviedo, nec in aliis Modernis video, quidquam solutione dignum, præter paralogismum positum & solutum *disp. 24. sect. 2. à nu.* 133.

Scientia Media Impedibilis.

Suprà à nu. 125.

Ex Augustino.

Oviedo.

Suprà à nu. 133.

SECTIO II.

SCIENTIÆ MEDIÆ ABVSVS, ET VSVS Remissivè.

Latè de his seqq. lib. 6. & 7.

231 ISta res esset longę disputationis, nisi secutura spatiosè *mox* esset in tractatu sequenti *lib. 6. & 7.* Insinuo ratione Doctrinæ, & methodi gratiâ, quæ splendidè mox repræsentabuntur. Et incipio ab *Abusu*, qui *multiplex* esse potest. *Primus* est negativus: quo Scientia Media judicatur inutilis ad directionem, ex timore libertatis nostræ. Abusus est: quia

Scien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 1. de Deo sciente.

Scientia Media non immutat modum concurrendi, & operandi Divinum: & velle, quòd Deus uti non possit luce Scientiæ Mediæ in dispensandis auxiliis, est velle Providentiam Dei, æquè incertam, ac nostras.

222 *Alter* abusus est positivus & Massilianum: quo Scientia Media judicatur satis apta dirigere ad remunerandum & puniendum. Abusus est: quidquid enim sit de merito Solutivo (cujus *veritatem* amplector) & ad quod est indispensabiliter necessarius usus Scientiæ Mediæ, tamen ad remunerandum & puniendum non sufficit: quia Remuneratio & Punitio causantur à Meritis, & Demeritis, quia sunt, & in genere causæ moraliter efficientis, ut in *loco* dixi.

Tom. de Incarnat. lib. 3. disp. 3. à num. 13.

223 *Tertius* abusus est, etiam positivus, quo judicatur Scientia Media potens emollire quamvis connexionem, & vim executivam in Decretis Divinis. Abusus est: quia Scientia Media videt & non facit naturas Rerum: vel ergò Connexiones hujusmodi secundùm se, indemnem salvant indifferentiam proximæ Potestatis ad utrumlibet; nec læso, nec præoccupato jure determinandi: vel non? Si secundum: nulla Scientia Media sanare potest incommoda libertatis. Si primum: istæ connexiones necessariò sunt consequentes ad ipsam Scientiam Mediam nec possunt constituere proximam potestatem, neque gaudere vi executivâ. Sed de his latè dicemus *in tract. de Prædestinationibus*: & *suprà* aliquid dictum est.

Infr. lib. 7 & suprà lib. 3. nu. 321. & à num. 433. Lib. 6. à num. 232.

234 Rectus *usus* reducitur ad *quatuor* capita. *Primum* est, constituere Divinam Providentiam moralem, ne Deus dispenset Media, nisi de sorte & eventu mediorum præscius? *Alterum* est, constituere Deum liberum ad prædefiniendos efficaciter actus honestos Creaturæ: efficacia enim Decreti Divini ex præsuppositione Scientiæ Mediæ, sta manet attemperata libertati, ut maneat in lineâ putæ intentionis. *Tertium* est, offerre Deo motivum efficaciæ, in auxiliis, ut ex illo moveatur ad benefaciendum cui velit. *Quartum* est, ita Divinam constituere libertatem ad quamcumque volitionem liberam, ut indispensabili necessitate præcedat ad quamcumque liberam volitionem, in signo simpliciter apto, vel retrahere, vel movere.

Eod. lib. à num. 285.

Et lib. 7. num. 140. Lib. 6. à num. 330.

235 Ex hoc usu quadruplici, *primus*, à nemine, qui typis dederit scripta sua, clarè negatur: & ab omnibus, uno demptо, vel altero, clarè admittitur in Scholâ Societatis. *Alter* est communis contra Vazquez, & Asseclas. *Tertius* etiam à Vazquistis admittitur possibilis, & à me censetur, cum paucis, sed magnis Authoribus, necessarius. *Quartus*, paucis exceptis, est omnium Authorum Scholæ Nostræ. Quadruplicē hunc usum Scientiæ Mediæ latè mox illustrabo *lib. 6. & 7. in Tract. sequent.* Hæc modò de Scientiâ Mediâ satis sint.

Et lib. 7. à nu. 140.

Lib. 6. à num. 232.

TRA-

TRACTATVS SECVNDVS

DE DEO PROVIDENTE, ET PRÆDESTINANTE.

Tractatus arduitas, & difficultas.

RDVAM & omninò Lubricam de Divinâ Prædestinatione Materiam, scilicet Altitudinem *illam* Divitiarum Sapientiæ, & Scientiæ Dei, & Incomprehensibilia judicia ejus, *quorum admiratione perculsus exclamavit non semel Apostolus; Sapientiæ ipsius Divinæ per Scripturas alloquentis ductu, Fidei Sanctæ Lumine, Sanctorum Patrum, & Conciliorum ope, Theologorum Veterum, & recentium indefesso in hac studio ductus, & suffultus aggredior. Et quidem Prædestinatio,* (qui Scopus est,) *cùm sit species nobilissima Providentiæ, Hujus supponit considerationem, ut sui Generis: Hæc Prædefinitiones annectit: utrisque succedit, adjectâ speciali differentiâ, Prædestinatio: cui demum respondet ex opposito Reprobatio: quibus coronam dabit consideratio de Generali Beneficientiâ: quæ nos sensim ad sinum Auxiliantis Dei conducat. Egère de his è Sanctis Patribus inter alios speciatim, & optimè Fulgentius, Prosper, & Augustinus; Ex Scholasticis partim cum Magistro* in 1. dist. 40. & 41. *partim cum Sancto Thomâ* in 1. part. quæst 22. & 23. *ferè Innumeri: quorum in syllabo, neque gradu, neque censu numerātur inter postremos Nostri: quos inter eminet Molina*, in Concordia, & in 1. part. *Suarez*, quinque hac

Dispositio

Tractatores. Fulgētius Prosper Augustin. Magister & Thomas Interpretes. Molina Suarez.

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Vazquez. Montoya.

de re libris in Summâ, *Vazquez* tom. 1. in p.p. & *omniū instar* duplici justo volumine, id est, duplici *Sacræ Eruditionis*, & *Theologicarum Rationum* ærario *P. Didacus Ruiz de Montoya*: *ut subtilissimos Modernos omittam, quos opportunè Laudabimus in decursu tractatūs.*

LIBER SEXTVS

PROVIDENTIA DEI SECVNDVM SE seu Deus Providens.

Clemens Alexand.

1 SVNT *Quæstiones quædam* (ajebat meritò Clemens Alexandrinus 5. stromatum) *dignæ, quæ puniantur cujusmodi est quærere probationes: an sit Providentia.* Nomen ex *Pro*, vel *Procul*, & *videre* cōflatur, quasi *ante*, vel *pro aliquo visio*: & significat vel anticipatam rerum tam loco, quàm tempore distātium à cognoscente, notitiam: vel practicam rerum per apta media dispositionem ad fines suos. Eam in Deo, omnia *procul*, nempe *ab æterno*, nihil ut unquam, aut uspiam præter æternum ejus consilium accidat, ipsique fortuitum, intuente: & anticipatâ curarum æternitate singula singulis ad fines suos juxta uniuscujusque conditionem disponente, ex utroque hoc munere contemplamur in præsenti.

Ætymon vocis.

DISPVTATIO XXIX.

DIVINÆ PROVIDENTIÆ EXISTENTIA, Natura, Varietas, Attributa.

Leonard. Lessius.

2 ARGVMENTVM præsentis Disputationis cum victoriâ tetigit Noster Lessius: nisi quòd calamum ab Scholasticis curis de Providentiæ Divinæ (quam ex quindecim capitibus miré & pulcrè convicit) Definitione, & Attributis abstinuit.

SEC-

SECTIO I.

SVPPONITVR EXISTENTIA PROVIDENTIÆ.

Existentia de Fide & Evidens.

3 EXistentiam Divinæ Providentiæ, & ex Fide, & ex evidenti ratione supponimus potius, quàm probamus Ex Fide: Sap. 12. *Non est alius Deus, quàm tu, cui est cura de omnibus.* & 14. *Tu Pater Providens gubernas omnia.* Ex ratione: Nam omnia extra Deum, utpote perfectionis contingentis, ab ente simpliciter necessariò pendent, qui Deus est: & in Deo datur notitia omnium & rerum, & eventuum comprehensiva: & insimul voluntas liberè de rebus singulis disponens, & necessariò prudens atque adeò eas ordinans ad optimos fines: ergo & Providentia.

Quid de Monstris & Fortuitis? de Minimis?

4 Neque contra Dei Providentiam te terreant Monstra, & Fortuita: Utraque enim talia dicuntur, & sunt respectu causarum secundarum: respectu Dei, neutra: jure permittentis ad utilitatem universi eum causarum sibi adversan in colli sum, unde monstra prodeant: aut ōsciantiam, & insciitiam nostram: unde fortuita. Nec dedecet Deum, extendere suā Providentiam ad minima quæque: ubique enim, vel in *minimis* apparet *Maximus*, & ubique fons beneficientiæ, ordinans parva ad majora, & singula ad Summum, res alias aliis satis præferens in specialitate Finium & curarum.

De Bonis & Malis? De Permissione Peccatorū

5 Neque Piorum, & Impiorum mixtio, & disparitas quoad prospera in hoc mundo, arguit ullum defectum Providentiæ, erigentis exinde nos in contemptum caducorum, & in spem Bonorum cœlestium. Neque item permissio peccatorum: fit enim ad commune bonum, & ab Optimo Principe, qui, teste *Augustino*, *in Enchirid. cap 27. Melius putavit de malis bene facere, quàm nulla mala esse permitteret.* Quidquòd necesse est, peccatum esse possibile: forer autem impossibile, si Deus non posset honestè permittere: si autem potest, honestè Deus operatur permittendo, ut acutè colligit Card. Sforția *lib. 1. Theolog. Ass. nn. 194.*

Augustin. Cardinalis Sforția. De vicissitudine circa negotia, eventusque rerum Providentia nostra: Divina enim, quæ non semel in offensionem sui dissipat consilia

6 Neq; demū exinde redditur inutilis

Aranda de Deo.

gentium, & reprobat cogitationes Populorum, & reprobat consilia Principum, annexuit industriæ & curis nostris eventus: verum: plerumque; ubi est major justitia, & æquitas: plerumque ob altissimos fines; ubi tola major industria, & potentia Major. Sunt hæc de Regimine Mūdi, quod Divinæ Mentis est: & de quo Nos minùs, quàm è mediâ plebe rudis de regimine Imperii: nec magis quàm cæci de coloribus, decernere possumus, ut optimè ostendit Elizalde de Formâ veræ Religionis quærendâ, & invenienda. *In Primâ pār. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante. Elizalde.*

7 Pauca de his videndi *citatus* Lessius *lib. 1. de Providentiæ*: Ruizius *disp. 1.* Hemelmannus *tit. 2 disp. 1. cap. 1.* Raynaudus *in Theolog. naturali d stinct. 7.* & Esparza *lib. 1 quæst. 26.* Nos suppositâ sic, & probatâ jam satis Divinæ Providentiæ existentiâ, Naturam ejus speculamur. *Lessius. Ruiz. Hemelm. Raynaud. Esparza.*

SECTIO II.

DIVINA PROVIDENTIA ÆQVE essentialiter constituitur per actus Intellectus & Voluntatis: & definitur.

Thomistæ.

8 RESISTUNT Assertioni Thomistæ, Schotistæ, & Moderni nonnulli. Thomistæ, quòd sentiant, Divinam Providentiam adæquatè constitui per actum Intellectus: actum verò voluntatis extra essentialiter præcedere, aut sequi. *Schotistæ.* Schotistæ, quòd econverso sentiant, adæquatè constitui per actum voluntatis: actum verò intellectus extraessentialiter præsupponi. *Quirós.* Moderni cum Patre Quirós, quòd sentiant, ita præscindi posse & exprimi rationem Divinæ Providentiæ, ut simul præscindatur ab actibus Intellectus & voluntatis, licèt reipsâ requiratur uterque. Vides, in quo Authores conveniant: in quo differant: conveniunt in requirendo Intellectus, & voluntatis actus ad Essentiam Providentiæ: differunt in modo requirendi. Vnde Alarcon, & Arriaga, quibus plaudit Ribadeneyra, intulere, totam hic quæstionem esse de puro nomine. Quod Ego tam hic, quam in aliis, quæ Deum concernunt, controversiis, cum Patre Esparza non probo: positis enim semel Prædicatorum, quibus de est quæstio, & rerum definitionibus

Alarcon. Arriaga. Ribaden. Esparza.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

ex unanimi consensu, nulla de Deo Veritas, aut Legitima ejus consideratio, contemptibilis esse potest, aut parvi momenti. Quidquid tamen de his sit, Assertio nostra, quam apertè defendunt Bonavēcura, Molina, Lessius, Becanus, Herize, Ribas, Aldrete, Comptonus, Herrera, & alii,

Bonavent. *Molina.* *Lessius.* *Becan.* *Ribas.* *Herize.* *Aldrete.* *Compton.* *Herrera.*

9 Ostenditur primò: Authoritate Patrũ, quorum est *triplex* in hac re classis. Prima eorum, qui per actum Intellectûs explicant Providentiam; Altera eorum, qui per actum voluntatis; tertia eorum qui per utrumque: non ergo potest Patribus satisfieri nisi constituendo per actus utriusque potentiæ Providentiam: Nam, ut ajebat Ioannes Theologus *in Florent. sess. 21. fin Non debemus in Theologiâ rerum definitionibus aliter uti, quàm ipsæ significant, quàmque à veteribus accipi solent.*

Ioannis Theologi dictum in Florent.

10 Iam primæ classis sunt Dionysius *de Divin. Nom. cap. 12.* Boëtius *lib. 4. de Consol. prof. 6.* Augustinus *lib. 83. quæst. 31.* & Sanctus Thomas *hic quæst. 22. art. 1. ad 3. & quæst. 23. art. 2. & quæst. 6. de Verit. art. 2.* Audi ejus solùm verba *quæst. 5. de Verit. art. 1. Providentia includit & scientiam, & voluntatem; sed tamen essentialiter in cognitione manet.* Secundæ classis sunt Damascenus *2. de Fide cap. 29.* Idem Boët. *loc. cit.* Nissenus seu Nemesius de Animæ facultatibus *cap. 43.* sume solum verba Damasceni: Providentia est *voluntas Dei, per quam omnia, quæ sunt, aptè gubernantur.* Vide alia apud Doctorem Eximium *lib. 1. de Prædestinat. cap. 17.* Tertiæ classis sunt Boëtius *loc. cit* sic loquens: *Providentia est ipsa Divina ratio in Summo Principe constituta, quæ omnia disponit*: ubi manifestè includit actum & intellectûs, & voluntatis: nam dispositio, ad quam se extendit Divina Ratio, est actus voluntatis, medio quo Ratio extenditur ad opus. Augustinus *de Bono perfever. cap. 14.* sic definiens Prædestinationẽ, quæ est Species Providentiæ: *Præscientia, & præparatio, &c.* ubi per præparationem actum voluntatis manifestè significat, teste Sancto Thoma *in 1. quæst. 40. art. 2.* Tandem Sanctus Thomas hîc in limine articuli, dum dicit de Providentiâ: procedere se ad ea quæ respiciunt simul intellectum, & Voluntatem. Insuper *loc. cit.*

Dionysius. *Boeth.* *Augustin.* *Thomas.* *Damascen.* *Nissenus.* *Suarez.* *Boeth.* *Augustin.* *S. Thomas.*

ubi ait, Providentiam essentialiter manere non utcumque in cognitione, nempe speculativâ, sed in ipsâ ut practicâ: quod ab actu voluntatis habet, ut *mox ireru̇* explico. Non ergo cõciliari potest, aut salvari Patrum authoritas nisi per assertionem nostram.

Suprà lib. 1. à n. 316. & mox à num. 15.

11 Ostenditur secundò, ratione. Neque per solum actum intellectûs, neque per solum voluntatis actum, neque per præscisionem ab utroque, potest manere constituta essentia Providentiæ: ergo essentia Providentiæ nequit præscindere ab actu intellectûs, & voluntatis, sed includit utrumque. Probo antecedens, & primò quidem generaliter: da enim hominem, qui parùm noscat, quid omninò prosit, & quid obsit ad finem; nihil tamen de applicatione curet: hic certè non erit Providus, sed positivè improvidus; da alium, qui vel desideret applicare media, aut ea quasi fataliter applicet, nescius de eorum aptitudine, vel ineptitudine: neque hic potest prudenter dici Providus: ergo ex defectu vel solius notitiæ, vel solius applicationis deficit essentia Providentiæ: ergo consistit in utroque: neque enim deest rei essentia, eo solo deficiente, quod adæquatè distinguitur ab ipsâ. Probatur secũdò, per partes: & prima imprimis: Nam Actus intellectûs, secundùm se, & meræ speculativus, non sufficit pro constitutione Providentiæ, ut habetur ex terminis, & ex Sancto Thomâ suprà: ergo requiritur actus, ut practicus circa media. Nunc sic: ratio actûs practici circa media est ratio constituta per actum voluntatis. Ratio est: quia actus non habet rationem praxis, nisi ex conjunctione cum opere, vel ab exercitio; atqui id quo formaliter notitia conjungitur operi est decretum: in eo enim stat causalitas actûs in operari: ergo. Deinde secunda: quia per solum actum voluntaris non est quis formaliter præsciens, prævidens, aut prudens, ut patet: atqui per rationem formalem Providentiæ est, qui illã habet, est formaliter prudens, & præsciens; ut liquet ex nomine: ergo solus actus voluntatis non est tota ratio formalis Providentiæ. Tertia demùm: Nam quæcumque fiat præscisio vocum in constitutione Providentiæ, nequit præscisio fieri ab eo, quòd dispositio sit formaliter libera, & rationalis:

nãlis? atqui dispositio formaliter libera, & rationalis, formaliter dicit actum intellectûs, & voluntatis: ergo, &c.

Thomistæ.

12 Objicies pro Thomistis primò: Sanctum Thomam *loc. cit.* ubi ait essentia iter manere in cognitione Providentiam. Tum 1 *part. quæst 23. art. 2. ad 3.* ubi præparationem Augustini revocat ad actum intellectûs. Tum *in 1. dist. 40. quæst. 1. art. 2.* & ait *in Corp. Providentia est idem quod ars gubernativa rerum, quæ secundùm rationem sui nominis potest salvari in speculatione.* Secundò: quia Providentia est pars Prudentiæ: hæc autem unicè pertinet ad intellectum. Tertiò: sicut Ars est recta ratio factibilium: ita Prudentia est recta ratio agibilium; atque adeò Providentia erit recta ratio agibilium in finem. Nunc sic: licèt Ars perducatur ad effectum, medio Decreto voluntatis pertinet unicè ad intellectum: ergo licèt Prudentia, & Providentia perducantur ad exitum praxis, medio actu voluntatis, pertinebunt unicè ad intellectum?

S. Thomas. Augustin.

13 Quartò: Providentia est rationalis directio mediorum ad finem: id autem solius intellectûs est. Tùm quia id docet passim Sãctus Thomas. Tùm quia & docet Philosophus dicens 2. *Metaphi. cap. 2. Sapientis est ordinare*: unde ratione ordinis splendentis in operibus Naturæ, opus naturæ dici solet opus intelligentiæ. Tùm quia voluntaris, utpotè cæca, non est dirigere, sed dirigi. Tùm quia: Nihil aliud est ordinare, quàm conferre unum cum alio: sicut ergo illatio unius ex alio est opus intellectûs speculativi: practici, erit collatio unius cum alio. Tùm quia ordo rerum inter se prout sibi invicem congruunt, qui Artis est, pertinet ad intellectum: quidni ordo Mediorum ad finem: qui Providentiæ est? Tùm quia suprema intellectualium potentiarũ, seu potentia residet in intellectu: at ad supremam intellectualis Agentis spectat ordinare de agendis à se ipso: Sicut ad superiores spectat ordinare de agendis ab aliis. Tùm demum: quia facultas executrix, licèt ordinatè exequatur, non ordinat: ergo Voluntas, licèt ordinatè decernat, non ordinat.

Aristotel.

14 Quintò: quia Providentia necessariò importat actum intellectûs: ergo non importat quidditativè actum Voluntatis. Patet consequentia. Tùm quia non omnia, ad quæ requiruntur actus intellectûs, & voluntatis, per eos constituuntur ex æquo, ut patet in virtutibus moralibus. Tùm etiam, quia aliæ Divinæ Perfectiones nõ constituuntur ex diversis attributis. Tùm insuper: quia actus intellectûs, & voluntatis se habent ut prius, & posterius. Tum demùm: quia licèt Fides nequeat exerceri sine interventu voluntatis, est tamen unica, & unicè pertinet ad intellectum: ergo similiter Providentia. Hæc pro se *late* fundunt Ioannes à Sancto Thomã, Gonetus, & Godoy.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. *Thomasius Gonet. Godoy.*

15 Respondetur. Ad primum, quòd ex Authoritate Sancti Thomæ formatum: Dico eum, & alios Doctores, qui exprimunt in constitutione Providentiæ actum intellectûs, non exclusisse actum voluntatis, sed, intentos æthymologiæ expressisse, quòd Providentia ex parte constituit. Nec loca objecta obsunt. Primus optimam habet intelligentiam. Nam Sãctus Thomas duplicem voluntatem formaliter distinguit: aliam intentivam, seu circa finem: aliam formaliter executivam, seu circa media. Illã excludit formaliter à constitutivo Providentiæ: hanc formaliter requirit, dum ait, Providentiam manere essentialiter in cognitione, non speculativâ, sed practicâ: id est, non meræ considerante media, sed exequente: quæ ratio practici juxta Sanctum Thomam *quæst. 3. de veritate, art. 3. & in 1. dist. 40. quæst. & art. 1.* formaliter advenit cognitioni per voluntatẽ executivam mediorum. Secundus attingit duplicem acceptionem præparationis apud Sanctum Thomam: nam vel intellectualis est, vel affectiva: utramque autem requirit Doctor Angelicus cum Augustino ad rationem Providentiæ, ut patet ex *num. 9.* Tertius optimè distinguit in Providentiâ *quid nominis, & quid rei.* Et ait Sanctus Thomas, attento præcisè nomine Providentiæ, solùm exprimi actum intellectûs, & quidem purè speculantem: attentâ tamen efficaciâ significatâ per nomen, necessariò requiri cognitionem actu practicam circa media: quod *in vitâ Sancti Thomæ* à decreto voluntatis præscindi cum potest. Et hæc de mente Sancti Thomæ.

S. Thomas. *Doct. Ang. Augustin.* *Sup. lib. 1.*

16 Ad secundum, jure dicitur Providen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædest. unite.

dentia pars Prudentiæ, licèt hæc unicè consistat in actibus intellectûs; & non illa: nam ad hoc sufficit, ut Providentia essentialiter dicat aliquem, seu aliquos ex illis actibus, quos Prudentia in amplitudine suâ complectitur. Id quod sic accidit: nam ex octo actibus, quos Prudentiæ Divus Thomas attribuit 2. 2 *quæst.* 48. *art. unic.* Providentia, dicit ordinationem alicujus accommodi ad finem. Quidquòd dici non incongruè posset, satis annuentibus Aristotele 2. *ethic cap. ult. m.* & Sancto Thomâ, 2 2. *quæst.* 47. *art.* 8. Prudentiam licèt ratione sui nominis primariò stet in intellectu, partialiter tamen & secundùm esse, spectare ad voluntatem: Agens enim, intellectûs scientissimi, voluntatis tamen otiosæ circa consecutionem finis, imprudens est.

S. Thom.

Aristotel.

Ars, & Providentia comparantur.

17 Ad tertium: Inter Artem, & Providentiam est discrimen: nam Actus unicè sistit in judicio recto de modo, quo faciendum est artificium: quidquid de applicatione sit: unde qui peccat in artificio, quia vult, & non quia ignorat, non solet dici malus artifex: at Providentiæ perfectio non stat in solo judicio recto de mediis & modis, quibus finis intenti habenda est consecutio: stare enim potest maxima improvidentia cum tali judicio, si nempe quis nolit uti tali judicio, & applicare media. Vide quàm his consonat Sanctus Thomas 2.2. *quæst.* 47. *art.* 8. *Corp.*

18 Ad quartum, negetur minor. Ad primam probationem, dico apud Sanctū Thomā, duplicem ordinationem mediorum ad finem inveniri, intellectualem: quâ percipitur ordo proportionis, quem habent Media cum fine: & affectiva, quâ Media intellectualiter collata cum fine, referuntur ad ipsum practicè, & executivè. Utramque requirit Sanctus Thomas. Ad secundam, dico, quòd ordinare, conferendo repræsentativè * symetriam unius ad aliud, Sapientis est: ordinare verò, ita conferendo, ut ea symetria cognita voluntariè ponatur; & Sapientis, & Volentis est. Opus autem naturæ, dicitur opus Intelligentiæ, non quia non denotet in causis voluntatem, sed quia consideratur secundùm se & juxta ordinem admirabilem, qui primò rapit ad admirandam ideam Artificis; quæ tamen, sine voluntate, mansisset otiosa. Ad tertiam, Voluntatis non est dirigere, sed dirigi respectivè ad intellectum: est tamen, non dirigi, sed dirigere media ad fines suos. Nempe ostendere quâ, & quò eundum sit, intellectûs est: est verò voluntatis, ire per ostensam viam: & id est dirigere media ad finem. Ad quartam, dico, quòd ordinare unum ad aliud non stat præcisè in conferendo unum cum alio repræsentativè, sed etiam practicè, non sistendo in uno, sed transeundo ad aliud, quod præstat voluntas applicans media ad finis consecutionem. Ad quintam, jam dixi *num. præced.* Providentiam arti superaddere ultra intellectualem operis & mediorum comprehensionem, voluntariam determinationem eorum ad finem: quod voluntatis est. Ad sextam, etiam dico intellectualem ordinationem spectare ad primam potentiam, quæ mens est, non verò ordinationem reipsâ practicam & in effectu. Nec exemplum à Prælatis juvat: nam eorum potestas, vel jurisdictionis, vel dominii in voluntate residet. Ad ultimam, nego antecedens, & eo permisso, consequentiam: quia bene potest unius generis ordinatio supponere ordinationem alterius generis.

19 Ad quintum, concesso antecedente, nego consequentiam: ad cujus probationem, fateor non ideò Providentiam per actus intellectûs, & voluntatis ex æquo constitui, quia eos illa præcisè requirit, sed quia quolibet deficiēte, etsi per impossibile maneant cætera, deest inevitabiliter formalis ratio Providentiæ: quod non accidit in virtutibus moralibus. Ad secundam, nego quod generaliter assumitur: non enim est novum, perfectionem aliquam Dei ex duplici attributo coalescere, ut patet in Authoritate testificativa Dei, quæ jam ex communi Theologorum calculo post Cajetanum 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 1. §. *ad evidentiam horum*, ex Intellectûs Sapientiâ, & Bonitate Voluntatis exurgit. Ad tertiam, dico, frequens esse, quod ex entibus, habentibus inter se ordinem prioris, & posterioris, constituatur aliqua essentia. Exempla adeò sunt obvia, ut miror id objici à Thomistis posse. Ad quartam, nego consequentiam. Disparitas est: quia Fides ex essentiali ratione solùm habet assentiri propter dictum alterius, in quâ ratione

Cajetanus.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

ne præscinditur à causis: at Providentia ex essentiali ratione ultra notitiam addit procurationem finis per executionem mediorum. *Dices*: ergo oppositum Providentiæ non est ignorantia: nam id cujus oppositum est ignorantia, non est affectus, sed cognitio. Sequelæ autem falsitas patet ex Scripturis, & communi sensu. Nego consequentiam: id enim, cui oppositum est ignorantia, debet vel ex parte, vel ex toto esse cognitio, quod jam fatemur de Providentiâ.

Schotistæ, & Suarez

20 Objicies pro Schotistis, & Magno Suarez etiam primò: Providentia est formaliter libera: quod non convenit actui intellectûs, sed voluntatis. Secundò: Prædestinatio, quæ est species Providentiæ, consistit in actu voluntatis, ut liquet ex nomine. Tertiò: Scientia Dei dicitur dirigere ipsius providentiam: ergo formaliter extra ipsam est. Quartò: quia præsuppositò semel actu intellectûs, ex solâ positione voluntatis dicitur quis providus: ergo Providentia consistit in actu voluntatis connotante actum intellectûs. Quintò: licèt actus voluntatis supponat, & requirat essentialiter actum intellectûs, nō constituitur ex ipso: ergo similiter.

21 Sextò, & efficaciùs. Providentia præcisè, & essentialiter est intentionalis ordinatio mediorum ad finem, vi cujus ad certum finem manent præviè determinata certa media; atqui hæc intentionalis ordinatio nō consistit in actu intellectûs, sed præcisim in actu voluntatis. Ostendo primam hujus minoris partem. Tum quia Scientia Dei, eadem omninò maneret, sive hæc numero media ponerentur, sive non, sive nulla: ergo ea ordinatio non posset in Divinâ Scientiâ consistere. Tum etiam quia ordinatio mediorum determinatorum ad finem non est præcisè mediorum approbatio, & judicium de eorum aptitudine ad hunc finem: id enim de infinitis mediis præstat Dei Scientia, sed est mediorum, ut existant, & causent finem, determinatio: atqui hæc præ aliis ad existentiam: ergo, Ostendo secundam: per id præcisè ordinantur media ad finem determinatè, vi cujus media hæc præ aliis habent poni ad hunc finem: atqui id, vi cujus hæc habent, est præcisè actus voluntatis: ergo.

22 Respondetur. Ad primum, fateor Providentiam esse formaliter liberam in causando: quod convenit ipsi tam ratione intellectûs, quàm voluntatis: & esse etiam formaliter liberam in essendo, non verò secundùm omnes quasi formales rationes ipsius, sed secundùm unam, qui actus voluntatis est. Ad secundum: Prædestinatio, (de quâ *lib.* 8.) dupliciter sumitur, pro Electione ad gloriā, vel ut est species Providentiæ. Primo modo consistit in actu voluntatis. Secundo modo, in actu, & intellectûs, & voluntatis, ut definit vir Augustinus. Ad tertium, catenus Scientia Dei dicitur dirigere Providentiam, quatenus dirigit volitionem constitutivam Providentiæ. Ad quartum, fateor, præsuppositō actu intellectûs, & adveniente solo actu voluntatis constitui Providentiam, non tamen ex solo actu voluntatis, sed ex ipso, & actu intellectûs ad ipsum præsuppositō: sic præsuppositā materiā, & accedente formā Rationali constituitur homo ex utraque. Itaque sicut materia non præcedit ad hominem, sed ad partiale constitutivum hominis: ita actus intellectûs non præcedit ad Providentiam, sed ad partem ipsius. Ad quintum, nego consequentiam: quia actus voluntatis consistit in affectione, quæ quidditativè præscindit à repræsentatione.

Augustin.

23 Ad sextum, concessâ majori, de ordinatione formaliter prudenti, & infallibili, nego minorem. Consistit enim in utroque, sed diversimodè: quod notandum est. Consistit in actu voluntatis, quatenus dicit determinationem formaliter connexivam hujus numerō medii cum sui productione, & existentiā: Consistit in actu intellectûs, quatenus dicit vim causativam hujus numerō medii per modū dictaminis practici. Itaque mediorum existentia causatur, & ordinatur ab actu intellectûs, & voluntatis: per illum directivè: per hunc determinativè, & applicativè, & ex utroque coalescit prudens, & perfecta ordinatio. Ad probationem minoris, dico Scientiam Dei, eandem, & æquè mansuram in actu primo, non verò in actu secundo. Deinde eam non determinare formaliter, sed directivè. Demum licèt media ordinentur determinativè, & connexivè per actum voluntatis, directivè tamen, & per modum dicta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

dictaminis ordinantur per actum intellectûs: à quo formaliter venit, quòd illa determinatio voluntatis sit infallibilis, aut prudens prout ad Providentiam requiritur.

24 Vrgebis in speciem adversùs totam doctrinam conclusionis, & solutionis. Licèt Providentia, ut formaliter prudens, & infallibilis dicat constitutivè actum intellectûs, at non ut merè extrinsecè prudens, & infallibilis: ad id enim sufficit præsuppositio Sciētiæ: atqui Providentia non est cur sit formaliter, & intrinsecè prudens, sed solùm extrinsecè: quod probatur: Tùm à paritate aliarum virtutum moralium. Tùm, & maximè: quia Virtutes morales in Deo sunt intra lineam suam perfectissimæ, & tamen non sunt constitutivè prudentes, sed extrinsecè. Respondeo, sermonem semper esse debere relatè ad conceptus nostros, & extrinsecam præcisionem: & ratio specialis pro sic constituendâ Providentiâ est multiplex. Prima ex ipso nomine, quod *Præscientiam* sonat. Secunda: quia Providentia est pars prudentiæ, ut asseritur à Sancto Thomâ. *S. Thomas.* Tertia: quia Providentia spectat ad duplicem potentiam intellectûs, & voluntatis. Quid simile in virtutibus aliis? Quas inter, & Providentiam est illa magna disparitas, quòd virtutes sibi taxant speciem ex motivo, & in ordine ad ipsum consideratur tota earum perfectio, ad quam proinde extra essentialiter se habent denominationes prudentis, & aliæ prærequisitæ. At Providentia ex triplici ratione, quam dedi, concipi nequit nisi per actus intellectûs, & voluntatis constituta.

25 Objicies denique pro Modernis, *P. Quirós.* & Patre Quiros, & etiam primò. Potest abstractissimè concipi, & exprimi Providentia, sine conceptu, & expressione Actuum intellectûs, & voluntatis: ergo in suo quidditativo conceptu præscindit ab utroque. Consequentia patet: quia ideò animalitas v. g. quidditativè præscindit à Rationalitate: quia potest quidditativè concipi, & exprimi sine conceptu, & expressione Rationalitatis. Antecedens non patet minùs: quia per hunc conceptum: *Rationalis determinatio mediorum ad finem*: concipitur, & exprimitur Providentia: at per hunc neque concipitur, neque exprimitur Actus intellectûs, & voluntatis: ergo, &c. Secundò: supponatur efficax intentio finis: nunc sic: ea Scientia, quæ repræsentet media requisita ad hunc finem, in eâ suppositione, se solâ determinat intendentem ad eligenda media: quippe ea Scientia est incompossibilis cum omissione electionis, & mediorum: ergo se solâ est rationalis determinatio Mediorum ad finem: ergo se solâ est Providentia. Tertiò: Providentia vel actum intellectus, & actum voluntatis importat ex æquo, scilicet æquè principaliter utrumque, vel principaliùs alterum, vel in recto utrumque vel alterum in recto, & alterum in obliquo? Nihil ex his certò statui potest, nisi liberè discurrendo: nam ex unâ parte actus intellectus entitativè perfectior est, atque adeò principaliter esse debet in constitutione Providentiæ: ex alterâ actus voluntatis est quasi forma determinans, ut Sciētia secundùm se indifferens ad constitutionem Providentiæ, eam constituat; atque adeò debet esse principaliòr in complexo. Satius ergo est ab utroque actu præscindi in constitutivo formali Providentiæ.

26 Respondetur. Ad primum, distinguo antecedens: sine aliquo conceptu, & expressione Actuum intellectûs, & voluntatis, concedo: sine omni, nego: nunquam enim Providentia poterit concipi & exprimi nisi per conceptum, qui formaliter resolvi debeat in expressionem Actuum Intellectûs, & voluntatis: ex quorum nempe ratione formali habet quòd sit intentionalis determinatio Rationalis, & prudens. Ad secundum, dico multa fortè ab arguente supponi, quæ nimis falsa sunt. Nam imprimis nullus inter actus Divinos liberos est intrinsecus ordo, aut distinctio: quare intentio nequit præcedere ad electionem mediorum. Deinde nulla est in Deo volitio, quę non sit indivisibiliter intellectio, etiâ in sensu virtuali; neque ulla intellectio quæ non sit similiter volitio: ut ex fusè versatis *lib. 3. de Incarnatione disp. 1.* fit & inculcabitur, cùm opus sit: Vnde entitativè & virtualiter juxtà vera principia nequit ad constitutivum Providentiæ requiri ullus actus intellectûs, & voluntatis, quin necessariò imbibatur uterque. Factâ tamen extrinsecâ, & formali præcisione, (juxta quam hìc discurrimus) addo eam Scientiam in casu argumenti determinare ratione intentionis, vi cujus redditur formaliter incompossibilis cum omissione Mediorum, & electionis. Addo denique eam, nisi accedente formaliter electione mediorum, per quam curet de consecutione finis, non constituere Providentiam. *De Incarnat. lib. 3. disp. 1.*

28 Ad tertium: lis inter multos est fusè disputata, quæ tangitur in argumento. Mihi Levissima est: & censeo ita decidendam, ut Providentia æquè principaliter, & in recto dicat actum intellectûs, & Voluntatis. Neque obest excessus in entitativâ perfectione. Tùm quia hic inter Divina prædicata nullus est. Tùm quia in constitutione rei non tam attenditur prædicati perfectio absoluta, quàm respectiva, id est necessitas illius, ut res sit. Neque item obest, quòd actus voluntatis quasi determinet Scientiam ad essentiam Providentiæ: Tùm quia etiam Scientia determinat affectum, ut Providentia sit. Tùm quia quoquo modo se respiciant constitutiva rei, æquè res esse desinit ex alterutrius defectu, si essentialia sint; atque adeò æquè requiruntur. Illud de recto, & obliquo, si stemus Naturæ rerum, non potest hìc habere locum, aut rationem inter utrumque disparem: si stemus arbitrio loquentium, non curo.

Et ex Boëthio, & S. Thomâ.

29 Ex his facilis est Definitio Providentiæ. Placet illa quæ sumitur ex Magno Augustino: qui Prædestinationē, Providentiæ speciem, sic definit: *Præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur quicumque liberantur.* Ex quâ definitione, detractis his, per quæ Providentia descēdit ad speciem Prædestinationis, restat juxta mentem Augustini, & conciliatis Sanctorum Patrum dictis, formalis expressio, & definitio Providentiæ, sic: *Præscientia, & Præparatio mediorum, quibus à Deo Creaturæ diriguntur ad fines suos.* *Definitio Providentiæ Dei ex Augustin.*

30 Nec ideò displicent aliæ, sive quæ nis sic: *Intentionalis æterna, & summè Prudens ordinatio rerum in fines suos.* Sive quæ sumuntur à Boëthio, & S. Thomâ, sic: *Divina Ratio, quæ cuncta disponit*: seu *Ratio ordinis rerum in finem in mente Divina existens.* Non, *inquâ*, ideò displicent: quia bene Intellectæ non recedunt ab Augustino. Prima enim satis ex finis ter-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

minis exprimit Præscientiam Mentis, & Propositum Voluntatis. Neque eos actus dissimulant aliæ, quicquid Thomistæ, & alii velint, sed unus profundè insinuāt. Nam in ipsis *Ratio* non tam sumitur pro cognitione præcisè, ut vulgò & alibi solet, sed pro modo, vel Methodo in Deo existente ad Creaturarum regimen: sub quâ voce manifestè veniunt Actus & Intellectûs, & Voluntatis. Nisi velis sumi à Boëthio, & Sancto Thomâ Rationem in sensu Augustini, apud quem tā Actus Intellectûs, quàm voluntatis promiscuè sonat *Ratio*, ut ex Sancto Thomâ notavit Ægidius Lusitanus *lib. 4. art. 6. quæst. 10. art. 2.* Et hæc de Quidditate, & Definitione Providentiæ. *Ægidius Lusitan.*

SECTIO III.

DIVINA PROVIDENTIA QVOVSQVE claudat in formali suo conceptu Actus versantes circa finem?

31 TRia spectari possunt in Providentia. *Subjectum*, cui providetur: & hic est finis *Cui*: *Terminus*, ad quem dirigit; & hic est finis Qui: *Subsidia*, per quæ dirigit; & hæc sunt Media, de quibus latè dicemus *lib. 9. & toto tract. 3. de Auxiliante Deo.* *Infrà lib. 9. & tract 3. tot*

32 Noto duo. *Primum*: inter fines *Qui*, & esse Vniversalem, & esse Particularem: & inter particulares & esse intrinsecum, & esse extrinsecum. Vniversalis est qui semper & in omni Providentia à Deo intenditur: qualis est Dei Gloria: *Omnia enim propter semetipsum operatus est Dominus*, ait Sapiens. Particularis ècontra est qui non in omni Providentia intenditur à Deo. Particularis intrinsecus est, qui necessariò debet intendi, attentâ rei provisæ, & decreti providentis naturâ: talis est exitus Petri, semel præintenti. Extrinsecus est, qui attentâ rei providendæ naturâ necessariò non debet intendi: Talis est Beatitudo respectu nostri. *Secundum*: Id, quod respectu unius Providentiæ est finis *Cui*, aut *Qui*, posse esse respectu alterius Providentiæ Medium. Sic Providentia naturalis dirigit Creaturas ad fines naturales suos: & supernaturalis assumit eas Creaturas, earumque fines tanquam Media, ut ad Beatitudinis assecutionem inserviant homini.

Iam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

33 Iam, cùm dictum sit Providentiam essentialiter coalescere ex actibus Intellectûs, & voluntatis, & hi possint esse vel circa finem, vel circa Media: difficultas est, an actus versantes circa finem sint de essentiali constitutione Providentiæ? an verò solummodò sint extraessentialiter requisiti?

Lessius. Becanus. Herize. Ribas. Suarez. Montoya.

34 Quatuor Sententias invenio. *Prima* simpliciter affirmat: ita Lessius *lib. 11. de Perfection. Divinis cap. 2.* Becanus *hic cap. 13* Herize *disp 21. cap 4.* Ribas *disp. 1. cap 2. Secunda* simpliciter negat: ita Suarez *lib. 3. de Attr. b. cap. 10. & 1. de Prædestinatione cap. 18* Ruiz de Montoya *disp 4. sect. 5.* & tandem inclinat, expensis utrinque momentis opinandi, Martinonus *disp. 18. sect. 4. fin. Tertia* distinguit, & asserit Actus versantes circa finem *Cui* & finem *Qui* intrinsecum, & naturalem præsupponi formaliter à Providentiâ: actus verò circa finem Qui extrinsecum non præsupponi sed formaliter ingredi in Essentiam Providentiæ. Ita Moderni nonnulli. *Quarta* distinguit aliter, & factâ divisione Providentiæ in latam, id est, pro quavis dispositione prudentiali, nec temerè, nec fortuitò factâ; & in strictam, id est, prout sonat curam gubernativam rerum, & venit sub Augustinianâ definitione, quam secuti sumus, asserit actus versantes circa finem ingredi essentiam Providentiæ latæ: non verò Providentiæ strictæ: Ita Magister ingeniosus explicat Patrem Suarez, & cum Lessio conciliat; Eaque sententia mihi videtur utrinsque Doctoris, & vera: quam sequentibus pono, & illustro.

Martinon.

Magistri eû Suarez & Lessio.

Mens Authoris.

35 Prima Positio: loquendo *ex parte rei*, & de virtuali constitutione Divinæ Providentiæ, æquè eam essentiant actus versantes circa finem, ac circa media. Ratio est evidens juxta doctrinam, quam fusè, & solidè posui disputando de Ordine Decretorum, *tractatu de Incarnatione, lib. 3. disp. 1.* Nam ex parte Divinæ Voluntatis, per eundem virtualiter indivisibilem actum versatur Deus circa finem, & circa media, quin possit partitè procedere in exercitio Decretorum, aut unum habere ante, aut post aliud, quovis genere antecessionis, aut distinctionis ultra parèt formalem extrinsecam: ex parte Divini Intellectûs, per eundem simplicis intelligentiæ actum Deus sine ullâ virtuali distinctione comprehendit & fines, & media: ergo Divina Providentia ex parte rei, & juxta virtualem modum essendi, æquè claudit actus versantes circa finem, ac circa media.

De Incarnat. lib. 3. disp. 1.

36 Secunda Positio: loquendo ex *parte modi*, & relatè ad conceptus nostros, Providentia Divina latè sumpta æquè etiam essentialiter claudit actus versantes circa finem, ac circa Media: imò per utroslibet manet satis essentialiter constituta. Id assequitur, quantum assequor ex ejus discursu, Lessius: Neque id negat Doctor Eximius. Ratio primæ partis: quia Providentia latè sumpta nihil aliud sonat quàm dispositionem, neque temerè, neque fortuitò factam, aut conceptam; atque adeò prudentialem; atqui omnis actus Divinus est summè prudens, sivè circa finem versetur, sivè circa Media: ergo. Ratio secundæ: quivis actus divinus præcisim ab altero, habet quicquid essentialiter requiritur ad implendam definitionem dispositionis prudentialis, quæ sub latæ Providentiæ nomine venit.

37 Tertia Positio: Providentia Divina strictè sumpta, formaliter & ex modo concipiendi supponit; non claudit in formali tuo conceptu actus versantes circa finem sive *Cui* sive *qui*, sive intrinsecum, sive extrinsecum. Hæc est Mens Eximii unicè consona Augustinianæ. Neque enim Sanctus Doctor in Providentiæ definitivo conceptu clausit nisi præscientiam, & præparationem Mediorum. Ita etiam Præceptor Angelicus *passim*: præsertim *hic quæst. 22. art. 1. ad 3.* ubi hæc habet: *Providentia præsupponit voluntatem finis.*

Suarez. Angelus. S. Thomas.

38 Ostenditur primò, ratione, quam ex Nisseno, seu Nemesio de facultatibus animæ *cap. 42.* sumit & illustrat Eximius Doctor: sic concipienda est se habere Divina Providentia ab æterno ad res futuras, ut se habet objectiva Providentia, seu gubernatio, (quæ est ejus executio) in tempore ad res existentes; atqui Executio Providentiæ, seu Objectiva Providentia, vel gubernatio supponit res jam existentes: ergo etiam Providentia supponit ipsas formaliter ut futuras: ergo supponit formaliter voluntatem ipsas producendi, vi cujus sunt futuræ: quæ voluntas cùm necessariò sit prudentissima non caret fine, sed rebus, quas vult producere, certos præfigit: ergo supponit Providentia formaliter præfixionem certi finis: ergo non claudit actus versantes circa finem *Cui*, vel *Qui*. Hæc bene deseendunt ex primo Syllogismo: cujus major nititur in modo concipiendi nostro, colligēti ex ordine effectuum, ordinem formalitatum in causâ. Minor probatur: quia non dicitur gubernare Deus hominem, cùm producit; neque Filium Pater, cùm generat; neque Dominus servum, cùm emit: Providere igitur, seu Providentia supponit rerum, quibus provident, destinationem, & existentiam, atque adeò fines *Cui*, & *Qui*, & formaliter sistit in præscientiâ & procuratione Mediorum, per quæ finis Cui jungatur cum fine Qui.

Ratio P. Suarez, ex Nisseno.

Altera ex. Nemesio. Damascen. Ambros. Cyrillo. S. Thomâ apud Ruiz.

39 Ostenditur secundò, ratione, quâ excit. Nemesio, Damasceno, Ambrosio, Cyrillo, & Sancto Thomâ videndis apud Ruiz *disp. illa 4. sect. 5.* colligo, & formo sic. Diversæ formaliter, & mutuò adinvicem contradistinctæ sunt in Deo Ratio *Creatoris*, & Ratio *Provisoris*: ergo quæ sunt de formali lineâ Creatoris, nō sunt de formali lineâ Provisoris: neutra enim debet formaliter essentiari per alteram. Antecedens autem ponitur à citatis PP. & patet ex effectibus & eâ vulgari ratione: aliud enim est rem facere, & aliud ipsam gubernare. Nunc sic: atqui ad formalem lineam Creatoris pertinet præfixio certi finis: ergo præfixio certi finis supponitur, nec formaliter imbibitur in lineâ Provisoris: ergo Providentia formaliter supponit, & non dicit præfixionē certi finis, atque adeò nec actus versantes circa finem. Probatur minor subsumpta: Nam ad lineam Creatoris formaliter spectat quicquid formaliter requiritur ne rem temerè creet, sed prudenter: ergo formaliter spectat ad lineam Creatoris præfixio certi finis: sine quâ dispositio Creationis non posset esse prudentialis, & Deo digna. Neque dicas id intelligi de fine intrinseco, non de extrinseco: non, inquam, id dicas, nam id intelligi debet de fine omni cujus intuitu opus fit, & sine quo non fieret: ridiculum enim est rem ita facere propter finem (sive extrinsecus, sive intrinsecus sit) sine quo res non fieret, & præscindere in

Aranda de Deo.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

decreto rei à fine, qui movet, ut decernas.

40 Objicies cum Authoribus primæ Sententiæ, primò: Omnis actio, quæ propriè est propter finem, est effectus Providentiæ; atque adeò & prima rei productio, & ipsa res, cui providetur. Secundò: judicium ex fine ut consequibili per media constituit formaliter Providentiā: ergo & ipsa volitio finis, ut per media cōsequibilis. Et ratio est, quia sicut sine eo judicio processus ad media esset omninò imprudens, ita & sine illâ volitione. Tertiò: volitio finis dicitur de essentia Prædestinationis, imò & ipsa Prædestinatio: deinde etiam ipsa substantia Prædestinati dicitur Prædestinationis effectus: atqui Prædestinatio est species Providentiæ: ergo sicut ad illam formaliter spectant actus versantes circa finem utrumque Qui, & Cui: ita & ad hanc. Quartò: ipsa productio Creaturæ sumitur in medium ad existentiam; existentia in medium ad operationes: & per utramque multum consulitur, ac providetur Creaturæ, sicut incommodaretur plurimùm per destructionem: ergo etiam stando definitioni Augustinianæ, & nostræ, debent intra Providentiæ essentiam admitti actus versantes circa finem *Cui*, & *Qui*.

41 Respondetur. Ad primum, distinguo: est effectus Providentiæ latæ, concedo: strictæ: subdistinguo: Providentiæ, quæ sit stricta Providentia rei per illam actionem productæ, nego: quæ sit alterius rei, concedo: quod enim respectu unius Providentiæ est finis, potest respectu alterius assumi in medium, ut notavi *num. 32.* Ad secundum, Nego antecedens: illud enim judicium, & illa volitio præcedunt, & non constituunt Providentiam: quæ suppositâ formaliter rei intentione, & præfixione finis, tendit ad ejus gubernationem, & regimen. Nisi velis judicium de fine, ut per media consequibili, indistingui formaliter à judicio de mediis, ut aptis ad finem: hoc enim judicium spectat ad formalem essentiam Providentiæ. Ad tertium jam dixi *num. 22.* dupliciter accipi Prædestinationem. Primò: ut est species Providentiæ, & ut venit sub Augustinianâ definitione: & sic nego majorem, & quidquid in eâ continetur. Secundò: ut est electio efficax ad gloriam: & sic concessâ majori, nego mi-

Suprà nu. 22. & 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

norem, & quod infertur. Quidni etiam ita distinguis, & accipis Providentiam? *Inquies.* Dico jam aliter distinxisse me pro Me, & pro Suarez, qui hîc pro utroque respondet, rationem in ipsis vocibus elucere: dicimus enim Deum prædestinare Petrum; non dicimus Petrum providere, sed Petro. Ad quartum admisso antecedente de Providentiâ latâ; nego de strictâ: neq; enim res dicitur gubernari, dùm sit; licèt ipsi sit maximum bonũ, fieri.

42 Objicies cum Authoribus tertiæ sententiæ, etiam primò: quia præfigere finem extrinsecum Creaturæ, utpotè arbitrarium præfigenti, jam est ipsam gubernare: cùm gratiosè dirigatur ad finem sibi alioqui negabilem: id quod patet in directione cæci merè extrinsecâ, quem tamen licèt non manuducamus, gubernare dicimur. Confirmatur: executio finis extrinseci est effectus strictæ providentiæ: quis enim neget, spectare ad Providentiam Dei gubernatricem exequi gloriam post merita? Ergo sicut Divinæ Providentiæ series, & ordo quasi claudit decretis executivis finis extrinseci, ita debet formaliter incipere ab intentivis ipsius.

43 Secundò: strictæ Providentiæ est causare finem per media: ergo & intendere finem: ejusdé enim virtutis, cujus est proprium assequi finem, propriissimum esse debet ipsum intendere. Tertiò: stricta Providentia eligit media propter finem: ergo & intendit finem propter se; Nam intra sphæram ejusdé virtutis Theologicæ, cujus est amor proximi propter Deum, continetur amor ipsius Dei propter se.

44 Quartò: finis extrinsecus potest, & solet esse merè arbitrarius præfigenti, & rei simpliciter indebitus, & supernus: ergo talis finis præfixio non spectat ad lineam creationis, aut creatoris. Antecedens patet in ipsâ Beatitudine. Consequentia probatur. Tùm quia totus ordo creationis, aut Creatoris separari potest ab hujusmodi finis præfixione. Tùm, & maximè: quia si præfixio finis superni, qualis est Beatitudo, spectaret formaliter ad lineam Creatoris, ut nos contendebamus *num.* 39. ipsa Beatitudo, & destinatio ad ipsam, contineretur intra dona creationis: quod Pelagianum est, cùm sit maxima Gratia: ergo non spectat formaliter ad lineam Creatoris, aut creationis: ergo formaliter non supponitur, sed spectat ad lineam specialiter Provisoris, & Providentiæ: Linea enim, quæ creationem immediatè sequitur, gubernatio est: ergo præfixio finis extrinseci, non supponitur sed formaliter spectat ad lineam Provisoris, & Providentiæ: ergo, &c. Hæc, quamvis alioquin ingeniosa, non premunt.

45 Respondetur. Ad primum, nego antecedens. Licèt enim arbitrarium sit præfigere hunc, aut illum finem Creaturæ, dum fit; non est arbitrarium finem aliquem præfigere, cùm necessarium, sit Prudenti Creatori, finem præfigere suo operi. Potest se beneficum Creatorem ostendere in præfixione certi finis; nondum verò strictè gubernat. Neque recursus ad directionem cæci valet: earenus enim eum dicimur gubernare, quatenus in viâ ponimus, quâ tendat ad terminum. Neque etiam valet recursus, qui fieri solet ad Patres humanos, qui jam tum maximè dicuntur gubernare Filios, cùm præfigunt certum finem, aut statum vitæ. Tùm quia talis status designatio potiùs est præparatio Mediorum, quàm designatio finis. Tùm quia etiam talis designatio potiùs spectat ad Patrem, quâ Pater est, quàm quâ gubernator est Filii. Quidquòd in his, ubi electio status, aut finis, subjacet arbitrio ipsius gubernandi, atque adeò consilio, nihil mirum, si designatio spectet ad regimen ipsius. Ad confirmationem, fateor executionem finis esse effectum strictæ Providentiæ: eò enim tendit Præscientia, & præparatio mediorum, in quibus essentialiter stat formalis ratio Providentiæ: Tamen ipsa executio finis facta ex vi mediorum, licèt quasi claudat Providentiam, extraessentialiter verò, & consequenter: idemque estò de decreto executivo finis ad exigentiam mediorum: unde modo pari spectat ad Providentiam finis intentio, & executio, scilicet extraessentialiter: sed illa antecedenter, hæc consequenter.

46 Ad secundum, patet ex nuper dictis. Addo duo. Primum: strictæ Providentiæ esse formaliter causare media, quibus finis deinde causetur: non verò finem ipsum causare, sed ad summum effectivè, & mediatè. Alterum: fallere plerumque principium, quo præfidit adversarius: plerumque enim spectat ad virtutes diversas intendere finem, & finem assequi. Sit exemplum in Pœnitentiâ, cujus finis est indemnitas à peccato, seu bonum pacis cum Deo: & hunc finem assequitur Charitas.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

47 Ad tertium, distinguo imprimis antecedens: eligit media propter finem, practicè, & virtualiter, quatenus eligit media utilia ad finem, præsuppositâ formaliter intentione finis, concedo: eligit media propter finem, formaliter, quatenus se ipsâ finem simul intendit, nego. Nec aliter Providentia dicitur intendere finem, nisi virtualiter, quatenus concipitur procedere ad Media ex intentione finis, & practicè, quatenus formaliter viam expedit ad finem in exhibitione Mediorum. Nec ad rem videtur exemplum: virtutes enim quæ primario, sunt & specificantur ex objecto formali, habent necessariò, posse in ipsum tendere propter se: id enim est specificativum earum: at Virtutes quæ præcisè sistunt in Mediis, qualis est Providentia, importunè retrogrederentur ad fines propter se intendẽdos. Quicquòd Providentia est virtus consistens in actu potiùs, quàm in habitu: deque eâ proinde discurri non debet, ut de habitus amplitudine solet.

48 Ad quartum, quod me aliquandò movit, dico, aliud esse, quòd favor numerandus sit intra dona Creationis, in sensu Pelagii: aliud, quòd separari possit à lineâ Creatoris abstractè sumptâ: & aliud, quòd pertineat ad lineam Creatoris, ut contradistinctam à lineâ Provisoris. Numerari intra dona Creationis in sensu Pelagii est, favorem Naturæ deberi, spectatis jure & creatione, ac entitate ipsius Naturæ. Separari posse à lineâ creatoris abstractè sumptâ est, quod sonat, fungi suo munere Creatorem posse sine tali favore. Pertinere ad lineam Creatoris, ut contradistinctam à lineâ Provisoris est, esse favorem, qui licèt numerò omitti posset à Ceatore, reddatque ipsum proinde specialiter beneficum, tamen omitti non potest, si habendus est, ex ipso manere creatoris, ne opus condat imprudenter, & præcisim à fine sine quo non conderet. Ex his, concesso antecedente, distinguo consequens: non spectat ad lineam creationis, aut Creatoris, primo & secundo modo, concedo: tertio, nego. Ratio & linea Provisoris formaliter supponit Rei gubernandæ existentiã decretam, & quidem eâ prudentiæ perfectione, à quâ præscindi non potest in munere perfecti Creatoris. In hac autem perfectione prudentis Creationis formaliter imbibitur finis operis, quod decernitur.

SECTIO IV.

PROVIDENTIÆ DIVINÆ VARIETAS: ubi specialiter de Naturali, & Supernaturali.

§. I.

MULTIPLICITAS PROVIDENTIÆ.

Providẽtiæ Divisio.

49 PRo varietate rerum, quibus Deus providet: Finium, ad quos providet: Mediorum, per quæ providet, & modi, quo providet, oritur multiplex Providentiæ Divinæ varietas. Celebriora membra percurro. Dividitur primò in *Physicam, & Moralem.* Secundò in *Necessariam, & Ultranecessariam.* Tertiò in *Naturalem, & Supernaturalem.* Quartò subdividitur Supernaturalis in *purè sufficientem*, quæ propria est Reproborum: & *Efficacem*, quæ Prædestinatorum est propria.

Quid Physica?

50 Physica Providentia (quæ tamen subjectivè, & prout in Deo, ex suo conceptu semper Moralis est,) est, quæ versatur circa effectus purè physicos, prout omni moralitate, & libertate distitutos: eaque se extendit ad omnes creaturas, quas nempe Deus gubernat, conservans ipsas, ipsisque præparans concursum ad effectus physicos ipsis connaturales, aut debitos. Moralis est, quæ versatur circa Creaturas Rationales quoad actiones liberas morales: eaque præter conservationem & præparationem concursûs sufficientis addit consilia, præcepta, promissiones præmiorum, pœnarum minas. Alii aliter explicant, ut Moralis Providentia sit, quæ versatur circa substantias Rationales: quæ, circa alias, Physica: præcisim ab utrarumque operationibus: quia in subjecto Rationali omne genus operationum, à Deo ordinatur ad libera honestas operationes. Verùm in hoc sen-

Quid Moralis?

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

su etiam Providentia, quæ versatur circa substantias irrationales, deberet absolutè dici Moralis, quia & eas, & earum operationes Deus ordinat, ut homo operetur honestè. Quòd si dicas, non ita ordinari per providentiam præcisè intentam, & sistentem in substantiis irrationalibus: æquè dicetur, neque Rationalium operationes physicas ordinari ad honestas, per providentiam præcisè intentam, & sistentem in operationibus purè, vel prout physicis. Quare prior explicatio, uti communior, ita potior est.

Quid necessaria, & ultraneccssaria?

51 Necessaria Providentia est illa, quæ præcisè procurat Finem per media, sine quibus vel in se, vel in æquivalenti comparari non posset. Itaque nihil præstat, nisi quod præcisè necessarium est. Ultra-necessaria, (quam nempe Deus circa aliquos exercuit, & exercet) est, quæ circa finis procurationem superaddit gratiosè subsidia, sine quibus etiam posset obtineri finis.

Quid Naturalis, & supernatural?

52 Naturalis Providentia est illa, quæ præcisè se continet intra sphæram Mediorum, & Finium Naturalium. Supernaturalis, quæ versatur circa supernaturalem Finem, aut Media. Quare Providentia Naturalis, neque finem habet Supernum, neque Superna Media: unde si vel ad finem Supernum ordinaret media naturalia, non esset purè naturalis: neque si media supernaturalia adhiberet ad finem alioqui naturalem.

Quid purè sufficiens? & Efficax?

53 Purè sufficiens Providentia, ratione *finis Qui* dici potest, & *ratione modi*. Ratione finis *Qui*, quatenus, ostò adhibeat media ex se sufficientia ad consecutionem finis, eum non assequitur, ut patet in Reprobis. Ratione *Modi*, quia licèt procuret finem per media alioquin efficacia, & quæ prævidet effectum habitura, illa præcisè exhibet, quia secundùm se sufficientia. Efficax Providentia etiam dicitur, & ratione finis Qui, quia eum assequitur, ut patet in Prædestinatis: & ratione modi, quia media dispensat per decretum tendens ad ea, prout, & quia efficacia, & connexum cù eorum eventu. Nota, quòd licèt Providencia possit esse purè sufficiens, seu inefficax circa finem, debet tamen efficax esse circa Mediorum exhibitionem.

54 Et siquidem de aliis Providentiæ membris frequens erit in sequentibus sermo, placet, quando hic sumus, quasi in antecessum evolvere, quæ Naturalem Providentiam concernunt, eamque cum Supernaturali conferre. In quo sunt nonnullæ quæstiones à Modernis post Quirós, Sfortiam, & Esparzam exagitari hic captæ, nec scitu indignæ.

Quirós. Card nalis Sfortia. P. Esparz.

§. II.

NATVRALIS PROVIDENTIA CVM Supernaturali confertur.

Naturalis in quo differat à supernaturali

55 PRima *Quæstio*: an Providentia Naturalis subjectivè, & intrinsecè differat à Supernaturali, an purè effectivè, & extrinsecè? Communis Recentiùs sensus videtur in differentiam subjectivam, & intrinsecam vergere, nixus virtuali multiplicitate Decretorum; quorum cum aliis putant connecti Naturam, non verò cum aliis. Ipse ex contrario fundamento *jamdiu* nego, & assero Providentiam Naturalem purè solùm extrinsecè, & effectivè differre à Supernâ: Neque enim aut ex parte actuum intellectûs, aut ex parte actuum Voluntatis datur in utriusque Providentiæ constitutivis ulla distinctio præter purè formalem, & extrinsecam ex ordine ad diversos effectus. Quòd si communiter dicitur Naturam, & Naturalem ordinem non connecti cum decreto supernaturalium entium: intelligenda est communis opinio sicut ordo naturalis nō connectatur cum Superno, atque adeò, neque exigat in Providentiâ pro se formaliter requisitâ, sibique simpliciter necessariâ decretum ullum inductivum Entium Supernorum.

56 Inferes Providentiam Naturalem, talem dici denominativè, & ratione termini, quocum formaliter comparatur. Nam in re neque Naturalis est, neque Supernaturalis, sensu quo has voces ex Patribus, & Conciliis accipit solidior Theologia: Neque enim Supernaturalitas, aut naturalitas Theologica excedit lineam entium creatorum. Quòd si Deus dicitur aliquando, Supernaturalis, alio sensu dicitur, nempe sensu insinuante ex-

Excellentissimum esse, cui necessariò sub sunt omnes possibilium ordines tam Supernì, quàm Naturales. De his verò dicendum in speciali tractatu, cum res feret, & Deus volet.

1. 2. Tract. de Supernat.

Providētia Naturalis quousque connexa sit cum Bono Naturæ?

57 Secunda *Quæstio*: an Providentia Naturalis, ita essentialiter sit connexa cum bono Naturæ, cui providet, ut saltem in æquivalenti nequeat ab ipso separari? Et quærere, an Deus Metaphysicè necessitatus sit ad unum è duobus, nempe vel ad servanda jura, & exigentias inditas Naturæ, vel ad compensationem saltem æqualem boni, quo privat? Affirmantem partem latè propolui, & cum Esparzâ tenui *lib. 2. de Incarnatione disp. 2.* & denuò assero.

Lib. 2. de Incarnat. disp. 2. cū Esparza.

58 Ratio fundamentalis à posteriori inter alias fuit: quia alioquin inexplicabiles sunt in rebus exigentiæ, & in nobis illa securitas, quâ ex suppositione causarum naturalium indubitanter expectamus effectus connaturales. Ratio à congruenti: quia nō aliter operatus est Deus hucusque contra exigentias rerum, nisi factâ compensatione per æquale bonum, aut majus. Ratio inter alias etiam à priori: quia ex Augustino Deus *non est Potentia temeraria, sed Sapientiæ virtute Omnipotens*, quam proinde, ut loquitur Scriptura, *effudit super omnia opera sua, nihil eorum, quæ fecit, odio habens*, sed singula medio amore producens, elicitè proinde rebus appetenti, & quantum potest, donanti, quicquid ipsæ res innatè sibi appetunt juxta ordinem, quē habent in ideâ Divini Dictaminis, cui necessariò Deus se conformat in operando. Vide *loc. cit.*

Augustin.

Latissimè loc. cit. de Incarnat.

An Naturalis sine recursu ad miraculosam Beneficat

Cardinal. Sfortia. P. Quirós.

Rationes affirmandi.

59 Tertia *Quæstio*: an Providentia purè Naturalis, & sine recursu ad supernam possit esse specialiter beneficà, & gratiosa? Videntur nonnulli negabitanter affirmo. *Primò* ex naturali instinctu nobis indito recurrendi per preces, & orationes ad Deum, ubicumque premimur, & egemus: qui naturalis instinctus, foret omnino otiosus, nisi supporetur in Authore Naturæ citra sphæram miraculosam: quæ naturaliter non occurrit hominibus, vis illa beneficiendi, & superaddendi gratiosè beneficia: ut enim habet frequenter Augustinus oratio est clarissima Gratiæ manifestatio. *Secundò*: quia quoad dotes, & dona naturalia multi multis præeminent: quorum magna quoad ea disparitas reflci nequit nisi ad circunstantias unicè pendentes à determinatione causæ primæ, earum supposito hoc rerum cursu, & nexu causarum: quòd enim hoc individuum sit in hoc loco, ab his causis, hoc tempore, Dei solùm determinantis est: cujus omninò liberam, & gratiosam determinationem sequitur plerumque longa catena commodorum, vel incommodorum circa tale individuum. *Tertiò*: quia ex terminis ipsis fieri videtur, Naturæ Principem habere Thesaurum Bonorum intra lineam sui principatûs, & quin recurrat ad Impensas extraordinarias alterius sublimissimi Ordinis, ex quo prò mere posse vel ad obsequia naturalia remuneranda, vel ad fovendam fiduciam, vel ad clamores precantium benignè exaudiendos & implendos.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

Explicatur modus

60 Est tamen difficultas in explicando modo, quo citra miraculum, & purè intra naturæ ordinem hanc beneficientiam exerceat Deus? Hi mihi arrident. *Primus* distinguendo duplex genus bonorum Naturalium. Alia enim sunt Naturæ determinatè debita: nempe quæ ipsi insunt, vel sequuntur ex determinatâ causarum exigentiâ: alia sunt indeterminatè, & vagè debita; quæ nempe proveniunt ex indeterminatâ causarum exigentiâ, in operationis determinatione pendentium à supremo Naturæ Principe: sicut enim in humanâ Republicâ sunt quæ Princeps determinatè debet, & sunt, quæ solùm debet indeterminatè: ita ut respublica non exigat hanc partem potiùs quàm illam, & determinatio spectet ad Principem; ita in Totius Naturæ Republicâ esse debent bona, quorum determinatio spectet ad Principem Deum: quò tecidunt circunstantiæ loci, Temporis, Individuationis, & aliæ, ex quibus sic vel aliter positis scaturit fons magnæ beneficientiæ. Nam sine recursu ad miraculum, Naturæ exigenti v. g. indeterminatè aliquod bonū, aut ubicationem, aut directionem actionis, determinat Deus pro libito hoc grandius aut levius bonū; hanc ubicationē multis favorabilem, aut nocivam, hunc motum & ejus directionem: in quibus est locus magnis beneficiis, ut patet.

Primus.

Secun-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Secundus:

61 *Secundus* est: Removendo, & compescendo plerumque prohibens. Ad cujus modi intelligentiam, noto esse aliquas operationes, quas quodlibet Agens spirituale facere potest circa motum Localem Corporum. Obediunt enim & subsunt Spiritualibus Agentibus Materiales Substantiæ circa motum Localem, ex quo plura sequuntur vel commoda, vel incommoda: sed hæc potestas spiritualium in res corporeas ex ipsâ Naturæ exigentiâ tanta non est, ut possit esse vel frequens, vel inversiva Naturalis cursûs in causis notabiliter: periret enim securitas nostra, & pessumdaretur inductio philosophica: Tanta tamen est, ut plerúmque plurimum damni ferat, vel favoris: Id quod ex peccato maximè crevit, permissis Dæmoni multis circa naturalia per quæ nocere possit, vel favere. Potest ergo Naturæ Author, qui supra omnes Agentes Spirituales est, pro libito compescere potestatem eorum, ne noceat, aut dirigere, ut faveat: in quo non potest non exercere magnam beneficientiam.

Tertius:

62 *Tertius* est: juvando positivè naturam, & nullâ exigentiâ præsuppositâ agere, quæ alioquin agentis purè naturalis sunt. Neq; enim quæcumque operatio, quæ fiat à Deo præter exigentiâ, aut nullâ exigentiâ præsuppositâ, jam eò ipsò censeri debet supernaturalis, & miraculosa: Neque enim mirabilis est actio, quæ exæquari potest ab aliquo agente naturali, licèt facta à mirabili Artifice: sicut opus factum à Magno Artifice, quod tamen à gregario fit, non est mirabile. Mirabile certè foret, quòd Naturæ Authori non liceret ea facere, quæ ipsa natura præstare potest: potest igitur Deus multa facere gratiosè, id est, nullâ exigentiâ præsuppositâ, quin miraculosè procedat: in hoc enim non tam se gerit quasi Reipublicæ Principem, quàm ejusdem quasi privatum civem. Vtroque igitur hoc modo nempe vel juvando positivè Naturâ in concursu agentis validioris aflictam, vel operando quæ alioquin aliis agentibus spiritualibus circa corporea licet, vel quæ possent aliæ causæ naturales; exercere frequentissimam, aut vindictam, aut beneficientiam intra Naturæ ordinem.

Dubium incidens.

63 Inferes ex his solutionem illius dubii, quod multos hîc vexat, & maximè Patrê Quirôs, quomodo scilicet præcisim à fide supernaturalium, orare possimus, aut quid oramus, cùm nempè serenitatem, Cœlo pluvio; pluviam, sereno Cœlo; valetudinem, ægris, & alia id genus, petimus? Videmur enim petere unum è duobus, aut quòd exigentiis præsuppositis oriundum est: & hoc est stultum: jam enim aliàs fiet: vel quod ipsis adversatur: & hoc est miraculum. Dico igitur, aliquando petere nos quod aliquin oriundum est ex exigentiis præsuppositis: & sine stultitiâ; quia misceri potest maximum beneficium Dei permittentis prohibens, aut removentis: Plerumque petere, quòd ex bonis indeterminatè debitis, ex quibus plerumque serenitas, pluvia, valetudo, & alia pendent, faciat Deus determinationem favorabilem nobis: Plerumque petere nixos illâ, verâ persuasione quòd Deo modi suppetunt sublevandi nos, & intra naturæ ordinem varii, & citra miraculum miti. Non autem est opus, recurrere ad miracula, ut plenè fiat satis instinctui naturaliter orantium, & precantium.

P. Quirôs.

Nô placet.

64 Consultò præterii discursum, & modum, quo, cæteris impugnatis, conatur hæc explicare Pater Quirôs *d. sp. 2. sect. 3.* recurrens unicè pro his ad primariam, & originariam rerum, & causarum dispositionem, & concatenationem liberè à Deo institutam, & factam, ita tamen, ut ab initio per hujusmodi dispositioné voluerit his potiùs favere, quàm illis, & anticipare hanc peristasim rerum potiùs, quàm illam ex intuitu precum, & orationum, quas ab æterno vidit fundendas à Petro v. g. vel pro salute, vel pro serenitate, vel pro pluviâ. Nec aliter potest Deus in tempore bene facere sine recursu ad miracula, neque statutâ causarum, & eventuum catenam aut rescindere, aut solvere, aut ampliare. *Hæc Quirôs.*

Impugnatur.

65 Imprimis nemo negat exinde petendam magnâ ex parte beneficientiæ Divinæ dispensationem. Deinde verò ita ligare Naturę cursui Naturę Principem, ut nihil ipsi jam ultrà liceat, est ipsum cogere ad magnas angustias. Tertiò: licèt Deo liberrima fuerit hæc dispositio, & hic causarum nexus, tamen non ita quoad omnia fuit Deo liberum, mundũ, & ejus causas disponere: Vniversum enim, ut sæpè dixi, est adinstar magni corporis habentis in Dictamine Divino suam ideam, quam Deus transgredi nec vult, nec potest. Quartò: quia discursus est prorsus inutilis ad id, ad quod instituitur, nempè ad salvandas preces, & orationes hominum. Tùm quia preces, & orationes sunt alligatæ huic peristasi causarum, & rerum, quâ premitur, & affligitur, qui orat: ergo prævidentur à Deo alligatæ nexui rerum, cui citra miraculum per te negari nequit effectus, qui ab orante timetur: quomodo ergo dispositio causarum fieri potest ad intuitum talium orationum? Tùm etiam: quia quid petis à Deo, cùm sereno Cœlo, pluviam petis? Non certè primariam dispositionem causarum, sed novam: & quæ juxta rerum exigentias impossibilis est: si ergo modo miraculosè procederet Deus inducendo nubes, per te: Quidni etiam & ab initio?

An Naturalis stare sine supernaturali possit? Cardinal. Sfortia. Affirmandum cõtra Bajum, & Jansenii.

66 Quarta quæstio: An Providentia Naturalis stare possit in Deo sine miraculosâ, & supernâ? Negare visi sunt aliqui apud Sfortiam *disp. 2. de Actib. Human. quæst. 2. art. 2. à num. 5.* Quorum opinio mihi *jamdiu* visa est convenire nonnihil cum erroribus Baii, & Jansenii. Quare etiam indubitanter affirmo. Primò: quia status purè Naturæ possibilis est: ergo & Providentia purè naturalis. Consequentia patet. Nequit enim esse possibilis status puræ Naturæ, si Providentia sibi necessariò requisita, secum ferat Providentiam supernam, & elevantem, ut patet ex ipsis terminis. Antecedens autem statuitur contra Bajum, & Jansenium: & ab authoritate, & ratione convincam *tractatu 3. lib. 10. infrà lib. 10. num. 9.* Secundò: quia mutuus iste essentialis inseparabilitatis nexus destrueret Providentiam utramque: dona enim utriusque Providentiæ necessariò manerent, vel omninò naturalia, vel omninò supernaturalia. Tertiò: quia ad hujusmodi nexum sine fundamento feruntur, & per apertam implicantiam terminorum. Fundantur enim maximè in eo quòd Author Naturæ non debet inexorabilis fingi, nec tamen posset annuere seriis precibus supplicantium sine recursu ad miracula. Hic, *quorum*, discursus, præterquam nullus jam est *ex præcedenti quæstione num. 65.* sibi contradicit: quia

vel est necessaria Authori Naturæ exorabilitas, ut nobis est necessaria orationis indigentia, vel non? Si secundùm: (quod jam negant.) frustrà discurruot. Si primum: ergo non minùs debet esse necessaria Authori Naturæ benefaciendi potestas: nemo enim tenetur ratione muneris, quod intra lineam talis muneris impossibile ipsi est. Implicat ergo velle Deum intra munus Authoris naturalis exorabilem, & intra ipsum prorsus sterilem, & impotentem benefacere.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Objicitur rem ssio Peccati in statu puræ Naturæ.

67 Oppones: Providentia naturalis stare nequit sine Providentiâ remissivâ peccati; atqui Providentia remissiva peccati est supernaturalis: ergo stare nequit naturalis sine supernaturali. Minor patet: quia nihil majus, aut superius, & magis indebitũ excogitari potest, quàm remissio injuriæ factæ maximo Principum. Major probatur: quia si Providentia Naturalis, in quâ necessariò cadunt voluntates lubricæ, & facilè peccabiles, stare potest sine remissivâ peccati, Homo naturaliter maneret in statu desperationis, commisso semel aliquo peccato: id autem est absurdissimum. Tùm quia omni hominum geneti ex instinctu Naturæ insitum est recurrere ad Deum pro remissâ peccatorum: ergo quia Deus ex instinctu naturæ concipitur remissor injuriarum, & placabilis: ergo Deus, ut Author naturæ, potest remittere peccata: ergo Providentia Dei ut Authoris Naturę est Providentia remissiva. Tùm demum: quia Princeps implacabilis est Princeps omninò devians à concepru, qui formatur à nobis de Deo nostro Principe Clementissimo. Confirmatur: quia Providentia supernaturalis stare nequit sine Providentiâ naturali: ergo similiter è converso.

Communis solutio per extrinsecam condonationem. Non est vera. Ripalda. Ant. Per.

68 Communis solutio est, Providentiam Naturalem stare quidem non posse sine remissivâ, per condonationem extrinsecam; bene tamen sine remissivâ per congratiam, & supernaturalia dona: hanc ait fore supernaturalem; non illam: Author enim Naturæ condonare potest injurias, modo cæteris Principibus pervio, licèt intra lineam naturæ gratuito: id quod illustrat inter alios Pater Ripalda *tom. 2. disp. ultim. sect. 27.* contra Patrem Antonium Perez: qui multis acutè contendit, & nihilominus persuadet

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Remissio Peccati lethalis ex se superna est.

Et extrinseca cõdonatio impossibilis.

Authoris mens cum S. Thomâ 1.2. Tract. 3. de supern. Esparza.

Quiròs.

tract. de Iustific. disp. 3. cap. 1. & 2. in asserendo remissionem peccati ex genere suo supernam esse, nec Deo esse ut Authori Naturæ possibilem: nec putat absurdum, sed Providentiâ Divina dignissimum, peccatum esse naturaliter irremissibile: sicut nõ est absurdum, sed valdè congruum, esse in quavis Republicâ leges, ne crimina læsæ Majestatis remitti possint, nisi per gratiam Principis valdè extraordinariam: at quomodo esset Gratia Dei valde extraordinaria in remissione læthalium (quorum singula sunt Majestatis læsæ Crimina,) si naturalis esse posset?

69 Ipse in hunc discurrendi modum inclino cum Sancto Thomâ *quæst. 28. de Iust. art. 2. ad 5. & 1. 2 quæst. 113. art. 2. 0 & ad primum*, quem latissimè firmatum dabo 1. 2. *tract. 3.* Duo hic solvendi modi, mihi magis displicent. Prior Esparzæ, contendentis in purâ Naturâ remitti posse peccatum lethale per dilectionem naturalem. Posterior Quirosii, contendentis in eo statu nullum fore peccatum strictè mortale. Vide utrumque: illum *de Pœnit. quæst. 76.* hunc hic *disp. 2. sect. 5 fin.* Nostrum hic non est decidere super his: spatiosè faciam *loco citato.* Ad confirmationem, concesso antecedente, nego consequentiam: quia Providétia supernaturalis est circa bona facienda Naturæ: & quæ, utpotè accidentia, perfectiva ipsius, stare nequeunt sine ipsâ: at Providentia Naturalis est circa naturam, cujus supra ordinem est quicquid in Providentiæ supernaturalis amplitudine continetur.

§ III.

ALIÆ QVÆSTIONES DE PROVIDENTIÀ Naturali.

Fortuna, & Providentia cõparantur. Aristotel.

70 QVinta Quæstio: An Providentia naturalis differat à Fortunâ? De *Fortunæ* quidditate hæsit nimiùm anceps *lib. 7. Ethic. ad Eudemum* Philosophus: tota tamen, ut eo loci apparet, ex Fidei defectu nata est hæsitatio. Noto primò: Fortunam accipi posse dupliciter, primò, ut vulgo solet, ex ordine ad bona sensibilia, & temporalia, quibus alter alteri præeminet in hoc mundo; & sic accepta consistit vel in eorum bonorum cumulo, vel in ordine causarum naturalium, unde ea immediatè descendunt. Secundò: ex ordine ad omnia naturalia bona, quibus alter alteri præeminere potest; & sic accepta consistit in eorum bonorum cumulo, vel in nexu causarum, unde delcendunt. Ex his fit, Homines, Fortunæ intentos, rarò mentem transferre, quò debent, nempe ad Fontem omnis boni, qui Deus est. Noto secundò: Providentiam Dei naturalem sumi posse dupliciter primò activè, & subjectivè: & sic consistit in illâ æternâ dispositione Dei, quâ rebus provident. Secundò: passivè, & objectivè: & sic consistit in externâ dispositione Naturæ. Iam communis, aut saltem vulgaris opinio distinguere videtur Providentiam à Fortunâ.

Quid Fortuna Prospera: quid adversa.

71 Censeo tamen primò: Fortunam reipsâ, si universaliter sumatur, non differre à Divinâ Providentiâ, sive specialiter gratiosâ circa aliquos: & sic erit Fortuna prospera: sive circa alios beneficâ minùs; & sic erit fortuna adversa. Ratio est: quia non minùs sumi potest Fortuna activè, quàm passivè, sicut Providentia naturalis: & utrolibet modo accepta, nõ extenditur magis, quàm ipsa Providentia naturalis acceptâ similiter. *Censeo* secundò: Fortunam, sumptam vulgariter, & limitatè, penès bona temporalia, solùm differre à Providentiâ tanquam partem à toto. Ratio est: quia similiter pertinet ad Providentiam eorum bonorum dispensatio gratiosa.

Quid Fortuna Rota Catholicis loquentibus.

72 Quare vera Rota Fortunæ, Dei Voluntas est, his magis volentis favere, quàm aliis juxta modos, quos beneficiendi intra naturæ limites assignavimus Authori Naturæ. Iuxta quos, & maximè primum, magis Deo in naturaliter benefaciendo communem *ex num. 60.* vix potest uni favere Deus, quin alteri minùs faveat, aut certè noceat; nam determinãdo sic vel aliter causas propitias erga unam partem individuam naturæ, tollit eum propitium cursum ab aliâ: unde nascuntur querulæ mortalium voces contra fortunam, quasi faventem per id genus bonorum, quando non egent illis, & alia bonorum, quibus egent, genera subtrahentem; non advertentium Dei hoc esse curantis in hoc magno Corpore Vniversi hæc modò membra, modò illa

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Esparza. An quoad Salutè ex Complexione, & Indole censendi sint dispares Homines? Ex Patre Esparza.

illa per hunc modò causarum favorabilium impulsum, modò per illum: quarum causarum, juxta ordinem, & exigentiam ipsius naturæ, status universalis esse nequit, & uniformis. Videatur Esparza *quæst. 29. de Deo: ab art. 7.*

73 Sexta Quæstio: an relatè ad supernaturalis Providentiæ finem, & ultimum, æquè faveat Providentia naturalis hominibus, præcisè per individuales complexiones Indolis, & Passionum? Quæstionem hanc novissimè movet, & operosè discutit *Pater Esparza lib. 7. qui de Passionibus est, quæst. 45.* & cum ipso affirmativè resolvo. Ratio est: quia relatè ad ultimum finem nequit Providentia uni magis favere, quàm alteri, præcisè per id, quod secundùm se non est præferibile relatè ad ultimum finem; atqui individuales complexiones temperamenti, indolis, & passionum, una præ alterâ, non sunt præferibiles relatè ad ultimum finem: ergo relatè ad ultimum finem præcisè per eas non favet potiùs uni, quàm alteri Providentia naturalis: ergo æquè favet. Consequentiæ, & major patent.

74 Minor probatur: non est præferibile relatè ad ultimum finem unum præ alio, quod non est præferibile relatè ad hoc complexum, *declina à malo, & fac bonum*: nam ab hoc cõplexivè sumpto pendet assecutio ultimi finis; atqui relatè ad hoc complexum, non sunt præferibiles complexiones temperamenti, indolis, & passionum: quod ostendo: nam ex his complexionibus nulla fieri potest combinatio, quæ secundùm se, quantum excedere videtur per dispositionem ad bonum, non minuatur tantumdem per æqualem dispositionem ad malum: ut autem præferibilis esset, oportebat ut si disponebat ad bonum, averteret simul à malo: quippè si æquè disponit ad bonum, ac ad malum, quoad complexum sequendi bonum, & declinandi à malo non est alteri præferibilis. Sic autem se habet omnis combinatio: pura hominem indolis flexibilis, & cereæ: puta, ferreæ, & inflexibilis indolis: temperamenti dispositi ad audendum, vel ad summa; vel timidi, & ad levia. Ille flexibilis tam citò erat malus, quàm cæpit esse bonus: inflexibilis tam difficilè avertetur à bono, quàm à malo avellitur. Audax æquè audebit ad bonum, ac ad malum: timidus æquè tenuiter operabitur in malo, quàm in bono

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Oppositæ dilunntur.

75 Dixi, *præcisè*: nam si complexionibus Indolis, temperamenti, & passionum addantur à Deo per gratiosam Providentiam aliæ circunstantiæ extrinsecæ, & variabiles, inter quas sunt *locus, tempus, objectorum occursus, & educatio*, per conjunctum indolis & circunstantiarum hujusmodi, maximè favet uni præ altero. *Nec adversùs* resolutionem est quòd aliqui dicantur sortiti animam bonam, & præ indole communiter anteferantur. Nam illa bonitas animæ solùm attéditur in ordine ad finem proximũ facilis disciplinæ, & obsequii: & respectivè ad hunc finem anteferũtur: at ea pronitas, & docibilitas æquè sequeretur ductum perversæ doctrinæ, quàm ductum bonæ. *Nec item* adversùs eam est, experientia, quâ in diversis hominibus noscimus naturales inclinationes ad diversos status vitæ, quorum videtur magna disparilitas relatè ad ultimum finem. Nam singuli status vitæ civilis, si spectentur juxta naturalem suam institutionem ad Reipublicæ bonum, æquè præstant relatè ad ultimum finem. Quòd in aliquibus, v. g. militiâ, obvia sint aliqua vitia, eorum gravitas faciliter compensatur per raritatem, & facilitatem pœnitendi comparativè ad alios status, in quibus licèt non occurrant crimina adeò gravia, occurrunt alia frequentiora, & pœnitentiæ difficilioris. Itaque si rebus stemus, ut præcisè sequuntur ex complexione, nihil est alteri præferibile relatè ad ultimum finem: nullumque ex complexione fingi potest periculum peccandi, quod non compensetur per spem æqualem faciendi bonum, si proportionaliter accedat educatio, & occursus objectorum. Videatur citatus Esparza, & post, ac contra ipsum novissimè Haunoldus.

Esparza. Haunold.

SECTIO V.

DIVINÆ PROVIDENTIÆ ATTRIBVTA.

76 QVatuor potissimum sunt. *Universalitas: Infrustrabilitas: Inevitabilitas, & Necessitas.* Disputandumque brevi de singulis. Et imprimis

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

77 Circa Vniversalitatem Providentiæ potest esse, de duplici, quæstio: De Formali, & de Objectivâ. Formalem voco, quâ Deus ita providèt singulis creaturis, ut simul, & indivisibiliter per eundem Providentiæ actum singulas cum omnibus comparet, extendens se eodem indivisibili Providentiæ ductu ad singula, & omnia, quibus providet. Objectivâ sonat amplitudinem objectorum, quæ in Divinam Providentiam cadunt. Et quidem in primo sensu Providentia Divina universalissima est si consideretur in se & præcisim à nostro modo concipiêdi. Ratio: quia Deus est omninò virtualiter indivisibilis quoad actus Intellectûs & Voluntatis, ex quibus Providentia coalescit. Adde Vniversalitatem hanc subjectivam esse maximè de Perfectione Providentis, quâ singula in numero, pondere, & mensura constituit, nihil in singulari decernens, nisi factâ indivisibiliter comparatione cum omnibus, quibus res coextitura est, aut secus, de quo multa dixi *lib. 3. de Incarnatione disp. 1. sect. 2. in secundâ, & tertiâ probation.* Indivisibilitatis assertæ. In secundo sensu, Fateor eam universalissimam Dei Providentiâ. Quæ tamè universalitas (de quâ videdus specialiter est Montoya *d. sp. 1. 2. & 3.* ut magis pateat)

Formalis.

De Incarnat. lib. 3. disp. 1.

Montoya.

Objectiva

78 Quæres primò: an ad minutissimâ quæque se extendat Divina Providentia? & affirmo, tùm ex illo *Matth. 6. Respicite volatilia, cœli, &c.* Tùm quia omnia & minima & summa pendent à Deo, se quoad illa exercenti per actus intellectûs, & voluntatis. Nec obest illud Pauli *ad Corinth. 9. Nunquid de bobus cura est Deo?* Sensus enim est alludens ad aliud *Deuteron. 25. non alligabis os bobi trituranti*: quasi Paulus velit in hoc textu sensum spiritualem specialiter intentum à Deo, significante, Evangelico Mercenario non esse prohibenda necessaria ad victum: *Dignus est enim mercede suâ.* Specialissimam Dei Providentiam commendat Apostolus erga homines: non negat, circa bruta, quæ ipsis congruit.

Matth. 6.

Corinth. 9.

Deuteron. 25.

Nec item obest Hieronymi relapsus apparens in contrarium *in 1. Abacuc.* merè enim apparens est: nam in *Matth.* 10. quod habetur apud Sanctum Thomam *in catenâ*, manifestè tenet Hieronymus quod asseruimus. Sensus ejus super Abacuc est, Deum non ita per momenta singula providere, ut per momenta singula, cognoscere & velle incipiat, cùm singula plenè disposuerit, & noverit ab æterno. Nec demum obest: quòd *de minimis non curat Prætor.* Tùm quia minima, prout in Vniverso, sunt moliminis maximi. Tùm etiam quia tùm Prætoris descensus ad minima non decet, quando curatum partitio præjudicat summis ex limitatione finitæ capacitatis: at Deus infinitæ Mentis Princeps est. Sed hæc & aliâ *num. 3.* in limine Disputationis, de industriâ jam præmisi.

Hieronym Mens.

S. Thomas.

Supra i num. 3. Quomodo se extendat ad peccata?

79 Quæres secundò: an Dei Providentia se extendat ad peccata, & quomodo? Respondeo, extendi ad peccata tanquam ad materiam circa quam multipliciter operatur, non verò tanquam materiam quam operetur. Ratio secundæ partis est rectitudo Divinæ Providentiæ neque malum intendere, neque inducere potentis. Ratio primæ: nam peccata Deus honestè permittit, punit, eaque dirigit in bonum universi, & fortè nunquam permisisset nisi ex intentione majoris boni: cadunt ergo multipliciter peccata in Providentiam Dei: cave tamen ea dicere à Deo provisa: quia hic loquendi modus notat affectum. Vide Montoya *disp 2 sect. 2. nu. 3.* non satis improbantem hujusmodi locutionè apud doctos. *Dico*: idem est ambitus Divinæ causalitatis, ac Providentiæ juxta S. Thomam *hic quæst. 22. art. 2. Corp. & ad 2.* Nego: nam Sanctus Thomas solum ait ea, quæ ab Agente fiunt, ejus Providentiâ ordinari.

Montoya.

S. Thom.

An sit peccatis Mundus subjectior perfectionibus Montoya

80 Movet Pater Montoya *à sect. 3.* dubium: an Mundus evaserit peccatorum permissione perfectior? Res est æquè subtilis, ac difficilis. Affirmo cum ipso de perfectione respectivâ ad integritatem Vniversitâ prout est imago Divinarum perfectionum, quàm ut est ordo rerum sibi debitè respondentium. Et quidem, præterquàm quod asseritur Ecclesiastæ *cap. 3. & 33.* & manifestè ab Augustin. *lib. 1. contra Advers. Legis. cap. 14.* & à Thomâ *hic quæst. 19. art. 2. & alibi*, ratio sumi debet ex suaviori regimine Rationalium, factâ peccandi potestate; ex bonorum cumulo inde superinducto, & ex clariori Divinæ Majestatis, & perfectionem illucentia. Expende singula, & vide Montoyam.

Eccl. 3. & 33. Augustin. S. Thomas.

An ad Possibilia se extendat & ad Deum?

81 Quæres tertiò: an etiam Divina Providentia se extêdat ad ipsum Deum, & possibilia? Videtur affirmare Granadus: quoad Deum: quia Deus propter seipsum res disponit. Quoad possibilia primò: quia Deus multos finit merè possibiles, quia si existerent, damnarentur. Secundò: quia Deus multa impedit ne sint, quia multis nocitura, si forent. Verùm nihil per hæc obtinet Granadus in genuino sensu quæstionis: quæ est: ad quæ subjecta se extendat Divina Providentia? certum enim est neque in hoc sensu respicere Deum, neque possibilia, cùm subjectum Providentiæ sit, quod subest regimini, & gubernationi illius. Deus autem neque subest gubernationi, neque possibilia. Quòd si Divina Providentia dicatur habere pro puro termino, Deum, & merè possibilia, nemo negabit Patri Granado: qui tamen jam fatetur se loqui juxta improprium, & latum Providentiæ significatum: & hæc de *Vniversalitate* Providentiæ.

Granadus.

Infrustrabilitas.

82 Circa Providentiæ infrustrabilitatem incidit specialiter illa quæstio: an Divinæ Providentiæ prærogativa sit, Finem assequi? In quâ veteres Thomistæ secuti Cajetanum, & nonnulli Schotistæ, Schotum, indistinctim affirmant. Thomistæ Moderni cum Godoy, & Gonet, & omnes Nostri secuti Sanctum Thomam, Molinam, & Suarez, negant de omni fine particulari: affirmant de generali. Dedi jam terminos *nu. 32.* Et hanc Sancti Thomæ Sententiam, daram apertè *quæst. 6. de Veritate art. 1. & in 1. dist. 40. quæst. 1. art. 2. corp.* nec ullibi retractatam, approbo, & probo.

Thomistarum Sensus cum God. & Gonet, & Nostrorum cum Suarez. Molina. S. Thom. contra vet. Thomistas

83 Primò: quia circa reprobos exercet Deus Providentiam, Verè, & seriò intentivam Beatitudinis eorum: *Vult enim omnes homines Sanctos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, teste Apostolo, *& pro ipsis etiam Christus mortuus est*, ut habetur ex Innocentii X. definitione contra Iansenium ut hæc Providentia frustretur. Secundò: Patet id etiam in Providentiâ naturali, cujus plerumque particularis finis ex permissu causarum contra-luctantium vel impeditur, vel abit in monstrâ. Tertiò: quia ad perfectionem Providentiæ pertinet causas moderari per proportionata media, eaque ex amore serio finis exhibita: sunt autem plures causæ, nempe liberæ, quibus ex ipsâ Providentiæ perfectione permitti debet mediorum abusus, & aberratio à fine: nequit igitur esse de necessariâ Divinæ Providentiæ, in quam cadunt hujusmodi causæ perfectione, finium omnium assecutio. Quartò & à priori: quia Providentia est circa Media, & oriri potest ex intentione solùm inefficaci finis, ut videbimus *infr. à n. 524.* Quid ergo mirum quòd inefficax intentio non assequatur finem intentum, quâtumvis media ponat sufficientissima? Nò est ergo indispensabilis prærogativa Divinæ Providentiæ, finem omnes particulares assequi: semper tamen assequatur aliquem, ut dicemus *ad tertium.*

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Infrà à num. 524.

Objicitur S. Thomas.

84 Objicies primò Authoritatem, tùm Sancti Thomæ *1. part. quæst. 19.* ubi ait *Voluntatem Dei semper impleri. & quæst. 22. art. 2. ad 1.* ubi ait *nihil subterfugere Providentiam Dei. & art. 4. ad 2.* ubi ait, *cuncta exire eo modo quo Deus providet. & quæst. 23.* ubi docet, *Prædestinationem assequi finem, qui est pars Providentiæ*; & demum *3. contra Gent. cap. 94.* ubi ait, quòd *Divina Provisio omnino cassari non potest*: per quæ ceisci Cajetanus retractatam à S. Thomâ Sententiam, quam tenuerat *quæst. 6. de Verit.* Tùm Boëthii, Nazianzeni, & ejusdem Thomæ, dicentium, *verum mutabilitatem accipere immutabilitatem à Dei Providentiâ.* Tùm Ecclesiæ sic orantis: *Deus cujus Providentia in sui dispositione non fallitur.*

Cajetanus? Boeth. Nazianz. Ecclesiæ Prax.

Explicatio & Solutio.

85 Respondetur. Quod attinet ad Sanctum Thomam, ipsum apertè pro nobis esse, neque oppositum insinuari per objicientis loca. *Primus* loquitur de voluntate efficaci. *Alter* sic intelligendus, ut sicut nullus effectus est, qui non sit à Divinâ Omnipotentiâ, ita nullus, qui non cadat in Providentiam: æquale is enim est quod hæc ambitus ut in quoque *vel fiat* ut licèt ab uno fine Providentiæ recedat effectus, relabatur in alterum. *Tertius* verè loquitur, sed de mediis, de quibus curat immediatè Providentia. *Quartus* falsò allegatur: Nam Sanctus Thomas solùm æquiparat Prædestinationem, & Providentiam in ratione infallibilitatis: *aliter* tamè, & *aliter*; unamquamque videlicet juxta sphæram suam, & naturam in-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

intentionis præsuppositæ. *Vltimus* dicit optimè: quia Divina Providentia licèt unam finem non assequatur, assequitur aliquem. Quod attinet ad illam immobilitatem ejusdem Thomæ, Boëthii, & Nazianzeni, *dic, vel* esse sermonem de Providentiâ efficaci: *vel* præcisè de Mediis, quorum positio est infallibilis, & immobilis ex suppositione Providentiæ: *vel* tandem de immobilitate certitudinis, & infallibilitatis formalis, vi cujus, non obstante rerum vicissitudine, nihil accidit quod ab æterno non dispositum vel permissum sit à Providentiâ: & his modis intellige orationem Ecclesiæ.

A ratione

86 Objicies secundò: Providentia semper supponit intentionem efficacem finis. Primò: quia aliàs Mediorum electio non esset efficax. Secundò: quia Providentia pertinet ad voluntatem consequentem; voluntas autem consequens semper obtinet finem. Tertiò: quia ordinare media ad finem, non intentum efficaciter, vel esset impotentia, vel imprudentia, vel ignorantia: ignorantia, quia id non posset provenire, nisi quòd ignorantur media efficacia. Impotentia: quia fortè provenit ex defectu potestatis ad applicanda media finem obtentura: imprudentia: quia foret similis illi, qui spargeret triticum, non desiderans efficaciter messem. Respondetur: assumi verè de aliquo fine; falsò, de omni. Ad primam probationem, distinguo antecedens: electio non esset efficax, efficacitate conjunctionis Mediorum cum fine, transeat: efficacitate positionis Mediorum in ordine ad finē, nego. Ad secundā: distinguo: est voluntas consequens intentionē finis, vel efficacem, vel inefficacē, concedo: semper efficacem, nego. Sed de Voluntate antecedente, & consequente (quas malè explicat arguens) Suarez *lib. 3. de Attrib. cap. 8.* & nos *infrà*. Ad tertiam, nego triplicis absurdi sequelam. Sic enim intendere finem, faceret Deus ob altissimos fines, quos jam assequeretur, & omninò pro libito, potens aliter intendere, si voluisset. Nec exemplum juvat. Sit enim idem homo, qui pro dexteritate suâ & ostentandâ Principi, & ab ipso præmiandâ, triticum spargeret: hic prudentissimè ageret, licèt Messem inefficaciter intenderet: assequeretur enim jam alterum finem.

Solvitur.

Suarez. & infrà.

87 Objicies tertiò, fieri hinc *duo* absurda. *Primum*: posse dari Providentiam Dei, quæ nullum finem assequatur. *Alterum*, quod ex eo sit: Providentiam Dei esse frustrabilem: quod non minùs negant Patres quàm esse fallibilem, & incertam: quales, nostræ. Nego utrumque. *Primum*: quia nequit permittere Deus aberrationem à fine particulari, nisi prudentissimè: atque adeò ob fines alios, quos jam assequitur. *Alterum*, quia ut Providentia Divina sit simpliciter infrustrabilis, sufficit, si aliquos fines assequatur; licèt non omnes: unde ex hoc capite, Patres, & hoc Providentiæ Attributum explicant Suarez, & Montoya, videndi: Ille *lib. 2. de Aux. cap. 7. & lib. 1. de Prædest. cap. 18. hic disp. 4. de Providentiâ, præsertim sect. 3.* Licèt enim frustretur aliquo fine particulari, Deus eam frustrationem ex una parte permittens, alios ex aliâ fines, non utcumque generales, sed particulares intendit; eosque assequitur: quos nempe voluit Deus, permissâ à se, & factâ à creaturâ alterius finis frustratione. Unde ortū habuit illud Augustini, *de Spiritu, & lit. cap. 36. licèt infideles non faciant, quod Deus vult misericors, non tamen effugiunt, quod Deus vult judex.* Et illud speciosius Boëthii 4. *de Consol. prosa 6. Ordo quidam cuncta complectitur, ut quod ab assignatâ ordinis ratione decesserit, in alium tamen ordinem relabatur, nequid in regno Providentiæ liceat temeritati.* Id quod eisdem ferè verbis repetit Sanctus Thomas 1. *part. quæst. 19. art. 6.* ut videat Cajetanus non retractari à Sancto Thomâ Sententiam quam tenuerat *quæst. 6. de Veritate*, sed inculcari. Ex quibus liquidò descendunt

Ab absurdo.

Solvitur.

SS. PP. Suarez. Montoya.

Augustin.

Boëth.

S. Thomas. Cajetanus.

88 Infrustrabilitas, & infallibilitas Divinæ Providentiæ. Infrustrabilitas: quia hæc non requirit assecutionem omnis finis, sed alicujus: & hanc, habet. Infallibilitas: Tùm quia etiam ille finis, quem non assequitur, non deficit, nisi Providentiâ ab æterno sciente, & permittente, ut deficiat, & insuper ordinante defectûs permissionem ad ulteriora bona. Tùm specialiter: quia in mediorum dispositione decitur indeclinabiliter, nec eorum energiæ, nec exitus nescia. Vnde id habeat, videbimus in decursu difficultatum toto passim tractatu occurrentium.

Cir-

Inevitabilitas qualis?

Cajetani dubium.

P. Suarez

Moderni distinctio

Timida, & nulla. Sensus Scholæ nostræ.

Infrà La-tissimè à num. 233. & lib. 7. passim.

Quid hic, dicendum?

89 Circa Inevitabilitatem Divinæ Providentiæ, hæsit perquam anxiè Cajetanus *quæst. 22. art. 4.* Visa illi est Divina Providentia à nobis neque Evitabilis, neque Inevitabilis; sed abutroque hoc membro præscindens, & quid eminentius. Id quod facilè eludit, & ostendit impicatorium ex ipsis terminis Doctor Eximius *lib. 2. de Auxil. cap. 7* Quocum communis Sententia tenet Providentiam Dei quoad effectus liberos evitabilem esse; quoad alios non liberos, inevitabilem. Timuit Modernus quidam in hac luce tenebras; & factâ distinctione inter Providentiam necessariam, & ultra necessariam; asseruit, Necessariam, inevitabilem omninò esse quoad effectus etiâ liberos: Evitabilem verò esse ultranecessariam quoad affectus nobis liberos. Ne tamen videatur à communi Nostrorum ore discedere, demum addit, etiam Providentiam necessariam quoad actiones liberas evitabilem dici posse, quatenus evitari potest finis particularis specialiter intentus à Divinâ Providentiâ.

90 Totus ille discursus est timentis, ubi nō est causa timendi. Sensus nostrę Scholæ apud Patrē Suarez planus est, nempe effectus liberos nostros, qui sub Dei Providentiam cadunt, esse debere evitabiles, & in hoc sensu Providentiam Dei, licèt alioqui infallibilem, esse evitabilem. An verò ad hujusmodi veritatem, quam negare non possumus, sit opus dicere ipsam Providentiam Dei, etiam necessariam, esse in se evitabilem à nobis, alia est quæstio, & quæ pendet ab illis, in quibus *decidenda* sunt: an Scientia Media, quæ evitabilis est, constituat Providentiam Dei necessariam, sa tem moralem: & an ipse modus, quo Deus actionem liberam, & alia decernit, sit, à nobis in libertate constitutus, evitabilis? Ego utrumque juxta meæ Doctrinas affirmo. Interim tamen (ne quæstiones gravissimæ, metu ipso opinandi, importunè præmittantur) in legitimo sensu quæstionis

91 Dicendum simpliciter est Providentiam Dei quoad effectus liberos nobis, esse à nobis evitabilem: inevitabilem verò quoad necessarios. Ratio utriusque est: quia effectus necessarius, attentâ dispositione causarum, à quibus oritur, omitti non potest: nullus autem potest esse liber, nisi possit omitti, vel exitari. Quod si Divinam Providentiam constituat aliqua Scientia, vel volitio connexa cum existentiâ actus aliunde liberi, (de quo videndum est infrà) manebit Providentia evitabilis: nam evitato termino connexionis, manet ejusdò evitata connexio.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Quàm diversa, Sufficiabile, & Evitabile licèt

92 Neque exinde Providentia desinit esse summè infallibilis, ut timuit Cajetanus. Nam Providentiam evitari non est falli. Falli est, eam esse, & objectum simul aliter esse, ac ea asserit: Evitari, licèt est nunquam extitisse, quia objectum, à cujus existentiâ determinativè dependet, nunquam erit. Bene autem componitur, evitabilem esse à nobis, id est, nunquam exituram in Deo, si actus, quem respicit, non exiturus est; & esse infallibilem, id est verissimam de eō, quòd actus, qui alioqnin liberè potest evitari, & non existere, non evitabitur, sed existet. Quare dixit optimè Pater Suarez, *Evitabile, & Infallibile* in eo distingui, quòd *infallibile* refertur ad cognitionem: *Evitabile* ad causam potentem impedire; non tamen inter se opponi. Nam ex ordine ad causam, quæ effectum impedire pro libito possit, manebit effectus evitabilis: & ex ordine ad cognitionem de eo, quòd non impedietur, manebit infallibilis.

P. Suarez.

Sophisma.

93 Dices: Non est liberum nobis, quòd res à Divinâ Providentiâ dispositæ eveniant aliter, ac Scitę, & dispositę sunt: ergo Providentia est omninò inevitabilis. Antecedens patet: quia aliòquin falsificaretur Scientia Dei constituens Providentiam. Confirmatur. Qui stante hoc ordine Providentiæ, evitaret effectum, falsificaret Providentiam: ergo qui evitare potest effectum, potest falsificare Providentiam: De actu enim ad posse valet consequentia. Supponit objectio, quod *infrà* discutiendum est. Respondetur: distinguendo: non est liberum nobis compositivè, id est, manente eâ Scientiâ, & dispositione, concedo, divisivè; iis scilicet impeditis, nego antecedens, & consequentiam. Si autem impediretur, ne unquam Scientia, quæ nunc est, extitisset, non falsificaretur per eventum oppositum illi, qui nunc est. Ad confirmationem, concesso antecedente, nego consequentiam. Solùm enim indè fit evitare posse Providentiam, quam aliunde

Solvitur. Ex infrà dicendis à num. 247. & ex dictis supra lib. 4. à num. 339.

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

de falsificare non potest. Sed luculentiùs *infrà* de his.

Necessitas Providentiæ qualis?

94 Circa Divinę Providentiæ necessitatem, quæ de optimè Doctor Eximius *lib. 3. de Attrib. cap. ultim. Tripliciter* potest institui quæstio. *Prima*: an Divina Providentia rebus necessitatem imponit? Et asserendum, imponere aliquibus, non omnibus: tolleret enim liberis libertatem. Videatur Sanctus Thomas *quæst 22. articulo ultimo*, ubi manifestè rejicit Prædeterminationes, *ad primum*. *Secunda*: an Deo necessaria sit Providentia? Et *asserendum* primò: non esse simpliciter necessariam: quia potest nullam velle condere Creaturam. Secundò: esse necessariam ex suppositione creationis, tam physicam, quàm moralem. Ratio est: quià Dei est gubernare quod condidit, juxta fines unumquodque suos: unde dixit Ambrosius *lib. 1. de Offic. cap.* 13. *Quis operator negligat operis sui curam? Cùm aliquid non fuisse, nulla injuria sit, non curare quod feceris, summa inclementia.* Tertiò: supernaturalem Providentiam non esse Deo necessariam etiam ex suppositione creationis. Patet ex *num. 66. Tertia*: an Creaturis necessaria sit Providentia Dei? Et *affirmandum*: sine eâ enim neque conservari possent, neque in ullum effectum erumpere.

Ambros.

Sup. n. 66.

An Actus Divinæ Providentiæ ex terminis sint Dei intrinseci & Perfectio? Lib. 1. à num. 74.

95 An verò Divina Providentia sit in se, & ratione sui perfectio; & intrinseca Deo, (quod hìc ventilant aliqui,) patet ex dictis *tract. 1.* nam quâ parte liberos actus concernit (in quos vovenda esset controversia) anticipatò dedimus sensum nostrum: *lib. 1. a num. 74.* quâ verò parte, actus necessarios claudit, omnibus certum est, esse perfectionis omninò summæ.

DISPVTATIO XXX.

DIVINÆ PROVIDENTIÆ CONSIDERATIO quoad Actus Intellectûs.

Termini ex toto tract. præced. 1.

96 HI reducuntur in Deo ad triplicem illam Scientiam: *Simplicis Intelligentiæ, Visionis, & Mediam*: quas toto tractatu primo contemplati sumus. Suppositis ibi jam Terminis, earumque distinctione, ac Veritate exinde petitis; Disputandum modò est: quos harum Scientiarum Actus, & quousque requirat ad sui constitutionę Divina Providentia? Sed priùs, ne offendamus in limine, de Actu Intellectualis Imperii, hic apud Thomistas, & Modernos valdè celebris, erit præmittenda Decisio.

Scopus disputationis, & ordo.

SECTIO I.

EXCLVDITVR A PROVIDENTIÆ DIVINA Constitutivo Actus Intellectualis Imperii.

§. I.

QVÆSTIO, ET OPINIONES.

Imperii qualitas.

97 ET ejus quidem tam de *qualitate*, quàm de *usu* par difficultas est. Videamus, Authores circa utramque quid sentiant. De *qualitate*, Prima sententia est, hujusmodi imperium esse quidem actum intellectûs, seu de linea intellectuali, distinctum verò ab omni apprehensione, & judicio, & qui perceptivus non sit, sed merè præceptivus, & unicè explicabilis per verba: *fac hoc*: ita docent, ex Thomistis, Bartholomæus de Medina, Sotus, & alii Moderni: ex nostris, Valentia, Salas, Granado, & Quiròs. Vide loca apud Ribadeneyram *disp. 18. cap. 1. num. 7.* Et hoc solet hìc ore pleno vocari *Thomisticum imperium*. Nescio *quo jure*; cùm Thomistis præsertim recentibus omninò displiceat.

Quid de Thomistico communiter sentiant Novi Thomistæ non gratum.

98 Secunda sententia est, ejusmodi imperium esse actum specialis judicii, quo quis vel reflectit supra beneplacitum suum, & urget ad executionem, (ut explicat Pater Ribadeneyra;) vel intimat obligationem exequendi ex vi actûs præhabiti, (ut explicant aliqui Nostri cum Aldrete;) vel dictat hoc præ alio eligendum, vel exequendum. Ita docent communiter tam Nostri, quàm Thomistæ, ut videre est apud ipsum Ribadeneyram, & Godoy *tom. 2, in 1. part. tract. 8. disp. 59. §. 6 à num. 82.* qui *num. 84.* prosùs laborat in explicandâ energiâ, & veritate talis judicii, aitque tandem repræsentari ab ipso, media *ut hic, & nunc* exequenda.

Ribaden.

Aldrete.

Godoy: & alii apud hos.

Tertia opinio jam communis.

99 Tertia sententia, est eam esse vim hujusmodi judicii (quod contradistinctè ad *Politicum*, & *Morale* ortum ex dominio jurisdictionis, appellant *Physicum*, & *Monasticum*) ut eo posito non possit cohiberi executio rei, quam urget: ita docent Thomistæ, & Nostri, qui tali lætantur imperio. Et ob id in eo Thomistæ statuunt totam essentiam Providentiæ. Et hæc de talis imperii *qualitate* judicia sunt Authorum.

Circa Usũ imperii

Prima sententia.

Thomist. Veterii & Bellarmin. Aut. Ver.

100 De Usu, *Prima* sententia est hujusmodi imperium Intellectuale necessariò præcedere ad omnes, & singulas determinationes positivas liberi arbitrii tam in nobis, quàm in Deo: ita ex Thomistis, antiqui, & rigidiores: ex Nostris duo magni Theologi Cardinalis Bellarminus *lib 3. de Gratiâ, & lib. Arb. cap. 8. & 9.* & Pater Antonius Perez *tract. de Providens. disp. 1. cap. 2. num. 13.*

Secunda Thomistarum Recentium. Thomas. Gonet, & Godoy.

101 Secunda sententia, sicut in nobis, ita pariter in Deo distinguit triplicem ad minùs, seu jam Actuum ex parte voluntatis in negotio Providentiæ: quorum singulis respondet ex parte intellectûs, actus qui specialiter dirigat. *Primum*, inquiunt, est intentio finis: & hæc dirigunt ex notitiâ de bonitate finis. *Alter* est electio mediorum; & hæc dirigitur à judicio, quod vocatur consilium, consultatio, vel inquisitio. *Tertius* est usus activus, à quo immediatè procedit usus passivus, seu executio determinati medii: & hic, ajunt, dirigi debet indispensabiliter ab actu Intellectualis Imperii. Ita discurrunt communiter Thomistæ cum Thomasio *quæst 23 disp. 2. art. 3.* Gonet *disp. 1. de Prædestinatione: art. 2. & 3.* & Godoy *loc. supra cit.*

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

102 Tertia sententia interserit hujusmodi imperium inter Intentionem, & electionem: ita plures Moderni ex Nostris: *aliter* tamen, & *aliter*. Nam *sunt*, qui indispensabiliter requirant hujusmodi imperium cum Aldrete: *Sunt*, qui utile censeant, non verò necessarium, cum Ribadeneyrâ: *Sunt*, qui tandem conditionatè requirant, nempè in casu distinctionis Intentionis ab electione, seu hujus ab usu, cum Herrera.

Tertia Nostrorũ. Aldrete. Ribaden. Herrera.

Quarta Montoya. Granadi.

103 Quarta sententia ait: imperium hoc penitus subsequi ad omnes actus voluntatis, etiam executivum; & unicè movere potentiam executivam: ita Ruiz de Montoya *disp 3. de Providentiâ*, & Granadus, *hic contr. 4. tract. 5. disp. 3. sect. 2.* & hæc etiam sunt Authorum judicia de *usu* Intellectualis Imperii.

§. II.

PRIMA SENTENTIÆ VERÆ PARS circa qualitatem Intellectualis Imperii.

Conclusio prima.

104 PRima Cõclusio: Actus Intellectualis Imperii ab omni apprehensione, & judicio distinctus, implicat secundùm se; & specialiter in Deo. Secunda pars inde patet: quia omnis actus Intellectûs, judicio inferior, est imperfecta tendentia in objectum suum, neque ejus satis penetrans, neque possessio veritatis, quam attingit, ut dici solet de apprehensione; atqui Deo repugnat actus intellectûs, imperfectæ tendentiæ, neque possessivę veritatis quam attingit: & ob id negari solet, & debet omnis apprehensio: ergo. Confirmatur. Omnis actus intellectûs, utpotè actus potentiæ cognoscitivæ, & tendentis in objectum sub ratione veri, est cognitio, & intellectio: Omnis cognitio, & intellectio est repræsentatio objecti: omnis repræsentatio objecti, judicio inferior, vel est apprehensio, vel imperfectior apprehensione: atqui omnis apprehensio ex sui imperfectione repugnat intelligenti Divino: ergo omnis actus, qui vel apprehensio sit, vel imperfectior apprehensione.

Repugnat Imperium intellectuale imperceptivum.

In Deo potissimùm.

Osten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Est in omnibus.

105 Ostenditur prima pars primò: quia, ut nuper dixi, omnis actus Intellectûs est necessariò cognitio, & intellectio; est enim actus potentiæ essentialiter intellectivæ, & tendentis in objectum sub ratione veri: sicut omnis actus voluntatis est actus potentiæ affectivæ, & tendentis sub ratione boni; atqueadeò volitio: ac de naturæ cognitionis, & intellectionis est exprimere objectum, & reddere præsens intellectui: vel ergo id præstat affirmando, vel negando, vel merè percipiendo: quod vel à ratione judicii, vel apprehensionis non potest effugere.

106 Secundò: vel hic actus Intellectualis Imperii ponitur, ad dirigendam voluntatem, vel non? Secundum dici nequit. Si ergo primum: arguo sic: Voluntas eatenus dirigitur, & determinatur ab intellectu, quatenus ipsi proponit & manifestat objectum: ducitur enim luce cognitionis, tanquam potentia cæca: ergo talis actus Intellectualis imperii necessariò repræsentat objectum: ergo necessariò cadit in aliquam speciem repræsentationis intellectualis: ergo necessariò vel est judicium, vel apprehensio.

107 Tertiò: Omnis actus imperii affectivi reducitur ad aliquam speciem affectûs volitivi, vel nolitivi: ergo omnis actus intellectualis imperii reduci debet ad aliquam speciè cognitionis vel apprehensivæ, vel judicativæ: repugnat enim actus, qui cadat intra genus alicujus potentiæ, & sub nullam speciem cadat.

108 Quartò: quia nequit intelligi vis intellectualis Imperii, nisi per denuntiationem, & intimationem obligationis ad operandum: id quod apertè docet Sanctus Thomas 1. 2. *quæst.* 17. *art.* 1. *ad* 1. & analogia hujus physici, & Monastici imperii ad politicum, & civile: sicut enim politicum stat in denuntiatione obligationis, seu voluntatis superioris obligantis; ita monasticum stare debet in denuntiatione obligationis ortæ ex voluntate præhabitâ; atqui talis actus necessariò reflectit assertivè supra voluntatis actum præhabitum: ergo necessariò est judicium.

Ribaden.

109 Dices primò ex Patre Ribadeneyrâ. Licèt actus, qui dicitur, imperium intellectuale reflectat assertivè supra obligationê sibi liberè impositam per actum præhabitum, tamen est ex illo genere actuum vitalium, qui duo extrema respiciunt: quorum alterum denominant specialiter affirmatum, vel negatum; amore, vel odio habitum; alterum verò aliter denominant. Nam actus intellectualis imperii respicit & actum beneplaciti præsuppositi circa executionem; & ipsam executionem: beneplacitum respicit assertivè; & denominat ipsum, non imperatum, sed affirmatum (neque enim imperas, quod jam prævides esse;) executionem verò respicit, vitali, & experimentali modo; & ipsam denominat non affirmatâ, sed imperatam. Id quod videre est in plurimis actibus tam voluntatis, quàm intellectûs. Actus enim conditionatè affirmans, conditionem attingit, neque affirmando, neque negando: actus, quo te determinas ad condonandum injurias, eas attingit, neque tamen denominat ipsas amatas, neque odio habitas, sed purè condonatas.

Argui ex prin. propriis.

110 Ex hac doctrinâ, quam hic jacit *disp.* 18. *cap.* 2. *num* 20. & latè firmat *de Actibus Humanis*, potest argui sic: Actus intellectualis Imperii non exercet munus imperii, nec est imperium respectivè ad actum præsuppositum, sed adsequentem, cujus executionem urget; atqui respectivè ad hunc, neque est apprehensivus, neque judicativus: ergo actus intellectualis imperii, prout imperium est, & exercet munus imperii, neque apprehensivus, neque judicativus est.

Non permittit:

111 Respondetur. Imprimis permissâ doctrinâ, distinguo Majorem Syllogismi præformati: non exercet munus imperii respectivè ad actum præsuppositum, neque vi illius, nego: non exercet respectivè ad actum præsuppositum, vi tamen illius: ex cujus assertione manet connexus cum executione sequentis, concedo. Vnde in ratione imperii præscindi non potest à ratione judicii, quæ illi actui est tota connexionis ratio cum sequenti. Deinde, ut de Doctrinâ (cujus inconsideratio peperit, ut opinatur Ribadeneyra, æquivocationem hic, & in similibus) breve judicium feram: censeo ipsum in eâ, maximâ æquivocatione laborasse.

Ob hanc rationem.

112 Ratio est: quia actui intellectualis imperii, & similibus attribuit terminos, quos nec iste, nec illi tangunt. Quando enim actus intellectualis imperii, & id genus alii, reflectunt supra alium actum connexum cum tertio; talis actus unicè fertur in actum, supra quem reflectit: ipsa autem reflexio est talis naturæ, ut seipsâ sit impossibilitas, & exclusio actionis oppositæ illi quacum connectitur actus directus; unde dicitur reflexio manere connexa cum actione, quacum connectitur actus directus: ista tamen connexio solùm est respectiva *secundum dici*, & *quoad nos*, non potentes aliter explicare energiam similium actuum, nisi factâ comparatione ad actus vel exclusos, vel necessarios: in se tamen absolutissima est: quare talis actus reflexus nõ habet pro termino nisi objectum de quo judicat. Exemplis passim obviis firmari res hæc posset. Et certè mihi semper arduum est ex *suprà* positis admittere tendentias intellectuales, vel affectivas, quæ tamen nullam denominationem objecto tribuant intellectûs, aut voluntatis propriam.

Arnu. 105.

Quirós.

113 Dices secundò, ex Quirós, & aliis. Voces, per quas explicamus energiam imperii, v.g. *fac hoc*, non sunt falsitatis, aut veritatis capaces: ergo neque denotant actum intellectûs, qui sit capax veritatis, aut falsitatis: ergo neque judicium. Confirmatur primò: quia diversæ voces sunt, & diversos actus insinuant hæ: *fac hoc*, & istæ: *bonum est hoc facere*: sicut ergo istæ insinuant judicium de convenientiâ executionis; illæ actum, qui nihil asserat. Confirmatur secundò: Actus, quem insinuant hæ voces, non est actus voluntatis: alioqui convinceretur mendax, qui imperaret sine voluntate circa executionem: id quod est arduum dictu: ergo insinuant actum intellectûs, qui tamen nihil asserat.

114 Respondetur: Negando antecedens: voces enim istæ, licèt circa rem exequendam nõ sint veræ, vel falsæ; etunt circa judicium de Voluntate obligante, quod saltem insinuant, vel circa ipsam voluntatem obligantem: resolvi enim debent in denuntiationem obligationis. Ad primam confirmationem, concesso antecedẽte, dicatur: verba *fac hoc* importare denuntiationem obligationis, & innullam obligationem, aut voluntatem

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

obligandi significant. Ad alteram, dicatur: Actum, quem insinuant hæ voces, esse actum obligantem, sive hic sit intellectûs, sive voluntatis, quod modò non curo; unde siquis eas diceret sine animo obligandi, aut sine judicio talis obligationis, convinceretur delusor, & mendax.

Arriaga, & Quirós.

115 Dices tertiò ex Arriaga, & ipso Quirós: sunt plures actus de lineâ intellectuali, qui neque apprehensio, neque judicium, neque discursus sint: quidni etiam imperium intellectuale? Antecedens probatur primò: ex Sancto Thomâ 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 1. ubi agens de Oratione, post enumeratos tres actus Intellectûs, apprehensionem, judicium, & discursum, addit: *Illi tres actus pertinent ad rationem speculativam; sed ulteriùs ad rationem practicam pertinet causare aliquid per modum imperii, & petitionis*: ergo Sanctus Doctor præter tres illas species, admittit alios actus in intellectu. Secundò: quia formido, dubitatio, suspicio, admiratio, petitio, & id genus actus alii, sunt de lineâ intellectuali; neque tamen sunt judicium, neque apprehensio: quod ostendo per partes.

Ex Sancto Thomâ.

116 Imprimis de *formidine* explicatâ per illa, *forsè id non ita est*: Neque enim est pura apprehensio falsitatis. Hanc enim habet catholicus plerumque, dum credit; nec formidat. Neque est judicium, quo quis asserat: *possibile est me falli*: nam sic qui opinaretur cũ actuali formidine, sic: *Impossibilis est conjunctio Gratiæ cum peccato*: simul assereret, asserendo possibile se falli, quòd est possibilis: atque adeò sibi contradiceret. Deinde dubitatio est motus intellectûs ancipitis, nec mera apprehensio; nec est adeò adultus, ut attingat ratione judicii. Idem estiò de suspicione. Insuper si admiratio reducatur ad ullam ex illis speciebus, non distingueretur Rationale ab Admirativo, contra communem sensum. Demum Oratio, seu petitio explicantur per verba *da hoc*, quibus necessariò respondere debet actus specialissimus præter illos tres. Tertiò: Non minùs Voluntas est potentia amandi, & odio habendi, quàm intellectus sit potentia apprehendendi, & judicandi: atqui dari potest in volitione tendẽtia, quæ neq; amor sit, neq; odium: ergo & in intellectu, quæ neque apprehensio sit, neque

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

judicium. Pater Ribadeneyra opportunè, & acutè recurrit ad doctrinam *num.* 109.

Disparitas est.

117 Respondetur & primò, nego consequentiam. Licèt enim enumeratę species actuum ităre deberent in aliquo actu ab Apprehentione, & judicio, distincto; tamen imperium intellectuale ex vi sui muneris, & naturæ necessario statui debet in assertione: quâ sepositâ, neque utilis esse potest ad diligendum, neque potest executionem urgere per tendentiam cum ea connexam. Secundò: Nego simpliciter antecedens. Ad primam ejus probationem ex Sancto Thomâ, dico

Mens Sancti Thomæ

mentem Angelici Doctoris esse, actionem petitionis, & imperii supra conceptum, qui præcisè imbibitur in ratione apprehentionis, & judicii, superaddere aliquid speciale, nempe vim determinativam, & causativam: id autem non est negare, quòd imperium sit unus ex illis actibus, sed explicare, nullum ex illis actibus, sine energia speciali, sufficere ad rationem imperii: Ratio enim practica, cùm pro fine habeat opus, explicari debet in ordine ad illud.

Quid formido?

118 Ad secundam nego, quod assumitur. Imprimis enim *formido* consistit in judicio rei ita infimo ex modo assentiendi, ut cohiberi possit non imprudenter, atque adeò compossibili cum apprehensione suasivâ, vel assertione sufficientis motivi ad eo lubendum assensum. Deinde *Dubitatio* est fluctuatio mentis, consistens in apprehensionibus utriusque partis, cum defectu sufficientis motivi ad alterutriam. Simili modo explicanda suspicio est. Admiratio consistit in judicio, quo fatemur rei vel magnitudinem, vel insolentiam, & simul nostram inexpectationem, aut inferioritatem ad illam.

Et Dubitatio?

Et Suspicio?

Et Admiratio?

119 Petitio, si merè interna sit, vel perficitur desiderio obtinendi rem aliquam ab alio, vel significatione assertivâ talis desiderii. Videatur super hæc, & similia Doctor Eximius *tom. 2. de Relig. tractatu 4. lib. 1. cap. 4. & 5.* & Pater Vazquez 1. 2. *disp. 49* apud quem, expressio affectûs facta superiori ad impetrandum aliquid est *Oratio*: facta amico, est *Suasio*: facta inferiori, ut aliquid fiat, est *imperium*. Ad tertiam, nego posse dari Voluntatis actum, qui neque volitio sit, neque nolitio alicujus objecti:

Et Petitio?

P. Suarez.

P. Vazq.

quicquid sit, an respectu alterius rei in actu exercito præter aliquod munus, aut denominationem, saltem *quoad nos*, & *secundùm dici*, juxta *num.* 112. Sed de his *in* 1. 2.

1. 2. Tract. de Actib.

§ III.

ALIÆ DUÆ PARTES CIRCA EIUS necessitatem, & munus.

Conclusio secunda Circa necessitatem Imperii, & quid de Deo.

120 Secunda Conclusio: Actus Intellectualis Imperii, (estò possibile sit, & quomodocumq; constituas) nequit esse necessarius ad omnes, & singulos actus voluntatis; & in Deo specialiter repugnat. Ostenditur prima pars primò: quia actus ille intellectualis Imperii præcederet omnem actum voluntatis, & connexivè determinaret ad primum: existeret ergo in operante, antecedenter, & nullâ ductâ origine ab ipsius arbitrio: ergo esset necessitas simpliciter antecedens: ergo tolleret libertatem. *Dicere* cum Thomistis esse necessitatem consequentem, quia licèt præcedat entitatem actuum voluntatis, non præcedit ad judicium indifferens, est *nihil dicere*: Tùm quia imperceptibile est, quòd voluntas dicatur operari ex judicio indifferenti, si regulatur ex dictamine determinato ad unum. Tùm quia suppositio principii nullam ducentis originem ex usu libero voluntatis, & alioqui determinatè connexi cum altero extremo, est necessitas antecedens, & omninò necessitans. Id quod latè dixi *lib. 3. & infrà* inculcabitur: brevi tamen hic premere libet, &

Thomistæ

Supra lib. 3. & infrà

121 Ostenditur secundò Conclusio: Quod Petro v. g. est necessarium ex aliquâ suppositione, est simpliciter, absolutè, & antecedenter necessarium, si suppositio sit simpliciter, absolutè, & antecedenter necessaria; atqui primus actus voluntatis, v. g. (idem estò de aliis) est Petro necessarius ex suppositione imperii practici; & hujusmodi suppositio est ipsi Petro simpliciter, absolutè, & antecedenter necessaria: ergo & primus actus voluntatis: ergo non est liber. Syllogismus rectè concludit. Et major est evidens: quia cui est simpliciter impedibile, & necessarium aggregatum inseparabile ab existentiâ entis tertii, necessaria est coëxistentia cum tertio. Minor

Argumentum contra Prædeterminatores. Multa vide in hanc lib. 3. tract.

quoad

quoad primam partem etiam est evidens: quia est veritatis æternæ, & necessariæ: quoad alteram patet: quia tale imperium, neque in se, neque in alio potest esse liberum Petro: non in se, quia est actus potentię necessariæ: non in alio: quia præcedit ad omnem usum arbitrii.

Solutio Thomistica ex Cornejo, & Godoy.

122 Respondent primò Nonnulli apud Cornejo, quos aliquando sibi placuisse ait Godoy, & latè sequitur *d. sp. 39. §. 7.* quòd imperium, ut imperium, non præcedit, sed subsequitur ad determinationem voluntatis. Itaque distinguunt in imperio *duas* rationes; *alteram*, quâ præcisè proponit objectum voluntati: *alteram*, quâ exercet vim imperii. Similiter in determinatione volùtatis distinguunt *duas* etiam rationes: *alteram*: quâ Voluntas eligit velle, & quasi reflexè consentit in sui determinationem: alteram, quâ voluntas utitur suo velle circa tale objectum. Iam *dicunt*, actum voluntatis secundùm primam rationem antecedere ad rationem secundam dictaminis, & sub sequi ad primam: secundùm alteram subsequi ad rationem ipsam formalem imperii; quare, licèt Imperium præcedat ad omnem usum voluntatis, ut propositio est objectio, tamen ut est imperium, seu determinata connexio non præcedit, sed subsequitur ad usum voluntatis, secundùm aliquam rationem, vi cujus imperium jam determinat, quia voluntas vult, quòd determinet.

Omninò mirabilis: & planè falsa.

123 Mira solutio: quasi ex eisdem formalitatibus, altera posset realiter præcedere, subsequi altera. Deinde si juxta solutionem aliqua formalitas, per quam voluntas intelligitur se determinare, præcedit Imperium cur, & non possit tota determinatio? Tertiò: hinc sit mutua causalitas in eodem genere causæ efficientis, quæ implicat. Demum nulla distinctio præter realem, ut patet ex Mysterio Trinitatis, salvare potest relationem causæ, & causati, qualis juxta solutionem intervenire inter formalitatem imperii, ut expressivi, & aliam ipsius ut præceptivi, quæ nempe causatur ab illâ, mediâ determinatione voluntatis. Est ergo plena chymeris ista solutio, quâ nihilominus hic, & *alibi* sunt avidè usi perdocti Thomistæ.

Vide lib. 3 à nu. 267. & dn. 347

Alia Solutio Thomistica.

124 Respondent secundò alii Thomistæ, imperium evitari posse per omissionem actûs imperati: cùm enim imperium stare nequeat sine actu imperato, & hic sit liber; per omissionem ipsius, evitari pro libito poterit. Hæc etiam solutio chymeras loquitur. Contendo defectum libertatis in actu voluntatis ex præcedentia imperii practici connexi cũ illo, & existentis independenter ab omni libito voluntatis: & recurritis ad liberatem, quam deliquistis? Secundò: Omissio actûs imperati libera, necessariò pervos esse divisa debet ab imperio: deinde debet esse conjuncta: nam conjuncta est cum potestate libera ad actum imperatum, & hæc potestas necessariò complectitur omnia, & singula, quæ antecedenter ad libitum voluntatis prærequiruntur ad consensum: alioquin defectus consensûs esset ex defectu prærequisiti necessarii, cujus inexistentia verti nobis vitio non potest: ergo nec liber.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Planè futilis. Et Prædeterminatoribus valdè placens

125 Tertiò sic arguo: potestas ad omittendum, includit carentiam imperii practici connexi cum consensu: ergo stante hoc imperio nequit dari potestas ad omittendum: ergo evitari non potest per omissionem. Antecedens ostenditur: nam potestas ad omittendum includit carentiam virtutis ineluctabiliter inferentis consensum, alioquin existentis independenter ab omni libito voluntatis. Ratio patet: nam virtus ineluctabiliter inferens consensum, & alioquin existens independenter à me, non finit in meâ manu consensûs omissionem. Declaremus exemplo. Sit, qui me ineluctabiliter, & independenter à meo consensu ita detineat, ut loco me movere non sinat: quis diceret, me liberè quiescere, quia per motum impedire potetam conatum adversarii inconjungibilem cum ipso motu? Replicatem enim, motum mihi esse ineluctabiliter impeditum; quomodo ergo per motum, impedire possem vim illam ineluctabilem?

Solutio Aliquorũ ex Nostris Bellarmin. Ant. Per.

126 Respondent tertiò Bellarminus, & Noster Antonius Perez, apparentiùs, & omninò subtiliter: ille *lib. 8. de Gratiâ, & lib. arb. cap. 8. & 9.* hic *tract. de Providentiâ, disp. 1. cap. 2. & tract. de peccatis.* Imperium illud non nocere libertati, quia existit, & est operanti voluntarium, & liberum; non quidem ratione actûs, quem imperat; sed ratione actionis, quâ se voluntas determinat

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædest. nunc.

nat liberè ad actum, liberè se finens moveri per imperium efficax. Dup. ex enim distinguenda est actio in voluntate, cùm operatur liberè: altera subsequens ad imperium, & hæc est productio actûs positivi, mediatè solùm libera; altera antecedens imperium, & hæc non est positiva, sed purè permissiva, seu negativa, consistens in *finere se regi* ab intellectu, efficaci ductu rationis: & in hoc stat tota formalis determinatio libertatis, & ratio libiti, vi cujus, & imperium existit liberè, & dicimur deinceps operari liberè, quod aliàs volumus.

Repellitur tum ex lib. 3. à nu. 248. tùm dennò:

127 Hæc doctrina semper mihi visa est inintelligibilis, eamque rejeci multis *lib. 3. à num. 248.* & demùm abjeci. Primò: nam illa determinatio, & ratio libiti non est vivere? Quomodo ergo quis vivat per omninò nihil? Si autem est aliquid; quomodo sine imperio se determinat voluntas ad hoc aliquid, & non se poterit ad actionem amatoriam, v.g? Secundò: hæc doctrina niti videtur possibilitate puræ omissionis liberæ, quam ego cum probabiliori Theologiâ *nego* in nobis; cum communi, & ferè certâ, in Deo. Tertiò: optamus explicationem essentiæ, quę latet sub his vocibus, *finere se moveri*: estne velle se moveri? hoc erit velle amare: & hoc indistinctum est ab amare. Estne præcisè non resistere ductui rationis in hanc partem determinatam? ergo potest resistere: ergo habet unde possit, atque adeò imperium præt cum necessarium resistentiæ: sine eo enim æquè erit implicans resistentia, ac sine imperio amoris, amor. Si autem habet imperium resistentiæ, implicat non resistere. Si *ob hæc* dicas non habere imperium resistentiæ, quia etiam se finit moveri, multiplicas terminos contradictionis sine ulteriori hâc Doctrinæ. Vide alia apud Ribadeneyra *cap. 3. à nu. 33.* & Herreram *quæst. 1. sect. 7. à nu. 78.*

Fusè 1. 2. Tract. de Actib.

Ribaden. Herrera.

128 Ostenditur ex his secunda pars Conclusionis. Nam si in Deo præcederet ad omnes volitiones liberas imperium ineluctabile, esset in Deo non contingenter, sed necessariò: à quo enim haurire contingentiam posset? Non ab actu positivo: quia antecedit ad omnes: Non à negativo: quia in Deo specialiter implicat pura omissio: erit ergo in Deo necessatiò hujusmodi imperium, id est, connexio ineluctabilis cum decreto condendi mundum, atque adeò cum existentiâ mundi. *Nunc sic*: ergo Deum condere mundum non est Deo contingens, sed necessarium: ergo Deus non liberè mundum condidit, quod est hæreticum. Vide, quò recidant hæ doctrinæ. Implicat igitur specialiter in Deo necessitas imperii intellectualis ad omnes actus voluntatis.

Discursus Cardinal. Bellarmin. & Anton. Perez.

129 Dices pro discursu Bellarmini, & Antonii Perez: ante electionem boni *A* præ *B*, debet præcedere judicium de eo, quòd *A*, pensatis omnibus, debeat præferri bono *B*; at stante hoc judicio nequit præferri bonum *B* bono *A*: ergo tale judicium determinat: ergo ante omnem electionem præcedit judicium determinatè connexum, & imperans. Consequentiæ bonæ sunt. Major probatur: quia Voluntas præferendo bonum *A*, fertur in illud, ut majus bonum bono *B*; at Voluntas nequit ferri in bonum *A*, ut in majus bonum præ *B*, quin repræsentetur ut majus bonum præ *B*: ergo, &c. Major proxima patet: quia præferre unum bonum alteri, est ferri in unum ut majus altero. Minor etiam patet: sicut enim Voluntas nequit ferri in bonum, nisi repræsentetur ut bonum cognitione directivâ talis æstimationis voluntariæ, pariter nequit ferri in bonum, ut majus bonum, nisi præcedente cognitione directivâ talis prælationis voluntariæ.

Dispar

130 Respondetur, negando majorem. Ad probationem, distinguo majorem, in quâ latet totâ æquivocatio: fertur ut in majus bonum, factâ, vel sumptâ reduplicatione supra modum affectûs, concedo: supra bonitatem objecti, ejusque apparentiam, nego. Voluntas enim fertur in bonum, quod eligit, ipsum magis amando, & exercitè faciendo sibi bonum respectivè majus, seu magis amatum: & hoc est ferri in ipsum ut majus bonum: non verò propterea fertur in ipsum, respiciendo illud ex parte objecti, ut magis amabile: ad quod unicè requiritur cognitio majoritatis in objectivâ bonitate. Quòd verò sine cognitione majoritatis possit ita tendere ad unum ex bonis alioquin æqualibus, vel inæqualibus; non verò possit ad bonum sine cognitione bonitatis; provenit ex ipsâ satis notâ, naturâ voluntatis, ex unâ parte,

1. 2. Tract. de Actib. Conclusio tertia Circa Munus Imperii.

te, appetitivæ boni apparentis; ex alterâ, electivæ, utique dominæ quoad bona alioquin apparentia per intellectum. Alia *suo loco dabuntur.*

131 Tertia Conclusio: Actus Intellectualis Imperii (estò possibilis, & quomodocumque contituas) nequit exercere munus suum post omnes, & singulos actus voluntatis, unicèque respectu ad actiones transeuntes, earumque passivam executionem. Id quod in Deo facilè juxta nostras Doctrinas ostenditur: quia nullus est actus intellectûs, qui subsequatur ad omnes Voluntatis Divinæ determinationes. Ostenditur insuper universaliùs. Potentia quę appetitiva nõ fit, est incapax immediatè moveri per cognitionem; atqui omnis Potentia à voluntate distincta, appetitiva non est: ergo omnis est incapax immediatè moveri per cognitionem. Repugnat igitur quòd Imperium vim unicè exerceat post exercitiũ potentiæ appetitivę, & quoad actiones transeuntes: quis enim moveat rem incapacem moveri per ipsum?

132 Major autem ostenditur primò: quia cognitio solùm movet per apparentiam boni, alliciendo ad ejus amplexum: quare nihil in potentiis externis dicitur causare, nisi medio amore. Secundò. quia omnis potentia, quæ non sit perceptiva imperii, moveri non potest ab imperio: quomodo enim moveatur, nisi percipiat? At omnis potentia purè physica, qualis est quæ versatur circa actiones transeuntes, non potest esse perceptiva. Tertiò: quia cognitio solùm habet movere potentiam quatenus appetitivam, non verò quâ præcisè operativam. Quartò: quia appetitus elicitus, & innatus eò differunt, quòd elicitus sit actio tendens in bonum, quia apparet: innatus, in bonum, non quia apparet, sed quia est: tendere autem ad bonum, quia apparet, solùm est tendere, dirigente cognitione: atqui nulla actio transiens, utpotè appetitûs innati, tendit in bonum, quia apparet: esset enim actio appetitûs elicita: ergo nulla tẽdere potest, dirigente cognitione: ergo, &c.

§. IV.

EXCLVSIO INTELLECTVALIS *Imperii.*

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Conclusio quarta. Repugnantia Intellectualis Imperii. Primæ

133 QVarta Conclusio: Iudicium, quo quis reflectit, & experitur in se, & *quasi sibi denunciat* intentionem respectivè ad electionem medii; aut electionem respectivè ad usum activum, dici nequit imperium. Ratio mihi multiplex est contra Modernos nostros. *Prima sit*: Imperium *Monasticum, & physicum*, (de hoc loquimur,) ut contradistinctum à *Politico*, & *morali*, non tam obligat, quàm necessitat physicè ad operationem, quàm respicit imperando: ergo solius potentiæ, cujus esse potest necessitare physicè ad operationem per respectum, & motum in ipsam, actus potest imperium Monasticum esse. Atqui hujusmodi potentia solùm est voluntas: cujus nequit actus esse judicium, quo de loquimur: ergo tale judicium nequit dici, vel esse Monasticum Imperium. Minor patet: quia sola voluntas est Domina, & ipsi solùm subsunt potentiæ executrices.

Explicatur multipliciter.

134 Confirmatur, & explicatur hæc ratio: Primò. Iudicium illud non est motus, aut impulsus circa operationem; & eatenus inseparabilis est ab ipsâ, quatenus inseparabilis est à necessitate, quam sibi voluntas imposuit: ergo judicium illud nequit imperium dici. Antecedens patet ex doctrinâ *num.* 112. traditâ contra Ribadeneyram. Probo consequentiam: quia Imperium est respectus ad rem imperatam, & talis, ut ex modo respiciendi reddat potentiæ subditæ necessariam juxta qualitatem imperii: ergo si hujusmodi judicium non est motus ad rem, quæ dicitur imperari, nequit ex modo respiciendi reddere necessariam: ergo neque dici potest imperium. Secundò: quia tale judicium potiùs est speculatio necessitatis impositæ, quàm impositio necessitatis: ergo potiùs est speculatio præcepti, quàm impositio præcepti. Tertiò: Omne genus imperii est limitatio libertatis ad ipsum præsuppositæ, juxta sui qualitatem; physicę libertatis, si physicum sit, & Monasticum; moralis, si morale sit, & politicum; atqui tale judicium nequit esse limitatio physicæ libertatis

Suprà nu. 112.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

tatis ad ipsum præsuppositæ: nam prout priori ad ipsum intelligitur necessitata voluntas ex vi actûs præsuppositi: ei autem, qui jam caret libertate, non potest fieri diminutio libertatis. Quartò: vel intentio finis est efficax, & orta ex dictamine circa medium determinatum, vel non? Si secundum: ergo reflexio supra ipsam non determinat voluntatem ad medium determinatum. Si primum: ergo tota necessitas venit ex ipsâ energiâ intentionis præhabitæ.

Secunda:

135 Secunda ratio sit: Nequit obtinere nomen, & rationem imperii, actus, qui juxta lineam, in quâ est, non determinat ad operationem, quæ dicitur imperari: atqui judicium de intentione præsuppositâ non determinat juxta lineam, in quâ est, ad operandum: ergo nequit obtinere nomen & rationem imperii. Majorem explico: *volo dicere*: quòd ut actus dicatur imperium, opus est, ut si intellectualis est, determinet dirigendo ad amplexum objecti quod imperat: si affectivus, determinet affectivè: ratio est: nam si actus intellectûs determinat aliter quàm dirigendo repræsentativè, & affectus aliter, quàm affectivè movendo, uterque determinat merè impulsivè, nec modo rationali. Nunc probatur minor: judicium nequit dirigere juxta lineam suâ, nisi dirigat repræsentando objectum, quod voluntas amplectitur; atqui tale judicium non ita dirigit, neque potest: nam tale judicium non attingit repræsentativè operationem, quæ subsequi debet ad intentionem: ergo ad directionem ejus impertinens est. Dices, dirigere, quatenus ostendit voluntati intentionē, cui se conformat. Contrà, quia hoc solum est impulsivè sequi ex tali judicio electionem, eo pōdere, quo deberet aliàs subsequi ex intentione.

Explicatur primò

136 Confirmatur, & illustratur hæc ratio. Primò: Intentio efficax est necessitas ad duo determinans indispensabiliter; ita ut pro sequenti signo præscindi à neutro possit: nempe ad experientiam sui, & electionem medii: ergo sicut causat sui experientiam sine ullo novo actu, qui moraliter determinet, & immediatè pro signo sequenti; ita causat electionem, sine novâ notitiâ moraliter influente, & immediatè pro signo sequenti: ergo signum immediatè sequens est signum electionis: ergo non præscinditur ab electione: ergo non est signum prærequisiti antecedentis ad ipsam: ergo non est signum experientiæ intentivæ complentis potentiam ad eligendum: ergo talis experientia non est influxiva in talem electionem.

Aliter:

137 Secundò, & noto: ante intentionem præcedere notitiam de necessitate eligendi, si intendas efficaciter, & notitiam connexionis in coëxistendo horum actuum. Arguo jam sic primò: qui cum notitiâ finis & mediorum, & simul cum notitiâ inseparabilitatis inter intentionem efficacem, & electionem, se determinat ad intentionem, eòipsò se determinat rationaliter, & moraliter ad eligendum, ita ut electio sit rationaliter, & moraliter ex notitiâ, ex quâ connexio cum ipsâ est rationalis, & moralis; atqui inter has notitias non est experientia intentionis: ergo manet voluntas determinata moraliter ad eligendum præcisim à notitiâ experimentali intentionis: ergo talis notitia non dirigit, neque influit in electionem: ergo neq; eâ imperat. Secundò: qui cum notitiâ necessitatis ad eligendum posità conditione, videt conditionem, & eligit, magis determinatur moraliter ex primâ notitiâ, quàm ex secundâ: ergo imperium potiùs in illâ debet esse, quàm in istâ, aut saltem integrari ex utraque. Ratio omnium est: quia visio conditionis sine illis notitiis implicat, quòd moveat voluntatem ad amorem; moveret enim sine notitiâ objecti, quod debet amari.

Tertiò

138 Tertia sit ex analogiâ cum imperio politico, & morali. Sic argumentor: Cognitio præcepti politici, non est præceptum politicum: præceptum enim est actus jurisdictionis, & actio solùm illius, qui jurisdictionem habet: ergo cognitio imperii monastici non est imperium. Consequentia videtur benè sequi: & ratio est: quia sicut imperium politicum est actio habentis dominium jurisdictionis, ita monasticum debet esse actio habentis dominium despoticum, & physicum necessitandi, quæ sola est voluntas. Confirmatur: Ideò denuntiatio præcepti politici requiritur ad vim obligandi in hoc imperio: quia imperium politicum non habet vim physicè cogendi, sed moraliter, id est, mediâ cog-

cognitione; nec aliter est, & imprimitur nobis, utpotè consistens in actibus alieni dominii, nisi mediâ cognitione, per quam incipit existere in nobis: nullâ enim esset opus cognitione, si aliter movere posset, & in nobis existere; atqui imperium Monasticum habet vim physicè necessitandi, & immediatè existit in nobis per impositionem habentis jurisdictionem: ergo ejus cognitio nequit dici vel impositio, vel denuntiatio, & minùs præceptum, seu imperium. Confirmatur aliter: cognitio reflexa supra tale judicium non est imperium, neque requiritur, ut voluntas practicè moraliter se conformet cum tali judicio: ergo cognitio reflexa supra actum voluntatis neque imperium est, neque requiritur, ut practicè voluntas se conformet cum actu præhabito.

P. Aldret.

139 Dices ex Patre Aldrete *d sp. 1. de Prædest. sect. 6.* Nullus actus voluntatis determinat alium, nisi ut cognitus, & quatenus determinat ad cognitionem, vi cujus voluntas determinetur ad aliam volitionem: ergo intentio finis non determinat ad electionem, nisi mediâ cognitione, vi cujus voluntas erumpit in electionem. Atqui talis cognitio jure dici debet imperium: quod ostenditur: nam hæc cognitio exercitè denuntiat executionem alterius volitionis, quatenus voluntas vi talis cognitionis manet necessitata ad ultra operandum. Insuper energia talis cognitionis aliter explicari nequit, quàm per verba imperativi, *fac hoc*: ergo est imperium. Omnia pendent ex primo antecedente, quod vellem ab Aldrete probatum. Argui sic potest in ejus probationem: voluntas, potest non elicere secundum actum, nisi ex suppositione primi? ergo nisi constet de tali suppositione.

140 Respondetur: negando majorē: si enim ipsa intentio est determinatio physica, quâ se voluntas determinat ad eligendum, quomodo potest cohibere electionem, etiam præcisâ experientiâ intentionis? Deinde: si cognitionem illam inducit physicè, quidni etiam sine ulteriori notitiâ electionem necessariò subsecutam? Alia, quæ addit Aldrete cum Thomistis excutientur *conclusione octava* paulò *infrà*. Video tamen Patrē Suarez satis favere discursui P. Aldreti *lib. 1.*

Suarez. Aldrete.

de Prædestin. capitō. nitur: nixum in eo quòd sicut Intellectus, nisi constet de connexione veritatis Præmissarum cum veritate conclusionis, non necessitatur ad hanc; ita neque voluntas ad eligendum, nisi præcognitâ practicè connexione intentionis cum electione, aut necessitate electionis: quæ necessitas stare non potest, nisi de intentione constet.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Discursus ex paritate Præmissarum. Repellitur.

141 Verùm, licèt ita satis verisimiliter dicantur, connexio intentionis cum electione jam ante nota est voluntati; & ratio disparitatis est, nam ipsa præmissarum combinatio est notitia de connexione veritatis earundem cum veritate conclusionis. Videatur Pater Quirós *in Philosop. tract. 6. qui est de Anima disp 87. sect. 5. num. 36.* qui verè, & fortiter stat pro nobis, primò: quia modus movendi non solùm objectivè, sed etiam quasi effectivè possibilis est in voluntate: quid ni ergo mediâ intentione? Secundò: quia impossibile est, quòd voluntas posità intentione non procedat: hæc autem impossibilitas nulla esset: nam posset ignorari intentionis existentia. Tertiò: quia tota impossibilitas cessandi, posità intentione, venit, ex eo quòd si voluntas efficaciter intendens rejiceret media, vellet impossibilia: hæc autem ratio notionem insinuat planè despoticam, & non moralem; effectivam, & non objectivam.

P. Quirós.

142 Instabis speciose contra præcedentem Doctrinam: Quod constituit medium appetibile ab intēdente finem, non aliter movet ad electionem, quàm ut cognitum; atqui intentio existens constituit medium appetibile ab intendente *finem*: ergo non aliter movet, ac cognita. Major patet: non enim ob aliam rationem bonitas finis, & intrinseca utilitas medii movent ad amorem medii, ut cognitæ, nisi quia constituunt ipsum medium appetibile ab intendente finem. Probatur minor: quia præcisim ab effectu circa finem, tota utilitas medii in ordine ad finem, quem non amas, non est sufficiens appetibilitas medii. Vtide licèt gladius sit utilissimas ad sumendam vindictam, & summa Sancti Thomæ ad addiscendam Theologiam, homini neque procuranti vindictam, neque Theologiam, sunt, quasi non essent.

Subtilis instantia.

143 Confirmatur. Odio habere finem reddit media odibilia sic respicienti

ti

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

ti finem, licèt alioquin sint proportionata ad consecutionem finis: unde Homini aliàs pio, habenti odio vindictam, odibile est jactare contumelias: ergo non amanti finem, non erunt amabilia media: ergo amanti, erunt amabilia. Patet: nam servatâ proportione, sicut odium finis, reddit medium odibile; non amor, non amabile; ita amor reddere debet amabile. At quod medio præbet amabilitatem, nequit movere ad amorem medii, nisi ut cognitum: ergo.

Solvitur.

144 Respondetur. Objectum dupliciter constitui potest appetibile respectu voluntatis, objectivè, & effectivè: effectivè, si sit in ipsâ voluntate aliqua necessitas, ut tendat in objectum aliàs cognitum, appetibile secundùm se: efficiendo, ut voluntas appetat: tunc enim objectum redditur appetibile voluntati, quia ponitur voluntas in necessitate exercendi se circa tale objectum, & ejus appetibilitatem sequi. Objectivè, si in ipso objecto sit aliqua ratio, quæ ipsum reddat æstimabile. Distinctione parùm absimili, res accidit, quando finis proponitur voluntati: nam finis, per cognitionem redditur formaliter appetibilis, & per suam bonitatem redditur objectivè appetibilis. Distinguo igitur majorem: quod constituit medium effectivè appetibile, tanquam necessitas ex parte causæ, ut voluntas tendat in ipsum, non aliter movet, quâ ut cognitum, nego: quod objectivè constituit tanquam ratio reddens ipsum idoneum ad finem, concedo: & distinctâ è converso minori, nego consequentiam. Et solutio patet ex præmissâ distinctione. Ad exempla, dico ea media, non tangere eos homines, non quia defit in ipsis motivum proximè sufficiens in actu primo, sed quia hoc ipsum, quod est non amare fines illos, impedit intentionem eorum, atque adeò electionem talium mediorum ex amore talium finiũ.

145 Ad confirmationem: Qui habet odio finem, non impeditur à tendentiâ in media, quæ apparent, ex defectu motivi proximè sufficientis ad ipsam; sed ex actu incompossibili cum electione taliũ mediorum: quippe non stat odium efficax finis, & electio mediorum ad ipsum: sibi enim contradiceret ipsa voluntas. Quare hæc est proportio, quæ servatur: Odium efficax, officit electioni mediorum, non solùm illam excludendo, quatenus excludit amorem finis, sed inclinãdo voluntatem, ut ea media fugiat. Amor efficax, proficit efficiendo, & determinando, ut voluntas ea media eligat. Non-amor finis obstat, præcisè excludendo, quatenus excludit omnem amorem finis, sine quo stare nequit electio. Unde antecedens est verum effectivè, & practicè: falsum, objectivè. Et distingue consequens: non sunt amabilia ex defectu motivi, nego: ex defectu actûs, sine quo non, concedo.

§. V.

CONCLVDITVR EIVS REPVGNANTIA: & in Deo specialis ostenditur.

Conclusio quinta. Repugnantia imperii intellectualis monastici.

146 QVinta Conclusio: Repugnat Imperium purè intellectuale Monasticum. De hoc loquimur: de politico quippe non curo. Et ratio jàm est facilis: quia vel tale imperium præcederet ad omnes actus, vel subsequeretur ad omnes, vel mediaret inter ipsos. Implicat primum & ultimum ex *secundâ*, & *tertiâ* Conclusione. Secundum, patet ex præcedenti, non posse subsistere cum ratione imperii. Et ratio est: quia Implicat quòd Intellectus habeat actum qui determinet, nisi in virtute affectûs præsuppositi, ut patet, & docuit Sanctus Thomas *loc. cit.* ergo implicat, quòd necessitas operandi in voluntate alioquin liberâ non veniat priùs, & simpliciter ab ipsâ voluntate: ergo implicat actus intellectûs, qui determinet nisi quia voluntas sibi jam necessitatem imposuit: ergo repugnat imperium purè intellectuale monasticum.

147 Dices: imperare est loqui: loqui est quid purè intellectuale. Distinguo: imperare monasticè, nego: politicè: subdistinguo: vel formaliter, vel completivè, transeat: unicè formaliter, nego. *Dices*, iterum: quid ad ea Genesis: *fiat lux, & facta est lux*: ubi purum intellectuale denotatur, & datur imperium? dico, per ea solùm importari decretum efficax divinæ voluntatis.

Conclusio sexta. Specialis repugnantia in Deo.

148 Sexta Conclusio: Imperiũ Intellectuale repugnat specialissimè in Deo. Ratio mihi est: nam vel hoc imperium præcedere deberet ad omnes actus Dei liberos: & hoc implicat ex *num.* 120. & *nu.*121. vel deberet omninò subsequi; & hoc est impertinens ex *num.* 131. vel denum interseri inter unum & alterum: & hoc repugnat: nam in Deo nulla est *Divisibilitas* in decernendo. Adde, neque dari ullam distinctionem, ultra formalem extrinsecam, inter Divinas volitiones, earumque reflexionem experimentalem. Dicit è Modernis nonnemo: per indivisibilitates hujusmodi non eluctari nos difficultatem: nam factâ præcisione datur disputationi locus. Mira subtilitas: quasi modus concipiendi noster esset modus volendi Divinus; & Deus vellet ex imperio, quia nos concipimus formalitates, per quas in mente nostrâ ludimus, & architectamur Deum ex imperio velle. Sto rebus: & hasce quisquilias odi.

Suprà lib. 1. disp. 1. & 2.

Cujusdàm argutiæ.

Conclusio septima etiam permissâ Distinctione Virtuali.

149 Septima Conclusio: repugnat etiam in Deo imperium intellectuale, etiam permissâ distinctione Intentionis ab electione, & hujus ab Vsu. Ratio mihi est primo ex his, quæ fusè pro *quarta Conclusione à nu.*133. diduximus. Secundò: quia etiam permissâ hujusmodi distinctione, notitia experimentalis intentionis respectivè ad electionem, vel hujus ad usum, indistincta foret vel ab actu imperato, vel imperante: sed quocumque modo id sit, repugnat, quòd illa notitia sit imperium: si indistincta sit ab actu imperato, patet utramque formalitatem induci ab imperante, solâ vi affectûs, sine ullâ inductione inter alterutram: si verò indistincta sit ab actu imperante, patet etiam, intervenire non posse imperium purè intellectuale.

150 Assumptum autem exinde mihi constat, primò: quia quilibet affectus divinus est indivisibiliter gaudium sui, ne procedatur in infinitas virtualitates: ergo est indivisibiliter experientia intentionalis sui. Secundò: ex generaliori principio: nam experientia affectûs, & affectus, seu experientia intentionis, v. g. & intentio, imò & electio sunt rationes mutuò advicem inseparabiles: ratio autem mutuò inter se inseparabiles in divino exercitio libertatis, sunt eòipso virtualiter indivisæ: nam utraque ponitur, quibus alterutra; & quibus alterutra coëxistit, coëxistere debet utraque: unde nihil de unâ negari nequit, quin patiter negatum de utrâque sit, quod latè dixi *lib. 3. de Incarnatione d. sp. 1. & infrà* magis explicabo, juxta Doctrinam *lib. 1.* præjactam *à nu.*

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. De Incarn. lib. 3. disp 1. & hic lib. 1. à num. 148. & infrà à num. 541. Conclusio octava Thomisticum Imperium repugnat specialiter Deo.

151 Octava Conclusio: Repugnat etiam specialiter in Deo Thomisticum imperium, seu quale defendunt in Deo Thomistæ Recentiores, & explicuimus *num.*100. & 101. Ratio est primò: quia Thomisticum imperium interjacet inter electionem, & usum activum mediorum; atque adeò supponit distinctionem Vsus activi ab electione, quam specialiter impugnabimus *infrà*. Secundò: quia tale genus imperii non requiritur ad intentionem finis, imò neque ad electionem: cur ergo requiri debet ad usum activũ? & ratio urgens est: quia sicut apud Thomistas usus haberi non potest, nisi ex præsuppositâ electione: ex quâ resultat actus imperans usum, quia oportet uti mediis electis; ita pariter electio haberi non potest nisi ex præsuppositâ intentione, & oportet eligere media: cur ergo non requiritur actus urgens, & determinans electionem, & vocatur Imperiũ? Tùm quia quilibet affectus est quidam usus, quo suo libito voluntas utitur: cur ergo nõ præcedit ad singulos imperium? si autem ad singulos præcedit, pessumdatur omninò libertas.

Infrà à num.541. & 555.

152 Tertiò: Nam vel ille actus, quem Thomistæ necessarium putant, est purè impulsivus, vel perceptivus? Primum: quod ex eis aliqui dixere, repugnat ex *primâ conclusione*. Secundũ verò si dicatur: rogo: quem terminum respicit? vel enim reflectit solùm supra electionem? vel respicit etiam executionem? si solùm reflectit: ergo circa executionem se habet purè impulsivè, & non repræsentativè: quomodo igitur dirigit ad Decretum executivum? si respicit executionem? vel eam respicit affirmando existere, vel extituram: nam apprehensio non potest in Deo esse. *Dicit* Godoy, affirmare media jàm electa esse exequenda hic & nunc. Contrà: nam vel hoc judicium affirmat necessitatem exequendi ex vi electionis, vel non? Primum dici debet: ergo videt esse Deum necessitatum ad exequendum ex vi electionis: ergo tale imperium non dirigit ullum decretum, sed unicè reflectit supra decretum, quo Deus manet necessitatus exequi media.

Godoy.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Illatio

153 Ex hucusque discussis, *duo* fiunt pro coronide præsentis controversiæ. *Primum*: Divinam Providentiam constitui non posse per ullum actum intellectualis Imperii: Nam hic repugnat in Deo. *Secundum*: quicquid sit de politico imperio, Monasticum, & physicum, quo quis sibi imperat, principaliter & primariò, imò unicè, si essentialia spectes, pertinere ad voluntatem: Nam hæc sola, suppositâ judicii indifferentiâ, potest sibi, & aliis potentiis imponere necessitatem operandi.

Cum S. D. Augustin. & cum Ang. D. S. Thoma.

154 Id quod sumo ex Augustino: ubi passim attribuit hoc imperium voluntati: nec negari posse videtur in 1. à Sancti Thomæ. Nam imprimis 1. 2. *quæst.* 17 sic habet titulum: *De actibus imperatis à voluntate.* Quòd si corpore *articuli* 2. dicat, Imperium esse actum rationis præsuppositâ voluntate, manifestè insinuat actum rationis imperari ab ipsâ voluntate, & ab hoc oriri totam vim movendi vel seipsam, vel alias potentias, licèt superveniat actus intellectûs, qui integraliter spectet ad imperium voluntatis, quatenus ipsum ipsi voluntati notificat. Deindo 1. 2. *quæst.* 71. *art.* 6. *ad* 2. iterum tribuit voluntati vim imperandi. Consentit 2. 2. *quæst.* 4. *art.* 2. *ad* 2. & *quæst.* 10. *art.* 2. Præterea 1. *part. quæst.* 25. *art.* 1. *ad* 4. & *art.* 5. *ad* 1. negat intellectui (saltē in Deo) & dat voluntati vim imperandi per hæc: *Potentia intelligitur, ut exequens: voluntas autem, ut imperans; intellectus, & Sapientia ut dirigens.* Apertiùs *in* 1. *dist.* 38. *quæst.* 1. *art.* 2. *O. Ex Scientia Dei non procedit opus nisi mediante voluntate imperante & potentiâ exequente.* Et iterum *dist.* 44. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad* 3. *Voluntas se habet ut imperans ad opus, quod potentia exequitur.*

SECTIO II.

EXCLVDITVR A FORMALI DIVINÆ Providentiæ Constitutivo Scientia Visionis libera.

§. I.

TERMINI, ET OPINANDI MODI.

De quâ Scientia Visionis sermo

155 NOta bene terminos, ne res, quæ aliòquin clarissimè tradi potest, reddatur obscura, qualem apud multos, ex eorum, sententiarumque permixtione, tradi video. Dixi *Scientia libera*: quia solùm hic nobis est quæstio de Scientiâ Visionis circa objecta contingentia: quæ Deo libera est, secùs ac Scientia Visionis, quam de sui existentiâ aliisque necessariis veritatibus absolutis habet. Dixi deinde, *excludi à formali constitutivo*: nam duo certa esse debent. *Primum*: Scientiam Visionis requiri ad Providentiam, vel antecedenter, vel comitanter, vel subsequenter: Nam nequit Deus decernere objectum efficaciter, quin eòipsò videat ejusdem existentiam. *Alterum*, juxta mea principia, in quibus Scientia Visionis, non est virtualitas subsecuta ad decreta rerum, (ut communiter dici solet) sed indistincta intrinsecè, & virtualiter vel à Decreto rerum, vel à complexo Divinæ Scientiæ Mediæ, & ipso Decreto supra se indivisibiliter reflectēte: Decreta enim Dei seipsis innotescunt Menti Divinæ, *ut* seipsis de se gaudent. Vnde, cùm Providentia necessariò constitui debeat per decreta, necessariò debet importare in sui constitutione in se, & virtualiter inspectâ, Scientiâ Visionis: quare solùm *excludi* potest *à formali constitutivo* Providentiæ.

Supra lib. 1. à num. 277.

Duplex Scientia Visionis & quâ libera à num. 278.

156 Nota insuper, duplicem à Modernis in Deo distingui Scientiam Visionis circa unum, & idem objectum. *Altera* est rerum intuitio in seipsis; *altera*, rerum intuitio non in seipsis, sed in medio connexo cum illis. Discrimen earum ex eo venit, quòd respectu unius, determinativum sunt ipsæ res, quas videt: respectu alterius, determinativum est ipsa connexio, in quâ videt, consistēns in Decretis Divinis, supra quæ mens Divina reflectit. Iam difficultas, *ajunt Moderni*, non est: an aliqua Scientia Visionis libera constituat Providentiam Dei: quia Scientia Visionis de uno objecto deservire potest ad existentiam, atque adeò ad decretum, & Providentiam de altero. Nec item volunt esse, an Scientia Visionis objecti in alio constituat ejusdem objecti Providentiam, nam & hoc necessarium putant in multis Providentiis; sed volunt litem cum Thomistis in eo esse, an Scientia Visionis rei in seipsâ constituat Providentiâ ipsius, vel Dei circa ipsam, tāquam ratio prior re ipsâ, ejusdem effectiva,

Quæstionis Punctum.

vel regulativa decreti circa ipsam. Sic repræsentant Moderni difficultatem, solliciti pro Theologiis suis, quasi Thomistæ non didicerint easdem subdistinctiones, easque inculcent. Fateor eam nobis esse debere præcipuam in hac re litem: verùm universalius disputatum volo an Scientia Visionis constituat Providentiam Dei formaliter, ut ratio regulativa, & directiva.

Prima Sententia Thomistarum cum Bañez. Nixa quatuor his Motivis.

157 Prima Sententia affirmat: & est omnium Thomistarum recentium post Bañez: quare vanū est eos repræsentare. Nitūtur in *quatuor* principiis. *Primum*: Scientiam Visionis de objecto non determinari ab objecto, nec esse ipso posteriorem *Secundum*: Ideò res esse quia Deus videt; non ècontrà. *Tertium*: Scientiam Visionis esse causam rerum, id est, regulam practicam proximam, quę dirigit Deum ad decernendam existentiam rei. *Quartum*: esse de ratione Dei Decernentis existentiam, prævidere absolutè existentiam, quam decernit. Hæc est Sententia Thomistica, & hęc ejus fundamenta.

Dissidium inter Thomistas Veteres, & Recentes Ioannem à S. Thomâ.

158 Sed hæc quatuor principia intellexere Thomistæ veteres, ut sonant. Ioannes à Sancto Thomâ, & cum ipso Moderni sic retinent, & explicant, ut vetificare velint in imperio intellectuali, quod aliàs ponunt in Deo; quod dicunt esse Scientiam Visionis: & in ipso distinguit Ioannes duplicem formalitatem, aliam intuitionis circa rem, aliam imperii: asseritque præcedere ad Decretum secundùm formalitatem imperii; non verò secundùm formalitatem intuitionis: quo quis non videat recedere à principiis, quibus innititur. Ob id displicet Petro Godoy, qui totam Scientiam Visionis reducit ad imperium, eamque ait præcedere secundùm se totam ad decretum executivum rei: unde hæc Scientia dicitur regula practica proxima: nam aliæ Scientiæ se habent remotè ad decretum hujusmodi, atque adeò ad existentiam rei. Vide quo pacto Thomistæ recidunt in subdistinctiones nostrorum Recentium.

Ill. Godoy.

Secunda Sententia Scholæ Nostræ.

159 Secunda Sententia simpliciter negat: & est communior Nostrorum post Molinam, nititurque principiis totidem è diametro oppositis Thomisticismo *nuper* repræsentato. Tertia Sententia distinguit: & asserit, admissâ distinctione virtuali inter ordinem intentivum & executivum, Scientiā Visionis mediatam & in alio constituere Providentiā Dei, in quâ interveniunt, aut necessarii sunt isti ordines decernendi, quales putant Prædefinitivam, Præmiativam, Reprobativam, & id genus alias: negant verò constitui Dei Providentiam per Scientiam Visionis immediatam & in se: ita Moderni nostri Scriptores post Arriagam citantes pro se passim Doctorem Eximium. Et miror quòd ita negent: nam ratione ordinis intentivi, jam manēt cognoscibilis in se veritas absoluta pro priori ad Decretum executivum: cur ergo tardet Divina mens in immediatā rei intuitione?

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Tertia Sententia. Recentiores Auctores.

160 Quarta Sententia distinguit etiam: & admissâ futuritione virtuali decretorum, imaginatur, signa in Deo aliqua. Primum: necessariorum: alterum futuritionis virtualis Decretorum, quæ demùm Deus habet in tertio. Positis hisce signis, ait, Deum pro secundo signo, cùm verum sit, quæ decreta habiturus sit Deus, ea videre, atqueadeò objectam ipsorum. Alii restringunt hæc ad duo solùm signa, alterum necessariorum, & futuritionis virtualis liberorum, atqueadeò ad Scientiā de ipsis ut futuris in altero signo: ex quibus inferunt Scientiam Visionis præcedere, & dirigere posse ad decreta rerum quarum est visio, atqueadeò constituere Providentiam Dei. Ita Magistri Provinciæ nostræ satis docti.

Quarta Sententia.

Recentiores Docti.

§. II.

IVDICIVM DE OPINIONIBVS INTRA Scholam Nostram.

Conclusio prima. Permissâ Futuritione Decretorum. Lib. 4. à num. 186.

161 PRima Conclusio: Etiam permissâ (quam imperceptibilem, & chymericam censeo) virtuali Decretorum futuritione, Scientia Visionis liberā nequit constituere Providentiam sui objecti, tanquam ratio directiva Decreti. Ostenditur primò: quia Scientia Visionis est Deo contingens, & libera. Id est certum: Nunc sic: ergo signum futuritionis Decretorum, est signum futuritionis Scientiæ, & non actualitatis ejusdem. Pater consequentia: quia per vos, signum Decretorum est signum futuri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

tionis omnium liberorum Dei : ergo etiam Scientiæ liberæ. Procedo : ergo Scientia illa non est prior *in quo* respectu decretorum, sed posterior *in quo*, & *à quo* : ergo est omninò inutilis ad eorundem directionem. Consequentia hæc patet : & probo alteram : quia futuritio Scientiæ pendet à futuritione decreti, & non è contra : ergo juxta horum principia, futuritio Scientiæ est posterior *in quo*, & *à quo* respectu futuritionis Decreti : ergo adhuc nequit esse futuritio Scientiæ in signo futuritionis Decreti, neque actualitas Scientiæ in signo actualitatis Decreti; sed in immediatè sequenti. Antecedens autem proximum patet: nam nequit esse futuritio Scientiæ liberæ, nisi modo quo ejus actualitas esse libera potest, nempe dependenter à Decreto Voluntatis. Tùm quia ideò scit Deus, futura à Decreta: quia Decreta futura sunt, non è contrà: ergo futuritio Scientiæ pendet à futuritione Decreti.

162 Ostenditur secundò. Decreta nequeunt esse futura, nisi modo quo sunt existentia : eatenus enim sunt futura, quatenus in signo sequenti concipiuntur existere. Rogo igitur : Vel Decreta in statu futuritionis sunt dependentia à Scientiâ Visionis, ita ut in statu futuritionis intelligantur pendere ab ipsâ, vel non ? Si secundùm : ergo actualitas Decretorum non pendet à Scientiâ Visionis. Probo consequentiam. Nam decreta solùm existunt eo modo, quo, & ea quæ erant futura ; atqui Decreta quæ erant futura, non erant modo dependendi à Scientiâ Visionis, nec erant futura dependenter ab ipsâ : ergo neque existunt dependenter ab ipsa. Si primum: ergo ea Scientia nequit esse libera ratione Decretorum : nam ad ea tam in statu futuritionis, quàm in statu actualitatis præcedit : ex quo fiet neque Decreta, libera esse posse, nam Decreta orta ex connexione antecedente non liberâ, non sunt libera.

162 Confirmatur: Vel ea decreta videntur futura dependenter a Scientiâ Visionis præsuppositâ ad ipsorum existentiam: vel non? Si secundum: ergo ea Decreta videntur futura, quin in signo actûs primi ad ipsa videatur esse Scientia Visionis : ergo existunt in suo signo, quin in signo actûs primi ad ipsa sit Scientia Visionis: nam, ut dixi, ea existunt, modo quo erant futura; nec ex aliis principiis erant futura; quàm existunt, neque ex aliis existunt, quàm erant futura: ergo Scientia Visionis non dirigit, imò videt ea fore sine suâ directione. Si primum : ergo ea Scientia se videt ex parte actûs primi ad ipsa decreta: ergo non videt oriri decreta ex signo indifferenti. Insuper : ergo ea Scientia non existit in Deo ex determinatione decreti, sed potiùs decreti tam futuritio, quàm actualitas est ex determinatione Scientiæ: quæ ergo manet in Deo libertas in decernendo? aut quomodò potest esse liber in sciendo?

Conclusio secunda. Permissâ Virtuali Distinctione.

164 Secunda Conclusio : permissâ distinctione inter ordinem intentivum, & executivam (quam etiam in Deo chymericum ex dictis *alibi*, & *infrà* dicendis censeo) aliqua Scientia Visionis constituere potest Providentiam sui objecti, vel alterius. Ostenditur. Nam permissâ hujusmodi distinctione præcedit ad Decretum executivum rerum prævia determinatio voluntatis, vi cujus manet rei executio absolutè futura, & cognoscibilis pro statu futuritionis absolutæ: ergo præcedit Scientia Visionis, quâ res videtur absolutè futura : ergo præcedit Scientia Visionis capax dirigere Decretum executivum rei. Imò finguntur decreta executiva, quæ necessariò exigant vel ratione sui, vel ratione providentiæ, quam constituunt, directionem Scientiæ Visionis : talia sunt Decreta præmiativa, quæ prærequirere dicuntur Scientiam absolutam meritorum: reprobativa, quæ Scientiam absolutam demeritorum prærequirere etiam dicuntur: prædefinitiva, quæ necessariò etiam præmittere putantur ad Decretum executivum constitutivum hujus Providentiæ, Scientiam Visionis eorundem actuum, quorum est prædefinitiva Providentia. His discussis, quibus abundat Recentium Theologia, ut non invideo, nec utor ipse, nec egeo.

De Incarn. lib. 3. disp. 1. à n. 73. Infrà hoc ipsa tract. à num. 555.

Conclusio tertia. Generalis ex dictis de Incarn. loc. cit.

165 Tertia Conclusio: Nulla Scientia Visionis constituere potest Divinam Providentiam sui objecti vel alterius, tanquam ratio dirigens eum virtualiter præcessione ad decretum eorum. Hæc veritas oritur ex Doctrinâ, quam *sæpè* inculco, de Divinâ indivisibilitate in decernendo. Nam nequit Scientia Visionis de ullo objecto præcedere virtualiter ad decretum aliquod, nisi fundetur in altero decreto præcedenti, vi cujus sit Deo libera, ut patet ; atqui inter Divina Decreta nulla potest esse virtualis præcessio cùm nulla sit distinctio virtualis, juxta mea principia: ergo nulla Scientia Visionis præcedere virtualiter potest ad decretum aliquod: ergo neque potest ullam Dei Providentiam constituere circa suum, vel aliud objectum, tanquam ratio cùm virtuali præcessione dirigens ad decretum eorum.

Conclusio quarta Specialis ex inibi dictis.

166 Quarta Conclusio: Nihilominùs probabile mihi est constitui Divinam ali quam Providentiam circa objectum aliquod posse per Scientiam Visionis alterius, tanquam per rationem præcisè directivam Decreti Divini circa tale objectum. Ratio mihi est : quia munus dirigendi non requirit inter cognitionem dirigentem, & affectum directum, ullam virtualem distinctionem, & præcessionem inter eos actus, ut patet inter cognitionem Divinam comprehensivam sui, & necessarium sui amorem : & sic disputando de Incarnatione *lib. 3. disp. 1. sect. 2. & 6.* explicui, quomodo sine ullâ distinctione inter Scientiâ Visionis de meritis, & Decretum de præmiis; & inter Scientiam Visionis de demeritis, & Decretum reprobativum, & punitivum, stare posset directio, salvatique hæc veritas, quòd Deus præmia conferat propter merita absolutè prævisa, aut quia videt absolutè merita; & reprobet post demerita absolutè prævisa, aut quia demerita videt absolutè: De quo recurret *infrà lib. 8. à num. 134.* sermo *lib. 8.*

Lib. 3. disp. 1. à nu. 29. & à num. 92.

Infrà lib. 8. à num. 134.

§. III.

THOMISTICÆ OPINIONIS EXCLUSIO.

Conclusio Principalis, & Scholæ Nostræ.

167 QUinta Conclusio, generalis in hoc puncto, & principalis contra Thomistas : Scientia Visionis nequit quam ratio dirigens ad decretum sui Objecti. Hanc tenet acerrimè Schola nostra, uti necessariam concordiæ libertatis nostræ cum Divinâ Præscientiâ, & Providentiâ. Eamque ostendo sic primò: Non ideò res sunt futuræ, *quia* Deus videt; sed potiùs Deus videt, *quia* futuræ sunt : Atqui si Scientia Visionis constitueret Providentiam, tanquam ratio dirigens ad decretum rerum, major assumpta esset omninò falsa, ut per se patet : ergo Scientia Visionis nequit constituere Providentiam sui objecti, tanquam ratio dirigens ad decretum ipsius.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

168 Probo Majorem, in quâ totæ difficultas est: Imprimis enim ea Veritas est inconcussa apud Sanctos Patres, & adeò communis, ut ore pleno dixerit Mag. Franciscus Romæus Dominicanæ Familiæ Generalis *lib. de Libert. Oper. verit. 8. Si ad antiquos Patres te convertas, reperies ferè omnes in hanc unam consentire Sententiam, nō ex eò quòd Deus sciat aliquid futurum : Idcirco futurum est. Sed quia futurum est, Deus novit, qui est præscius futurorum.* Et meritò, ut videre est apud Suarez *Prolog. 2. de Scientiâ cap. 10.* Montoya *disp. 33. & 36. de Scientiâ Dei*, Fassolum *in 1. p. quæst. 14. art. 8. dub. 3.*

Mag. Gen. Romæus.

Suarez. Montoya. Fassolus.

169 Seligo in specimen clariora testimonia: Iustini : *Causa non est ejus quod futurum est, prænotio; sed quod futurum est, est causa prænotionis : non enim prænotionem sequitur res futura, sed rem futuram, prænotio.* Hæc & alia habet *lib. quæst. ad Orthodox. resp. 58.* Eusebii *lib. 6. de præparat. Evang. cap. 9. Non est præcognitio Dei, causa futurorum : non enim ideò fit, quia præscitur, sed quia futurum erat, præscitur.* Damasceni *in dialogo* contra Manicheos : *Præscientia nequaquam est causa, cur omninò fiat, quod futurum est. Quin potiùs quia hoc vel illud futuri sumus, ideircò prænoscit.* Hieronym. *in cap. 26. Hieremiæ: Non ex eo quòd Deus scit futurum aliquid, idcircò futurum est, sed quia futurum est, Deus novit.* Augustini *lib. 3. de lib. arb. cap. 4. sicut tu memoriâ tuâ non cogis facta esse quæ præterierunt ; sic Deus præscientiâ suâ, non cogit facienda, quæ futura sunt.* Boëthii *demum 5 de Consol. prof. 6.* comparantis *præscientiam Dei cum cognitione nostrâ*, & oculari visu. Ex quibus patet, quàm apud Patres certa sit nostra veritas, & quàm rectè pronuntiaverit *Romæus Dominicanus.* Illud nota, hæc à Patribus dici, ut contra Gentiles, & hæreticos salvent nostræ libertatis immunitatem, non obstante Divinæ Præscientiæ

Iustinus.

Eusebius.

Damascen

Hieronym

Augustin.

Boet.

Scopus SS. Patrum.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Prævidet. & Prædestinante. Thomisticæ Solutiones.

tiæ æternitate.

170 Video tamen, ad hæc responderi *tripliciter* à Thomistis. *Primò*: sensum Patrum esse, attentâ præcisè ratione Scientiæ, seu præcisim ab adjunctâ voluntate, sine quâ verum est Scientiam non causare res. *Secundò*: ideò hæc à Patribus dici, ut significetur solùm bonitas illationis, & consequentiæ: si enim res futuræ sunt, scit Deus esse futuras. *Tertiò*: unicè per hos loquendi modos indicare Patres, quòd Præscientia non imponit necessitatem, neque nocet arbitrio nostro. *Nulla* ex his solutionibus quicquam valet.

Prima repellitur.

171 Non prima. Primò: quia Scopus Patrum contra Gentiles, & hæreticos est concordia nostræ libertatis cum Divinâ Præscientiâ: cujus difficultas potiùs augetur, quâ minuitur ex consortio divinæ voluntatis; nam tale consortium non minuit, sed auget vim connexionis antecedentis ad res futuras. Secundò: quia falsò negatur partiali concausæ vis causandi, eò quòd egeat ad causandum consortio alterius: at Patres negant præscientiæ vim causandi: ergo falsò negant: & loquuntur impertinentissimè. Tertiò: quia malè comparassent Præscientiam cum memoriâ, & visu oculari.

Et secunda

172 Non secunda: primò: quia æquè valet illatio ex præscientiâ ad rem futuram: ergo titulo consequentiæ utrumque debuisset à Patribus asseri, cùm tamen asserant unum, negent aliud. Secundò: quia id omninò debile foret pro vincendâ difficultate concordiæ inter præscientiam Dei, & libertatem nostram, cùm hæc bonitas illationis flecteret cum antecedentiâ, & causalitate Præscientiæ, quam Patres differrè negant pro Scopo difficultatis. Tertiò: dum Patres negant res esse quia Deus videt, vel negant Visionem esse illativam rerum logicè: vel esse causam earum: Non primum: quia oppositum est evidens: ergo secundum.

Tertia demùm.

173 Non demum tertia: quia licèt finis Patrum is sit: ut hunc assequantur, utuntur hoc medio, quòd nempe res sciantur à Deo quia sunt, non verò sint, quia sciuntur. Alioquin peterent Patres manifestè principium. Neque aliter visum est Patribus, posse salvari libertatem nostram, quàm asserendo præscientiam potiùs subsequi, quàm præcedere ad res futuras. Quare

Discursus SS. TT. Illustratur Primò

174 Probo majorem, de cujus veritate contendimus, Secundò & à ratione, ostensurus, quàm egregiè pro salvandâ concordiâ Præscientiæ cum libertate nostrâ, conspiraverint Patres in asserendo, præscientiam non esse causam rerum, neque stare posse nostram libertatem, nisi ster hæc veritas: non *ideò* res sunt, *quia* scit Deus forè: sed econtrà *ideò* Deus scit fore, *quia* erunt. Sic argumentor. Ex duobus entibus, quæ se metaphysicâ necessitate mutuò inferunt, qui determinat pro libito unum, aut evitat, pro libito determinat, aut evitat utrumque: atqui Præscientia Dei, & actio nostra libera se metaphysicâ necessitate inferunt: ergo qui determinat, aut evitat pro libito unum, pro libito determinat, aut evitat utrumque. Syllogismus est evidens.

Aliter

175 Formo aliem: ex duobus Agentibus, quę se exercent per actiones metaphysicè connexas, non est liberum, Quod pro libito non determinat actionem, desinens ipsam pro libito evitare: hæc enim est essentia agentis liberi. Imò est ex præformato Syllogismo imperceptibile, quòd agens se determinans ad actionem, aut eam evitans pro libito, non determinet indivisibiliter alteram cum suâ connexam, aut evitet. Nunc sic: Vel cùm Petrus peccat, aut peccare desinit, præstat id liberè, vel non? Secundum dici nequit: Si ergo primum: ergo esse peccatum, aut deesse est ex libito Petri determinantis se, aut evitantis: ergo esse ens cujus esse sit coëxistere cum peccato Petri, vel deesse; est ex libito ipsius Petri: ergo vel Petrus non peccat, aut peccare desinit, liberè, seu quia vult; vel solùm quia vult Petrus, existit ens cujus esse sit coëxistere cum peccato Petri, vel deesse. Atqui præscientia Dei de peccato Petri v. g. est ens, cujus esse est coëxistere cum peccato Petri: ergo ea existit, quia vult Petrus, aut peccatum Petri non existit, quia Petrus vult: ergo ut salvetur libertas, necessaria est ista cau salis veritas, quòd non ideò res sint, quia scit Deus: sed ideò sciat Deus, quia res sunt.

Aliter magis ad rem rerum.

176 Illustratur hæc ratio: Præscientia Dei est aliqua necessitas, ut res, quæ, præ-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Prævidet. & Prædestinante. Deus non esset liber.

scit, & videt, sit eò modo, quò præscit, & videt: necesse enim est quòd Præscientia Dei sit vera; vera autem nequit esse, nisi objectum, quod videt, sit pro instanti, pro quo futurum videt. Adde, nullam alioquin difficultatem exoriturum cùm nostram libertatem ex præscientiâ, nisi hæc esset aliqua necessitas. *Rogo* ergo nunc: vel ista necessitas ex præscientiæ æternâ suppositione est necessitas antecedens, vel omninò consequens? Si primum: tollit libertatem, nec est speranda ulla concordiæ ratio, quæ cum Calvinismo, & jansenismo non coincidat: ob idque negatur à Sanctis Patribus. Si ergo secundum: ergo non est necessitas causæ, sed effectûs, seu quasi effectûs; non est necessitas, quæ faciat Voluntatem operari, sed quam Voluntas operando facit; non est necessitas, quæ causet, sed quæ sit, quia Voluntas alioqui vult.

Montoya. Suprà lib. 3. num. 84.

177 Hæc enim est necessitas *consequens* apud Patres, ut videre latissimè est apud Montoyam *disp. 33. de Scientiâ*, & nos expendimus suprà *lib 3. à num. 84.* Nunc sic: ergo suppositio præscientiæ, ne sit necessitas noxia libertati, opus est ut sit dependenter ab operatione voluntatis; & quasi ad ipsam determinativè consecuta: ergo non præscit Deus nisi quia Voluntas alioquin operatura est: ergo res non sunt futuræ, *quia* præscit Deus, sed *ideò* futuras præscit, *quia* futuræ sunt.

Scientia Visionis nò potest esse Causa Rerum.

178 Ostenditur secundò Conclusio. Sic argumentor: ista prædirectio Scientiæ libertæ respectu decreti circa suum objectum, tolleret & Deo libertatem in decernendo, & nobis libertatem in exequendo: unde in nullo agente Rationali maneret ex ipsius necessitate libertas. Quam sequelam ut probem, & connia. Noto primò: cognitionem prædirectivam ex Doctrinâ Scholæ Thomisticæ, & communi recentiorum se habere ex parte actûs primi respectivè ad actum, quem prædirigit, uti constitutivam potestatis proximæ ad illum: sic cognitio boni se habet ex parte potestatis ad amorem ipsius boni. Noto secundò: rationem specialem, quæ Thomistas movet ad doctrinam hujusmodi, ut videre est apud Godoy, Gonzalez, & Alvarez, esse ne voluntas feratur in incognitum; cùm autem Divina Voluntas decernat existentiam, seu rem pro statu absoluto, eamque sola Scientia Visionis manifestet; inferunt eam Scientiam Visionis præcedere debere ad decretum existentiæ. His ita positis

Principia Thomistarum.

Nota bene. Ex Godoy. Gonzalez. Alvarez.

179 Probo sequelam quoad primam partem: Vt Deus decernat existentiam finis *A*, vel medii *A*, prærequiritur, ut principium directivum simpliciter necessarium, Scientia Visionis de existentia finis *A*, vel medii *A*: ergo Deus non decernit existentiam finis *A*, vel medii *A* liberè: ergo nihil decernit liberè. Antecedens patet ex prænotatis, & falsum esse nequit, stante Doctrinâ Thomistarum. Probo primam consequentiam. Deus decernens existentiam finis *A*, vel medii *A*, potestate constitutâ per Scientiam Visionis de fine *A*, vel medio *A* decernit potestate determinatâ ad unũ, & sine potestate decernendi oppositum: ergo non decernit liberè.

180 Antecedens proximum patet quoad primam partem: quia Scientia Visionis de fine *A*, vel medio *A*, est essentialiter connexa cum existentiâ finis *A*, vel medii *A*. Quoad secundam probatur: quia sicut ad decernendam existentiam finis *A*; vel medii *A* requiritur ex parte potestatis proximæ, ne voluntas feratur in incognitum, præcognitio de existentiâ finis *A*, vel medii *A*, ita ad decernendam existentiam carentiæ finis *A*, vel medii, aut finis oppositi, oppositivè medii, requiritur ex parte potestatis præcognitio de existentiâ talis carentiæ; atqui Scientia Visionis de existentiâ finis *A*, vel medii *A*, est incompossibilis cum præcognitione carentiæ, ut per se patet: ergo potestas ad decernendam existentiam finis *A*, vel medii *A*, nequit esse simul cum potestate ad decernendum oppositum: ergo, &c. Nec dicas, stare in manu Dei evitare talem prævisionem: nam evitare non potest nisi per potestatem oppositi, quam deesse contendimus. Roga modò Thomistas, unde illa Scientia Visionis possit habere, quòd libera sit?

Nec Creatura.

181 Probo jam sequelam quoad alteram partẽ de nostrâ libertate: & exempli gratiâ loquor de consentiente: & arguo sic: si talis prædirectio Scientiæ libertæ requireretur ex parte causæ ad existen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædest. unite.

stentiam consensûs, homo consentiens consentiret sine potestate dissentiendi: ergo non consentiret liberè. Probatur antecedens: primò: quia homo consentiens consentiret sine potestate constitutâ per providentiam simpliciter ex parte actûs primi necessariam ad dissensum, & sine potestate eam sibi acquirendi prohibito: nam acquiri non potest nisi per dissensum, pro quo contendimus deesse potestatem.

182 Secundò: quia homo consentiens non consentiret cum potestate liberâ dissentiendi, neque pro sensu compositò, neque pro diviso: Prima pars patet, & probo alteram: nam posse dissentire pro sensu diviso liberè est posse pro libito ponere dissensum: non utcumque, & præcisivè, sed faciendo divisionem, & ponendo dissensum divisum à Scientiâ Visionis de consensu: id autem est impossibile consentienti. Probemus breviter has præmissas. Major probatur. Qui enim nequit tollere, vel evitare pro libito id cujus esse est abesse dissensum, ei quomodo imputabitur quòd non ponat dissensum? Minor etiam patet: qui enim est sine prærequisito essentiali ad evitandam Scientiam Visionis de consensu, & sine potestate illud acquirendi, quomodo facere potest ne sit Scientia Visionis de consensu, sed dissensus? Multa ad hæc *lib. 3.* dedimus, & dabimus *inf à.* Maneat ergo esse contra jura libertatis, & Divinæ, & Humanæ constituere Providentiam ex causalitate Scientiæ Visionis circa suum objectum.

Lib. 3. & Infrà lib. 7.

§. IV.

THOMISTIS ARGVENTIBVS SATISFIT.

Objectio prima ex SS. PP.

183 Objicies primò contra *immediatam Conclusionem.* Non enim Deus scit res, *quia* erunt, sed *ideò* erunt, *quia* scit. Idque traditur à Sancto *Augustin.* Augustino *6. de Trinitate cap. 10.* Sic: *Non enim hæc, quæ creata sunt, ideò sciuntur à Deo, quia facta sunt; ac non potiùs, ideò facta sunt immutabilia: quia immutabiliter à Deo sciuntur. Et lib. 15. cap. 13. Universas autem Creaturas, non quia sunt, ideò novit; sed ideò sunt, quia novit.* A Sancto Gregorio *lib. 20. Moral. cap. 24. Quæcumque sunt, non ideò ab aterno videntur: quia sunt; sed ideò sunt: quia videntur.* A Sancto Thomâ *quæst. 14. art 8. ad 1.* Vbi Originem nobiscum loquentem, non admittit. Adde ab Augustino in definitione Providentiæ dicit: *Præscientia, & præparatio Mediorum:* Præscientia autem sonat Scientiam Visionis.

Gregorius

S. Thomas

184 Respondetur negando assumptum, & id unquam dici à Patribus in sensu recentium Thomistarum, & contra nostrum. Augustini, & Gregorii *prima* apud nostros explicatio est, loqui utrumque de Scientiâ simplicis intelligentiæ, quæ immutabilis in Deo est, & est causa directiva ad ipsarum rerum productionem. Isque sensus patet primò: quia suprà clarè locutus est uterque nobiscum de Scientiâ Visionis. Secundò: quia ex contextu loquuntur de Scientiâ, quâ Deus ante rerum creationem scit res quas liberè creaturus est, atque adeò de Scientiâ, quæ indifferenter prælucet ad dispositionem rerum. Nec obest ex Godoy: quòd sola Scientia simplicis Intelligentiæ non sit, quæ causat res: Non inquam, obest: Nam sufficit ad veritatem causalis, quòd sit partialis causa, aut aliqualis ratio, ut dixit Sanctus Thomas *1. part. quæst. 19. art. 4. ad 3 Quia Deus bonus est, sumus.* Nec item obest quòd Gregorius utatur nomine *Visionis*: Nam Visio juxta Sanctū Thomam *quæst. 2. de veritate, art. 9. ad 3.* sumitur pro omni genere Scientiæ.

Explicantur Sancti Patres primò

Godoy.

S. Thom.

185 Altera explicatio est, eos loquî sensu insinuante, Deum, ut res intelligat, non requirere quòd res ipsæ existant, quasi accipiat, & expectet, ut eas sciat, actualem earum existentiam. Idque est valde verosimile, attento contextu. Videatur Fassolus *quæst. 14. art. 8. dub. 3. & 5 num. 130.*

Secundò

Fassolus

186 Ad Sanctum Thomam respondent Ribadeneyra, & Espinza, ideò ipsum explicuisse Originem, nec absolutè admisisse, non quia non censeret verum quod Origenes assumpserat, sed quia Origines visus est negare Scientiam Visionis, etiam prout adjunctam voluntati causanti, & ratione ipsius, causare quasi de materiali, & non ex munere Scientiæ, & directionis. Nam cùm Scientia Visionis sit omnimodè ex parte objecti identificata cum Decreto, & hoc sit causa

S. Thom. Mens Et Ribad. & Suarez

sa rerum, necesse est, ut etiam Scientia Visionis sit aliquomodo causa rerum, nō quidem formaliter, & ex munere Scientiæ (id enim attinet ex ipso S. Thomâ *in Corp. art.* ad Scientiam, quæ indifferens est, & præcedit ad Decretum) sed identicè, & quatenus est Decretum sciendo, & videndo causans. Vnde negare in omni sensu, quòd Scientia Visionis sit causa rerum, quod innuere videtur Origenes, noluit admittere Sanctus Thomas.

Magis explicatur.

187 Hæc solutio probabilis est, & mihi vera. Accōmodatior est tamē quam tradit Pater Fassolus *loco citato, dubio 5. num. 9.* Locus enim Origenis *duo* dicit: *primum*: Non propterea aliquid erit, quia ideò scit Deus futurum. *Alterum*: sed quia futurum est, ideò scitur. Hoc secundum admittit Sanctus Thomas, exclusâ tamen verâ causalitate rei respectu Præscientiæ. Primum, in quo Origenes manifestè dicit Scientiam Visionis non causare futurum, Sanctus Thomas, neque id negans, neque exponens, solùm addit: Origenes locutus est, attendens rationem Scientiæ, cui non competit ratio causalitatis, nisi adjunctâ voluntate, ut dictum est: quasi diceret: Non est cōtra me, quia loquitur, non de Scientiâ, cui competit causare ex consortio voluntatis determinantis ejus indifferentiam, quam diximus in Corpore esse causam rerum, sed de aliâ, nempe Visionis, cui non adjungitur Voluntas, sed ipsa adjungitur voluntati causanti. Hæc Fassolus videndus.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Fassolus. S. August.

Augustinus voce præscientiæ, Scientiam intellexit, præscindens ab hac vel ab illâ. Cettè nomine *præscientiæ*, venire poterat Scientia Media juxta ea, quæ *Suarez. Ribad.* Suarez *lib. 2. de Scientiâ cap. 1.* & solet omne genus Divinæ Scientiæ. Vide Ribadas *d. sp. 2. nu. 9.*

Altera Objectio.

188 Objicies secundò: Scientia Visionis est causa rerum: ergo constituit Providentiam: debet enim hæc constitui per Scientiam, quæ sit causa rerum. Antecedens probatur à Thomistis, primò ex Sancto Thomâ in *1. dist. 39. quæst. 1. art. 1. ad 5* Esse Dei non subjacet libertati voluntatis, sicut scire operativum Creaturæ: ergo scire operativum Creaturæ est Deo liberum. Secundò: ex Gregorio dicente *lib. 32. Moralium, cap. 6.* Non existentia videndo creat; existentia videndo continet. Tertiò: Deus causat res per imperium; hoc autem est Scientia Visionis. Quartò: Scientia quæ est rerum causa est determinata, & non indifferens ad res quas causat: id autem sola etiam habet Scientia Visionis. Quin tò, sicut Deus est liber in causādo, Scientia, quæ ipsum in causando dirigit, debet esse libera: quod solū Visionis Scientiæ competit. Sextò: quia Scientia, quæ in Deo est causa rerum est practica, & Scientia approbationis: utrumque convenit Scientiæ Visionis; neutrum simplici intelligentiæ. Septimò: Deus causat videndo, quod causat: ergo directus ex ipsâ visione rei, quam causat. Octavò: directio, quæ fit per notitiam experimentalem, seu visivam rei, quæ fit, est perfectissima: est ergo concedenda, si non repugnet. Non verò repugnare patet: quia cognitio potest esse principium sui objecti. Nonò: Deus non decernit, quod non videt: tenderet enim in incognitum: sed decernit existentiam: ergo hanc prō priori videt. Decimò: Visio, quâ Deus reflectit in intentionem efficacem est Visio de existentiâ finis: & Visio quæ reflectit supra electionem mediorum, est Visio de existentiâ mediorum: sed hæ sunt Scientiæ practicæ, & dirigunt Deum, altera ad eligendum; altera ad exequendum: ergo.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

189 Respondetur, negando antecedens in sensu Thomistarum: licèt in alio sensu, quem fortè tenuit Sanctus Thomas, & explicui *num. 186.* verum sit. Ad primum, mens Sācti Thomæ est, Esse Dei non subjacere Dei ipsius Voluntati, quoad esse, vel non esse, ut scire operativum Creaturæ subjacet, quoad operari, vel non operari. Ad secundum: Mens Sancti Gregorii est Deum creare per Decretum, quod sit rei creatæ visio; nihilque creatum esse, quod à Deo visum non sit. Ad tertium nego antecedens ex *sect. præced.* Deinde bene negat Suarez *prolegom. cit. cap. 10. nu. 16.* Imperium, quod tribuit Sanctus Thomas, distingui ab actu voluntatis; & purè intellectuale identificari cum Scientiâ Visionis: hæc enim subsequeretur ad illud. Demum acutè contendit Ribadeneyra, imperium, estò daretur, non movere in munere Scientiæ de re exequendâ, sed prout est insinuatio Voluntatis obligantis. Vide

Solvitur.

S. Thomæ Mens.

Suarez.

Ribaden.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

illum *disp. 18. de Scientiâ mē. 8.* seu potiùs 11.

190 Ad quartum, fateor Scientiam, quæ causat formaliter, & in munere Scientiæ, determinatam esse dùm causat, non tamen exse, sed ex voluntate contingenter adjunctâ, ut docet Sanctus Thomas *quæst 14 art. 8.* Ad quintum, fateor etiam esse debere liberam, non tamen in essendo, sed in causando. Ad sextum, nego minorem: per se enim convenit simplici intelligentiæ esse practicam in munere Scientiæ: & quæris Scientia circa objectum Deo complacitum, est Scientiæ approbationis, & præsertim simplex Intelligentia, adjunctâ voluntate, medià quâ causat. Vide Montoyam *disp. 15. de Scientiâ, sect. 6. & disp. 18. sect. 2 & 3.*

Suprà lib. 1. à n. 313. Ribaden.

191 Ad septimum, nego consequentiam: nemo enim suadetur ut rem faciat, ex Visione rei jam existentis. Ad octavum, nego esse perfectam, sed imperfectissimam. Ad nonum: Ut decernatur existentia non est opus, ut præcognoscatur omni modo, quo potest, sed quo potest, & debet prioriori ad ipsam: id quòd jam præstat simplex intelligentia. Adde experimentalem notitiam rei solùm requiri ad affectum per modum gaudii; quale decretum executivum non est. Demum exinde, si ratio valet, pro omni decreto tam efficaci, quàm inefficaci circa rerum existentias deberet præcedere visio ipsarum. Ad ultimum, nego suppositum. Et eo permisso dico eas visiones solùm dirigere, non quà sunt Scientiæ rerum, quæ decernendæ sunt, jam existentium, sed quà sunt reflexio actûs præhabiti. Demum à nostris non negatur, quòd Scientia Visionis de objecto uno dirigere possit ad decretum alterius.

Objectio potior

192 Objicies tertiò: si res non *ideò* existunt, *quia* Deus scit forè; sed *potiùs ideò* Deus scit fore, *quia* existent: ergo ipsa rerum existentia exeret aliquam causalitatem circa Divinam Scientiam: sine aliquâ enim causalitate stare nequit vera causalis significata per ly ideò, & quia: At ista causalitas est imperceptibilis: quomodo enim quod non existit, sed existet, causare potest quicquâ? quomodo causare potest quod incausabile est, qualia sunt omnia Dei? Quomodo quod in tempore est, causet quod ab æterno, & æternum est? Quòd si objectum nondùm existens causare potest æternam suî Scientiam in Intellectu Divino, quidni ejusdem in Angelico? & Angelus naturaliter sit præscius futurorum? Adde repugnare causalitatem, ubi prioritas nō intervenit: at quæ prioritas esse potest in existentiâ temporali respectu perfectionis ab æterno præexistentis?

Solvitur.

193 Respondetur: Fateor, hanc veritatem stare non posse, quin objecta exerceant aliquem influxum (non enim uti voce causalitatis, quæ plena est imperfectione) respectu Divinæ præscientiæ: Is tamen non est physicus, sed purè intentionalis cum prioritate objecti ad illam in genere purè determinantis. Influxus iste purè intentionalis nec Deum dedecet, nec repugnat objecto non existenti. Non dedecet Deum: quia in actus Divinæ Voluntatis exercetur à fine. Non repugnat objecto, ut eodem finis non existentis, & moventis exemplo convincitur. Hinc ergo est, quòd Objectum nondum existens, seu in tempore exiturum influat intentionaliter, seu sit ratio, non quidem physica, seu physicè movens, sed objectiva, & intentionaliter movens, cur ab æterno sit in Deo præscientia rerum.

Ex Doctrinis datis lib. 5. à num. 154.

194 Et hoc non est, objectum extendere suam virtutem à tempore in æternitatem, sed Infinitatem Divinæ mentis extendi ab æternitate in omne tempus. Cùm enim seipsa sit infinitè intelligens, & summè determinata ad omne quod verum est, aut erit, omne quod verè affirmari potest; necessariò debet habere Scientiam Peccati v.g. quod erit, & quod verè ab æterno affirmabatur in tempore fore. Quæ infinitudo, & summa determinatio potentiæ cùm desit Angelo, egenti ad cognoscendum physico juvamine objecti, vel per se, vel per speciem; hinc ipsi non sufficit quòd objectum aliàs verè affirmabile sit, ut cognoscat illud anticipatò, ut Deo sufficit. Video me usum Terminis Influxûs Intentionalis, & Prioritatis in objecto ad Scientiam: Sed hos terminos, & quæ concernunt, habes latissimè *lib. 5.* cùm de determinativo Scientiæ Mediæ *à num. 154.*

Videsupra lib. 5. num. 154.

SEC-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

SECTIO III.

ADMITTITVR AD DIVINÆ PROVIdentiæ Constitutivum Simplex Intelligentia.

§. 1.

CONCLVSIONES DVÆ PROBATÆ, ET defensæ.

Conclusio prima cōmunis.

195 PRima Conclusio: Scientia naturalis Dei prout est simplex Intelligentia Possibilium, & Visio suarum perfectionum existentium, indispensabiliter intrat formalem essentiam omnis Providentiæ. Est communis. Et ostenditur quoad primam partem: quia ignotâ Rerum & Mediorū possibilitate, nequit à Deo haberi decretum circa ipsorum positionem: at possibilitas rerum, & mediorum, noscitur à Deo per simplicem Intelligentiam: ergo simplex Intelligentia requiritur indispensabiliter, ut decretum à Deo habeatur penès rem, aut medium unumquodque, tanquam ratio, à quâ indispensabiliter habet quodcumque decretum esse prudens, & voluntarium: ergo requiritur indispensabiliter pro cōstitutione formali omnis Providentiæ.

196 Quoad secundam etiam ostenditur. Et primò: quia Nequit comprehensivè cognosci quid creatum quin eo ipsò indivisibiliter cognoscatur Deus existens; at ex nuper dictis requiritur ad omnem Providentiam notitia Divina Creaturarum. Secundò: quia apud me primaria rerum possibilitas, & quâ res denominantur possibiles consistit in prædictata Dei necessariis: Nihil enim æternum, nisi Deus, & ea veritas æterna est: nequit igitur requiri ad omnem Providentiam formaliter, Scientia possibilium, quin eoipso requiratur & Scientia perfectionum Dei. Tertiò: quia nihil decernit Deus, quod non ordinet ad gloriam suæ Deitatis: quod quidem, eâ ignotâ, nō posset. Quartò: quia nihil Decernit efficaciter, nisi cognoscens penès se existere potestatem illud exequendi: hæc autem potestas, est Dei perfectio necessaria.

Suprà lib. 2. à nu. 5.

Herize.

197 Objicies primò ex Herize *disp. 22. nu. 54.* Contra primam partem conclusionis: cur enim Scientia Media, (quam requiri dicemus ad Moralē Providentiam) non sufficit formaliter ad ipsam sine comortio Scientiæ Naturalis? & ratio est, quia Scientia Media, dum videt, si ponatur hoc auxilium, aut hæc libertas, fore, ut consentiat, satis videt possibilitatem auxilii & libertatis: non ergo requiritur formaliter ad omnem Providentiam Scientia Naturalis circa possibilia. Dici primò potest: per hæc non impugnari satis Conclusionem: nam semel admisso, quòd Scientia cognoscat possibilitatem conditionis, sub quâ tangit eventum, jam eminenter saltem est ex eâ parte simplex Intelligentia. Respondeo deinde, sicut Scientiæ Conditionatæ non est decidere & judicare de existentiâ Conditionis, ita neque de illius possibilitate, simpliciter & absolutè: utque illud attinet ad Scientiam visionis: hoc ad simplicem intelligentiam pertinet.

198 Objicies secundò contra secundam partem Cōclusionis. Si, ut Deus decerneret existentiam medii, requireretur Scientia Naturalis de suâ illud exequendi potestate, requireretur ulteriùs Scientia reflexa de eo quòd ea veritas cognoscatur à Deo: ratio est: quia ea potestas exequendi, constitueretur per illiusmodi Scientiam, ut patet: at hoc est absurdum. Nego minorem, quæ ultimò subsumitur: absurdum enim, quod timeri poterat, erat infinitudo reflexionum, quæ non sequitur: Deus enim simplicissimè cognoscit omnia, & suam etiam omnium Scientiam, quantumvis nos ex nostro modo concipiendi ludamus per varias formalitates, exprimendo simplicissimum intuitum Dei, modò sic, modò aliter.

Conclusio secunda Specialis, & Tripartita.

199 Secunda Conclusio: Hæc Scientia naturalis Dei non sufficit ad moralem Providentiam, neque ad ullam ullius rei, attētis perfectione voluntarietatis ex parte Dei; & ex parte rei, naturâ ipsius prout est in Dei ideâ: his verò præcisis sola sufficeret. *Tres* partes habet assertio. Pro *primâ* dabimus Authores, & militabimus in *seqq.* Alias hic probo: & *Secundam* imprimis, pro quâ stant P. Antonius Perez *disp. 2. de Prædest. cap. 2.* Cardinalis Sfortia *in Assertionib. lib. 1. de Actib. cap. 8. num. 99.* Ribadeneyra *d sp. 17. nu. 23.* & Esparza *lib. 1. quæst. 26. art. 8.*

Ant. Per. Cardinal. Sforzia. Ribaden. Esparza

200 Sic argumentor: Attentis, per-se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 3. d. Deo Providèt. & Prædestinante.

fectione Divinæ voluntarietatis, & Naturâ rei cujuslibet prout est in Dei ideâ, nequit Deus quicquam decernere, nisi directus ex omni Scientiâ, quam habet, independenter à rei positione; atqui independenter à rei cujuslibet positione est in Deo præter Scientiam naturalem, Scientia Media: ergo nequit quicquam decernere, sub assertis terminis, nisi directus à Scientia Mediâ, & Naturali. Sed Scientia, sine quâ nequit rem exequi ex defectu sufficientis directionis, requiritur ad rei Providentiam formaliter: ergo præter Scientiam naturalem, requiritur formaliter ad omnem Providentiam, sub assertis terminis, alia Scientia: ergo Naturalis non sufficit. Omnia bene descendunt ex primo Syllogismo, in quo tota vis est. Et minor apud nos certa.

201 Probo majorem, in quâ est tota difficultas. Primò: Omnis illa Scientia, quæ, si uniretur à cederet post ei productionem, esse potest occasio pœnitentiæ, vel gaudii de re productâ, requiritur formaliter ante rei productionem, ut perfectissimè voluntaria sit: ratio est: nam productio rei, ex defectu notitiæ, pòst pœnitenda, vel probanda, agentis est non plenè, & perfectè voluntarii quomodò enim perfectissimè voluntarius sit, qui, si aliquid aliud sciret, rem non produceret, aut majori nisu produceret: atqui omnis Scientia independens à rei ipsius productione, si post ipsam accederet, esse potest occasio vel gaudii, vel pœnitentiæ: Nam necessariò repræsentat eventus, quibuscum res est coëxtitura, vel non, vel læsi, vel nocentes: ergo omnis ea Scientia requiritur formaliter, ut productio perfectissimè voluntaria sit.

202 Secundò. Non agit perfectè voluntariè, neque juxta ideam perfectissimi Artificis, Artifex, qui quicquam demit, aut addit artificio, non respiciens ad singulas ejus partes, ex quibus resultat artificii perfectio, & pulchritudo: ratio est: nam constantia cum reliquis partibus est cura principalis Artificis. Nunc sic. Nihil Deus producit; (& fortè non potest) solitarium, & independens ab aliis, quibus illud facit coëxistere ad formationem universi, de cujus perfectione sunt Agentia Rationalia, actus liberi, orti plerumque ex his, aut illis objectorum levissimorum occursibus: ergo nihil agit perfectè voluntariè, neque juxta ideam perfectissimi Artificis, demendo, aut producendo, nisi respiciens ad partes singulas. Atqui nequit respicere singulas, quæ ipsâ possunt evenire, & fortè evenient, nisi per omnem Scientiam, quam habet independentem à rei cujuslibet productione: ergo ea omnis Scientia, &c.

Ex Opere de Incarn.

203 Tertiò: Nulla res est, quæ vel Rationalis non sit, aut non sit ex se, & juxta Divinæ mentis ideam ordinata ad Rationales substantias: ut sæpè docui, & monui, inferens exinde, non posse prudenter à Deo decerni mundum nisi cum hac rerum subordinatione ad substantias Rationales, & harum ad se: Nunc sic: ergo res omnis, quæ produci potest à Deo, ex naturâ suâ, & juxta ideam mentis Divinæ, vel est Agens ordinatum ad actus liberos, vel Media destinata ad ipsum Agens liberum: ergo nihil potest à Deo decerni plenè voluntariè, & attentâ sui naturâ, quin sciat, quàm sit, & erit aptum, & ineptum ad finem Rationis agentis liberi: sed hæc scirì à Deo nequeunt, nisi per omnem Scientiam quam habet independentem à rei cujuslibet productione: ergo ad rei cujuslibet productionè dirigere debet omnis Scientia, quæ dicta sup. à locuti sumus.

Loc. cit. & in 1. Tract. 1.

204 Tertia pars Conclusionis facilis est: Nam præcisis semel his titulis Divinæ Voluntarietatis, & naturalis institutionis rerum, sistitur formaliter in rei entitate merè physicè, & secundùm se solam, considerata; atqui ad rei emanatem merè physicè, & secundùm se consideratam, sufficit Scientia naturalis: nam per eam satis cognoscitur rei natura, & possibilitas: ergo.

205 Objicies contra secundam partem Conclusionis: Datur in Deo Providentia purè physica, circa res nempè omninò præcisas, & independentes à respectu circa exercitia libera; atqui ad hujusmodi Providentiam sufficit sola Scientia Naturalis Dei: quod ostenditur: nam etiam si Deo deesset Scientia Media, per solam simplicem intelligentiam, & Scientiam Naturalem, comprehensivè cognoscit Deus possibilitatem rerum) mediorum aptitudinem ad efficacem earum obtentionem; quid eam impedire potest, quid juvare? hæc enim singula spectàs ad essen-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

essentias necessarias rerum? Quid aliud ultrà requiri potest ad res ipsas providentissimè decernendas, quando non agitur de libertatis exercitio?

206 Confirmatur primò: quia licèt sint aliquæ res merè physicæ, ex quibus pro eumque pendent eventus aliqui morales, puta ex emissione seminis, conversio peccatoris, ex teguræ jactu, mors alterius in statu peccati; ex constitutione physicâ libertatis, pravi aut probi mores; & ad ipsas prout in talibus circumstantiis requisita sit ultra Scientiam naturalem, Media, ac providentia circa ipsas prout in talibus circumstantiis non est merè physica, sed habens multum de morali: neque sistit in ipsis rebus merè physicis: ergo licèt ad hujusmodi providentiam nimiam ex morali & physicâ, requiratur ultra Scientiam naturalem etiam Media, ad providentiam purè physicam, & sistentem in rebus ipsis merè physicis, non est cur non sufficiat Scientia Naturalis. Confirmatur secundò: quia in terminis videtur absonum dicere, ne muscam quidem produci à Deo posse, inconsultâ Scientiâ Mediâ de meis actibus, quasi Scientia Media circa meos actus impediri posset à muscâ volante.

207 Respondetur. Primò, distinguendo majorem: datur Providentia purè physica, attentâ rerum institutione juxta Divinam ideam, nego majorem ex *num.* 203. juxta modum nostrum concipiendi sistentem in rerum entitate nudatâ respectibus, sub quibus à Deo decernitur: concedo. Et sub hac præcisione jam admissimus sufficere pro formali constitutione Providentiæ Scientiam Naturalem *in tertiâ parte* Conclusionis, quam unicè probat objectio. Secundò, concessâ majori in sensu, quem Adversarii optant, & aliòquin vero: nego minorem. Ad probationem, dico quòd licèt per Scientiam Naturalem comprehensivè cognoscatur finis aliòquin purè physici possibilitas, Mediorum aptitudo, & efficacia, quid ob stare possit, quid juvare: non tamen noscì per ipsam sine consortio Scientiæ Mediæ, quibus rebus coëxtitura sit res, si ponatur, an obstabit, vel juvabit ordinem Universi, & quam consonantiam sortiet cum cæteris partibus, quibus adjungenda est, aut potest ex ipso libitu decernentis; sine hac autem notitiâ nequit esse rei productio aut perfectissimè voluntaria, aut posita juxta naturalem sui institutionem, conformiter ad Divinam ideam.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

208 Ad primam confirmationem, dico datum proximè titulum, cur in omni eventu ad providentiam etiam purè physicam, seu effectus purè physici, requiri debeat alia Scientia naturalem. Fateor in casibus positis dari titulum specialem ex accessione effectus moralis. Ad secundam, minimum esse non debet requiri ad minimo ri etiam productionè Scientiam de summis, in eo qui ne minima quidem decernit, nisi intensus ad summa. Neque id est Scientiam Mediam impediri à Muscâ posse, sed hanc numerò Scientiâ Mediam impediri à muscâ posse per eventum ex productione muscæ occasionatum, aut productionem ipsius muscæ per hanc Scientiam Mediam, quam determino in Deo.

Montoya.

209 Objicies iterum ex Montoya contra *tertiam partem* conclusionis. Providentia dicit determinationem ad media, quomodocumque considerentur; atqui ista determinatio consistit in Scientiâ Visionis, quâ nempe videt Deus se elegisse media: ergo ad omnem Providentiam, quomodocumque consideretur, nò sufficit Scientia Naturalis, sed requiritur Scientia Visionis. Probatur minor: Deus non determinatur ad ponenda media, nisi videns se elegisse: ergo determinatio consistit in Scientiâ Visionis. Antecedens probatur: Volens, & promittens dare non obligatur ad dandum, nisi cognoscat se voluisse, & promisisse: ergo.

210 Respondetur. Negando minorem, in sensu quem intendit arguens: nam ea determinatio consistit in efficaciâ affectûs circa media. Ad probationem distinguo: nisi videns concomitanter ad ipsam determinationem voluntatis, concedo; nisi videns, directivè, & quasi ipsa visio sit quæ determinat, nego antecedens: ad cujus probationem, distinguo quod assumitur: non obligatur per modum obligationis moralis, & legalis, concedo. Physicæ, subdistinguo: si non perseverat volitio dandi, concedo; si perseverat, nego: Volitio enim efficax, dum est, inducit effectum physicè, quantum potest. In Deo, nunquam, semel habita, de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

deest: deest in nobis, exinde plerumque recursuris ad motiva, quæ nos inclinarunt ad volendum, ut demus. Adde, ideò qui promittit, vovet, aut jurat, non posse eam facere nisi reflectat, quia, ut dici solet, hæ obligationes concipiuntur, & constituuntur præcisim à voluntate rem exequendi.

§. II.

QVÆSTIONES DVÆ, CIRCA MODVM quo requiritur simplex intelligentia.

Quæstio Prima:

211 REstant quæstiones duæ, curiosæ satis, & subtiles. Prima est: an ad cujuslibet rei Providentiam requiratur, non solùm identicè, & materialiter, sed etiam formaliter, & constitutivè Scientia simplicis Intelligentiæ, juxta totam amplitudinem suam, id est, non solùm prout formaliter tendit ad possibilitatem medii quod decernit, sed etiam prout est Scientia omnium possibilium? Idemque potest de Scientiâ Mediâ quæri. Dixi, non solùm identicè & materialiter: nam in hoc sensu certum est, Providentiam cujuslibet rei constitui per Scientiam omnium: quippe Scientia unius virtualiter, & intrinsecè est omnium Scientia: quod non solùm censeo verum in lineâ simplicis intelligentiæ, sed etiam in lineâ Scientiæ Mediæ. In sensu formali videtur, sine examine, negare communis suppositio. Affirmant verò clarè Pater Antonius Perez *disp. 2. de Providentiâ cap. 2.* & P. Gaspar de Ribadeneyra *disp. 15. cap. 1. à num. 3.* quibus ipse libenter assentior.

Suprà lib. 5. à n. 227.

P. Anton. Perez.

Ribaden.

Mens Nostra.

212 Primò: quia nequit res ulla decerni in gradu perfectissimo voluntarietatis, quin comprehendatur penès omnia prædicata tam intrinseca, quàm extrinseca; atqui res ulla comprehendi perfectissimè nequit quoad omnia prædicata tam intrinseca, quàm extrinseca, nisi per Scientiam omnium possibilium: ergo ea tota formaliter requiritur, ut quæcumque res decernatur in gradu perfectissimo voluntarietatis: qui nempè Divinæ Providentiæ, ut à nostrâ contradistinctæ, formaliter debetur. Probatur minor: nam res singulæ comparantur ex se cum aliis, ut cum quibus vel necessariò connectuntur in existendo, vel in coëxistendo repugnant, vel aptæ sunt coëxistere, vel separari: quæ veritates nisi per totam simplicem intelligentiam attingi nequeunt. Confirmatur: Nihil decernit Deus, nisi secundùm id quod in se est, & ut distinctum ab omni, quod non est ipsum: id quod statui perfectè nequit nisi perfectè comprehensis omnium possibilium naturis.

213 Secundò: ut præcludam evasionem Recentium: attentâ formaliter lineâ medii prout pertinentis ad finem hujus Providentiæ, requiritur ad decretum medii perfectissimè voluntarium Scientia omnium possibilium; quod ostendo: Non minùs est de lineâ Medii prout pertinentis ad finem hujus Providentiæ, conducentia intrinseca medii ad finem, quàm extrinseca. Item, quæ consistit in eo quòd hæc intrinseca medii aptitudo non fiet inepta ex resistentiâ validioris agentis: parum enim prodest, quòd ponas medium alioqui aptum, si ex circumstantiis ineptum est: ergo nequit in lineâ medii decerni perfectè, & voluntariè, nisi scias quid impedire vim medii possit, aut non impedire, sed juvare; atqui non cognitis omnibus possibilibus non potest sciri, à quo possit impediri, vel non impediri in vi medii: ergo non cognitis omnibus possibilibus statui nequit perfectè, & voluntariè, attentâ etiam formaliter lineâ medii.

214 Objicies contra resolutionem primò: ad productionem musceæ v. g. solùm de materiali requiritur in Deo potentia cæterorum entium: ergo similiter ad ejus decretum, cæterorum entium Scientia. Secundò: si omnium possibilium Scientia requireretur ad productionem unius, productio cujuslibet rei connecteretur cum omnibus possibilibus, quod videtur absurdum. Tertiò: Tam perfecta foret Providentia circa muscam formaliter, quàm circa hominem.

215 Respondetur. Ad primum, negat antecedens Pater Antonius Perez, & reddit rationem suo ingenio dignam: quia productio debet esse per electionem liberam, & quidem infinitâ libertate: infinita autem libertas eligendi dicit formaliter in principio potentiam ad infinita eligibilia. Ipse nego consequentiam: quia voluntarietas sumitur ex Scientiâ circa rem productam penès omnia

P. Anton. Perez.

nia prædicata tam intrinseca, quàm extrinseca. Ad secundum: Expliceri jam

Suprà lib. 1. à n. 18.

lib. 2. quo sensu teneam connexionem cum possibilibus: fateor: iam cum omnium possibilium possibilitate, aut quod est perinde, cum necessitate quòd possibilia sint: Possibilitas enim, & hæc necessitas, est ipsa Dei Omnipotentia. Ad tertium distinguo: & ex parte modi providendi, concedo: ex parte bonorum quæ providet homini, & musceæ, nego. Nego etiam respectivè ad nos: nam ex consideratione hominis, meliùs innotescit nobis Dei perfectio, quàm ex perfectione musceæ: sicut licèt non minùs requiratur infinita potentia ad creationem materiæ primæ, quàm ad Angelimne ejus tamen innotescit nobis ex Angeli consideratione, quàm Materiæ primæ. *Alia*, quæ Moderni opponunt, oriuntur ex sinistrâ interpretatione Doctrinæ quam defendimus.

Altera Quæstio:

216 Secunda quæstio est: an ea Scientia Naturalis, quam requiri diximus ad omnem Providentiam, de potestate Dei ad exequenda, quæ decernit, requiratur formaliter & per se, ne decreta concipiat expositus frustrationi? Videtur quòd sic quia secluså eâ notitiâ conciperet Decreta Deus sine securitate de non futurâ frustratione. Nam, ea securitas provenit Deo ex eo quòd sciat duo: nempe à se non esse mutandum propositum semel conceptum: & in se esse potestatem exequendi. Videtur ex aliâ parte, quòd non. Primò: quia Decretum efficax seipso est essentialiter infrustrabile: ergo eo præcisè inspecto, secluså quavis aliâ Scientiâ, non erit Deus obnoxius frustrationi. Secundò: quia eò ipsò quòd Deus decretum exerceat, cum ejusdem comprehensione, exercebit cognoscens, illud frustrari non posse. Id autem sufficit, ut Deus decretum exerceat, se non exponens formaliter frustrationi.

Ribaden.

217 Distinguo cum Ribadeneyrâ, qui rem tetigit *loc. cit. à nu. 5. duplicem* intrinsecam, materialis, & quasi intrinseca. *Alia* est entitativa, & formalis, & quasi intrinseca. *Alia* est intentionalis, formalis, & quasi extrinseca. Illa indistinguitur à Decreti naturâ, nec formaliter importat cognitionem divinæ potestatis. *Hæc*, quæ consistit in securitate, quâ Deus Decretum exercet, non expositus frustrationi ex modo decernendi, formaliter eam cognitionem importat. Ratio prioris: Nam ad illam infrustrabilitatem, sufficit connexio Decreti cum potestate rem decretam exequendi: hæc autem connexio est decreto essentialis. Confirmatur: nam decretum meum exercendi facultates executrices, infrustrabile est eoipsò quòd in me sint, & subsint meo decreto in operando, præcisim à notitiâ quòd eæ facultates in me sint, aut quales: ut patet in Rusticis, & Pueris: ergo similiter in Deo. Ratio posterioris: formalis enim securitas de non frustratione decreti consistit in clarâ, & certâ notitiâ, quâ Deus cognoscit, necessarium omninò esse, ut, si decretum absolutum concipiat, fortiatur effectum; atqui hæc necessitas stat in Divinâ Omnipotentia ex se determinatâ ad sectandum nutum divinæ voluntatis: ergo talis securitas formaliter importat cognitionem Divinæ potestatis.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

218 Dices: satis esse ad divinam securitatem clarè cognoscere Decretum habiturum effectum, videndo, quòd effectus existet. Nego: nam sicut ad perfectionem infinitam absolutè decernendi, non sufficit, quòd decretum alioquin sit cum effectu conjungendum, sed requiritur invincibilis necessitas non-frustrationis: ita ad perfectissimum medium concipiendi decretum, cum formali securitate, requiritur, non solùm cognitio non frustrationis, sed omnimodæ necessitatis ad illam: quæ consistit in ipsâ Omnipotentiâ. *Dices* iterum: id non esse, requirere cognitionem de Omnipotentiâ sub conceptu Potentiæ productivæ, sed præcisè sub conceptu necessitatis sectandi Voluntatis Divinæ nutum. Verùm hæc præcisio fieri solùm potest à nobis, & non à Deo; & relatè ad conceptus nostros, fateor.

219 Hinc ad momenta negativæ partis. Ad primum, concedo antecedens de infrustrabilitate materiali, & entitativâ, nego de formali, ut suprà explicui. Ad secundum, nego suppositum, nempè cognosci posse, Decretum esse infrustrabile, sine cognitione Omnipotentiæ: nam nequit cognosci Decretum infrustrabile, non cognitâ necessitate, ut eo exercito, sequatur effectus: ea autem necessitas est ipsa Omnipotentia, quæ fundat ex se de-

cre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

creti infrustrabilitatem.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

SECTIO IV.

AN NECESSARIO ADMITTENDA sit Scientia Media ad constitutivum formale Providentiæ?

§. I.

CONTROVERSIÆ SENSVS, ET AVthorum: & prævia ad illam.

Controversia Gravis: Confusè proponi solita.

220 SVmus in limine magnæ controversiæ: in quâ duo valdè inter se diversa, ma è confundi video: nempè *necessitatem* Scientiæ Mediæ ad essentiam Providentiæ: *& modum*, aut *munus* in ipsâ. Quæstiones omninò diversæ sunt: & ex earum permixtione oritur magna confusio in re, quæ in Scholâ nostrâ debet alioquin esse clarissima. Nam *aliud* est: an ad essentiam formalem Providentiæ sit admittenda Scientia Media? *aliud*, quo munere, vel modo admittenda sit? in quo sunt aliæ, & graves difficultates. *Prima*: an admittenda sit cum præcedentia ad decretum, quæ est altera Providentiæ formalitas? *Secunda*: an ista præcedentia sit indispensabilis, & necessaria? *Tertia*: an sit formalis, vel solùm aptitudinalis? *Quarta*: an dicenda sit directio? *Quinta*: an conjungi possit, aut debeat cum strictâ directione? Quos terminos, &, quæ sub ipsis latent, difficultates evolvam *disputatione sequenti*. Nunc secerno illa duo: & præcisim à *munere*, & à *modo*, quo se Scientia Media habere potest, aut debet ad actum Divinæ Voluntatis constitutivum Providentiæ, est nobis

Quæstio hic præcipua.

221 Quæstio: an Scientia de eventu contingenter sub cōditione futuro, apud nos Media, sit de formali constitutivo Providentiæ Divinæ? Et *Prima* sententia simpliciter negat de Providentiâ tam Morali, quàm Physicâ, nisi specialis benevolentiæ sit: qualis est Prædefinitiva, Prædestinativa, & id genus aliæ. *Ita tenere debent*, inquit Doctor Eximius *lib. 1. de Gratiâ cap. 14. num. 3. & lib. 1. de Prædest. cap. 7. num. 4.* ut ponderat benè Pater Quiròs *hic disp. 7. sect. 1. nu. 5. sò um ii, qui negant Scientiam mediam*: eis verò accessit Arriaga *tom. 1. disp. 32.*

Prima sententia.

Arriaga.

sect. 4. quem, cum Henao suffragato, novissimè secutus est unus, aut alter Recentior *in manuscriptis*.

Henao, & Recentior.

222 Secunda simpliciter affirmativa omnes Nostri, post cognitam Scientiam Mediam, demptis Henao, & Arriaga, quem singularitatis accusat, & acriter carpit Ripalda in *Manuscriptis*: quanto jure legere potes apud Haunoldum, dandum infrà *à num. 233.*

Secunda sententia communis. Ex Suar. Quirós. Ripalda. Haunold. Nostra Schola.

223 Tertia sententia distinguit, & Scientiam Mediam putat formaliter necessariam Providentiæ Dei Morali: non verò Physicæ. Ita communem sententiam explicare cæpit opinio Recentiorum. Nec à communi discrepat Pater Borrull *disp. 15. de Scientiâ Mediâ, sect. 6.* dum acutè contendit Scientiam Mediam so ùm disjunctivè sumptam requiri ad essentiam Providentiæ. Sensus enim doctrinæ communis so ùm esse potest de Scientiâ Mediâ, quæ sit in Deo, sive ea sit affirmativa, sive negativa de objecto: nam utramque *denominare simul* implicat, ex dictis *lib. 1. à num. 74.* Placet, antequam judicium feram, ut veritas suadibiliùs explicetur, nonnulla ex aliis locis, velut indicando præmittere, quæ necessariò sunt habenda præ oculis ad sequentes Resolutiones.

Tertia sententia. Recent. P. Borrull

Supràlib. 1. à nu. 74. positiones ex lib. 3. 4. & 5.

224 Primum: circa Scientiam Dei Mediam: Ejus Naturam, & existentiam: ex *lib. 5. à nu. 116.* Comparationem ejusdem cum statu Conditionato: ex *lib. 4. à num 65. & 66.* Objecta ejus ex parte Hypothesis, ex *lib. 5. à nu. 14.* & ex parte Eventûs *à num. 222.* Essentialem ejusdem Scientiæ attemperationem ad conditionem objecti sui: istiusque prioritatem Determinativâ respectu talis Scientiæ Mediæ: ex eodem *lib. 5. à num. 154.* Hæc singula præmittenda hic necessariò forent, & explicanda, nisi jam præcessissent *locis* nuper *citatis*: nam sine his, (vel resolvendo Quæstionem, vel probando quod placeat, vel solvendo quod objiciatur,) vix in præsenti progredi possumus.

Scientia Mediæ Natura: Conditio: Objecta: Attemperatio cum Objecto. Lib. 5. à nu. 116. Lib. 4. à num. 65. Lib. 5. à num. 14. & à num. 222. Et à num. 154.

225 Secundum: totam posterioritatem, aut quasi dependentiam, quam insinuavimus, & reperire solemus in Scientiâ Mediâ respectu objecti sui, esse, & intelligi debere respectu objecti absoluti, cum quo comparamus Scientiam Visionis; cum hoc discrimine, indistincto ab utra-

Scientia Mediæ posterior ad objectū. Ad quod & quale.

utralibet Scientia: quòd Scientia Visionis pendet, aut posterior est absolutè: Scientia verò Media, conditionatè: id est, si ponatur conditio. Ratio est: quia si posità conditione, non poneretur absolutè eventus prævisus per Scientiam Mediam, falsificaretur omninò Scientia Media. Id quod etiam advertisse me memini *lib. 5. num. 165.* Nec *otiosè* repono.

Supràlib. 5. à num. 165.

226 Sed nota bene, quòd dum dico Scientiam Mediam conditionatè connecti aut pendere ab objecto absoluto, nolo negare, quòd absolutè existat ea connexio conditionata: est enim connexio absoluta ex parte actûs, id est, absolutè existens; conditionata tamen ex modo tendendi, tendit enim ad objectum, ex modo repræsentandi afficiens ipsum conditione, & sub quâ absolutè posita (quod ipsa Scientia non exigit,) si non poneretur eventus, quem affirmat, omninò falsificaretur. Hinc disces, Scientiam Mediam, posità conditione, transire in connexionem absolutam cum objecto: non intrinsecè, & in modo tendendi: nam semper manet tendentia conditionata; sed extrinsecè, & prout conjuncta conditioni: quod est dicere, (ne quis te fallat) complexum ex Scientiâ de consensu, & positione conditionis, esse non posse sine consensu.

Scientiæ Mediæ, Reflexæ, & Directæ, Distinctio nulla. P. Borrull lib. 5. à nu. 220.

227 Tertium: malè à nonnullis ex Patre Borrull *disp. 14. de Scientiâ Mediâ, sect. ultim.* dividi Scientiam Mediam in Directam, & Reflexam: quasi directa sit hæc: *Si Petrus vocetur à Deo, consentiet*: Reflexa hæc: *Si vocetur à Deo cum Scientiâ Mediâ de consensu, consentiet*. Ratio malè distinguendi est (quam etiam tetigi *lib. 5. à num. 220.*) quia hæc secunda Scientia est æternæ veritatis, & simplex intelligentia. *Nec* obest, quòd Petrus possit evitare Scientiam de consensu. *Nam Directam* potest: Non, Reflexam; quæ sive consentiente, sive non consentiente Petro, manebit. *Nec* item obest, quòd consensus exinde non necessarius erit, sed liber. *Nam* æterna veritas est, fore, & fore liberum. Fore: quia Scientia Media directa est infallificabilis: fore liberum: quia est impedibilis à Petro, eadem potestate, quâ potest evitare consensum.

Conditionatus status duplex

228 Hic vides duplicem statum operationis ejusdem conditionatum formalem: alterumque constitui in Scientiâ simplicis intelligentiæ: alterum in Scientiâ Mediâ. Vides utriusque discrimen: in altero importatur ex parte hypothesis, & nostra libertas, & Divina, secundùm ea etiam, quæ pendent determinativè ab eventu in existendo: in altero, sola importatur ex parte Hypothesis nostra libertas, ut *latè* posui *lib. 5. à num. 214.* & *nup r* monui *num. 224.*

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Lib. 5. à num. 214. latè.

229 Vnde cùm *clamant* aliqui, ea quæ requiruntur ex parte causæ in statu absoluto, requiri in conditionato; falsum assumunt de omni conditionato: sunt enim status formales, & intentionales rerum, sub conditione, quæ physicè non ponitur, sed purè intentionaliter, atque adeò non exigens causas videri, à quibus physicam habeat, aut habitura est existentiam, sed existentiam intentionalem. Deinde dum alii *clamant*, si Scientia Media requiritur ad statum absolutum, requiri debere ad conditionatum, verum assumunt, si verè sentirent: requiritur enim, ut dixi, constitutivè ad statum: & objectivè ex parte eventûs.

Æquivocationes obviæ.

230 Quartum: Deum cognoscere omnem veritatem, quam nos attingimus, & attingi potest, & modum ipsum, quo nos cognoscimus; non tamen modo, quo nos aut cognoscimus, aut loquimur, aut explicamus plerumque à Deo cognosci. Modus enim noster cognoscendi, quem sapit, & imperfectiùs plerumque sequitur, modus loquendi, & explicandi, est Potentiæ finitissimæ: Divinus autem, infinitæ. Vnde veritates illas ex hypothesi impossibili, & quas ipsi, nisi factâ impossibili hypothesi, non solemus cognoscere, & explicare; Non ita cognoscere putandus est Deus, sed intuitu simplicissimo quoad earum essentias, qui nisi modo nostro declarari nequit à nobis: non tamen idcircò modus noster, impingendus est menti Divinæ.

Modus cognoscendi Divinus.

231 Quintum: Cùm dicimus, Deum cognoscendo præscindere, non ita debere intelligi, ut de nostris cognitionibus dicere plerumque solemus. Nostræ enim dicuntur præscindere, quia non sibi identificant omnem modum perfectè cognoscendi objectum, in quod tendunt. Divinæ verò cognitiones, & earum singulæ identificant sibi omnem modum perfectissimè cognoscendi omnia, & singula obje-

An præcisivus?

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

objecti. Quare simpliciter nequeunt dicere ei præscindere, aut præcisivè: ut etiam *n. omni l. 1. a num.* 226. Dicuntur tamen in duplici sensu. *Primò*: ratione distinctionis virtualis, quâ unus modus cognoscendi Divinus, differt ab alio modo idem objectum cognoscendi juxta diversas lineas veritatum, necessariarum, aut contingentium, quarum objectum capax est. *Secundò*: & communiùs, relatè ad conceptus nostros, operosissimè negotiantes, sicque mutuò secantes in individuali, modo sic ipsum exprimendo, modò aliter; modo copulando cum hoc termino, modò cum illo: quæ tamen est purè nostra præcisio, & meta imperfectio cognoscendi. Descendamus ex his ad sententiæ, quam putamus veram, assertionem.

§. II.

VERA SENTENTIA.

Conclusio prima ex dictis supra à nu. 199.

232 PRima Conclusio: Scientia Media formaliter requiritur ad essentiam Divinæ Providentiæ, etiam quoad effectus purè physicos, seu purè physicam. Hujus assertionis, rationes, & Authores dedimus *à num.* 190. eamque solâ methodi gratiâ reposuimus.

Conclusio secunda Principalis.

233 Secunda Conclusio: Scientia Media necessariò, & indispensaliter requiritur ad formalem essentiam Divinæ Moralis Providentiæ, seu Providētiæ quoad effectus morales: non solùm specialis, sed etiam generalissimæ. Hanc veritatem video natam cum ipsâ Scientiâ Media: adeòque apud Nostros Authores, ut videre est apud Suarez, & Herize, ex hac communiter peti solita sit probatio principalior pro existentiâ ipsius Scientiæ Mediæ. Audiatur inter alios Pater Haunoldus, qui *Theolog. Speculativæ lib. 1. tractatu 1. cap. 3. controversiâ 4.* ad mentem Doctoris Eximii *num.* 222. citati sic, scribit: *Omnes Nostri Doctores fatentur, quòd nisi Scientia Media de nostris actibus liberis esset necessaria ad Providentiam Dei Universa eorum, & directivam Decretorum, non esset ulla necessitas earum asserendi. Et fortassis à nemine asseretur ob suam difficultatem.*

Scholæ Nostræ Theſsera.

Haunoldi præclarū Dictum, post Suar.

Prima Probatio ex Libertate Divina.

234 Ostenditur primò: Scientia sine quâ nequit intelligi sufficienter constituta Divina Libertas ad exercendum Decretum constitutivum moralis Providentiæ, constituit formaliter necessariò eū ipso Decreto moralem Dei Providentiam; atqui sine Scientiâ Mediâ nequit intelligi sufficienter constituta Divina Libertas ad exercendum Decretum constitutivum moralis Providentiæ, quæcumque ista sit: ergo Scientia Media formaliter necessariò constituit cum ipso Decreto moralem Dei Providētiam quæcumque illa sit. Hæc est potissima ratio cujus major, & consequentia negari nō possunt. Prō minoris veritate pugnabo *disp. seq.* Pergo nunc ad alia: &

Secunda Probatio ex ipsâ Providentiâ.

235 Ostenditur secundò Conclusio: Moralis Providentia dicit procurationem circa operationes liberas Creaturæ, saltem inefficaciter præintentas: ergo constituitur formaliter per Scientiam Mediam. Antecedens ponitur ex expositione communi. Probo consequentiam: quia stare nequit perfectio Providentiæ procurantis per aliqua media finem, sine notitiâ de eventu talis medii respectivè ad finem: procederet enim incertò, & nutabundè, & ostrorum adiustar, qui ex eo capite incertæ Providentiæ pronuntiamus à *Sap. ente 9. 14.* atqui de eventu talis medii respectivè ad finem operationis liberæ, nequit haberi certa notitia, nisi per Scientiam Mediam: ergo. *Sapient. 9.*

236 Consi matur primò: quia ad rationem perfectè Providentis, attinet nihil statuere de mediis, nisi præcognitâ ipsorum conducentiâ ad finem, ut videtur ex terminis evidens; atqui conducentia Mediorum non solùm est intrinseca, consistens in eo, quòd per ea possit finis obtineri, sed etiam extrinseca, sistens in eo quòd non frustrētur, sed ipsâ finem obtineant, si ponantur: hæc enim est maxima, & ultima utilitas: ergo ad rationem perfectè providentis attinet nihil statuere, nisi præcognitâ hujusmodi etiam conducentia, quæ nisi per Scientiam Mediam nosci nequit. Confirmatur secundò: quia ex terminis videtur imperfectio Providoris statuere de Mediis, vel ignorando, vel non sciendo, vel dubitando de eorum exitu, casu quo ponantur: unde est quòd homines quantò prudentiores sunt, tanquam conjecturis assequi eventum, si aliter nequeunt, ante De-

S. Thomas.

Decretum gubernationis: ut videmus, & apertè docet Sanctus Thomas *hic quæst. 22. art. 1. Corp.* ergo, Deo, cui repugnant notitiæ conjecturales, ut Providenti, dari debet certa Scientia de Mediorum eventu.

Tertia Probatio ex Gradu Domini Regiminis.

237 Ostenditur tertiò, & præcludo evasionem. Perfectior est gubernandi modus quoad exhibitionem medii, utendo Scientiâ prænoscente quid eventurum sit ex tali medio, si ponatur; quàm modus gubernandi, non utendo eâ Scientiâ: sed Deo debet dari modus gubernandi perfectissimus: ergo. Major probatur tùm exemplo: pono duos, quorum alter habeat notitiam de eventu, qua uti in regimine possit; alter nequeat, quia est notitia per confessionem habita: uter perfectiùs se in regimine geret? & ratio est: quia major notitia de mediis, & mediorum eventu, est major aptitudo ad regimen magis cautum & voluntarium. Vnde Major probatur à priori: &, meo quidem judicio patentissimè, tota Conclusio:

Illustratur.

238 Sic argumentor: Ille modus providendi, & gubernandi est perfectior, imò simpliciter perfectus præ imperfecto, vi cujus nulla circunstantia Medii, quæ ipsum afficiat, & maximam utilitatem Medio tribuat ad consecutionem finis, potest esse casualis, & involuntaria Providenti: patet ex ipsis terminis; quis enim eum, qui ex modo providendi ita medium exhibet, ut ipsi maneat casualis, & involuntaria potissima utilitas, & circunstantia Medii, puter perfectè Providum? Atqui modus providendi, & gubernandi, non utendo Scientiâ prænoscente quid eventurum sit ex medio, est talis, ut ex vi modi providendi maneat Providenti casualis, & involuntaria circunstantia medium afficiens, & ipsi maximam, & ultimam utilitatem tribuens respectivè ad finem: ergo modus iste non est perfectior, sed positivè imperfectus, atquecadeò Deo indignus. Minor patet: quia potissima utilitas Medii ad finem, est conjunctio medii, si exhibeatur, cum fine: hæc autem casualis est, & involuntaria ex modo providendi, non utenti notitiâ eventūs & exitūs Medii, si ponitur. Hæc verò notitia in Deo est Scientia Media: ergo.

Quarta Probatio à priori, & notanda.

239 Ostenditur quartò: Notitia Circunstantiæ circa Media, quæ conducere maximè potest ad medii exhibitionem, aut positivè retardare, est necessariò debita perfectè providenti ad decretum Medii: procederet enim, sine talis notitiæ usu, ex modo providendi expositus pœnitentiæ, neque securus sui consilii: unde inter homines ex defectu talis notitiæ usuvenit frequentissimè pœnitere susceptī consilii, nec, si eventus prænovissent, susciperent; & exinde dicitur, *Sapientis esse mutare consilium*, ex accessu notitiæ de circunstantiâ rei vel conducere potentis vel retardare: atqui Deus est incapax pœnitere, & mutare consilium: ergo in modo providendi nequit procedere sine usu notitiæ de circunstantiâ circa Mediā, quæ maximè conducere potest ad medii exhibitionem, vel positivè retardare.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

240 Nunc sic: eventus Medii, si bonus sit, & fortitus obtentionem finis, casu quo ponatur, est circunstantia, quę conducere maximè potest, & movere ad medii exhibitionem: si verò sit malus, & frustrà ad finem, retardare maximè potest: ut patet: ergo notitia hujus circunstantiæ est necessariò debita perfectè providenti, qualis est Deus: imò ex ipsâ manebit incapax pœnitere, & immutabilis in decernendo. Hæc autem notitia est Scientia Media. Adde, Decretum medii capacis frustrari, & manere sine obtentione finis, nequit esse plenè voluntarium, sine eventūs præmeditatione conceptum: unde homines, qui sine hujusmodi præmeditatione procedunt, imprudentes, & parùm cautos dicimus: ergo ut Decretum medii indifferentis in Deo sit, quale debet, nempe plenè voluntarium, nequit sine hujusmodi præmeditatione concipi: hæc autem, cum esse nequeat Scientia conjecturalis, esse debet evidens, & Scientia Media. Videatur hæc ultima ratio satis acutè deducta apud Borrull *d. sp. 15. de Scientiâ Mediâ sect. 6. num. 90.*

P. Borrull

Retentiorum Evasio.

241 Dices: ex non usu Scientiæ Mediæ in providendo, nullam sequi imperfectionem in Deo; neque ullam deesse voluntarietatis perfectionem: habet enim Deus per Scientiam simplicis intelligentiæ omnem perfectionem sibi possibilem: talis autem usus Scientiæ Mediæ est impossibilis: & carere in decernēdo volūtā-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

rietate, & usu notitiæ impossibili, non est imperfectio: sicut habere voluntarietatem, & usum notitiæ impossibilem non potest esse perfectio. Sic o im Nostris similiter discurrentibus pro existentiâ Scientiæ Mediæ, respondere soliti sunt Thomistæ, ut videre est apud Suarez *prolog. 2. de Scientiâ cap. 2.* quorum vestigia premit, qui sic, satis sibi plaudendo, respondet.

Colludens cum Thomistis.

Intercipitur: primò

242 Contra primò: quia probatio necessitatis est manifesta suppositio possibilitatis rei, cujus dicitur esse necessitas; at argumenta, nuper facta, vel nihil probant, vel probant necessitatem hujus voluntarietatis, & perfectionis. Secundò: ostendetur *disp. seq.* quàm procul ab impossibilitate sit, & quàm necessarium dirigi à notitiâ, quæ existit in operante præcisim, vel independenter à decreto, quod concipit, qualis est Scientia Media.

Secundò:

Tertiò: Nota.

Tertiò: Prædicatum ex genere suo perfecto, nequit esse impossibile: omnis enim perfectio habet ex conceptu suo esse possibilem, & esse in ente summè perfecto: atqui prædicatum præsciendi eventum medii, nec providendi nisi ex tali præscientiâ, est perfectio ex genere suo. Nam ea est ex genere suo perfectio, quæ tolli non potest nisi per id quod ex genere suo est imperfectio; atqui tale prædicatum sic se habet: quod probo ex rationibus suprà factis: Nam casualitas, involuntarietas, & incertitudo in modo providendi sunt imperfectio ex genere suo, & nisi per has immediatè substitutas, nequit abesse prædicatum, quo deloquimur.

Quartò:

243 Quartò: quia ex terminis videtur evidens, exhibitionem Medii ex se indifferentis & capacis frustrari, esse magis voluntariam, quò magis sciatur de eventu medii: ergo *dicere*, esse in Deo summè voluntariam sine usu notitiæ de eventu Medii, quia hæc non est possibilis, est *dicere* manifestè, nó posse esse in Deo summè voluntariam, quod nos intendimus; & alioquin esse summè voluntariam, quia summè voluntaria esse non potest; quod non videtur aptum. Vide quæ ad hæc dixi *Tomo de Incarnatione lib. 3. disp. 1. à num. 46.* Oportet in his priùs decidere de gradu perfectissimæ voluntarietatis secundùm se, aut de gradu perfectionis: & exinde ascendere ad disputandum: an in Deo repugnet, nec ne?

Tom. de Incarnat. lib. 3. disp 1. à nu. 46.

Altera Evasio.

244 Dices secundò: per hæc probari ad summum requiri Scientiam Mediam ad constitutionem Moralis Divinæ Providentiæ, ex perfectione Dei, & ex parte Dei; non verò ex exigentiâ effectûs, seu ex parte effectûs. Hæc solutio, per cujus terminos solent aliqui satis speciosè ludere, dat nobis intentum: quod enim hìc intendimus, est, salvari non posse Divinæ Providentiæ, ut à nostris, plerumque lubricis, & incertis, contradistinctæ perfectionem sine usu Scientiæ Mediæ quoad regimen ejus Providentiæ.

Dat intentum.

Nihilominùs impro batur.

245 Deinde futilis omninò est: primò: quia repugnat in terminis, quòd effectus producatur, quin ipsum causa producat: ergo quicquid requiritur, ex parte causæ ut producat, debet ex parte effectûs exigi in causâ, ut producatur. Et ratio evidens est: quia effectus ex parte sui est necessitas non existendi, aut non produci, nisi modo quo existere potest, aut produci; at neque existere potest, neqi produci, sine his, sine quibus causa nequit ipsum producere, ut patet: ergo. Secundò: quia effectus exigit esse à Deo, ut contradistincto à causâ primâ omninò fictâ; exigit enim Causam Primam omninò realem: atqui Causa Prima, ut contradistincta ab omninò fictâ, & quâ realis est, est causa per Scientiam Mediam provida (per vos) ad causandum: ergo exigit effectus esse à Deo, ut constituto per Scientiam Mediam, ad se modo reali, id est, Causæ Primæ, causandum. Quidquid ergo requiritur ex parte causæ ad effectum: requiri debet indispensabiliter ex parte effectûs in causâ sui. Videatur Arriaga super his *tom. 1. d. sp. 32. sect. 4. nu. 33. & à nu. 38.*

P. Arriaga.

§. III.

DEFENDITVR DOCTRINA *præcedens.*

246 SEligam *objectiones*, quæ potissimùm *fa ciunt* ad rem præsentem: *Alias* quæ concernunt ad certitudinem, & infallibilitatē Prædestinationis, sumptam ex ipsâ Scientiâ Mediâ ibi solvā cùm de illis sit nobis sermo *lib. 8. Difficiliores,*

Triplex genus objectionum. Quæ hìc solvenda. Quæ alibi

res, quæ modum attingunt, quo Scientia Media admittenda est ad constitutionem quidditativam Providentiæ, repræsentabo *disputatione sequente*, contra præcedentem ergo doctrinam

Objectio prima ex casu impossibili.

247 Objicies primò: seciusâ per impossibile Scientiâ Mediâ, si Deus daret auxilium Petro, directus à Scientiâ simplicis intelligentiæ, eodem modo Petrus consentiret, si aliàs foret consensurus, ac si Deus dedisset auxilium directus à Scientiâ Mediâ: ergo Scientia Media non est simpliciter requisita ad exitentiam consensûs. Atqui neque est simpliciter requisita ad positionem auxilii, & libertatis: nam hæc satis penetrantur per simplicem intelligentiam: ergo nullo modo est necessaria ad Dei Providentiam moralem Divina Scientia Media. Respondetur, ex suppositione impossibili, sequi quodlibet: quare parum fida potest esse argumentandi ratio ex illâ. Deinde nego consequentiam: Tam enim necessaria est Scientia Media ad existentiam consensûs, quàm necessarium est, quòd, si Petrus modò consentit, verum fuerit, consensurum, si daretur auxilium. Insuper nego minorem: quia positio libertatis, & auxilii non penetrantur satis, per simplicem Intelligentiam quoad omnem conducentiam, & circunstantiam, quæ debent esse præcognitæ Providenti.

Solvitur. Primo:

Secundò:

Tertiò.

Subtilis instantia. P. Ybarri.

248 Instabis ex Discipulo quondam meo subtilis Ingenii: ut Deus comprehensivè sciat se posse, & reipsâ se exequi, quantum intra lineam generalis Providentiæ, seu Providentiæ generalis, potest, & debet exequi, sufficit Scientia Naturalis, & impertinens est Scientia Media: ergo pro constitutione Providentiæ generalis sufficit Scientia Naturalis, & est impertinens Scientia Media. Antecedens probatur: quia intra lineam Providentiæ generalis, sola cadit constitutio libertatis in actu primo per auxilia indifferentia, & sufficientia; nam quidquid ultra superadditur, jam facit Deum videtiam specialem. Sed, quæ auxilia sint indifferentia, & sufficientia, comprehensivè scit Deus per Scientiam naturalem: ergo per istam Scientiam scit quantum cadit intra lineam Generalis Providentiæ, atque adeò quantum intra eandem Deus potest exequi, & debet.

249 Neque valet recursus ad titulum voluntarietatis: contra enim est: & probatur prima consequentia argumenti: ex illâ Scientiâ est plenè voluntaria actio, quantùm debet, & potest respectivè, ex quâ præcauta est omnis occasio pœnitentiæ in futurum, seu quasi pœnitentiæ, vel gaudii ex eventu illius, ut *suprà* dicebatur: atqui ex solâ Scientiâ naturali, satis id præcautum est intra lineam Providentiæ generalis, seu Generalis Provisoris: quia qui scit se facere quantum & potest & debet; non potest pœnitere, si facit, eò quòd attendat muneri: neque nova ei materia gaudii crescit.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Num. 239.

250 Respondetur. Et primò quidem, Distinguenda duo sunt: aliud, Generalis Providentia Dei: & aliud, Generalis effectus, seu effectus omnibus communis ex Providentiâ Dei. Deinde distingue alia duo: Medium, quod generaliter datur à Deo, & qui effectus est Generalis à Providentiâ Dei: & Finis, quē generaliter in omnibus intendit Deus. Iam dico primò Generalem Dei Providentiam non dici subjectivè, sed effectivè, id est denominativè ab effectu quem generaliter in omnibus ponit: unde ex istâ generalitate nō est ponenda distinctio in ipso constitutivo Providentiæ: ut nempe aliud sit unius Providentiæ constitutivum: alius, aliud. Dico secundò, quantumvis generalis esse ctus Providentiæ sit sufficientia medii ad ad finem, tamen in ratione Medii non satis penetrari sine notitiâ eventûs medii circa finem. Quare ut generaliter provideat, seu ut provideat per effectum, & media, quæ voluit in omnibus esse generalia, non potest, uti decet, providere, nisi habeat Scientiam de eventu, quem talia Media habebunt, vel non habebunt respectivè ad finem, quem intendit in omnibus: & in hoc sensu, concedo antecedens. Secundò, & parùm aliter respondēri potest, negando etiam antecedens, ex fusè dicendis *lib. 10. à nu. 222. & à nu. 239.* & signantiùs *à nu. 245.*

Solvitur ex Doctrinà notabili.

Infrà lib. 10.

251 Objicies secundò: Vel ad moralem Dei Providentiam requiritur constitutivè Scientia Media determinata, vel indeterminata: sed neutra: ergo nulla. Probatur minor, quoad primam partem: Tùm quia Scientia determinata v. g. de consensu, nequit esse unicè constitutiva

Altera objectio ex indeterminatione Sciē tiæ.

Pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

Providentiæ: nam in casu dissensûs, non esset in Deo Providentia. Tùm quia positio Mediorum ex se indifferentium, qualia sunt, quæ dispensantur à morali Providentiâ, potest existere sine hac determinatâ Scientiâ Mediâ de consensu; nam est conjungibilis cum dissensu: at nequit existere sine Providentiâ: ergo. Probatur etiam minor, quoad secundam partem. Nam Providentia debet habere determinatum constitutivum. Respondetur: Moralem Dei Providentiam determinatè constitui per Scientiam Mediam, quæ sit in Deo, sive ea sit de consensu, sive de dissensu: quæ enim ea cumque sit ex determinatione Creaturæ, constituit Deum proximè aptum providere. Fateor Providentiam Dei necessariam, ut sit consensus, constitui per Scientiam Mediam de consensu: & Providentiam Dei necessariam, subquâ sit dissensus, constitui per oppositam: Providentiam verò necessariam Dei, ut possit esse vel dissensus, vel consensus, non constitui nisi per Scientiam quæ sit in Deo, sive illa sit de consensu, sive de dissensu. Instabis &

Solvitur.

Objectio tertia ex casu consensûs.

252 Objicies tertiò: ergo Providentia Dei necessaria, assecutura consensum, seu ut sit consensus, constituitur determinatè per Scientiam Mediam de consensu. Atqui hoc est impossibile: ergo. Primò: quia Scientia illa Media, ut & Divina Providentia, importaretur ex parte actûs primi nostræ libertatis ad consensum: quod æquè est impossibile, ac impossibile est signum indifferentiæ constitui per aliquid determinatè connexum cum determinato extremo libertatis. Secundò: quia Providentia est requisitum necessarium ex parte actûs primi, ut sit effectus: atqui requisitum necessarium ex parte actûs primi, ut sit effectus liber, nequit esse connexum, sed indifferens ad utramque partem libertatis: ergo Providentia necessaria, ut sit effectus liber, nequit esse connexa, sed indifferens: ergo nequit constitui per determinatam Scientiam Mediam.

253 Tertiò: quia nunquâ esset plenè constituta nostra libertas ad utramque partem libertatis: nam nequit esse plenè constituta sine Providentiâ requisitâ ad partem utramque: atqui hujusmodi Providentiæ non possent sibi coëxistere: quippè constitutæ per Scientias inter se oppositas. Quartò: quia Providentia esset inevitabilis, & alioqui connexa cum determinatâ parte libertatis: ergo tolleret libertatem. Sequela probatur, quoad primam partem: nam ea non posset evitari per consensum, ut patet; sed neque per dissensum, quod probatur: nam sine Providentiâ, ut sit dissensus, non est possibilis dissensus; atqui cum Providentiâ consensûs, nequit esse Providentia ut sit dissensus: ergo neque est possibilis dissensus.

254 Quintò: In causâ proximè constitutâ ex parte actûs primi ad consensum, vel dissensum, nequit videri determinatè consensus; ut est concors Doctrina vestrorum cum Sancto Thomâ: ergo nequit importari connexio. Sed importatur necessaria Providentia: ergo ex parte Providentiæ necessariæ, nequit importari connexio: ergo neque Scientia Media. Hæc objectio jam confundit quæstiones *num.* 220. prædistinctas: qui enim Scientiam Mediam ad essentiam Providentiæ Moralis, purè concomitantem, & sine prioritate requirunt, vix secum jungunt argumento.

Solvitur & denegatur antecedens.

255 Respondetur. Concedo consequentiam: & nego minorem. Ad ejus primam probationem, nego quod assumitur. Scientia enim Media unicè constituit libertatem Dei; non, nostram. Nostra licèt detur à Deo per providentiam constitutam per Scientiam Mediam, non minùs præscindit à Scientiâ Mediâ, quàm à consensu, à quo pendet Divinæ Libertatis constitutio ad collationem nostræ libertatis. Ad secundam, distinguo majorem: Providentia est requisitum necessarium ex parte actûs primi Divini, concedo: creati, nego. Et distinguo minorem: Requisitum constitutivè necessarium ex parte actûs primi creati, nequit esse connexum, concedo: ex parte actûs primi Divini, subdistinguo: si evitabile aliòquin non sit, concedo; si sit evitabile, qualis est Scientia Media, nego. Quare Providentia Dei, quoad ea, quæ non pendent determinativè ab arbitrio nostro, & nō sunt evitabilia nequit esse connexa cum determinatâ operatione, salvo jure libertatis nostræ.

Solvitur & denegatur antecedens.

256 Ad tertiam, nego antecedens: libertas enim ad duo, non constituitur per suppositionem unius; qualis est Providentia conjungenda cum consensu potius, quàm cum dissensu: Ea tamen Providentia dat posse ad utrumque, & in eâ potestate quam confert ex suppositione consensus v. g. atque adeò conjungendam cum consensu, dat posse evitare ipsam suppositionem, & sibi intentionaliter adquirere quicquid requiritur ad Providentiam necessariam, non solùm ut sit potestas dissentiēdi, quam jam habet, sed & dissensus, quo liberè caret. Unde paret ad quartam: de quâ, & de præcedenti fusius *infrà*. Ad quintam: Nego minorem, quæ subsumitur. Providentia enim non constituit libertatem nostram, sed Dei. Et certè præcisivè à præcedentiâ Scientiæ Mediæ, à quâ modò præscindimus, omnes istæ rationes retorqueri possunt in ipsâ Scientiâ Mediâ: sine quâ Deus nihil decernit, sive utaris voce constituentis Providentiam, sive non.

Infrà à num. 401. & à num. 464.

Insufficax. ex num. 220.

Objectio quarta ex redundantiâ Scientiæ Mediæ.

257 Objicies quartò: Nam per simplicem intelligentiam videtur satis aptitudo Mediorum ad finem Moralis Providentiæ: deinde cùm finis hujus Providentiæ sit providere Media sinendo voluntatem in manu consilii sui: ad quid præscientia de eventu futuro? Satis ergo prudens manet providentiæ moralis dispositio, solâ luce simplicis intelligentiæ. Confirmatur primò: quia Scientia Media purè suspensivè attingit hypothesim, in qua sunt Media: ergo ad executionem Mediorum nihil conducit. Confirmatur secundò: dispensatio Mediorum ad finem moralis Providentiæ non requirit ex parte Dei Scientiam Mediam: potest enim esse in Deo sine hac determinatâ de consensu v. g. nempe si Petrus abutatur his mediis, & dissentiat.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

258 Confirmatur tertiò: quia si non sufficeret simplex intelligentia, & requireretur Scientia Media ad Moralem Providentiam generalem, Deus procederet improvidentissimè: nam plerumque deest ex modo providendi Media, quæ essent inutilia, saltem extrinsecè, ad hanc casu nempe quo Petrus frustraturus auxilia sit. Confirmatur quartò: Scientia requiritur ex parte Providentis, ut videat Mediorum conducentiam; ar accidit, ut Scientia Media non videat Mediorum ullam conducentiam; casu nempe quo media sint inefficacia: ergo tunc tota mediorum conducentia nota est per simplicem intelligentiam: ergo ea sola constituere potest in aliquo casu Moralem Dei Providentiam: cur ergo non in omni? Urgeturi in tali casu Scientia Media potius retraheret, quàm urgeret dispositionem Medii: ergo in tali casu non conduceret.

259 Confirmatur quintò: quia ex terminis videtur impertinens ad providendam, & disponendam existentiam rei, Scientia, quæ non habetur nisi ex præsuppositâ ejusdem rei existentiâ, atqui sic se habet Scientia Media: pendet enim ex *num.* 225. ab ipso eventu absoluto: ergo ea impertinens est ad constitutionē Providentiæ: ergo sufficit sola simplex intelligentia.

Solvitur. Ex dictis à num. 234.

260 Respondetur: negando antecedens ex *supra* fusè congestis: potissima enim circumstantia utilitatis mediorum indifferentium non cadit in simplicem intelligentiam. Ad primam confirmationem, dico, Scientiam Mediam, tendere in hypothesim, affirmando de ipsâ conjunctionem, vel inconjunctionem cum effectu, si ponatur, & hoc est repræsentare ipsam secundùm prædicata extrinseca, quæ debent notissima esse Providenti perfecto. Ad secundam, distinguo antecedens: dispensatio activa, quæ consistit in Decreto Divino non exigit determinatam Scientiam Mediam, omitto: (res enim est de quâ gravis nos manet *infra* lis:) dispensatio passivâ, concedo. Hæc enim numerò libertas, quæ modò dari supponitur cum Scientiâ Mediâ de consensu, fiaret etiam, si Deus vellet, cum Scientiâ Mediâ de dissensu: exigit tamen non dari à Deo, sine aliquâ ex his Scientiis Mediis.

Infrà à num. 575.

Ad tertiam, nego sequelam: Dari enim à Deo media alioquin extrinsecè inutilia ex abusu recipientis, est ipsi Deo honestissimum, & Creaturæ beneficum, ut *suo in loco* videbimus: dari verò cum casualitate talis inutilitatis, foret improvidentissimum.

Infrà à num. 401. Et lib. 9. à num. 179

261 Ad quartam: dico Scientiam Mediam requiri ex parte Providentis, ut videat non solùm conducentiam, sed etiam inconducentiam Mediorum ad finem; ut Provisor liber sit vel in hac permittendâ, vel in illâ voluntariè eligendâ. Ad instantiam adjunctâ, fateor, Scientiam Mediam de inconducentiâ Medii re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

retrahere posse ab ejus executione: existimo tamen necessariam esse, ut Deus retrahatur, si velit; aut voluntariè permittat frustrationem. Ad quintam confirmationem, distinguo majorem: Scientia quæ non habetur, nisi ex præsuppositâ rei existentiâ absolutè, & absolutâ, concedo: solùm conditionatè, nego: tunc enim notitia, cùm non præsupponat existentiam conditionum, potest ad eas inducendas deservire, & sic mediatè ad rei, cujus est Scientia, existentiam: ut patet in eo, qui per infusionem Dei sciat, se convertendum, si Templum adeat.

§. IV.

CELEBRIS OBJECTIO DE OBJECTO Hypothesis.

Objectio quinta val de plausibilis ex Objecto Scientiæ Mediæ.

262 OBjicies quintò plausibiliùs: Deus per Scientiam Mediam, quâ cognoscit: *Si dedero Petro auxilium, convertetur*, vel *feci*, convertendum, si detur auxilium sine Providentiâ requisitâ, ut convertatur; *vel cit*, convertendum, si detur auxilium cum requisitâ Providentiâ? Non primum: quia implicat, quòd Petrus convertatur sine Providentiâ requisitâ ex parte Dei, ut convertatur: & simul implicat, exerceri à Deo vocationem, sine Providentiâ. Si ergo secundum: ergo Providentia ex parte Dei requisita, ut convertatur Petrus, non claudit Scientiam Mediam. Patet consequentia: quia ex parte hypothesis attingeret se ipsam Scientia Media, constituentem Providentiam Dei: ergo desineret esse Scientia Media: Nam hæc veritas: *convertetur Petrus, si vocetur à Deo cum Scientiâ Mediâ de conversione*, inevitabilis est, & pertinens ad simplicem intelligentiam, utpotè veritas sub conditione essentialiter connexâ cum eventu.

Illustratur primò

263 Confirmatur, & illustratur hæc ratio primò: quia si Scientia Media constitueret Providentiam Dei, *status*, qui objicitur Scientiæ Mediæ, importaret, & non importaret ex parte hypothesis ipsam Scientiam Mediam. *Non importaret*: quia jam ex parte hypothesis esset ratio connexa cum eventu, quare periret & libertas nostra, & ipsa Natura Scientiæ Mediæ: nam ea veritas foret necessaria. *Importaret*: tùm quia ex parte hypothesis importari debet Divina Providentia, sine quâ repugnat, quòd sit conversio. Tùm etiam quia sicut conversio absoluta nequit esse à Deo improvidè, & cæco modo, ita pariter conditionata conversio. Tùm demum quia ex parte hypothesis importatur collatio auxilii, non cæca, & Deo indigna, sed provida, & Deo possibilis, & digna.

Secundò:

264 Confirmatur, & illustratur secundò: eò præcisè quòd ponatur conditio, sub quâ, si poneretur, vidit Deus fore Petri Conversionem, erit Conversio Petri: Vel ergo in ipsâ conditione involvitur Scientia Media, vel non? Si primum: ergo ea veritas non est Scientiæ contingentis, sed necessariæ, nec Mediæ, sed Intelligentiæ simplicis. Si secundum: ergo Scientia Media non requiritur ad existentiam Conversionis Petri: ergo neque ad Providentiam necessariam, ut sit Conversio Petri: nequit enim esse Conversio improvidenter, & fortuitò respectu Dei. Antecedens autem assumptum patet: nam si positâ præcisè conditione, non sequeretur Petri Conversio, falsa fuisset Divina Scientia id affirmans.

Tertiò:

265 Confirmatur, & illustratur tertiò: Quicquid requiritur in statu absoluto ad Conversionem liberam absolutam, requiritur in statu conditionato ad Conditionatam. Ratio est: quia sicut res non aliter existit, quàm positis requisitas ut existat; ita neque existeret aliter quàm si ponerentur ea requisita. Atqui per Nos in statu absoluto requiritur Providentia constituta per Scientiam Mediam ad conversionem absolutam: ergo in statu conditionato requiritur ad conditionatam, atque adeò ex parte hypothesis tactæ per Scientiam Mediam; quo ipso definet esse Scientia Media.

Quartò:

266 Confirmatur, & illustratur quartò: Conversio libera salutaris tam essentialiter est à Deo, circa ipsam exercente perfectissimam Providentiam; quàm ad ipsam vocante per supernam vocationem: Atqui propter hoc secundum, Conversio absoluta supponit existentem in exercitio vocationem supernam, & Conditionata supponit existentem in hypothesi: ergo propter illud primum, sicut Conversio absoluta supponit existentem in exercitio Providentiam Dei requisitam,

tam, ita Conditionata supponit existentem in hypothesi: id autem est, uti sæpè diximus, contra naturam Scientiæ Mediæ.

Quintò:

267 Cõfirmatur, & illustratur quintò: ex eo quòd dari Vocationem à Deo providenter, importat essentialiter, dari cum Scientiâ naturali circa essentiam vocationis; in hoc statu conditionato, *si dedero vocationem*, præscindi non potest à Scientiâ Naturali: ergo si juxta nos dari vocationem à Deo providenter, importat essentialiter, dari cum Scientia Mediâ, in statu conditionato, *si dedero*, præscindi non potest à Scientiâ Mediâ, sed ea subauditur: unde objectum non potest esse objectum Scientiæ Mediæ.

Sextò:

268 Confirmatur, & illustratur sextò & ultimò: Tam abest, cognosci à Deo per Scientiam Mediam, dum dicit: *Si dedero Petro auxilium, convertetur*, ipsam Scientiam Mediam ex parte hypothesis; ut potiùs cognoscat, Convertendum Petrum, si per impossibile esset auxilium sine Scientiâ Mediâ; atqui sub illâ conditione importatur Providentia requisita, ut Petrus absolutè convertatur: involvitur enim vel Dei volitio, vel collatio auxilii, Deo providentissima: ergo Scientia Media non involvitur in Providentiâ Dei necessariâ, constitutivè, & essentialiter.

Authores Objectionis.

Ea qui utantur?

Arriaga. Albelda. Godoy. Basilius de Leon.

269 Hoc argumento, quod ita præmunivi, ne dissimuletur, siqua ipsi vis est, triumphare videntur nonnulli Moderni post Arriagam: eoque impugnant Recentes Dominicani cum Albelda, & Godoy Vtilitatem, & Existentiam Scientiæ Mediæ; istamque deseruit Basilius Legionensis in *Lectura de Auxiliis*. Communis tamen est difficultas Thomistis, & Nostris, siquis advertat, quomodocumque in præsenti puncto discurratur. Quod ego hic brevi repræsentare non gravabor, libando, in specimen, retorquendi formam.

Retorquetur in Thomistas.

270 Primò contra Thomistas: sumo Decretum subjectivè absolutum, & objectivè conditionatum: v. gr. *Decerno, ut si apud Tyrios & Sydonios patrentur miracula Christi, convertantur*: in quo decreto ajunt Thomistæ cognosci conditionatam conversionem Tyriorum. Arguo sic: Vel objectum, quod tali decreto statuitur, est, quòd Tyrii convertantur sine

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

prædeterminatione requisitâ ad conversionem, vel cum prædeterminatione requisitâ? Non primum: quia id per vos est impossibile. Si ergo secundum: rogo ulteriùs: vel illa prædeterminatio importatur ex parte hypothesis, ita ut sensus sit: *Volo, quod si apud Tyrios fiant miracula, & detur ipsis Prædeterminatio ad conversionem, convertantur*: vel non importatur ex parte hypothesis? Si hoc secundum: quid ergo mirum, quod ex parte hypothesis Scientiæ Mediæ non importetur Providentia constituta per ipsam Scientiam Mediam, licèt alioqui requisita sit ad conversionem absolutam? Si ergo primum: destruitur Natura Decreti: nam illud objectum est omninò necessarium, nec ullius decreti indigum: & simile objectum debet omninò non de Tyriis solùm, sed etiam de Iudæis verificari, & de omnibus. Quid ad hæc?

Et in Authoribus ex Nostris.

271 Secundò contra Nostros: sumo hypothesim Scientiæ Mediæ, *si dedero auxilium*, & Decretum, quod in eâ dicunt involvi: & arguo sic: Vel Objectum, quod attingitur à Scientiâ Mediâ est, Petrus convertetur, si Deus det auxilium cum libertate dignâ Deo: vel, si detur auxilium sine libertate dignâ Deo? Si secundum: Objectum est impossibile: tã enim repugnat esse conversionem sine auxilio Dei, quàm sine libertate dignâ Deo. Si ergo primum: Atqui libertas digna Deo in dando auxilium est dare auxilium per vos cum potestate imperandi volitionem collativam ex motivo efficaciæ, vel impediendi ex motivo inefficaciæ: ergo in objecto Scientiæ Mediæ sub conceptu libertatis dignæ Deo debet attingi potestas imperandi volitionem collativam ex motivo efficaciæ, pro casu conversionis futuræ: hæc autem potestas dicit indispensabiliter Scientiam Mediam. Rogo ergo: Vel hæc libertas importatur ex parte hypothesis: vel non? Si secundum: cur ergo debet importari Providentia? Si primum: ecce destruitis etiam Scientiam Mediam. Quid ad hæc? Vide alia *lib. 5. à num. 214.* Patet ergo argumentum esse sophisticum.

Supràlib. 5. à num. 214.

272 Respondetur. Et quidem argumento, nego dilemmatis antecedens: Licèt enim Deus sciat, convertendum Petrum si detur auxilium cum Providentiâ requisitâ ad conversionem; & sciat, non

Solvitur ex dictis suprà nn. 224. & à num. 227.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Et latè lib 5. à num. 214. & à nu. 222.

posse contingere Conversionem sine Providentiâ requisitâ ad ipsam: Neutrum tamen scit per Scientiam, quæ sit *Media*, sed simplex Intelligentia. Scientiæ Mediæ Objectum hoc est: *Libertas Petri, si sit, conjungatur, cum conversione, & Providentiâ requisitâ ad ipsam.* Itaque ex parte hypothesis, solùm attingit Petri libertatem, ex cujus eventu pendet modus quo ipsa libertas ponenda est: non ergo illum attingit ex parte hypothesis. Et quid mirum, quòd non attingat quidquid requiritur ad physicam existentiam hypothesis, si præcisè tendit ad dandam ipsi intentionalem existentiam, ad quam sufficit ipsa Scientia Media? Nihil ergo sequitur ex his, quæ timebat objectio: cujus solutio pendet, & patet ex conditione, & objectis Scientiæ Mediæ repræsentatis *lib 5. à num. 214.* & inclarescet per ea, quæ subdo ad confirmationes adjunctas.

Et prima Confirmatio.

Suprà à nu. 227.

273 Ad primam. Negavi jam iterum importari in statu conditionato Scientiæ Mediæ ex parte hypothesis ipsam Scientiā Mediam; quidquid sit, an importetur in alio statu conditionato simplicis intelligētiæ, quod affirmo. Ad primam rationē oppositam nego antecedens: neque enim status conditionatus Scientiæ Mediæ ex parte hypothesis imbibit, nisi cōstitutiva libertatis creatæ. Ad secundam rationē: dico, imprimis statum conversionis conditionatæ non esse physicum, sed puræ intentionalem; secus ac status absolutæ conversionis: unde licèt ille debeat præsupponere omnia, à quibus etiam mediatè pendet existentia physica: non ille. Dico deinde, sicut conversio absoluta est à Deo providentissimè, ita conditionatam videri providentissimè à Deo fore: in statu quidem conditionato simplicis Intelligentiæ, importatā Providentiâ ex parte hypothesis: in conditionato Scientiæ Mediæ, importatā solùm ex parte eventūs à quo pendet: ut explicuimus

Suprà lib. 5. à num. 222. & hic à nu. 227.

suprà à num. 227. & latiùs lib. 5. à num. 222. Ad tertiam rationem oppositam, fateor ex parte hypothesis importari collationem auxilii, saltem passivam, non verò ea omnia, per quæ ex parte Dei redditur ea collatio Deo digna: sed neque ea excluduntur, sed attinguntur ex parte eventūs.

Secunda,

274 Ad secundam confirmat. Nota æquivocationem arguentis. Fateor, positis præcisè, quæ videntur ex parte hypothesis fore consensum, sed nego ea posse poni per scipsa præcisè: nam eòipsò poni debet consensus, & quidquid connectitur cum consensu, atque adeò Scientia Media: imò & poni debet, id cum quo consensus ipse connectitur, atque adeò causæ, sine quibus nequit hypothesis exerceri. Itaque si præcisè ponantur ea, quæ importantur ex parte hypothesis Scientiæ Mediæ, præcisè ponentur constitutiva libertatis: ea tamen poni non possunt sine aliis distinctis ab ipsis præcisè sumptis: atque adeò si ponantur, ponentur cum Providentiâ requisitā ex parte Divinæ Libertatis, quam tamen non attingit Scientia Media ex parte suæ hypothesis, quæ solùm est nostra libertas.

ex Notandâ fallaciâ argumenti.

275 Quare distinguo: positâ præcisè, id est, solùm, nego implicantiam terminorum: nam quomodo erit conversio, si ponitur sola conditio? præcisè, id est, totâ conditione, erit conversio, subdistinguo: erit conversio sine Providentiâ, nego: cum summâ Providentiâ, concedo. Erit enim sub conditione physicè jam exercitâ, quæ in statu conditionato Scientiæ Mediæ importatur penès essentialia sua prædicata. Deinde, negando involvi in conditione Scientiā Mediam, nego quod exinde infertur; nēpe non esse necessariam ad existentiam conversionis: imò Scientia Media se ipsam attingit ut necessariam ad conversionem, non quidem ex parte hypothesis, sed ex parte eventūs, à quo pender. Latè *loco citato, lib. 5.*

Loc. cit. lib. 5.

Tertia:

276 Ad tertiam (quam aliqui nimis fidenter opponunt:) distinguo: requiritur in aliquo statu conditionato, transeat, ut explicui *à num. 227.* requiritur in omni, atque adeò in statu Scientiæ Mediæ, subdistinguo: ex parte hypothesis, nego: ex parte eventūs, vel hypothesis, vel formæ constituentis ipsum statum conditionatum, concedo. Quæ omnia satis patent ex suprà infinuatis *num. 224.* & latè discussis *lib. 5. à num. 214. & à num. 222.* Itaque, quod solet dici, quicquid requiritur in statu absoluto, requiri in conditionato, solùm in hoc sensu potest esse verum, nempe, quo volumus dicere: Sub hypothesi sub quâ affirmetur

Suprà lib. 5. à num. 214. & à num. 222.

metur consensus v. g. debere, & posse affirmari omnia requisita ut sit consensus: Quia sub hypothesi, sub quâ sit consensus, erit, prout essentialiter est, atque adeò coëxistens cum his omnibus, sine quibus non potest esse. Iuxinde tamen non sit pro omni statu conditionato debere attingi ex parte hypothesis ea omnia, sine quibus res esse nequit in statu absoluto: ut jam notavi *locis* nuper *citatis.*

§. V.

ULTIMÆ OBJECTIONES: ET DOCTRINæ totius Epitome.

Quarta:

277 Ad quartam, concessâ majori, nego minorem: non est ob eam rationem, sed quia vocatio est constitutivum immediatum libertatis, & hæc importatur ex parte hypothesis. Ad quintam, Nego suppositum; & eo permisso, etiam antecedens ipsi subnixum. Suppositum: quia neque Scientia simplicis Intelligentiæ tangitur ex parte hypothesis à Scientiâ Mediâ. Antecedens: quia ratio cur simplex intelligentia importaretur ex parte hypothesis (dato, & non concesso) esset: quia importat quicquid ad consensum conducit, & sinit libertatem omninò indifferentem, & præscindentem à connexione cum parte determinatâ libertatis: signum enim hypothesis est signum indifferentiæ.

Quinta:

Sexta:

278 Ad ultimam, Nego Imprimis tale quid nosci à Scientiâ Mediâ: imò scit ex parte eventūs ipsam Providentiam. Deinde si Deus scit (quod sciet, si verum est) convertendum Petrum, etiam si ponceretur auxilium sine Providentiâ, aut Scientiâ Mediâ, non id scit modo, quo nos proferimus, sed quatenus sciens neque Providentiam suam, neque Scientiam Mediam esse ex constitutivis libertatis creatæ, planè nosci, datâ per impossibile hypothesi Scientiæ Mediæ, sine Scientiâ Mediâ, non defecturā conversionem; quam alioqui futuram, aut videt, aut supponimus, ex defectu immediatæ libertatis ad illam. Quare pro veritate conditionali impossibili, quam nos sic exprimimus: *Converteretur Petrus, si daretur auxilium, etiam sine Providentiâ, aut Scientiâ Mediâ*, non datur in Deo Scientia mixta, aut tertia, (ut *nonnemo* dixit) sed sufficit ipsa Scientia simplicis intelligentiæ circa Naturam hypothesis, & Scientia Media, quæ datur in Deo de conversione conditionatā Petri sub hoc auxilio.

Incautè dictum.

Vide sup. lib. 5. à num. 216.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Objectio Ab absurdo.

279 Objicies ulteriùs sextò: Si Scientia Media de consensu æg. esset in Deo requisita ad extorquendum à Petro consensum, *duo* sequerentur absurda. *Primum*: Posse à Petro committi peccatum, quod non posset à Deo permitti. *Alterum*: posse Petrum se convertere ad Deum sub auxilio, sub quo Deus illum convertere non potest. Quæ patet quàm absurda sint. Et ostendimus primum: Habeat Deus hanc Scientiam Mediam: Si Petrus habeat libertatem *A*, non peccabit; & conferat ipsi libertatem *A*: sic arguitur: Petrus in tali casu potest potestate antecedente peccare: sed Deus ne potestate quidem antecedente potest permittere tale peccatum: ergo potest à Petro committi peccatum, quod à Deo permitti non potest. Minor probatur: Nequit Deus permittere peccatum sub libertate *A*, si Deus habet aliquid inconjungibile cum peccato sub libertate *A*, quod pro libito impedire non potest, ut patet; sed illa Scientia Mediā est inconjungibilis cum Peccato sub libertate *A*, & nequit à Deo impediri pro libito: ergo. Secundum ostenditur: habeat Deus Scientiam oppositam, nempè: non convertetur Petrus, si habeat libertatem *A*: & arguitur pariformiter: Petrus sub tali libertate, licèt non convertatur, potest tamē se convertere pro libito potestate antecedente; sed Deus nequit ipsum sub eâ libertate convertere potestate antecedente: quod probatur: quia eatenùs potest Petrus se convertere, quæ tenus potestate antecedente potest evitare Scientiam de conversionis omissione; Sed Deus nequit ipsam evitare, utpote sibi non latam: ergo, &c. Hæc sophismata sunt, sed solvenda.

Meræ Sophistica. Solvitur

280 Respondetur: Nego sequelam. Neutrum enim ex illis absurdis sequitur. Ad ostensionem primi, permissâ suppositione, & concessâ majori, distinguo minorem: Deus ne potestate quidem antecedente suppositionem non peccati, potest permittere peccatum, nego: ne potestate quidem antecedente constituta per suppositionem non peccati, concedo:

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

hoc autem non est absurdum: si benè penetretur. Volo igitur dicere: Deum quidem non posse permittere peccatum conjungendo suppositionem non-peccati cum permissione peccati; sicut nequit Petrus peccatum committere conjungendo suppositionem non-peccati cum peccato: Utrumque enim est impossibile. Verùm cum potestas antecedens peccandi in Petro, sit inseparabilis à potestate Divinâ manendi cum libertate ad permittendum peccatum; nam est inseparabilis à potestate habendi Scientiam Mediam de peccato, independentem à positione, & executione libertatis in Petro, atque adeò constituentem libertatem Dei ad permittendum pro libito peccatum; patet peccatum non aliter esse à Petro possibile, ac à Deo permittibile est.

281 Similiter respondetur ad ostensionem alterius: Sicut enim Petrus, nequit se convertere, conjungendo conversionem cum suppositione non-conversionis, sed eâ evitatâ; quæ evitatio est in Deo suppositio, quæ ponit in libertate Deum, ut pro libito suo convertat, exhibendo Petro beneficium cogitationis congruæ; patet potestatem se convertendi in Petro, esse inseparabilem à potestate habendi quicquid requiritur ex parte Dei, ut potiùs Deo, quàm Petro tribuenda sit ipsa conversio Petri. Videatur Ribadeneyra *disp.* 17. *à num.* 54. aliter satisfacere conatus, innixus scopulis sui Decreti concomitantis, & condeterminantis.

Ribaden.

Subtilis instantia: ex P. Ant. Perez.

282 Instabis ex Doctrinis subtilis Nostri Patris Antonii Perez *prima secundæ tractatu* 2. *disp.* 4. *cap.* 7. Si Scientia Media constitueret Providentiam Dei, Scientia Media de consensu v. gr. constitueret libertatem Dei proximam donandi consensum Creaturæ: ergo sine Scientiâ Mediâ de consensu non esset in Deo libertas proxima donandi consensum: ergo sine Scientiâ Mediâ de consensu, non esset in Petro v. g. libertas proximâ consentiendi. Sed quoties dissentit, non est Scientia Media de consensu: ergo quoties dissentit, non est proximè liber ad consentiendum: ergo neque libere dissentit. Quæ subsumuntur sunt vera. Primum entymema etiam constat. Consequentia immediatè sequens de defectu proximæ libertatis in Petro, (in quâ est difficultas) ostenditur. Repugnat libertas proxima consentiendi, sine libertate proximâ accipiendi consensum à Deo: sed in tali casu repugnat libertas proxima accipiendi consensum à Deo: quod probatur: repugnat libertas proxima accipiendi à Deo, quando in Deo non est proxima libertas dandi, sed in tali casu in Deo non est libertas proxima dandi: ergo neque in Petro libertas proxima accipiendi: ergo nec consentiendi. Si enim consentire, est accipere à Deo consensum: ut verè est: cum consensus sit Dei donum: qui non accipit à Deo, non consentit, & qui non est in proximâ libertate accipiendi, non est in libertate proximâ consentiendi. Confirmatur. Impossibi à donatione, est impossibilis acceptio: ergo si donatio ex parte donâtis est impossibilis; impossibilis est acceptio ex parte accipientis. Sophisma etiam est, quo turbari non debeat quispiam.

Sophisma.

283 Respondetur. Imprimis multi sunt casus, in quibus accipiendi potestas est expedita: & ligata, potestas dandi: petendi facultas, impedita: reddendi, expeditissima: potest enim esse non commune impedimentum. Deinde concesso primo entymemate, nego consequentiam, quæ subinfertur. Ad ejus probationem, concessâ majori, nego minorem: quia libertas proxima accipiendi consensum à Deo, est libertas proxima determinandi consensum, & ipso medio Deum, ut, pro casu consensûs, utatur Scientiâ Mediâ de consensu: quâ dirigente donet ipsum consensum: qui est determinatio mei ad ipsum, & acceptio mea. Ad probationem negatæ nunc minoris, nego majorem: Sufficit enim, ut in Petro sit libertas proxima faciendi, ut sit in Deo ea proxima libertas dandi: Si enim in Petro est talis libertas (ut verè est) cùm sit libertas proxima determinandi ad Scientiam Mediam de consensu, datur in Petro libertas proxima accipiendi consensum à Deo, quin pari modo sit in Deo libertas dandi. Fateor, ipsum consentire, esse accipere consensum à Deo; & cum, qui non accipit, non consentire: Sed cùm ipsum consentire sit determinatio, ut ab æterno præcesserit in Deo quidquid requiritur ut actu donet: inde, qui est in proximâ potestate consentiendi, est in proximâ

Solvitur.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Connexio cum sequenti.

ximâ potestate faciendi, ut consensus in Creaturâ acceptus sit à Deo, & ab ipso donatus Creaturæ. Confirmatio solum verificari potest, quando donatio est simpliciter impossibilis: non verò quando in manu potentis accipere, est, expeditè proximè manus donatori ad ipsam donationem, ut in casu nostro contingit ex prærogativâ libertatis nostræ, cui se Deus, & providentiam suam attemperare dignatus est, *relinquens Nos in manu consilii nostri.*

Doctrinæ Epilogus.

284 Ex Doctrinâ totius Disputationis clarè colligis, quinam actus ex parte Divini intellectus, non constituant: quinam verò constituant formalem quidditatem Divinæ Providentiæ, tàm Physicæ, quàm Moralis. Non constituunt ullam ex ipsis, Imperium intellectuale, quomodocumque fingatur; neque Scientia Visionis illud: quia impertinens, & implicans, & in Deo specialissimè: Hæc: quia ipsi non competit esse causam rerum in munere Scientiæ. Constituunt verò utrâque indispensabiliter *Scientia simplicis Intelligentiæ, & Scientia Media.* Illa: ut potè causa rerum *ex munere Scientiæ.* Hæc saltem, ut ratio sine quâ nequit esse perfecta voluntarietas Providentiæ. Restat modò videre Munus, quod præstat in constitutione Providentiæ Scientia Media, & Modum, quo se habet circa compartem, nempe circa decretum voluntatis: an se habeat purè removendo prohibens, an dirigens, an ut ratio purè concomitans, an præcedens: & quo gradu necessitatis in præcedendo?

DISPVTATIO XXXI.

DIVINÆ PROVIDENTIÆ CONSTITVTIO ex necessaria præcedentia Scientiæ Mediæ.

Scopus Controversiæ.

285 RÆCEDENTIA Divinæ Scientiæ Mediæ, quam defendere, & ostendere, est animus, omninò necessariam, intelligi debet circa Decretum collativum Medii, &, juxta Moralem Providentiam, Auxilii ad actum liberum: Ita ut Providentia Moralis non utcumque dicat in sui constitutione Scientiam Mediam, sed etiam pro priori ad Decretum constitutivum ipsius, & quidem prioritate metaphysicè indispensabili. Hic est Scopus. Verùm, quia sumus in Controversiâ tum gravissimâ, tùm celeberrimâ de Directione Scientiæ Mediæ, oportet, & terminos quæstionis, & Authorum sensa præmittere.

Reipsâ Gravissima.

SECTIO I.

CONTROVERSIÆ TERMINI, ET STATUS: & judicia Theologorum.

Efficacia Auxilii in quo sita?

286 NOta primò: cùm lis hæc de Directione, & Præcedentiâ Scientiæ Mediæ orta sit, & adulta in Nostrorum finu, fieri, supponi ex tractatu de Auxiliis contra Thomistas, Efficaciam auxilii, non esse essentialem, & intrinsecam entitati ipsius auxilii, quod dicimus efficax, sed accidentariam, & extrinsecam: Itaque auxilium efficax, & sufficiens, seu inefficax, entitate non differunt, sed extrinsecæ formæ accessione, ex quâ vel efficacis, vel inefficacis denominatio sumitur.

In actu secundo.

287 Nec ob id negamus auxilium efficax, tam in actu secundo, quàm in actu primo. *Auxilium efficax in actu secundo* est, Entitas ipsius auxilii conjuncta cum cooperatione voluntatis creatæ, à quâ in actu secundo fit, & denominatur efficax: *in actu primo* est eadem auxilii Entitas conjuncta cum futuritione con-

In actu primo.

ditio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante. Sup. lib. 4

ditionatâ cooperationis creatæ, quæ *supplet*. apud me de formali est *ipsa Scientia Media*, ut *suprà lib. 4.* & *alibi* agendo de Efficaciâ Gratiæ latè docui. Vnde moveri Deum in collatione auxilii efficacis ex efficaciâ, erit, dare auxilium, vel quia videt sortiturum effectum, vel quia sortietur effectum, affectu ex se connexo cum efficaciâ auxilii, & supponente Scientiam Mediam de ipsâ.

Directio Duplex:

Stricta:

Et lata:

238 Nota secundò: Dupliciter accipi potest *Directio* Scientiæ. Primò: *strictè*; & tunc dicitur Scientia *strictè* dirigere affectum, quando actu movet ad illum; seu quando affectus movetur ex objecto talis Scientiæ. Inde *stricta* directio Scientiæ Mediæ dicitur illa, quâ Deus movetur ex præcognitâ per Scientiam Mediâ efficaciâ, vel inefficaciâ auxilii, ad conferendum illud, vel ad negandum: si neget, movet Scientia Media ad nolitionem conditionis; si confert, movet ad volitionem conditionis: qui sunt *termini* apud Modernos *celebres*. Secundò, *latè*. & tunc dicitur Scientia *latè* dirigere, quando, licet actû non moveat, est tamen in *signo apto* ad movendum. Inde *lata* directio Scientiæ Mediæ dicitur à Modernis illa, quâ Deus per ipsam Scientiam Mediam constituitur liber, ut moveatur ex efficaciâ, vel inefficaciâ auxilii, quod

Quæ subdividitur.

prævidet. Idque *dupliciter*, ajunt aliqui, contingere posse. Primò, ut Scientia Media sit in signo apto, ad inducendum auxilium, medio decreto, quod ab ipsâ immediatè pendeat. Secundò, ut sit in signo apto, ad imperandum decretum collativum auxilii: quo casu imperium pendet essentialiter à Scientiâ Mediâ: decretum verò imperatum, peracceidens.

Signum aptum ad dirigendû quid importet? Doctrina P. Ribad.

289 Nota tertiò: esse Scientiam in signo apto ad movendum affectum, non apud omnes esse, Scientiam esse priorem affectu, prioritate naturæ. Sunt enim aliqui (inter quos est P. Gaspar de Ribadeneyra) qui concedunt Scientiam esse in signo apto ad movendum affectum, & tamen non esse illo priorem: censent enim, non omnia comprincipia constituentia libertatem, præcedere ad extremum illius utrumque. sed ea præcisè, quæ influunt. Vnde distinguunt *duplicem* prioritatem Naturæ, *formalem*; & *aptitudinalem*: illam adstruunt in principiis influentibus: hanc in eis, quæ sunt in signo apto ad movendum, & actû non movent. Hinc multi, conati probare prioritatem Scientiæ Mediæ, vix assequuntur, quòd Scientia Media sit aptitudinaliter prior, seu in signo apto ad movendum affectum.

Non vera:

Triplex Prioritas Notitiæ ad affectû.

290 Nota quartò: *Triplicem* excogitari posse *Prioritatem* Scientiæ Mediæ in constituione Providentiæ. Primò, ita ut Decretum essentialiter ab ipsâ pendeat, seu, cum illâ connectatur. Secundò, ita ut decretum immediatè ab ipsâ non pendeat, vel solùm mediatè ratione actûs imperantis, ut significavi *num. 288. fine*. Tertiò, ita ut Decretum ab ipsâ, ratione sui non pendeat, sed ratione circumstantiæ objectivæ. Est grande discrimen inter hos modos. Nam *primus* dicit indispensabilem prioritatem Scientiæ Mediæ. *Secundus* eam dicit respectu actûs, qui imperat; respectu verò imperati, mediatam solùm dicit, & accidentariam. *Tertius* vix salvat prioritatem, nisi respectu consensûs v.g. nam dicit, Scientiam Mediam solùm præcedere ad volitionem auxilii efficacis, quia præcedit ad ipsam efficaciam. Et inter hos modos, vix videò Modernos stare probationibus suæ Sententiæ: nam prioritatem, quam adstruxere, & probavere, vix retinent, cùm ad hæc descendunt.

Connexio Decreti cû eventu ex quoto tempore?

291 Nota quintò: Affectum seu Decretum collativum auxilii, & libertatis ex triplici capite posse sortiri connexionem cum determinatâ parte libertatis creatæ, quam instruit, aut confert. Primò, ex energiâ & efficaciâ affectûs: & hæc accidit, cùm Deus movetur ex auxilii efficaciâ, ut illud conferat. Secundò ex titulo libertatis immediatæ essentialis: & hæc accidit, si actus, quo Deus auxilium confert, sit essentialiter liber, immediatione libertatis excludêre præcessionem imperii: tunc enim connectitur cum iis omnibus, quę libertatem Dei constituunt in actu primo, atque adeò cum Scientiâ Mediâ. Tertiò, ex reflexione supra Scientiam Mediam, volente nempe Deo conferre auxilium, licèt videat quale erit, si conferatur. Discrimen est inter hos tres modos: quòd *primus* stare non potest sine affectu circa circumstantiam efficaciæ: *duo reliqui* nullum dicunt affectum circa illam, sed solùm indicant specialem libertatem Dei conferentis auxilium.

No-

Constituti va libertatis quoad partem utramque sunt priora respectu cuiusliber. In Deo præsertim. Etiam in Creaturis. Ribaden. Herrera. Ipse 1. 2. Tract. de Actib.

292 Nota sextò: Quamvis factâ suppositione, quòd libertas in actu secundo non sit essentialis entitativa actûs, qui dicitur liber, permitti possit in Agente libero creato, quòd tota potestas libertatis non præcedat naturâ ad utrumque libertatis extremum, ut docet Ribadeneyra de *Actibus disp. 17. cap. 1. & 2.* (id quod ego disputando *de Actibus*, etiam censui esse falsum, cum Herrerâ *hic quæst. 2. sect. 5.*) in Deo tamen intelligi non posse. Ratio discriminis est. Primò: quia in Agente creato sit suppositio libertatis extrinsecæ, quæ in Deo difficulter fieri potest. Secundò: quia prioritas quæ attenditur in Agente libero creato, est prioritas physica, quæ quidem non præstatur in actum à totâ potestate libertatis: potestas enim dissentiendi non influit in consensum: at prioritas, quæ attenditur in Deo, non est physica, sed purissimæ coëxistentiæ, solo titulo vel repræsentandi objectum, quod voluntas eligit, vel reddendi voluntarium voluntatis affectum. Tertiò: quia actus Agentis creati non reflectunt in constitutivas libertatis, à quâ oritur: affectus tamen divinus reflectit seipso, gaudens in Deo esse, qualis est, & complacens in coëxistentiâ actuum, quibus coëxistit, ut videbimus *infrà*: non ergo potest sumi ulla paritas. His ita notatis

Quæstio hic multiplex.

293 Multiplex quæstio excitatur hîc à Modernis. Prima: *An* Scientia Media constituat Providentiam Moralem, ut ratio directiva ad negationem conditionis prævisæ, scilicet Hypothesis, & Auxilii? *Secunda*: an etiam ut ratio directiva ad positionem conditionis? *Tertia*: an ea directio sit necessaria in Deo? *Quarta*: an ipsa Scientia Media præcedere debeat volitionem collativam auxilii & conditionis, &, ipsâ mediante, effectum absolutum? *Quinta*: an hæc præcedentia indispensabilis sit & necessaria? Hi sunt termini, quibus ab aliis proponi solet

Reducta ad tria puncta.

hæc quæstio: quæ tota reducitur ad *tria puncta*. *Primum*: an Deus dare possit auxilium, quia efficax: & negare, quia inefficax? *Secundum*: an ita se Deum gerere, sit necessarium. *Tertium*: an, esto Deus neque moveatur ex efficaciâ auxilii, ad ipsum conferendum; aut ex inefficaciâ ad negandum: Scientia Media præcedere necessariò debeat ad collationem auxilii; ita ut ipsa volitio supponat virtualiter ex parte libertatis Divinæ inter alias notitias necessariò prærequisitas ipsam Scientiam Mediam? Et in hoc tertio puncto volvitur totus cardo præsentis Controversiæ.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providêt. & Prædestinante. Omnium Cardo.

294 Prima Sententia affirmat posse Scientiam Mediam movere Deum ad negandâ conditionê; negat verò posse movere ad ponendam; & simul eam aut præcedere, aut posse ad collationem auxiliorum. Ita nonnulli moderni, secuti, ut ajunt, Patrem Leonardum Lessium, & Martinonum, quod maximè dubito. Alia enim est Mens Lessii, & Martinoni: Illius, ex his quæ notat ex ipso, P. Henao *tom. 1. de Scientiâ Mediâ num. 1728.* Hujus ex ejus lectione. Favent tamen expressè Pater Antonius Perez *disp. 4. & 5. de Providentiâ*, &, ut audio, Cardinal. Delugo *in Manuscriptis*.

Prima Sententia dicta Lessii. Martinon. sed potiùs Ant. Per. & Card. Lugo. Henao.

Secunda:

295 Secunda Sententia affirmat posse Deum moveri ex Scientiâ Mediâ tam ad negandum, quàm ad ponendum auxilium; negat verò & hoc necessarium esse, & necessariam esse præcedentiam ipsius Scientiæ Mediæ respectu ad collationem auxilii cujuscumque: ita communis opinio Recentiorum, cum Aldrete, & Ribadeneyrâ: qui tamen addit Scientiam Mediam, licèt necessariò prærequisitam non sit ad collationem auxiliorum, requiri tamen concomitanter, & in signo apto ad movendum, atque adeò cum aptitudinali prioritate.

Communis Recentior. Aldrete. Ribaden.

Tertia:

296 Tertia Sententia, *tria* dicit. *Primum*: Scientiam Mediam strictè dirigere posse, nempe posse Deum ex ejus prævisâ luce dare auxilium, quia efficax: seu negare, quia inefficax. *Secundum*, eam directionem non esse necessariam. *Tertium*: Scientiam Mediam, latè dirigere necessariò Deum, atque adeò præcedere ad volitionem auxilii efficacis necessariò: ita tamen ut præcedentia non sit respectu volitionis secundum se sumptæ, sed respectu ipsius ut conferentis auxilium efficax: ita se expliçant Moderni nonnulli, quibuscum ire videtur Reverendissimus Noster Thyrsus *tom. 2. disp. 9.*

Recentior. & N. P. Thyrsi.

Quarta Sententia.

297 Quarta Sententia dicit strictam directionem esse possibilem: non verò necessariam; latam, necessariam esse, & simul præcedentiam Scientiæ Mediæ ad ipsam volitionem auxilii secundùm se sump-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.
P. Esparz. Cardinal. Sfontia. Quirós. Herrera. Compton. Ripalda. Haunold. Avendañ. cũ Suarez. Vazquez. Molina. & Lessio.

sumptam, & ad omnem Affectum Divinæ libertatis, ita ut omnis affectus ab ipsâ pendeat essentiali connexione. Ita Pater Esparza *quæst. 26. & 36. de Deo.* Caldinalis Esfortia *lib. 1. de Actib. cap. 8.* P. Quirós *disp. 7. de Prædest.* Pater Herrera *quæst. 2.* Cardenas *disp. 37. de Prædestinatione sect. 5.* citans pro se Suarez, Vazquez, Molinam, & Lessium: P. Ripalda *in Manuscript. de Prædest.* P. Avendaño *disp. 9. & 11. cujus in §. ultim.* latè disputat de mente Doctoris Eximii, & suum facit: & novissimè P. Haunoldus, ut innuit *supra nu. 233.* Ex his, Patres *Esparza, Quirós, & Avendaño* apertè etiam militant pro *necessitate* strictæ Directionis.

SECTIO II.

SCIENTIA MEDIA CONSTITVIT NECESSARIÒ Providentiã Dei Moralem in signo apto ad strictè movendum.

§. I.

EXPLICATIO, ET PROBATIO PRÆMISSÆ veritatis.

Conc. apud Nos certa: RR. GG.

298 Sensus est, Divinam Scientiam Mediam, ita in Deo existere, & requiri, ut formaliter constituat Deum proximè liberum ad conferendum auxilium, quia efficax; vel negandum quia inefficax: & censeo id à nemine Societatis negari posse, attentis Generalium Ordinationibus, de quibus copiosè Pater Henao *tom. 1. de Scientiâ Mediâ sect. 157.* & de quibus rursus loquar inferiùs *à num. 436.* & præsertim *lib. 7. à nu. 130.*

Apud Henao.

Ostenditur

299 Ostenditur sic: esse Scientiam Mediam in signo apto ad strictè movendum, est ita existere in Deo, ut ex ipsâ moveri possit ad conferendum auxilium quia efficax, aut ad negandum, quia inefficax; atqui Scientia Media necessariò existit in Deo, ita ut ex ipsâ moveri possit ad conferendum auxilium quia efficax, & ad negandum, quia inefficax: ergo Scientia Media necessariò est in signo apto ad strictè movendum. Major constat ex explicatione strictæ directionis *nu. 288.* Consequentia legitima est. Minor probatur: Ita est Deus liber in conferendo auxilium, ut ex circunstantiâ efficaciæ moveri possit ad ipsum conferendum; vel ad negandum, ex circunstantiâ inefficaciæ; sed nequit ita esse liber nisi Scientia Media necessariò existat in Deo in signo apto ad ita movendum: quia circunstantia efficaciæ, vel inefficaciæ futuræ sub auxilio, si conferatur, præsciri nequit nisi per Scientiam Mediam: ergo. In primâ Majori difficultas est, & ea

Suprà nu. 288.

300 Probatur quoad primam partem, nempe Deum ita liberè conferre auxilium, ut moveri possit ad negationem ejus ex inefficaciæ circunstantiâ. Primò: quia ea doctrina est omnium ferè *Sanctorum Patrum* ad illud Sapientiæ 4. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus*: quorum luculentissima testimonia videri possunt apud Ruiz *de Prædestinatione disp. 5.* & præsertim *tom. de Scientiâ à disp. 62. adusque 66.* Audiatur Augustinus *tract. 73. in Ioannē*: *Malè usurus eo quod accipit, Deo potiùs miserante, non accipit.* Iterum *de Corrept. & Gratia cap. 8.* ubi de Reprobis ita loquitur: *Respondeat, si potest: cur illos Deus, cùm fideliter vivērent, non tunc de hujus vitæ periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum. Vtrùm hoc in potestate non habuit? an eorum futura mala nescivit? Nihil horum nisi perversissimè, & insanissimè dicitur.* Audiatur Basilius *in Instit. Monastica cap. 20. Si intellexisset Dominus, te, si munus impetrasset, id nequaquam esse amissurum, sine dubio ultrò tibi sine ullo reatu detulisset: nunc autem tibi prospiciens hoc facit.* Hæc, satis clara, satis ex Patribus.

SS. PP. *Sap. 4.* *Ruiz.* *Augustin.* *Basilius.*

301 Secundò probatur ratione Theologicâ ex Patrum quæstionibus desumptâ: quærunt enim Patres, *cur* Deus dedit Adamo libertatem, quâ fuerat abusurus? cur Angelis? cur aliis? Quas non curarent Patres, nisi supponerent, Deum posse moveri ex abusu præscito ad negationem talium conditionum. Tertiò ratione à priori: quia abusus auxilii, si conferatur, estò non sit motivum demeritorium, est sufficiens, ut moveat Deum ut abusuro neget auxilium. Quartò ratione à posteriori validissimâ: quia quotidie oramus, ne nos inducat in tentationem, & gratias agimus, quòd non simus in hypothesi, quâ prævidit nos abusuros auxilio: frustrà autem essent illæ preces, & istæ gratiæ, si Deus moveri non posset ex præscientiâ abusûs ad negandam hypothesim inefficacis auxilii, & incongruæ gratiæ.

Quæstiones SS. PP.

302 Probatur etiã illa major quoad primam partem: nempe Deum ita liberè conferre auxilium, ut moveri posset ad collationem ex efficaciæ circunstantiâ. Primò ex concordi Patrum doctrinâ. Audiatur Augustinus *l. b. 2. ad Simplicianũ*: *Cujus Deus miseretur, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem nõ respuat*: ibidem; de reprobis: *Si vellet misereri Deus, posset ita vocare, quomodo illis aptum esset, ut & moverentur, & intelligerent, & sequerentur.* Audiatur Chrysostomus *homil. 65. in cap. 9. Matthæi* palam affirmans: *Operarios aliquos vocatos tertiâ, nonâ, & undecimâ horâ, & non antea, quia præsciebat Deus tunc bene operaturos, & non antea*: Paulumque *propè Damascum*, & Latronem *in Cruce*, & nõ anteà vocatos, ob eandem rationem. Audiatur Sanctus Thomas *1. p. quæst. 23. art. 5. ad 1. Dicendum, quòd usus gratiæ præcitus non est ratio collationis Gratiæ, nisi secundùm rationem causæ finalis.* Idem Doctrinæ tenor in Patribus colligitur ex *quæstionibus illis*, quas excitant: *cur* Nempe Deus creavit hominem, quẽ lapsurum esse prænoverat? Angelos, quos præscierat peccaturos? mundum, quem opplendum iniquitate præviderat? Iudã, quem nefando scelere contra Magistrum insurrecturum fore, præintellexerat? Quarum quæstionum difficultas, tota nascitur ex suppositione, quam Patres fatebantur, Deum in signo indifferentiæ ad creationem, potuisse aliter operari ex præscientiâ conditionatâ horum eventuum.

Augustin. *Chrysost.* *S. Thomas.* *SS. PP. Mens.*

303 Secundò: ex oratione Fidelium: petimus enim à Deo auxilium efficax; & pro eo gratias agimus: frustrà autem essent hæ preces, si Deus non posset auxilium dare ex præscientiâ efficaciæ. Tertiò: ex Divinis promissionibus, quibus Deus auxilia efficacia promittit, juxta illud: *Dabo vobis cor novum*; *auferam cor Lapideum*: ridicula foret promissio, nisi Scientia, ex quâ solùm sciri potest eventus auxilii, quo cordis novitas obtineri potest, & auferri durities, non esset in signo apto ad dirigendum, & movendum. Quartò: ex responsis Dei ad consultationes de conditionatis eventibus, qualis fuit illa Davidis *1. Regum 23.* ad determinandam vel fugam, vel mansionem apud Ceillitas: quæ responsa nisi per lucem Scientiæ Mediæ dari non possunt. Quintò: ex Prophetiis de eventibus conditionatis, qualis illa fuit, ne Iudæi accederent *ad mulieres alienigenas*: *certè sanè enim evertent corda vestra, ut sequamini Deos earum. 3. Reg. 11.* quarum Prophetiarum infallibilitas sumitur ex præscientiâ conditionatâ.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. *1. Reg. 23.* *3. Reg. 11.*

304 Sextò: ex benevolentiâ speciali, quâ se gerit circa Prædestinatos, & se gessit specialissimè circa Beatissimam Virginem, conferendo auxilia in circunstantiis præviſæ congruitatis. Septimò: ex infallibili potestate convertendi hominum corda, quò velit, & quando velit: quę potestas infallibilis sine Scientiæ Mediæ prælucentiâ stare non potest. Octavò: ex primariâ Dei discretione consentientis à dissentiente: quæ in eo stare debet, ut per auxilium efficax, in actu primo, & modum collationis debeat Deo primariò attribui discretio. Nonò: ex specialitate beneficii, quâ Deus utitur conferendo auxilium efficax: & ratione specialis beneficii, quod accipit homo per efficax auxilium. Decimò quia ut *suprà* vidimus potest ex præscientiâ negare auxilium inefficax; at ea negatio est collatio auxilii efficacis ex præscientiâ. Vndecimò tandem quia circunstantiâ efficaciæ est bonitas ex se movere sufficiens ad collationem auxilii.

Lib. 5. de Scientiâ Mediâ. Lib. 8. de Prædest. Lib. 13. in Repræsentatione Controv.

305 Quæ capita, apud Multos hìc splendidè diffusa, & aliò pertinentia, & à Nobis pro dignitate *in loco* discussa, solâ sui, ut reor, insinuatione convincunt præsentem veritatem. Maneat ergo strictam Scientiæ Mediæ directionem necessariò esse posibilem; atque adeò Scientiam ipsam necessariò existere *in signo apto*, ut ex eâ moveri Deus possit ad collationem efficacis auxilii, quia efficax est: & inefficacis negationem, quia foret inefficax.

(***)

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

§. II.

ARGVMENTIS IN OPPOSITVM RESpondetur.

Objectio prima.

306 OBjicies primò: Deus nequit moveri ex inefficaciâ auxilii ad ipsius collationem: ergo neque ex ejus efficaciâ. Nego consequentiam: quia inefficacia non est bonitas expetibilis à Deo, qualis est efficacia. *Instabis*: licèt Deus moveri nequeat ex inefficaciâ ad collationem auxilii, eò tamen ipsò quòd Scientia Media sit in signo apto ad movendum, collatio auxilii inefficacis non posset esse benefica, neque conjuncta cum serio amore rectæ operationis. Quomodò enim beneficium præstat, qui præscius ruinæ futuræ dat auxilium abusuro? aut quomodo seriò intendat operationem, quam præscit defuturam, si hoc auxilium conferat? Hæc difficultas gravissima est, & omnes premit: neque leniri potest per recursum ullum ad inadvertentias, nobis obvias, & Deo indignas, ut notabam *lib. 3. de Incarnatione*. Recurret *infrà*, ubi ex professo vincetur. Nego modo sequelam: quia collatio auxilii prout est à Deo, nihil habet ineligibilitatis: tota enim ineligibilitas pendet ex abusu creaturæ, quem alioqui Deus vitare non debet: Qui autem operatur conferendo ex se bonum, quod aliòqui non debet; & nihil negando eorum, quæ debet alicui de, benefacit. Deinde, qui quantùm ex se est, ponit quicquid requiritur ad rectam operationem, seriò tendit in illam.

Instantia difficilis.

Omnes premit.

Lib. 3. de Incarnat. disp. 1. à nu. 161.

Solvetur ex profes. lib. 9. à num. 179.

Objectio secunda.

307 Objicies secundò: Si Deus moveri posset ad collationem auxilii ex circunstantiâ efficaciæ conditionatè prævisæ, auxilium esse posset ex nostris meritis: moveretur enim ex nostris operibus ad ipsius positionem auxilii. Nego sequelam: Motio enim meritoria, (licèt *juxta me*, cum magnis Theologis, quibus Avendañum, & Haunoldum supperaddo novissimè, præter genus *meriti Remunerandi* moventis *quia est*, & adinstar causæ efficientis, agnoscentem *veram speciem Theologici meriti* in ratione solutionis moventis ut sit, & adinstar causæ finalis, stare posit cum solâ motione causæ finalis:) repugnat tamen operi respectivè ad auxilium, à quo oritur ex defectu distinctionis sufficientis inter meritum, & ipsum præmium, ut *ibi* docui. Quidquòd, ut opus, *movens adinstar finis*, habeat rationem meriti, requirit dari donum intuitu ipsius, tanquam recompensationis pro dono, quod anticipatò conferitur: id quod maximè pendet ex affectu donantis. Moveri igitur ex efficaciâ auxilii ad ipsius collationem, longè diversum est à moveri ex opere tanquam ex merito: solùm enim in hoc genere motionis attenditur opus, ut conditio, sine quâ non foret auxilium, & ex cujus complacentiâ decernitur ipsius auxilii existentia: non verò ut recompensatio auxilii, quod confertur.

Ibi num. 76.

Solvitur.

Latè de Incarnat. lib. 3 disp. 3. à nu. 3.

Objectio tertia, & facilis.

308 Objicies tertiò: Si Deus posset moveri ex efficaciæ circunstantiâ ad positionem auxilii, daret Deus auxilium, quia efficax, non daturus, si foret inefficax; atqui hoc est repugnans: quod ostenditur. Nam si homo, cui datur auxilium, dissentiret, ut potest, existeret auxiliū, & non existeret: existeret, quia homo dissentit auxilio. Non existeret: quia supponitur non dandum, si prævideatur inefficax, & cum dissensu.

309 Confirmatur primò: Dato per hujusmodi directionē auxilio, non posset homo dissentire ergo non esset liber. Probatur antecedens: quia non posset homo dissentire auxilio, si non habet auxilium: ut patet: sed neque si habeat: Nam dissensus impedit requisitum sine quo non daretur, nempè Scientiam Mediam de consensu, & efficaciā: ergo & impedit auxilii existentiam: quod repugnat in terminis.

310 Confirmatur secundò: Implicat deficere auxilium, si deficiat Scientia Media de ipsius efficaciâ; atqui si daretur ex directione strictâ Scientiæ Mediæ, deficeret, deficiente Sciētiâ Mediâ: Nam deficiente causâ, effectus deficit: ergo implicat dari auxilium ex directione strictâ Scientiæ Mediæ. Major probatur: quia si homo dissentiret, deficeret Scientia Media de consensu, & non auxilium.

311 Confirmatur tertiò. Nam datâ possibilitate strictæ directionis inferri posset ex præmissis veris, consequens implicatorium: sic: Si Deus prævideret hoc auxilium inefficax, non existeret; sed si homo dissentiret auxilio, prævideret inefficax: ergo non existeret. Similes paralogismi formantur à Ribadeneyrā, qui *Ribadeneyra multus*

Sed sophistica.

Solvitur.

Vide infrà nu. 512.

est in eorum solutione, videndus *disp. 3 cap. 3. & 4.* Sed objectio, licèt ingeniosa, levis est, nec adeò ardua, ut tricare ingenium possit, ut in multis video.

312 Respondetur: & concedo majorem, quæ, nisi negatâ strictæ directionis possibilitate, negari vix potest: & nego minorem. Ad probationem, quæ jam tacit *suppositionem* omninò diversam à casu directionis, nego sequelam: existeret enim auxilium, si homo dissentiret; sed non existeret suppositio non dandi, nisi ex præscientiâ consensūs. Nam casu quo dissentiret, esset in Deo Scientia Media de dissensu, ex quâ non potest à Deo haberi decretum dandi auxilium, quia efficax. *In casu* tamen directionis, sumus *in casu* Scientiæ Mediæ de consensu, ex quâ ita dat auxilium Deus, ut non daret, si prævidisset inefficax. Quare homo constitutus in libertate, constituitur in suppositione, ex quâ manet Deus liber ad ita decernendum; & constituitur in potestate, quæ facere potest effectum, qui intētionaliter existens in Deo per Scientiam Mediam, foret occasio, ne homo gauderet libertate, quâ gaudet. Non ergo sequitur, extiturum, & non extiturum auxilium, si homo dissentiret; sed extiturum sine eo modo, quo nunc confertur ex directione Scientiæ Mediæ.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Et prima confirmat.

313 Ad primam confirmationem: nego sequelam: posset enim dissentire, non quidem conjungendo dissensum cum eâ directione, & veritate, quòd non esset auxilium, si prævideretur inefficax, sed evitando veritatem, & directionem, consistentes in complexo Scientiæ Mediæ de consensu, & decreto ex ipsâ regulato. Ad probationem, concessâ majori, distinguo minorem: impedit requisitum, sine quo non daretur, nunc, concedo: tunc, cum dissensus existeret, nego: nam dissensus, licèt impediat Scientiam Mediam de consensu, ex quâ solum modò supponitur dirigi Deus ad positionem auxilii, seipso est coëxistentia cum alio modo, qui sufficeret ad existentiam auxilii, & qui esset in casu existentis dissensūs: non verò in casu prævisi dissensūs: & *in his terminis* latet tota æquivocatio: Verum est, non extiturum auxilium, si esset prævisio conditionata dissensūs: falsum, & implicans, non extiturum, si dissensus esset: & licèt *esse dissensum* sit suppositio connexa cum prævisione dissensūs; non tamen *prævisio dissensūs* est *suppositio connexa* cum existentiâ dissensūs: ex cujus connexionis non mutuæ inadvertentiâ nascitur tota difficultas in his paralogismis.

Secunda confirmat.

314 Ad secundam, distinguo majorem: implicat pro omni casu deficere auxilium, deficiente Scientiâ Mediâ de consensu, concedo: pro casu directionis, nego: *est dicere*, quòd repugnat auxilium non esse nisi cum Scientiâ Mediâ de consensu: quia ex se, cùm sit indifferens ad dissensum, esse potest cum Scientiâ Mediâ de dissensu: non verò repugnat, quòd desit existere ex defectu Scientiæ Mediæ de consensu. Iam concessâ minori, nego consequentiam. Ad majoris probationem, dico, si homo dissentiret, esse jam aliam suppositionem, de quâ non est quæstio: decrevisset enim Deus auxilium existere alio modo diverso ab eo, qui esset ex directione Scientiæ Mediæ de consensu.

Et tertia.

315 Ad tertiam, nego sequelam: ad probationem, peccatur maximè in sensu præmissarum: Major est verissima in hoc sensu: nempè *si Deus prævideat auxilium inefficax in signo indifferen i.e* ad collationem vel negationem auxilii, *non existet auxilium*: hanc enim veritatem ostendit modus ipse, quo de præsenti confert: Minor non potest assumere prævisionem pro signo indifferentiæ ad collationem, & negationem auxilii, sed *ut jam coexistentem* cum determinatione libertatis in conferendo auxilium: nam suppositio existentiæ dissensūs, est præsuppositio determinationis Divinæ, ut sit libertas, & potestas dissentiendi: quid ergo mirùm, quòd ex his præmissis inferatur consequens implicatorium? Itaque ex modo quo Deus de facto præstat auxilium directus à Scientiâ Mediâ de consensu, verè infertur, Deum instructum prævisione inefficaciæ, pro signo non conjuncto, sed præscindente à positione auxilii, non decreturum ipsius auxilii existentiam: at suppositio existentis auxilii cum dissensu, non est signum prævisionis de inefficaciâ, præscindens à positione auxilii, sed cum eâ conjunctum. Instabis, &

Objectio quarta, & instantia.

316 Objicies quartò: Si Deus daret

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

auxilium ex strictâ directione Scientiæ Mediæ, auxilium penderet à Scientiâ Mediâ in existendo: ergo homo potens impedire Scientiam Mediam, potest impedire ipsam existentiam auxilii, per libertatem constitutam ex ipso auxilio: quod implicatorium est: & patet sequi: nam impeditâ causâ, impeditur effectus. Confirmatur primò: Si Scientia Media strictè dirigeret, non posset impediri: quod probatur: nam non penderet ab opere: Si enim penderet ab opere nostro Scientia, etiam auxilii existentia penderet ab ipso nostro operer supponitur enim non exiturum, si non existeret ipsa Scientia Media: atqui repugnat, quòd auxilii existentia pendeat à nostrâ operatione: posset enim evitari sicut & Scientia Media per potestatem constitutam ex ipso auxilio. Confirmatur secundò: Non existeret Scientia Media de consensu, nisi homo operaretur, sub conditione; sed non existeret auxilium, si non existeret Scientia Media: ergo non existeret auxilium, si non operaretur homo, sub conditione: ergo non nudùs pendet auxilium, ab operatione sub conditione quàm Scientia Media: ergo positâ conditione, absolutè pendet ab operatione. Confirmatur tertiò: Auxilium, dum existit, non pendet absolutè ab operatione absolutâ: ergo neque pendebit ab operatione conditionatâ: ergo neque à Scientiâ Mediâ: alioquin sicut ista pendet ab operatione conditionatâ, similiter penderet auxiliũ.

Aldreto visa difficilis: sed plenè Sophistica.

Hanc objectionem maximè gravem putat Aldrete *disp. 2. sect. 12.*

Solvitur.

317 Respondetur. Concedo antecedens de dependentiâ accidentali, & nego consequentiam: Homo enim constitutus in libertate, cùm non possit habere exercitium nisi necessariò toti libertati coëxistens, non potest impedire libertatem quam habet; potest tamen impedire, ne libertas sit in ipso hoc speciali modo, quo nunc est, & simul potest facere per existentem in se libertatem aliquem effectum, quo conditionatè præcognito, Deus non posuisset auxilium, ut ex ejus præsentia decreto colligitur. Hoc autem non est, impedire posse existentiam physicam auxilii per ipsam physicam existentiam, aut per effectum ipsi coexistenti, sed per existentiam intentionalem ipsius in præscientiâ conditionatâ.

Et primæ confirmat.

318 Ad primam confirmationem nego sequelam. Ad probationem dico similiter Scientiam Mediam essentialiter pendere ab opere: & à Scientiâ Mediâ existentiam auxilii pendere peraccidens, per suppositionem evitabilem ab ipso homine, cui datur auxilium: nam cum ipso facere potest, ne unquam præcessisset Scientia Media de consensu, atque adeò neque decretum regulatum ab ipsâ. Non tamen perinde auxilium pendet ab ipso opere: ita, ut non existeret, si aliter operaretur homo, qui habet; id enim est implicatorium: licèt ita peraccidens pendeat à Scientiâ Mediâ de consensu, ut ex libertate Dei non esset, si prævideretur inefficax. Hoc autem, *ut ajebam*, non est posse impediri auxilium per exercitium ipsi coexistens, ut impediri potest Scientia Media, sed existere modo speciali, qui impediri potest per dissensum ipsi auxilio necessariò coëxturum, quo conditionatè præcognito, non poneret Deus auxilium. Ex quâ doctrinâ patet ad *duas alias* confirmationes hærentes paralogismis *suprà* solutis. Placet tamen illas evolvere, ne quis titubet. Igitur

Ad 2.

Et aliæ Confirmationes.

319 Ad secundam confirmationem, concessis præmissis, nego consequentiam, peccatur enim in *mutatione suppositionis*. Itaque Scientia Media non existeret, si, conjuncta cum existentiâ auxilii, non succederet operatio: & hoc asserit *Major Propositio*: tamen licèt non existeret in eâ suppositione; est sermo de existentiâ habente se præcisim à conjunctione cum existentiâ auxilii, & pro signo indifferentiæ ad ponendum, vel negandum auxilium: & in hoc sensu intelligi *Minor* debet: Nequit proinde inferri, quòd si homo operaretur aliter ac prævisus est, non existeret auxilium: ex præmissis enim solùm colligi potest, quòd nisi existeret Scientia Media cum præcisione ad existentiam auxilii, non existeret auxilium, ex libertate Dei sic statuentis. Exinde nego consequentiam alteram, quia auxilium *per se* non pendet ab eâ Scientiâ Mediâ, neque ab ipsâ *per accidens*, ut conjunctâ cum conditione, sed prout est in signo apto ad negationem, vel positionem ipsius auxilii. Ad tertiam, nego secundam consequentiam *ex modò dictis*.

Objectio quinta P. Ant. Pet.

320 Objicies quintò: Si Deus dirigi posset strictè ex Scientiâ Mediâ, esset in Deo, vel saltem esse potest hæc Scientia reflexa: *Si cognoscam per Scientiam Mediam auxilium fore efficax, conferam: si contrà, nullum dabo.* Vel, si mavis, decernat id Deus ita: *Volo dare auxilium Petro, si præcognovero efficax: sin verò, nullũ volo dare, nec ullam potestatem.* Vel, ne sit difficultas in suppositione: decernat ita Deus: *Nolo Petrum habere ullam libertatem conjunctam cum dissensu, & volo dare auxilium, quia video conjungendum cum consensu.* Det ergo Petro auxilium: & sic arguitur.

Instruitur

321 Cum suppositione horũ actuum nequit Petrus ita consentire, ut possit evitare consensum, & dissensum elicere: sed hæc suppositio horum actuum est suppositio inseparabilis à directione strictâ Scientiæ Mediæ: ergo cum suppositione strictæ directionis Scientiæ Mediæ nequit Petrus ita consentire, ut possit evitare consensum, & dissensum elicere: ergo non manet cum libertate consentiendi. Minor patet: quia si Deus decernit dare auxilium, quia efficax: ita dat, ut non daret si foret inefficax, idque Deus sci., & statuit.

322 Probatur major: Suppositio horum actuum est inconjungibilis cum dissensu: nam vel excludunt potestatem dissentiendi, vel conjungi solùm possunt cum suppositione consensûs: ergo Petrus habens auxilium nequit ita consentire, ut possit ponere dissensum cum horum actuum suppositione cõjunctum; sed neq; potest eam suppositionem actuũ evitare: ergo nullo modo dissentire potest. Minor ostenditur: nam solùm potest evitari illa suppositio, quæ existit per connexionem dependentem à nostrâ liberâ operatione; atqui suppositio illorum actuum existit per connexionem independentem à nostrâ liberâ operatione: existeret enim non solùm absque nostrâ liberâ operatione, sed etiam absque ullâ nostrâ libertate: ergo evitari non potest. Hoc argumento nimiùm justò fidit Pater Antonius Perez *disp. 5. cap. 3.*

Solvitur.

323 Respondetur imprimis: eam Scientiam reflexam esse impossibilem: *Lib. 4. num. 199.* Deus enim non videt actus suos, ut conditionatè futuros, ante exercitium suæ libertatis, *ut dictum est.* Deinde decretum illud conditionatum etiam implicat, quia supponitur conceptum pro prio ri ad Scientiam Mediam, & pro signo antecedente ab existentiâ Scientiæ Mediæ: cum tamen *signum Scientiæ Mediæ* sit independens, & prius omni exercitio Divinæ Libertatis. *Insuper* fingitur tertium illud decretum, quasi distinctũ, & præcedens ad aliud, quo Deus confert auxilium: quæ distinctio etiam est impossibilis. *Præterea* directio stricta Scientiæ Mediæ solùm infert Decretum dandi auxilium, quia efficax, eo modo tendendi simul decernens se non daturum auxilium, casu, quo prævidisset efficax. Hoc autem non est statuere, quòd nulla fit in Petro libertas conjuncta cum dissensu absolutè, & independenter à Scientiâ Mediâ jam existente de consensu, sed statuere, quòd sit hæc libertas in Petro, quia conjungetur cum consensu: & simul statuere se non daturum, si præcessisset in se Scientia Media de dissensu. Qui modus decernendi, & statuendi evitari potest à Petro, evitatâ Scientiâ Mediâ de consensu, cui innititur totus iste modus decernendi. Quare ad argumentum, permissâ majori, negari debet minor, quæ nec probatur, nec probari potest.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Ex mox dicendis à num. & ex lib. 3. de Incarnation. disp. 1. Et ex conditione directionis à nu. 288. & infrà num.

Solvitur aliter, per mittendo falsa principia.

324 Respondetur secundò: permissâ suppositione actuum, quos fingit arguens, & dico, quod licèt illi actus Divini secundùm se sint independentes à consensu libero voluntatis, neque cum ipso connectantur secundùm se; tamen eorum unumquemque, prout conjunctum cum decreto dandi auxilium quod prævidetur efficax, reddi eòipsò pendentem à consensu libero Petri: quia si Petrus habito jam auxilio, non consentiret, frustraretur in Deo, vel falsificaretur actus ille præcedens: quare quilibet eorum actuum prout in complexo cum alio, quo Deus decernit dare libertatem Petro dependenter à Scientia Mediâ de consensu, manet impedibilis ab ipso Petro, atqueadeò non nocet libertati. Unde nego majorem: ad probationem, nego etiam minorem subsumptam ob rationem modò assignatam. Id quod illustrari aliquemodò potest Scientiæ Mediæ exemplo, quæ, licèt secundùm se absolutè non pendeat ab existentiâ exercitâ sui objecti; tamen positâ conditione, & prout in complexo cum eâ, pendet.

Sed ex principio aliàs falso.

325 Dices: quilibet ex illis actibus secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

secundùm se est necessitas ne sit dissensus: nam est necessitas ne sit libertas ad dissensum, vel ut sit consensus: defectus autem libertatis ad dissensum, vel consensus, est defectus dissensûs: ergo independenter à libertate Petri est jam in Deo necessitas ne sit in ipso dissensus. Distinguo consequens: necessitas incapax pendere proximè à libertate ipsius Petri, nego: capax ita pendere: concedo. Nam illa necessitas: ut conjuncta cum existentiâ auxilii, est necessariò evitabilis à Petro, cùm alioqui nequeat per effectum ipsius potestatis evitare auxilii existentiam, quam præhabet. Sed *hæc secunda solutio* hæret principiis, juxta quæ Prædefinitio à Scientiâ Mediâ independens in esse, & solùm pendens in operari, non nocet libertati; atque adeò *cautè* usurpâda, nisi aliàs constet de illorum principiorum veritate.

De quo lib. 7. à num. 253.

Authori nō placet.

Objectio sexta.

326 Objicies sexò: Directio stricta Scientiæ Mediæ involvit *necessitatem antecedentem* respectu consensûs: ergo stare nequit cum libertate. Probatur antecedens: quia imprimis cōplexum ex Scientiâ Mediâ, & volitione collativâ auxilii est metaphysica connexio cum consensu, atque adeò, necessitas respectivè ad illum. Deinde ex utraque parte est *antecedens*: quod ostenditur. Nam auxilium antecedit ad consensum, ut constat: volitio antecedit ad auxilium, quia illud causat: Scientia Media antecedit ad volitionem: quia eam etiam causat directivè: ergo manifestè complexum antecedit ad consensum: ergo manifestè est *necessitas antecedens*. Respondetur. Nego antecedens in sensu arguentis. Ad probationem, distinguo primam partem, & solvo secundam: est connexio independens ab ipsâ voluntate, cui datur auxilium, & ab eâ inimpedibilis, nego: dependens, & impedibilis ab ipsâ voluntate, concedo: omnis autem suppositio dependens à voluntate, & ab ipsâ impedibilis, licèt alio qui in genere quasi physico, & ordine causalitatis mediatæ præcedat, est purè consequens: quia tota connexio talis suppositionis est ex determinatione creatæ voluntatis. Nam tota pendet ab existentiâ Scientiæ Mediæ, quæ non esset in Deo, nisi ex determinatione Voluntatis creatę.

Solvitur.

Instantia difficilis.

327 Instabis *difficillimè*: Nam suppositâ istâ directione, auxilium unicè existeret, & daretur per decretum connexum cum consensu: ergo existeret modo incompossibili cum dissensu: ergo existeret aliter, ac prævisum est in hypothesi Scientiæ Mediæ: ergo existeret sine potestate dissensûs: ergo existeret necessitando ad consensum. Doctus Magister, ut hunc scopulum fugeret, finxit in Decreto duas virtualitates, alteram, quæ sit tendentia pura in objectum formale efficaciæ: alteram, unicè tendentem in entitatem auxilii: illam, utpote connexam, & connectentem decretum cum consensu, facit separabilem à decreto, nec ponit in hypothesi Scientiæ Mediæ: hanc, ponit in hypothesi Scientiæ Mediæ, & facit inconnexam cum consensu. Quæ singula fingit, ut servetur in statu absoluto idem decretum, quod prævisum est in conditionato: & eadem hypothesis in utroque. Verùm neque effugit ictum in hac sylvâ terminorum, ut patet, nec ea Sectatores admittit, nec infectatores.

Ex solutione recentioris difficillimi.

328 Alii communiter cum Aldrete, Ribadeneyra, Borrull, & Reverendissimo Nostro Thyrso, ut nodum solvant, asserunt, requiri ad positionem auxilii duo decreta, seu duas volitiones: *alterā*, ex se inconnexam cum consensu: alterā, connexam ex directione Scientię Medię. *Primam* ajunt esse simpliciter necessariam ad existentiam auxilii, & sufficientem; imperarique, & induci *peracidens* à secundâ: quam neque *per se* necessariam putant, neque *per se* priorem; & hanc *ajunt* imperare alteram, & cætera constitutiva libertatis. Sed hic discursus neque Doctrinis nostris consonat, neque, quod puto, consonat veritati, ut *in ieco* constabit.

Nec leviter ab Aldrete. Ribaden. Borrull. Thyrso. Ex dictis mox à num. 421. & ad rem à nu. 575.

329 Quare cum Quirós, Esparza, Herrera, Avendaño, Haunoldo, aliisque primis Authoribus Scholæ nostræ, concedo, Auxilium unicè fore per Decretum connexum, esseque modo incompossibili cum dissensu, *consequenter*, & ex *suppositione* consensûs, & *attento modo* positionis; non verò attento modo *constitutionis* libertatis, quæ eadem omninò ponitur, & *eodem modo*, quo in hypothesi prævisa est: Vnde modus iste, quo in casu directionis exitit auxilium, bene stat cum potestate proximâ dissentiendi, & totâ libertate. Sed recurret ex professo præsens difficultas, *inferiùs*, & ex professo vincetur.

Solvitur cū Quiros. Esparza. Herrera. Avendañ. Haunold. Ex dandis mox. & ex professo à num. 575. & à nu. 597.

SECTIO III.

SCIENTIA MEDIA NECESSARIO CONstituit Moralem Dei Providentiam cum indispensabili prioritate ad quamvis volitionem collativam auxilii.

§. I.

PROBATIO PRINCIPALIS.

Prima Probatio ex Constitutione Divinę libertatis.

330 Hic erat *Scopus*. Et ostenditur primò: Scientia Media necessariò, & indispensabiliter constituit signum divinæ libertatis, & indifferentiæ ad collationem, vel negationem auxilii: ergo indispensabiliter, & necessariò præcedit *à quo* ad quancumque volitionem auxilii. Antecedens patet ex dictis *sect. præced.* quia Deus ita liberè dat auxilium, ut moveri possit ex efficaciâ ad conferendum, vel ad negandum ex ineffacia; atque adeò constitui debet divina libertas in signo suæ indifferentiæ per Scientiam simpliciter necessariam, ut moveri sic possit: hæc autem, ut patet, est Scientia Media. Probo consequentiam: quia signum libertatis, & indifferentiæ est signum, in quo præscinditur ab existentiâ utriusque electionis, & cujus est determinare electionis determinatæ existentiam: ergo est signum prioritatis ad quācumque determinatam electionem, ut à quo oritur: oritur autem electio à signo libertatis, ut constituto in dominativâ indifferentiâ:

331 Nunc sic: atqui in terminis implicat, quòd signum indifferentiæ sit signum prioritatis, & præcedat; quin sint in signo prioritatis, & præcedant constitutiva ipsius indifferētiæ: quorum unum est Scientia Media: ergo implicat quòd Scientia Media non præcedat ad quancumque divinam electionem auxilii: ergo præcedit necessariò. Hæc ratio *ad hominem*, apud quos communis Doctrina est, omnia constitutiva necessaria libertatis ad partem utramque, præcedere prioritate naturæ ad quodvis exercitium liberum; & absolutè in Deo, juxta notationem *nu. 292.* est prorsùs irrefragabilis.

Quos maximè premat?

Illustratur primò

332 Illustratur primò: Scientia Media præcedit ad volitionem auxilii, quando Deus movetur ex efficaciâ, ut est certum: sed etiam præcedit, quando moveri desinit ex efficaciâ. Probatur hæc minor: vel desinit moveri ex efficaciâ: quia Scientia Media est de ineffacia? vel quia non vult moveri ex mediâ Scientiâ, quam habet de efficaciâ? Si primum: tunc desinit liberè moveri, ut poterat, ex ineffacia ad negandum. Si secundum: præterquàm quòd conducit positivè ad voluntariam existentiam volitionis, Scientia Media constituit potestatem ad extremum oppositum: ergo semper debet intelligi Scientia Media ex parte liberæ potestatis Divinæ ad decernendum: ergo semper debet intelligi prior ad Decreta: nam signum indifferentis potestatis ad decreta, non est signum decretorum, neq; executivè consequens, aut comitans, sed antecedens.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

333 Illustratur secundò: quia sive strictè dirigat Scientia Media, sive non dirigat, semper constituit potestatem volendi, tanquam cognitio alliciens: vel potestatem nolendi, tanquam cognitio retrahens, atque adeò libertatem constituens formaliter ex utraque potestate. Nunc sic: atqui ad exercitium volendi liberum, non solùm præcedit potestas volendi, sed etiam potestas nolendi: nec solùm cognitio allicens, sed etiam retrahens: ergo semper & necessariò præcedit Scientia Media. Minor probatur specialiter in Deo ex dictis *num. 292.* Deinde pro his, quos fortè Doctrina movebit, probatur in universum. Tùm quia electio ex se oritur ex voluntate, ut dominâ Actûs: ergo ut à potente suspendete: potestas autem suspensiva dicit potestatem nolendi, & cognitionem retrahentem. Tùm quia Agens liberum differt à necessario ex parte actûs primi, & pro eo signo, pro quo utrumque antecedit ad exercitium; atqui differt per potestatem cohibendi: ergo. Tùm quia potestas libera est ex se perfectior, potestate necessariâ, cæteris paribus: & quidem ex potestate cohibendi exercitium; sed præcedit ad exercitium potestas libera: ergo præcedit secundùm omne, quod eam perficit in genere potestatis: ergo. Tùm quia Potestas cohibēdi, & cognitio retrahens, cùm possit operari, non operatur, sed permittit operationem sibi oppositam: ergo

Secundò, ex universali Principio libertatis.

Quam Intrinsecam Actibus hæc probant:

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

ergo circa eam se exercet formaliter permittendo: ergo præcedit ad ipsam. Tùm quia potestas cohibendi, & cognitio retrahens conducit, ut operatio sit libera: ergo præcedit.

De quo latè in tract de Actib.

334 Tùm insuper: quia id quod positivè resistit, præcedit ad victoriam positivam: nam in signo victoriæ jam cedit, atque adeò priùs est resistere, quàm cedere; atqui cognitio retrahens resistit, & vincitur: ergo pro priori resistit. Tùm præterea quia, ut præscindit potestas à cognitione retrahente; neque est necessaria, neque libera; at effectus liber est à potestate, non præscindente à necessariâ & liberâ, sed à simpliciter liberâ: ergo.

Laid ibid.

Tùm demum quia vel actus est essentialiter liber, *ut opinor*, & hæc probant: vel solùm extrinsecè? Si primum: essentialiter pendet à totâ libertate. Si secundum; & ad actum v. g. peccaminosum non præcedit auxilium retrahens: tam erit causa peccati, qui ponit auxilium, quàm qui ponit entitatem actûs peccaminosi: cùm æquè uterque determinet pro signo ipsissimo id sine quo non est peccatum. Videri hæc possunt in Herrerâ latiùs fusa. Ipse minorem in Deo saltem censeo verissimam, & specialissimè probo: &

Herrera.

Tertiò, ex Speciali conditione Actûs Divinorū.

335 Illustratur tertiò: Vbi prioritas *à quo*, sumi nō potest ex physico influxu, & in genere physicæ causalitatis, sumi solùm potest ex titulo conducendi, ut res sit: atqui in Deo prioritas liberæ potestatis ad exercitium esse nequit ex physico influxu, & in genere physicæ causalitatis: ergo sumi debet unicè ex titulo conducendi, ut res sit. Atqui (quicquid sit de nobis, ut præcludatur effugium, quod unicè potest assumi ex doctrinâ Ribadeneyræ relatâ *num.* 289.) in Deo tam cognitio strictè dirigens, quàm merè alliciens, aut retrahens conducit, ut exercitium sit: ergo tam una, quàm altera præcedit, vel neutra. Probatur minor: ubi circunstantia transit in substātiam actûs, quidquid conducit ut sit circunstantia actûs, conducit ut sit substantia actûs, ut per se patet: atqui in Deo circunstantia libertatis, & voluntarietatis perfectissimæ, transit in substantiam actûs: quia quicquid est de perfectione actûs Divini est de ipsius substantiâ, & utraque illa notitia conducit saltem ut sit circunstantia libertatis, & voluntarietatis perfectissimæ: ergo utraque per se conducit, ut sit substantia exercitii Divini liberi: ergo. Confirmatur: Si cognitio retrahens non esset prior *à quo* ex titulo constituendi libertatem, neque cognitio dirigens, præcisò titulo physicæ causalitatis, esset prior *à quo*: quod est absurdum: & ostenditur: quia directio juxta adversarios, non exigit præcedentiam: cùm amor Divinus necessarius dirigatur à cognitione, quæ non præcedit, sed est identicè ipsum comitans.

Contra Ribadeneyrā & Recent.

Quartò, ex Doctrinis, & terminis Recentiū.

336 Illustratur quartò: Ex signo, in quo essentialiter, & necessariò est Scientia Media in Deo, potest dari relatio prioritatis ad signum in quo, si sit, necessariò est volitio medii: ergo signum existentiæ Scientiæ Mediæ, est necessariò prius signo volitionis circa medium: nam in terminis patet, signum ita necessariò existens, ut inter ipsum, & aliud versari possit relatio *strictæ prioritatis*, esse non potest comitans: Atqui signum Scientiæ Mediæ est ipsa Scientia Media, & signum volitionis est ipsa volitio, ut patet: ergo. Antecedens primum ostenditur: nam per vos Scientia Media necessariò est in signo, ut possit Deus per decretum ex eâ directum, & per efficacem prædefinitionem imperare existentiam medii, & primariam ejusdem volitionem: atqui Decretum imperans existentiam, & primariam volitionem medii est relatio prioritatis ad signum volitionis, & existentiæ medii, ut est evidens: ergo.

Quintò: præcludit do evasionem, petitā solitam ex Patre Borrull.

337 Illustratur quintò, & præcluditur evasio, quam avidè arripiunt nonnulli ex Patre Borrull *disp.* 15. *de Scientiâ Mediâ, sect.* 5. *à num.* 890. dicente signum aptum ad dirigendum, necessariò antecedere existentiam auxilii ut exercitam decreto directo; non verò, ut exercitam decreto inconnexo cum consensu: quia consensus, licèt *per se* pendeat ab auxilio & à Decreto inconnexo, non tamen pendet *per se & essentialiter* ab auxilio ut exercito per decretum connexū cum ipso consensu; atque adeò neque à præsuppositâ Scientiâ Mediâ consensus, neque ab ipsâ ut in signo apto ad dirigendum. Sic argumentor: Consensus *necessariò & per se* est imperabilis à Scientiâ Mediâ de seipso: ergo *per se & essentialiter* coëxistit Decreto imperabili per Scientiam Mediam: ergo *essentialiter & per se* coexistit Scientiæ Mediæ, ut potenti imperare seipsum, & Decretum: ergo *essentialiter* connectitur cum Scientiâ Mediâ, ut existente in signo apto ad imperandum. Sed signum aptum ad imperandum est signum aptum ad dirigendum, præscindens ab omni actu, qui imperari possit vel dirigi, ut patet: ergo est nulla solutio. Antecedens autem tam certum esse debet, quàm possibilitas strictæ directionis, quam defenditis.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Et infrà Vrgetur primo à num. 342.

§. II.

TRES ALIÆ PROBATIONES, EX Conditione Scientiæ Mediæ.

Altera Probatio ex dictis à nu. 233.

338 OStenditur secundò: Scientia Media necessariò requiritur ad Providentiam Dei moralem; sed neque subsequenter, neque purè comitanter ad volitionem Medii: ergo antecedenter ad ipsam. Consequentia est bona. Major *supra* posita. Minor, in quâ est tota difficultas, patet quoad primam partem: nam denominationes liberi, & voluntarii, venire nequeunt à cognitione subsequenti: quoad secundam probatur: Non est in potestate voluntatis, ne præcedat ad suos affectus, notitia quæ est in ipsâ voluntate independenter ab ipsâ, & indepēdenter ab ejus affectibus, maximè si affectus ab ipsâ necessariò pendeat quoad aliquam perfectionem; atqui Scientia Media est in Deo independenter ab ejus voluntate, & affectibus, iisque pendent quoad rationem perfectissimè liberi, & voluntarii ab illâ: ergo non est in manu voluntatis, ne præcedat: ergo necessariò præcedit.

Vrgetur secundò.

339 Major proximi Syllogismi ex eo constat, quod ex eo titulo Communiter dicitur præcedere ad actum peccaminosum, cognitio prohibitionis, sine quâ peccatum non esset. Deinde probatur: quia præciso titulo causalitatis, non potest assignari convenienter alius titulus prioritatis in ipsâ notitiâ, quam quem describipsi. *Dicere*, impediri prioritatem à Deo per nolitionem, quâ non vult ex eâ Scientiâ dirigi, est *nihil dicere*: tum ex indidirigendi se ex Scientiâ supponit proprio ri Scientiam Mediam: deinde purè comi-

Suprà nu. 333.

Aranda de Deo.

340 Illustratur hæc ratio primò: omissis nunc quæ proximè dicentur in *ratione* tertiâ. Si Scientia Media non præcedat; neque præcedet, neque comitabitur volitionem medii: ergo purè subsequetur; quod esse falsum brevi ostendimus super *num.* 338. Probatur autem antecedens: quia si Scientia Media non habet titulum præcedendi, potiùs habet titulum subsequendi, quam comitandi: ergo neque præcedet, neque comitabitur. Probo antecedens: quia Scientia Media subsequitur, juxta principia Societatis, effectum volitionis, & medii, nempe consensū v. g. sed titulus subsequendi effectum causæ, potiùs est titulus subsequendi, quàm comitandi causam, ut videtur ex terminis evidens. Si ergo adversarii componere possunt Scientiam Mediam, licèt alioqui posteriorem effectu, posse illum comitari, & causam; cur impossibile judicant, eam præcedere, cùm alioquin æquè implicare utrumque debeat: nam comitari est, neque esse prius, neque posterius?

Vrgetur secundò.

341 Illustratur aliter, & secundò: Quando aliqua veritas datur in rebus, ea sola Scientia Dei eam non attingit, quæ ad eam veritatem antecedit; atque adeò datur, antequam ea veritas sit. Explicatur id exemplo, & ratione. Exemplo quidem simplicis intelligentiæ: ideò enim simplex intelligentia non attingit existentiam creaturarum, sine defectu perfectionis in lineâ Scientiæ: quia talis Scientia existit in signo antecedente veritatem existentiæ, & omnem connexionem cum eâ veritate. Ratione: quia non potest non esse defectus in lineâ Scientiæ, non attingere veritatem, quæ pro suo signo jam est cognoscibilis. Nunc sic: Vel ergo dicendum *unum* è duobus est: nempe: *vel* hanc Scientiam Mediam, *si vocetur Petrus, consentiet*; ex naturâ suâ præcedere ad existentiam vocationis in Petro, atque adeò ad volitionem collativam auxilii vocantis; *vel* non solùm attingi à Scientiâ Mediâ veritatem conditionalem, sed etiam absolutam vocationis existentiam? Atqui hoc secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

dici non potest: quia jam esset Scientia, non quidem Media, nec purè conditionata, sed absoluta: ergo dicendum est primum, quod unicè intendimus.

Probatio tertia ex conditione Scientiæ Mediæ.

342 Ostenditur tertiò: ratione, quæ jamdiù me convicit, & quæ multis, expostica, placuit. Scientia Divina, quæ independens est ab aliquo decreto, ut exercito, & positivè conducit ad exercitiū ejus secundùm se acceptū, non potest non præcedere ad primariam existentiam talis decreti: Atqui Divina Scientia Media respectu cujus iber Decreti conferentis auxilium efficax, independet ab ipso, ut exercito, & positivè conducit ad ipsum secundùm se acceptum: ergo non potest non præcedere respectu cujuslibet Decreti conferentis auxilium efficax. Consequentia est legitima. Et major patet ex *num.* 335. & 338. & videtur evidens ex ipsis terminis: nam si ex unâ parte independet notitia à Decreto est negativè prior; si ex alterâ, non tantùm removet *prohibens*, sed positivè conducit: necesse est, ut existēria Decreti attribuatur illi notitiæ: attribuitur enim positivè conducenti, ut sit: ergo est etiam positivè prior.

Quæ vis est efficax.

Incerceptâ solutione.

343 Dicere, deficere è gradu prioritatis: quia Decretum non movetur ex objecto notitiæ: est *nihil dicere.* Primò: nam ex eo motio est ratio prioritatis, quia est ratio conducentiæ positivæ, ut volitio sit. Secundò: quia potest dari ratio prioritatis in notitiâ respectu volitionis, licèt volitio non moveatur ex objecto notitiæ, ut patet in actu essentialiter libero, qui possibilis est, & quales apud me sunt omnes *per necesse.* Tertiò: ex his quæ presi *num.* 333. & 334. Per quæ manet excluſa fointio, quæ solā posset verosimiliter adhiberi ex Doctrinâ Patris Ribadeneyræ, & Antonii Perez.

Ex nn. 333 & 334. & ex Tract. de Act. lib. Ribaden. Ant. Per.

Ex ipsâ notione Scientiæ Mediæ. Lib. 5.

344 Minor primi Syllogismi *duas* habet partes: *Primam* de independentiâ; & hæc est apud nos certa. *Alteram* de positivâ conducentiâ respectu Decreti secundùm se sumpti, probo: quidquid conducit, ut Decretum sit, quale tolùm esse potest in Deo, nempe perfectissimum, positivè cōducit ad Decretum secundùm se sumptum, quia sui esse est esse perfectissimum: nec aliter esse potest in Deo, atque adeò nullibi: atqui Scientia Media positivè conducit, ut Decretum Dei, sit, quale solùm esse potest in Deo, id est, perfectissimum: ergo. Minor probatur: quia exinde habet gradum voluntarietatis Deo necessariæ, ut patet, *ex totâ sectione 4. disp. 30. à num. 233. & antè à num. 109. cum seqq.*

Suprà à nu. 199. & à nu. 233.

345 Confirmatur primò: non minus deficeret perfectio, Decreto Divino innegabilis ex defectu Scientiæ Mediæ, quàm ex defectu simplicis intelligentiæ: cùm ejus plena voluntarietas utramque necessariò postulet: sed ex illo titulo, Scientia simplicis intelligentiæ positivè conducit, & præcedit: ergo ex pari, & eodem, etiam Scientia Media. Confirmatur secundò: Notitia, quæ positivè conducit, ut consilium Dei, sit omninò mirabile, conducit ad ipsum secundùm se sumptum: Nam id habent ex suâ naturâ consilia Dei, præsertim circa eventus liberos, ut sint omninò mirabilia, & incomprehensibilia, ut Patres loquuntur ex *Phrasi* Pauli, & Augustini: Atqui Scientia Media positivè conducit, ut consilium Dei sit mirabilius, atque adeò omninò mirabile: ergo. Minor patet: nā ex eâ præscientiâ, manet Dei consilium imperscrutabile, an nempè ex Dei consilio sit hæc in nobis libertas, quæ sortiatur effectum, an altera, quæ frustranea sit: Unde sunt illæ Pauli voces: *Quis est, qui te decernit?* &c.

Confirmatio duplex.

Ex Apost. & Augustino.

346 Illustratur hæc ratio, exemplo satis plausibili. Eò ipsò quòd Sagittarius, sagittam jaciat, habens independenter ab eâ emissione, seu jactu, notitiam de homicidio secuturo, ea notitia præcedit actionem, licèt animi gratiâ, & formaliter non ex homicidii fine sagittet: ergo simi iter, si Deus independenter ab executione Medii, habet Scientiam Mediam de eventu Medii, licèt non exequatur ex fine talis eventūs, præcedit ad executionem Medii Scientia Media. Casus noster, & ille, idem est. Et probo antecedens: tùm quia à nemine dicitur, cum sagittare in casu prædicto cum ignorantiâ antecedenti: ergo quia sagittat eum antecedenti notitia: nequit enim nisi per notitiam ignorantia excludi. Tùm etiam quia talis notitiâ revocare potest animum ab emissione sagittæ, & eam nihilominùs exercenti reddit homicidium voluntarium: qui tituli convincunt prioritatem notitiæ ad emissionem, conjuncti cum illâ independentiâ. Nam decretum emissionis resistit in suo signo, notitiæ tum jam victæ, atque adeò pugnanti ex parte actûs primi, & pro priori.

Illustratur præcedentia.

Quarta Probatio ex ipsâ Naturâ Scientiæ Mediæ.

347 Ostenditur quartò, ex ipsâ Naturâ, & perfectione Scientiæ Mediæ, (ut modò omittam probationes, quæ ex illo principio, nempe Decretum quodlibet Dei necessariò esse comparativum omnium, quæ cum re decretâ possunt coëxistere, aut coëxisterent: hæc autem voluntarietas necessariò præsupponit Scientiam utramque, nempe simplicis Intelligentiæ, & Mediam, ut patet ex suprà dictis *à nu.* 199. ut, *inquam*, omittam quæ ex hoc principio peti possent satis efficacia:) sic argumentor: Scientia Media habetur à Deo sine sui electione, & determinatione: ergo est ex se intrinsecè indifferens ad quodcumque decretum cum ipsâ compossibile, & ad ejus oppositum. Hæc certa sunt. Modò sic: Indifferentia Scientiæ Mediæ debet esse indifferentia formalitatis summè perfectæ: perfecta enim est, vel speciali perfectione omninò summâ, vel totâ perfectione Divinitatis, quacum identitate communicat; atqui indifferentia, quæ non sit electiva, sed purè physica, non est indifferentia formalitatis perfectissimæ: ergo indifferentia Scientiæ Mediæ non est purè physica, sed necessariò electiva: ergo Scientia Media se habet respectu cujuscumque volitionis Divinæ liberæ cum indifferentiâ electiva ejusdem: ergo quævis Divina volitio præsupponit Scientiâ Mediam, ut electivam sui. Minor Syllogismi, in quâ est difficultas, patet: quia indifferentia purè physica, est indifferentia purè passiva, quæ manifestò est imperfecta. Tùm quia Relationes ob eam perfectionem à Divinitate communicatam habent indifferentiam electivam eorum omnium, quæ Divinitas eligit: ergo.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

efficax, ejusque collatio sunt Deo essentialiter voluntaria, etiam circa circunstantiam efficaciæ, in omni Providentiâ; sed sine essentiali, & necessariâ præcedentiâ Scientiæ Mediæ ad omne decretum efficacis auxilii collativum, id esset falsum: ergo præcedit Scientia Media necessariò. Consequentia bona est. Major omnium: tùm quia auxilium efficax penès circunstantiam efficaciæ, specialiter causatur à Deo: tùm quia est *Dei donum, & speciale beneficium*: ut ex Sanctis Patribus abundè confirmat P. Antonius Perez *de Prædestinatione Augustiniana*: & ipsi *sæpè* diximus: & dicemus *in loco*: Beneficium autem Dei, Deo debet esse voluntarium. Probo minorem, in quâ est difficultas. Notitia subsequens ad actionem moralem jam antè exercitam, subservire non potest, ut actio exerceatur voluntariè, penès circunstantiam per talem notitiam cognitam, ut patet. Sed rejectâ nostrâ Sententiâ de præcedentiâ Scientiæ Mediæ, notitia notificans circunstantiam efficaciæ, subsequitur ad primariam collationem auxilii, & ad efficaciam jam exercitam: ergo. Probatur hæc minor: quia notitia per quam Deus cognoscit efficaciam auxilii, si ponatur, est Scientia Media; sed Scientia Media, negando Sententiam (pro quâ disputo,) asseritur eventu posterior, & efficaciam subsequens: ergo ea notitia subsequitur efficaciæ circunstantiam: ergo nequit efficaciæ circunstantiam: ergo nequit illam Deo reddere voluntariam in omni Providentiâ, si in aliquâ Providentiâ Scientia Media non præcedit ad collationem efficacis auxilii.

Ant. Per. Suprà lib. 3. à n. 394. & 475. & infrà lib. 7. & lib. 13.

Sextâ Probatio, ex eodem Capite Auxilii Efficacis.

349 Ostenditur sextò: Implicat dari in actu secundo consensum salutarem, sine auxilio efficaci, non solùm efficacia in actu secundo, sed etiam efficaciâ in actu primo: sed nequit dari auxilium efficax in actu primo, sine præcedentiâ Scientiæ Mediæ: ergo implicat non præcedere Scientiam Mediam ad actum salutarem. Sed Actus intellectûs non præcedit ad opus, nisi medio actu voluntatis: ergo Scientia Media necessariò præcedit ad actum voluntatis, collativum auxilii efficacis. Omnia pendent ex præmissis primi Syllogismi. Et major ostensa est à me in dictis *de efficaciâ Gratiæ*: neque negari potest in Scholâ Societatis post Decreta Generalium Claudii, &

Ex Decretis RR. GG. Claud. & Mutii.

Quinta Probatio ex Voluntarietate Auxilii Efficacis, ut talis.

§. III.

ALIÆ TRES PROBATIONES EX Auxilii Efficacis Beneficientia.

348 Ostenditur quintò Conclusio, nisi valde fallor, *speciosè, & efficaciter.* Sic argumentor: Auxilium

Multa in hanc rem 1. 2. Tract. de Actib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Mutii, quæ recitat Tannerus *to.2. disp. 6. quæst.2. dub.5. nu.86. & quæst.3. nn. 278.* & novissimè exponunt Henao in *Scientiâ Mediâ Theologicè defensatâ part. 1. sect. 157. & tom.2 select. disp.9. sect. 5.* Salmanticensis Primarius Thyrsus, jam Præpositus Generalis. Vide eorum tenorem *infrà lib.7. à num.130.*

Tannerus. Henao. M.Thyrs.

350 Minor probatur. Tùm quia efficacia in actu primo, quæ præscribitur à prædictis Reverendissimis Patribus Generalibus pro Schola Societatis, est, quæ sumitur à tali præcedentiâ: ut ex tenore decretorũ liquet. Tùm etiã quia, Nequit dari auxilium efficax in actu primo, quin contradistinctè ab actu secundo, & pro priori ad illum, detur aliquid vel ex parte entitatis auxilii connexum cum actu secundo, vel ex parte modi, quo Deus entitatem auxilii confert. Debet enim efficacia sumi ab aliquo, quod reipsâ sit: dicere verò, constitui per operationem futuram sub conditione, est dicere, auxilium constitui efficax in actu primo, si ponatur, per ipsum actũ secundum: quod implicat, & absonum est, ut *alibi* dixi: est ergo dicendum unum ex his quæ proposui. Non primum: quia prædeterminaremus: ergo secundum: ergo Scientia Media debet esse præcedens: nequit enim nisi ab eâ sumi connexio, & efficacia infallibilitatis in actu primo.

In dictatis de Efficaciâ Gratiæ.

Probatio Septima ex Specialis Doni Ratione in ipso Auxilio Efficaci.

351 Ostenditur septimò: Gratia congrua præ incongruâ est speciale Dei donum & beneficium, *essentialiter & indispensabiliter*: & Gratia incongrua est voluntariè permissa à Deo: utraque quoad circunstantiam efficaciæ, & inefficaciæ; congruitatis, aut incongruitatis; atqui neque in Gratiâ congruâ potest esse indispensabilis ratio, & necessitas specialis doni, & beneficii: neque in incongruâ ratio voluntariæ permissionis, sine necessitate præcedentiæ Scientiæ Mediæ: per quam unicè videri potest circunstantia efficaciæ vel inefficaciæ, quoad rem præsentem: ergo Scientia Media necessariò debet præcedere ad existentiam Gratiæ Congruæ, & Gratiæ Incongruæ. Major ita est vera, ut P. Vazquez Doctorem Eximium ex hoc capite reducere in sequelam atheismi tentaverit, ratus id ab ipso negari: qui tamen Doctor ultrò fatetur, & amplectitur, ut videre est *lib. de Gratiâ cap.14.nn.3.* Deinde nihil aliud habent Sacrosancta Concilia, quorũ una vox est, *Consensum salutarem esse specialem Gratiam, & speciale beneficium*; Meritaque nostra proinde indispensabiliter esse *Dei Dona.*

Vazquez. Suarez. Apostolus Augustin.

Concilia maximè Trident.

352 Minor, præterquàm quòd satis colligitur ea *nuper* dictis, & firmabitur ex dicendis *sect. 6. infrà*, probatur brevi: Nullus enim est qui censeatur conferre beneficium speciale, si pari modo se habet circa eum qui recipit, ac circa alium, qui non recipit: at nisi præcederet Scientia Media, pari modo se Deus haberet. Tùm quia nullus ordinatè confert beneficium, qui non gaudeat de specialitate benefaciendi: ergo nec Deus: gaudere tamen non potest sine præcedentiâ Scientiæ Mediæ. Tùm demum quia, qui dat speciale beneficium, inducit ex se debitum gratitudinis: non autem inducitur tale debitum, nisi Benefactor se gerat ut talem: talem autem se gerere nequit sine præcedentiâ Scientiæ Mediæ. Sed *de hoc argumento*, latiùs *loc. cit. sect.6.*

Nuper à num.348. & infrà.

§. IV.

QUATUOR PROBATIONES EX CONditione libertatis Divinæ.

Octava Probatio ex capite Divinæ libertatis, valdè notanda.

353 Ostenditur octavò: Quando Deus movetur ex efficaciâ, præcedit essentialiter Scientia Media: *Est omnium*: ergo etiam quando liberè non movetur ex efficaciâ: ergo semper, & necessariò. Hæc consequentia ett bona. Probo primam, in quâ est difficultas: Quando Deus non movetur ex efficaciâ, liberè Deus excludit motionem ex efficaciâ: ergo prædit necessariò Scientia Media. Probo istam consequentiam: libera exclusio alicujus extremi libertatis præsupponit omnia, quæ præsupponit extremum exclusum, aut certè libertatem ponendi extremum exclusum; sed extremum exclusum in casu nostro est motio ex efficaciâ præsupponens essentialiter Scientiam Mediam: ergo etiam libera exclusio talis motionis ex efficaciâ.

354 Rogo modò: casu quo Deus non movetur ex efficaciâ, cùm possit, exercet nolitionem movendi se ex efficaciâ, per illam ipsam virtualiter volitionem, quæ confert auxilium ex alio fine: vel per aliam

aliam virtualiter distinctam? Si per ipsam: ergo ipsa subsequitur ad Scientiam Mediam: ergo sive moveatur ex efficaciâ, sive non moveatur: semper, & necessariò præcedit Scientia Media. Si per aliam: utraque sibi mutuò coëxisteret, & quidem non casu, sed complacendo in coëxistentiâ, ut premam *infrà nu.358.* & *à num. 360.* ergo in aliquâ ex volitionibus, (quas purè permitto distingui posse contra mea principia) consistit gaudium de tali coëxistentiâ: si in volitione motionis, ipsa præcedet ad volitionem auxilii, atque adeò Scientia Media. Si in volitione, ipsa manebit essentialiter connexa cum Scientiâ Mediâ: atque adeò necessariò subsequetur ad ipsam, cùm Scientia Media sit in signo indifferentiæ: volitio verò in signo determinationis.

Infrà à num.358. & à num. 360.

Efficax confirmatio.

355 Illustratur hæc ratio patentissimè, notando *duo*. *Primum*, Deum, cùm non possit purè omissivè se habere, eò ipso quòd nõ moveatur ex efficaciâ, excludere motionem illam per actum positivum nolendi se movere ex efficaciâ, quam videt. *Alterum*: actum, quo positivè non vult moveri ex efficaciâ, esse hujusmodi: *Licèt possim, aut etsi video fore efficaciam, nolo; erari ex hoc fine, & volo dari auxilium ex alio.* Quis hunc actum nolendi distinguat virtualiter in Deo ab hoc actu volendi, cùm apud nos sint ipsissimus actus? Sed demus distingui: &

Duobus suppositis,

Infruitur

356 Argumentor sic: Deus nequit in casu Scientiæ Mediæ de consensu velle dare auxilium, nisi vel movendo se ex efficaciâ, vel positivè nolendo se movere ex efficaciâ; sed tam motio ex efficaciâ, quàm nolitio illa supponit, ut diximus, & patet, Scientiam Mediam: ergo & *collatio* auxilii, seu *illud velle* dare auxilium. Probo istam consequentiam: Scientia Media, eòipsò quòd Deus non possit dare auxilium, nisi per motionem ex efficaciâ, aut nolitionem talis motionis, est necessitas disjunctiva, ut sit unus ex istis actibus cum volitione conferendi auxilium efficax, ut patet: & ipsa volitio est necessitas disjunctiva ne sit, nisi cum altero ex actibus præsupponẽtibus Scientiam Mediam: atqui necessitas disjunctiva alterius ex extremis, ad quorum unumquodque necesse est præcedere Scientiam Mediam, est necessitas determinata, ut præcedat Scientia Media ad collationem auxilii: nam si necessitaris ad *existere in hoc loco vel in illo*; necessitaris ad *existere in loco*: ergo necessitas ad non existendum nisi cum hoc posteriori ad Scientiam Mediam, vel cum illo posteriori ad Scientiam Mediam, est necessitas ad existere cum posterioritate ad Scientiam Mediam: ergo collatio auxilii efficacis est necessariò posterior Scientiâ Mediâ: ergo Scientia Media est necessariò prior.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Nona Probatio ex eodem Capite.

357 Ostenditur nonò: Omnis volitio Divina conferendi media, imò, & omnis alia, est essentialiter, & intrinsecè libera; sed volitio intrinsecè, & essentialiter libera consequitur, per connexionem essentialis posterioritatis, ad omnia constitutiva Divinæ libertatis in utramque partem: ergo & omnis volitio Divina. Sed unum è constitutivis Divinæ indifferentiæ & libertatis, ut *suprà* constitit, & *vos fatemini*, est Scientia Media: ergo omnis volitio Divina consequitur, per connexionem essentialem posterioritatis, ad Scientiam Mediam: ergo Scientia Media necessariò præcedit ad omnem liberam Dei volitionem. Omnia bene descendunt ex primo Syllogismo: cujus minor est Adversariorum *omnium*, & meritò: nam actus ex eo est essentialiter liber, quia ex se connectitur cum potentiâ, ut liberâ. Major est evidens: quia actus liber Dei ex se differt ab actu necessario: ergo est essentialiter liber.

Anu.298.

Evasio interpitur Actus liber Dei quoad motum liber tatis invariabilis est.

358 Dices: Liberum quidem esse essentialiter, sed non eâdem omninò libertate, quâ semel est liber. Nam & potest imperari: & tunc erit solùm mediatè liber: id quod negare non possumus. Contra primò: eòipsò quòd sit essentialiter liber, debet necessariò connecti cum his, quæ necessariò requiruntur ad signum libertatis, & indifferentiæ, & quidem ut pro priori suppositis: ergo nulla est evasio. Scientia autem Media necessariò requiritur pro signo indifferentiæ. Contra secundò: Actus Divinus, semper, & necessariò gaudet libertate, quàm semel habet: quod ostendo: omnis actus Divinus est indivisibiliter gaudium sui, prout est in Deo: ergo indivisibiliter gaudet esse modo, quo est: nam eo modo Divinus est, & non aliter: ergo indivisibiliter reflectit in modum libertatis, quàm habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

ergo carere unquam nequit libertate semel habitâ. Id quod in Opere *de Incarn. lib. 3. disp. 1. à nu. 62.* latè cõtendi: & *infrà à nu. 575. & lib. 7. à nu. 112. & à nu. 201.*

359 Contra tertiò: vel imperium tollit immediatam libertatem, vel non? Si primum: nullus actus Divinus, qui sine imperio possit esse, imperabilis est: quia omnis actus Divinus essentialiter habet non nudari perfectione, quam semel in suâ lineâ habet. Si secundum: demus dari hæc imperia, quæ etiam *ego in nobis* nego cum Suarez, & Quiròs; quantò magis in Deo? Demus, *inquam*; actus imperatus non esset amor sui quãtùm potest: nam distingueretur virtualiter ab efficaciori sui amore. Deinde præcederet ad ipsum cognitio sui, ut imperati: ergo gauderet de ipso, ut imperato. Insuper: gauderet esse modo, quo est: ergo connecteretur cum præcedentia imperii: ergo ita esset imperatus, ut esset inimperabilis. Patet igitur, omnem Divinum actum esse liberum libertate, quâ semel est liber, per essentialem posterioritatem à libertate indifferentiæ; nec unquam imperari per alium posse.

Ex dictis de Incarn. lib. 3. disp 1. à nu. 62. & infrà dicendis à num. 575. Suarez. Quiròs. 1. 2. Tract. de Actib. Actus Dei liber inimperabilis.

Decima Probatio ex eodem capite, & Præcedentium Confirmatio.

360 Ostenditur decimò, & confirmatur efficaciter præcedens ratio: sic argumentor: Scientia Media est essentialiter in signo Divinæ indifferentiæ, ut *sæpè* diximus: ergo volitio, quæ ipsi coëxistat, coexistit ipsi prout essentialiter est: ergo coexistit ipsi, ut existenti in signo indifferentiæ. Hæc plana sunt: & ita posui, ut *evasionem* argumenti præcluderem, non satis à nonnullis vel penetrati, vel animadversi. Nunc sic: atqui eòipsò quòd semel coëxistat, essentialiter coëxistit: ergo omnis volitio Divina essentialiter coexistit Scientiæ Mediæ prout in signo indifferentiæ: ergo essentialiter est ipsâ posterior.

361 Difficultas est in minori subsumptâ, quam probo: Nam illa coëxistentia est in se honesta, & à Deo amabilis: nec existit casù & fortuitò, & præter efficacem Dei intentionem, & specialiter inamatâ: ergo necesse est, ut ametur à Deo. Non quidem per Scientiam Mediâ, quæ independens est à Decreto: ergo per decretum, seipso gaudens coëxistere Scientiæ Mediæ. Sed nequit ita gaudere, nisi per reflexionem essentialem in Scientiam Mediam: ergo omnis volitio semel coëxistens Scientiæ Mediæ, necessariò & essentialiter ipsi coexistit: ergo. Vide quæ in hanc rem, & ulteriorem confirmationem discursûs addidi *loc.* nuper *cit. de Incarnatione lib. 3. disp. 1. à num. 62. & à num. 76.*

Ex lib. 3. de Incarn. disp. 1. à nu. 62. & à nu. 76.

362 Ostenditur undecimò: Possibile est, quòd Scientia Media præcedat ad collationem efficacis auxilii: ergo est etiam necessarium. Antecedens est omnium, in casu *strictæ directionis*. Probo consequentiam. Primò: quia si Scientia Media constituit Providentiam necessariam Dei moralem, ut confecimus *suprà*, collatio auxilii, cùm pendeat à Providentiâ, pendet à Scientiâ Mediâ: rogo in quo consistit ista dependentia? neque enim est mera coëxistentia: nam etiam collatio coëxistit cum Scientiâ Visionis: ergo est aliquid vel ex parte collationis, vel ex parte Scientiæ Mediæ? & neutrum videtur, dici posse: nam collatio physicâ *per se* non est id, quo pender ab actu intellectuali: Scientia autem Media est ex se independens: ergo debet esse *quid medium*: nihil autem nisi decretum: neque decretum, nisi pendeat à Scientiâ Mediâ: ergo Decretum pendet à Scientiâ Mediâ: ergo Scientia Media necessariò præcedit.

Undecima Probatio ex eodem capite.

363 Probo secundò illam consequentiam speciosius. Demus, quod dicitis esse possibile: & rogo: in eo casu, per quid pendet auxilium à Scientiâ Mediâ: debet enim esse, aliquid præter meram coëxistentiam. *Dicitis* per Decretum, bene: ergo auxilium datur per decretum pendens à Scientiâ Mediâ: atque adeò aliquid essentialiter prius, præcedit ad auxilium; & ubi nostra libertas? *Dicitis*: dari *duo* decreta: unum primarium, & secundarium alterum: primarium est independens à Scientiâ Mediâ, & inducitur à secundario. *Mitto hæc* de quibus *infrà* sermo redibit: & rogo: primarium per quid pendet à secundario? *Dicitis* per ipsum secundarium, quod habet vim imperii: ecce jam sic arguo: *Per vos*, in casu distinctionis virtualis *actûs inducentis & inducti*, necessariò intervenit imperium intellectuale, consistens in judicio de inducente præsuppositio, movens ad inductum per motivum, cui se conformat: ergo inductum necessariò pendet à visione inducentis: ergo necessariò reflectit in ipsum: ergo necessariò est ipso posterius: ergo

Et ad hanc speciosè.

Infrà à num. 577

Suprà nu. 362.

ergo necessariò est posterius Scientiâ Mediâ, essentialiter præcedente ad inducentem: ergo Scientia Media necessariò est prior omni decreto per quod confecretur auxilium; quod intendebam. Expende bene, juxta principia plurium, quos hîc insequimur, argumenti vim *ad Homines*.

§. V.

Ulterior probatio ex destructione Scientiæ Mediæ aliosqui secuta.

Probatio duodecima ex Absurdo gravissimo.

364 Sic argumentor: sublatâ præcedentiâ indispensabili, quam hucusque defendimus, Scientiæ Divinæ Mediæ, tollitur natura, & existentia Scientiæ Mediæ; sed hoc (apud nos) nefas est dictu: ergo præcedentia illa est innegabilis in viâ Scientiæ Mediæ. Difficultas est in sequelâ majoris, quam ut ostendam, distinguo *ex lib. 5. duplex* genus objecti conditionatè contingentis creati. *Aliud* est, quod est purè conditionatè contingens, qualis est Tyrium Pœnitentia, ex hypothesi virtutum, quæ factæ sunt apud Corozainos: quæ Pœnitentia, nec fuit, nec erit, sed *possibilis* est, & *fuisset*, unde dicitur purè contingens conditionatè. *Aliud* est, quod, præter esse conditionatè contingens, redditur absolutum ex purificatione hypothesis, & conditionis, sub quâ, si poneretur, verum est *fore*. Iam sic: sublatâ præcedentiâ, quæ loquimur, tollitur natura, & existentia Scientiæ Mediæ, tam circa objecta contingentia absolutè futura, quam circa alia purè contingentia conditionatè: ergo tollitur tota Scientia Media

Ad hominem contra quosdam recentior. Duplex conditionatorum genus, ex lib. 5. nu. 4

365 Antecedens probo quoad primam partem, posteà quoad alteram ostendendus. Argo primò sic: Negatâ præcedentia Scientiæ Mediæ, Scientia Media debet esse posterior, & subsequens ad eventum consensûs v. g. & ad indispensabiles causas ipsius: ergo respectu contingentium absolutè futurorum non datur in Deo Scientia Media. Probatur ista consequentia. Eò ipsò quòd Scientia Media sit posterior, & subsequens ad eventum consensûs, & ad causas indispensabiles ipsius, signum libertatis Divinæ exercitæ circa causas consensûs, est prius signo, in quo deberet esse Scientia Media, ut patet: atqui signum posterius ad exercitium Divinæ Libertatis circa causas consensûs, non potest esse signum Scientiæ Mediæ, circa consensum; quod ostenditur: nam signum decretæ conditionis, seu Decreti circa causas consensûs est signum futuritionis absolutæ consensûs; sed signum absolutæ futuritionis consensûs non est signum Scientiæ Mediæ: nam signum Scientiæ Mediæ præcindit à futuritione absolutâ consensûs: ergo. Antecedens primum hujus discursûs patet, tum ex dictis suprà *num.* 340. Tùm quia si Scientiæ Mediæ non potest competere titulus præcedendi ad decernendas causas consensûs ex posterioritate respectu consensûs, *ideo* esse debet: *quia* posterioritas ad consensum refundit posterioritatem ad causas indispensabiles consensûs.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Suprà nu. 340.

366 Atquo secundò, & iterum probo eam primam partè sequelæ. Si Scientia Media de consensu neqnit per se præcedere ad causas requisitas consensûs, neque ex parte actûs primi per se requisiti ad consensum, vel ad causas indispensabiles ipsius; necessariò Deus pro priori ad Scientiam Mediam est omninò plenè constitutus in libertate decernendi, vel non decernendi causas consensûs. Id est clarum, & fatentur hi cum quibus hîc specialiter disputo: ergo signum immediatè subsequens ad Scientiam simplicis intelligentiæ, est exercitium Divinæ Libertatis in decernendo, vel nõ decernẽdo causas consensûs. Id etiam fatentur: & benè: nam ratio in eorum principiis videtur evidens, nempè quòd signum immediatum ad libertatem plenè constitutam est exercitium ejusdem. Ponamus ergo decerni liberè à Deo positionem nostræ libertatis per auxilium *A*.

Signum Scientiæ Mediæ quale sit?

367 Iam sic: Pro priori ad decretum hujusmodi, per vos, non fuit Scientia Media de consensu sub eâ conditione: nam hoc signum decreti est immediatum respectu signi necessariorum: ergo omninò præripitur signum tali Scientiæ Mediæ, & omninò impeditur existentia Scientiæ Mediæ de consensu. Probo istam consequentiam, primò: ex ratione *suprà* dictâ de futuritione absolutâ. Secundò: quia stultum est asserere conditionatè

Nuper nu. 365.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

natè aliquid, omninò postquã vides jam esse, & ipsum, & conditionem ipsius: quis enim sanæ mentis post decretam conditionem sumendi calamum, & Scientiam istius ut prædecretæ, & ipsius scriptionis, seriò consideret, se scripturum, si sumat calamum? Ergo non datur Scientia Media de tali consensu sub eâ conditione

368 Arguo tertiò: in probationem ejusdem primæ partis. Objectum Scientiæ Mediæ est objectum conditionatè futurum, ut fatemini: ergo de objecto, cui impeditur esse conditionatè futurum, non est in Deo Scientia Media. Hæc consequentia est evidens: Nam repugnat existentia Scientiæ, cujus specificativum objectum, nullum est. Atqui negatâ præcedentia Scientiæ Mediæ, & omninò plenè constitutâ libertate Dei quoad causas consensûs per prædicata necessaria, Deus liberè impedit objectis, ne sint conditionatè futura in nullo signo: ergo impedit sibi Scientiam Mediam respectu talium objectorum. Hæc benè sequuntur. Et ostenditur minor subsumpta: Signum necessariorum Dei est signum possibilitatis rerum, ut est certum: ergo signum libertatis Divinæ plenè constitutæ ad decernendas causas consensûs v. g. est signũ possibilitatis consensûs, juxta vestra principia, nempe negantia hanc Scientiam ullo modo constituere posse Providentiam per se requisitam ad consensum, & ad causas per se requisitas ad ipsum.

369 Inde sic: sed signum immediatè subsequens ad libertatem plenè constitutam est signum Decreti liberi: ergo signum immediatè subsequens ad possibilitatem consensûs est signum Decreti, circa causas consensûs. Sic argumentor: At qui signum Decreti circa causas consensûs est signum existentiæ, seu absolutæ futuritionis absolutæ consensûs: ergo in hac viâ discurrendi signum immediatè subsequens ad signum possibilitatis est signum absolutæ futuritionis. Atqui signum absolutæ futuritionis præcipit conditionatam: nam quis locus manet jam signo futuritionis conditionatæ? Vn de datur objectum absolutè futurum, quod nunquam fuit conditionatè futurum.

370 Probatur jam secunda pars sequelæ, & arguo sic primò. Si Deus pro signo immediato ad suam libertatem plenè constitutam, decernat positionem nostræ libertatis circa consensum, impedit Scientiã Mediã de consensu, præripiendo ipsi signum ad existendum; sed Deus liber est in decernendo: ergo liber est in impediendo existentiam Scientiæ Mediæ de consensu: ergo si Scientia Media existit circa objecta conditionatè futura, quæ nunquam erunt, existit ex libertate Dei nolentis impedire: ergo est Deo libera, saltem quatenus liberè noluit impedire, cùm posset. Hæc omnia vera sunt, si stet prima pars sequelæ quam *nuper* probabamus. Iam sic: Scientia Media Iesuitica (nec alia est) est Scientia purè Media, nec ullo modo libera Deo, nec dependens ab ullo Decreto præexercito, atque adeò ita in Deo existens, ut neque à Deo sit pro libito suo ponibilis, nec impedibilis. Ita *omnes* Authores Societatis, & *tota* Societas; Atqui negatâ præcedentiâ Scientiæ Mediæ, Scientia de cõditionatè futuris, quę nunquam erunt, esset Scientia pro libito Dei impedibilis, & aliquomodo Deo libera in existendo: ergo non esset Scientia Iesuitica Media.

Nuper à num. 365. Condito Scientiæ Mediæ.

Ex dictis à nu. 298.

371 Arguo secundò: Scientia Iesuitica Media est Scientia, quæ necessariò debet esse utilis ad perfectionem Divinæ Providentiæ, ad iuvandam certitudinem Divinæ Prædestinationis, ad salvandam, & protegendam beneficientiam Dei in donis, citra læsionem libertatis nostræ, & ad defendendam, & conciliandam efficaciam auxiliorum in actu primo cum eadem nostrâ libertate; atqui Scientia conditionatè contingentium, quæ nunquam erunt, ad hæc est inutilis: ratio est plana: nam hæc omnia sunt futura absolutè, & contingentia quæ reipsâ erunt: ergo in hac viâ discurrendi non manet ullus locus Scientiæ Mediæ Iesuiticæ etiam penès conditionatè contingentia, quæ nunquam erunt.

Recentioris existimatio.

372 Incidit in hæc, ductus, ut putat, bonæ consequentiæ filo Magister aliàs doctus, & admisso antecedente, quòd nempè Scientia Media neque constituat Divinam Providentiam, neque ullam possit exercere prioritatem per se circa consensum, ejusque indispensabiles causas, difficultatem sensit in argumento, dandumque censuit aliquid quoad partem utramque sequelæ. Et *in primis* primam partem concedit totam: *deinde* pro secundâ asserit Scientiam Mediam dici debere liberam, non *positivè*, sed *negativè*: non *positivè*: quia non est in Deo subsequens ad Decretum inductivum ejus. *Negativè* verò, quia supponit Decretum non ponendi conditionem, quâ positâ impedita foret Scientia Media: unde infert, Scientiam Mediam ita in Deo esse, ut quamvis ipse non possit eam inducere, possit tamen pro libito impedire ne sit, & concludit: *Quod consequens forte inauditum hactenus, à me certè nunquam lectum, neque auditum, inverosimile videri non debet, utpotè ex antecedente* (scilicet negatæ nostræ sententiæ de præcedentiâ Scientiæ Mediæ, quam ipse mordicùs negat, tanquam adversariam ipsi Scientiæ Mediæ,) *legitimè descendens.*

Ejus pervia: Ex Tract. de Sciẽtia Dei.

Non est conformis scholæ Nostræ.

373 Horresco referens, & stupesco hæc intra Scholam Societatis dici posse. Cogor sequelæ absurditatem aperire; quod brevi præstabo: & *imprimis* ostendo, libertatem istam negativam, quã vocant, & ponunt in Scientiâ Mediâ, omninò destruere Scientiam Mediam, quæ est secunda pars sequelæ. Sic arguo primò: *Scientia Media* ab omnibus Societatis Authoribus, appellatur *inimpedibilis* liberè ab ipso Deo; hi faciunt liberè impedibilem à Deo: ergo destruunt. Secundò: *Scientia Media* ab omnibus Societatis Authoribus, ponitur independens ab omni actuali decreto Dei reipsâ existente, ut ipsa sit; hi faciunt dependentem: ergo destruunt.

Destruit Scientiam Mediam.

A paritate Scientiæ Visionis.

374 Tertiò: ea libertas officit Scientiæ Mediæ, quæ competit Scientiæ Visionis circa libera contingentia: patet: alioquin non est, cur dicatur Media inter Scientiam naturalem, & liberam; atqui Scientiæ Visionis circa futura contingentia non competit alia libertas, quàm ea, quam isti Recentiores attribuunt Scientiæ Mediæ: ergo apertè tollunt, & destruunt Scientiam Mediam. Minor probatur: nam circa Scientiam Visionis non habet Deus aliam libertatem, quàm libertatem eam impediendi: ipse enim non est determinator Scientiæ Visionis circa futura libera, sed purus non imperditor, quatenus positâ libertate creaturæ, necessariò scit, quid ipsa facit: non enim *ideò* res erit, *quia* Deus scit, sed potiùs Deus scit, *quia* res erit; ut tenemus omnes Iesuitæ; atqui totam hanc libertatem attribuunt Scientiæ Mediæ: ergo apertè ipsam tollunt.

375 Pergo ad alteram partem sequelæ, in quâ jam fatentur circa contingentia, quæ reipsâ evenient, non dari in Deo pro suo libito Scientiam Mediam, quo nihil absurdius dici potuit in Schola Societatis. Imprimis id somniarunt unicè Thomistæ, contra Scholam Societatis, ut *diximus lib. 5. à num. 12.* & videri potest apud Patrem Michaelem de Avendaño *disp. 6. cap. 3.* ex quo toto constabit, quàm absurda sit hæc pars sequelæ. Secundò: id manifestè repugnat Scripturis, & Patribus, ex quibus ptobamus Scientiam Mediam, ut *indidem* constat, & apud eundem habetur: *num. 3. 4. & 5. &c.* Tertiò: quia Dei gubernatio, & Providentia est circa eventus, qui reipsâ erunt. Si ergo circa hos tollitur Scientia Media: quæ utilitas manet Scientiæ Mediæ quoad Providentiam, & gubernationem Dei? Quartò: quia orationes, & preces fidelium tendunt ad assequendas gratias congruas. Si ergo circa eas, quæ reipsâ dandæ à Deo sunt, non finitur locus Scientiæ Mediæ Divinæ: ad quid in Deo Scientia Media? Vt præclarè dictum habes à Patre Haunoldo *num. 233.*

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Circa eventus qui reipsâ erunt aut sunt; negari nequit Scientia Media.

Ex dictis lib. 5. à num. 12. Thomistæ. P. Avendaño.

P. Haunoldus.

376 Quintò: negotium Prædestinationis, specialis beneficientiæ in collatione auxiliorum, & efficacia eorum in actu primo, (quæ negari nequeunt, stante reverentiâ ad Decreta Reverendissimorum Patrum Generalium Claudii, & Mutii, de quibus *suprà num. 349.*) est circa futura quæ reipsâ eveniunt; si ergo Deus per præcisũ exercitiũ suę libertatis circa ea futura necessariò sibi præimpedit Scientiam Mediam circa ea ipsa: quo modo stare possunt Doctrinæ Scholæ nostræ, & totius Societatis! Lege si placet, præcitatum Avendañum, præsertim *num. 14.* Nec enim ipse diutiùs in re mihi odiosissimâ immorari possim, aut veliim. Ergo de primo ad ultimum, *antecedens, ex quo legitimè visum est descendere hoc* adeo absurdum *consequens*, falsum omninò est, necesseque negandum à nobis.

Suprà à num. 298. & nu. 349

Avendañ.

Suprà nu. 372.

377 Dices denùo ex his, quæ prædicti Recentiores addidere *in tract. de Prædestinatione*, nolle se sequi eam doctrinam; & quasi non traditam eam velle,

Impugnatæ cogitationis Retractatio: Species tenùs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

bene! Videamus autem, quid demùm sentiant in hac re? Ajunt, primùm: diffiteri se non posse eam Doctrinam esse probabilem ex principiis quæ defendunt. Secundò: sibi videri non *contra*, sed *præter* mentem Authorum Societatis, *nec omninò præter mentem*. Tertiò eam tamen à se hic non amplexari. Quartò proinde, Scientiam Mediam respectu Decreti purificativi hypothesis esse priorem, *prioritate Logicâ*, & in *subsistend consequentia*. Quintò demum, esse revera determinativè posteriorem, non solum eventu, quem exprimit, sed etiam Decreto per se requisito ad purificationem hypothesis. Hæc post novas curas superaddita video.

Quod ostenditur. Primò.

378 Imprimis laudo ingenuitatem Ingenii: sed verba miror: Quomodo ajunt, nolle se amplecti eam doctrinam; & tamen asserunt necessariò sibi esse probabilem, viderique sibi adeò conformem nostræ Scholæ, ut solum sit *præter*, *imò nec omninò præter mentem* Scholæ nostræ? Id solum est simulare speciosis vocibus sensum eundem. Deinde quis in Scholâ Societatis ægrè non ferat in Iesuitæ calamo, non esse *præter mentem Iesuiticæ Scholæ*, imò esse probabilem sibi, modum discurrendi, quo necesse est negari Scientiam Mediam circa eventus, qui reipsâ erunt?

Rursus, instaurando præcedentia.

379 Tertiò sic argumentor, & ostendo rursus eam sequelam, quam dicunt etiam non probabilem, esse ipsis omninò necessariam. Per vos, Divina libertas est omninò plenè constituta ad exercitium Decreti purificantis hypothesim per prædicata Dei simpliciter necessaria: ergo Divina libertas plenè constituta ad hujusmodi Decreta est signum necessariorum: ergo antecedenter, & præcisim à Scientiâ Mediâ est Deus in signo libertatis plenè constitutæ ad decernendum. Nunc sic: ergo decernit in signo immediato. Probo istam consequentiam: quia vel Deus liberè suspendit exercitium, vel non. Si secundum: ergo immediatè determinat? Si primum: ergo suspendit liberè: ergo exercet liberè libertatem in signo immediato. Confirmatur. Implicat tiare libertatem plenè constitutam, & suspendi non liberè: ergo signum immediatum ad necessaria Dei, est signum exercitii liberi. Iam procedo: ergo non datur Scientia Media circa eventus, qui erunt. Probo consequentiam, ridiculum est asserere conditionatè id, cujus vides conditionem poscam, ut omnes fatemur: tunc enim jam res est absolutè futura: ad quid ergo illa conditionalis?

Nec evasio proficit.

380 Dicis Scientiam Mediam esse priorem Decreto purificante hypothesim, prioritate universalitatis, & in subsistendi consequentiâ. Contra: quia hæc prioritas est omninò extrinseca, & rebus intentionaliter adveniens, imò insufficiens ad voluntarietatem ullam inde sumendam: & reipsâ conjungibilis cum posterioritate physicâ, & rigorosâ: ergo inutilis est. Antecedens patet, nam inter possibilitatem, & existentiam, inter Animal & Rationale est hæc prioritas, & datur plena identitas: imò inter terminum & hanc causam, actionem, & apud Thomistas prædeterminationem, datur in termino respectivè ad hæc singula totum hoc genus prioritatis: quis autem inde posit arguere quicquam boni?

Additis difficilior est.

381 Quartò argumentor, & ostendo pejus, & falsius esse quod denique superadditur. Tùm quia Decretum purificativum hypothesis, & collativum auxiliorum est indifferens ad coëxistendum cum hac Scientia Media: ergo nequit esse Scientia Media, illo determinativè posterior. Patet consequentia: quia quod est determinativè prius, vel est ratio illativa ejus, quod est determinativè posterius: vel jus ejus existentiam determinandi; sed quod ita est indifferens nequit ullo, ex his, munere gaudere: ergo. Secundò, quod existit cum posterioritate determinativâ, existit liberè respectivè ad illud quo est determinativè posterius; sed per vos Scientia Media est determinativè posterior Decreto Dei: ergo existit ex ejus libertate. Ecce timuistis in Scientiâ Mediâ libertatem negativam, & re quasi matutiùs consideratâ, superadditis positivam. Vide infrà de his *à num. 433.*

Infrà à num. 433.

Nota bene

382 Mitto non dici bene, Scientiam Mediam respectu Decreti priorem adhuc prioritate in subsistendi consequentiâ: tam enim valere definit consequentia ex existentiâ Decreti ad existentiam Scientiæ Mediæ in Scholâ Societatis, quam ex existentiâ Scientiæ Mediæ ad existentiam Decreti purificantis hypothesin. Vide nunc quas in angustias se incautè con-

conjiciant, qui defendere veterunt necessitatem Scientiæ Mediæ ad Providentiam Dei, quæ de loquimur.

§. VI.

ULTIMA PROBATIO EX CONCORDIA Doctrinæ præsentis cum libertate Creaturæ.

Ultima Probatio à priori.

383 Ostenditur decimotertiò, & ultimò: Necessitas Præcedentiæ in Scientiâ Mediâ est summè utilis, ut ex dictis *hucusque* patet: & alioqui libertati non nocet: ergo admittenda est. Hanc consequentiam negaret nemo, si daretur probatio antecedentis: cujus veritas petenda præsertim, ex objectionum solutione, præmittitur hic, & ostenditur primò: stante necessitate prædictæ directionis, manent omnia, quæ ad consensum, & dissensum requiruntur (tanquam immediata potestas,) æquè in differentia; nihilque ponitur connexum potiùs cum unâ parte, quàm cum aliâ, quod non sit simpliciter consequens in genere determinantis, atque adeò impedibile: ergo neque detrahitur quicquam libertati necessarium, neque quicquam nocivum impingitur. Secundò: quia præcedentia Scientiæ Mediæ non necessaria non nocet libertati: ergo neq; necessaria. Antecedens admittitur. Probo consequentiam: ex necessitate præcedendi non advenit Scientiæ Mediæ vis inducendi consensum irresistibiliter, & præoccupando determinationem voluntatis, sed præcisè accidit, quòd libertas, quæ alioquin conjungenda est pro nutu creatæ voluntatis cum consensu, si ponatur; poni debeat ex præsciêtiâ talis determinationis creatæ, & modo, quo ex determinatione Voluntatis creatæ erit: poni autem libertatem, modo quo ex ipsius Agentis liberi nutu erit, & ex præscientiâ talis nutûs, quis putet opponi libertati? Tertiò: quia si noceret libertati, maximè: quia esset connexio cum consensu, necessariò præcedens ordine executionis ex parte causæ remotæ; vel quia ex eo titulo neque esset impedibilis à dissentiente: neque à consentiente acquiribilis: utpote quid necessariò ptius ad consensum: at duo hæc sunt falsa; & primum nihil obest: ergo. Minor est probanda per partes.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

384 Probatur prima pars. Primò, ratione generali, quæ simul tres partes probetinam stat cum prioritate in ordine executionis, posterioritas in ordine determinantis; atqui quod est posterius in ordine determinantis est simpliciter impedibile, acquiribile, & amicum libertati: ergo. Major patet in Doctrinâ Prædefinientiû, & ex terminis videtur satis perspicua: cur prioritas objectiva, qualis est ea, quæ dicitur determinantis, compati nequeat, cum posterioritate physicâ? imò id fateri debemus in re passim obviâ, nempe fine respectu mediorum. Secundò ex *num.* 342. & 357. & 372. etiâ Adversarii admittere coguntur aliquid ex parte causæ remotæ necessarium, & aliunde connexum cum determinatâ parte libertatis. Tertiò: quia non minùs nocere debet libertati quid necessariò comitans, & aliunde connexum, quàm quid necessariò prius: Nam, ut ait Augustinus *lib. 1. Retract. cap. 22.* in potestate nostrâ non est nisi quod nostram sequitur voluntatem: si autem hæc posterioritas componitur cum comitantiâ necessariâ per vos: nam saltem Scientia Media necessariò comitatur quidni cum prioritate necessariâ? Vide *num. 340. fin.*

Mutua prioritas in diverso genere nõ repugnat.

Suprà à num. 342. 357. & 372.

Augustin.

385 Probatur secunda pars, nempe *impedire posse*, quod est necessariò prius: Primò: quia juxta *num. 1.* per relatos id etiam ab adversariis dici debet. Secundò: quia potest impediri, quod est executivè comitans, & tempore prius: si autem res, sincerè æstimentur; æqua difficultas intervenit. Tertiò: quia Non minùs videtur implicare, quòd constitutio necessaria libertatis in Causâ primâ possit impediri per exercitium secundæ necessariò pendentis à primâ, quàm impediri posse per exercitium causæ secundæ aliquid cum ipso connexum, & existens ex parte Causæ primæ: si enim implicat impediri à me per exercitium meæ potestatis aliquid, quod præcedit ad ejus potestatis existentiam, quare non implicet, per exercitium meæ posteratis impedire constitutionem necessariam libertatis divinæ, à quâ potestas mea ad dissensum ponitur? Atqui id non implicat: quia Scientia Media constituit necessariò libertatem Dei, eaque impediri potest: ergo.

Impedibilitati non obest Prioritas aliqua etiam necessaria.

386 Probatur jam tertia pars, nem-

Nec adquiribilitati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

re *acquiri posse*, quod necessariò præcedit ex parte causæ remotæ, ad exercitiū ipsum, per quod deberet acquiri. Primò: quia id fateri debent Adversarii ex numeris *super* relatis. Secundò: quia non minùs implicat, quod acquiratur per aliquid tempore consequens, quod est tempore antecedens: quàm acquiri per quid executivè posterius, quod est executivè prius: imò magis: cùm nemo dixerit, physicè acquiri, aut causari posse, quod est tempore antecedens: acquiri verò, seu physicè causari quod est physicè, & causalitate priùs, dixerint aliqui mutuæ causalitati intenti: sed illud non implicat: ergo nec hoc.

387 Tertiò: quia apud omnes (si hunc, aut illum demas,) Scientia Media, licèt nō sit necessariò præcedens, est tamen necessariò apta præcedere, & ex se directiva, atque adeò aptitudinaliter necessariò prior: atqui per consensum absolutum nihilominùs acquiri potest primaria existentia talis Scientiæ, ut prioris aptitudine: ergo & existentia ipsius, licèt sit formaliter necessariò prior. Quartò: quia Petrus, qui modò dissentit v. g. potest acquirere constitutionem divinę libertatis necessariam pro casu consensūs per consensum ipsum: ergo potest acquirere, quod præcedit ad consensum per ipsum consensum. Antecedens patet: quia ea libertas constituitur necessariò, *ut vidimus*, per Scientiam Mediam de consensu. Exinde

Perficitur argumentatio, quæ omnes premat.

388 Sic demum argumentor: existere libertatem necessariam ex parte Dei, ut sit consensus, acquiritur per ipsum consensum: sed existere libertatem necessariam est acquirere necessitatem disjunctivam alicujus exercitii liberi circa potestatis, quam modò habet Petrus, existentiam: ergo existere necessitatem disjunctivam alicujus exercitii liberi circa ejusdem potestatis existentiam acquiritur per consensum. Modò sic: & sit Petrus sub libertate, cum quâ dissentit. Petrus actu dissentiens habet potestatem acquirendi necessitatem disjunctivam, ut se Deus liberè exerceat circa existentiam, quam habet; atqui Deus se non potest exercere in hac hypothesi per exercitium exclusivum Potestatis Petri: ergo per exercitiū inductivum talis potestatis ergo potest acquirere Petrus per consensum aliquid ipso consensu prius: nam ea necessitas, & exercitium inductivum auxilii sunt quid prius ipso consensu.

Ratio à priori ex fatè dictis lib. 5. à num. 154.

389 Et ratio omnium à priori est, in quâ stat concordia talis præcedentiæ cū libertate nostrâ: quia talis impeditio, vel acquisitio, licèt in tempore exerceatur per physicam existentiam consensūs, vel dissensūs, non est in genere physico; id enim implicaret: sed in genere intentionali, & objectivō; totaque peragitur ab æterno per rationem formalem, quæ nō requirit existentiam physicam libertatis, aut ipsius consensūs, & consistit in ipsâ Naturâ Scientiæ Mediæ ex suo modo tendendi attemperatæ ad exigentiam objecti, quod attingit postulantis, ne sit aliqua connexio cum ipso inimpedibilis à suo principio, vel quæ non sit potiùs ex determinatione talis principii, cujus objectum respicit, quàm principii, in quo ab æterno est: Hæc autem acquiribilitas & impedibilitas, cùm alioqui in Scientiâ Mediâ necessariò postulet indepedentiam à positione conditionis, & libertatis, sub quâ videt eventum, & expressionem circunstantiæ circa ipsam conditionem & libertatem quam videt in hypothesi, necessariò requisitam ex parte libertis Divinæ ad decernendum, necessariò postulat in ipsâ Scientiâ Mediâ vim præcedendi ad ipsam positionem conditionis. Non ergo repugnat posterioritas Scientiæ Mediæ ad objectum suum cum istâ præcedentiâ, quam defendimus.

Dictum P. Suarez. Vide infrà à num. 439. Omnis Dei volitio libera cum Scientiâ Mediâ præ supposità connectitur efficaciter.

390 Ex quibus *tria* infer. *Primum* quam jurè Doctor Eximius dixerit *lib. 1. de Prædest. cap. 7. num. 4. Hanc Sententiam* (nempe nostram) *illi soli negare possunt, qui omninò negaverint Deum futura conditionata cognoscere*: quæ sunt verba tanti Doctoris: ne unquam ulli sit probro stare pro Doctrinâ, quàm tanta censura commendat. *Secundum*: nullam dari posse auxilium efficax, nisi per Decretum essentialiter connexum cū Scientiâ Mediâ de consensu: imò nullum divinum affectum liberum, quod essentialiter non pendeat connexivè à Scientiâ Mediâ, cui semel coexistat. Id probant rationes nostræ præsertim à *num. 353.* & 357. Tertium exinde; neque ullum dari posse auxilium reipsa inefficax, nisi per Decretum connexum essentialiter cum Scientiâ Mediâ de inefficaciâ. Quomodo

Infrà à num. 575.

do cum hac sequelâ necessariâ, sit nihilominùs libertas, videbimus *infrà*: & an exinde, ut sequitur necessitas præcedentiæ Scientiæ Mediæ, atque adeò Directionis saltem latæ juxta *nu. 288.* sequatur necessitas strictæ directionis juxta *nu. eundem*, colligemus *sect. 6.* Solvamus *modò*, quæ contra necessariam præcedentiā Scientiæ Mediæ specialiter militant.

A nu. 484

SECTIO IV.

OBJECTIONIBVS IN CONTRARIVM Obviam itur.

§. I.

DVO ARGVMENTA IN OPPOSITVM.

Objectio Prima ex determinativo Scientiæ.

391 OBjicies primò: Scientia Media cognoscit eventum conditionatum non in causâ, sed in seipso: ergo etiam purificatâ conditione, cognoscit eventum in seipso: ergo cognoscit eventum conditionatè in eventu absoluto: eventus enim conditionatus, & eventus absolutus, purificatâ conditione, non differunt. Nunc sic: ergo eventus absolutus determinat existentiam Scientiæ Mediæ: ergo Scientia Media est posterior ipso consensu absoluto: ergo nequit præcedere ad decretum purificativum conditionis, & collativum auxilii. Probo istam consequentiam: Nam decretum purificativum conditionis, utpote causa Mediata eventūs absoluti, est illo prior: ergo quod est posterius eventu absoluto, nequit esse prius respectu decreti: ergo neque Scientia Media.

Confirmat.

392 Confirmatur primò: quia in terminis videtur evidens, aliquid posteriusalio, non posse conducere pro priori, ut illud alind existat respectu cujus posterius est. Confirmatur secundò: Non minùs subsequitur consensum absolutum Scientia Media, purificatâ conditione, quàm Scientia Visionis: neque minùs connectitur; atqui ex his titulis Scientia Visionis nequit præcedere ad decretum eventūs absoluti: ergo nec ex eisdem poterit Scientia Media. Hæc objectio æquè Adversarios ferit: cùm æquè impugnet necessariam Scientiæ Mediæ comitantiam, & necessariam prioritatem aptitudinalem, ac, quam nos damus, formalem prioritatem, ut expendenti planum erit.

Omnes ferit.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

393 Respondetur: Scientiam Mediam esse determinativè posteriorem; & executivè priorem eventu absoluto, etiam positâ conditione: quæ mutua prioritas non habet plus difficultatis, & absurdi, quàm quæ à nemine negari potest inter *Finem*, & *Media*, & inter ipsam Scientiam Mediam, & eventum absolutum, quorum hic determinatione præcedit; duratione, subsequitur. Et ratio est, quia (decorticatis vocibus, quæ speciem horroris ingenerant,) prioritas determinativa neque exercetur per verum influxum in Scientiam Mediam, neque requirit ullam præexistentiam rei, quæ prior dicitur, sed ex parte objecti exercetur per puram exigentiam, ut omnis connexio cum illo, sit attemperata libertati sui principii; & ex parte Scientiæ per attemperationem ad prædictam exigentiam objecti: quod objectum cùm ab æterno possit affirmari fore in tempore ex libitu creatæ libertatis, si ponatur; dicitur, Deum (ex se necessitatum ad cognoscendum quidquid verè affirmabile est, eomodo quo affirmabile est,) determinare per modum objecti: quod, si sincerè rem æstimas, est, objectum terminare posse cognitionem, Deumque necessitari ad notitiam attemperatam exigentiæ objecti: quid autem obest, objectum ita determinare notitiam, ne notitia conducere possit ad physicam existentiam conditionis, à quâ independet, cū alioquin sit expressio maximè cōducens ad executionem illius?

Solvitur.

Ex clarâ Doctrina Lib. 5. à num. 154. Et supra à num. 225.

Et Vide infrà à nu. 616.

394 Ad primam confirmationem: in terminis est evidens, quid executivè posterius, & physicè, nō posse pro priori cōducere ad rē quæ prior est: quia jam eam præsupponit existere: secùs verò quod est purè posterius intentionaliter, & in genere objecti purè determinantis: ut patet in fine respectu mediorum. Ad secundam, fateor, non minùs subsequi, sed modo valde diverso: nam visio absolutè subsequitur per connexionem absolutā: Scientia Media conditionatè, & per connexionem purè conditionatam, independentem ab executione conditionis: ut dictum est *nu. 22. Vide Infrà num. 432.*

Et confirm

Suprà nu. 225.

395 Objicies secundò: si necessariò præcederet Scientia Media, nullum esse pos-

Objectio secūda ex Capite læsæ libertatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

posset in nobis signum indifferentiæ: ergo nec nulla libertas. Consequentia patet: & antecedens ostenditur, primò: Nullum est signum, in quo absoluta existentia auxilii sit indifferens ad Scientiam Mediam: Nam existentia effectûs nequit existere sine suâ causâ; si autem necessariò præcederet ad existentiam auxilii Scientia Media, hæc esset causa indispensabilis auxilii. Modo sic: suppositio Scientiæ Mediæ de consensu v. g. & suppositio consensûs sunt mutuò inseparabiles, purificatâ conditione: ergo ubi nullum datur signum indifferentiæ respectivè ad Scientiam Mediam, nullum dari potest respectivè ad consensum: ergo si auxilium in statu absoluto non est indifferens ad Scientiam Mediam, neque erit indifferens ad consensum: Vbi autem non est auxilii indifferentia, nullum esse potest indifferentiæ libertæ signum.

Ex signo Indifferentiæ.

396 Secundò: signum indifferentiæ est signum, à quo pendet determinatio consensûs, vel dissensûs: ergo pro priori ad ipsum, nequit esse connexio cum consensu potiùs, quàm cum dissensu. Probo hanc: tùm quia si pro priori esset connexio, jam esset pro priori impedita existentia dissensûs v. g. ergo non penderet determinatio consensûs ab illo signo, quod signum indifferentiæ dicimus. Ratio est: quia non pendet determinatio consensûs ab illo Agente, ad quem pro priori supponitur impedita jam existentia extremi oppositi: Nam determinare importat, ponere consensum, & impedire oppositum. Tùm etiam quia signum indifferentiæ si penderet à connexione cum consensu, existeret prævièque connexum cum consensu; sed res existens prævièque connexa cum consensu non est indifferens. Tùm etiam quia *ideo* in actu secundo non est signum indifferentiæ, *quia* est suppositio consensûs: ergo si pro priori ad signum indifferentiæ est suppositio connexa cum consensu, nullum esse potest signum indifferentiæ. Hæc objectio etiam æquè ferit omnes: impugnat enim æquè Prædefinitiones, Directionem non necessariam Scientiæ Mediæ: & necessariam ejus comitantiam.

Omnes ferit.

Solvitur explicando Sententiam;

397 Respondetur. Negando sequelam. Ad primam probationem, nego quod assumitur: absoluta enim existentia auxilii, & constitutio libertatis proximè per ipsum est signum æquè præcindens ab hac Scientiâ Media de consensu; ac ab ipso consensu: cùm æquè stare possit sine Scientiâ Mediâ de consensu, ac sine ipso consensu: imò quòd sit sub hac Scientiâ & per hanc Scientiam de consensu, habet ratione consensûs, determinantis ut potiùs sit in Deo hæc Scientia, quàm opposita: quæ Scientia in Deo semel existens, est necessitas disjunctiva, inducta intentionaliter determinativè ab ipsâ libertate & consensu, ne vel unquam talis libertas sit, vel sit conjuncta cum suppositione consensus, & Scientiâ Mediâ de consensu.

Quam Arguens finitivè sumit.

Vid. infrà à nu. 413.

398 Igitur considerandæ est inter existentiam libertatis, & ipsam Scientiam Mediam, illa mutua prioritas de quâ *nuper*: Scientia enim Media præcedit origine, & naturâ, existentiam libertatis, & auxilii: & libertate mediante, consensum: existentia autem libertatis, & auxilii, ut influentis in consensum, *medio ipso consensu*, determinativè præcedit ad ipsam Scientiam Mediam. Recege, quæ de determinativo Scientiæ Mediæ *lib. 5.* sunt dicta.

Nuper nu. 384. & 393.

Lib. 5. à num. 154.

399 Ad secundam probationem; concesso antecedente: distinguo consequens: pro priori ad ipsum, in genere determinantis, concedo: in genere physico quæ si remoto, subdistinguo: nequit esse connexio cum consensu potiùs quàm cum dissensu, determinatè requisita ad existentiam talis indifferentiæ, & inevitabilis, concedo: requisita solùm indeterminatè, & evitabilis, nego. Itaque licèt Scientia Media de consensu præcedat naturâ, & causalitate ad existentiam hujus *numerò* libertatis; non tamen ita præcedit, ut tota non possit existere *aliter*: existit enim modò per hanc Scientiam Mediam: quia existit cum suppositione consensus, quæ suppositio est contingens libertati, utpote electa per ipsam. Ad probationem, dico, cùm non sit Scientia Media pro priori determinationis respectivè ad existentiam auxilii, aut libertatis: neque pro priori determinationis impediri dissensum: atque adeò tota determinatio, ut impediatur dissensus, venit à signo indifferentiæ.

Quæ prioritas concernit objectum, Scientia Mediæ.

400 Fateor, existere Scientiam Mediam pro *priori physico* quasi remoto, & neque pro illo priori manet impeditus dissensus formaliter, sed ad summum illativè: non formaliter: quia formalis, & primaria impeditio dissensûs est consensus, qui, licèt inseparabilis sit à Scientiâ Mediâ de se ipso, non est ipsa: illativè verò, quia valet ex Scientiâ Mediâ cum auxilio consequentia de consensu impediente dissensum; valet, *inquam*, non ex determinatione Scientiæ Mediæ, sed voluntatis eligentis. Ex quibus patet ad reliqua, quæ incumbeat objectio: signum enim indifferentiæ pro priori determinationis, non importat quidquam prævièque connexum cum consensu potiùs, quàm cum dissensu: quòd si aliquid connexum alio genere prioris antecedit, antecedit quidem remotè, impedibiliter, & ex suppositione ipsius liberæ determinationis creatæ.

Nota hoc terminum.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

suppositione Deo liberâ, sed ex suppositione liberâ recipienti, nempè ex Scientiâ Mediâ: prout enim à Deo est, & ab his, quæ Deo sunt libera, præcisè habet esse causam boni aliàs nec debiti, nec ineligibilis: patet autem voluntatem hujusmodi manere benevolam, quicquid sit de apprehensionibus, quæ contrà insurgunt, assuetis ad nostra.

403 Objicies quartò: si necessaria foret præcedentia Scientiæ Mediæ; in eo qui dissentit, non daretur potestas proxima consentiendi: ergo neque libertas. Sequela probatur: Cui deest requisitum essentiale ad existentiam consensûs, & potestas ipsû acquirendi pro libito, deest juxta *principia Societatis* potestas proxima consentiendi: sed si necessaria sit præcedentia Scientiæ Mediæ de consensu ad existentiam consensûs; in eo qui dissentit, deest requisitum essentiale ad existentiam consensûs, & potestas ipsum acquirendi pro libito: quod patet quoad primam partem: nam deest Scientia Mediæ de consensu: & ostenditur quoad alteram: Nam Petrus, qui dissentit, nullo suæ potestatis exercitio acquirere potest Scientiam Mediam de consensu: Non enim potest per dissensum: nam dissensus est incompossibilis cum eâ Scientiâ Mediâ: sed neque per consensum: nam id ad quod essentialiter præsupponitur existentia alterius, nequit esse acquisitio primariæ existentiæ illius: Atqui per nos existentia Scientiæ Mediæ præsupponitur necessariò ad consensum: ergo consensus nequit esse acquisitio primariæ existentiæ illius. Major proximi Syllogismi videtur ex terminis nota: & exinde tuemur contra Thomistas: Prædeterminationem, *quia est* necessariò prærequisita ad consensum, acquiri non posse liberè per consensum. Hic est *Achilles* Adversariorum, exarmandus etiam ab ipsis ob ea, quæ concessimus *à num.* 386. de necessitate admittendi aliquod prærequisitum ad consensum cum eo connexum etiam in viâ Adversariorum: & jam exarmatus *à numero* 383. Nihilominùs

Objectio quarta ex defectu proximæ potestatis in Dissentiente.

Quâ confidunt Arguentes, & omnes ferit.

Ex num. 383.

404 Respondetur: & nego sequelam. Ad probationem concessâ majore, nego minorem, advertendo Scientiam Mediam, & Decretum cum eâ connexum, licèt sit quid prærequisitum ad existentiam

Solvitur & explicatur magis Sententia Vera.

Objectio tertia ex absurdo.

401 Objicies tertiò: Nam si stemus filo Doctrinæ, non minùs præcedit collationem auxilii Scientia Media de dissensu pro casu dissensûs, quàm pro casu consensûs, Scientia Media de consensu: neque minùs pro casu inefficaciæ, erit auxilium per Decretum essentialiter connexum cum Scientiâ Mediâ de inefficaciâ: quàm pro casu efficaciæ, debet esse per decretum essentialiter connexum cum Scientiâ Mediâ de efficaciâ: at illud repugnat: ergo & hoc. Probabatur major: quia auxilia, reipsâ inefficacia, sunt beneficia Dei, licèt ex abusu nostro frustrentur; obidque Deus jure conqueritur de abusu beneficiorum, quæ confert: ergo exequitur ea Deus voluntate benevolâ. Atqui nequit esse benevola, voluntas, quæ ex suâ essentiâ connectitur cum Scientiâ de inefficaciâ; quia est voluntas essentialiter connexa cum nocumento illius, cui dicitur beneficere, & ex se inconjungibilis cum fructu, & emolumento, quod alioquin oriri potest ex dono quod confert: ergo.

Omnes ferit, suprà num. 306.

Solvitur.

402 Iam *monui* difficultatem hanc esse communem omnibus, & *infrà* vindicandam ex professo. Respondeo iterum, voluntatem illam esse benevolam, quia totam quam habet connexionem cum nocumento recipientis, non haurit ex

Lib. 9. à num. 179. ubi expro fesso.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

tiam consensûs, neque constituere, neque requiri ad existentiam proximæ potestatis ad ipsum consensum. Iam ad probationem negatæ minoris, fateor, acquiri non posse Scientiam Mediam de consensu per dissensum, ut bene probatur: nego tamen acquiri non posse per ipsum consensum. Ad impugnationē istius partis: distinguo majorem, in quâ innititur tota argumenti vis: nequit esse acquisitio in genere physico, seu per modum influxûs physicè influentis, concedo: nequit esse acquisitio in genere intentionali, & per modum objecti purè determinantis, nego majorem: Nam licèt per se notum sit, causam acquiri non posse per effectum, in genere physici influxûs: quia id genus influxûs, & acquisitionis præsupponit existentiam acquirentis, neque exerceri potest, nisi per acquirentis existentiam præexercitam: at causam acquiri per effectum in genere purè intentionali, & determinativo, tam abest ut per se notum sit; ut potiùs sit evidenter falsum: nam hæc acquisitio solùm importat prioritatem determinativi: quæ ut exerceatur, non requirit, ut *sæpè* diximus, præexistentiam exercitam acquirentis.

Vide rursus infrà à nu. 478. & à num. 616.

Libertas quid importet?

405 Itaque Petrus constitutus in libertate, & actu dissentiens, potestatem habet omninò proximam, adquirendi sibi in genere determinativo, & intentionali Scientiam Mediam de consensu per ipsum consensum: nam consensus est ratio objectiva, cujus ad naturam se attemperat Scientia Media in existendo, nunquam in Deo extitura, nisi consensus foret ex libitu voluntatis, si poneretur hæc à parte rei: unde hæc, etiam cùm existit, *præcedit*, & *subsequitur* ad Scientiam Mediam: *subsequitur* in genere physico: *præcedit* in genere determinantis: quod præcedentiæ genus exercetur à libertate, & à consensu, *medio consensu*, ab æterno etiam sine ullâ physicâ præexistentiâ consensûs, in Scientiam Mediam, à unicè per ipsam attemperationem Scientiæ Mediæ *toties* explicatam.

Infrà à num. 619.

Præsertim lib. 5. num. 154.

406 Quid ergo mirum, quòd ens, cujus prioritas sufficiens ad determinandam existentiam alterius, nullam in se requirit præexistentiam, possit accipere existentiam remotè, ab illo quod ita determinatur, & esse posterius illo in genere *valdè* diverso? Si autem stare potest prioritas determinativa in consensu, cum posterioritate physicâ ad Scientiam Mediam: potestas ipsa consentiendi, necessariò erit potestas determinandi; atque adeò potestas acquirendi sibi quicquid ab ipsâ in determinando dependet.

Infrà specialiter à num. 616.

Prioritas mutua in genere diverso explicatur.

407 Quòd autem ista mutua prioritas in genere partim physico, partim intentionali, (ex quâ tota solutio, & Doctrina pender,) negari non possit: patet in *fine* respectu *mediorum*: quorum ille præcedit intentionaliter, & physicè subsequitur ad media. Patet *in Doctrinâ* Adversariorum: apud quos possibilis est Prædefinitio, aut stricta directio Scientiæ Mediæ: & tū prædefinitio, tùm Scientia Media dirigens, præcedunt *causalitate: determinatione* subsequuntur. Et quidem, ut benè notarunt acuti Magistri cum Quirós, si sincerè res æstimentur, æquè difficilè est rem durationē priorem, acquiri per aliam, durationē subsecutam: & tamen sufficit ista prioritas determinationis, in re, tempore, posteriore, ut dicatur acquirere rem durationē priorem, ut fatemur omnes contra Thomistas in *Scientiâ Visionis*: quidni ergo *in casu nostro*? Et ratio est: quia sicut illa prioritas respectivè ad Scientiam Visionis exercetur ab æterno, nullâ objecti præexistentiâ physicâ, per ipsam Naturam Scientiæ Visionis; ita pariter hæc prioritas, determinatio, & acquisitio exercetur ab æterno per ipsam naturam Scientiæ Mediæ, nullâ physicè præsuppositâ existentiâ objecti, & manentis cum independentiâ à conditione, atque adeò cum jure ad præexistentiam physicam, & influxum.

Et imentur bilis est. Quirós.

Calumnia pellitur.

408 Illud de *Prædeterminatione* non venit ad rem, sicut nec instantia, quæ fieri solet de *causis immediatis*. Nō illud: quia Prædeterminatio ex suis terminis importat non subesse arbitrio creatæ potestatis in genere determinantis. Tùm quia esset principium immediatum, absolutè connexum cum unâ parte libertatis, atque adeò non daretur signum proximæ potestatis ad utrumque indifferens.

De quo rursus infrà à num. 615.

Disparitas inter Causalitatem, & Immediatatem, quæ præstat. Primò.

409 Non instantia; & ratio cur in hoc genere determinantis pendere possit causa remota à consensu, non verò proxima & immediata est, primò: quia causa immediata, utpote constituriva signi indifferentis, nequit habere dependentiam connexionis à consensu physicè subsequenti, neque naturam, vi cujus exerceri possit circa ipsam ulla prioritas subsecuti consensûs, non egens ad talis prioritatis exercitium præexistentia: unde illa determinatio debet esse per modum physicæ causalitatis reflectentis in causam, quæ implicat: at causa remota qualis est Scientia Media, cùm neque constituat signum indifferentiæ, & alioqui sit expressio attemperata exigentiæ objecti, potest habere dependentiam connexionis ab illo, & simul jus causa itatis ob independentiam à positione conditionis.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Altera:

410 Secundò: quia præcisim à causâ immediatâ, nequit dari vel intelligi potestas ad effectum, atque adeò neque vis ulla determinandi: at præcisim à causâ remotâ, à quâ secundum se non pendeat determinatè, potestas ad effectum, ut evenit in casu nostro, bene potest intelligi potestas determinandi. Inde tertiò: quia consensus consideratus, & comparatus ad causam immediatam, nequit concipi determinatus in se ullo modo, cum præcisim à causâ immediatâ, unde determinationem habeat, & accipit, nihil sit etiam in genere determinantis: quare nullum est signum prioritatis, in quo possit circa ipsam, ratione sui, exercere determinationem, aut denominationem, quin intelligatur ipsa præsuppositā ad illum: at comparativè ad causam remotam, potest concipi jam in signo determinationis in se ex vi causæ proximæ, & sic exercere determinationem in causam remotam, qualis est Scientia Media. Vnde multipliciter patet, cur neque prima Gratia, neque cognitio, neque prædeterminatio possint liberè comparari per effectus suos: & possit Scientia Media. Scio nonnullos non detrectare posibile aliquod genus acquisitionis intentionalis ab effectu in causas immediatas, de quo mox. Infrà is nunc? & sit

Tertia.

Alias duæ vide infrà num. 481.

Scientiâ Mediâ de consensu, necessariâ per nos ad consensum; tēn etiam Decreto exequente libertatem *A*, sub quâ modò dissentit, directo per Scientiam Mediam de consensu; & æquè necessario per nos ad existentiam consensus, ac ipsa Scientia Media: ergo licet habet, ut sit liber per nos, potestatem acquirendi Scientiam Mediam, ita & acquirendi Decretum exequens libertatem. Sed qui habet potestatem acquirendi Decretum exequens existentiam auxilii, & libertatis, etiam habet in suâ potestate existentiam auxilii, & libertatis, ut patet: ergo homo *non solùm potest sibi tribuere quod veniat vocatus, sed quòd vocatus sit.* Hoc autem repugnat Augustino *lib. 83. quæst. 68.* sic dicenti: *Et si quisquam sib tribuat, quòd venit vocatus, non potest sibi tribuere, quòd vocatus sit.*

412 Confirmatur. Quia exinde dissentire Gratiæ Dei, esset aptum exercitium ad acquirēdam ipsam Dei gratiam: nam qui consentit, potest dissentire, atque adeò dissentiendo acquirere sibi decretum exequens vocationem Gratię, directum à Scientia Mediâ de dissensu sub ipsâ Gratiâ, atque adeò Gratiam ipsam. Confirmatur efficaciùs: quia ex terminis videtur repugnans, quòd Deus determinetur habere Decretum ab ipsâ Creaturâ: Nam Decretum est Deo liberum: ergo est ab ipso unicè determinante: ergo non potest qui dissentit, sibi Decretum acquirere, atque adeò neque Scientiam Mediam, si sit necessariò præcedens ad consensum. Ardenter disputat ex hoc capite *toto* passim *tractatu de Prædestinatione* Reverend. admodùm P. Noster Generalis Thyrsus, specialiter instaurando *præcedentes*, & *subsequentes* objectiones, ut repræsentabo *à num. 605.* & specialiter satisfaciam *à numero 615. & l. b. 7. à num. 112. & à num. 154.* Interim

Ex Ribad. & Thyrso Lat. ut infrà proponēda à nu. 606. & l b 7. à nu. 112 & à num. 154.

Solvitur præmittendo Doctrinam vā de Noūdam. Tota libertas præscindit ab hac Scientiâ & ab hoc Decreto.

Objectio quinta ex eodem capite valdè gravis.

§. III.

ALIVD GRAVE ARGVMENTVM.

411 Objicies quintò: Non solùm caret homo qui dissentit, *Aranda de Deo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

re rei, & independenter à nostris conceptibus, constitutivè, & secundùm se præcindit ab his numerò causis, à quibus de facto ponitur.

Potestas in Petro determinandi, est libertas existens.

414 *Secundum*: Licèt existentia Scientiæ Mediæ stare possit, quin in Petro sit absolutè libertas, à quâ aliquin determinativè dependet: nam hæc prioritas determinativa, ut sæpè diximus, non requirit existentiam physicè exercitam determinantis, sed puràm intentionalem in ipsâ Scientiâ Mediâ: Tamen Petrum v. g. non esse in potestate physicâ determinandi, donec habet libertatem. Ratio est: quia aliàs non habet potestatem liberè operandi.

Scientia Media est necessitas Disjuncti va vel sic, vel nullo modo decernendi.

415 *Tertiùm*: pari passu, quo libertas medio consensu libero sibi determinat in Deo Scientiam Mediam, determinare sibi in Deo necessitatem disjunctivam, & vagam, & vagam ad unum è duobus, nempè vel ne decernat Deus existentiam illi, vel decernat cum hoc decreto potiùs quàm cum illo. Ratio est: quia ipsa Scientia Media, eò ipsò quod necessariò constituat libertatem Dei, est necessitas Deo non libera, sed purè contingens, ne Deus decernat existentiam libertatis creatæ, vel decernat per decretum dependens ab ipsâ:

Dei libertas in Decernendo qualis?

416 *Quartum* proindè: Deo liberum esse decernere, vel non decernere Petro libertatem; non tamen esse liberum decernere sic, vel aliter: id enim pendet ab ipso Petro, mediante Scientiâ Mediâ quam inducit in Deo.

Creaturæ respectu Decreti Divini quid competat?

417 Ex his *duo* fiunt. *Primum*: diversimodè comparandam esse Petri libertatem ad existentiam Scientiæ Mediæ, ac ad existentiam Decreti exequèris, etiam in genere determinantis: nam respectivè ad Scientiam Mediam comparatur tanquam ratio *determinatè* determinans, sensu, quo *suprà* diximus; quippè Scientia Media non est Deo libera. Respectivè verò ad Decretum comparatur tanquam ratio *disjunctivè* determinans, & quidem mediatè, nempè mediante Scientiâ Mediâ: unde non necessitat Deum ut decernat, sed vel ne decernat, vel decernat hoc modo præ illo. Quare eodem genere, quo Petrus positus in libertate, pro signo indifferentiæ, potest sibi comparare Scientiam Mediam, quæ totâ æternitate præcessit, potest sibi comparare decreti existentiam, non tamen eodem modo, ut *dixi*.

Non potest Creaturæ attribui habere libertatem: licèt attribui possit aliqua circumstantia.

418 Secundum, sicut poni Petrum in libertate, vel non poni, non stat in libertate Petri, sed unicè penès Deum; ità poni Petrum in libertate per hanc circumstantiam Decreti, vel per illam stat determinativè in libitò Petri, inducta hac, vel illa Scientiâ Mediâ: quare nullo modo Petro potest attribui habere, vel non habere libertatem, & auxilium, licèt attribui possit circumstantia modi, quo habet libertatem, & tota connexio, quæ potiùs cum unâ parte, quàm cum aliâ suæ libertatis importatur in illo modo accipiendi libertatem à Deo.

De Incarn. lib. 2.

Infrà a. 471. & a num. 615. Argumenta salutis.

419 Nec mirum est, causam secundâ libertati, ex vi suæ indifferentiæ modo *suprà* explicato anticipare in Deo necessitatè vagam, ne ponat ipsam à parte rei, vel ut ponat hoc modo: cùm apud omnes causa necessaria, ejusque Divina Scientia sit in Deo vaga necessitas, ne illam ponat, vel ut illam ponat cum his proprietatibus suæ naturæ congruis: quæ necessitas apud me ex dictis *lib. 2. de Incarnatione* etiam est metaphysicè. Iam ex his, bene penetrandis, & occasione nobilium impugnatorum altiùs evolvendis inferiùs *a nn. 471. & nn. 615. & seqq.* Nunc Argumento

420 Respondetur: Concesso antecedente: distinguo consequens: ita habet potestatem acquirendi Decretum, nempe eodem genere intentionalis acquisitionis, concedo: eodem modo: nego consequentiam: nam Scientiam Mediam acquirere potest, immediatè, & tanquam ratio *determinatè* determinans ejus absolutam existentiam; Decretum verò mediatè, inducendo necessitatem disjunctivam, ne vel talis libertas sit, vel sit sub hoc decreto: unde licèt non sit in manu Petri, quòd sit in ipso libertas, aut non sit absolutè; neque quòd in Deo sit Decretum, vel non sit; tamen est in manu Petri, quòd sic, vel aliter acceperit, & accipiat libertatem, si Deus dat libertatem.

Consultò libertatis & Scientiæ Mediæ quæ respectus respectu Decreti?

421 Quare, posito semel in libertate Petro v. g. *Signum libertatis*, ex se præcindens à tali Decreto, & determinans sibi Scientiam Mediam de consensu, *conjunctum* cum istâ Scientiâ Mediâ, est necessitas talis Decreti in Deo: quod sufficit,

cit, ut Petrus habeat in suâ manu, quantùm requiritur, omnia requisita ad consensum: quin tamen habeat in suâ manu subliantiam auxilii, aut potitionem suæ libertatis: quod erat absurdum intentum ab arguente: nam hoc solum est ponere in manu Petri *Circumstantiam rei, non substantiam: connexionem* Decreti cum suâ operatione, *non existentiam*. Patet *indidem*, per Confirmationes adjunctas nihil effici: Nam cui tribuitur disjunctiva necessitas, ne sit res, aut ut sit hoc modo, non debet attribui absolutè rei existentia, aut ulla vis nocens pleniss imo Domnio illius, penès quem stat rem ponere, aut non ponere. Sed expensiùs ad hæc *infrà a num 618.*

Et confirmat.

Ann. 618.

Mens Augustini.

422 Augustini Mens clarior est, quàm ut contra nos allegari possit. Tum quia juxta nostram Doctrinam, nunquà tribuere sibi potest homo, quòd vocatus sit, ut *dicebam*. Tùm etiam quia Augustinus respexit in his ad Errorem Pelagii, & Massi ensium: quorum ille volebat, in negotio salutis incipere hominem per conatus naturæ, quibus vocatio deberet attribui. Isti, tandem, dixere, vocationem tribui posse accipienti, vel quia per conatus naturales eam mereretur, seu quòd saltem acciperet ob merita subsequentia. Contra utrosque dixit optimè Augustinus, *neminem sibi posse tribuere, quòd vocatus sit, sicut potest sibi tribuere, quòd vocatus veniat*: nam *venire*, liberum est: at vocari, cùm neque sit actus liber, *fit enim in nobis a Deo sine nobis*, ex communi proloquio Patrum: neque detur ob merita, vel conatus naturales, ut volebat Pelagius, neque ob merita consequentia, ut voluere nonnulli; nullomodo tribui vocato potest. Id quod fateri tenentur Adversarii, & Augustinum explicare, cùm asserant, Deum, licèt non necessariò, de facto tamen dare auxilium efficax, quia efficax; ita ut ratio, sine quâ non existeret in Petro auxilium, & in Deo decretum Auxilii, sit ipsius Petri liberum exercitium consentiendi: quin tamè inde quicquam sequi timeant contra mentem Augustini.

De quo lib. 10.

§. VI.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

CÆTERA ARGVMENTA SOLVVNTVR.

Objectio sexta ex P. Ribadeneyrâ.

423 Objicies sextò: Vbi deficiunt Prærequisita immediatè, ratione sui ad exercitium libertatis, deficit potestas proxima ad illud exercitium: atqui juxta nos prærequirentes ad consentiendum, decerni auxilium ex Directione, seu præcedentiâ Scientiæ Mediæ, deficit dissentienti Prærequisitum immediatè, ratione sui ad exercitium consensûs: ergo deficit proxima potestas ad consentium: ergo libertas. Major videtur certa: tum quia, in eo distinguitur proxima potestas à remotâ. Tùm etiam quia ideò juxta nos in Sententiâ prædeterminantium, deest potestas proxima ad consentiendum, si absit prædeterminatio: quia prædeterminatio est immediatè requisita ad consensum.

424 Probatur minor: quia vel dissentienti deficit prærequisitum aliquod immediatum ad consentiendum auxilio, præter modum habendi ipsum auxilium ex præcedentiâ Scientiæ Mediæ de consensu, vel non? Si primum: ergo deficit potestas proxima ad consensum: atque adeò libertas. Si secundum: rogatur ulteriùs: vel *habere* auxilium ex præcedentiâ Scientiæ Mediæ, ita comparatur ad consensum, ut sine hoc detur omnia prærequisita immediatè, vel non? Si hoc secundum: ergo sine ipso non datur proxima potestas. Si primum: ergo etiam *sine hoc habere*, dantur omnia prærequisita immediatè ratione sui ad consensû: ergo consensus esse potest sine tali præcedentiâ Scientiæ Mediæ: ergo ea præcedentia non est necessaria.

Solvitur.

425 Respondetur: & distinguo majorem: ubi deficiunt Prærequisita immediatè: *immediatione præcedentiæ, & causalitatis*, concedo: ubi deficiunt Prærequisita, *purâ immediatione requisiti*, & non præcedentiæ, nec causalitatis, nec à quibus essentialiter alioqui dependent immediata comprincipia, nego majorè. Et ratio est: quia Potestas proxima unicè constituitur per comprincipia, seu prærequisita, quæ talia sunt *immediatione causalitatis, & præcedentiæ* ad exercitium operationis: quare præcisim, & seclusim ab aliis prærequisitis stare potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

ea potestas proxima, si ejus existentia ab eis determinatè ex se non pendeat.

426 Itaque Prærequisitum essentiale *duo* dicit: *rationem* requisiti, & *rationem* præcedendi; ex quibus alia potest esse immediata; alia purè mediata: erit immediata ratio præcedendi; si eatenus præcedit ad exercitium, quatenus præcedit ad causas immediatas ipsius: erit, immediata ratio requisiti, si sine ipso non possit esse exercitium vel potestas ad illud. Scientia autem Media, & Decretum ex eâ directum, respectivè ad consensum, non se habent ut prærequisitum essentiale, immediatum, *immediatione præcedentiæ, & causalitatis*; neque immediatione requisiti, ut à quo essentialiter pendeant causæ immediatæ consensûs: sed purè *immediatione* requisiti, sine quo nequit esse consensus, ut sine causâ remotâ, & ad ipsum remotè præcedenti: quare etiam sine ipsis stat tota potestas proxima consentiendi.

Objectio septima ex Recentioribus.

427 Objicies septimò: si necessaria sit præcedentia Scientiæ Mediæ de consensu ad consensûs exercitium, simulque decretum collativum auxilii ex præcedentiâ talis Scientiæ; nequit Petrus v. g. esse liber ad consensum, & dissensum, si non possit impedire talem Scientiam, & decretum: at si necessaria sit hujusmodi præcedentia, neque Scientiam, neque Decretum potest impedire: quod ostendo primò: quia non potest impediri, quod præsupponitur per id, quod reipsâ subsequitur. Secundò: quia in tali casu non existit in Petro libertas, & auxilium, nisi per decretum connexum cum Scientiâ Mediâ de consensu: ergo evitatis existentiâ Scientiæ Mediæ de consensu, & tali decreto, evitatur causa, ex quâ unicè pendet existentia libertatis, & auxilii. Atqui evitatâ causâ, evitatur effectus: ergo Petrus non potest evitare eam Scientiam Mediam, & decretum, quin possit evitare existentiam suæ libertatis, & auxilii. Hoc autem implicat: ergo & illud.

428 Confirmatur: Ideò Petrus in libertate positus potest evitare Scientiam Mediam, & Decretum, per nos; quia ea libertas non pendet determinatè ab eâ Scientiâ Mediâ, & Decreto: sed neque dissensus hic v. g. pendet determinatè ab hac libertate, cui de facto coëxistere potest (maximè si non sit essentialiter liber:) ergo similiter poterit evitare hanc numerò libertatem: hoc non: ergo nec illud. Miror hæc objici ab Adversariis, *suprà* vitiis, posse dari à Deo libertatem per Decretum talis energiæ, ut inferat, non futuram in Petro libertatem, nisi in Deo non præcederet Scientia Media de efficaciâ, & nisi in Petro subsecutura foret efficacia auxilii, quod datur. En Petrus potest evitare Scientiam, sine quâ non existeret libertas: potest ne libertatem ipsam impedire?

Contra ipsos.

Solvitur.

429 Respondetur: concessâ majori, Negando minorem. Ad primam probationem fateor, id quod præsupponitur essentialiter ad aliquod exercitium, impediri non posse per exercitium, ad quod præsupponitur; sed per oppositum, cui coëxistere nequit: per dissensum ergo impeditur Scientia Media de consensu, & decretum; impeditur que quod ad dissensum non antecedit, sed quod physicè, & peraccidens antecedit potestatem dissentiendi, ipsamque per se subsequitur determinativè. Itaque libertas, constituta ex potestate consentiendi, & dissentiendi, constituit signum ex se præscindens, à causis sui determinatis: quod signum est signum, ut *sæpè* diximus, immediatæ causalitatis in opus; & pro quo signo, libertas unicè compajanatur cum opere, prout correspondet statui conditionato Scientiæ Mediæ: ubi præscinditur, *uti diximus, & explicuimus*, à causis remotis ex parte hypothesis, & præcisè importatur vis causativa consentiendi, aut dissentiendi, atque adeò vis porens determinare, per unum ex illis, existentiam Scientiæ Mediæ determinatæ, & alterius inexistentiam.

Satisfit per q; lib. 5. à num. 154. & à num. 214.

430 Ad secundam probationem dico, evitatis à Petro Scientiâ Mediâ de consensu, & decreto ex eâ directo, evitari quidem causas libertatis, & auxilii; non tamen causas essentialiter prærequisitas ad existentiam talis libertatis, & auxilii: imò per evitationem exercitam earum, aliàs comparati: qui autem ita impedit causam, ut non impediat omnes ex se sufficientes ad effectûs; imò ita impedit, ut ipsa impeditio sit acquisitio aliarum; nò potest eoipso effectum earû evitare: ut ex terminis patet. Et hinc patet cur per dissensum v. g. possit evitari Causa

Libertas, & Auxilium quomodo pereant à Scientiâ Mediâ determinatâ & ab eo tempore singulari directa per ipsam

sa remota libertatis, non verò libertas: nempe Tùm quia deberet in Petro assignari signum proximæ potentiæ ad talem impeditionem ut ea potestas coëxisteret cum exercitio impediendi, casu quo exerceretur: parer autem potestatem dissentiendi non posse efficere sui impeditionem. Tùm etiam quia Dissensus non impedit, tanquam potestas; sed tanquam exercitium impediendi: exercitium autem impediendi opponitur ei quod impedit: ut dissentius opponi nequit suo principio. Tùm demum quia eatenus Petrus v. g. potest evitare Scientiam Mediam de consensu, quatenus potest efficere aliquid incompossibile cum ipsis: at neque dissentiendo, neque consentiendo potest quicquam efficere incompossibile cum ipsâ causâ quæ se exercet. Unde ea ratio gratiæ, ad confirmationem adjunctam, distinguatur major: ideò solùm, nego: ideò & ultrà, quia est potestas efficiendi aliquid incompossibile cũ tali Scientiâ Mediâ, & Decreto, concedo: at dissensus, ut dicebam, neque est incompossibilis cum libertate *A*, neque quicquam inducit ipsi incompossibile. Sed de hoc *dictum* est jam, & *ultrà* dicetur *nn.* 481. & *nu.* 482.

Cur Causa Remota evitari possit, & non Proxima?

Suprà nu. 410. & infrà num. 438.

Objectio octava.

431 Objicies octavò. si enim necessaria est præcedentia Scientiæ Mediæ ad exercitium consensûs, erit verum dicere, *ideò* rem fore, *quia* Deus scit, non obstante posterioritate determinationis: ex quo fiet malè nos intulisse ex sola posterioritate determinationis in Scientia Visionis, nò posse esse verum, *ideò* esse res, *quia* Deus scit. Respondetur: In his propositionibus causalibus, quæ formantur circa liberas operationes, *ideo*, & *quia*, non sonare, quamcumque rationem conducentiæ ad existentiam efficiùs inferri, sed unicè sonare vim determinativam. Unde, licèt Scientia Media sit causa mediata consensûs v. gr. atque adeò ratio conducens ad ipsius exercitium; tamen quia est determinativè posterior absoluto consensu, si ponatur condicio; non potest unquam ex suâ necessitate præcedendi, verificare simpliciter, *ideò* rem fore, *quia* ipsa est; sed econversò. Ex quo patet, optimè *suprà* nos, ex hujusmodi posterioritate Visionis ad objectum, inferre: *Non ideo res sunt, quia Deus videt*, sed econtrà.

Solvitur explicando causales in punctu libertatis.

432 Quòd verò negata sit, Scientiæ Visionis, vis causandi in munere Scientiæ; non solùm sumitur ex posteriorite te, quam diximus, utcumque sumptâ; sed etiam ex connexione absolutâ cum effectu: nam exinde manet sine jure ad decreti præcedentiam, & inutiliter ad prudentem directionem eventûs: ut monuimus *suprà* jam ad finẽ *nu.* 394. Adde causa itatem inductam in Scientiâ Visionis à Thomistis, quam nos *suprà* rejecimus, importaje apud ipsos prioritatem determinativam: unde deduximus stare apud ipsos non posse veritates, communi Patrum, & Theologorum calculo assertas pro defensione Catholicæ Veritatis de libertate nostrâ.

In Primã par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante. Cur Visio nequeat esse directiva sui objecti? Suprà nu. 394.

SECTIO V.

DOCTRINARUM PRÆCEDENTIUM Defensio ab impugnatione recenti.

433 Quæ longo cum apparatu descendens ad punctum principale, è quo doctrinæ præcedentes maximè pendent, de Divinæ Providentiæ, quoad actûs nostros liberos, constitutione, deque Scientiæ Divinæ Mediæ præcedentiâ, ad providam eorundem dispositionem: quatere nititur præcedentes doctrinas nostras, asserendo neque ullo modo constitui Providentiam Dei quoad actus nostros liberos per Scientiam Divinam Mediam eorundem; neque ullo modo per se requiri præcedentiam ipsius. Id quod fatetur Peridoctus impugnator, quẽ alioquin veneror, esse contra communem Authoritatem Scholæ Iesuiticæ tàm nascentis, quàm crescentis, & aduitæ; Veretur tamen esse contra principia ipsius Iesuiticæ Scholæ: quasi tota Schola hucusque contra sua principia pugnaverit: quod ægrè feramus.

Recens impugnatio.

434 Ut tamen speciosè surgat impugnationis moles, jactâ super authoritatem conjecturâ; in quadro ponitur, operosè firmatis quatuor Propositionibus, quibus, & impugnatio Sententiæ Iesuiticæ communis, id est, Nostræ, & assertio propriæ, id est, negatæ passim à totâ Societate, superfluum. Satis video, præoccupata *fundità* me fuisse, quę objiciuntur denuò, ut constat ex *nn.* 247. & *nu.* 391. *præsentis Disputationis.* Verùm, quia

Ejus species.

Præoccupata à nu. 247. & à num. 391. præs. disp.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

quia nonnunquam intacta videntur ea, quæ non videntur expressa; cogor iterum ire per singula.

§. I.

QVID DE AVTHORITATE SENTENTIÆ Nostræ: ubi de Mente Societatis, & Molinæ.

435 COmmunis Authoritas Iesuiticæ Scholæ stat pro nobis, id est, pro Divinæ Providentiæ constitutione per Scientiam Mediam, ejusque præcedentiâ ad auxilii collationem. Imo ex duobus his punctis, (quæ satis maturè distinximus *suprà nu.* 220.) pro primo stat tota Societatis Schola, dèptis Arriaga, & Henao; quorum ille quæstionis momenta vix tetigit; iste non bene audiit, quasi recedens ab Scholâ suâ. Nec curo Recentes Anonymos, quos pletumque distrahit in has opinandi vias æstus contentionis.

Arriaga, & Henao singulares

Totius Societatis Mens ex RR. GG. Claud. & Mut. Infrà lib. 7 à n. 130. Apud P. Possinum Schedula Societ.

436 Pro utroque puncto, præter Doctores Societatis, ut repræsentavi *num.* 222. stant Decreta Reverendissimorum Generalium Claudii, & Mutii, quorum tenor salvari, iis negatis, nequit: stat totius Societatis repræsentatio; nam ut habetur apud Possinum *in Historiâ controversiarum* inter Patres Dominicanos, & Nostros, in Schedulâ nomine Societatis oblatâ Summo Pontifici, statuitur, Scientiam Mediam pro Divinæ Providentiæ perfectione requiri, per eamque Deum constitui liberum ad auxiliorum collationem, unde stat ratio beneficientiæ Divinæ, auxiliorum efficacia etiam in actu primo, & nostræ libertatis immunitas. De mente igitur Scholæ Nostræ, & totius Societatis non potest esse dubitandi locus. Amicam habemus: habent inimicam, Adversarii quoad hoc punctum nostri.

Mens P. Molinæ, & laus.

437 Lis movetur de mente Molinæ, quem laudat impugnator pro mille valentem in his quæ spectant ad Scientiam Mediam, utpote Inventorem, vel præcipuum illustratorem ipsius, & citat contra nos. Locus cui innititur, est in *Concord. & in primâ p. quæst. 22. art. 1. d. sp. 21 ad finem. §. Dixi paulò superiùs.* ubi dicit Pater Molina Præscientiam eventuum sub conditione *non tam ad Providentiam, quàm ad perfectionem Divinæ Providentiæ spectare.* Delusus est impugnator notâ marginali, quæ sic habet: *Providentia non includit Præscientiam eventuum.* Verùm Molinæ mens clarior est, quàm ut possit obscurari, dum in fine præcitati §. disertè concludit conditionatam præscientiam eventuum, *pertinere ad perfectionem Divinæ Providentiæ.* Quomodo negat Molina Scientiam Mediam ingredi Providentiam Dei, si negare non potest esse perfectissimam, atque adeò perfectionem omnem de lineâ Providentiæ possibilem eam ingredi, & expressè fatetur spectare ad ejus perfectionem? Aut quomodo cum Molinâ putandus est stare, qui dicit Scientiam Mediam, ejusque præcedentiam non esse perfectionem possibilem de lineâ Divinæ Providentiæ quo ad actus liberos, affirmante in oppositum Molina?

438 Sed ut clarius constet de mente tanti Doctoris, quem jure pro mille putat hic Magister, vertat folium, & in *eadem* disputatione §. *Postremò duo* relegere dignetur quæ sequuntur. *Postremò duo sunt animadvertenda. Primum est, ad perfectissimam Providentiam, necessarium esse, ut Provisor certò anteà intelligat, quid ex mediis sit, aut non sit eventurum. Quare hoc præter alia inter Divinâ Providentiam, & nostram interest, quòd Deus semper præintellexit, quid ex mediis, quæ Providentiâ suâ adhibere statuit, eventurum sit, ac proinde quæ media profutura, aut nocitura sint. Rebus arbitrio prædittis propter unum, aut alterum usum arbitrii futurum. Ratione verò hujus certissimæ præintellectionis, &c.* Videas nunc, quæ fuerit in puncto præsenti mens Molinæ. Ego certè nollem aliis vocibus poni, aut explicari thesim Sententiæ Nostræ.

439 Addo totam *disp. 14. quæst. 14. ad art. 13.* ubi Molina statuit existentiam Scientiæ Mediæ, unde hæc excerpo, & legenda propono: *Quartò: in Deo est Providentia, & Prædestinatio circa futura contingentia: ergo est præcognitio quâ præcognoscit quid futurum, aut non futurum sit ex hypothesi, &c.* Vide sumi probationem à Molinâ pro existentiâ Scientiæ Mediæ, ex necessitate Divinæ Providentiæ. Audi sequentia: *Et enim Artifex, nisi priùs intellexerit modum, quem posteà habere deberet artefactum, ex eo*

eo quòd uno, vel altero modo, in ejus confectione, manus, & instrumenta fabrilia admoverentur, nesciret hujusmodi applicare, ut tale evaderet artefactum quale illud esse vult; ita etiam nisi Deus, antequam Decreto libero suæ voluntatis cõstitueret adhibere media, & disponere res eo modo quo reipsà ordinatæ sunt, prævideret quid ex tali dispositione, & ordine esset futurum, nesciret profectò decreto illo res, ut ad fines oportet, ordinare: quin potiùs quasi casu, & præter antecedentem (nota) Scientiam Dei, res secundùm esse existentiæ, uno, aut altero modo indifferenter evaderent: Ex earum verò existentiâ deprehenderet, quales evassent: quæ planè absurdissima, atque impiissima ut sunt; ira & judicari debent, &c. Quis in suâ Sententiâ, ad has censuras Molinæ, non horreat? Pro nobis igitur est, & pro communi sententiâ Societatis stat Scientiæ Mediæ vel inventor, vel illustrator P. Molina.

Mens Patris Suar.

Fert ægrè Magister prælaudatus, quòd dixerim, dictum à Patre Suarez, *Solùm posse negari Sententiam hanc nostram ab his, qui negant Scientiam Mediam.* Ego citavi *lib. 1. de Gratiâ cap. 14. num. 3.* Et elevat fidem meam dicendo nihil simile haberi in Suarez *tali in loco.* Pater Quiros, prodicto Suarez, citavit *lib. 1. de Prædestinatione cap. 7. num. 4.* agnoscit impugnator verba, & ait locutũ Suarez de *Providentiâ Prædestinativâ*, & specialiter beneficâ, non verò de morali generaliter sumptâ, in quâ sumus. Id *ibi* Quirós jam sibi opposuit, & repressit.

P. Quirós.

440 Ipse igitur adsto subiturus periculum Fidei meæ: & affero, Patrem Suarez eo loco de *Prædestinatione* clarè dixisse in illo *de Gratiâ* sensisse clarissimè, & apertè significasse. Prima pars patet: nam invenietur fideliter ea verba. Dicis loqui Patrẽ Suarez de Providentiâ Prædestinativâ. Verùm ut advertit ingeniosè P. Quirós ex contextu Patris Suarez, Doctor Eximius continuat *cap. 7* materiam *cap. 6.* ubi quærit: *Quæ Scientia antecessariò antecedat in Deo omne Decretum interveniens in lineâ Prædestinationis*, & *cap. 6.* resolvit antecedere necessariò Scientiam simplicis intelligentiæ, non verò Scientiam Visionis: & prosequens materiam incæptam, asserit *cap. 7* Etiam antecedere cum simplici intelligentiâ necessariò Scientiam Mediam. Et addit: *hanc assertionem illi so lùm negare possunt qui omninò negaverint, Deum futura hæc cognoscere*: ergo Pater Suarez respectu omnis Decreti, & Providentiæ moralis locutus est.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Prov. & Prædestinante.

441 Secunda pars, legenti locum illum *de Gratiâ* facilè clarescet, nam cùm sibi opposuisset ex Vazquez, *cogitationem congruam, necessariò esse favorem specialem*, ex prænoticiâ eventus, ex quâ Deus necessariò dispensat: & oppositum in Atheismum vergere. Respondet Eximius Doctor, primò: *Sed non negare.* Secundò: urgere posse argumentum eos, qui hoc genus Providentiæ non agnoscunt. Tertiò: eos, quos urget, vel fundari in eo, quod non detur Scientia Media, vel in eo quòd Deus non prædefiniat actiones in particulari. Quartò demùm *num. 4.* in fine concludit contra istos his verbis: *Quâ suppositâ* (scilicet Scientiâ Mediâ) *non potest negari, quin præparatio cogitationis congruæ sit speciale beneficium, & ex Voluntate Dei absolutâ, & efficaci.* Vnde, juxta Suarez, qui negant Providentiam Dei, ex Scientia Media non dispensare auxilia congrua, negare Scientiam Mediam putantur, aut convincuntur.

P. Vazq.

442 Et certè qui legit Suarez, Molinam, Vazquez, Lessium, & omnes Nostros ævi primi, probantes existentiam Scientiæ Mediæ, præsertim ex necessitate ad perfectionem Providentiæ, jure colliget, eũ, qui necessitatem talis Scientiæ negat ad Providentiæ Divinæ perfectionem, non stare ipsum pro existentiâ Scientiæ Mediæ: de quo extat *suprà* insigne testimonium Patris Haunoldi. Et quidem experimento ipse suo doceti poterit Recentior quocum disputo, ex dictis *à num.* 364. Et hæc de Authoritate.

Molina. Suarez. Vaz qu. 7. Lessius. Alii Nostri.

Haunold. Suprà nu. 364.

§. II.

IVDICIVM DE DVABVS PRIMIS Propositionibus prima, & tertia: earumque contra Nos imbecillitas.

443 HAs jungo, quia negotii facilioris, & momenti minoris contra Nos, licèt plenè demus utramque. Prima est: *Scientia Media est ex se con-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

conditionatè determinativè posterior consensu absoluto: in casu verò purificatæ hypothesis, absolutè. Alia non sunt ad rem. Tertia est: *Effectus essentialiter determinatè ab aliquâ causâ dependens, essentialiter exigit omnia, quæ ex parte causæ, ut ipsum producere possit, essentialiter requirantur.* Hanc utramque propositionẽ, uti verissimam, dissertè admisi, & inter mea præmissa posui. Primam *lib. 5. de Scientiâ Mediâ nu. 165. & nuper à nu. 193.* ubi addidi explicationem terminorum, per quos loquitur, & sine quâ est valdè pronum hallucinari. Alteram *à num. 244.* cum Arriaga.

Suprà lib. 5. à num. 165. & nuper à num. 193.

Arriaga. A nu. 244

444 Quid ex istâ tertiâ contra me posit inferri, non video: ecce plenè concedo; inferatur, ut velis. Ex primâ arguis contra sententiam nostram Antecessor meus quem impugnavi, & cui plenè adhæret hic recentior. Argumenta fideliter posui suprà *à num. 247. & à num. 391. & à num. 395.* Et credo satis soluta. Quare ex his duobus quadri angulis nihil timendum video. Descendo jam facturus de his, juxta impugnantis principia, judicium.

Doctissim. P. Ioannes Gelòs in dictatis de Provid. Vide sup. à nu. 247. & à num. 391.

445 Censeo primò: Prima propositio verissima est juxta me: apud te necessariò est de subjecto non supponente; atque adeò falsæ suppositionis, & omninò falsa. Tres partes habet assertio. Primam de veritate propositionis secundùm se, posui, & declaravi satis num. modò præcitatis *num. 443.*

Nuper num. 443.

446 Ratio secundæ partis est primò ex discursu facto *à num. 364.* Sic argumentor: Per te, Scientia, quam in Deo Mediam vocas, ita est Deo libera, saltem negativè, ut per decretum purificativum hypothesis, possit præripere signum Scientiæ Mediæ, eamque impedire pro libito: sic habes ex speciali notâ, tractatu de *Scientiâ Dei*: ergo decretum purificativum hypothesis impedit existentiam Scientiæ Mediæ circa consensum, qui redditur absolutè futurus: ergo casus purificatæ hypothesis, est casus impeditæ in Deo Scientiæ Mediæ: ergo dicere, Scientiam Mediam in casu purificatæ hypothesis, esse absolutè posteriorem consensu absoluto, est facere propositionem falsæ suppositionis. Supponis enim adhuc in eo casu esse Scientiam Mediam: quod apud te falsò supponitur.

Vide sup. à nu. 364.

447 Dices, ex maturiori rei inspectione aliter se rem habere. Id facere videtur iste Magister *tract. de Prædestinatione*, ubi *docet primò*: eam doctrinam videri sibi conformem Scholæ Societatis. *Secundò*: posse ex ipsâ sumi solutionem argumenti, in quo versatur. *Tertiò*: à se agnosci ut probabilem in principiis quæ defendit. *Quartò*: eam se nolle traditam. *Quintò*: fatendum esse, Scientiam Mediam esse saltem priorem purificatione hypothesis prioritate logicâ, & in subsistendi consequentiâ, ut ajunt. *Sextò* demum: esse reipsâ determinativè posteriorem non solùm eventu, sed etiam decreto hypothesim purificante. Hæc in summâ.

Vide sup. num. 377.

448 Imprimis, quis hæc conciliet? Non placet Doctrina tradita: eaque probabilis adhuc agnoscitur? quis in Scholâ Societatis probabilem agnoscat exclusionem Scientiæ Mediæ respectu eventuum, qui reipsâ erunt? Secundò: si aliquando visum est *inelucrabile consequens*, dato semel antecedente: cui stat adhuc antecedens, ipsi hoc cõsequens, nõ solùm probabile sed evidens esse debet. Tertiò: quia necessitas ejus consequentis nota est ex suprà dictis *à num. 365.* & post hanc ultimam inspectionem additis *à nu. 379.* Quartò & demùm: quia videtur pejus esse, quod modò superadditur. Sic premo primò: esse determinativè posteriorem est existere ex determinatione illius, respectu cujus res dicitur determinativè posterior; sed, per te, Scientia Media est determinativè Decreto posterior: ergo existit ex determinatione decreti. Quis hoc dicat! Secundò: illi, respectu cujus est determinativè posterior Scientia, est positivè libera Scientia: ergo est libera positivè Scientia Mediæ respectu decreti divini: ergo respectu divinæ voluntatis. Hoc dici nequit intra Scholam nostram. Tertiò: decretum est indifferens ad Scientiam consensûs, vel dissensûs: quomodo ergo potest exercere vim determinativam respectu Scientiæ de consensu? Latè *suprà à num. 364. usque 370 §. 5.*

Vide sup. à nu. 364

449 Ratio ejusdem secundæ partis est ad hominem, ex his quæ habet *num. 164. de Prædestinatione.* Per te, consensus absolutus, non est objectum Scientiæ Mediæ: hæc enim *solùm repræsentat consensum conditionatum, & non absolutum*: hæc sunt Verba Recentioris: & infero: ergo differunt consensus absolutus, & objectum Scientiæ Mediæ. Patet ad hominem. Nunc sic: solùm potest Scientia Media determinari ab objecto suo: determinatur enim, quatenus est expressio attemperata naturæ objecti, quod exprimit; sed, per te, non exprimit, neque repræsentat consensum absolutum: ergo nullo casu determinatur ab ipso: ergo nullo casu est ipso determinativè posterior.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providẽt. & Prædestinante.

Quid sit Scientiam Mediâ esse Posteriorem objecto?

450 Ratio secundæ partis sumitur ex explicatione quam adhibet ipsemet *à num. 166.* prioritatis determinativæ quam habet respectu Scientiæ Mediæ objectum suum. Imprimis imponit, putâ finalizationem objecto respectu Scientiæ Mediæ: quasi Authores Societatis, qui explicant eam prioritatem, sumpto exemplo causæ finalis, unquam voluerint dicere, nullum esse discrimen inter modum causæ finalis, & modum quo determinat objectum Scientiam Mediam. Id somniavit nemo: ii ipsi, qui utuntur exemplo, apertè discriminant modum. Deinde additurus aliquid explicationi, dicit, eam prioritatem partim reduci ad genus causæ finalis, quatenus determinat physicè non existens, partim ad genus prærequisitorum physicè complentium causas efficientes, vel materiales. Discrimen adhibet: quòd ista physica prærequisita, quia complent per physicam informationem, debent præexerceri, & præexistere in signo actûs primi causarum: objectum verò Scientiæ Mediæ determinativum, ut scibile, non debet præexerceri in signo actûs, seu quasi actûs primi Divini intellectûs. Ego sperabam scire, quid præstet in signo actûs primi Divini objectum Scientiæ Mediæ, ut ejus prioritas assimiletur conditionibus physicis. His verò omissis,

Explicatio Recentior.

Explodi-tur.

451 Arguo sic: Prioritas determinativa, per te, debet assimilari physicis conditionibus complentibus ex parte actûs primi causas vel efficientem, vel materialem: Atqui id genus prioritatis repugnat objecto Scientiæ Mediæ, respectu ipsius: ergo juxta tua principia, repugnat in objecto Scientiæ Mediæ respectu ipsius determinativa prioritas: ergo juxta te Scientia Media non est determinativè posterior objecto suo, ut habes in illâ tuâ primâ propositione. Consequentiæ patent, & major est tua. Probo minorem. Nam ut objectum Scientiæ Mediæ determinet Divinum intellectum adinstar physicæ conditionis, vel debet determinare sympaticè, vel constituendo cum ipso completam vim intelligendi, vel tangendo, & veluti immutando actû quasi primum mentis Divinæ. Hæc omninò repugnare, sic ostendo. Ex primum imprimis: quia illa sympatica determinatio est plena imperfectionis, & inexplicabilis. Tùm quia præ requirit aliquem modum existendi ex parte actûs primi divini, & nullus apparet. Deinde secundum: quia derogat divinæ completioni ad intelligendum. Tùm etiam quia etiã requirit modum existendi aliquem, qui nullus est. Denique tertium: quia potentia vitalis tangi nequit, aut veluti immutari, nisi per eminentialem existentiã rei in specie, vel habitu, vel per intentionalem in actu; atqui objectum Scientiæ Mediæ antecedenter ad ipsam, nullo ex his modis essendi, vel existendi gaudet: ergo.

452 Confirmatur primò: res nullo modo existens perinde est ac nihil quoad movendam potentiam vitalem: atqui objectum Scientiæ Mediæ antecedenter ad ipsam, nullomodo existit: ergo quoad movendam potentiam vitalem, perinde est ac nihil. Secundò: Potentia vitalis non tangitur, nec quasi immutatur à rebus nisi per sui speciem, aut expressionem sui, ut est certa philosophia: ergo antecedenter ad expressionem sui, & in casu nullius speciei non est assignabilis modus, quo ex parte actûs primi possit vllares tangere potentiam intellectivam. Tertiò: objectum in se non existens, nec aliter quàm intentionaliter potens existere ab æterno, præcisim ab intentionali præsentiâ, nihil exercet respectu potentiæ essentialiter æternæ; sed objectum Scientiæ Mediæ, in statu conditionato, non potest aliter quàm intentionaliter existere: ergo, &c.

453 Censeo secundò: Tertia propositio, verissima est juxta me: Eam tamen juxta hujus Magistri principia falsam video. Prima pars patet ex *nu. 244.* ob rationes easdẽ, quas bene ipse ponderat ex Arriagâ, & Ribadeneyrâ. Ratio secun-

Arriaga. Ribaden.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

dæ partis est. Primò: implicat Deum esse Deum, & causam primam, sine Scientiâ Mediâ; sed ex parte effectûs creati non requiritur in Deo Scientia Media: ergo aliquid ex parte causæ requiritur, ut causa sit, quod non requiritur ex parte effectûs, ut producatur. Major debet esse Scholæ nostræ. Minor est tua Sententia: & consequentia est legitimæ formæ. Dices: non requiri ex perfectione Dei in lineâ causæ. Contrà: quia tam desinit Deus, esse Deum, ex defectu Scientiæ Mediæ de consensu; qui erit; ac ex defectu Omnipotentiæ. Contrà secundò: quia tuæ rationes æquè militant, si quod requiritur ex parte causæ est tale, ut eo deficiente sit Causa chymerica.

454 Tertiò: & sit ratio secundæ partis, secundò: quia de perfectione actûs primi divini pròut præcedit ad decretum executivum effectûs, vel præparativum Omnipotentiæ ad actus liberos, est coëxistentia, seu quasi coexistentia cum scibili irrate objecti conditionati: id enim exigit vis comprehensiva Divinæ mentis, & veritas nostræ Scholæ; atqui ex parte effectûs liberi, ut sit, non requiritur ea coëxistentia: ergo aliquid requiritur ex perfectione causæ in ipsâ causâ, quod non requiritur ex parte effectûs in eadem ipsâ Causâ. Tertiò: repugnat quòd Causa prima producat aliquid temporaliter, quin ab æterno præextiterit identitas sui cum Scientiâ Visionis circa effectum quem producit; sed ex parte effectûs, ut sit, non requiritur in causâ ea identitas: ergo, &c.

§. III.

IVDICIVM DE SECVNDA PROPOSITIONE.

455 EA est: *Si Scientia Media condentiam per se requisitam ad consensum: in casu consensûs, est causa essentialis immediata consensûs, & ut minimùm, constituit actum primum proximum ad consensum.*

456 Censeo sic: Hæc propositio, quoad partem utramque est evidenter falsa, in terminis implicans, nec probabiliter suadibilis. Ecce tres partes.

457 Ostendo primam: stat optimè, (& quidem demonstrabiliter) rem aliquam essentialiter determinatè per se requiri ad alterius existentiam pro prio ri ad ejus proximas causas, quin sit ejus causa immediatè, nec constituat actum primum proximum ad eam: ergo de majori ad minus est evidenter falsa Propositio. Antecedens demonstratur variis casibus. Primò: in sententiâ Durandi negantis immediatum concursum Dei cum causis secundis ad illarum effectus: quis unquam intulit fore, ut eâ datâ, maneret causa prima adhuc causa immediata talium effectuum, vel constitueret actum primum proximum ad eosdem? Secundò: pone cum communi, volitionẽ essentialiter pendere à cognitione: quis unquam dixit cognitionem esse causam immediatam habitûs voluntatis, aut constituere volitionem in ratione actûs primi proximi ad productionem sui habitûs? Tertiò: quia ubicatio, & quivis alius modus dependet essentialiter à causâ suâ: quis unquam dixit speciem ubicationis oriri immediatè à causâ præcedente modi? Quartò: Vides hominem stare non posse sine Decreto Dei circa existentiam ejus; quis dicat talе decretum esse causam immediatam discursûs, aut constituere actum primum proximum discursivi? Et ratio omnium est: quia stat optimè, esse aliquid necessariò prærequisitum ad aliud, quin sit ejus virtus præcontentiva, vel inductiva in ullo genere causæ proximæ.

458 Ostendo secundam: quia illa particula, *mediatum*, manifestè distinguit inter prærequisitum causale immediatum, & inter constitutivum actûs primi proximi; atqui hæc est aperta in terminis implicantia: Nam esse constitutivum actûs primi proximi est, constitutivum esse causæ immediatæ; causa enim proxima, & immediatâ perinde est: ergo implicat, aliquid ex vi circa effectum, vel ex conducentiâ ad effectum constituere actum primum proximum causæ ad effectum, & non esse causam essentialiter immediatam respectivè ad effectum: ergo illa distinctio excusari debuit, & est in terminis implicans.

459 Tertia pars ostensa est à me *suprà* variis in locis: tùm fit ex immediatè dictis. Insuper demonstrabitur solutis aper- *Videsupra, à num. 385. & à num. 285.*

Et signanter à num. 215.

apertè, & evidenter expeditis, quæ doctus impugnator opponit suassurus ejus probabilitatem. Denique ostenditur hoc discursu, quem satis tetigi *num.* 255. & oportet altè meditari. Sic formo: Consensus Creaturæ liber, ita est liber ut non sit eodem ipso gradu libertatis Deo liber: est evidens in Scho à nostra: & ratio est: quia Creaturæ est immediatè liber, Deo mediatè: Creaturæ ut determinanti; Deo, ut finenti Creaturam privativè se determinare ipsam & Deum: id est, in manu consilii sui: ergo libertas Dei non se habet proximè in ordine ad consensum nostrum: est evidens: esset enim consensus immediatè Deo liber. Ergo constitutiva divinæ libertatis non constituunt nostram libertatem ad consensum; est etiam evidens: nam haberet se proximè: ergo licèt Scientia Media constituat libertatem Dei, quâ ponit & expedit nostram libertatem ad consensum, & quâ dicitur, & est causa moralis & rationalis nostri consensûs boni, utpote liberè nos ponens in libertate quâ videt nos consensuros, non constituit nostram libertatem, neque Deum, ut nostram integrat libertatem. Est etiam ex præcedentibus evidens. Ergo licèt Scientia Media prærequiratur in Deo pro prio ri in casu consensûs, non est titulus cur dici possit, aut debeat causa immediata, vel constitutiva actûs primi proximi ad consensum. Hæc est nostra Doctrina. Relege num. præcitatum. Vt suadeat suam

460 Notat Eruditus Magister duo, quæ, ut ait, ab Authoribus considerata non videt. Primum: causas secundas, esse necessariò causas inadæquatas, & compleri per primam in lineâ causæ totalis, & proximæ. Hinc, tanquam evidens, infert, ingredi actum primum proximum causæ secundæ completæ, quidquid Deus essentialiter involvit, ut proximè paratus sit concurrere cum causâ secundâ. Alterum: Deum ita esse causam physicam immediatam omnium, ut non sit pu rè physica, sed rationalis, & moralis, id est, sapiens, & voluntaria. Tùm quia causa purè physica est imperfecta tùm ex illo: *Psal. 103.* *Omnia in Sapientia fecisti: Psal.* 103. Hinc, infert, Deum ut integrat causam secundam, dicere formaliter non solùm Omnipotentiam, sed etiam cognitionem, & volitionem.

461 Imprimis duo hæc, vix est ullus, qui non advertat. Deinde in terminis fibi *exinde* contra se in hoc eodem puncto objicit Pater Michael Avẽdaño *disp.* 9. *cap.* 3. §. 3. *num.* 4. Tertiò: ex his duobus corruit impugnantis opinio: sic enim arguo. Per te, Deus non est causa merè physica, sed etiam rationalis, & moralis respectu concursûs, ita ut omnia in sapientiâ faciat: ergo præscius ad quid cum Creaturâ determinatè concurrat: alioquin quæ rationalitas est, & quæ moralitas, aut qui modus faciendi *in sap entiâ, & secundùm consilium voluntatis sui*? Sed nisi præcedat Scientia Mediæ, non concurrit ut ita præscius: ergo &c. Tùm etiam: quia, præcisim ab antecessione Scientiæ Mediæ Deus concurrit æquali voluntarietate circa bonum, ac circa malum, & æquè inopinatò conjungitur malo, ac bono: Sed hæc sapit imperfectionem agentis purè physici: ergo ex ratione tuâ stat sententia nostra. Venio nunc ad considerationem prænotatorum.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. P. Avendaño.

462 Sunt verissima quæ notantur, & æquè falsa, quæ colliguntur. Vt constet falsitas primæ illationis. Notetur bene: aliud est, Omnipotentiam esse paratam Creaturæ ad concursum. Et, aliud, quid Deus requirat ad præparandâ, ut patet. Primum est, nostra libertas, quæ constituitur ex entitate voluntatis, Omnipotentiâ sic attemperatâ, & cæteris creatis comprincipiis. Secundù est libertas Dei, volentis nos relinquere in manu consilii nostri. Hæc sunt, plusquam toto Cælo diversa, utpotè libertas creata, & increata. Primum est terminus Divinæ libertatis. Secundum Divina Libertas. Vnde ergo colligis, dato vigore annotationis: quidquid requiritur ad secundum, constituere primum? Certè Omnipotentia temperata, & præparata formaliter non dicit Divinam Libertatem. Ergo falsa est illatio prior.

Quid sit in Schola Scientia Mediæ Deũ esse Causã Rationalẽ, & Moralem Alijs creatis liberi Honesti?

463 Vide falsitatem alterius. Esse Deum causam rationalem, & moralem, non est, esse causam immediatam rerum per immediatam determinationem earum hoc est certum in Scho à nostrâ. Sed est, ita esse causam immediatam rerum, ut ex prænotitiâ, & libertate, quâ se gessit in conferendo nobis libertatem, quâ præscijt nos bene usuros, dicatur author

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

moralis, & rationalis nostrorum operum: igitur denominationem causæ physicæ, habet Deus à comprincipio quod præparat, & nobiscum exercet: denominatione verò causæ moralis, habet Deus à prædicatis intelligendi, & volendi, quibus constituitur liber donator libertatis nostræ, & quibus in lineâ causæ se habet remotè ad actus nostros. Hæc est solemnis explicatio nostræ Scholæ contra Prædeterministas.

464 Objicit primò: Deus est causa immediata non purè physica, sed rationalis, & moralis: ergo si Scientia Media per se prærequiritur ad Providentiam consensûs, pro casu consensûs est causa immediata consensûs. Antecedens probatum ais. Consequentia probatur, quia tunc non potest Deus intelligi proximè potens producere consensum cum creaturâ, quin intelligatur per Scientiam Mediam scire consensum: quod certum ais: ergo Deus in casu consensûs, est per Scientiam Mediam causa immediata cõsensûs: ergò & Scientia Media. Consequentia hæc patet: quia id, per quod est Deus causa immediata rationalis consensûs, est causa immediata consensûs: sicut id, per quod est Deus causa physica immediata consensûs, est causa physica immediata consensûs. Prima probatur: nam Deus in casu consensûs est causa rationalis immediata consensûs per perfectissimam Scientiam consensûs extituri: quæ Scientia Media est. Nec obest Scientiam Mediam esse causam mediatam, quatenus dirigit Deum ad collationem auxilii, quæ est causa immediata consensûs; & etiam causam immediatam, quatenus immediatè illuminat Deum immediatè concurrentem. Res enim eadem ex diversis titulis potest esse causa simul mediata, & immediata. *Hæc tota vis.*

465 Respondetur: concesso, cum præcedente explicatione, antecedente: nego consequentiam. Ad ejus probationem, antecedens quod certum dicitur, est certò falsum. Nam sicut creatura, estò supponatur consensura, seu in casu consensûs (quod est perinde,) tamen est, & à nobis dicitur proximè potens ad dissensum; ita præcisim à Scientiâ Mediâ paratam habet Omnipotentiam proximè, atque adeò Deus est proximè potens concurrere cum Creaturâ, præcisim à Scientiâ Mediâ. Et ratio est: quia Omnipotentia est proximè parata formaliter (seu quod est perinde) Deus est proximè potens concurrere ex vi volitionis, seu decreti indifferentis, juxta communem nostrorum Sententiam, æquè bene se habentis in Deo cum hac, ac cum illâ Scientiâ Mediâ, atque adeò ab ipsâ præscindentis: falsum est igitur antecedens, quod certum dicebatur. Eo tamen permisso, sensu sano, quem nuper explicui, nego duas consequentias. Et utriusque probatio nihil obtinet.

466 Probatio secundæ peccat in eo quòd supponat, æquè se habere proximè ad consensum ea, per quæ Deus est immediata causa physica consensûs, ac ea per quæ dicitur rationalis, & moralis. Id est falsum. Deus enim est immediata causa rationalis, & moralis, non immediatione concursûs rationalis, & moralis, sed immediatione concursûs physici, qui alioquin ex plenâ libertate, quâ pollet Creaturæ, dicitur jure moralis, & rationalis. Et ratio est, quia immediatio concursûs moralis dicit vel determinationem agentis, vel efficax imperium operis inductivum, quorum neutrum Deo competit respectu nostri consensûs: & patet inde ad illam umbram paritatis, quâ nixus est Arguens. Probatio primæ peccat iterum in æquivocatione, quam modo detexi: quare negandum est suppositum.

467 Objicit secundò: consensus ex essentiâ suâ existere nequit sine auxilio collato ex prælucentiâ Scientiæ Mediæ: ergo pro casu consensûs, Scientia Media est essentialis, & immediata causa Auxilii, ex quo est consensus. Atqui essentialis causa immediata causæ ad effectum, constituit actum primum proximum ad effectum: ergo tenet secunda pars prætactæ propositionis. Subsumpta minor probatur. Quidquid essentialiter reddit causam immediatam expeditam ad producendum effectum, constituit ejus actum primum proximum; sed essentialiter causa immediata causæ reddit eam expeditam: ergo. Firmat: volitio applicativa Omnipotentiæ, quia nempe reddit ipsam expeditam ad cooperationem, constituit actum primũ juxtà omnes, quos videris: ergo & Scientia Media, quia sine ipsâ nõ est expeditũ auxiliũ pro casu consensûs.

Ref-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

Suprà à nu. 383. & à nu. 391.

468 Respondetur: concesso antecedente; pro consequente, distinguenda sunt duo diversissima, quæ confundit in Vnũ objectio: nempe *essentialis*, & *immediata*. Scientia Media, in nostrâ Sententiâ, est immediata causa nostræ libertatis, utpote constitutiva divinæ: at essentialis causa auxilii, non est Scientia Media de cõsensu: nam, & auxilium & tota libertas existere plenè possunt sine ea Scientiâ Mediâ. *Dices*: loqui te *pro casu consensûs*. Bene: sed casus consensûs est casus per accidens auxilio, & libertati: unde ergo infertur illa essentialitas? Deinde casus consensûs (quod advertendum est) est casus determinatus à Creaturâ, seu suppositio, quòd ipsa consensura liberè sit, & determinaverit Deum ad hanc Scientiam Mediam, quæ jam est in Deo disjunctiva necessitas, vel non ponendi auxilium, vel ponendi pro casu consensûs, id est ex Scientiâ Mediâ consensûs. Hæc dicimus, & cum hac distinctione, concedo consequentiam. Et

469 Nego minorem, ut evidenter falsam in exemplis suprà adhibitis. Conatum probationis facile quivis eludet, distinguendo: quicquid reddit formaliter, & constitutivè expeditam, concedo; quidquid reddit expeditam, causaliter solùm, & effectivè, nego: & hoc modo Scientia Media reddit expeditam Causam, nempe quatenus ponit à parte rei. Instantia non premit. Nam si ea volitio formaliter præparat Omnipotentiam, reddit formaliter expeditam; quid simile in casu nostro? Nihil ultrà invenio in hac propositione secundâ, quod ulterioris solutionis, curæque dignum judicem.

§. IV.

IVDICIVM DE QVARTA PROPOsitione.

470 EA est: *Principium essentiale mediarum alterius voluntatis, v. gr. consensûs, alioqui cum ejus existentia connexum essentialiter, repugnat libertati consensûs.* Hæc Propositio est ex diametro opposita nostræ Sententiæ, quam, ut jure Magister hic vocat communem in Scholâ Societatis, ita nisi fallor, minùs consequenter appellat conformem Iesuiticæ Scholæ, Propositionem suam. Ejus falsitatem ostendi multis *suprà*, & ea quæ *supra* saris, superque dicta sunt, denuò Impugnator aggerat, &

471 Objicit primò: hujusmodi principium essentiale mediatum consensûs, est essentialiter prius naturâ respectu consensûs: sed eò ipsò repugnat libertati: quod probat: quia eòipso est necessitas essentialis omninò antecedens respectu consensûs: essentialis, quia connexio essentialis cum consensu: omninò antecedens, quia existens pro priori naturæ ad consensum, in signo scilicet precedenti ad causam immediatam consensus: Atqui necessitas omninò antecedens repugnat libertati consensûs: ergo.

472 Respondetur: concessa majori de eodem genere prioritatis nempe mediatæ, quæ otiosè probatur, utpote expressa in Sententiâ nostrâ: nego minorem. Ad probationem nego assumptum. Licèt enim ea connexio præcedat ad consensum ex essentiali connexione consensûs ad ipsam; præcedit tamen ordine naturæ remotè, ex parte causæ immediatæ consensûs: quæ causa immediata omninò per accidens ponitur, & præceditur à tali connexione, & æquè bene sine ipsâ poneretur, & esset à parte rei: ac omninò præceditur hîc, & nunc, ponitur que ex liberâ determinatione ipsius consensûs, qui si non oriturus esset à tali libertate, nunquam ea libertas existeret ex influxu principii remoti, de quo loquimur. Quare tale principium mediatum, & talis connexio est suppositio simpliciter consequens, & determinativè posterior ipso consensu. Mox expendemus, quid opponatur adversus hæc.

473 Objicit secundò: Necessitas inevitabilis respectu consensûs, nocet ejus libertati; sed necessitas essentialis naturâ antecedens, est inevitabilis. Probat hanc: quia ea necessitas, est necessitas, quam voluntas non determinat per consensum, proximè potens impedire per dissensum: ergo est inevitabilis. Id potiùs videtur supponere, quàm arguere contra nos. Concessâ majori, distinguo Minorem: Necessitas, (id est, connexio, seu suppositio: nam vox, *necessitas*, ad invidiam ponitur) necessitas, seu suppositio essentialis naturâ remotè antecedens nego; proximè antecedens, omitto. Et ratio discriminis est: quia suppositio remo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

remotè solùm antecedens in lineâ causæ à quâ per accidens pendet tota virtus proxima respectu consensûs, potest esse determinativè posterior ipso consensu, nec aliter præcedens remotè, quàm ratione consensûs: unde est suppositio à liberâ voluntatis determinatione descendens, ut loquitur Anselmus de necessitate consequenti: atque adeò suppositio simpliciter sequens. At suppositio immediatè antecedens, utpote constitutiva Virtutis proximæ, præriperet jus determinandi privativè, & impediret signum indifferentiæ: quomodò ergo posset esse determinativè posterior, cùm nulla esset præter ipsam determinatio? Ad probationem, nego suppositum: est enim plena potestas consentiendi, aut dissentiendi pro libito, atque adeò vel determinandi Scientiam Mediam de consensu, vel impediendi. Vide in hæc, majoris roboris plutima *supra à num. 401.*

Anselmus

474 Instat adversus substantiam nostræ Doctrinę quadrupliciter, contendens eam esse, admodùm, vel omninò, ut patat ipse, dissentaneam Scholæ nostræ. Primò: quia ut existentia principii essentialis remoti sit determinativè posterior consensu, quantùm est opus pro necessitate consequenti, consensus intelligi debet physicè existens, in aliquo suæ physicæ existentiæ signo independenter à physicâ talis principii existentiâ: quod vocat per se notum: aliàs determinata jam erit existentia talis principii independenter à physicâ existentiâ consensûs: atqui existentia consensûs in nullo signo potest intelligi physicè existens independenter ab existentiâ principii essentialis mediati: nam causa immediata eam essentialiter supponit: ergo.

475 Secundò: quia in nostrâ Scholâ repugnans est prioritas quoad primum esse mutua, etiam in diverso genere causæ, quando utrumque causæ genus secundùm physicam existentiam est prius: unde negat eam inter habitum, & ejus dispositionem, prædeterminationem & ejus actum: sed hæc sequitur necessariò ex hac doctrinâ: ergo repugnat Scholæ nostræ.

476 Tertiò: principium mediatum essentiale, saltem præexistit essentialiter in signo naturâ antecedente principium immediatum consensûs. Nunc sic: existentia principii immediati nec determinari potest ad existendum, nec impediri per exercitium consensûs, aut dissensûs: ergo nec existentia principii mediati. Probatur consequentia: quia sicut consensus existere nequit nisi à principiis immediatis, ita nisi ab eisdem existentibus dependenter à causâ ipsorum immediatâ, quale est mediatum principium, quo de loquimur. Sed ratione prioris est verum antecedens: ergo & consequens ratione posteriotis. Firmat: quia videtur evidens, eum qui non potest determinare existentiam unius quod se prius est, neque posse existentiam alterius essentialiter eo priori prioris.

477 Quartò demùm: in terminis implicat, quòd stante principio essentiali mediato connexo cum existentiâ consensûs, intelligatur (quid dicam, detur?) potentia proxima libera, & expedita ad consensum, & dissensum. Ratio est: quia potestas proxima consentiendi constituitur essentialiter per carentiam impedimenti ad dissensum, non auferibilis, nec evitabilis. Sed tale impedimentum est existentia principii remoti connexi cum consensu: est enim imprimis impedimentum dissensûs, ut patet. Insuper est inevitabilis, utpote præexistens pro priori ad potentiam determinativam: ergo tota hæc Doctrina contradicit Scholæ nostræ.

478 Singula hæc & alia plura, æquè saltem valenter, & fortiter mihimet objeci *suprà nu. 391. totâ sect. 4.* & plenè dissecini fallor. Hæsit tamè perdoctus impugnator lapidi eidem, quasi vel despexerit, vel non viderit usquam, & uspiam solutiones. Remissâ illùc ulteriori explicatione Doctrinæ, brevi ad instantias

Vide supra laté à nu. 391.

479 Respondetur. Ad primam, distinguo majorem: consensus debet intelligi, &c. Independenter à physicâ talis principii existentiâ tanquâ determinante, seu existente in signo determinantis, concedo; independenter à physicâ ejus existentiâ tanquam anticipatò determinatâ per ipsum, nego majorem: sit in eo sensu, minorem: cujus probatio peregrinum sensum supponit in nostrâ Doctrinâ: nam causa immediata consensûs non supponit essentialiter Scientiam Mediam de consensu: sed sicut pro signo suæ indifferentiæ præscindit à consensu, ita præscindit etiam à suppo-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

sitione æternâ consensûs, quæ est Scientia Media. Itaque & signum existentiæ nostræ libertatis est exercitè cum æquali indifferentiâ ad existentiam consensûs, ac ad existentiam Scientiæ Mediæ de ipso: & existentia ipsius consensûs est signum exercitii, independentis ab omni æternâ connexione determinante, anticipantis verò per puram sui cum illis connexionem plures æternos nexus, qui nunquam extitissent in Deo, nisi ratione consensûs exituri. Hæc est determinativa prioritas. Relege supra *lib. 5. à num. 154.*

Lib. 5. à num. 154.

480 Ad secundam, video peccare nimis arguêtem in sincero conceptu prioritatis determinativæ. Hæc juxta nos non requirit ex parte cósensûs præexercitam existentiam ipsius, aut ullam physicam præexistentiam respectivè ad nexus æternos quos determinat; exercetur enim, ut sæpè explicui, non per influxum consensûs in Scientias Dei, nec per præexercitam ad illas existentiam, sed per puram consensûs exigentiam, ut omnis connexio cum illo sit attemperata naturæ ipsius, nec aliter existens, quàm ex privativo jure ipsius. Quo supposito, fateor, repugnare prioritatem mutuam, quoad primum esse etiam in genere diversò causalitatis, quando causalitas præstari debet, aut per verum influxum, aut ex præexercitâ existentiâ causæ, ut accideret in exemplis objectis, & nego minorem ob *nuper* dicta.

481 Ad tertiam, dico, principium mediatum, de quo loquimur, si existat, præcedere ad causam immediatam consensûs. Contingenter tamen existere: & causas immediatas ex illo. Eo animadverso, ad paritatem de causis immediatis, concesso antecedente, nego consequentiam, & tres disparitates olim obtuli *num.* 410. quarum nullam dignatus est attingere disputans. De aliis duas sat ciliores. *Prima* est: quia nulla est virtus præcontentiva sui, aut sui destructiva per exercitium sui: nam exercitium est ex terminis præsuppositio virtutis ipsi coëxistentis, & dantis esse: at quævis virtus potest esse præcontentiva, vel destructiva ejus sine quo potest esse: sic se habet causa immediata respectu remotæ de qua loquimur: nam sine ipsâ potest existere. Vides claram disparitatem.

Suprà nu. 410.

482 Accipe *secundam* adhuc clariorem: quia respectu causæ immediatæ connexæ repugnat determinativa posteriotitas, non verò respectu mediatæ connexæ. Et ratio repugnantiæ est evidens: quia causa immediata ratione suæ immediationis cōstitueret actum primum, & ratione suæ connexionis præriperet signum indifferentiæ, & jus determinandi, cùm actus primus jam imbiberet determinationem: Quare nullus esset locus libertati operationis; at in causâ mediatâ per accidens præcedenti ad signum immediatæ, qualis est Scientia Media, nihil est simile.

483 Ad quartam, nego assumptum. Ad probationem, nego minorem. Existentia enim Scientiæ Mediæ de consensu non impedit dissensum, nisi per accidens, secundariò & consequenter; Primaria enim impeditio dissensûs, est consensus, à quo determinante habet æternum existere Scientia Media, & totus ejus influxus in nostram libertatem; quæ tota etiam, dum ab ipsâ ponitur à parte rei, tota in signo suæ indifferentiæ præscindit ab ipsâ, æquè benè tota extitura à parte rei sine eâ Scientiâ Mediâ ex quâ est. Vides dirutam machinam impugnationum, quam, fateor, expectavi solidiorem à tanto Magistro, quem plurimis de nominibus veneror.

SECTIO VI.

COROLLARIUM DE SPECIALI DEI Beneficentiâ in Auxiliorum efficacium collatione: ubi de necessitate strictæ Directionis Scientiæ Mediæ.

§. I.

CERTA: ET PRIMA CONCLUSIO resolvens: ubi de necessitate Scientiæ Mediæ ad Divinam Beneficentiam.

484 SUpponо *duo*, quæ sæpè repetimus, & in Schola Societatis debent esse certissima. *Primum*: Auxilium efficax esse speciale Dei beneficium. *Alterum*: specialitatem beneficii objectivi in auxilio efficaci sumi ab operatione bonâ recipientis auxilium, ipsique cooperantis, atque adeò ipsam bonam

Suprà lib. 3. à num. 507. & infrà lib. 13. à num. 66.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

nam operationem esse Dei speciale donum. Vtrumque dabo, necessariòque dandum Thomistis, & veritati, dicam *lib. 13. in repræsentatione controversiæ.* Ratio est primò à posteriori: quia pro eo excessu boni, quo gaudet recipiens auxilium efficax respectivè ad aliud, qui solùm recipit purè sufficiens, tenetur agere Deo gratias. Secundò à pari: quia Perseverātiæ Donum est specialissimum beneficium Dei ex Tridentino: hoc autem donum stat in auxiliis efficacibus, ut *alibi* ostensum est. Tertiò à priori: quia *omne bonum defluxum est, descendens à Patre luminum.* Ratio posterioris: quia ipsa bona operatio est Dei donum, physicè, & moraliter à Deo collatum, ut habent expressè Patres apud Ruiz *disp. 34. de Prædest.* & quidem per se patet, omne bonum, cùm sit specialis participatio Dei, existere non posse, nisi causatum, & voluntariè fluens à fonte omnis boni, qui Deus est.

Certa inter Scholā utramque.

Trident.

Alibi lib. 11. à num. 332.

Ruiz.

485 Dices: beneficium non crescit ex effectu pendente à libertate Donatarii, nam, ut ait Seneca, *nemo sibi beneficium debet.* Distinguo: si author beneficii neque physicè, neque moraliter dat talem effectum donatario, concedo: si dat, nego. *Dices* iterum: præscinde Scientiam Mediam: & accipiant Petrus, & Paulus, æqualem entitatem auxilii: & alter consentiat, dissentiat alter. Tunc æquale beneficium Deus faceret: ergo semper. Nam Scientia neque auget donum, neque affectum. Permitto casum impossibilem: & sequelam: & nego consequentiam: quia tunc non daretur à Deo operatio ullo modo datur. Videantur Quiros *disp. 21.* & Ribadeneyra *disp. 5. de Prædestinatione.* Reliat videre nunc, quid requiratur ad hanc specialitatem beneficii: in quā quæstione, subtili quidem, & uti ī, & pro coronide præcendentium, necessariā, dicam ipse, sine Authorum, & sententiarum repræsentatione, quod sentio.

Seneca.

Quirós. Ribaden.

Quæstionis utilitas, & punctū.

Ad Rationem Beneficii in Auxilio efficaci requiritur Præcedentia Scientiæ Mediæ

486 Prima Conclusio: Nequit stare specialitas beneficii in auxilio efficaci sine præcedentiā Scientiæ Mediæ: quare si necessariò, ut posuimus, auxilium efficax importat rationem specialis beneficii, præcedentia Scientiæ Mediæ necessaria est. Ratio conclusionis mihi est: quia nequit stare ratio beneficii, nisi donum reipsâ sit donum, & voluntariè datum: ergo neque auxilium efficax potest habere rationem specialis beneficii præ purè sufficienti, nisi res, quā superat, & differt à purè sufficienti, sit Dei donum, & voluntariè à Deo data Donatario. Sed nequit voluntariè dari sine Præcedentiā Scientiæ Mediæ; ut *suprà* confecimus: ergo neque stare ratio specialis beneficii sine præcedentiā Scientiæ Mediæ.

Suprà à num. 348.

Objectio P. Anton. Perez.

487 Objicies primò ex Patre Antonio Perez, qui *disp. 4. de Prædestinatione* supponit duo: *Primum*: Scientiam Mediam esse indivisibiliter volitionem sui, & simul objecti boni, quod attingit, absolutam sui: conditionatam objecti. *Alterum*: collationem auxilii efficacis connecti absolutè cum efficaciā prout conjunctam Scientiæ Mediæ, cui alioquin realiter identificatur. Iam ita arguit *capite 2.* Voluntas aliqua libera tunc est specialis benevolentia, & beneficium ratione alicujus Scientiæ, quando ratione illius Scientiæ, habet rationem amoris specialis utilis ei, cui benefacit: At qui præcisim à præcedentiā Scientiæ Mediæ, volitio collativa auxilii efficacis ratione illius Scientiæ redditur amor specialis, & utilis ei, cui confertur auxilium: ergo præcisim à præcedentiā Scientiæ Mediæ redditur specialiter benevola; & auxilium, speciale beneficium.

488 Minor probatur quoad utilitatem amoris: quia amor auxilii ex identitate cum futuritione conditionatā efficaciæ redditur connexus cum ipsā efficaciā: ergo redditur connexus cum specialī bono Donatarii: ergo redditur amor specialiter utilis. Deinde probatur quoad specialitatem amoris: quia illa volitio collativa auxilii ex coexistentiā cum Scientiā Mediā, redditur amor identificatus cum complacentiā de efficaciā: ergo redditur amor efficaciæ: ergo redditur amor ex vi affectūs connexus, & complacens cum efficaciā: ergo redditur amor collativus auxilii cum complacentiā, & affectivā connexione cum efficaciā: ergo, &c. Acunien agnosco plurimum: nullam vim.

Solvitur.

Ex lib. 5. à nu. 208.

489 Respondetur: admissis, quæ supponuntur juxta *principia nostra*: & distinguo majorem: quando ratione Scientiæ habet rationem specialis amoris; purè materialiter, & cum involuntarietate boni quod confertur, nego: formaliter, & cum volūtarietate boni, quod confert, concedo. Præcisim autem à præcedentiā Scientiæ Mediæ, amor ille collativus auxilii, neque potest esse voluntaria collatio efficaciæ; neque amor illius, nisi purè materialiter, & identicè, tum distinctione virtuali, ratione cujus ita se habet energia illius affectūs, ac si realiter distingueretur à Scientiā Mediā, & complacentiā conditionatā, quoad effectum transfundēdi in se rationem ullam specialis amoris Deo liberi circa efficaciam auxilii, quod confertur.

Objectio Aldrete:

490 Objicies secundò ex Patre Aldrete, qui *disp. 14. de Prædestinatione* contendit sine præcedentiā: Scientiæ Mediæ stare posse specialitatem beneficii, & arguit sic: ex receptione beneficii crescit beneficium: ergo etiamsi sine Præcedentiā Scientiæ Mediæ conferatur auxilium efficax, erit speciale beneficium. Consequentia patet: quia operando acceptat. Probatur antecedens primò: quia qui acceptat beneficium, magis obligatur ad habendam gratiam: unde ludices exinde nolunt acceptare munuscula litigantium: & Nobiles respuunt favores Magistratuum: videlicet, ne obligētur ad redditionem gratiarum. Secundò: quia *Beneficium est actio benevola, gaudium tribuens capienti*: ergo quò majus est gaudium, est majus beneficium: majus autem gaudium est fruentis bono, quàm non fruentis. Tertiò: quia juxta Aristotelem, conferre beneficia, superioris est; & inferioris, acceptare: ergo ex acceptatione tenetur homo specialiter gratias agere, ut se ab inferioritate liberet, & æquè sit retribuendo magnanimus, ac fuit alter benefaciendo.

Species ingeniosa.

Seneca.

Aristotel.

Solvitur.

491 Respondetur: & nego antecedens; ex acceptatione Donatarii non crescit actio benevola, in quā consistit ratio beneficii, sed res beneficii: fieret enim alioquin, crescere beneficium, non crescente parte ullā formaliter constitutivā Beneficii: imò cum actione dispariliter benevolā, stare posse excessum beneficii pro parte, quo quā actio est benevola minùs. Ad primam probationem, dico non, ne ingrati sint, sed ne inferiores fiant, venaleve. Ad alteram, dico essentiam beneficii inferre plerumque gaudium in donatario, non requirere. Ad tertiam dico, eum qui acceptat, ratione rei acceptæ, non teneri specialiter ad actionem gratiarum, ne ingratus sit, sed ne maneat in statu inferioritatis, ut *inquit* Aristoteles.

Cur Iudices, & Nobiles respuāt oblata munera

In Primā par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

§. II.

SECVNDA CONCLVSIO RESOLVENS, ubi de necessitate Affectūs ad Beneficientiam.

Vltra præcedentiam, requiritur specialis affectūs. & qualis? ex Senecā. Iuristæ. Theologi. Cum Augustino.

492 SEcunda Conclusio: Ad rationem specialis beneficii, non sufficit præcedentia Scientiæ Mediæ, si desit specialis affectus circa rationem, ex quā crescit Auxilium efficax in ratione utilis accipienti. Probatur primò: quia ex Senecā *lib. 1. de Benefic. cap. 6.* quem secuti sunt unanimiter Iuristæ, & Theologi cum Augustino, Beneficiū est: *Benevola actio: non enim in eo*, ait Magnus ille Philosophus, *quòd fit aut datur, consistit; sed in ipso dantis, aut facientis animo*: ergo nequit dari speciale beneficium, quin detur actio specialiter benevola: ergo quin detur specialis benevolentia: ergo quin detur specialis affectus. Secundò: quia affectus ratenus censetur magis dignus gratiarum actione, ex præscientiā boni quod confert: quia ex tali præscientiā censetur major affectus. Tertiò: quia affectus requisitus ad specialitatem beneficii, talis esse debet, ut ex se non sit compossibilis cum modo dandi extinguente rationem specialis benevolentiæ; ut per se patet: atqui affectus, quo confertur auxilium efficax cum præscientiā efficaciæ, nisi specialis sit, componi potest cum modo dandi extinguente rationem specialis benevolentiæ; componi enim posset cum nolitione dandi auxilium efficax ex cōplacentiā de efficaciā, & cum nolitione specialis amoris: ergo.

493 Quartò: quia Nemo dat beneficium, nisi gaudens conferre bonum: nisi enim gaudeas bonum conferre, non meteris gratiarum actionem: at nequit gaudens conferre speciale bonum ex præscientiā, nisi per specialem affectum dandi: ergo. Quintò: quia speciale beneficium est *per se*, debitum gratitudinis in accipiente: atqui debitum gratitudinis nascitur ex affectu speciali dantis; quia sine ipso, licèt bonum sit imputabile do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

nanti, non tamen specialiter causatur ab ipso, quantùm requiritur ad munus benefactoris, atque adeò ad fundandum debitum gratitudinis. Vltimò: quia non crescente parte constitutivâ beneficii, manet invariatum donum in ratione beneficii; atqui præscientia non constituit beneficium, sed affectus: ergo.

Objectio ex Aldrete, & P. Doctore Ribaden.

494 Objicies ex Aldrete, & Ribadeneyra: sit in Deo, (ut revera est) hujusmodi affectus: *Volo dare hoc auxilium Petro, pure, & secundùm omnem utilitatem, quam in re habet respectu Petri, & intendens, ut habeat omnem, quam potest*: jam sic arguunt: hic affectus stat in Deo, sive donet auxilium, reipsâ purè sufficiens, sive reipsâ efficax; at Auxilium efficax, accedente Scientiâ Mediâ de efficaciâ, ex vi talis affectûs est speciale beneficium: ergo stat specialitas beneficii, sine specialitate affectûs. Major patet: quia ille affectus, cùm non exprimat utilitatem efficaciæ, quam tamen alioqui seriò vult, non connectitur cum illâ. Probatur minor: Tùm quia accedente solùm Scientiâ Mediâ, jam illa efficacia est voluntaria, & imputabilis Deo: Tùm quia tunc crescit donum, & utilitas Petri ex majoritate intentâ, & volitâ; at beneficium crescit ex majoritate intentâ, & volitâ, ex quâ crescit donum, & utilitas accipientis: ergo.

495 Confirmatur. Qui dat monetam Petro intendens omnem utilitatem illius, majus beneficium confert, accedente Scientiâ de valore centum, quàm eâ non accedente: licèt affectus utrobique par sit: ergo etiam crescit beneficium, si præcognoscatur valor centum: imò etsi ignoretur. Ratio est: quia Scientia non auget beneficium, si non auget affectum; at hic non augit affectum, & augetur beneficium ex majoritate alioquin intentâ: ergo.

Solvitur.

496 Respondetur, imprimis negando suppositum: affectus enim in casu præscientiæ de efficaciâ est valde dispar: sicut & dispar est medium, quod voluntariè eligitur ad finem præintentum. Quicquòd hic supponitur Deus præoccupare Scientiam Mediam in decernendo, quod implicat. Permisso demum supposito, & majori, nego minorem: quia tunc Deus ex se æquè daret efficaciam accipienti, ac non accipienti. Ad primam probationem, dico, efficaciam exercitè fore voluntariam: Deo materialiter, ut est efficacia, quæ non ponitur, & similiter intenditur. Adde: ad rationem beneficii non sufficere quancumque voluntarietatem doni, sed voluntarietatem propriè, & specialiter donativam boni, modo causandi sufficienti ad inducendum debitum gratitudinis speciale: quod requirit ex parte donantis modum benefaciendi specialem.

497 Ad secundam: Distinguo quod assumitur: crescit utilitas Petri ex majoritate Petro volitâ æquè, ac si non acciperet, concedo: modo volendi, ex se causativo specialiter talis utilitatis in Petro, nego: ex hac autem majoritate crescit ratio beneficii: non enim sufficit ad beneficium dare rem utilem alteri, nisi specialiter ametur ut utilis. Ad confirmationem, nego antecedens: quia dat affectu parato non dare tantùdem: beneficium autem debet ita dari, ut affectus non sit ex se paratus non dare, quod dat: id enim docet ratio naturalis, & ex illâ, Seneca *loc. cit.* *Seneca.*

§. III.

TERTIA CONCLVSIO RESOLVENS: VBI de specialitate affectûs ad Beneficientiam.

Vtra requiritur moveri ex efficaciâ.

498 Tertia Conclusio: Specialitas affectus ad rationem specialis beneficii necessaria in conferendo auxilium efficax, sumi debet ex eo, quòd efficaciam habeat pro motivo conferendi auxilium. Sequitur ex *præcedenti*: & ratio à priori est. Affectus ad rationem specialis beneficii necessarius est ille, quo actio redditur specialiter benevola: ergo est affectus, quo specialiter exercetur virtus beneficientiæ. Nunc sic: Non exercetur virtus formaliter circa objectum in specie talis virtutis amabile, nisi tendat ad objectum ex motivo talis amabilitatis: ut enim est commune proloquium *Theologis, & Philosophis moralibus ex Augustino, & Aristotele; non æstimantur virtutes ex officiis, sed ex finibus*: ergo neque formaliter exercetur virtus circa objectum in suâ specie specialiter, & magis amabile, nisi tendat ex motivo specialis, & majoris amabilitatis, quam in objecto videt. Atqui Auxilium efficax ratione efficaciæ redditur objectum specialiter & magis amabile à virtute Beneficientiæ, quàm putè sufficiens: ergo nequit exerceri specialiter & magis virtus Beneficientiæ conferendo auxilium efficax, nisi tendat in illud ex motivo speciali efficaciæ: ergo, &c. *Augustin. Aristotel. Lact. in Prooem. de Bonit. & Malit.*

Nuper nu. 492. Seneca.

499 Confirmatur primò: quia ut *nuper* dicebam ex Seneca: *in*, & *ad* rationem beneficii non tam attenditur res, quàm animus conferentis: Iam sic: ipse ergo animus, & affectus conferentis est quasi anima Beneficii, & forma, quâ donum vivificatur, & constituitur in ratione Beneficii: ergo si ex duabus formalitatibus Boni utilis, quas importat auxilium efficax, nempe sufficientia, & efficacia, non informatur utraque affectu, & animo conferentis, nequit utraque simul habere rationem beneficii. Confirmatur secundò: distinguo in auxilio efficaci ista duas rationes boni utilis: & arguo sic: Auxilium, secundùm se, nequit esse beneficium, nisi informetur animo conferendi, quia est bonum accipientis: ergo auxilium efficax nequit esse speciale beneficium, nisi informetur animo conferendi, quia est specialiter bonum accipientis: specialitas autem boni est efficacia.

500 Confirmatur tertiò: Bonum ut *quatuor*, si conferatur à Benefactore cum ignorantiâ excessûs ad duo, non esset Beneficium excedens & majus eo, quod conferretur per bonum *ut duo*: quia excessus ratione ignorantiæ, perinde esset ad beneficientiam dantis, ac si non esset; Atqui etsi sciretur excessus, si animus benefactoris nò moveretur ex ipso, esset quoad rationem beneficii, quasi nò esset: quod ostenditur: quia æquè in utroque casu deesset informatio materiæ alioquin aptæ ad beneficium, necessaria ad rationem beneficii: deesset enim animus conferentis: sicut enim, licèt cognoscatur objectum aptum movere in lineâ virtutis, si abfit affectus, quo velis ex illo moveri, deest forma, quâ informetur in lineâ talis virtutis: ita similiter. Confirmatur quatrò: quia exindè Debitor, qui solvit, ut juri contra se acquisito satisfaciat: & Iudex, qui pronuntiat, ut Iustitiæ ster, iniquè gratitudinem exigunt, licèt alioqui res conferant accipienti bonas. Confirmatur ultimò: si deberet Deus auxilium secundùm se; & solùm exercere posset beneficientiam in collatione efficaciæ, non ipsam exercere, nisi moveretur ex efficaciâ: at Deus non minùs est specialiter beneficus in collatione efficaciæ, ac si deberet sufficientiam: ergo.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Objectiones addendæ.

501 Objicies. *Tùm quia*: Qui nocet alteri, licèt non ex motivo nocendi, injurius est: ergo qui favet, estò non ex motivo favendi, beneficus. *Tùm quia*, debitum gratitudinis nasci potest ex multis, quæ non fiunt ex animo benefaciendi: ut patet in Filiis, in subditis, & in servis: ergo talis animus necessarius non est ad fundandam gratitudinem, atque adeò neque ad rationem correlativam beneficii. *Tùm quia*, crescente aliquâ ex partibus requisitis ad totû, crescit totû; at crescente utilitate materiæ, quæ datur in beneficium, crescit pars totius, in quo beneficium consistit: & crescente, vel adjunctâ efficaciâ crescit utilitas doni, quod datur in beneficium: ergo quicquid sit de affectu, semper erit majus beneficium Auxilium efficax præ putè sufficienti. *Tùm quia*: Vt crescat meritum, non requiritur crescere partes omnes constitutivas meriti, sufficitque crescere aliquam: v.g. si velis propter Dei gloriam, pati martyrium; pòst velis dare eleemosynam: plus mereris *ibi*, quàm *hic*: quia licèt cæteta sint paria, crescit *ibi* meritum ex parte tendendi ad objectum gloriosius: ergo similiter in casu nostro.

502 Confirmantur hæc omnia: quia ut quis de altero sit benemeritus, non requiritur, ut circa illum exerceat virtutem beneficientiæ: ergo neque ut quis de altero sit magis benemeritus: ergo neque ut Deus sit quasi magis benemeritus, de illo, cui reipsa confert auxilium efficax: ergo neque ut Donatarius sit magis obligatus ad gratitudinem: ergo neque ut sit majus beneficium. Omnia videntur benè descendere ex primo antecedente: quod patet: tùm ito, qui necessitatus disjunctivè dare bonum utile Petro, vel Paulo, non exercet beneficientiam, & tamen benemeretur de Petro, quem eligit. Tùm ito, qui prohibetur dare alteri bonum; & peccando dat; & sine exercitio benefaciendi, de illo benemeretur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Solutio. Laïc tract de Actib. Human.

503 Respondetur. *Ad primum*, concesso antecedente, nego consequentiam, quia ad malum sufficit voluntarium indirectum: non ita ad bonū: *bonum* enim *ex integrâ causâ, malum ex quocumque defectu*. Et ratio est, quia ut noceas injuriosè, sufficit nocere sine justâ causâ, & quando non debes: ut juveas verò, requiritur ut sis in operando benevolus: atque adeò ut operaris ex præscripto benevolentiæ. *Ad secundum*, nego antecedens: Neque filii, subditi, aut servi exercent strictam gratitudinem, quando bona alioquin accepta, seclusâ beneficientiâ conferentium, rependunt obsequio, & reverentiâ. *Ad tertium*, dico verum assumi, si pars crescat: prout est pars requisita ad totum: Utilitas autem boni, eatenus est pars beneficii, quatenus informatur animo conferentis; quare nisi sic crescat; non crescet, eâ crescente, beneficium: Sicut neque creseret homo in esse talis, crescente brachio, non informato animâ hominis, sed alioquin aucto. Ex quibus patet etiam *ad quartum*.

504 Ad confirmationem: Distinguo majorem: non requiritur ut circa illum virtutem Beneficientiæ exerceat, nec *formaliter*, nec *æquivalenter*, nego: *formaliter de necesse*, transeat. Volo dicere: quòd, ut quis benemereatur de alio, opus est ut saltem affectu, & modo conferendi, imitetur exercitium beneficientiæ, licèt alioquì ex aliquâ circunstantiâ desinat affectus ille, devietque à virtute, quia deviat ab honestate: & contra id, nihil afferunt probationes antecedentis assumpti.

§. IV.

QVARTA CONCLVSIO RESOLVENS: ubi de necessitate Divinæ Beneficientiæ in collatione efficacis Auxilii.

Deus non potest non moveri ex efficaciâ, si confert auxilium efficax.

505 QVarta Conclusio: Deus, dum confert auxilium efficax, necessariò exercet specialem benevolentiam; nec potest non dare, quia efficax, & ex motivo efficaciæ. Id difficillimus est, sed mihi verum. Primò: quia aliter non video, cur auxilium efficax debeat esse speciale Beneficium reputatique pro tali in Schola nostrâ, ut unanimi consensu supponimus ex calamo Sanctorum, Conciliorum, & Patrum: auxilium autem efficax essentialiter & necessariò importat rationem specialis beneficii: & necessariò furdat in accipiente debitum strictæ gratitudinis; quæ, *juxta præcedentia*, stare non possunt sine veritate præsentis asserti.

Deus Omnis Boni Causa Directa, & Specialis.

506 Secundò: Nam Deo debet attribui existentia omnis boni, quod existit in rebus, sive naturale sit, sive supernum, sive hæc ratio boni sumpta sit ex intrinsecâ, sive ex extrinsecâ circunstantiâ: & ratio est, quia Deus est voluntarius fons omnis Boni, & *omne bonum desursum est descendens à Patre luminum*: idque naturali instinctu edocti fatemur: ergo etiam Deo volenti auxilium reipsâ efficax, debet imputari, & attribui, illa specialis æstimabilitas auxilii, illaque bonitas, coordinatio, & specialis consonantia boni, quæ resultat ex productione auxilii in hac circunstantiâ efficaciæ: id enim speciale bonum est. Atqui Deo omne bonum debet attribui, non quidem materialiter, & indirectè, sed ut etiam formaliter, & directè volenti: Tùm quia debet attribui ut authori, & fonti voluntario: Tùm quia omne velle Dei est formale, & directum, vel non est velle: velle enim interpretativum, & indirectum, non est Dei, sed Nostrum, per has moralitates divagantium: ergo illa specialis bonitas debet etiam attribui Deo, dum confert auxilium, non solùm ut indirectè, sed ut directè volenti, & formaliter in ipsâ complacenti: ergo.

Dei Inclinatio erga Bonum.

507 Tertiò: Volitio collativa auxilii necessariò intendit, ne sit sub illo peccatum: id enim spectat ad honestatem operantis, summè prohibentis, & aversantis peccatum, quantùm est ex se: ex quo fit, peccatum, etsi sequatur ad positionem auxilii, idque prævideat Deus, ipsi Deo imputari non posse: ergo Deus conferens auxilium, quod videt immune à peccato, si sit; necessariò dat ex complacentiâ, & gaudio speciali de tali circunstantiâ, atque adeò de efficaciâ: sicut necessariò dabit cum displicentiâ de oppositâ circunstantiâ, si videat conjungendum cum peccato, & conferat ob altissimos suæ Providentiæ fines: ergo necessariò movetur ex efficaciâ. Probo primam consequentiâ, ex quâ bene secunda descendit: Nam, qui incendit, & afficitur erga bonum, necessariò gaudet de illius possessione: ergo si Deus per volitionem collativam auxilii intendit defectum peccati sub auxilio, si detur; præscius de defectu peccari; si dat, necessariò dat ex gaudio de tali defectu: ergo ex complacentiâ boni oppositi, atque adeò efficaciæ.

Deus necessariò cõ placet in Bono, si sit.

508 Quartò: qui ex sui dignitate, & modo dandi bonum, intendit omnem utilitatem accipientis, necessariò gaudet utilitatem dare, quam præscit: alioquin inconsequenter in volendo procederet, ut per se patet: atqui Deus ex sui dignitate, & modo dandi bonum, intendit omnem utilitatem hominis accipientis; & alioquì præscit utilitatem efficaciæ: ergo necessariò gaudet eam utilitatem dare: ergo. Confirmatur: Deus, quia summè rectus, & bonus, necessariò gaudet in eo, quòd homines grati sint ipsi, lucrando auxilia gratiæ, quæ confert: ergo necessitatur gaudere in eo, si det auxilium, & sciat lucrum hominis sub conditione, quòd sit auxilium: ergo ipsa Scientia Media, per quam Deus scit fore lucrum hominis sub hoc auxilio, est pari modo conditionata complacentia talis objecti: sicut opposita esset displicentia conditionata: id quod adstruxit *Suprà* Pater Antonius Perez: licèt utraque sit à ioquin (ut puto cum Patre Quirós) absoluta complacentia sui: ergo repugnat, quòd Deus det ex præscientiâ conditionatâ auxilium efficax, quin simul det ex complacentiâ efficaciæ: qui autem dat necessariò ex complacentiâ, necessariò movetur ad dandum ex bono, in quo sibi complacet. Manet autem ex *suprà* fusè disputatis necessariam esse præcedentiam talis præscientiæ ad collationem efficacis auxilii.

Aut Per. Suprà num. 489. & Nos cum P. Quirós.

Suprà à num. 330.

Nec id præjudicat Infinitati Dei.

509 Objicies *primò*: quia illa bonitas infinita est: non ergo rapit necessariò Deum. *Secundò*: quia hæc non probant, peragi id debere per eandem volitionem collativam auxilii, sed per ipsam, aut per aliam. *Tertiò*: quia durum est cogere Deum ad formalem beneficientiam. Respondetur. *Ad primum*: illam bonitatem fateor finitam esse; nego tamen exinde nasci necessitatem amandi, sed ex summâ Voluntatis Divinæ rectitudine, & bonitate, ad eum modum, quo Deus à multis dicitur necessitari ad amorem possibilium. *Ad secundum* dico, id, quod datur, mihi nunc sufficere. Deinde patet ex *num.* 506. Deo repugnare volitiones interpretativas. *Ad tertium*: non cogimus Deum, ut exerceat beneficentiam, sed docemus, dum alioqui beneficia conferr, operari ex motivo virtutis: quod Deum summè decet.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Nuper num. 506.

§. V.

VLTIMA CONCLVSIO RESOLVENS: ubi de necessitate strictæ directionis Scientiæ Mediæ.

Stricta Directio Scientiæ Mediæ, est Necessaria Deo in Auxiliorum collatione.

510 QVinta Conclusio: Non solùm est Deo necessaria in collatione auxilii efficacis *lata directio* Scientiæ Mediæ, quam explicuimus *num.* 288. & probavimus *à num.* 298. ejusque formalis præcedentia, ut constat ex fusè dictis *à num.* 330. sed etiam *stricta directio* Scientiæ Mediæ, quam etiam explicuimus *num.* 288. Quare non solùm in præsenti providentiâ, dat Deus auxilium efficax, quia efficax; & negat inefficax, quia inefficax, ut ex Patrum doctrinis *à num.* 302. insinuatis tenet communis opinio, (dissentientibus cum non nullis, Patre Lessio, & Paulo Venio, immeritò, & improbabiliter, teste Tannero: quis enim asserat, ita Deum se gessisse cum Virgine, ut, ea auxilia, quæ dedit, dedisset etiam, si ipsis abusura foret,) sed etiam in omni Providentiâ indispensabiliter. Et hæc assertio non postulat, ultra præcedentia, aliam probationem.

Lessius. Paul. Ven. P. Ad. Tanner.

Objectio prima ex conditione strictæ Directionis.

511 Objicies primò: ergo quoties Deus confert auxilium efficax, ita confert, ut si foret inefficax, non conferret: id autem est inintelligibile, & impossibile: quia si necessariò Deus confert auxilia efficacia ex motivo efficaciæ, eaque conferre ex motivo efficaciæ est conferre ita, ut, si non essent efficacia, non conferret, Deus non posset conferre auxilium, ea-

Suprà à num. 306.

ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante. Energia strictæ Directionis in quo cõsistat?

caciæ, etiamsi non foret efficax, non vi-detur specialiter esse beneficus.

512 Respondetur, & explico, quod *suprà* concessi, & quod communiter concedi solet, & debet. *Dupliciter* moveri potest Deus ad collationem auxilii ex motivo efficaciæ. *Primò* eo genere affectûs, ut seipso, sit ex specialissimâ benevolentiâ, decretum non ponendi auxiliû aliter, quàm in circunstantiâ efficaciæ. *Secundò*: eo genere affectûs, ut, licèt seipso gaudeat dare auxilium, ex motivo efficaciæ, siquidem futurum est efficax; positivè non decernat positionem auxilii pro casu solo, quo prævidetur efficax. Est discrimen inter affectum utrumque non ex parte motivi, sed ex parte modi tendentis ad motivum. Operari enim ex uno motivo non dicit essentialiter ita ex illo motivo operari, ut operatio, nisi ex tali motivo, futura non foret: alioqui plurimi actus, qui honesti sunt, redderentur inhonesti: v. g. attritio concepta ex motivo pœnæ, ut demonstrat contra Bajanos Ripalda *tom. 3. disp. 22.*

Ripalda. Solvitur.

513 Iam ex his nego consequentiam. Licèt enim Deus ex benevolentiâ specialissimâ, (quod *suprà* concessi) dare possit auxilium eo genere affectûs, ut seipso sit conditionata futuritio non existentiæ auxilii pro casu Scientiæ Mediæ oppositæ; tamen id necessarium non est neque ex ratione benevolentiæ, neque ex ratione motivi. Non ex ratione motivi: quia ut vidimus, tendentia in motivum non fundat necessariò exclusionem conditionatam operationis in defectu motivi nunc præsentis. Non ex ratione benevolentiæ: nam ad hanc sufficit conferre bonum affectu donante ejus utilitatem, quia accipienti bonam. Fateor, ex defectu primæ energiæ minui non parùm rationem specialissimæ benevolentiæ; non ita tamen; ut non maneat affectus in lineâ benevolentiæ specialis, conferendo auxilium efficax ex motivo efficaciæ.

Objectio secũda ex P. Lessio.

514 Objicies secundò: ex Doctrinâ Patris Leonardi Lessii *disp. de Prædest. sect. 2. nu. 11.* Si Deus decerneret omnia auxilia efficacia, ex motivo efficaciæ, & *quia* efficacia; omnia auxilia non sic decreta, forent inefficacia: hoc autem est impossibile: ergo Deus non decernit omnia auxilia efficacia ex motivo efficaciæ. Patet major, & probatur minor: quia nisi Deus conferat auxilia, seligendo, ex industriâ, inefficacia, conferre debet plurima auxilia plenissimè sufficientia; atqui ex plurimis auxiliis datis ut plenissimè sufficientibus, & non selectis ex industriâ, impossibile est, quòd nullum sit efficax: ut est impossibile; quòd ex sacco pomorum, in quo sint poma putrida, & sana, præcisim ab industriâ seligentis, omnia, quæ extrahantur, putrida sint: rogat ergo nunc Lessius: Vel Deus dando auxilia sufficientia, non ductus ex motivo efficaciæ, dat & seligit de industriâ inefficacia, vel non? *Primum* dici non potest. Tùm quia id stare nequit cum ardenti, & syncero Dei desiderio, ut bene operemur: quis enim seriò optet operationem; si de industriâ seligit eventum, in quo ipsa non sit? Tùm quia est manifestè inficiari salutî Reprobotorum, quærendo de industriâ occasiones, in quibus salutem, quam alioquî jubentur obtinere, & quærere, non obtineant? Si ergo *secundum*: qui fieri potest, ut innumeræ libertates paratæ consentire, & dissentire, ac putridos fructus operum facere, vel sanos, dissentiant semper, nullumque fructum faciant operum nisi malum & putridum? Id ne concipi quidem prudenter potest.

Solutio vera Doctrina.

515 Respondent nonnulli, distinguẽdo pro his supputationibus duplicem industriam: aliam ex parte exequentis: aliam ex parte supputantis post rei executionem. Explicatur exemplo: sint mille poma in eo sacco, quorum pars sit sana, pars putrida: sintque distribuenda in his centum v. g. homines. Certè si absit exequentis industria, impossibile est moraliter, quòd singulis accidant putrida: at præcisim ab exequentis industria contingere potest, ut distribuendo poma in homines bis centum, accidant hominibus centum putrida. Quem numerum, si ex industriâ supputes, invenies magnum, & talem, ut ex industriâ tuæ supputationis videatur impossibilis, nisi accesserit exequentis industria, quia ex industriâ definis comparare hos centum cum aliis centum; per quorum accessionem definit esse moraliter impossibile, etiam, si abfuerit exequentis industria, quòd illis centum obvenerint putrida: quia non obvenerunt, ut tu ex industriâ supputasti; sed aliter. Ita, *inquiunt*, accidit: est cumulus

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

mulus infinitus auxiliorum efficacium, & inefficacium, datur ex illo cumulo hominibus: quod mirum quod etsi absit donantis industria, sint plures quibus ob tingant inefficacia: quòd si tu ex industriâ seligis illum numerum, non factâ comparatione ad alios, quibus efficacia contingunt, seligis numerum, ex quo, ex tuâ industriâ supputandi, colligitur industria exequentis, cùm nulla fuerit. Hæc solutio, licèt veræ doctrinæ sit, non est ad rem: quia ex illo cumulo auxiliorum non ita Deus dat auxilia, ut non sciat quæ sint auxilia, quæ dat: contendit Lessius exinde specialem industriam. Quare

Sed abs re.

Plena Solutio.

516 Respondetur: distinguendo *duplicem aliam industriam*: alia est, quâ Deus seligat auxilia inefficacia, quia inefficacia, volendo quòd inefficacia sint, vel quærendo auxilium, ut existat inefficacia. Alia est, quâ Deus prævidens quæ auxilia, si dentur, forent efficacia, & quæ inefficacia, liberè decernit quæ videt efficacia, quia efficacia videt, & liberè decernit inefficacia, affectû non tendente in auxilia quia inefficacia sunt. *Illa prior* industria vocari potest *simpliciter Industria*, quia sonat causalitatem & influxum in opus, cui desudat. *Ista posterior* nequit dici *simpliciter industria*, sed secundum quid & purè permissiva, sensu, qui denotet, industriam uni è summi prout opponitur inadvertentiæ: & hanc Deo concedimus in Decreto auxiliorum inefficacium: negamus illam. Quare *in forma*, concessâ majori, nego minorem. Ad probationem habendo præ oculis *distinctionem modalem* præsuppositam, concedo majorem, & nego minorem: quia ea auxilia, quæ sunt & dantur sufficientia, desinuntque dari ex motivo efficaciæ, ita dari desinunt ex advertentiâ præinductâ ab accipiente de eorum inefficaciâ: quid ergo mirûm, quòd nullum sit efficax, etiam si absit ex parte donantis industria *simpliciter, & tanquam via* talis inefficaciæ? Exemplum à pomis, non est ad rem: quia ea extractio pomorum à sacco supponitur esse fortuita, & casualis, & absque ullâ advertentiâ dispensantis circa singularia, quæ promit.

517 An verò possit auxilium inefficax simpliciter ex industriâ dari, eoque genere affectûs, ut si prævideretur efficax, non daretur à Deo, vel *quia* vult dare in *pœnam*, vel *quia*, licet non amet circunstantiam inefficaciæ, attingit illam *ut conditionem sine qua non* existeret auxilium, dicemus in *sequentibus* tum, cùm nobis *infrà* sit sermo *de Generalitate Benehicentiæ* Divinæ Providentiæ *l. b. 9.* tùm etiam, cùm *lib. 7. de Præmissione Pœnitentiæ, vel Humilitatis* sermo sit.

Infrà lib. 7. à num. 408. & à num. 414. & lib. 9.

DIS-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

DISPVTATIO XXXII.

DIVINÆ PROVIDENTIÆ CONSIDERATIO quoad Actus Voluntatis, quos includit.

Scopus Disputationis.

518 EMERSIMVS tandem ex Actibus Intellectûs. Succedunt Naturæ, & Doctrinæ Methodo Actus Voluntatis: quorum considerationè, manebit tota Divinæ Providentiæ formalis quidditas, quantum fas nobis est, descripta, & comprehensa. Et in negotio Providentiæ, sive essentialiter, sive extraessentialiter (de quo *suprà disp.* 29.) veniunt ex Actibus voluntatis: Circa finem, *Intentio*: Circa Media, *Electio*, & *Vsus*: ad hæc, ordo *intentivus*, & *executivus*: Affectus *Prædefinitivi*, & qui, secùs: quibus de omnibus, suo erit ordine, agendum.

Suprà à num. 31.

SECTIO I.

QVALIS ESSE DEBEAT INTENTIO Finis ad Providentiā necessaria.

§. I.

QVÆSTIONES NONNVLLÆ Faciliores.

Intentio, & electio in Nobis Quales? Latè tract de Actib.

519 QVæstiones de *Intentione* nonnullæ sunt. *Prima*: an distincta sit ab electione Mediorum? Et quidquid sit de nobis, ubi communis Philosophia indulget arbitrio: nunc distinguendo: quia plerumque intendimus; & postea de mediis ad electionem inquirimus, & consultamus: nunc identificando: quia plerumque satis instructi de fine, & Mediis ad ipsum necessariis, unico ductu ferimur in finem, & in Media propter finem; neque si intentio est absoluta, & plenè efficax, puto aliud esse liberum voluntatis: tēdit enim, si sic amat, quanto sui compendio potest, in finem, & Media: quod in simili docent Doctor Eximius *tom. 3. de Gratiâ, lib. 12. cap. 11. num. 11.* & Pater Quiròs *in suâ Philosophiâ tractatu 6. disp. 8. sect. 5. num. 37.* Quicquid, *inquam*, de nobis sit.

Suarez. Quirós.

In Deo neque virtualiter distinguūtur.

520 Censeo primò: in Deo non posse distingui intentionem finis ab electione Mediorum, realiter, & simpliciter. Patet: nam ea distinctio derogat Divinæ simplicitati. *Censeo* secundò: neque posse distingui, intrinsecè virtualiter. Primò: ex generali principio, ex quo indivisibilitatem in decernendo Divinam adstruxi *lib. 3. de Incarnatione disp. 1.* multis, quæ nec repetere hùc vacat, nec augere, facile mihi est. Secundò: quia priori ad omnem Divinam intentionem præcedit ex parte Divinæ indifferentiæ tota Comprehensio, quæ necessaria est, ad amplexum finis, & Mediorum, penès omnes & singulas combinationes, & circunstantias intrinsecas, & extrinsecas: ergo deest titulus omnis, ex quo possit excusari cunctatio, & distinctio actuum circa finem, & Media.

Ex lib. 3. de Incarn. disp. 1. Secundò:

Tertiò:

521 Tertiò: quia pro eo priori non minùs apparet bonitas finis secundùm se, quàm ut est ratio amandi Media; nec minùs apparet finis, ut ratio amandi Media, quàm Media, ut amabilia propter finem: ergo pro signo immediato determinat suam indifferentiam Deus circa finem ut est in se bonus, & ut est ratio amandi Media: ergo indivisibiliter tendit in utrumque. Quartò: quilibet Divinus affectus est amor sui, quantùm à Deo potest amari: ergo ipsò est impossibilitas amoris circa se à se distincti: ergo est impossibilitas alterius amoris sui, secum coexistentis: ergo electio est impossibilitas alterius actûs Divini, secum coexistentis, qui sit amor electionis. Sed intentio deberet esse amor electionis: neque enim fataliter induceret, sed affectivè: ergo.

Quartò:

Quintò:

522 *Quintò*: nam vel Intentio est efficax, vel non? Si primum: ergo est conatus in electionem: conari autem in electionem, saltem in Deo est eligere, cùm sit determinare ad eligendū. Quidquòd, essent Intentio, & electio inseparabiles, atque adeò incapaces contradictionis, ut *loco citato* jam ostendi. Si primum: Repugnat apud me Intentio, si seria sit, (qualis debet esse Divina,) quæ non sit efficax, quoad mediorum positionem, aut electionem. *Censeo* exinde tertiò, intentionem in Deo non distingui ab electione, distinctione pluspiàm extrinsecâ ex modo concipiendi nostro: & in hoc sensu intelligo Sanctum Thomam, alicubi concedentem Intentioni Divinæ præsuppositionem ad electionem.

Nec plus quàm extrinsecè.

S. Thomas.

Electio, quamvis distincta ab Intentione, est immediatè libera. Et Tract. de Actib. Signanter in Deo.

523 Secunda quæstio: an si Intentio intrinsecè virtualiter distinguatur ab electione, tollat ista libertatem immediatam? Communis opinio Recentium affirmat. Ipse nego tum ex generaliori principio, ex quo neque actus Imperans apud nos nocet immediatæ libertati Actûs imperati. Tùm ex speciali in Deo ex insufficientiâ virtualis distinctionis ad impediendam immediationem libertatis: & ratio est: quia distinctio virtualis non est distinctio, quæ fundet alietatem intrinsecam, atque adeò neque mediationem. Tùm quia determinatio ad actum, quæ non se habeat per modum virtutis influentis, sed per modum puræ connexionis liberæ, conjungentis voluntatem cum actu, non est ratio obstans, sed exercens immediatam libertatem actûs, ut patet in actione nostrâ, per quam voluntas conjungitur actui; at Intentio divina, quantumvis distincta virtualiter ab electione, non se habet per modum virtutis influentis, sed tanquam pura connexio libera jungens divinam voluntatem cum electione: ergo potiùs exercet, quàm tollit immediatam libertatem electionis. Aliter conatur id ipsum P. Ribadeneyra *disp. 14. de Prædest. cap. 3. nn. 14.* per discursum alioqui subtilem, sed à veris principiis omninò alienum.

Ribaden.

Intentio ad Providentiam quousque efficax circa finem?

524 Tertia quæstio: an Intentio ad Dei Providentiam requisita debeat esse efficax circa finem? *Censeo* primò: non debere esse efficacem circa finem omnē, ad quem specialiter adhibet Media: & respectu cujus verè & simpliciter Provisor dicitur, & est. Ratio: ab exemplo

Aranda de Deo.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

quia circa salutem Reproborum non habet Intentionem efficacem, & tamen exercet veram, & seriam Providentiam. A priori: quia ad essentiam Providentiæ, ea sufficit præsuppositio intentionis, quæ sufficiat ad seriam Procurationem finis per exhibitionem Mediorum, quantùm est ex parte sic operantis, & tendentis serio in finem: at ad hujusmodi procurationem finis, non requiritur efficax intentio, sed amor ipsius, nihil omittens eorum, quæ ad intendentem pertinent, & alioquin compossibilis cum frustratione ipsius finis aliunde proveniente. Talis autem amor, efficax non est. *Censeo* secundò: debere esse in Deo efficacem, saltem circa finem aliquem, etiam specialem? Patet ex dictis *suprà à nu. 82. de infrustrabilitate* Divinæ Providentiæ.

Suprà à num. 82.

Et circa Media?

525 Quarta quæstio: an saltem Intentio ad Providentiam prærequisita, debeat esse efficax circa Media, ita nempe, ut ad Mediorum saltem sufficientium collationem, seu positionem necessitet ex modo amandi finem? Affirmo: Ratio est: quia Intentio ad Providentiam requisita, debet esse amor erga existentiam finis, distinctus à merâ velleitate, & præcisâ complacentiâ erga finem: atqui nequit distingui à merâ velleitate, & præcisâ complacentiâ, nisi saltem sit efficax in inducendō electionem, aut positionem mediorum sufficientium ad finem: qui enim ex modo amandi finem, ita se circa illum gerit, ut non conetur in ipsum, convincitur non velle seriò finem: at conatus in finem stare nequit nisi per vim inductivam Mediorum sufficientium.

526 Confirmatur primò: quia amor, qui saltem non sit efficax quoad positionem mediorum sufficientium, est amor qualis haberi solet circa res alioquin impossibiles, & improcurabiles; sed amor finis ad Providentiam prærequisitus debet esse sufficiens ad procurationem seriam ipsius finis: ergo debet esse efficax, saltem quoad mediorum sufficientium positionem. Confirmatur secundò: Intentio debet esse talis, ut licèt non necessitet ad mediorum efficacium positionem, tamen incompossibilis sit, cum electione mediorum, omninò impertinentium, & inutilium: convinceretur enim alioquin, qui sic tendit in finem, ludere, & seriò non velle. Nunc sic: tam

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

tesistit, & contradicit affectui conanti serio in finem, defectus omnis medii, quàm Medii positio prorsus inutilis: ergo sicut serius conatus in finem excludit Medii omninò inutilis positionem, ita & defectum omnis medii: ergo est inductivus efficaciter alicujus: ergo &c.

§. II.

VLTIMA QVÆSTIO: VBI: AN INTENtio finis Inefficax sufficiat ad electionem Mediorum efficacium.

An requiratur efficax Intentio ad electionem Mediorum efficacium?

527 QVinta quæstio, & cæteris subtilior, & utilior: an Intentio finis inefficax sufficiat ad Providentiam electricem Mediorum efficacium ad existentiam finis: sive, an eoipso quòd eligatur media efficacia, ut talia, ad finem, supponatur efficax Intentio finis? Pro sufficientiâ Intentionis inefficacis stant Pater Ribadeneyra *disp. 14 de Prædest. cap. 3.* Herrera *quæst. 1 de Prædest. sect. 4. num. 37* & alii Moderni secuti Vazquium, Lessium, & Herizem. Pro necessitate efficacis Intentionis militant Thomistæ communiter; & videtur esse communis Nostrorum opinio cum Suarez *lib. 1. de Prædest. cap. 8.* & fortiter defenditur ab Aldrete *d sp. 3. de Prædest. sect. 3. & disp. 6. sect. 10.* & à Quirós *disp. 12. de Prædest. sect. 3.* quibus *libenter assentior.*

Ribaden. Herrera. Vazquez. Lessius. Herize. Mens Nostra cum Suarez. Aldrete. Quirós.

528 Primò: quia qui eligit media efficacia, præcognita ut efficacia ob amorem finis, ex amore finis manet cum affectu erga finem essentialiter incompossibili cum efficaci nolitione finis; sed affectus erga finem, ita ipsi adhærens, ut essentialiter sit incompossibilis cum efficaci nolitione finis est affectus efficax erga finem: ergo qui eligit media efficacia, præcognita ut efficacia, ob amorem finis, amat efficaciter finem. Major patet: nam ex amore finis manet connexus cum existentiâ finis. Minor autem videtur evidens, quia nō ex aliâ ratione colligi potest efficacia affectus erga objectum quàm ex impossibilitate, vi affectus, in amantem inductâ de efficaci recessu ab objecto. Secundò: quia qui eligit ex amore finis media efficacia præcognita ut talia, conatur ex amore finis in ipsum quantùm potest; at, qui tendit & conatur in finem ex ejus amore quantum potest, efficaciter tendit: ergo. Tertiò: qui inefficaciter tendit in finem, non tendit in finem conatu reipsâ ex se causaturo finem. Sed qui tendit ex amore finis ad ipsum eligendo media cognita prout conjuncta cum existentiâ finis, tendit ex amore conanti & reipsâ assequenti causationem finis: ergo tendit plusquàm ineffi̱aciter. Quarto: qui ex amore finis ponit media efficacia, præcognita ut efficacia, ex amore finis vincit omnem difficultatem quæ potest occurrere in assecutione finis; seu qui ex amore finis vincit omnem difficultatem oppositam existentiæ finis, amat efficaciter finem.

529 Et ratio omnium à priori videtur esse: quia qui sic æstimat finem, ut ex ejus amore vincat omnem difficultatem oppositam existentiæ finis: vult ex ejus amore manere connexus, requeipsâ manet cum existentiâ finis; quod ab efficaci finis amore impræscindibile est. Sicut enim qui plus impendit in finem, arguitur eòipsò plus amare formaliter finem: qui impendit in finem ex ejus amore, quantum debet, & potest, eòipsò arguitur amare finem quantum potest atque adeò efficaciter. Vnde simplex complacentia erga finem (si qua intervenit cum electione mediorum efficacium ut talium) præcisè se habet ut prævia dispositio, ad amorem efficacem finis, ex quo ea media eliguntur ut efficacia ad finem. Videatur Aldrete *locis supra citatis.*

P. Aldrete.

530 Objicies primò: ex amore simplici erga objectum, oriri potest amor efficax circa ipsum objectum: ergo ex amore inefficaci finis potest oriri medium efficacium electio. Confirmatur primò: quia, licèt electio mediorum ut efficacium stare nequeat, sine volitione efficaci finis, præsertim si efficacia sit extrinseca, & ab ipsâ conjunctione medii cum fine, desumpta; sicut evenit in intentione actûs liberi respectivè ad auxilium efficax; tamen totus hic ordo, & modus amandi finem, & media oriri potest à simplici affectu erga finem. Confirmatur secundò: quia si propter aliquam rationem, electio medii efficacis propter finem, non posset esse sine intentione efficaci finis, maximè propter proportionem, quam servare inter se debent in affectu, finis, & media; objectum formale, & materiale: at ista proportio servari satis potest sine intentione efficaci finis: nam ea proportio stat in eo, quòd media non amentur, nisi juxta vires motivas finis, id est, quòd non amentur media propter finem, nisi finis habeat vim motivam ad eligenda media: non verò stat, ut quanto amore amantur media, tanto amore finis ametur. Et ratio est: quia sive finis ametur efficaciter, sive inefficaciter, eandem retinet bonitatem, & vim motivam ad eligenda media.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

531 Respondetur: Imprimis censeo in Deo, (quicquid in nobis sit) componi non posse amorem efficacem, & inefficacem ejusdem objectum, ut contendi, & efficaciter, nisi fallor, probavi *lib. 3. de Incarnatione, disp. 1. sect. 5.* quare si electio mediorum efficacium, ut talium, stare saltem nequit sine amore efficaci finis, ut arguens dare videtur, & ostēdimus; stare eòipsò nequit cum inefficaci amore erga finem. Deinde concesso antecedente, nego consequētiam: quia licèt electio Mediorum ut efficacium, oriri remotè possit ab inefficaci complacentiâ; proximè tamen oritur, & præscindi nequit ab amore efficaci finis nam conatus specialis circa media, ut inferentia finem, ex amore finis, necesse est resplendeat in ipso amore finis: cujus apprætiatio, est ratio conjungendi amantem cum victoriâ omnium difficultatum aduſque possessionem ipsius finis: atque adeò cum istâ possessione. Ex quo patet ad primam confirmationem. Ad secundam, fateor id nasci ex illâ proportione, quæ non satis explicatur per id, quod ab arguente dicitur: licèt enim proportio ab arguente descripta, inveniatur inter Finem, & Media; contendimus aliam sub nasci proportionem inter amorem finis, & amorem Medii, quoties amor Medii talis est ex amore finis, ut conjungat amantem cum existentiâ finis: sicut enim quò meliora sunt Media, majoresque difficultates quis vincit ob amorē finis, arguitur major finis amor; ita cùm quis ex amore finis vincit omnia, quæ possunt impedire ab existentiâ finis, arguitur amor finis, quantus à sic operante haberi potest.

Lib. 3. de Incarnat. disp. 1. sect 5.

532 Objicies secundò: Voluntas efficax, & inefficax alicujus objecti, non præcisè distinguuntur ex eo, quòd efficax sit connexa cum objecti positione; secùs, inefficax. Ratio est: quia dari potest voluntas inefficax conjuncta cum objecti positione; si nempè ea connexio non proveniat affectui, ex modo, & energiâ, sed aliunde: oportet enim ad efficaciam affectûs, quòd connexio proveniat affectui ex vehementiâ tendendi ad objectum. Nunc sic: atqui in casu electionis mediorum efficacium, ut talium, ex amore finis, non provenit affectui connexio cum positione finis ex vehementiâ affectûs, sed ex præsuppositione notitiæ de positione finis sub hoc medio: ergo non ex eo debet amor finis efficax esse.

533 Confirmatur. Moveri ex aliquo motivo ad electionem Medii, non arguit amorem efficacem talis motivi: ergo moveri ex efficaciâ Medii ad electionem Medii, non arguit amorem efficacem finis, v.g. consensûs prævisi sub auxilio efficaci. Consequentia probatur: quia moveri ex efficaciâ auxilii, *duo* involvit, nempe *intendi consensum*, medio auxilio: & *auxilium* decerni ex Scientiâ Mediâ de efficaciâ: sed intendi consensum, medio auxilio, non arguit amorem efficacem consensûs, ut patet in Providentiâ respectu Reprobi: neque eum amorem arguit, decerni auxilium ex Scientiâ Mediâ de efficaciâ: nam diriגi ex Scientiâ Mediâ nihil aliud est, quā moveri ex futuritione conditionatâ; sed moveri ex aliquo non arguit affectum efficacem ipsius: ergo, &c.

534 Respondetur. *Duplex* genus efficaciæ distingui debet in affectibus, negetur Deum in Scholâ Societatis habere posse affectum efficacem circa actus alioquin liberos: *alia*, vi cujus, affectus non utcumque manet connexus cum positione objecti, sed insuper habet vim inducendi, & determinandi ad ejus positionem, ita ut vi talis affectûs existere deberet effectus, estò ejus determinatio aliunde non supponeretur. *Alia*, vi cujus manet affectus connexus cum positione effectûs, seu objecti ex alterius determinatione, quacum affectus ipse ex modo sibi in eâ complacendi connectitur, incapax ex se determinare; gaudens verò, quantùm potest, de existentiâ objecti ex alterius determinatione, & tendens in ejus objecti existentiam per

Duplex efficaciæ genus, in Affectibus

Differentia valdè notanda in Scholâ Nostrâ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

determinationem alterius. *Illa efficacia* dici potest per modum amotis determinantis ex se; *ista* per modum gaudii purè connexi cum existentiâ rei amatæ. Qui autem objiciunt, nullâ factâ distinctione, videntur omnes affectus efficaces ex illo *primo efficaciæ genere* metiri; quo satis impossibilitant contra se ipsos, ne Deus affectus efficaces exerceat circa actus liberos: nam circa eos haberi nequit affectus efficax efficaciæ determinativæ: Coacti demum negare Prædefinitiones circa eosdem liberos Actus Creaturæ, ex timore hujus efficaciæ, cũ Patre Iunio, & Thyrso Nostro. Ex his ad argumentum

P. Iunius. N. P. G. Thyrsus.

535 Concedo antecedens de præcisâ connexione; nego tamen aliunde distingui formaliter, quàm ex connexione cum positione objecti essentiali affectui ex modo ipsum objectum amandi; licet iste modus non perveniat adusque vehementiam determinativam existentiæ objecti; noxiam dominio libertatis alienæ, ex quâ supponitur extiturum. Deinde nego, in casu electionis medii efficacis, totum connexionem affectûs erga finem venire formaliter ex præscientiâ; venit enim ex appretiatione finis sic æstimante ejus existentiam, ut det pro ipsâ quantum potest, & peri debet ab amante efficaciter finem.

536 Ad confirmationem: concesso antecedente, nego consequentiam. Ad probationem dico, involvere illa duo, sed ita, ut intendere consensum in casu nostro sit intendere cum conatu erga finem ex ipsius finis appretiatione, quo major esse nequeat in amante finem; atque adeò talis appretiatio nequit non esse amoris, quo major haberi non possit à sic operante erga finem; proindeque efficacis. *Exinde* fit (ut & id obiter colligatur) non posse à Deo dari auxilia efficacia, ut talia, sine efficaci prædefinitione actûs liberi; neque dari auxilia prout prævisa conjungenda, si dentur, cum Beatitudine ex hujus amore, sine efficaci intentione Beatitudinis: ut infrà *Iaſè* dicendum erit.

Infrà lib. 7. à num. 146. & lib. 8. à num. 184.

SECTIO II.

AN ELECTIO AD PROVIDENTIAM Dei necessaria, distingui debeat, aut possit ab Vsu? Vbi de ordine intentivo, & executivo.

§. I.

QVÆSTIO, ET OPINIONES.

Quæstiones Decidendæ.

537 DVplex hîc, ut vides, occurrit *quæstio* particularis; & tertia, Generalis. *Prima* est: An electio Medii, quam suprà *num. 37.* diximus essentiare formaliter Providentiam; necessariò distingui debeat ab Vsu activo talium Mediorum? *Secunda*: an saltem possit? Tertia, & Generalis: an in Deo constitui possit ordo intentivus virtualiter distinctus ab ordine executivo? Expticemus primùm terminos; auditisque Doctorum sententiis, decidemus.

Termini

538 Triplex actus in voluntate distingui solet in præsenti, ut alios taceam. *Primus* est *intentio* circa finem. *Alter* est *electio* Medii electi. *Tertius* est *Vsus activus* Medii electi. Intentionem, & electionem satis explicuimus *suprà*. Igitur Vsûs activi nomine venit hic ille actus, quo voluntas ultimò determinat executionem Medii, (quæ dicitur *usus passivus*) applicando facultatem executricem ad opus. Exinde

539 *Ordo* executionis, seu *executivus*, est ordo usûs activi, id est, ordo actuum, per quos voluntas vel ultimò se applicat, & determinat ad opus; vel applicat, & determinat ultimò facultates executrices. *Ordo* intentionis, seu *intentivus* est ordo actuum, qui per se non applicant ultimò facultatem executricem ad operis voliti executionem. Vnde *ordo intentivus*, seu intentionis latiùs patet quàm intentio finis: Nam & citra ipsum finem, & circa Media, & circa rem quãcumq; distingui potest ordo actuum, quorum alter merè det futuritionem, quin potentiam applicet ad executionem ejusdem: alter, det exercitam existentiam: ille erit de ordine intentivo; hic erit de ordine executivo. Iam

540 Pro necessitate distinctionis tàm in nobis, quàm in Deo inter Electionem, & Vsum, & generaliter inter ordinem

Sententiæ Thomistarum: Alveld Alvarez. Gonet. Godoy.

nem Intentivum, & Executivum cujusquam objecti, uno ore militant Thomistæ post Albeldam & Alvarez: videri possunt Gonetus & Godoy. Hic (cujus manu nunc cæteri pugnant) *tom. 2. in 1. part. tract. 8. qui est de Prædest. disp. 59. à §. 2.* Ille transcribens *disp. 1. de Prædest. art. 2.* Pro possibilitate distinctionis inter eos ordines, stant è nostris, Suarez passim, Ribas, Arrubal, Arriaga, Ripalda, Salazar, Quiros, Aldrete, Borrull, Ribadeneyra, Herrera, & Moderni communiter: qui tamen eam distinctionem necessariam etiam putant pro nonnullis Providentiis, qualis est Prædefinitiva, Prædestinativa, & id genus aliæ, ut stet concordia libertatis nostræ cum Divinâ, & Meritorum cum præmiis. Negant & necessitatem, & possibilitatem in Deo (quicquid in nobis sit.) Vazquez, Hurtadus, Pennotus, Basilius Legionensis, Moncæus, Meratius, Granadus, Montoya, Bernal, Esparza, Haunoldus, Thyrsus, Muniessa, Iunius, & Avendaño, quos secuti sumus *in Opere de Incarnatione*.

Suarez. Ribas. Arrubal. Arriaga. Ripalda. Salazar. Quiros. Aldrete. Borrull. Ribaden. Herrera. Moderni.

Tertia P. Vazq. Hurtad. Pennot. Bas. Leg. Moncæus. Meratius. Granad. Montoya. Bernal. Esparza. Haunold. Thyrsus. Muniessa. Iunius. Avendañ.

§. II.

PRIMA PARS SENTENTIÆ VERÆ.

541 PRima Conclusio: In Deo non distinguitur necessariò electio mediorum ab usu activo; neque ordo executivus ab intentivo. Probatur primò: quia præcipuo studio contentionis, non est unde possit orìri tanta necessitas distinctionis, præsertim in Agente, cui nulla deest, neque deesse potest notitia præfigendi indifferentiæ, requisita, & sufficiens ad ultimò decernendam executionem objecti per primum actum efficacem, quo tendit in illum? Et confirmatur: Quia nec in nobis benè influentia de necessitate operandi pro adimpletione præcepti hîc, & nunc urgentis, potest prudenter admitti distinctio actûs, quorum alter tendat efficaciter in operationem, ut utilem ad præcepti adimpletionem; alter tendat in eam, applicando potentiam ad executionem: cur enim unico actu, qui sic premitur, utrumque non præstet? Et ratio est quia Intentio finis efficax, ejus necessitet, ad actum electivum, & executivum Medii, non tamen postulat distinctionem actûs electivi, & executivi: cùm per unicum, ponatur Medium quantum requiritur ad intentionem & existentiam finis.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

542 Confirmatur secundò: quia Vel decretum de re, vel medio est efficax quoad omnes circumstantias exequendas, vel non? Si primum: quid deest illi decreto, quominùs ultimò potentiam applicet ad operandum, si ratione efficaciæ est inseparabilitas sui ab operatione potentiæ quoad omnes circumstantias? Si secundum: rogabo imprimis, cur esse nequeat efficax quoad omnes circumstantias? Deinde: ergo penès circumstantiam non decretam, datur decretum quod simul sit primò intentivum, & executivum: quidni igitur dari decretum possit, quod sit decretum simul intentivum & executivum quoad omnes?

Et rursus.

543 Probatur secundò: Decretum executivum est decretum, quo facultas executrix ultimò applicatur ad executionem rei decretæ; atque ad applicandum ultimò omnipotentiam ad executionem Medii sufficit quodvis absolutum decretum efficax Medii, seu electio efficax ipsius: ergo non requiritur distinctio electionis ab Vsu activo, neque Decreti executivi ab intentivo. Major est communis; expositio. Probatur minor præoccupando evasiones Recentium Thomistarum: Decretum electivum efficax Medii, habet ex se connexionem, & inseparabilitatem sui ab existentiâ Medii, quà utilis ad finem: ergo est efficax circa existentiam Medii, titulo activitatis circa ipsum Medium. Et ratio est quia decretum ex se efficaciter tendens ad existentiam Medii, eòipsò reddit facultatem executricem, efficaciter inseparabilem ab existentiâ Medii prout oportet ad finem: quid autem aliud est, ultimò determinari facultatem ad exceptionem Medii, quàm reddi ex vi decreti inseparabilem ab existentiâ talis Medii?

Secundò:

544 Confirmatur primò: efficacia affectûs, vi cujus Agens ex se manet inseparabile à productione rei est efficacia plusquàm affectiva: ergo est effectiva: non autem ex alio titulo Decretum executivum habet ultimò determinare potentiam ad rei executionem, Atqui ex vi Decreti electivi manet omnipotentia ex se inseparabilis à productione Medii: ergo. Confirmatur secundò: Electio Medii connecti-

Et Confirmatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

noctitur cum existentiâ Medii, ut utilis ad finem, ex amore finis: ergo connectitur cum ipsius Medii existentiâ, ut est affectus finis, & ut est causa finis. Antecedens est omnium. Consequentia patet: quia Mediũ esse effectum finis, est eligi ex amore finis: esse causam finis, est esse utilem ad finem: ergo implicat eligi efficaciter ex amore finis ut utile ad ipsum, quin eòipsò electio connectatur cum Medio, ut est effectus finis, & ut est causa finis: ergo electio Medii necessariò est executiva Medii: nam non ex alio capite distinguunt Thomistæ recentes cum Godoy electionem ab usu, quàm ex eo, quòd electio tendit ad Medium, ut est effectus finis; usus verò tendit in ipsum, ut est causa finis.

Godoy.

Et rursus.

545 Cõfirmatur tertiò: Electio Medii, se ipsa determinat ultimò Divinam Voluntatem ad executionem usûs activi; & Divinum Intellectum ad executionem Imperii, per vos: ergo similiter ultimò determinare potest ad executionem Medii Divinam Omnipotentiam. Probo consequentiam. Tùm quia jam electio est de ordine executivo, cùm habeat rationem usûs activi circa intellectum, & voluntatem: Tùm etiam: quia non ex alio titulo potest id habere, quàm ex essentiali inseparabilitate cum Decreto executivo, & cum imperio: similẽ autem habet cum executione Medii. Tùm demum: quia majori titulo connectitur cum existentiâ Medii, quàm cum existentiâ Imperii, & Decreti, supervenientium: nam cum existentiâ Medii connectitur ratione sui; cum aliis verò solùm connectitur ratione connexionis cum existentiâ objecti: ergo.

Objectio prima Thomist.

546 Objiciunt primò *Thomistæ: Quod est primum in Intentione, est posterius in executione.* Quod axioma, utpote generalissimum, valere debet in Deo: nequit autem intelligi, quin ordo intentivus necessariò præcedat ad ordinem executivum. Respondeo, sensum axiomatis, *tàm in nobis, quàm in Deo* esse, de executione passivâ inter finem & Media, comparatâ cum eorum affectu. Nam *priùs* amamus Sanitatem, quàm potionem, id est, amamus potionem *propter* sanitatem, quasi affectus sanitatis sit ratio, cur sit in nobis potionis affectus: priùs tamen venit ad executionem potio, *quàm* sanitas: quia illa hanc causat. Similiter amor Christi fuit ratio amãdi Matrem, Adamum, Mundum; & tamen *priùs* executioni mandantur Mundus, Adamus, Mater, quàm Christus. Quid exinde contra Nos?

Solvitur.

Objectio secunda ex Godoy. & Gonet.

547 Objiciunt secundò ex Godoy, & Gonet: In Negotio Divinæ Prædestinationis negari nequeunt duo actus Divini; quorum alter sit gratuitus, & spectans ad Ordinem intentionis: alter remunerativus, & spectans ad ordinem executionis. Respondent *Nostri*: per id probari posibilitatem, non verò necessitatem intentam à Thomistis: potuisset enim Deus aliter decernere. Respondeo ipse, negando antecedens: in negotio enim Divinæ Prædestinationis unicus actus intervenit, qui tamen & gratuitus sit & remuneratorius: gratuitus *subjectivè: objectivè* remuneratorius, ut explicabitur *lib.* 8.

Solvitur.

Ex lib. 8. Objectio tertia ex Eisd.

548 Objiciunt tertiò ex *eisdem.* Datur in nobis juxta Sanctum Thomam 1. 2. *quæst.* 16. *art.* 1. & 4. Usus activus circa Medium ab Intentione, & electione distinctus: ergo & in Deo. Probatur consequentia: Nam Deo debet dari omnis actus, qui nostræ voluntati conceditur, si in suo conceptu non involvit imperfectionem. Respondeo primò, distinguendo antecedens: datur in nobis semper, & necessariò, nego. Aliquando, concedo. Non datur necessariò, quia voluntas potest indivisibiliter ita velle medium, ut ultimò applicet facultatem executricem ad ejus exercitium ex *nu.* 541. si tamen aliquando datur, accidit vel ex imperfectione notitiæ, vel ex debilitate potentiæ, vel ex tepiditate affectûs, vel ex mutabilitate, & deficientiâ actuum, vel ex modo decernendi non satis comprehensivo: atque adeò ea distinctio semper accidit ex imperfectione nostrâ. Quare nego consequentiam. Ad probationem, nego non involvi imperfectionem in distinctione eorum actuum. Nota *bene* terminos. Non dico in ratione usûs activi, imperfectionem involvi; sed in distinctione usûs activi ab electione efficaci Medii: quod est *decere*; in ratione essentiali usûs activi, qui habetur à Creaturâ non dari imperfectionem: dari tamen in modo, quo habetur ab ipsâ: unde rationẽ illam damus Deo: negamus modum ar-

Solvitur primò:

atque adeò distinctionem. Exinde respondeo secundò: concesso antecedente, distinguendo consequens: datur in Deo, modo quo datur in nobis, nego: juxta suam rationẽ essentialem, præscindentem à modo, & distinctione, cum quibus est in nobis, concedo.

Secundò.

Objectio quarta ex Eisd.

549 Objiciunt quartò ex *eisdem:* Electio, & Usus tribui Deo debent secundùm rationes suas essentiales; atqui secundùm rationes suas essentiales important distinctionem inter se: ergo dari debent in Deo, ut important distinctionem inter se: ergo ea distinctio non potest in nobis utiri ex titulo imperfectionis, ut dicebamus. Minor, in quâ est difficultas, probatur: quia electio & usus secundùm rationes suas essentiales, terminantur ad media sub diversis rationibus; atqui actus secundùm rationes suas essentiales, terminati ad objecta sub diversis rationibus, important distinctionem secundùm suas rationes essentiales: ergo &c. Minor patet: tùm in actibus Intellectus, & Voluntatis: tùm in simplici complacentiâ, Intentione, & fruitione: qui actus ex eo distinctionem important, quòd sub diversis rationibus attingunt objectum. Probatur major: quia Media, & habent esse *effectum finis*, in genere causæ finalis in ordine intentionis: & habent esse *causam finis* in ordine executionis: Nunc sic: electio, utpote pertinens ad ordinem intentionis, tendit ad *media*, ut sunt *effectus finis*, & ad finem præcisè terminatur, ut est ratio appetendi media: Usus verò, utpote pertinens ad ordinem executionis, tendit ad *media*, ut sunt *causa finis*, & terminatur ad finem, non ut causam, sed ut effectum: ergo tendunt sub diversis rationibus Electio, & Usus.

Confirmat. primò:

550 Confirmant, & illustrant primò: Electio, licèt tendat in Media, specificatur a fine, ut est ratio appetendi Media: Usus autem non specificatur à fine, sed à Mediis, ut sunt causæ finis: ergo hi actus habent specificativa distincta: ergo distinctè sunt ex genere suo. Illustrant secundò: Licèt electio hominum ad gloriam, spectans ad ordinem intentionis, non specificatur à Mediis, nempè à Gratiis, & meritis: (alioqui non esset liberalis:) Decretum executivum Gloriæ specificatur à meritis, quia est de ordine executionis, in quo Gloria non est causa, sed effectus meritorum: ergo similiter, licèt electio Gratiæ, & meritorum, specificetur à Gloria, ut causante intentionaliter formaliter Gratiam, & merita: Decretum executivum Gratiæ, & meritorum specificabitur non quidem à Gloria, sed à Gratia, & meritis, ut sunt causa Gloriæ: ob rationem *suprà* factam.

Secunda:

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

551 Illustrant tertiò: ex Doctrinâ Sancti Thomæ 1. 2. *quæst.* 16. *art.* 4. distinguentis *duplicem* habitudinem voluntatis ad volitum: *unam*, ad volitū, prout est in voluntate per quandam proportionem: *alteram*, ad volitum, prout realiter habendum: & quia ad primam habitudinem spectat electio: usus ad alteram: inferr Sanctus Thomas, usum esse post electionem. Arguunt jam sic: Actus conjungens amantem cum objecto affectivè, distinguitur ab eo, qui conjungit amantem cum objecto, ut realiter habito: ut patet: nam ille actus tendit ad objectum, ut est in voluntate; alter tendit ad ipsum ut in re, & in se est: atqui electio illiusmodi tendit, usus, hujusmodi: ergo essentialiter distinguuntur.

Tertia: Ex Sancto Thomà.

Quarta.

552 Illustrant ultimò: Jam licèt electio remotè ordinetur ad objectum, ut realiter habendum, non tamen proximè, & tanquam ultima applicatio facultatum: secus, Usus: Deindè, licèt electio sit efficax ad realem executionem mediorum; non tamen proximè, & absolutè, sed conditionatè, si nempè perseveret: at Usus efficacia, absoluta est, & in actu secundo conjungit realiter amantem cum objecto: ergo essentialiter inter se distinguuntur. *Hucusque* subtilitas Magistri Godoy præoccupatoris rationes nostras, & solutiones communes.

M. Godoy.

Solvitur primò:

553 Respondetur primò, concessâ majori, negando minorem. Ad probationem, distinguo majorem: sub diversis rationibus inter se oppositis, neque eadem rationibus in actum eundem, nego: sub diversis rationibus cadentibus in actum eundem, neque oppositis inter se, ut arrideat: quo tota argumenti machina ruit. Non enim sufficit ad distinctionem realem, diversitas motivorum: nisi aliunde probaretur, eam diversitatem motivorum tantam esse, ut cadere nequeat in actum eundem.

Secundò:

554 Respondeo secundò: Negando ite-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

iterum minorem; ad probationem, nego majorem, & in istius probatione miscentur multa perquàm falsa. *Imprimis* est falsum, electionem non pertinere ad ordinem executionis: si enim ab eâ ducitur initium executionis, quomodo non spectet ad eum ordinem? *Deinde* est falsum, usum non spectare ad ordinem intentionis; si enim usus est effectus ordinis intentivi, quomodo non spectat ad eum ordinem? *Insuper* est falsum: electionem non terminari ad media, ut sunt causa finis: & terminari ad ipsa ut sunt effectus finis: Nam electio in actu exercito constituit Media effectus finis, & tendit ad ipsa, ut utilia, non quidem ut intendatur finis, sed ut finis executioni mandetur: ergo tendit in ipsa, ut sunt causa finis. Id quod similiter dico de usu. Ex quibus

Et Prima Confirm.

555 Ad primam confirmationem, nego antecedens: æquè enim specificantur à fine Usûs, & electio: nam ideò Usus exequitur Media, quia finis intentus est, & ut finis assequatur. Ad secundam, nego suppositum: æquè enim, licèt diversimodè, spectat ad ordinem executionis electio ad gloriam, quàm ejus activa executio. Deinde nego quod assumitur, de specificatione: electio enim ad gloriam, & ejus decretum executivum, æquè specificantur à Meritis. Ad tertiam, dico, Sanctum Thomam locutum esse de Electione, & Usu, in genere, quia dari potest electio saltem in nobis distincta ab usu. Deinde nego electionem non habere vim conjungendi amantem cum medio ut realiter habito; conjungit enim cum medio prout utili ad assecutionem finis: ad quam parùm proficit existentia intentionalis, nisi & physica accedat. Ad ultimam, dico Divinam electionem, cùm necessariæ permanentiæ sit, non posse dici conditionatè efficacem circa executionem Medii, nempè si perseveret. Dein de quicquid assumitur in ipsâ confirmatione est ipsissima quæstio. Demùm ex toto argumento sola convincitur distinctio electionis ab Usu ex modo nostro concipiendi, & purè extrinsecâ, quam nõ nego. Videatur Pater Ribadeneyra *tota disputat. 5 de Prædestinatione* præsertim *cap. 3.* ubi Thomisticas istas subtilitates omninò ostendit inutiles, & evanidas, & æquivocatione plenas.

Secunda:

Tertia: Mens S. Thomæ.

Quarta.

Ribaden.

§. III.

ALTERA PARS NOSTRÆ ET VERÆ Sententiæ.

Inter Ordinem executivum, & Intentivum, repugnat nulla distinctio, pluſquàm ex modo Concipiendi.

556 Secunda Conclusio: Neque etiam potest distingui pluſquam ex modo nostro concipiendi Electio ab Usu, neque ordo Executivus ab Intentivo. Probatur primò: ex illo principio generali, quo de Mysterio Incarnationis disputantes omnem ab exercitio Divinæ Libertatis divisibilitatem exclusimus. Secundò, ratio specialis formatur sic: Ordo electivus, seu intentionis est ordo Decreti essentialiter invariabilis, infrustrabilis, & efficacis: ergo est ordo Decreti essentialiter executivi: ergo ordo electivus, seu intentionis distingui non potest ab ordine executivo. Antecedens patet: nam de hoc genere actuum efficacium nobis est quæstio. Secunda consequentia liquet; & probo primam: Decretum essentialiter invariabile, infrustrabile, & efficax est æterna essentialis inseparabilitas, & connexio sui cum existentiâ exercitâ objecti: alioquin non est cur dici posset simpliciter efficax: atqui æterna essentialis inseparabilitas, & connexio Decreti cũ existentiâ exercitâ objecti est Decretum executivum objecti, *si à sic decernente determinandum sit*: quod ostendo: nam essentialis, & æterna inseparabilitas, & connexio Decreti cum existentiâ exercitâ objecti nequit non esse inseparabilitas, & connexio causæ sic decernentis cum actione, & existentiâ objecti: quid autem ultra desiderari potest ad rationem Decreti executivi?

Primò diſtis lib. 3. de Incarnation. disp. 1.

Secundò specialiter.

Confirmat. Primæ

557 Confirmatur primò: Implicat non applicari ad actionem ultimò causam per Decretum, vi cujus manet ipsi antecedenter impossibilis omnis status non-actionis: cui enim antecedenter manet impossibilis status tenebrarum, inest summa necessitas ad existentiam lucis: atqui per Decretum essentialiter invariabile, & efficax circa existentiam *rei à se producendam, & determinandam*, manet agens antecedenter impossibilitatus ad statum omnem non-actionis: ergo manet ultimò necessitatus ad actionem: ergo Decretum illud necessariò est executivum. Consequentia hæc patet: quia De-

Nota bene

Decretum Executivum nihil aliud habet, quàm ultimò necessitare potentiam ad actionem objecti voliti.

Secunda:

558 Confirmatur secundò: quia apud nos, Decretum efficax humanum de existentiâ rei, necessariò determinat ultimò facultatem executricem; & si ipsum perserverat, & alioquin intrinsecè est efficax; non sumus liberi ad suspendendam actionem facultatis executricis: & ratio est, quia facultas executrix habet metaphysicam simpatticam necessitatem exequendi nutum efficacem voluntatis. Quòd si facultas aliquando torpet, est, quia Propositum est variabile, vel frustrabile. Nunc sic: Atqui Decretum Dei nequit esse variabile, neque frustrabile, si sit efficax; & alioquin Divina omnipotentia est metaphysica necessitas sequendi nutum Dei efficacem: ergo omne Decretum ex se efficax, *circa objectum à Deo determinandum*, ultimò determinat Omnipotentiam: ergo essentialiter est executivum.

Tertia:

559 Confirmatur tertiò: quia non ex alio capite dicitur à Decreto executivo ultimò applicari Omnipotentia, quàm ex vi efficaciæ circa existentiam *rei à Deo alioquin determinandæ*: si ergo Decretum ordinis electivi, seu intentivi est efficax, & alioqui permanet; quid ipsi deest ne sit executivum? aut quod munus restabit Decreto, quod superadditis, & vocatis executivum?

Solutio P. Suarez.

560 Respondet Suarez: Decretum *Intentivum* habere se præcisè instar unionis affectivæ cum objecto, tendereque in ipsum, quia bonum est: *Executivum* habere se instar ultimæ determinationis ad exequendum, tendereque in objectum, quia factibile, & tanquam in effectum à Deo exequibilem. Contra primò: quia etiam Decretum inefficax est unio affectiva cum objecto: quid autem addit Decreto efficaci ipsa efficacia, nisi vim executivam importet? Secundò: quia contendimus efficaciam affectûs circa rem ab amante determinandam præscindi non posse ab ultimâ applicatione potentiæ: est ergo ipsissima quæstio per quam respondet tantus hic Author. Tertiò: Quid est in Decreto executivo tendere in objectum, non quia amabile, sed quia factibile? est enim amor objecti: ergo tendit in ipsum, quia amabile est.

Exclusitur.

Quid ergo est tendere in objectum, quia factibile? estne tendere in ipsum, præcognitum ut factibile à Deo? at Deus nullum objectum efficaciter intendere potest nisi ita præcognitum? estne moveri decretum ex factibilitate objecti? at hoc neque verum est, neque sufficiens. Non verum: quia bene stat, ultimò potentiam applicari ad operandum per decretum, quod ex factibilitate non moveatur, ut experientia nostra nos docet. Non sufficiens: cur enim ordo intentivus moveri non possit ex motivo factibilitatis, quin immediatè executionem inducat? Nihil ergo est, ex quo parari possit Ordinis Intentivi, & Executivi ex isto discursu discrimen.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Solutio P. Salazar, & aliorũ.

561 Respondet Salazar: Decretum *executivum* decernere objectum, & actionem, quâ producatur: *intentivum* verò solam objecti decernere existentiam, non verò actionem, quâ producatur: unde executivum dici debet tendere in objectum, ut factibile; non ita Intentivum. *Huc* reducitur aliorum discrimen asserentium Decretum *Intentivum* velle *directè* existentiam objecti, & *indirectè* actionem: econtrà *Executivum*. Et simul aliorum asserentium per decretum *Intentivum* decerni objectum *determinatè*, & *vagè* actionem: & hanc determinari per *Executivum*. Contra primò: quia tres hi discursus nituntur principiis omninò dubiis, & mihi falsis: quòd nempe Deo sint possibilia Decreta *vaga*, *præcisiva*, & *sapientia* ineptias, quas nos patimur in affectibus. Vide, si placet, *in opere de Incarnatione lib. 3.* totam primam Disputationem. Contra secundò: Per vos potest à Deo efficaciter prædefiniri actus liber creaturæ, non solùm in specie, sed etiam in individuo; atque adeò ut determinatam actionem includens, sine quâ neque vitalis, neque liber, neque meritorius concipi, aut decerni potest: atqui Decretum prædefinitivum actûs liberi per vos, debet esse purè intentivum: ergo Decretum nequit satis manere constitutum in lineâ executivi per efficaciâ, quâ decernatur directè & determinatè actio, quâ produci debet objectum efficaciter volitum.

Exclusitur.

Solutio Communis

562 Respondet Communis opinio: Decretum *Executivum* id ex se habere, quòd applicet ultimò facultates executri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providẽ. & Prædestinante.

trices ad operandum: non tamen id habere Decretum Intentivum. *Bene quidem:* Scimus id dici: & optamus rationem: nam hæc est quæstio: & efficaciter supra contendimus, exinde nullum, nisi liberè, peri posse discrimen. Sic argumentor; Vel applicatio, quam dat formaliter potentiæ decretum Executivum, est formalis determinatio in actu secundo? & hoc non: nam hæc ultima applicatio est actio ipsa, quâ Agens tendit in effectum. Est ergo antecedens necessitas à voluntate liberè inducta, quâ circa objecti existentiam *alioquin ab amante determinandam*, redditur facultas executrix inseparabilis ab actione, pro tempore, pro quo vult objectum poni voluntas ita efficaciter volens. At hæc necessitas æquè competit Decreto Intentivo, ac Executivo, cum impræscindibilis sit ab efficaciâ affectûs *circa rem ab amante determinandam*: & undenam vis hæc applicandi in Decreto Executivo, nisi ab efficacia? optamus rationem præstituti discriminis.

Vrgetur.

Diſcurſus Ripaldæ.

563 Dat Ripalda: quia Decretum Intentivum, quamvis immediatè velit positionem objecti, vult illam, ut ponendam per decretum aliud, quod habet etiam pro objecto. Contrà primò: quia hæc ratio est omninò voluntaria, & ipsa quæstio: si enim Decretum ex se efficax est, ad quid aliud decretum inducit? Secundò: quid magis ridiculum dici potest, quàm quòd voluntas efficaciter volens existentiam, & executionem alicujus objecti, velit eam per multos actus inducere: cùm alioquin efficacia volendi compendiosa via sit ad objecti positionem? & si apud nos hæ videntur ineptiæ: quo jure in Deo ponimus, ancillaturi Divinæ libertati. Tertiò: nam similiter dici posset illud decretum Intentivum velle inducere secundum decretum per aliud, & sic in infinitum. Si ergo primum illud Decretum est ultimò applicans voluntatem ad secundum, cur non sit in lineâ Executivi?

Nõ ſufficit

564 Quartò: quid verat concurrere duas causas executivas effectûs ejusdem? si autem id non implicat circa decreto illi primo neganda sit vis exequendi, licèt velit coëxequi effectum cum secundo? Adde, nonne Anima producit potentias, si distinguantur ab ipsa? nihilominùs ipsa cum illis immediatè cõcurrit ad actus vitales, ut contra Thomistas tueri solemus: cur ergo cum illo decreto executivo, non coëxequetur objectum efficaciter volitum, Intentivum? Vltimò: Vel decretum illud, quod Intentivum dicis, ita decernit rem poni per aliud, ut non ponatur à seipso, vel non. Si secundum: ergo utrumque decretum erit in lineâ executivi. Si primum: est omninò implicans: sicut enim implicat, quòd illud decretum fiatuat, ne ametur à se objectum; ita implicat quòd fiatuat, amari efficaciter à seipso, & à seipso non applicari immediatè potentiam ad executionem illius: quid enim aliud est applicari immediatè potentiam, quàm objectum efficaciter fiatui?

Nec ſufficit diſcurſus Arriaga.

565 Dat Arriaga: quia Decretum Intentivum, se habet adinstar actûs imperantis aliud Decretum ad executionem unde actus imperatus manet executivus. Contra primò: quia hæc est ipsissima quæstio: ut quid imperet aliud Decretum ad executionem objecti, si Decretum intentivum est efficax? Secundò: Vel ille actus impetans nihil aliud habet, quàm imperare aliud; vel aliud habet? Si primum: nequit dici intentivus objecti, & superfluus est. Si secundum: contendimus ex illo prædicato manere Decretum executivum. Tertiò: quia hæc Imperia reflexa inutiliter finguntur in Deo: imò & in nobis, ut *suprà* notabam ex Suarez: velle enim amare Deum est ipsissimum amare Deum. Quartò: quid obstat, quominùs coëxequantur objectum, & ultimò ad ipsum potentiam applicent Actus duo, & Imperans, & Imperatus; & uterque executivus sit? Quintò: Nam actus Imperans, saltem est executivus Imperati: non tamen connectitur minùs cum existentiâ effectûs, quàm cum existentiâ actus imperati: cur ergo non sit respectu utriusque executivus?

Suprà n. 519.

Et hactẽus Tract. de Actib. cõ. Suarez.

Neque diſcurſus Borrull.

566 Dat Borull: quia Decretum Intentivum vult objectum fieri per aliud Decretum: non sic, Executivum. Contrà primò: quia semper hæremus vocibus eisdem, & quæstioni: rogamusque cur ita velit, si Intentivum est efficax? Secundò: quia Intentivum nequit non habere vim executivam respectu Decreti, per quod vult rem poni. Tertiò: quia nihil obstat, quominùs velit poni per aliud Decretum, & simul velit poni per seipsum: imò contendimus oppositum esse imperceptibile: nam sicut Intentivum ita tuere nequit, ne objectum ametur à se; ita ne ametur à se efficaciter: quid autem aliud est applicari ex vi affectûs facultatem executricem ad operandum?

Neque tãdem diſcurſus P. Aldretti, & P. Doct Rubaden.

567 Dat ultimò Ribadeneya secutus Aldretum: quia Decretum Intentivum eget ex se, & petit conjungi cum principiis alioqui sufficientibus ad effectus positionem: non ita, Executivum: sine quo principia, quibus adjungitur, non sufficiunt ad positionem objecti. Contra primò: quia adjungi principiis sufficientibus ex se ad positionem objecti, non tollit supervenienti principio vis causandi, vel determinandi, ut est ex terminis notum. Secundò: quid obstat, quominùs duæ causæ subordinatæ coadunentur ad immediatam executionem effectûs? Tertiò, licèt Divina voluntas sit ex se sufficiens ad positionem Decreti executivi; nihilominùs Decretum, quod dicitis intentivum, habet vim executivam ejusdem. Quartò: quia si Decretum est efficax, cui egeat principiis per aliud cõstitutis in esse plenæ sufficientiæ ad positionem objecti? cur per ipsum, sine alterius intervento non reddentur principia plenè sufficientia? hæc enim est ipsissima quæstio: aut unde fingitur in hoc Decreto indigentia alterius, ut principia reddantur sufficientia? ex quo patet, ab his authoribus rationem omninò eandem recidi, foro vocum colore diverso, & cum manifestâ petitione principii de quo quærimus.

Objectio prima.

568 Objiciunt primò: dari in Deo Decreta *disjunctiva*, quæ necessario pertinent ad ordinem Intentivum. Deinde vix incedi posse per Theologicas materias nisi per hos ordines, præsertim disputando *de Incarnatione*, ejusque causis: *de Prædestinatione*, nostrisque meritis respectu Gloriæ. Respondetur, imprimis Decreta disjunctiva non esse Deo possibilia. Deinde ex his permissis non sequi distinctionem ordinis Intentivi ab Executivo: nam ut Decretum disjunctivum determinet ad productionem unius, sufficiet exclusio alterius extremi. Tertiò, decussas à nobis esse difficultates has omnes; & in earum decursu, *ria* ostensa: *Primum*: eos ordines superfluere in Theologicâ pariter, & sine sufficienti fundamẽto adduci. *Alterum*: eos esse omninò insufficientes ad fines, ad quos tantâ contentione quæruntur. *Tertium*, sine his posse Theologum incedere, nosque *in tractatu de Incarnatione* incessisse, & in hoc, & aliis incessuros rectâ, ut opinor, ad veritatem viâ.

Solvitur.

Tom. de Incarnat. tot. lib. 3.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providẽt. & Prædeſtinante.

Objectio ſecunda.

569 Objiciunt secundò: Decretum Prædefinitivum actûs liberi possibile est: at est ordinis puè intentivi: alioquin tolleret libertatem: nam ex eo maneret determinata Omnipotentia ad actionem, quacum concurrit cum Creatura: ergo stare potest affectûs efficacia sine vi executivâ: quo rationes nostræ innuuntur. Nego minorem: nam Decretum Prædefinitivum exequitur auxilia, & alia objecta: unde manet in lineâ Decreti executivi, saltem respectivè ad Auxilium.

Solvitur.

Solemnis Inſtantia:

570 Instant, ut putant, efficacissimè. Licèt Prædefinitio efficax sit executiva respectu auxilii: nequit esse executiva respectu consensûs v.g. nihilominùs non est minùs efficax respectu consensûs, quàm respectu auxilii. Nunc sic: ergo stare potest affectûs efficacia circa existentiam alicujus objecti, quin eo ipso affectus sit executivus talis objecti: ergo potest dari ordo actûs purè intentivi respectu objecti, circa quod habet intrinsecam efficaciam: ergo nullæ sunt rationes pro nostrâ conclusione deductæ. Respondetur:

Nota bene Doctrinã.

571 Habenda præ oculis est natura Decreti executivi, ut apud omnes exponitur: quæ est, ultimò applicare, & determinare potentiam ad actionem objecti voliti: Iam *duplex* genus objectorum occurrere potest. *Primum* eorum, quorum determinatio ultima non est Dei, sed creaturæ, cui Deus ita pro libito suo attemperavit Omnipotentiam, ut noluerit in operatione agere partes, & vices determinantis. *Alterum* eorum, quorum determinatio spectat ad Deum. Circa *primum*, nullum est in Deo decretum executivum, neque dari potest, salvâ libertate nostrâ: quia datur in Deo Decretum nolendi determinare, atque adeò nolendi habere decretum executivum talis objecti. Circa *secundum*, necessariò dari debet in Deo Decretum executivum.

Cardo tuẽdi Divinas Prædefinitiones circa Actus liberos.

572 Tendere potest in utrumque genus objectorum Deus per affectus efficaces, sed efficaciâ valdè diversâ. Circa obje-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de D. o Providit. & Prædestinante.

objectum liberi consensûs creari tendit affectu efficaciæ puræ affectivæ, & connexivè, supponentis determinationem voluntatis, nec aliter volentis operationem; quam tamen, quia efficaciter vult, vult quòd existat à Creaturâ determinante, sub mediis, quibuscum alioquin prævidet exituram ex determinatione ipsius Creaturæ. Circa objectum operationis sibi liberæ, & à se determinandæ, tendit affectu efficaciæ effectivæ, ut satis nostræ rationes probant præoccupando hanc istam.

Solvitur Instantia.

573 Cujus assumpto concesso, distinguo minorem, quæ subsumitur: dari potest efficacia affectûs *circa objectum à volente determinandum*, sine vi executivâ, nego: circa objectum determinandum ab alio, concedo: & distinguo consequens: dari potest *ordo purè inventivus* circa objectum, circa quod datur in volente, *ordo executivus*, nego: circa objectum, circa quod nec datur, nec dari potest in volente *ordo executivus*, concedo: quid tamen inde contra nos? Nec exinde potest unquam esse verum, dari ordinem purè inventivum: Nàm & Decretum prædefiniens, licèt non sit executivum actûs liberi, id habet habendo rationem executivi circa auxilium, & habet ex ratione exequendi exercitè impossibilitatem, quam sibi imponit liberè Deus, de creaturâ non determinandâ ad actionem; & necessitatem de attemperandâ suâ Omnipotentiâ arbitrio creaturæ: quod perinde est.

574 Nihil enim aliud est præparare Omnipotentiâ attemperatè ad arbitrium creaturæ, quàm velle Deum, dare creaturæ vires ad operandum, nolendo vices agere determinantis in operando: & hoc est relinqui creaturam indifferentem in operando, & præparari Omnipotentiam indifferenter ex vi Decreti Divini: nam ex munere sic attemperandi Omnipotentiam arbitrio creaturæ, impossibilitat sibi Deus connexionem cum operatione creaturæ, præterquàm ex ipsius determinatione, ut explicabitur *infrà*, & ponitur creatura cum jure ad determinationem operis, & compossibilis cum extremo, quod pro libito velit.

Infrà lib. 7. à num. 210. & à num. 218.

Suprà nu. 534.

575 Sed rogas: quomodo igitur explicabitur *efficacia talis affectûs prædefinitivi*? Respondeo ex *num. 534.* sic explicari debere, ut Deus ex speciali tate complacentiæ, velit auxilium, quod prævisum est ex determinatione creaturæ conjungendum cum consensu: qui enim ponit medium, sub quo videt effectum, ex complacentiâ vehementi circa ipsum, efficaciter tendit in illum, neque ex istâ efficaciâ retenta plusquam ad ponendam hypothesim, quam reipsâ videt cum effectu conjungendam. Sed hæc illustrabuntur *in loco suo*.

Lib. 7. à num. 69. & à nu. 126.

SECTIO III.

AN DECRETVM EXECVTIVVM MEDII alioquin indifferentis, ne noceat libertati, debeat esse inconnexum cum effectu determinato?

§. I.

DOCTRINA PLAVSIBILIS RECENTIORVM.

Recentiorum Doctrina obscurior est Ribadeneyræ & aliis.

576 DOctrina, quæ apud Modernos ex Patre Ribadeneyrâ *disp. 2. de Prædestinatione* plausibiliter circumfertur, affirmat: nempè Media alioquin indifferentia, qualia sunt apud nos Auxilia Divinæ Gratiæ, ut stare cum nostrâ libertate possint, debere decerni necessariò per Decretum ex se compossibile cum utroque libertatis exercitio. Ne tamen negare videantur possibilitatem prædefinitionum efficacium, aut strictæ Directionis Scientiæ Mediæ, addunt in eo casu duplici Decreto Deum versari debere circa auxilia. *Alterum* est executivum, & immediatum, *& per se requisitum*; & hoc, *ajunt*, esse indifferens respectivè ad exercitia libertatis, & cum utrolibet compossibile. *Alterum*, intentivum, & *per accidens accedens*: & hoc ajunt, esse posse connexum cum consensu v. g. vel ex vi prædefiniendi, vel ex strictâ directione Scientiæ Mediæ.

Ordo executionis.

577 Hæc Decreta ponuntur hoc ordine: ut *inconnexum*, seu *indifferens*, subsequatur tanquam actus imperatus: *connexum*, & *prædefiniens* antecedat; tanquam Imperatis ea omnia, quæ *per se requiruntur* ad libertatem: cùm autem unum ex *per se requisitis* ad libertatem, sit decretum inconnexum, & indifferens executivum auxilii, etiam inducitur, & imperatur. Et demum *asserunt*, sine hoc ordine, & binario, stare non posse nostræ libertatis cum Divinâ, vel Prædefiniente, vel ex Scientiæ Mediæ directione operante, concordiam. Nota quæstionem hic non esse de Decreto indifferenter præparativo Omnipotentiæ, ne sit æquivocatio.

Tota Doctrina Nostris Primoribus nova est, & falsa ex multiplici capite.

578 Hanc ego Doctrinam, uti novam apud Graviores Societatis Authores, nusquam, & nullibi recurrentes pro concordiâ directionis, aut prædefinitionum cum nostrâ libertate, ad *hoc binarium* Decretorum circa existentiam auxilii is probavi nunquam; & semper exiltimavi falsò confictam. Primò ex doctrinâ *sextæ veritatis præcedentis*. Secundò: ex generali principio de *Indivisibilitate Divinâ* in decernendo. Tertiò: ex necessariâ præcedentiâ Scientiæ Mediæ, cui manifestò opponitur. Quartò: ex inconsequentiâ Defensorum repræsentatâ satis *num. 363.* Quintò: ex Doctrinis, quas sine examine supponit de imperabilitate Actuum Divinorum, eorumque variabili libertate: & quas *suprà* rejecimus, & ex professo in Opere *de Incarnatione lib. 3. disputatione primâ vel à.* Sextò: ex multiplicatione actuum Divinorum circa idem objectum, quod, sine otiositate decernentis, & actuum mutuâ quoad perfectionem unicuique in suâ linea debitam diminutione fingi, nequit. Septimò: ex falsâ suppositione de eo, quòd Decreta executiva Auxiliorum intrent in essentiam libertatis nostræ.

Suprà à nu. 358. & de Incarn. lib. 3. disp 1.

Impugnatur ulterius ad Homines.

579 Arguo insuper, & primò ad *homines* contrà plures ex Adversariis, ita disputantibus, ut asserant Decretum illud connexum, & Scientiam Mediam esse natura posteriores consensu, ejusque causis per se requisitis. Implicat induci per id, quod est natura *per se* posterius in id quod est *per se* naturâ prius; ut patet ex ipsis terminis; sed per vos Decretum prædefinitum, aut directum à Scientiâ Mediâ est *per se* posterius consensu, ejusque causis: ergo implicat in terminis per tale decretum induci consensum, aut ejus causas: ergo implicat, quòd tale Decretum sit actus imperans respectivè ad decretum essentialiter requisitum ad auxilium, & ad ipsum auxilium. Ergo tota vestra Doctrina, si vestris principiis standum est, manifestâ terminorum implicatione laborat.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

580 Arguo secundò. Stare nequit per vos indifferentia auxilii, quantum requiritur ad constitutionem libertatis, si Deus exequatur auxilii existentiam per Decretum connexum cum consensu: hæc enim est vestra Doctrina: ergo nequit stare indifferentia Decreti alioquin *per se requisiti*, quantum ad constitutionem libertatis nostræ requiritur, si Deus ipsum Decretum exequatur per aliud connexum cum consensu. Atqui si Deus imperet sibi Decretum executivum auxilii ex antecedenti Decreto, exequitur per decretum connexum cum consensu: ergo. Quæ subsumpsi, vera sunt: Prima consequentia, in quâ est difficultas, probatur expositione terminorum: neque enim manet minùs, aut aliter connexum cum consensu, auxilium ex vi Decreti executivi connexi cum consensu, quàm maneat cum consensu connexum, Decretum alioquin indifferens: ergo vel utrique perit indifferentia ad libertatem requisita, vel nulli.

Secundò: etiam ad Homines.

Evasio reprimitur.

581 Dicitis, perite indifferentiam auxilii, quia non existit *modo compossibili* cum dissensu, neque modo, quo prævisum est in hypothesi Scientiæ Mediæ. Hæc (nisi fallor) est magna æquivocatio. Duplex est *modus ex parte in auxilio, & in Decreto*: alter, intrinsecus: alter, extrinsecus: ille consistit in entitate auxilii, vel decreti: hic in Decreto reflexo. Contra jam primò: quia æquè auxilium, ac Decretum existunt in utroque casu *modo extrinseco* incompossibili cum dissensu, & æquè in utroque casu existunt *modo intrinseco* compossibili cum dissensu: nullum ergo discrimen est. Contra secundò: quia, si Decretum executivum auxilii imperatur, ita per vos existit, ut neque auxilium, neque ipsum Decretum existeret, nisi esset Scientia Media de consensu: ergo existit in sensu vestro utrumque *modo incompossibili* cum dissensu. Contra tertiò: quia in hypothesi Scientiæ Mediæ non videtur Decretum auxilii. Deinde demus videri: videturne ita indifferens extrinsecè, & intrinsecè, ut excludat imperium, vel non? Si primum: nequit per imperium poni, quale prævisum est. Si secundum: ita videbitur auxilium, & poni à loqui poterit per Decretum connexum cum consensu. Contra quartò: quia ex mox urgen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

urgendis *à nn.613. & infrà lib.7. à nn.112 & 201.* & ex præjactis *à num.358.* ex suppositione quòd præcedat Actus efficaciter imperans, servari non potest Decretū quale videri in hypothesi, aut potest, aut debet, nempe immediatè liberum, & indifferens entitativè: ergo ex præcedentiâ actûs efficacis, majus præjudicium fit indifferentiæ Decreti, quàm Auxilii. Vide *loco citato.*

Mox à num. 613. Infrà l. 7. à num. 112. & à num. 201.

582 Arguo tertiò: Auxilium alioquin indifferens poni per vos potest à Deo per Decretum necessitans: ergo & Decretum ipsum indifferens. Consequētia probatur: sicut enim auxilium secundùm se, est indifferens conjungi Decreto necessitanti, & Decreto non necessitanti; pariter causa per se requisita ad ipsius auxilii existentiam, quale est Decretum inconnexum. Rogo modò: undenam habet reflexum impetium, ne necessitans sit? Dicetis: ex eo, quòd habetur à Deo dependenter à Scientiâ Mediâ, & ex suo modo tendendi sit incapax determinare Creaturam, tendensque in ipsam cum jure privativo determinandi suam operationem. *Bene*: ergo si detur auxilium per Decretum, quod habeatur à Deo dependenter à Scientiâ Mediâ, & ex suo modo tendendi supponens determinationem Creaturæ, & jus ad ipsam in eâ, licèt sit alioqui connexum, non erit necessitans. Id autem nos dicimus.

Suprà à num. 358. Tertiò, etiam ad homines.

Evasio pellitur.

583 Dicitis: non esse id possibile. Et quænam est impossibilitatis ratio? Nam Decretum collativum auxilii non constituit jus privativum libertatis ad determinandum operationem: neque constituit hypothesim Scientiæ Mediæ: cur ergo ex directione Scientiæ Mediæ, atque adeò ex determinatione prævisâ Creaturæ, non possit esse Decretum executivum auxilii, alioqui connexum cum ipsâ determinatione creaturæ? Et ratio est: quia Decretum hujusmodi non tollit à Voluntate jus se determinandi pro libito, ratione connexionis, quam habet: quia tota ea connexio habetur in Decreto ex jure privativo creaturæ ad se determinandam pro libito: stare ergo potest cum indifferentiâ propriâ hypothesis prævisæ per Scientiam Mediam: nam isti indifferentiæ positivæ solùm efficit connexio præoccupans jus determinandi, ut *modò* explico.

Alia eviā pellitur.

Ann. 585.

584 Arguo quartò: Repugnat in Deo simultas affectuum circa idem objectum, quorum, alter inefficax sit; alter, efficax: imperatus, ille; hic, imperans: ergo nititur falso principio tota Adversariorum Doctrina. Consequentia patet: nam ea est, stare non posse concordiam libertatis nostræ cum Divinâ Prædefiniente, aut dispensante auxilia ex directione Scientiæ Mediæ, nisi detur in Deo simultas hujusmodi affectuum. Antecedens, in quo est difficultas, ostenditur primò: quia affectus inefficax est dispositio voluntatis, vi cujus ita afficitur in objectum, ut ex vi affectûs sit paratus manere sine tali objecto: affectus efficax est dispositio ita vehemens erga objectum, ut ex vi affectûs non possit esse paratus manere sine tali objecto: quis ergo concipere possit in volente perfectissimo talem affectuum ordinem, ut ex dispositione non manendi sine objecto, velit, ita tendere in ipsum, ut ex affectu maneat paratus sine objecto esse?

Quartò ex reipsâ.

Secundò: quia volitio efficax erga objectum, est simul voluntas efficax sui, & objecti: ergo est voluntas, quâ volens, efficaciter vult, efficaciter objectum velle, manereque cum ipsius existentiâ connexum, & inseparabilem ex vi affectûs: quis autem ferre possit in volente perfectissimo affectum, quo ex una parte velit efficaciter, efficaciter velle objectum, & ex aliâ efficaciter velle, velle inefficaciter ipsum objectum, quod efficaciter velle, vult efficaciter? Id autem est, imperari affectum inefficacem objecti ex amore erga ipsum efficaci: & hæc, me judicio videntur judicia, ut *disp. illâ 1.* toties citatâ *lib.3. de Incarnatione* fusiùs dixi. Neque me quicquam movet solutio, quam post Quirós, Aldretum, & alios tentat in simili pro compossibilitate Decreti Prædefinientis efficacis, & præparantis Omnipotentiam indifferentis P. Herrera *quæst.10. sect. 4. num. 31.* Tùm quia tota ea Doctrina deseretur & impugnabitur *lib.7. seq. disp.34. sect. 5.* Tū quia eatenus ea Decreta cōponit, qua tenus diversissima objecta cuivis affingit: & modò non est quæstio, nisi de Decretis efficaci, & inefficaci circa idem objectum.

Tom. de Incarnat. lib.3. disp 1. fact. Quirós. Aldrete. & Herrera.

Vide lib.7 à nn.201.

Quare

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

§. II.

TENENDA SENTENTIA.

Mens nostra de modo dispensandi Auxilium.

585 Conclusio sit: Concordia nostræ libertatis non petit, Media alioquin indifferentia dispensati per decretum inconnexum cum effectu determinato: sed stare potest, ésto decernantur unicè per decretum connexum: imò aliter decerni non possunt. Tres partes habet Assertio. Vltimam tenere debent quotquot pro Doctrinâ Disputationis *præcedentis* laudavimus, ut intuli *num. 390.* eamque probat tota *ea Decisio*; & *quæ nuper à num. 527.* contra Modernos meditati sumus. Duas alias, ex communi Societatis doctrina meritò ponunt Quirós, Herrera, & Avendaño; easque utpote præsentis controversiæ, simul ostendo: à paritate Doctrinæ de necessariâ præcedentiâ Scientiæ Mediæ: vel enim illa negari debet, vel statui præsens: ipsissima quippe est utriusque ratio, & ipsissima difficultas: ut expendenti constabit: nam necesse est auxilium dispensari per complexum actuum essentialiter connexum cum determinatâ parte libertatis. Insuper

Quirós. Herrera. Avendañ.

Probatio Prima: & à priori.

586 A priori: & argumentor sic primò: Suppositio extrinsecè conjuncta cū comprincipiis alioquin indifferentibus, ex nullâ sui connexione cum consensu, determinans ad consensum, nequit obstare libertati consensûs: Atqui Decretum, quo unicè conferatur Auxilium alioquin indifferens, etsi connexum sit cum consensu, est suppositio extrinsecè conjuncta cum comprincipiis alioquin indifferentibus, ex nullâ sui connexione determinans ad consensum: ergo talis suppositio decreti nequit obstare libertati consensûs: ergo concordia nostræ libertatis non exigit auxilia dispensari per Decretum indifferens. In hoc discursu stat *tota vis.* Et major est evidens: quia si connexio accedens principiis indifferentibus, non addit vim determinandi, ea finit in suâ indifferentiâ, & voluntatem in privativo jure se & illa applicandi pro libito: quo reducitur solemnis ea ratio, quòd suppositio connexionis non immutans immediata principia operationis liberæ, non obstat libertati. Nec aliunde apud nos suppositio Scientiæ Mediæ, aut complexi ex ipsâ, & ex decreto, conciliatur cum pleno jure nostræ libertatis.

Quæ connexio sit inimica libertati?

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

587 Minor, in quâ est difficultas, probatur. Decretum unicè connexum cum consensu ex suppositione per Creaturæ determinationem inductâ de consensu, nequit habere connexionem determinantem ad consensum; sed Decretum unicè collativum auxilii, & alioqui connexum cum consensu, solùm est connexum cum consensu ex suppositione per Creaturæ determinationem inductâ de consensu: ergo nequit habere connexionem determinantem ad consensum: ergo nullâ sui connexione potest ad consensum determinare. Minor patet: quia tale decretum supponitur essentialiter pendens à Scientiâ Mediâ, nec aliter potens existere. Major est in Scholâ nostrâ primum principium.

588 Confirmatur primò: quia unicè poni auxilia per decretum connexum cū consensu est existere auxilia, & connexionem cum consensu ex suppositione liberâ Creaturæ de consensu; atqui existere auxilia, & connexionem cum consensu ex suppositione liberâ Creaturæ de consensu, est suppositio impotens determinare ad consensum: nam est suppositio connexa cum eo, quòd nullus determinet ad consensum, nisi creatura: ergo. Confirmatur secundò: quia tota energia hujus decreti stare potest cum decreto de eo, quòd Deus nolit determinare Creaturam ad consensum: stat enim benè efficacia connexiva cum consensu ex vi Scientiæ Mediæ, & simul efficacia necessitans Deum ne determinet, atque adeò connexa cum prædominio Creaturæ: ergo energia hujus decreti nequit esse connexio determinans.

Confirmatur hinc tertiò: Suppositio nihil importans ex vi connexionis, nisi veritatem Scientiæ Mediæ, & alioquin conjuncta cum hypothesi ipsius Scientiæ, qualis ab ipsâ attingitur, nequit obstare talis hypothesis dominio, & libertati; atqui suppositio Decreti, quo de loquimur, ex vi connexionis, solùm habet importare veritatem Scientiæ Mediæ; solùm enim habet eam connexionem ex subsecutione ad Scientiam Mediam: Deinde jungitur cum ejus hypothesi, qualis prævisa est: quia prævisa est

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

cum jure determinandi, cui non opponitur istius Decreti connexio: ergo.

Probatio altera: & Confirmatio præcedentis.

589 Argumentor secundò sic, & illustratur præcedens ratio: Tota libertas Creaturæ manet cum Decreto unicè collativo auxilii, & aliòqui connexo cum consensu v. g. ergo neque ejus suppositio tollit libertatem, neque istius immunitas exigit Decretum indifferens collativum auxilii. Probatur antecedens: Tota libertatis essentia stat, & salvatur in existentiâ principiorum, quæ requiruntur ut immediatè influxiva in cõsensum, & dissensum, & in carentiâ principii immediati non indifferẽtis ad utrumlibet: *breviùs*: tota libertatis essentia, stat in potestate immediatâ indifferenti, sine vi præoccupandi jus determinationis ad opus; Atqui totum hoc stat cum Decreto, quo de loquimur, & sine Decreto indifferenter collativo Auxiliorum: ergo

Syllogismi Principalis

sine hoc, & cum illo manet tota libertas. In præmissis proximi Syllogismi stat tota difficultas.

Minor probatur.

590 Et minor ostenditur. Primò ex ratione præcedenti: nam connexio hujus decreti non potest præoccupare jus determinandi: & aliòqui conjungitur cum his omnibus, quæ se habent immediatè ad consensum, & dissensum, ut patet. Secundò: quia suppositio consensûs, licèt sit opposita dissensui, non opponitur essentiæ libertatis, neque potestati dissentiendi: ergo neque suppositio connexionis de consensu consequens ad ipsum consensum. Tertiò: quia ex defectu Decreti indifferenter collativi nihil deficit ex his, quæ immediatè principiant consensum, aut dissensum: cùm Decretum, nullius sit principium immediatũ. Deinde ex ejus defectu, nõ substituitur aliquod principium immediatum determinans ad unum ex extremis: nam sola succedit carentia ipsius: at ista carentia non influit immediatè in cõsensum, positivè, ut patet; neque negativè: nam influerè negativè immediatè est tollere aliquod immediatum principium dissensûs: nullum autem tollit; solùm enim tollit decretum indifferens, quod neque in consensum, neque in dissensum influit immediatè: ergo sine tali decreto, & cum decreto connexo stant principia, quæ requiruntur ut immediatè influxiva in consensum, & dissensum, & carentia principii immediati determinantis; sive stat potestas indifferens immediata, atque adeò tota libertatis essentia.

Major probatur.

591 Probatur modò major: Nam tota essentia libertatis stat in potestate proximâ electiva ad utrumlibet; atqui potestas proxima electiva ad utrumlibet solùm dicit constitutivè principia immediata ad utrumque, & exclusionem immediati principii determinantis ad unũ: ergo in his duobus stat tota libertatis essentia. Major est per se nota. Et minor etiam patet: quia implicat in ipsis terminis, quòd quis habeat principia immediata ad aliquid, & quòd careat potestate proximâ ad illud. Deinde similiter implicat, quòd quis habeat principia immediata cum exclusione determinantis ad unum, & quod non maneat indifferens, & cum jure ad eligendum. Confirmatur: quia potestas sufficiens nihil est aliud, quàm potentia immediata sufficiens; potentia necessaria, nihil aliud, quàm potentia immediata necessaria: ergo potentia libera nihil est aliud quàm potentia immediata indifferens.

Evasio prima intercipitur

592 Dices primò: defectum decreti Indifferentis determinare *saltem negativè* ad consensum: quia tollit id quod est necessarium, ut dissensus sit, & aliòqui comparari non potest: quare cum talis decreti defectu nequit stare potestas indifferens. Contra: Decretum indifferens nullo modo influit immediatè in dissensum: ergo ex ejus defectu nihil deficit immediatæ, & proximæ potestatis ad dissensum: ergo ejus defectus neque negativè determinat. Nam tunc aliquid negativè determinat, quando tollit aliquid aliud se tenens ex parte proximæ potestatis ad oppositum: manet enim tunc potentia necessitata ad unum ex defectu potestatis ad contradictorium. Confirmatur: esse necessarium, ut dissensus sit, non est requiri ad potestatem proximam dissensûs, ut est evidens in ipso dissensu, in ejus actione, in Scientiâ Visionis, & Mediâ de dissensu: ergo stat optimè esse necessarium, ut dissensus sit, & aliòqui non existere, nihilque deficere de potestate proximâ dissensûs: ergo neque de potestate comparandi illud ipsum quod deficit pro casu dissensûs.

Evasio secunda pellitur.

593 Dices secundò: Decretum Indifferens influere in dissensum *duplicitèr*: *Primò* in genere causæ: & hunc esse influxum unicè mediatum. *Secundò* in genere conditionis: & hunc esse immediatum: nam dissensus non solùm indiget Decreto, quatenus eget auxiliis; sed etiam quatenus ex se exigit, ut auxilia sint modo secum compossibili. Contra: quia Decretum non exercet causalitatem & influxum, nisi quatenus vult, & decernit; at sola decetnit auxilia, & non dissensum: ergo solùm exercet influxum circa auxilia: vana est ergo distinctio istius duplicis influxûs. Deinde habere se ut conditionem immediatam, est tollere per sui existentiam, carentiam alicujus quod immediatè determinaret ad consensum; at per sui existentiam nullius carentiam tollit, quæ vel positivè, vel negativè determinet ad consensum: ergo. Tertiò: quia egere aliquo, ut sis, non est ipsum exigere ut influxivum in te. Quartò: quia per vos, licèt de essentiâ dissensûs sit, coëxistere cum auxilio, & cum decreto intrinsecè, & extrinsecè secum compossibilibus, non tamen est de essentiâ dissẽsûs, quòd ejus potestas proxima, subesse debeat decreto intrinsecè, & extrinsecè cum dissensu compossibili: ergo simpliciter.

Evasio tertia pellitur.

594 Dices tertiò: defectum hujus decreti determinare, quia substituitur decretum connexum: cujus aliòquin exclusio requiritur ad essentiam libertatis: neque enim minus requiritur istius decreti exclusio, quàm decreti Thomistici, & Schotistici. Contra: nam id jam est negare possibilitatem prædefinitionum, & decreti directi à Scientiâ Mediâ. Secundò: nequit in essentiâ libertatis includi exclusio rei nihil obstantis essentiæ libertatis: nam ex eo in essentiâ libertatis includitur exclusio Decreti Thomistici, & Schotistici, ex eoque ea exclusio præviderur in hypothesi Scientiæ Mediæ: atqui Decretum, quo de loquimur, nihil obstat essentiæ libertatis: ergo non est de essentia libertatis ejus exclusio. Probatur minor: earenus tale decretum obstaret posset essentiæ libertatis, quatenus ex vi connexionis haberet præoccupatum jus determinandi: qualiter habent Decreta, Thomisticum & Schotisticum; atqui connexio talis decreti est necessitas non determinandi, sed supponit præoccupatum in Creaturâ jus se determinandi, ut dixi *à num.* 587. ergo. Confirmatur. Nam si obstaret libertati, vel esset ratione connexionis? & hoc non: nam suppositio connexa cum consensu bene stat cum libertate ad consensum, & dissensum. ut dixi *num.* 588. vel esset, quia dissensum impedit? nec hoc: quia impedimentum unicè existens, ut tale impedimentum est, dependenter à libitu potestatis potentis ipsum evitare, non obstat ipsius voluntatis arbitrio, & potestati: ergo, &c.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Probatio tertia à priori.

595 Argumentor tertiò sic: suppositio connexionis cum consensu v. g. simpliciter consequens exercitium libertatis & consensûs, nequit obstare libertati consensûs, ut est primum in Schola præsertim nostrâ, principium: Atqui suppositio decreti connexi cum consensu unicè conferentis auxilium, est suppositio connexionis simpliciter consequens exercitium libertatis, & consensûs: ergo, &c. Major, ut dixi, nota esse debet: nam eo ipso erit ea suppositio pro libito voluntatis impedibilis, vel acquiribilis, atque adeò innoxia libertati. Minor probatur: quia, ne ea suppositio sit simpliciter consequens, neque obstat ratio remotè præcedendi ad consensum, neque necessitas remotè præcedendi: nihil igitur obstat ne sit simpliciter consequens ad consensum.

Suprà à num. 384. ubi aliæ remissiones.

596 Antecedens quoad primam partem datur ab Adversariis: & quoad alteram facilè ostenditur: nam ut suppositio sit simpliciter consequens, sufficit posteritas in genere determinantis; atqui posteriotitari in genere determinantis, non obstat necessitas remotè præcedendi: nam ex eo solùm fit dari mutuam prioritatem in genere diversissimo, nempe in genere intentionali, & physico: ita nempe, ut ea suppositio connexionis sit prior in genere physico respectu cõsensûs per mediatum influxum; & simul sit posterior in genere determinativo, & intentionali per essentialem attemperationem ad Scientiam Mediam, & ad ipsam exigentiam consensûs: quæ mutua prioritas negari in multis nequit, ut ostendimus *à num.* 384. ubi ad homines præsertim à 386. manifestè contendimus admittendũ hoc genus prioritatis mutuæ, & posse impediri, vel acquiri pro libitu, quod aliòquin præsupponi debet ad exercitiũ li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

libertatis in lineâ remoti prærequisiti, vel remotæ causalitatis: insuperque diximus quæ *contra præsentem veritatem* objici possent.

§. III.

ARGVMENTA DVO DIFFICILIA VRgentur, & Solvuntur.

Objectio Prima, difficilis.

597 OBjicies tamen hic denuò primò: Non potest stare, salvarique libertatis essentia, nisi sit *modo indifferenti, & compossibili* cum utroque extremo libertatis ipsius: Atqui si auxilium unicè detur per decretum connexûm cum consensu, nequit stare libertas *modo indifferenti, & compossibili* cum utroque extremo libertatis: ergo neque stare potest libertatis essentia. Major patet: quia libertatis essentia est posse operari pro libitu consensum, vel dissensum: ergo debet existere *modo quo* possit utrumlibet operari. Atqui operari nequit *nisi modo quo existit*, ut patet: ergo modus quo existit debet esse indifferens, & compossibilis cum utroque extremo. Minor probatur: quia libertas constituta per auxilium unicè existens per decretum connexum cum consensu, existit modo solùm compossibili cum consensu: nam decretum, vi cujus unicè existit, est incompossibile cum dissensu.

Illustratur primò:

598 Et hinc patet inevitabilitas talis Decreti, ejusque vis prædeterminativa: nam Voluntas solùm potest operari modo, quò est; atqui in casu nostræ Doctrinæ non est nisi modo incompossibili cum dissensu: ergo solùm potest operari modo incompossibili cum dissensu: atqui operans modo incompossibili cum dissensu, nequit evitare consensum, ut per se patet: ergo neque decretum, & modum, quo est incompossibilis cum dissensu. Vrgetur aliter: si auxilium unicè existit per decretum connexum cum consensu, pro priori ad auxilium jam datur incompossibilitas cum dissensu: ergo existit auxilium pro priori incompossibiliter cum dissensu. ergo nequit pro priori constituere signum indifferentiæ ad dissensum.

Secundò:

599 Confirmantur hæc omnia: sit Petrus in casu dissensûs; & sic arguitur. Petrus, qui modò dissentit, nequit comparare Decretum connexum cum consensu, ex quo in casu consensûs solùm potest existere auxilium, per nos, nisi conjungendo consensum cum auxilio: atqui non potest conjungere: ergo nec potest comparare tale decretum, nec liber est. Probatur minor: Petrus non potest conjungere consensum cum auxilio, *ut est* per decretum connexum cum dissensu, ut patet: neque potest conjungere consensum cum auxilio, *ut nunc, est* per decretum connexum cum consensu: nam *nunc*, cùm sit casus dissensûs, non est tale decretum: neque potest conjungere consensum cum auxilio, ut præscindit ab utroque decreto: nam auxilium est effectus Decreti, & implicat effectum existere sine causâ, à quâ habet existentiam: ergo nullo modo potest conjungere consensum cum auxilio.

Tertiò:

600 Vrgetur. Primò: quia nequit conjungi consensus cum auxilio, nisi auxilium existat absolutè: ergo nequit conjungi cum auxilio, nisi conjungi possit cum causâ auxilii: neque enim auxilium habet existere absolutè sine causa. Vrgetur secundò: nequit existere auxilium absolutè, nisi supponat pro priori causam determinatam: ergo neque causare potest, nisi pari modo supponat: nam priùs est esse, quàm operari. Tota hæc speciosa argumentatio, si advertas, solvi debet ab Adversariis: nam ut dixi *à num.* 579. quantumvis auxilium ponant ex decreto indifferenti, cùm tamen hoc decretum indifferens faciant imperari per decretum connexum, instabo argumentum, quod ab ipsis sit, in ipsâ Decreti indifferentiâ existenti *modo incompossibili* cum dissensu. Iam pro utrisque

Objectio ferit omnes.

601 Respondetur. Et ad argumentum: distinguendus est *duplex* existendi modus in essentiâ libertatis, sicut & in aliâ quâcumque re. *Alter*, intrinsecus, & indistinctus ab essentiali sui constitutione: alter, extrinsecus, & consistens in decreto, quo Deus utitur ad ejus positionem: Iam distinguo majorem: nisi sit *modo indifferenti* intrinseco, & attentâ sui constitutione, concedo: nisi sit *modo indifferenti*, extrinseco positionis: subdistinguo: modo indifferenti, indifferentiâ contrapositâ determinationi, concedo, contrapositâ connexioni; nego majorem: & in debito sensu, minorem. Ex quâ distinctione patet ad majoris probationem: nam ad essentiam libertatis sufficit, ne immutetur immediata potestas ad utrumlibet, neque officit suppositio connexionis cum uno extremo, non auferens voluntati jus se, & comprincipia determinandi pro libito, nec aliter existens, quàm per attemperationé ad ipsius voluntatis determinationem, & arbitrium. Ad probationem minoris, dico libertatem constitutam per auxilium unicè existens per decretum connexum, non constitui per ipsum Decretum, sed per entitatem auxilii, ut influxivam in consensum: quæ nempe peraccidens à tali decreto pendet; atque adeò existere modo intrinseco suæ constitutionis, & potestatis activæ cum facultate operandi utrumlibet, & evitandi, vel comparandi sibi modum extrinsecum existendi compossibilem vel incompossibilem cum consensu, juxta libitum suæ determinationis in operando.

Solvitur.

602 Hinc ad adjunctam instantiam de inevitabilitate talis decreti, distinguo majorem: Voluntas solùm potest operari *modo quo est* constituta, & intrinsecè, concedo: *modo quo* extrinsecè ponitur, subdistinguo: non evitando illum modum, quo extrinsecè ponitur, concedo: illum evitando, nego: at sicut ille modus solùm est dependenter à voluntatis determinatione quoad circunstantiam connexionis cum consensu, & in genere determinationis cum posterioritate ad ipsam libertatem constitutivè sumptam, potest ab illâ simpliciter impediri, non quidem conjungendo impeditionem, cum modo decreti, ex quo est, sed evitando ipsum, & conjungendo cum alio, ex quo necessitatus esset Deus decernere libertatẽ, casu, quo voluntas foret dissensura, & Deus vellet dare libertatem, ut explicatum est *suprà à num.* 404. & *à num.* 413. & enucleatiùs ad sequens argumentum.

Suprà à num. 404. & à n. 413 & mox.

603 Distinguo jam minorem: non est nisi modo incompossibili cum dissensu, & attentâ sui constitutione, nego: extrinsecè, & attento decreto, quo ponitur: subdistinguo: est modo incompossibili, consequenter, & ex determinatione nostræ voluntatis, concedo: antecedenter, & independenti, atque adeò inevitabili, nego. Et, ut *sæpiùs* dixi, hæc

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

doctrina necessaria esse debet in principiis Adversariorum, & in Scholâ Societatis. Cur enim Prædefinitio non tollit libertatem? aut cur non tollit Complexum ex Scientiâ Mediâ, & ex decreto? Dicimus: quia utrumque est evitabile. Instatur: libertas solùm potest operari modo, quo existit; at si existit ex prædefinitione, & ex illo complexo, est modo incompossibili cum dissensu. Dicitis, & dicimus: essentiam libertatis non constitui per aliquid eorum, neque per quicquam eorum excludi, cùm neutrum vi connexionis afferat vim determinandi: quid aliud diximus hucusque nos?

Solvitur confirmatio.

604 Ad confirmationem, concesâ majori, nego minorem: Nam Petrus, qui dissentit, licèt habeat libertatem ex suâ determinatione conjunctam cum suppositione dissensûs, & ipsâ consensurus non sit; tamen habet potestatem integrè, & proximè constitutam ad consensum, vi cujus potestatis potest consensum conjungere cum auxilio, non quidem ut existenti per modum incompossibilem cum ipso consensu, sed evitando ipsum, & sibi intentionaliter alium acquirendo. *Nec obest*, quòd existentia auxilii stare non possit sine aliquo decreto determinato: nam bene stat, quòd auxilium habeat existentiam à causâ determinatâ; & tamen quòd auxilium ut influxivum in opus, non dicat eam causam, sed omninò præscindat. Idque erit verum, si auxilium ut influxivum in opus, nihil virtutis accipiat à suâ causâ: si enim tota virtus auxilii distinguitur à suâ causâ; quando comparatur ad opus, ita existit, ut suâ causa nihil præstet ad opus auxilii, adeòque ita existit, ut sine fictione concipi debeat in signo virtutis existentis ad opus cum præcisione reali à suâ causâ. Cum autem Auxilium constituat libertatem, & potestatem dominativam, & determinativam, ut influxivum in opus, constituet cum reali præcisione à causâ determinatâ, & cum jure sibi eam causam determinatam intentionaliter acquirendi conjungendo consensum cum ipsâ entitate auxilii.

Replica intercipitur ex Divinâ benedictione notandâ.

Instantiæ diluuntur

605 Ad primam instantiam, concesso antecedente, distinguo consequens: quin possit cum causâ auxilii hac vel illâ, concedo: hâc solùm, quæ de facto est, nego: sicut enim dissensus potest coëxistere cũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

re tempore posteriori, qualis est voluntas, & nequit cum re priori tempore, qualis est visio de consensu: ita pariter consensum potest Petrus conjungere cum auxilio existente absolutè, quin ideò possit cum causâ, à quâ de facto habet existere absolutè. Ad secundam, fateor operari non posse auxilium, quin existat; nec posse existere nisi per decretum determinatum; at non ex eo, in signo immediatæ virtutis debet eam causam dicere. Sed instabis difficiliùs, &

Objectio secunda valde difficilis. Reverēdiss. Pr. N. G. M. Thyrsus.

606 Objicies secundò: ex Reverendissimo Patre Nostro Thyrso operosè in oppositum disputāte *tom. 2. disp. 12. sect. 2. à nu. 4.* Voluntas habens auxilium unicè collatum per decretum connexum cum consensu, non habet potentiam antecedentem impediendi tale Decretum: ergo ut ponat liberè, debet habere auxilium ex decreto conjungibili cum dissensu: Istæ consequentiæ in Scholâ nostrâ sunt indubitata principia. Probatur antecedens: quia si voluntas haberet eam potentiam, eam haberet ad faciendum, ut auxilium existeret sine omni Decreto: quod repugnans ex terminis est, & probatur sequi: quia Voluntas potens impedire Decretum à quo pēdet auxilium, & impotens inducere aliud, facere potest, ut auxilium existat sine ullo Decreto: Atqui voluntas ex jure libertatis ad dissentiendum, est potens impedire Decretum, ex quo supponimus auxilium dari, & unicè pendere, utpotè incōpossibile cum ipso dissensu: & est impotens aliud inducere compossibile cum ipso dissensu: ergo si voluntas haberet potestatem antecedentem impediendi Decretum connexum cum consensu, ex quo indivisim, & unicè habet auxilium, eam haberet ad faciendum, ut auxilium existeret sine ullo Decreto.

Ex hoc capite, quod probatur primò:

607 In secundâ parte minoris proximæ stat tota difficultas. Eaque ostenditur primò: Inducere Decretum, est determinare ipsius existentiam: sicut inducere Scientiam Mediam, est ejus existentiam determinare, quomodocumque explicetur inductio, & determinatio: Atqui creata voluntas non est potens determinare existentiam Divini Decreti: ergo nec inducere. Minor probatur. Tū quia creata voluntas nihil circa Decreta potest, nisi quatenus potest circa Scientiam Mediam: at Scientia Media non est necessitas decernendi. Tùm & à priori: quia de ratione actūs immediatè liberi est quòd determinetur ab eo, cui est liber, & non ab alio: sed Decretum Dei est actus ipsi immediatè liber: ergo determinari ab ipso potest, & non ab alio.

608 Et urgetur ex inconcussis principiis Scholæ nostræ. Repugnat libertati actionis creatæ, ut determinante Creatūrā, eam condeterminet Deus: ergo repugnat libertati actionis Divinæ, ut, eam Deo determinante, condeterminet Creatura. Nec est effugium in modo determinandi: quasi cum libertate componi nequeat condeterminatio in genere physico: componi autem possit pura condeterminatio in genere objectivo, & intentionali; qualis esset ista Creaturæ respectu Decreti Divini. Contra enim est manifestè, in Scientiā Visionis, & Mediā: utrobique enim solùm est determinatio ex parte Creaturæ in genere intentionali, & objectivo: & utrobique, ex eo solo titulo, manet impedita libertas Dei.

Secundò:

609 Minoris ejusdem secunda pars ostenditur secundò: ex his quæ habet idem Author *disputatione citatā, sect. 3. à num. 19.* Inducere Decretum compossibile cum consensu, est comparare tale Decretū; at Voluntas comparare sibi non potest tale Decretum: ergo nec inducere. Probatur minor. Nequit creata voluntas determinare Divinam ad aliquod Decretum: nisi in vi alicujus suppositionis liberè amatæ à Deo, & quatenus amatæ, & volitæ à Deo: quomodo enim creata voluntas possit determinare Divinam, nisi ex facultate datā liberè ab ipso Deo, atque adeò ex suppositione liberè amatā à Deo? Atqui in casu, in quo sumus, non datur suppositio, quæ, quatenus volita à Deo, possit determinare Deum ad Decretum compossibile cum dissensu: quod probo: quia solùm datur suppositio auxilii, ut volita per Decretum incompossibile cum ipso dissensu: atqui suppositio, ut volita per Decretum incompossibile cum dissensu, non potest determinare Decretum compossibile cum dissensu: quia ut volita per Decretum incompossibile cum dissensu, non est conjungibilis cum Decreto cōpossibili cum ipso dissensu: ergo in casu, in quo sumus, non

non datur suppositio, quæ, quatenùs à Deo volita, possit determinare Deum ad Decretum compossibile cum dissensu.

Tertiò:

610 Ostenditur tertiò eadem pars secunda Minoris ex his, quæ ponderat idem Author *disp. cit. sect. 4. à num. 24.* si voluntas posset inducere Decretum compossibile cum dissensu, deberet inducere posse per dissensum; sed per dissensum non potest: quod probo: Dissensus ex se est incompossibilis cum Decreto secum incompossibili, & essentialiter exigit Decretum compossibile secum. Id est evidens. Ergo dissensus essentialiter supponit Decretum secum compossibile, & libertatem datam ex tali Decreto: ergo nequit esse ratio acquirendi tale Decretum. Probo consequētiam: quia id quod per se subsequitur ad aliquid, nequit esse ratio ipsum acquirendi. Nec valet dicere, libertatem, & actum primum non constitui per hujusmodi Decreta, eaque manere in lineā causæ remotæ. Contra enim est: nam totus actus primus præscindere nequit à conceptu verè existētis, & causati liberè à Deo: sed in ratione simpliciter existentis, & causati liberè à Deo, dicit Decretum liberum, ex quo ponitur: ergo actus primus præscindere nequit à Decreto Dei, ex quo ponitur: ergo præsupponitur ex parte actūs primi Decretum, ex quo habetur auxilium: quomodo ergo acquiras per actum secundum, quod ad ipsum præsupponitur ex parte actūs primi?

611 Hæc, quo solet acumine, Doctissimus Pater latè firmat, & hinc excerpta, anticipavi *in Opere de Incarnatione lib. 3. disp. 1.* quæ tamen, ratione Doctrinæ, reponere non vereor. Et licèt satis præoccupata videam *à num. 404. à num. 413. & rursus à 471. & infrà lib. 7. singulorum* etiam solutionem *à num. 112. & à num. 154.* ante editionem Thyrsinum hunc Authorem, doctrinā, & robore hujus argumenti, (quod sæpè inculcat, & inflatur,) niti potissimùm advertis multa, quæ vera ego censeo; animeris *citatis*, adhibitę, brevi cogor ostendere, & difficultatem esse solvendam ab omnibus Scholæ nostræ, neque per binarium horum Decretorum, Imperantis connexi, & imperati inconnexi eludi posse. Duo sunt.

lib. 3. de Incarnat. disp. 1. & suprà à nu 404. & 413. & rursus à num. 471. & infrà lib. 7. à nu. 112. & à nu. 154.

612 Ostendo secundum, nempè difficultatem æquè in eorum Decretorum premere binario, si qua est. Pone Voluntatem accipere à Deo, & habere auxilium per Decretum indifferens, imperatum à Decreto connexo cum consensu. Et arguo sic: Vt voluntas sit libera, debet habere potestatem antecedentem dissentiendi pro libito: non habet in tali casu: ergo non est libera. Probo minorem. Vt voluntas habeat, debet habere potestatem faciendi, ut auxilium sit sine ullo Decreto: quod repugnat, & probo sequi. Voluntas potens impedire Decretum, ex cujus determinatione unicè stat auxilium; & nec habens, nec potens inducere aliam determinationem sufficientem, ut sit auxilium, facere potest ut auxilium sit sine Decreto; atqui voluntas in casu nostro, ex jure libertatis, potens impedire Decretum imperans, nec habet, nec potest inducere determinationem sufficientem, ut sit auxilium: ergo si voluntas, &c.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Difficultas non est specialis.

613 In minori proximâ sunt partes duæ. Altera, de impotentiā inducendi, & determinandi Divinam Voluntatem: & hæc probata manet ab objiciente, & solvenda; si tenet altera pars: nempe quòd in casu proposito, voluntas non habet determinationem sufficientem, ut sit Decretum auxilii, & auxilium, compossibilem cum consensu. Probatur hæc pars: Primò: quia casus, in quo fingimur esse, est casus actūs Imperantis, & Imperati: sed casus actūs Imperantis, & Imperati in Deo est casus binarii ex utraque parte connexi cum consensu, tùm ex immediatā essentiali libertate Actuum Divinorum; tùm ex eorundem inimperabilitate; tùm ex eorundem reflexione; tùm ex dependentiā adinvicem mutuā: quæ sunt capita satis nota, & grata objicienti, ut patet *tom. 1. disp. 32. & tom. 2. disp. 14. & seqq. & suprà* ponderata jam sunt.

Latè lib. 3 de Incarn. disp. 3. & suprà à nu 388.

614 Secundò: quia apud omnes, tota determinatio voluntatis Imperantis consistit formaliter in Imperio: ergo determinatio, ex quā unicè pendet, & Decretum auxilii, & auxilium, est unicè actus Imperans. Atquī repugnat existere Decretum Auxilii, & Auxilium sine liberā determinatione Dei: ergo in casu imperii non existit liberā detetminatio

suf-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

sufficiens ad existentiam Decreti, & Auxilii compossibilis cum dissensu. Et urgetur. Modus aliquis libertatis esset in Decreto exequente auxilium pro casu dissensûs, omninò incompossibilis cum modo libertatis, quem habet in casu Decreti Imperantis: ergo in casu propositio Decreti Imperantis deficit modus aliquis libertatis in Decreto essentialiter requisitus ad dissensū. Applica ergo formam argumenti: & constabit, difficultatem non esse indi binario Decretorum.

Sed ab omnibus solvenda.

615 Ostendo jam primum: Nempè, difficultatem, saltem in simili, esse solvendā ab omnibus in Scholā nostrā. Nam quis est in Scholā nostrā, qui simul neget, & possibilitatem Divinarum Prædefinitionum efficacium, & possibilitatem strictæ Directionis Scientiæ Mediæ, & in hac necessitatem præcessionis ad omne Dei libitum? Si autem defendatur ista necessitas præcedendi in Scientiâ Mediâ, (ut certè à Doctissimo objiciente defenditur nobiscum,) patet ex retrodictis *à num. 330.* decursu *totius sectionis* illius *tertiæ*, vincendam istam difficultatem, quia exinde resultat necessariò, tùm ex filo Doctrinæ, tùm ex titulo libertatis essentialis Actibus Dei liberis. Si autem possibilitas strictæ directionis, & Prædefinitionum defendatur, premit similis difficultas in concursu Actûs imperātis, & Imperati, ut *nuper* ponderabam. Denique in Scholâ nostrā ab omnibus explicandum est, quomodo homo in tēpore positus possit facere, ut ab æterno Deus habuerit, vel non habuerit hunc modum decernendi libertatem, quâ fruitur. Si enim dissentiret, (ut potest) haberet libertatem ex alio modo decernēdi, qui nunc non est: quomodo ergo qui modò consentit, potens dissentire, potest evitare suppositionem, ex quâ est in ipso libertas? Quomodo potest sibi acquirere resolutionem, ex quâ eadem libertas existeret? Quomodo potest acquirere, per exercitium temporale (id est, necessariò supponens æternitatem) id quod ab æterno necesse est præcessisset? Paret ergo difficultatem in Scholâ nostrā non esse singularem, sed communem, & vincendam ab omnibus.

Supra à num. 330.

Solvitur.

616 Respondeo igitur: Et nego antecedens. Ad probationem, nego sequelam; & ad probationem istius, ex dictis *lib. 5. à num. 154. & num. 404.* concessâ majori, eo sensu quo debet, nego minorem. Dixi, eo sensu, quo debet: quia in eo dari potest magna æquivocatio cum magno præjudicio veritatis. Itaque, ut *loc. cit.* prænonui, negari non potest juxta principia Scholæ nostræ, in Homine posito in libertate consentiendi, & dissentiendi, dari potentiam temporalem inducendi aliquid æternum in Deo, medio consensu, vel dissensu. Hæc potestas solùm est potestas faciendi aliquid, quod sit ratio ex suâ naturâ, ut ab æterno fuerit in Deo hic modus intelligendi, & volendi præ alio. Hæc est inductio, acquisitio, & determinatio, quam respectu actuum Divinorum agnoscit, & unicè admittit Schola nostra in libertate creatâ, ut sæpè dictum est in præcedentibus.

Ex lib. 5. à nu. 154. & in loc ipso à nu. 404.

617 Tria autem notanda sunt maximè. *Primum*: hanc inductionem, seu acquisitionem, vel determinationē exerceri ab æterno; & in tempore, si creata voluntas est. Exercetur ab æterno, per essentialem attemperationem Actuum Divinorum ad jura, & immunitates creatæ libertatis, cui essentialiter sunt conformes. Exercetur in tempore, per temporalem actum libertatis, qui ex naturâ suæ libertatis exigit, ne ab æterno præcesserit ulla connexio in causâ primâ, prædeterminans, utpotè incompossibilis cum essentiâ exercitii liberi, quantumvis aliàs subordinati. *Alterum*: hanc inductionem, seu determinationem, non exerceri à creatâ libertate in Deum in genere ullo physicæ causalitatis, aut physici impulsûs, aut motionis physicæ: sed in genere intentionali, & ex purâ prærogativâ libertatis, exigentis, ut exercitium sui fit ex propriâ solùm determinatione, & quidquid cum eo exercitio connectitur, fit attemperatum isti veritati, & exigentiæ: & hanc vocamus prioritatem purè determinativam. Unde fit, non requiri ad exercendam hanc inductionem, & determinationem in libertate creatâ, & ejus exercitio ullam præexistentiam, imo nec existentiam ullam, præterquàm intentionalem: quia tota inductio exercetur ab æterno per Actuum Divinorum tendentias, essentialiter attemperatas naturæ nostræ libertatis.

Notanda maximè ex lib 5. à num. 154.

Ter-

618 *Tertium*: diversimodè hanc inductionem, & determinationem explicari, & versari circa Actus intelligendi, v. g. Scientiam Mediam, ac circa actus volendi v. g. Decretum, de quo est quæstio. Circa Scientiam Mediam, explicatur hæc determinatio, & inductio prorsus determinatè: quia Scientia Media se habet in Deo citra ejus libitum; & ex determinatione Creaturæ, respectivè necessariò in Deo ab æterno existens ob necessitatē intelligendi quid Creatura faceret, si poneretur in libertate. Circa Decretum explicatur inductio, & determinatio, indeterminatè, & disjunctivè: nempè, quia non aliter potest creatura esse ratio, cur sit hoc Decretum præ illo, nisi posità, & inductâ in Deo necessitate disjunctivâ, vel non decernendi auxilium, vel decernendi in suppositione conjungibili cum consensu v. g. Et hæc necessitas est Scientia Mediæ: quæ cùm constituat libertatem decernendi, & volendi Divinam, constituit Deum in libertate disjunctivè necessitatâ, vel ad non dandam Creaturæ libertatem, vel ad dandam per Decretum præsupponens hanc Scientiam Mediam, de consensu v. g. Hæc singula satis *suprà* præexplicata jam sunt.

Suprà à num. 473. Consideratio

619 Ut autem magis pateant, & applicentur solutioni difficultatis, pone Petrum in libertate consentiendi, & dissentiendi, sed actu consensurum. En Petrus cum libertate ex Decreto connexo cum consensu, (præcisis modo aliis talis) ob essentialem præsuppositionem Scientiæ Mediæ de consensu, quæ in Deo fuit ab æterno necessitas ex attemperatione ad creatum consensum inducta, ad ponendam creatam libertatem ex tali Decreto, si vellet ponere.

Libertatis Creatæ: Quod essentialia:

620 Rogas primò: Libertas Petri constituitur per tale Decretum, & Scientiam Mediam? Dico, non constituit: quia sicut præscindit à consensu, & à dissensu, præscindit ex se à modo, quo ab æterno constituta est Divina Libertas ad decernendam talem libertatem Petri: ea enim æquè existere potest per unum, ac per aliud decretum: & essentialiter non pendet ab ipso per quod datur. Rogas secundò. Potest à libertate Petri impediri hoc Decretum? Dico, posse: quia hæc impeditio, in tempore consensus est: & ab æterno, Scientia Media de dissensu: quæ

Et quoad vires impeditivas:

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

extitisset, si loco consensûs, poneret dissensum voluntas. Rogas tertiò: quomodo existeret hæc libertas Petri, si impe- diretur hoc numerò Decretum? Dico, si existeret, ut supponis, extiturum ex alio: quia seipsâ est necessitas non existendi, vel existendi ex decreto compossibili cum dissensu, si dissensuta est: id autem, quod in signo illo indifferentiæ videri non potest, præscit Deus ex ipso eventu per Scientiam Mediam; ex quâ manet disjunctivè necessitatus, vel ad non decernendam positionem libertatis, vel ad decernendam per Decretum conforme operationi prævisæ. Rogas quartò: Potest acquiri hoc Decretum ab ipsâ libertate? Dico, posse in hoc sensu; nempè determinando Deum, ut vel ipsam libertatem non ponat, vel ponat per tale Decretum. Quòd si supponis existentiam libertatis, & Scientiam Mediam de dissensu, ponis necessitatem talis Decreti. Rogas quintò: quomodo ergo non præjudicatur libertati Dei in decernendo? Dico: quia Scientia Media non est necessitas decernendi: & existentia libertatis creatæ, est suppositio consequens ad Divinam. Rogas ultimò: quomodo tandem creata libertas potest determinare Divinam, illæso jure supremi Dominii? Dico, quia solùm determinat disjunctivè in præscientiâ: neque enim hujusmodi genus determinandi lædit summam Dei indifferentiam. Creata enim libertas prævisa cum dissensu, est in præscientiâ æternâ necessitas, ut non existat, vel existat cum suppositione dissensûs: atque adeò, si ponis hypothesim libertatis, ponis necessitatem, ut sit Decretum conforme libertati prævisæ, *id est*, compossibile cum dissensu.

Et quoad vires adquisitivas.

621 Ex his ad primam probationem negatæ Minoris, quam habes *num. 607.* Distinguo majorem: est determinatè Decreti existentiam, in lineâ causalitatis, aut influxûs physici, nego majorem: in lineâ influxûs purè intentionalis, subdistinguo: immediatè, & determinatè, nego: mediatè, & disjunctivè, concedo majorem, ut satis explicui *à num. 409. & 417. & lib. 5. à nu. 154.* Et in hoc sensu, nego minorem. Cujus prima probatio, licèt verum affirmat, falsò colligit: Scientia enim Media, licèt non sit necessitas decernendi, sit necessitas vel non decernen-

Et quomodo do?

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2 de Deo Providēt. & Prædestinante.

nendi, vel decernendi libertatem, juxta operationem ab ipsâ libertate oriundam, & prævisam oriri. Secunda etiam verum assumit, & nihil colligere contra Nos potest: nam quod actui libero repugnat, est determinatè induci & determinari ab alio: disjunctiva necessitas non obest. Ad adjunctam instantiam, respondeo, concesso antecedente, de determinatione, & condeterminatione ad eligendum determinatè: nego, consequens, quod alioquin verū est, sequi ex doctrinis nostris: Nam Neque in genere physico, neque in genere intentionali, determinari Deus potest ad decernendum sic vel aliter, præterquam inducta in Deum vagâ necessitate disjunctivâ vel non decernendi, vel decernendi sic: quæ necessitas non præjudicat libertati, ut est evidens: & in casu nostro, est ipsa Scientia Media.

622 Ad secundam probationem negatæ Minoris, quam habes *num.* 609. Concessâ, sub eisdem distinctionis nuper adhibitæ terminis, majori; nego minorem in eodem sensu. Nam voluntas per potentiam dissentiendi potest sibi comparare Decretum compossibile cum dissensu, puta casu quo sit dissensura, si ponatur: quam vim circa Deum exercet ab æterno, per ipsam Scientiam Mediam: & per dissensum, cùm dissentit, in tempore. Ad probationem distinguo majorem: nequit determinare, determinatè, & in genere veluti causæ physicæ & efficientis, concedo: indeterminatè, ac disjunctivè, & in genere purè intentionali, nego majorem: Ut enim in Schola Scientiæ Mediæ debet esse certissimum, determinari posse ab æterno aliquid per attemperationem ad libertatē nostram, & ex istius determinatione, quæ non existit, sed existeret, & præcisim attingitur à volitione Divinâ; ita pariter certum est, eodem genere determinationis, posse, (licet modo diverso, quem explicui *num.* 618.) induci in Divinam Voluntatem aliquem volendi modum, à creatâ libertate in vi suppositionis, præscindentis à ratione formaliter volitæ à Deo. Et ratio est: quia iste modus inducendi, (vel si mavis determinandi,) non requirit in inducente, & determinante exercitam existentiam sui, sed purè intentionalem, attemperatam essentiæ libertatis pro casu, quo in tempore sit. Argumenti species aliter sentire videtur de modo, *quo* dici, & sentiri debet de *determinativo Scientiæ Mediæ*, aliorumque actuum Divinorum. *Late lib. 5 à nu. 154.*

623 Quòd si roges: cur suppositio libertatis creatæ possit exercere determinationem hujusmodi, ab æterno, in ipsâ præscientiâ; & in tempore, si ponatur, in exercitio suæ libertatis; cur, inquam, id possit, præcisim à ratione volitæ, & amatæ à Deo, cùm re ipsâ existere aliter nequeat, ac volita à Deo, & ex Dei libertate? Præstò est ratio: quia suppositio creatæ libertatis solùm est hujusmodi visex jure libertatis, & virtutis dominativè præcontinentis Actus suos: cùm autem hoc jus, & virtus dominativè præcontinens, reipsâ constitutivè præscindat à ratione volitæ, cùm reipsâ ab ipsâ distinguatur: quid mirum, quòd negemus, posse sic exercere vim suam, nullâ factâ reduplicatione supra ea omnia quæ non sunt illud *Posse*, nec illa *vis*? Et quidem si, etiam à parte rei, tota illa *Vis*, & *totum posse*, constitutivè præscindat à ratione volitæ à Deo; quanto magis in statu intentionali, quo ab æterno determinatione exercet? Sed hæc notata jam sunt, & explicata *lib. 5. de Scientiâ Mediâ*. *Lib. 5. & nuper à nu. 272.*

624 Ad tertiam probationem negatæ minoris, quam habes *num.* 610. concessâ majori, in sensu explicato; nego minorem. Ad probationem, concesso antecedente, distinguo consequens: ergo dissensus essentialiter supponit Decretum secum compossibile, supponit, inquam, prioritate determinationis, nego consequentiam: prioritate purè physicâ remoti principii, subdistinguo: necessarii, ut libertas sit, nego: ut sit libertas cum dissensu, concedo. At ideò etiam tale Decretum est, quia libertas prævisa est fore cum dissensu, ex libito suo. Et distinguo proximum consequens: nequit esse ratio acquirendi, in genere physici influxûs, concedo: in genere purè determinativo, & intentionali, nego consequentiam. Ad probationem, quæ difficultatem iteratò solutam inculcat, patet ex *nuper*, & *suprà* latissimè dictis: quæ, datâ occasione, iterum evolventur, agendo *de Divinis Prædefinitionibus*, ad quas Nos vocat ordo Doctrinæ. *Suprà post sum. & nu. 1. lib. 7. à nu. 98. & à nu. 154.*

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

LIBER SEPTIMVS

PROVIDENTIA DEI PRÆDEFINITIVA: seu Deus Prædefiniens.

1 PRÆDEFINITIONIS, seu Præfinitionis nomen non est unius significati apud Authores. Apud Damascenum *lib. 2. de Fid. cap. 3* sonat Decretum solis causis necessariis accommodū, atque adeò necessitans. Apud alios sonat quodvis decretum infallibile Dei, sive infallibilitas intrinseca sit, ex affectûs efficaciâ, seu modo tendendi, vel existendi; sive infallibilitas extrinseca sit ex conjunctione cum notitiâ de effectûs positione sub his aut illis circunstantiis, in quas decretum tendit. Neutro sensu venit in hanc disputationem Prædefinitio. Non in primo: nam hìc agimus circa effectus liberos. Circa effectus enim necessarios, dari in Deo decreta efficacia, & irresistibilia, nullus dubitat. Non in secundo: nam ea decreta saltem extrinsecè infallibilia, nullius in præsenti difficultatis sunt. *Libri Scopus: Damascen Quō sensu sumatur hìc*

2 Igitur Prædefinitio sumitur hic pro Absoluto, & efficaci Decreto Dei: & quidem circa liberos effectus creatæ voluntatis. Et quærimus: quousque possit & debeat Deus per prædefinitiones exercere Providentiam suam Moralem, seu Providentiam hujusmodi Prædefinitivam circa effectus liberos? Longa res est. Nam *imprimis* excogitari potest Prædefinitio simpliciter independens à Scientiâ Mediâ: *Prædefinitio? Quàm multiplex?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Deinde simpliciter ab ipsâ dependens: *Tertiò*, pendens ab ipsâ in operari, & non in esse: *Insuper*, quæ proximè operativa sit, & executiva sui objecti: *Præterea*, quæ Conde terminans sit & Comitans creaturę determinationem. *Quibus* annexæ sunt aliæ ex specialibus objectis specialiter difficiles. Quarum in singulas suo ordine descendemus, disputando de *Naturâ, possibilitate, & existentiâ* singularum, ut exinde constet, quem sibi singulæ locum habeant in constitutione Divinæ Providentiæ.

DISPVTATIO XXXIII.

PRÆDEFINITIO SIMPLICITER INDEpendens à Scientiâ Mediâ.

Thomistica Doctrina.

3 ID est, simpliciter inimpedibilis, & Inevitabilis. Et est duplex. Thomistica, & Schotistica. Hanc variè formant Schotistæ, nec omnes: ut *à num.* 14. dicam. Illam his attribuis ornant Thomistæ. *Primò*, faciunt essentialiter requisitam, ut actu operemur. *Secundò*, connexam inseparabiliter cum actuali operatione, atque adeò incomposibilem cum Prædefinitione oppositā, & operationis omissione. *Tertiò*: Independentem in existendo à voluntate operantis, & unicè constitutam in manu, pro libito dispensantis. *Quartò*: Inductivam operationis, Mediâ physicâ Prædeterminatione, quam imprimit Voluntati, eam vel in lineâ Agentis secundi complente, vel saltem irresistibiliter applicante ad operandum. Vtrumque Prædefinitionis genus ex Capite multiplici latè labefactavi *lib.* 3. *toto*: disjecto dissipatoque Recentium Thomistarum ex Alvarez, Thomasio, Gonet, & Godoy; & Iuniorum Schotistarum ex Vulpe, Smisingo, & Pontio, solutionum agmine, & Objectionum. Vnam, aut alteram arguendi formam, quæ simul evasiones omninò præoccuper, hic apponam. Ibi socias revide.

Impugnata lib. 3. tot. Alvarez. Thomasius Gonet. Godoy. Vulpes. Smisingus. Pontius. Authoris Idea hic.

SECTIO I.

THOMISTICA PRÆDEFINITIO LIBERtati nostræ, Æquitati Divinæ, & Muneri Causæ Primæ repugnat.

Prima pars Assertа probatur.

4 PRimum ostendo sic, arguendi formā, quæ simul ostendat insufficientiam solutionis, quam in usu verborum intentat Godoy *de Prædest. disp. 67. §. 6.* Voluntati non habenti Prædefinitionem consensus, necessarium, omni gradu necessitatis, est, in ipsâ non coëxistere Prædefinitionem cum consensu, secundum totum: quod dicit ipsum non-coëxistere: ergo omni necessuatis gradu est ipsi necessarium non coëxistere cum consensu. Sed nequit ipsi necessarium esse, non coëxistere cum consensu, & libere carere consensu, ut per se patet: ergo tali voluntati non est liberum carere consensu: ergo necessariò desinit habere consensum; ergo. Tota vis est in entymemate: cujus consequentia claret: quia Voluntatem coëxistere cum consensu, formaliter dicit coëxistentiam Prædefinitionis cum consensu: coëxistit enim agendo; nec agit nisi Prædefinita, per vos: ergo si ipsi necessarium est non coëxistere Prædefinitionem cum consensu, necessarium ipsi est non-agere, atque adeò ipsam non coëxistere cum consensu. Antecedens jam probo: Cui necessarium est, non existere rem, cujus existere sit essentialiter coëxistere cum aliâ, necessarium est ipsum non-coëxistere cum aliâ; ut est evidens ex ipsis terminis: Sed Voluntati imprædefinitæ necessarium est non existere Prædefinitionem, cujus existere est essentialiter ipsam coëxistere cum consensu: nam essentialiter est alligatio sui ad consensum: ergo.

Vide lib. 3. à num. 68. Godoy.

Confirmatur.

5 Vrgentur hæc aliter: Cui necessitate simpliciter dictâ necessarium est non existere partem complexi, cujus partis existere, sit afferre existentiam compartis, & complexi, aliter existere impossibilium, necessarium est eodem gradu necessitatis non existere complexum, adæquatè, & quoad partem rectam, & obliquam: qui sunt termini P. Godoy ludentis potius, quàm solventis *loco cit.* Sed per te, Voluntati Imprædefinitæ necessarium est necessitate simpliciter dicta, non existere Partem hujus complexi coalescentis ex Prædefinitione, & consensu, nempe Prædefinitionem, cujus existere est afferre existentiam compartis, & cōplexi, aliter impossibilium existere: nam consensum existere, nisi complexè cum Prædefinitione, est modis omnibus impossibile: ergo tali voluntati necessarium omninò est non existere cōplexum illud, adæquatè, & secundùm partem utramque: ergo necessarium ipsi omninò est non existere consensum: ergo non coëxistere cum consensu est ipsi necessarium, & non liberum: ergo non desinit liberè, consentire: ergo neque dissentit liberè.

Contra Godoy.

6 Omnia bene descendunt ex primo Syllogismo, qui concludit: & probo majorem: Quando partes alicujus complexi ita sunt interse essentialiter connexæ mutuò in existendo, ut nisi complexè nequeant existere: qui tollit unam, ambas tollit, atque adeò tollit complexum, non solùm adequatè denominative, sed etiam adæquatè entitativè: quia Complexi manet nihil. Sic ex solâ connexione non mutuâ inter Intellectionem, & volitionem; inter rem, & modum: qui tollit intellectionem, tollit eoipso complexum ex utraque; & quin rem tollit, tollit & modum & complexum ex ipsis: ergo cui necessarium sit non-existere partem unā complexi ex mutuò connexis, necessarium erit non existere uteamque. Et ratio evidentiæ est: quia hæc est illatio evidens: non est pars: ergo nec totum: cui ergo necessarium sit antecedens, necessarium esse debet & consequens. Mitto ferè infinita, *loco jam citato* anticipata.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Lib. 3. loc. cit.

7 Secundam ostendo sic: quia ex Doctrinâ Thomisticâ præciperet Deus impossibilia: quod probo. Voluntas tenetur aliquando componere cum omnibus prærequisitis ad agendum non-actio nem: sed per vos hæc compositio est impossibilis: ergo Deus præcipit, & ipsa tenetur ad impossibile. Probatur major, & præoccupatur evasio Goneti, & Godoii: componere non-actionem cum omnibus prærequisitis ad agendum, est facere, quod in eodem instanti simul sint ea prærequisita ad agendum, & non-actio, ita ut idem instans mensuret utrumque; (qui sunt vestri termini;) sed voluntas id tenetur aliquando facere: quod ostendo: sit voluntas in instanti *A* cum omnibus prærequisitis ad actu furandum: & rogo: vel voluntas sic existens cum omnibus prærequisitis ad actu furandum, evadit obligationem non furandi, vel non? Si primum: ergo nullus furando, peccat: quia nullus est, qui furetur sine omnibus prærequisitis ad actu furandū. Si secundum: ergo suppositis etiam omnibus prærequisitis ad actu furandum, tenetur non furari: ergo tenetur componere cum ipsis non furari.

Secunda pars Assertа probatur.

Vide cit. lib. 3. à num. 147.

Godoy, & Gonet intercepti.

8 Probo hanc consequentiam. Voluntas non tenetur, ut sit sine omnibus prærequisitis ad actu furandum; quia hoc non est ipsi liberum, per vos: inter alia enim prærequisita sunt Prædefinitio ad entitatem materialem furti, & Imprædeterminatio ad nolitionem furti: ergo ex necessariâ subordinatione causæ secundæ ad primam, tenetur ad esse cum omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

prærequisitis ad actu furandum, & ex præcepto tenetur ad actu non furandum: ergo tenetur ad compositionem eorum: qui enim tenetur ad unum, & ad aliud, tenetur ad utrumque: vel ergo ea compositio non est impossibilis, (quo nostri critis,) vel voluntas tenetur ad impossibile: quod est hæreticum.

Tertia pars asserta probatur: ex ipso capite, ex quo arguunt Thomistæ: nempe: ex subordinatione nostrâ.

9 Tertium ostendo sic: Subordinatio, quam habet nostra voluntas, ut inferior, & secundariò domina suorum Actuum liberorum, respectivè ad Deum, tanquam ad superiorem, primariumque eorum Dominum, tam abest ab indigentiâ Thomisticæ Prædefinitionis, ut potiùs necessariò excludat: quod Thomistis exinde contra nos arguentibus videbitur omninò mirabile, & sic probo: quia talis subordinatio postulat, supremum, & primarium Dominum ita consulere dominio inferioris, & secundarii, ut inexpectato istius consensu non adhibeat impedimentum tam efficaciter de se removens dissensum, ut cum ipso dissensus componi non valeat: atqui Deum Thomisticè prædefinire consensum est adhibere tale impedimentum dissensûs: ergo prædicta subordinatio eam prædefinitionem excludit. Consequentia est bona, & minor certa. Nam hujus Prædefinitionis attributa sunt: antevertere consensum nostrum: atque adeò existere, & adhiberi à Deo, inexpectato nostro cõsensu. Deinde intrinsecam esse, & talis efficaciæ circa consensum, ut nullatenus queat componi cum ipsâ dissensus; atque adeò esse tam efficax de se dissensûs impedimentum, ut cum eo dissensus componi non valeat. Difficultas est in majori, quam probo

Primò, & à priori.

10 Primò, & à priori ex naturâ dominii, quantumvis subordinati, & inferioris. Nam de ratione talis dominii est, ut quamvis à Domino superiori negari, vel destrui possit, tamen eo concesso, & permanente, ita sit sui juris Dominus ad usus ejus dominii, ut nequeat in sensu composito talis dominii impediri ab alio, quominùs eos usus exerceat, donec ipse pro libito suo sese impediat: id quod ex ipsorum terminorum apprehensione videtur evidens: ergo si Creatura ex concessione Dei, tanquam supremi Domini, sit domina suorum actuum, nempe dissensûs, & consensûs, ex ipsâ subordinatione dominii inferioris, & secundarii exigit, ne impediatur à Deo, quominùs pro libito dissentiat, donec ipsa sese pro libito impediat: ergo ex ipsâ subordinatione exigit, ne inexpectato suo consensu ponat Deus impedimentum efficax dissentiendi: ergo, &c.

Secundò: & à priori.

11 Secundò: & etiam à priori, ex naturâ concessionis, vi cujus Supremus Dominus concedit inferiori dominium circa hos, vel illos usus. Nam hæc concessio necessariò importat, vel expressè, vel implicitè hunc Supremi Domini actum: *Non resisto tibi, quominùs tales usus pro tuo libitu exerceas, taliter, ut tu tibi placeat, & ut tibi resistas*: id quod ex ipso naturæ lumine patet, nec nisi ex magnâ præoccupatione judicii negari potest. Atqui veritas hujus actûs stare nequit, si Supremus Dominus alioquin, ex se ipso impedit usum dominii, quod inferiori concedit, non expectato ejusdem consensu, ut etiam per se patet: ergo.

Tertiò à pari.

12 Tertiò, ex comparatione superioris virtutis cum inferiori. Nam virtus inferior non est completa in ratione potentis se exercere, donec ex parte superioris detur expulsio resistentiæ, seu cesset resistentia, quæ sit ex se efficax ad impediendum tale exercitium. Explico me: Lapis v. g. non est completus in ratione potentis descendere, donec ex parte agentis fortioris ad detinendum, detur expulsio conatûs efficacis in oppositum, seu cesset ille conatus: ergo similiter inferior Dominus non est completus in ratione dominii circa tales, aut tales usus, donec ex parte Supremi Domini detur exclusio efficacis resistentiæ: ergo perfecta subordinatio talis inferioris dominii circa usum consentiendi, vel dissentiendi necessariò postulat, ut ex parte Supremi Domini detur exclusio efficacis impedimenti circa eos usus: ergo.

Quartò, etiam à pari.

13 Quartò: ex destructione dominii moralis quoad exercere licitè, comparatâ cum destructione Dominii physici quoad exercere physicè. Sic argumentor. Vt Creatura sit Deo subordinata, pollens alioquin dominio morali, quo non solùm physicè, sed etiam licitè possit v. g. non contrahere Matrimonium, necesse est, ne Deus ex se ipso, inexpectato Creaturæ beneplacito, imponat obligationem contrahendi, cum quâ componi nequeat omissio licita talis contractûs: quapropter talis dominii moralis concessio necessariò importat ex parte Dei hunc, aut similem actum explicitè, vel implicitè: *non resisto tibi purè ex me, quominùs licitè contractum omittas*: ergo idem, servatâ proportione, dicendum est de dominio physico in ordine ad exercitium consensûs, vel dissensûs: ergo.

Non à nu. 24. 28. & 30.

Alia dabit sectio sequens, *à numero.* 24. 28. & 30.

SECTIO II.

SCHOTISTICA PRÆDEFINITIO ÆQVE Libertati nostræ, Divinæ Æquitati, & Muneri Causæ Primæ repugnat.

Schotistæ in quo cõveniant cũ Thomistis? In quo nõ?

14 COnveniunt Schotistæ contra Thomistas in eo, quòd Divina Prædefinitio non imprimat voluntati qualitatem intrinsecè prædeterminantem; unde totam vim quam exercet circa operationem, ajunt exerceri extrinsecè: & exinde vocari solet à Nostris: *Decretum extrinsecè Prædeterminans.* Inter se quoad multa disconveniunt.

Et inter se?

15 Nam ex Schotistis *sunt*: primò: qui suam Prædefinitionem faciant essentialiter dependentem à Scientiâ Mediâ, quam cum Nostris agnoscunt in Deo: ita Philippus Faber, Hugo Cavellus, Tamarit, Caspensis, & Dola *locis* à Patre Ribadeneyrâ notatis *disp. 9. cap. 1 Sunt* secundò: qui eam ponant omninò independentem à Scientiâ Mediâ, & necessariò præviam ad operationes voluntatis: ita Brizeñus, & Felix. *Tertiò sunt*, qui eam Prædefinitionem cum Brizeño velint independentem à Scientiâ Mediâ; contra ipsum tamen addunt, non præcedere, sed comitari determinationē creaturæ: ita Smisingus, Montepilosus, seu Vulpes, & ferè Pontius: qui tamen denuò fatentur Deum ratione sui primatûs prius determinare, & agere, quam creaturam, *prioritate à quo.*

Faber. Cavellus. Tamarit. Caspensis, & Dola sunt Nostri. Secùs Felix, & Brizeñus. Aliter Smisingus. Montepil. & Põtius.

16 *Sunt tandem* quartò: qui eam Prædefinitionem ponant necessariò præviam saltem *prioritate à quo*: addunt tamen haberi à Deo per sympatiam *ad inclinationem* voluntatis, seu *ex talis inclinationis præscientiâ.* Quòd si instes; quid sit ea inclinatio, denuò mihi dixere, esse, quòd Voluntas operatura erat ex se, si per impossibile sine concursu Dei operaretur: ita Lectores Schotistæ, quos quotidie audimus, hærentes, & locuti per eadem verba, & sensa, quæ noster Raynaudus aperuit tùm *in Nat. Theolog. dissert. 8. à num. 348.* & in *Moral. dist 4. à num. 354.* tùm in *nova libertate contra Gibieufum. part. 2. cap. 7. à nu. 33.* adstipulantibus Spinolâ, & Pontio in Physicis, & jam insecuto Montoya *disp. 29 de Vol. sect. 2.* Id quod apud Henao *part. 1. de Scientiâ Med. à sect. 171.* formaliter invenio in Thebibus *in Comitiis Generalibus Vall. solet* defensis *anno 1670*: Præside Reverendissimo Samaniego: & ipse latè insecutus sum *ib. 3. à num. 248.* præcitato pro toto discursu, ejus magno Patrono Reverendo admodùm Patre Fr. Hyacintho Hernandez *ib. ipso 3. nu. 13. ad finem.*

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Aliter Alii in Henao ex Raynaudo cum Pont. Spinola. Samanieg. & Henãdez. Montoya.

17 Ante generalem ostensionem positæ veritatis, contra speciales hos modos discurrendi, specialiter aliquid notare oportet, & statuere, ut demùm constet quid displicere debeat, in Schotistis, & in quo saltem convenire debeant, ut locus sit fixæ impugnationi? Quare

Ordo impugnationis.

18 Statuo primò: circa *primum*: Eam Prædefinitionem, si simpliciter ponatur dependens à Scientiâ Mediâ, cum Fabro, & Cavellio, & evitabilem à nobis, esse Suaristicam, & de ipsâ nobis modò litem non esse, nisi aliunde fingatur cum vi executivâ determinandi operationem, & Omnipotētiam ad ipsam: id enim esset miscere contradictoria.

Prior dicendi modus, Nobis.

19 Statuo secundò contra *quartum*: Eam Prædefinitionem componi non posse cum libertate ex præfato discursu. Primò: quia licèt talis discursus salvaret libertatem mediatam in illâ inclinatione; immediatam in operatione salvare non potest, si Deus *prioritate à quo* determinat creaturam ad operandum. Secundò: quia velle salvare libertatem operationis cũ Decreto ex prævisione de eo, quòd faceret voluntas si per impossibile operaretur sine concursu Dei, est velle salvare libertatem operationis ex prævisione chymeræ: chymera enim est operari creaturam sine concursu Dei. Quare si tale Decretum evitabile solùm est per operationem illam impossibilem, simplici-

Quartus dsplicet ex lib. 3. ànn. 248. & ultrà hic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

pliciter est inevitabile, atque adeò nocivum libertatis. Multa contra hunc discursum *libro 3.* quæ repetere non est otium.

Et tertius

20 Statuo tertiò contra tertium: vanò dici Hæc decreta, concomitantia, & necessariò debere esse antecedētia. Ratio est primò: quia tale Decretū in Scholâ Schoticâ est applicativum Divinæ Omnipotentiæ, & id, quo voluntas constituitur in actu primo operandi proximo: Nequit enim Creatura esse proximè potens operari, nisi Omnipotentia ex parte actus primi parata sit: quicquid autem constituit lineam actūs primi præcedit ad actum secundum. Secundò: quia tale Decretum ponitur, ut habeat Deus Primatum determinantis, & Primæ causæ: Primatus autem hic stare nequit sine antecedentiâ determinationis.

21 Tertiò: Omne determinans distinctum ab ipsâ operatione, quam determinat, eo ipso præcedit, ut *inductione* patet: alioquin quæratur ab Adversariis: quid requiratur ad rationem antecedentiæ? Imò hic clariùs micat: nam Decretum non determinat aliter, quàm necessitando per modum imperii facultatem executricem ad actionem. Quartò, & à priori: quia amor finis præcedit ad electionem Medii, & nequit non esse prior omni illo, quo electio Medii prior est. Nunc sic: Decretum de existentiâ auxilii præcedit ad consensum, sicut & ipsum auxilium; sed Præfinitio consensûs antecedit ad Decretum auxilii: ergo & ad consensum. Minor probatur: quia auxilium est medium ad consensum, & Decretum auxilii est electio medii: Consensus autem est finis, & Præfinitio illius est intentio. Plura ad hæc *infrà* in simili *à num. 332.*

Infrà à num. 332.

Secundus magis explicat Mētem Schotistarum

22 Statuo quartò, juxta *secundum* modum discurrendi, Præfinitionem Schoticam talem esse, ut ex suâ naturâ habeat vim causandi, & inducendi objectum præoccupando voluntatem, & determinando Omnipotentiam, ut faciat eam prorumpere in operationem: ita ut inexpectato consensu voluntatis maneat Omnipotentia cum necessitate, ut faciat ipsam consentire. Ratio est primò: quia alioquin stare nequit in discursu Schotistarum primatus Divinæ causalitatis, & determinationis, qui unicè est ipsis titulus negandi Decretum indifferens, & ponendi Prædefinitionem hujusmodi. Secundò: quia Decretum efficax, nisi connexionem habeat ex essentiali dependentiâ à Scientiâ Mediâ, vel frustrabile foret à Creaturâ: quod repugnat in terminis: vel habet vim inductivam, & causativam objecti: neque enim sine attemperatione ad Scientiam Mediam, explicari potest efficacia Decreti nisi per energiam determinandi omnipotentiam ad opus.

Hinc impugnandi Schotistæ in hoc puncto.

23 Statuo demum *ex præcedentibus* quintò, jure ab Schotistis dici Decretum hoc inevitabile à nobis: nec posse dici evitabile. Primò: quia antevertit omnem usum liberi arbitrii. Secundò: quia ut decretum aliquod sit evitabile, debet poni attemperatum facultati liberæ voluntatis; & hæc debet posse constitui proximè potens aliquam operationem elicere præcisim à Decreto, quod dicitur evitabile; at juxta Schotistas tale decretum non ita attemperatur facultati liberæ voluntatis; nec ista potest constitui proximè potens aliquam operationem elicere præcisim ab ipso: ergo nequit dici evitabile. Ex quibus *duo* fiunt. *Primum*: Schotistas unicè à Thomistis differre quoad appendicem Prædeterminationis intrinsecæ; cæterà, convenire quoad vim intrinsecam Decreti. *Alterum*: Schotistas unicè niti pro concordiâ talis Decreti cum libertate nostrâ, in eo quòd comprincipia intrinseca voluntati sint secundùm se indifferentia; & ista Prædefinitio extrinsecè se habeat respectu voluntatis.

Primum.

24 Argumentor jam primò: & ostendo conclusionem. Schotica Prædefinitio est suppositio connexa cum consensu simpliciter inevitabilis à Voluntate creatâ: ergo repugnat *Libertati nostræ, Æquitati Divinæ, & Muneri Causæ Primæ.* Antecedens constat ex præstitutis. Consequentia patet: nam non ex alio capite probatum idem *nuper & toto lib. 3.* est de Prædefinitione Thomisticâ, ut superiora consideranti, & applicanti constabit. Confirmatur. Dissensus secundùm se est essentialiter divisus à prædefinitione consensûs; & consensus secundùm se est essentialiter coëxistens prædefinitioni ipsius consensûs: ergo qui dissentit, ita dissentit, ut in suâ manu non habeat existentiam consensûs secundùm se; & qui consentit, ita consentit, ut in suâ manu non habeat existentiam dissensûs secundùm se.

Nuper, & toto lib. 3.

25 Ratio est: qui enim in suâ manu non habet id sine quo implicat esse vel consensum, vel dissensum secundùm se, neutrum habet in manu. At neque qui consentit habet in manu decretum Prædefiniens dissensum, neque statum imprædefinitionis ad consensum: neque qui dissentit habet in manu decretum Prædefiniens ad consensum: & aliunde dissensus secundùm se est status divisionis à Prædefinitione consensûs: & consensus secundùm se est status coëxistentiæ cum tali Prædefinitione: ergo neuter ita consentit, aut dissentit, ut habeat in manu suâ consensum, aut dissensum secundùm se: Quomodo ergo liberè consentit, aut dissentit? quomodo justè obligatur ad consentiendum, cùm dissentit? Quomodo stat subordinatio inferioris dominii ad Supremum?

Instantia reprimitur:

26 Quiescere solent Schotistæ in eo quòd ea Prædefinitio, cùm extrinseca sit, non potest immutare principia indifferentia, atque adeò neque nocere libertati. Contrà tamen primò: quia sive extrinseca sit, sive non; si tamen inevitabilis est, manet in gradu necessitatis antecedentis. Secundò: quia licèt extrinseca sit, habet vim præoccupandi voluntatem: ergo & nocendi libertati. Tertiò: quia ex prædicato *Extrinsecæ* non minuitur Determinativa vis, neque connexio: unde tota vis argumentationis infracta manet. Quartò: quia juxta Schotistas ea Prædefinitio se habet ex parte potestatis proximæ ad operandum: ergo vi ejus manet signum proximæ potestatis maximè immutatum.

Et præsertim.

27 Quintò, & præcipuè: quia licèt ea Prædefinitio sit extrinseca voluntati, non est extrinseca Omnipotentiæ, quæ est necessaria concausa ad operandum: ergo Omnipotentia vi talis Decreti Prædefinientis manet determinata ad actionem, quæ necessariò est actio voluntatis. Nunc sic: ergo actio voluntatis oritur ab ipsâ, ex eâ necessitate, quâ oritur ab Omnipotentiâ: oritur enim ab Omnipotentiâ est oriri ab utrâque. Sed oritur ab Omnipotentia ex determinatione Decreti: ergo & ex determinatione Decreti oritur à voluntate: ergo voluntas non est indifferens in operando. Probo hanc: nequit enim operari causa cum indifferentiâ, si concausa aliunde rapit ad operandum: Agentis enim, operantis cum indifferentiâ, est determinare se, & concausas ad operandum, ut *mox* urgebo.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providit. & Prædestinante.

Secundò: Cōtra Thomistas, & Schotistas

28 Argumētor exinde secundò, contra Schotistas, & Thomistas. De ratione potestatis liberæ ad dissensum v. g. est posse voluntatem separare à consensu omnes causas proximas consensûs: ergo de ratione potestatis liberæ ad dissensum est nullam existere causam proximam dissensûs inseparabilem ab ipso consensu: ergo de ratione talis potestatis est non existere Omnipotentiam inseparabilem à consensu: ergo & est exclusio decreti reddentis Omnipotentiam inseparabilem à consensu. Omnia benè descendunt ex antecedente, quod probo primò, & à priori: de ratione potestatis liberæ ad dissensum, est, quòd saltem aliqua principia ad dissensum sint indifferentia, & separabilia à consensu: ergo & omnia. Ratio est: quia eòipsò quòd unū principium ex proximis ad consensum separari non possit à consensu pro libito voluntatis, vi illius voluntas manet inseparabilis à consensu, atque adeò torum aggregatum principiorum, aliquin indifferentium. Secundò: quia si de ratione potestatis liberæ ad dissensum non esset posse voluntatem separare à consensu omnes causas proximas consensûs, non esset libertas minor, eò quòd esset minor potestas ad separationem hujusmodi: id autem est apertè falsum: nam libertas eò censetur, & est minor, quò major est difficultas separandi causas proximas consensûs ab ipso consensu: ut patet tùm in habitu vehementer inclinante: tùm in ingenti tentatione; tùm in proclivibus importunis: tùm in incussu mortis metu cadente in constantem virum.

Bona confirmatio.

29 Confirmatur, & illustratur hæc ratio exemplo manifesto. Sit Petrus cum necessitate morali succurrendi Patri suo, quem videns in abscessum, & aliquo facilè potest adjuvare. Vt ei quod ut Petrus auxilietur Patri suo liberè à necessitate morali reddens moraliter impossibilem omissionem, non sufficit, quod inter comprincipia proxima ad ope-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

operandum, sint aliqua, quæ non fundent eam necessitatem moralem agendi, sed requiritur, ut nullum sit quod fundentur patet: ergo ut ipse Petrus consentiat liber à necessitate physicâ, vel metaphysicâ consentiendi, requiritur, ut inter comprincipia proxima ad consentiendum, nullum sit fundans eam physicam, vel metaphysicam inseparabilitatem à consensu. *Et sicut*, (ut id hic evidenter attexam,) implicatorium esset, & planè ridiculum, dicere, Principium moraliter necessitans ex ingenti difficultate, necessitate non solùm ad substantiam consensûs, sed ad modum, id est, non solùm, ut voluntas consentiat, sed etiam ut consentiat cum libertate morali ad dissentiendum; ita debet censeri implicatorium, & planè ridiculum, dicere (quod frequenter solent Thomistæ, & Schotistæ) principium proximum quod neque physicè, neque metaphysicè separate voluntas potest à consensu, esse decretum de eo, quòd voluntas consentiat, & consentiat cum libertate physicâ, & metaphysicâ ad dissentiendum.

Nota bene

Tertiò: & efficacitèr: ex conditione Agẽtis liberi. Cõtra Thomistas, & Schotistas.

30 Argumentor tertiò, *ratione* mihi contra Thomistas, & Schotistas *efficacissimâ*. De ratione Agentis liberi est se determinare ad unum præ alio; atqui munus se determinandi ad unum præ alio nequit stare cum eo, quòd operatio prædeterminetur, aut determinetur ab alio: ergo de ratione agentis liberi est neque prædeterminari, neque determinari ab alio: ergo, &c. In hoc Syllogismo stat tota vis, & consequentia est bona. Major est lumine naturæ nota. Et confirmatur primò: quia agentis liberi est electivè procedere, seu eligere: eligere autem est determinare se rationali modo ad unum è duobus. Secundò: quia agentis liberi est operari si velit, & quia vult: operari autem, si velit, & quia vult, dicit munus se determinandi. Tertiò: quia diversum est formaliter agere agẽtis necessarii ab agere Agentis liberi: at hæc formalis diversitas in agendo, stare nequit, nisi in eo, quòd agens liberum se determinat, non præcisè, quatenus se transfert ab actu primo ad secundum, neque præcisè quatenus potens hoc, & illud agere, determinatè exit in hoc: (utrumque enim invenitur in Agente necessario:) sed in eo quòd se determinet modo morali, eligendo ex se hoc præ illo. Quartò: quia nequit concipi libertas à necessitate, ut contradistincta à purâ libertate à coactione, sine facultate se determinandi; at ex Innocentio X. & Alexandro VII. contra Iansenium, de ratione Agentis liberi non solùm est libertas à coactione, sed etiam libertas à necessitate: ergo & munus determinandi se ad unum præ alio.

Innoc. X. Alex. VII.

Authoritas. Sanct. Thomas.

31 Minor, in quâ est difficultas, ostenditur primò quoad partem utramque, authoritate clarissimâ. Tùm Sancti Thomæ 2. *dist. 26. quæst. 1. art. 1. Ipsa potentia voluntatis, quantum in se, est indifferens ad plura, sed quòd determinatè exeat in hunc actum, vel in illum, non est ab alio DETERMINANTE, sed ab ipsâ voluntate.* Item 2. *dist. 25. quæst. 1. art. 1. Q. Non est liberum arbitrium in illis, quorum actiones non determinantur ab ipsis, sed ab aliis causis prioribus.* Item 2. *dist. 39. quæst. 1. art. 2. Q. Voluntas ad plura se habet; nec ad aliquid eorum determinatur, nisi ex se ipsâ.* Tùm Clementis Papæ *epist. 13. Nihil est quod audientes Fidem, ad credendum determinet, nisi arbitrium eorum.* Tùm Nisseni *orat. catech. cap. 3. dimis.* (Deus) *aliquid in nostrâ potestate: cujus unusquisque Nostrùm solus est dominus.* Tùm demum Anselmi *in concord. cap. 1. Sola voluntas determinat ibi quid teneat.* Eodem ore loquuntur alii Patres & Theologi, etiam Thomistæ, præsertim Cajetanus 1. 1. *quæst. 9. art. 6. fin.* Capreolus 2. *dist. 24. art. 3. ad 6.* Ferrera 4. *contra Gent. cap. 22. §. ad hujus evidentiam.*

Clemens Rom. Nisseni. Anselmus. Cui quibus Cajetanus. Capreolus Ferrara.

Ratio multiplex. Prima:

32 Minor eadem ostenditur secundò rationibus. *Prima* sit: quia munus se determinandi ad unum præ alio dicit dominium in actionem: at dominii ratio ponit in libito voluntatis actionem, ipsique eam subjicit quoad existentiam, & non existentiam. Nunc sic: Implicat, quòd voluntas habeat dominium, vi cujus subjecta sit ipsa actio, quin subjecta sit actio, ut essentialiter est, atque adeò ut pendens ab omni causâ, à quâ necessariò pendere debet in existendo; atqui implicat, quòd subjecta sit actio dominio voluntatis, ut pendens ab omni causâ, quin ipsa voluntas habeat jus determinandi privativè, se, & omnes causas actionis: si enim aliqua causa prædeterminat, aut condeterminat,

Secunda: Inelucta-bilis.

minat, non potest manere dominio voluntatis subjecta actio quoad existentiam & non existentiam.

33 Ratio secunda sit: de conceptu actionis determinantis ad unum, est formaliter transferre seipsâ potentiam indifferentem quoad plura, abs statu præsuppositæ indifferentiæ ad statum unius partis: atqui actio seipsâ supponens præviam determinationem alterius, aut condeterminationem nequit esse formalis translatio potentiæ ab statu præsuppositæ indifferentiæ ad statum unius partis: ergo de conceptu actionis determinantis est excludere determinationem ab alio. Major mihi videtur ex terminis nota: alioquin rogentur Adversarii, cur, & unde prædeterminatio, seu condeterminatio gaudet conceptu determinationis? & ratio est: quia actio, quæ jam invenit in potentiâ præcisim ab ipsâ alligationem ad unum, invenit potentiam sine indifferentiâ; & nequit dici titulus, cur potentia desierit esse indifferens. Minor probatur: quia actio supponens præviam determinationem alterius, est actio supponens sublatam indifferentiam.

Intercipitur Godoy.

34 Dicit Godoy: supponit ablatam indifferentiam suspensionis, *concedit*: indifferentiam libertatis, *negat*. Bene: supponit ablatam indifferentiam suspensionis, id est, invenit potentiam jam alligatam ad unum: quæro modò: quid sit de conceptu actionis determinantis? & contendo, nihil aliud esse, quàm tollere indifferentiam suspensionis, seu facere formaliter, ut potentia, quæ præcisim ab ipsâ actione erat indifferens ad unum & aliud, maneat alligata huic potiùs, quàm alteri: sed per te actio supponens determinationem alterius, nequit esse id quo formaliter potentia alligatur uni, cum præsuppositâ indifferentiâ ad multa præcisim ab ipsâ actione: ergo talis actio nequit esse ratio determinans: ergo vanò dicitur esse ratio liberè determinans: cui enim repugnat Genus, repugnat & species contenta sub illo, ut *in Summulis* dicitur.

Illustratur primò

35 Confirmatur hæc ratio primò: sume ex unâ parte voluntatem, & habitum; & ex aliâ voluntatem & prædeterminationem: & arguo sic: sicut voluntas comparatur ad habitum in genere determinandi: sic Prædeterminatio comparatur in eodem genere ad voluntatem: sed ex prædominio voluntatis in habitum, habitus impeditur, quominùs dicatur se determinare: ergo ex prædominio Prædeterminationis in voluntatem, voluntas impeditur, quominùs dicatur se determinare: & ego certè non video cur dicatur voluntas habitum determinare potiùs, quàm habitus voluntatem, siquidem utrumque aliena determinatio prævenit. Secundò: Nam quia calor v. g. secundùm se non est indifferens ad speciem effectûs, si causatutus sit, sed ad individuationem effectûs, nequit dici quòd determinatur à Deo quoad speciem, sed unicè quoad individuationem: ergo quia de conceptu determinationis est præsuppositio indifferentiæ, contrapositæ alligationi ad unum.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Secundò:

Tertiò:

36 Tertiò: quia experimentalis notitia de consensu ex eo solùm capite desinit esse determinatio ad consensum: nempe: quia supponit ablatam indifferentiam. Quartò: quia sicut Impeditio rei determinativè præstat rem non existere: ita determinatio rei præstat rem existere; atqui ad præstandum determinativè ne res existat, non sufficit connexio cum rei non existentiâ, sed requiritur ne res supponatur determinata ad non existendum: ergo ad præstandum determinativè ut res existat, non sufficit connexio cum rei existentiâ, sed requiritur ne res supponatur determinata ad existendum. Minor patet: neque enim ex aliò capite actus Fidei affirmans Deũ non esse Creaturam, determinativè non impedit; ne Deus identificetur cum creatura, nisi quia supponit Deum determinatissimum ne identificetur cum creaturâ.

Quartò:

Tertia:

37 Ratio tertia sit: quia munus determinandi propriùm agentis liberi, dicit ita ponere actionem ex libitu operantis, ut solus actus ipsius, ipsiusque solum beneplacitum sit ratio ultimatè primaria, cur talis actio sit. Ratio hujus veritatis est: quia, ut dicebam, munus determinandi se liberè nascitur ex dominio in talem actionem, ita ut existentia talis actionis, vel non existentia debeat esse usus talis dominii: nequit autem esse usus talis dominii, nisi ita relinquatur arbitrio operantis, ut solus ejus actus, & beneplacitum sit ratio ultimatè primaria, cur talis actio fit. Nunc sic: at-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providit. & Prædestinante.

qui stare non potest, quòd solus actus operantis sit ratio ultimatè primaria, cur actio sit: si sit actio vel supponens prævian determinationem, aut condeterminationem alterius: ergo cum his stare nequit munus se liberè determinandi.

Illustrantur præcedentia Primò.

38 Iuvat hanc doctrinam speciosiùs illustrare cum P. D. Gaspare de Ribadeneyrâ: per varias formas arguendi nixas in hoc munere determinandi, quod esse debet proprium Agentis liberi. *Prima* sit. Ratio se liberè determinandi ad consensum, importat consentire, jam cum exiguâ, jam cum mediocri, jam cum magnâ resistentiâ reddente consensum difficilem, & interdum ita difficilem, ut ea difficultas conferri meritò possit cum difficultate penetrandi murum impenetrabilem, juxta illud Psalm. 17. *Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum.* Nihil magis obvium in Sacrâ Paginâ. Legatur *Matthæus* 7. Paulus *ad Romanos* 8. 23. *ad Hebræos* 12. 4. & *ad Ephes.* 6. 12. ergo qui se determinat liberè, se determinat imprædeterminatus ab alio.

P. Ribaden

Psalm. 17.

Matth. 7.

Rom. 8.

Hebr. 12.

Ephes. 12.

39 Probatur consequentia: nam alio quin sine his difficultatibus, & resistētiis se determinaret, quod ostendo: Nam qui tam est Adversario superior, ut ad vincendum polleat viribus efficaciori-bus, quàm pollet Adversarius ut vincat, nullam, vel exiguam difficultatem experiri in victoriâ potest; Atqui Prædeterminatus, ut exeat in consensum, habet excessum ad vincendum supra vires inclinantes in oppositum: Ille enim habet vires, quas separare nequit à consensu: & vires ad dissensum frustrantur effectu, & ita frustrantur, ut prædeterminatio sit necessitas frustrandi: ergo exit in consensum sine difficultatibus, &c.

40 Confirmatur, & explicatur. Nam admissis his Decretis prævè determinantibus, nullus occurrere casus potest, in quo qui amat Deum, ipso actu amoris vincat difficultates in oppositum: vel enim hic homo sumitur imprædeterminatus, vel prædeterminatus, vel præscindens, & secundùm se. Primo modo non amat: atque adeò neque vincit. Secundo jam supponit victoriam. Tertio non est in statu amandi difficulter, sed in statu præscindenti ab amore, & non amore: ergo &c.

Secundò:

41 Sit secunda: quæ prævè existunt ad consensum, urgēdo ad illud, minuunt libertatis dominium pro qualitate urgentiæ, id est, eā proportione, quā labefactant potestatem frustrandi ea ipsa, quę sic urgent: quapropter, ut jam dicebam, *Tract. de Act. lat. num.* 28. per habitum vehementem, per gravem tentationem, & id genus alia, minuitur juxta Theologos omnes dominium libertatis, eòque magis quò difficilius sit eos conatus eludere; Atqui juxta Adversarios existit prævè ad consensum decretū prædeterminans, & faciens consentire, & tam urgenter, ut potestas ipsum frustrandi nulla sit: ergo omninò destruit dominium libertatis.

Evasio intercepta.

42 Explicatur, supponendo Petrum, & Paulum quoad cætera, quæ præcedunt ad consensum, pares; dispares tamen in eo, quòd Petrus subest habitui, vehementer inclinanti: Paulus verò careat, & subest Prædeterminanti decreto. Nunc sic: Discrimen in hoc casu inter Petrum & Paulum, quoad ea quæ præveniunt consensum, stat in eo, quòd Petrus non habet potestatem moralem componendi cum suis comprincipiis consensum; Paulus tamen neque moralem habet, neque physicam, neque metaphysicam: ergo Paulus non habet majorem libertatem, quàm Petrus. Quis enim concipere possit hominem habere majorem libertatem ad dissensum, quàm alium, à quo præcisè differt in eo, quòd magis urgeatur ad consensum & magis alligetur cum consensu? ergo saltem Paulus habet necessitatem moralem: ergo & physicam, & metaphysicam: si enim ibi connexio moralis fundat moralem necessitatem, eo quòd præveniat consensum; cur connexio metaphysica non fundet, necessitatem metaphysicam? *Dicere*, quia est connexio pertinens ad lineam actūs, & non ad lineam potentiæ, *est dicere*, quia est inseparabilitas ab actu, qualis non est illa connexio moralis: & hoc dicimus esse imperceptibile.

Tertiò:

43 Sit tertia: quia ut *suprà* jam innui *nu. 37. & alibi*, in Agentibus liberis præ necessariis est bona ratio primaria operationis, ipsa operatio, seu volitio operandi: id autem esset omninò falsum si hujusmodi decreta prædeterminantia admitterentur: quod est evidens: nam in nullo genere potest esse primum, quod in eo genere jam supponit aliud: sed in genere inferendi metaphysicè operationem, operatio supponeret aliud, nempe Decretum: ergo. Major assumpta probatur. Tùm ex naturæ lumine, ex quo ille jure canebat: *sic pro ratione voluntas.* *Ex nu. 37. & ex lib. 3. à num. 104.*

Augustin.

Tùm ex illis verbis celeberrimis Augustini *lib. 12. de Civit. Dei. cap. 6. post med. Si unus tentationi cedat, ac consentiat, alter idem qui fuerat, perseveret: quid apparet, nisi unum voluisse, alterum noluisse à castitate deficere?* Tùm quia quærendo ultimum determinativum agendi in causis necessariis, non quiescit animus, si dicatur, *operatur, quia operatur*: & tamen in causis liberis, si dicatur, *operatur, quia vult*, quiescit animus, nec ultrà progredimur.

Ultimò:

44 Sit ultima: quia quicquid sit de vocibus, & stando rebus, omnis determinatio ad operandum est inseparabilitas ab operando: omnis inseparabilitas ab operando est connexio inductiva operationis: omnis connexio inductiva operationis est necessitas: nam quid est necessitas, si definiri rectè, & quidditativè debeat? Et expecto definitionem, quæ nonnisi in præcedentes terminos resolvi potest: ergo omnis qui operatur determinatus ab alio, sicut non operatur liber à determinatione alterius, non operatur liber à necessitate: ergo non operatur liber, libertate catholicâ: & quæ sufficit ad merendum, & demerendum: Nam ex Innocēcio X. contra Ianſenium, non sufficit ad merendum, & demerendum libertas à coactione, sed requiritur libertas à necessitate. Omninò revide, quæ contra Thomistas, & Schotistas abundè diximus *libro tertio toto*: ubi etiam eorum omnia argumenta proposuimus, & diluimus *à num. 302.*

In Primã par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

Innoc. X.

Suprà lib. 3.

DISPVTATIO XXXIV.

PRÆDEFINITIO SIMPLICITER DEPENdens à Scientiâ Mediâ.

Disputationis methodus.

45 QVATVOR discutienda, & explicanda sunt, ut Prædefinitionis, quâ de loquimur, simpliciter dependentis, seu essentialiter supponentis Scientiam Mediam, fiat justa tractatio, & digna Comprehensio: Ejus nempe, *Natura, Possibilitas, Existentia, & Necessitas.* Sermo est de efficaci Decreto, seu Prædefinitione Actūs creati liberi, ut prænotavi jam *suprà*. Et quidem in explicandâ ejus Naturâ vix Patroni discrepant: Adversarii, quandoque maximè. Pro Possibilitate stat communis Theologia Societatis post Suarez, acerrimum hujus doctrinæ assertorem, & defensorem: &, quod caput est, ipsa Societas in Reverendissimis Generalibus Claudio, & Mutio: quorum decreta dabit Henaus *part. 1. de Scientiâ Mediâ sect. 157.* Authorum syllabum, & loca vide apud Borrull *disp. 13. de Vol. sect. 1. nu. 15.* apud Quiròs *in Philosoph. disp. 29. à num. 8.* & apud Avendaño *disp. 11. cap. 1. & §. 1. nu. 4.* Stant contra cum Patre Gabriele Vazquez, Hurtadus uterque, Herize, Meratius, Moncæus, Alarconius, & Soarez Iunior, citans pro se Molinam, Lessium, & Becanum, de quo triumviratu maximè dubito. Pro his certò accessere Negantibus, novissimis & densis Rationum Copiis, in suo quisque *Tract. de Prædest.* P. Andræas Iunius, & Rev. adm. P. Thyrsus Gonzalez; à Recentioribus excepti, & excerpti cum plausu. Militant pro ejus existentiâ ferè omnes, qui possibilitatem agnoscunt, maximè Suarez, & Montoya: eam specialiter

Apud Henaum. Borrull. Quiròs. Avendaño Negant Gab. Vazq Hurtadus. Herize. Meratius. Moncæus. Alarcon. Soar. Iun. Iunius. R. P. N. Thyrsus Existentes negat specialiter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

tes renuit Martinonus. Pro necessitate demum pugnat acerrimè P. Esparza, P. Quirós, P. Comptonus, & P. Avendaño, citantes pro se Doctorem Eximium: resistunt maximè Moderni post Aldretum & Ribadeneyram, & Thyisum.

Necessarias volùt Quirós. Esparza. Avendaño Compton.

SECTIO I.

EXPENDITVR, ET EXPONITVR NATVRA Prædefinitionis simpliciter dependentis à Scientiâ Medià.

§. I.

AN DECRETVM HVIVSMODI SIT Absolutum?

Quæstio prima.

46 PRima Quæstio est: an hujusmodi Prædefinitio, quâ de loquimur, sit Decretum actus liberi, Conditionatum, vel absolutum? Conditionatum censuit Melchior Fuster apud Borrull *disp. 12. de Vol. sect. 1. num. 7.* Primò: Nam Prædefinitio vult actum fieri, si voluerit creata voluntas: ergo est conditionatum. Antecedens patet: nam vult actum fieri, applicatâ Omnipotentiâ per decretum indifferens, & conditionatum: non autem aliter vult actum fieri & existere, quàm modo, quo vult omnipotentiam ad ipsum concurrere: ut patet: nam volitio rei, non aliter vult rem fieri, quàm modo, quo vult ipsum à suis causis fieri. Secundò: nam Prædefinitio est actus imperans, quo Deus se determinat ad habendum Decretum applicativum Omnipotentiæ: ergo vult existentiam actûs creati per actum imperatum poni: ergo vult ejus existentiam, qualis ponitur ab actu imperato; sed ab isto procedit conditionatè: nam conditionatum est, & indifferens ex parte objecti, ut stent jura libertatis: ergo vult actûs creati existentiam conditionatè ex parte objecti.

M. Fuster. apud Borr.

47 Tertiò: quia vel vult actum creatum fieri per seipsum, vel per decretum indifferens, & conditionatum. Si primùm: ad quid Decretum aliud? Tum quia jam esset Decretum efficax executivum. Si secundum: ergo solùm tendit in existentiam actûs creati conditionatè. Quartò: Nam Decretum absolutè est illud, quod ita decernit existentiam objecti, ut simul decernat omnes ejus conditiones: at Prædefinitio non ita decernit: decerneret enim actum fieri à Voluntate Petri v. g. immediatèque applicaret Omnipotentiam Dei ad Concursum: ergo. Quintò: quia Prædefinitio non vult voluntatem creatam operari, nisi modo, quo vult applicare Omnipotentiam, & ipsam concurrere: hoc autem vult conditionatè. Sextò: quia talis Prædefinitio vult unicè consensum voluntatis, sub conditione, quòd voluntas se determinet, & dependenter ab existentiâ talium *numero* auxiliorum: ergo conditionatè vult.

Prædefinitio efficax est Decretum Absolutum.

48 Censeo cum communi, tale Decretum Prædefiniens esse simpliciter absolutum. Ratio est: quia Natura volitionis conditionatæ est esse ex se paratam manere sine existentiâ objecti, quousque existat certa conditio: quam tamen alioquin inexigit, aut sine quâ potest esse; se enim habet instar disjunctivæ necessitatis unum è duobus postulantis, nempe ut ne sit conditio, vel existat conjuncta cum existentiâ talis objecti: unde volitio conditionata stare potest ex se sine existentiâ objecti, quia stare potest sine existentiâ conditionis: quare modus volendi rem sub hac aut illâ conditione, cujus alioquin existentiam affectu determinas, vel dependenter ab hac, vel illâ suppositione, quacum alioqui connectitur affectus, & quâ non existente non existeret, non reddit Affectum conditionatum: aliàs volitio effectûs ab hac causâ, quam facis operari, & Decretum nostræ operationis, mediâ prædeterminatione, & tendentia efficax in existentiam unionis dependenter ab extremorum existentiâ, essent affectus conditionati: quod dixit nemo:

49 Et omnium ratio est: quia non quævis dependentia obstat, quominùs voluntas ex vi affectûs maneat connexa cum objecti existentiâ; ita ut implicet, eum affectum esse efficacem ex se, & non esse existentiam objecti, quod vult. Nunc sic: atqui natura Decreti Prædeterminantis ita connectitur cum existentiâ objecti, quod prædefinit, ut parata non sit existere sine existentiâ objecti, neque sine his quibuscum existet objectum in quod tendit, licèt nunquàm existeret, nisi poneretur

deret eâ suppositio veritatis: quòd si voluntas existeret cum his comprincipiis, quæ modò conferre Deus vult, & confert, operaretur ex suo libito effectum, nunc intentum à Deo: ergo talis Prædefinitio est Decretum minimè conditionatum, sed absolutum.

Solvuntur oppositæ

50 Quæ in oppositum congessi ex Fusterio, levia sunt; & supponunt Doctrinam mihi parùm gratam de multiplicitate in decernendo divinâ, deque simultate Decreti efficacis, & inefficacis in Deo circa idem objectum, de quibus aliqua dicentur *sect. 5.* Nunc respondeo. Ad primum, nego antecedens: licèt enim per has æquivalentias tendentiæ quasi conditionatæ se explicuerint cum Suarez Plures è nostris Theologis; hic loquendi modus unicè sonat apud ipsos, Decreti Naturam ita attemperari dominio creaturæ, ut ipsi non præoccuper determinandi munus in opere. Quare tale Decretum ex præscientiâ, quòd creatura, si ponatur in libertate, volet operari, afficitur in hoc ipsum velle creaturæ, & vult ex eo affectu ponere ipsam in eâ libertate: & hoc est velle, quòd ipsa operatio creaturæ sit ab Omnipotentiâ non determinante, sed determinatâ per modum attemperati habitûs, ab ipsâ voluntate creaturæ: quicquid sit de medio, quo sic attemperetur Omnipotentiam. Ad secundum: permissâ Doctrinâ, quam supponit: jam dixi, quid sit velle Deum, ut fiat operatio creaturæ ab Omnipotentiâ indifferenter applicatâ: tollit id determinandi vim in Divinâ volitione: non tollit vim connexionis affectivæ. Ad tertium, dico velle, ut fiat ex determinatione tollûs creaturæ.

Infrà à num. 201. Mens D. Eximii.

51 Ad quartum, dico de ratione Decreti absoluti esse connecti cum existentiâ objecti, si efficax sit, inseparabiliter; æque adeò cum his omnibus, sine quibus existentia non erit; nego verò esse de ratione Decreti absoluti, determinare, & exequi omnia, sine quibus existentia objecti non erit, ut videtur Arguens hallucinati. Ad quintum, nota: *aliud* est, Deum non aliter velle consensum, ac Omnipotentiam applicat, & ipsa concurrit: ita ut modus volendi neque sit magis, neque minùs connexus, quàm est connexus, aut inconnexus modus, quo parata est concurrere Omnipotentia: & *aliud* est: Deum non velle fieri aliter actum, ac licet ab Omnipotentiâ applicatâ; ita ut modus, quo fit ab Omnipotentiâ applicatâ actus, cadat in objectum talis Decreti, & non alius. Hæc duo confundit arguens: & *secundum* est verum: *primum* verò est omnino falsum. Ad sextum, patet ex nostrâ responsione ad quæstionem. Videatur Suarez, hæc jamdiù latè præoccupans *tom. 2. de Gratia. lib. 5. cap. 53. num 26.*

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

P. Suarez.

§. II.

QVOVSQVE SIT INFRVSTRABILE?

Quæstio secunda. Quousque infrustrabilis Prædestinatio? Complutens. MM. sensus.

52 SEcunda Quæstio est: an Decretum hujusmodi prædefiniens, sit prorsus, & omninò infrustrabile? Fuere Complutenses ex Nostris, qui censuerint Prædefinitionem esse quidem potestate consequenti infrustrabilem, fructibilem verò, potestate antecedente: nec aliter invenere viam, ejus cum nostra libertate concordiæ. Nixi sunt primò: quia Prædefinitio non habet aliam connexionem cum consensu præmisso v. gr. nisi connexionem auxiliorum, secundùm se indifferentium, & ex accidenti efficaciam, sed in voluntate datur potestas antecedens dissentiendi his auxiliis, quam alioqui non tollit Prædefinitio: ergo & datur potestas antecedens dissentiendi Prædefinitioni: ergo frustrandi. Secundò: vel ista Prædefinitio consideratur, ut præcisè determinans collationem auxiliorum: vel ut connexa cum prævisione consensûs sub his auxiliis: Si secundum: omninò apparet inconjungibilis cum dissensu. Si verò primum: non est, unde hauriat inconjungibilitatem cum ipso dissensu: ergo pro aliquo priori frustrabilis est. Tertiò: si prædefinitio, & sic arguitur: Petrus etiam posità Prædefinitione, liberè consentit: ergo liberè definit dissentire: ergo liberè definit frustrare prædefinitionem: nam consentire est ipsam nò frustrare: & dissentire esset ipsam frustrare: ergo potest pro signo antecedenter frustrare, sicut pro signo antecedenter potest non consentire, seu dissentire.

Solvuntur oppositæ

Mens Nostra.

53 Ceteò: Decretum hujusmodi prædefiniens esse prorsus infrustrabile, & infrustrabile ex efficaciâ invitâ ei fui. Primò: quia frustrari est Decretum disjungi

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

gi cum carentiâ consensûs præfiniti: sed hæc conjunctio est simpliciter impossibilis: ergo & frustratio: ergo nulla potestas est ad ipsam neque antecedens, neque consequens. Secundò: quia, per vos, hæc prædefinitio, ut conjuncta cum præviſione consensûs sub his auxiliis, non potest conjungi cum carentiâ consensûs ipsius: sed non potest esse sine tali prævisione: ergo. Tertiò: quia Decretum efficax pati frustrationem est imperfectio & debilitas Deo indigna: unde censetur à Patribus impossibilis Deo, juxta illud Pauli 9. *ad Romanos.* 19 *Voluntati enim ejus quis resistet?* Ergo omnimodè, proque omni signo censeri debet Deo impossibilis. Unde temerè dixit Magister Felix, Divinam Prædestinationem, & voluntatem, quamvis non frustrandas, frustrari tamen posse in sensu diviso.

Rom. 9.

Frustrabilitas, & Evitabilitas, quam diversa?

54 Aliud est: (quod contra frequentes æquivocationes observa,) Decretum *esse ex se evitabile*: & aliud, longè diversum, *esse frustrabile*. Esse frustrabile dicit, ipsum existere, & manere sine effectu præfinito. Esse evitabile, dicit, ita existere, ut nunquam extitisset, nisi pro libitu voluntatis ponendus esset consensus, prævisusque esset poni. Est igitur tale Decretum evitabile, ut *mox* dicam: est tamen infrustrabile: atque adeò connexum cum existentiâ consensûs liberè eliciti à voluntate; & exinde ex se incapax determinare, vel inducere principia necessitantia: cùm non minùs frustraretur per coëxistentiam adventitiæ determinationis, seu principii prædeterminantis, & necessitantis, quàm per coëxistentiam cum negatione consensûs.

Mox à nu. 78.

Solvuntur opposita.

55 Ad primum ex oppositis, distingue benè: aliud est in Prædefinitione vis causandi respectivè ad consensum: aliud est, vis efficaciæ, seu affectivę connexionis: *seu brevius*: aliud est, effectiva connexio; aliud, connexio affectiva. Prædefinitio quidem non habet connexionem effectivam, seu vim causandi, nisi denominativè tantùm, & *alieno*, ut sic dicam, *influxu*, nempè quem præstant auxilia, & libertas constituta per ipsa: at affectivam connexionem habet *nomine proprio*, & *ex se* ob tendentię efficaciam, & præsuppositionem essentialem Scientiæ Mediæ de consensu. Quare nego majorem: vel eâ per appositos terminos distinctâ; & concessâ deinde minori, nego duplicem consequentiam. Ad secundum, dico eas præciliones esse nostræ mentis otia, non immutantia res: atque adeò Prædefinitio, licèt ex formalitate conferendi auxilium, non appareat cum titulo ad inconjungibilitatem; neque apparet cum formalitate formaliter positivè conjungibili, sed præscindit; & ex accessu alterius, redditur Prædefinitio simpliciter, & omninò infrustrabilis. Ad tertium, concesso entimemate, nego consequentiam alteram. Licèt enim liberè desinat Petrus dissensum, quo posito Decretum, si cum dissensu existeret, frustraretur; tamen Petrus non ita liberè desinit dissensum, ut in ullâ ejus potestate sit coëxistentia ipsius cum Decreto Prædefinitivo consensûs, in quâ coexistentiâ consistit actio frustratoria, sed ita desinit, ut in ejus potestate sit, ne unquam extiterit tale Decretum: hoc autem, *ut notabam*, non est Decretum esse frustrabile, sed evitabile.

Extrinseca præcisiones nō immutat.

De hoc sophismate, sam lib. 4. num. 34.

Nuper ut. 54.

§. III.

EX QVO CAPITE, ET TITVLO PRÆrequirat Scientiam Mediam?

Quæstio tertia ex quo titulo requirat Prædefinitio efficax Scientiam Mediam?

56 Tertia Quæstio: ex quo titulo habeat hujusmodi Prædefinitio supponere essentialiter Scientiam Mediam? *Unum* supponit apud omnes *quæstio*; inquirit *aliud*. Neque permiscendum utrumque, ut erees invidiam. Supponit in Prædefinitione essentialem dependentiam à Scientiâ Mediâ. Quærit de speciali titulo talis dependentiæ. Et triplex excogitari potest: *primò* titulus Divinæ volùtarietatis. *Secundò* titulus protegędæ infrustrabilitatis Decreti. *Tertiò* titulus, tuendæ, & conciliandæ nostræ libertatis cum ipso. Patri Ribadeneyra visa res ista est non magni momenti *disp. 12. cap. 1. nu. 13. fin.* Exarsit tamen civile bellum inter Magistros nostræ Provinciæ. Nam fuere, sunteque Doctissimi, & quorum ego sub disciplinâ profeci, qui

Titulī tres

Existimatio Gravis Magistrorum dictum Trid. Primum:

57 Censent primò, has prædefinitiones specialiter præsupponere Scientiam Mediam ex titulo perfectissimæ voluntarietatis. *Nituntur*: Tùm quia sine Scientiâ Mediâ non prægnoscerctur potissima

ma circunstantia Mediorum, sub quâ Prædefinitio rendit in ipsa. Tùm quia Natura talis Prædefinitionis est ita terrì in Media, aliàs ex se indifferentia, ut debeant ex libito volùtatis esse efficacia: nequit ergo stare voluntarietas talis Decreti, non præilluminante Scientiâ Mediâ, per quam unicè prægnoscitur Mediorum contingens efficacia. Tùm demùm quia Nequit Deus velle Prædefinire, quin sciat sibi hic & nunc absolutè & proximè possibilem esse Præfinitionē: id autem scire nequit, nisi habeat Scientiam Mediam, quia non est actû dabilis Prædefinitio, nisi verum sit, quòd voluntas, si poneretur sub his auxiliis, consentiret: hæc est natura talis Decreti: ergo titulo Divinæ Libertatis, & voluntarietatis necesse est specialiter, præcedat Scientia Media ad Prædefinitiones.

Et fundatur.

Secundum

58 Censent secundò: eas Prædefinitiones specialiter nō præsupponere Scientiam Mediam ex titulo protegendæ suæ infrustrabilitatis. Ratio est, *inquiunt*, quia ista Prædefinitio ex se habet attemperationem intrinsecam cum arbitrio, cujus actus prædefinit, seque ipsâ est necessitas ne habeatur à Deo, nisi auxilia, quæ imperat, sint ex se indifferentia, & aliàs ex libito voluntatis congrua: ergo quicquid sit de Scientiâ Mediâ, se ipsâ tollit omne periculū frustrationis. Quia frustratio foret in eo, quòd conjungeretur auxiliis aliàs incongruis: at seipsâ est necessitas non existendi nisi cum aliàs congruis: ergo ne fortè jungatur cum incongruis, non opus ipsi est aliquo extra ipsam: ergo neque Scientia Media. Sicut si ex ipsâ naturâ necessitareris ingredi per hanc viam, & non per aliam; egeres quidem luce, ut videres, quâ ambulas; non tamen, ne errares à viâ, quâ ambulas.

Et ejus ratio.

Tertium,

59 Censent tertiò: eas Prædefinitiones specialiter non præsupponere Scientiam Mediam ex titulo tuendæ libertatis nostræ. Ratio, quâ nituntur, reducitur ad hunc discursum: Istæ Prædefinitiones, ex se, & ex suâ naturâ differunt à *Thomisticis*, & *Schotisticis*, seque ipsis habent specialitatem naturæ, cur debeant à Scientiâ Mediâ de consensu v. g. ergo se ipsis habent naturam omnino similem Scientiæ Mediæ respectivè ad jura libertatis: ergo se ipsis habent naturam essentialiter attemperatam libertati consensûs, quem prædefiniunt: ergo seipsis sunt necessitas non existendi, nisi auxilia, quæ imperant, sint alioquin habitura ex libito voluntatis effectum: ergo seipsis sunt necessitas non existendi in Deo unquam, nisi auxilia sint ex libito voluntatis conjungenda consensui: ergo seipsis sunt necessitas consequens, & evitabilis, non minùs, ac ipsa Scientia Media.

Difficile visum, & alienū abs Schola.

Motivum valde apparens.

In Primā par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

60 Fac ergo, & suppone impossibilem, vel mente præscinde: attemperationem connexionis affectivæ cum libertate nostrâ: & Scientiam Mediam, & connexionem cum illâ: & *rogant*: illa attemperatio intrinseca affectivæ connexionis cum libertate nostrâ, habet, aut potest habere ex eo conceptu tollere libertatem? vel non? Primum dici non potest: si ergo secundum: id in prædefinitione restat, si vel ex suppositione impossibili, vel mente seponas Scientiam Mediam: ergo licèt necessariò præcedat ad Prædefinitionem Scientiæ Mediæ, non tamen ex titulo attemperandi se libertati: quæ enim connexio ex se habet non nocere libertati, non eget alio extra se, ut nocere desinat: sicut connexio, quæ ex se habet, nocere libertati; quodcumque aliud accedat, nocere non desinet.

Illustratur.

61 Confirmatur primò: Prædefinitio seipsâ est affectus essentialiter attemperatus Scientiæ Mediæ: ergo seipsâ est affectus attemperatus libertati nostri consensûs, quem prædefinit. Probo consequentiam: quia affectus essentialiter, & ex se conformis necessitati purè consequenti, & connexioni amicæ libertati, nequit non habere ex se naturam amicam libertati Nunc sic: ergo sicut non exigit, & attemperatur Scientiæ Mediæ, titulo Scientiæ Mediæ, sed potiùs, quia habet naturam attemperatam libertati: ita nec exigit Scientiam, titulo libertatis, seu ut attemperetur libertati: ergo. Confirmatur secundò: Connexio hujus Prædefinitionis ex se habet non prædeterminare voluntatem, sed attemperare ipsius arbitrio Divinam Omnipotentiam: ergo ex se habet non nocere libertati: ergo præcisim à quovis extrinseco, manebit amica libertati: ergo titulus, ex quo connectitur cum Scientiâ Mediâ, non est, ne noceat libertati. *Hucusque* ptælaudati

Illustratur ulteriùs.

Ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Magistri, euntibus, *ut ajunt ipsi*, saltem non improbantibus, *ut scio*, discursum Magnis Theologis Scholæ nostræ, quorum ipse subscriptiones judicii, & favoris plenas non semel vidi, & legi.

Impugnata est à multis Primò:

62 Insurgunt nihilominùs acriter alii, contra *hoc postremum* maximè. Primò: quia Prædefinitio titulo libertatis nostræ debet evitabilis esse; sed ut sic evitabilis exigit Scientiam Mediam: ergo & titulo libertatis. Minor probatur: quia nisi evitatâ Scientiâ Mediâ, nequit evitari Prædefinitio. *Audivi* præcitatos Magistros sic respondentes: concessâ majori, negabant minorem: quia licèt ex essentiali præsuppositione Scientiæ Mediæ, nequeat evitari prædefinitio, nisi evitatâ Scientiâ Mediâ: at Prædefinitio non solùm est *extrinsecè* evitabilis evitabilitate Scientiæ Mediæ prærequisitæ, sed *intrinsecè*, propriâ scilicet evitabilitate.

Sic solvebant.

Secundò:

63 Secundò: quia Prædefinitio titulo libertatis, debet præsupponere determinationem creatæ voluntatis, & esse consequens; at nequit præsupponere nisi ut cognitam, & in Scientiâ Mediâ: nam affectus non feruntur sympaticè ad res, ut sunt in se, sed modo rationali, & ad res, ut apparent: ergo titulo libertatis

Sic solvebant.

præsupponit Scientiam Mediam. *Respondent* illi, per hæc solam probari necessitatem Scientiæ Mediæ, ex titulo specialis voluntarietatis in Decreto: nam cùm affectus sit, non potest tendere in res, nisi cognitas; at neutiquam probari, Naturam talis affectûs non constitui per essentialem posterioritatem ad nutum conditionatum voluntatis, & per connexionem ex se attemperatam arbitrio ipsius.

Tertiò:

64 Tertiò: quia Prædefinitio, ut stet cum libertate, tendit, & tendere debet in consensum, ut aliàs ponendum ex libito voluntatis; atqui ut affectivè tendat, requiritur cognitio consensûs sic propositi; quæ nò potest esse nisi Scientia Media: ergo ista requiritur, ut ea Prædefinitio stet cum libertate. *Respondent* illi:

Sic solvebant.

concessâ majori: quia ea est Natura talis Decreti, nempe repugnantia ad existendum, nisi auxilia aliàs congrua sint: & concessâ minori, negant consequentiam: quia solùm fit requiri, ut Prædefinitio stet: quòd autem stet cum libertate, ex se habet.

Quartò, & quintò.

65 Quartò: quia titulus voluntarietatis non est specialis in Prædefinitione. Respondent: esse tam specialem, quàm specialis est voluntarietas. Quintò: quia hæc est periculosa novitas, & authoritate destituta. Respondent: de periculo, satis sibi hucusque non constare: plures esse in Scholâ nostrâ, qui sibi favent: qui contradicat apertè, Neminem ex Theologis, qui scripserint: ex his qui dicèrunt, sequi se Authorem, in hac Provinciâ celebrem, Patrem Maginum Pagesium, qui thesim hanc sine periculo exposuit non semel, & defendit *disp. 2. de Providentiâ cap. 1. part. 1.*

Sic solvebant.

P. Magin. Pages.

Mens Nostra. Ribaden.

66 Ego *imprimis* censeo, litem esse momenti nò magni; ut dixit Ribadeneyra, neque principiis Scholæ nostræ præjudicari posse quicquâ ex præfato discursu; si verus sit. Nam neque ipse stare nequit sine Scientiæ Mediæ existentiâ, neque sine principiis, quibus ipsa nititur: neque ejus usui derogat. Imò hic discursus ex hoc capite mihi semper visus est, magis hærere principiis nostræ Scholæ, cùm in ipsâ Decreti Naturâ cognoscat necessitatem omnium, quibus nititur Scholæ nostra. Censeo deinde, Scientiam Mediam præexigi à Prædefinitione simul ex triplici illo titulo, de quo *nu. 55.* Et quidem præexigi ex titulo specialis voluntarietatis, bene probatum est *nu. 57.* Præexigi ex aliis etiam titulis, præter ea, quæ *à nu. 62.* dicta sunt, probo sic:

Prima ratio.

67 Primò: quia Affectus nequit esse determinabilis ab objecto, nisi mediante notitiâ: Neque enim res, nisi per sui apparentiam operantur in voluntatem: ergo neque Prædefinitio potest esse determinabilis ab objecto, nisi Mediante notitiâ, quam in Prædefinientis voluntate determinet: ergo esse determinabilem à consensu habet ex respectu, & connexione à notitiâ determinabili: ergo titulo determinabilitatis præexigit notitiam determinabilem. Hæc autem est Scientia Media. Atqui tota attemperatio cum libertate stat in istâ determinabilitate à consensu: ergo totâ attemperationem habet ex respectu ad Scientiam Mediam: ergo titulo infrustrabilitatis, & libertatis præexigit Scientiam Mediam.

Secunda.

68 Secundò: distingue in Prædefinitione, connexionem cum existentiâ consensûs: & connexionem cum eo, quòd consensus sit, non ex determinatione Decreti,

creti, sed voluntatis; in hoc consistit attemperatio talis Decreti cum libertate. Arguo sic: connexio cum existentiâ libertatis, seu consensûs ut liberi, seu ex nutu libertatis ponendi potiùs, quàm ex vi decreti, est in Decreto dependentia Scientiæ Mediæ superaddita formalitati connexionis cum existentiâ consensûs: ergo sepositâ, vel præcisâ formalitate dependentiæ à Scientiâ Mediâ, sola restat in Prædefinitione formalitas connexionis cum existentiâ consensûs: ergo non restat attemperatio cum arbitrio libertatis: ergo titulo talis attemperationis indiget Prædefinitio subsequi ad Scientiam Mediam. Antecedens probatur: Tùm quia est connexio cum consensu determinante connexionem Decreti; mediante Scientiâ Mediâ. Tùm quia ea connexio est cum consensu, ut libero, prout apparet in Scientiâ. Tùm deinde: quia attemperatio ad arbitrium in Decreto est attemperatio ad Scientiam Mediam, & hæc attemperatio est essentialis dependentia ab ipsâ. Tùm demùm: quia non est unde connexio, & efficacia Decreti non sit determinativa consensûs, nisi quia dependet ab ipsâ naturâ Scientiæ Mediæ. Mitto alia: hæc enim satis pro veritate, cui attendimus, & pro solutione eorum, quibus in oppositum *num. 59. 60. & 61.* prælaudati Magistri movebantur.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

objecti: quo multi satis se explicuisse Prædefinitionis efficaciam putant.

70 Ratio est primò: quia connexio cum existentiâ termini vel objecti, advenire potest affectui ex alio capite præter quàm ex capite affectûs. Nam Volitio collativa auxilii inefficacis ex essentiali dependentiâ à Scientiâ Mediâ de inefficaciâ, manet connexa cum istius existentiâ; & tamen erga illam non afficitur. Item Prædefinitio Pœnitentiæ ante prævisum absolutè peccatum, manet cònexa cum peccati existentiâ, sine vi ullius affectûs erga ipsum. Secundò: quia apud plures potest Deus velle dare auxilium efficax, quia efficax, quin tamen affectus circa motivum efficaciæ tranicendat lineam inefficacis complacentiæ: & tamen talis volitio ex præcedentiâ Scientiæ Mediæ manet affectus connexus cum existentiâ objecti: & tamen inefficax.

R. P. N. Thyrsus.

71 Vnde nonnulli acutè distinxerunt Duplicem Prædefinitionem in Deo circa actus liberos. *Virtualem*, & *Formalem*. Seu, (ut passim loquitur *tom. 2. select.* R. P. N. Thyrsus) *complexam, & simplicem. Virtualem*, & *complexam* vocant eam, quæ cum alioquin inefficax sit in linea affectûs circa existentiam actûs liberi, manet aliunde connexa cum illo: & sic accidere putant *in casu strictæ directionis. Formalem*, aut simplicem, eam quæ ex vi affectûs manet connexa cum existentiâ sui objecti. Exque hoc discrimine, multi, negantes Prædefinitionem, non negant strictam directionem Scientiæ Mediæ, ut Herize, Alarcon, alii. In quo ergo consistit hæc efficacia, quæ hos terruit?

Herize. Alarcon.

72 Censeo, consistere in connexione cum existentiâ objecti aliàs voliti ex vi & energiâ affectûs circa illud. Hæc enim inseparabilitas amantis ab amato ex vi, & vehementiâ affectûs stare nequit sine efficaciâ affectûs. Vt tamen id, genericè sic positum, exponatur, & efficaciæ Prædefinitivæ cum nostrâ libertate Concordia pateat, recole ex *lib. 6. præced. à nu.* 534. & rursus *à nu.* 572. duplex efficaciæ genus in affectu. Nam & est *efficacia effectiva, seu effectivè connexa* cum existentiâ objecti: & est *efficacia purè affectiva, seu purè affectivè connexa* cum existentiâ objecti voliti. Efficacia effectiva est vis amoris ita rapiens in existentiâ objecti,

Mens Nostra, & explicatur.

Supra lib. 6 à num. 534. & à nu. 572.

Quæstio quarta qualis efficacia Prædefinitionis? Non satis explicatur. T. Iunius.

69 Qvarta quæstio: Quanta, cujusque sit generis efficacia Decreti Prædefinientis? Plures vix curant hujus explicationem: & res alioquin implexa est: & è cujus recto sensu Prædefinitionum possibilitas pendet: ut videre est apud Patrē Andræam Iunium, exinde negantem *de Prædest. sect. 6. cap. 1. & 11.* Nam videtur, explicari vix posse efficaciam Prædefinitionis, nisi per vim causativam, & determinativam Divinæ Omnipotentiæ ad concursum, atque adeò & creatæ voluntatis ad operationem: quo hujus pessumdatur omninò libertas. Neque sufficit, ut affectus dicatur efficax, connexio cum existentiâ termini, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

ut ex vi ejus debeat existere? estò aliòquin non supponeretur aliunde productum, vel determinatum; atque adeò vim habet determinandi causas, & applicandi ad productionem objecti.

73 Efficacia purè connexiva est vis amoris ita complacens in existentiâ objecti ex alterius determinatione ponendi, ut ex vi ejus debeant existere media, quibuscum prævidet ex alterius determinatione ponendum objectum, in quod fertur; *tali efficacia ex condescensu*, ut sic loquar, ut ex unâ parte sit voluntaria impossibilitas determinandi existentiam objecti: & ex aliâ, affectiva inseparabilitas à suppositione, in quâ sit existentia objecti ex alterius determinatione, in quâ quasi speculativè gaudet, quantum potest, & practicè se exercet ex amore objecti circa media, cum quibus videt ex arbitrio creato extiturum effectum, si ea media ponat. Efficacia *primi generis*, satis nota est. *Secundi generis* tendentiam esse efficacem, solus negabit, qui neget, affectum ex vi amoris connexum cum existentiâ objecti esse amorem efficacem illius. Et hujus secundi generis est efficacia Decreti Prædefinientis; non, primi. Ex his oritur

Quæstio quinta de Causalitate Prædefinitionis.

74 Quinta quæstio: Quam causalitatem exerceat circa actum prædefinitum, ista Prædefinitio, quâ de loquimur? Censeo, non aliam exercere, nisi purè mediatam, & remotam: quatenus nempe exercet immediatam causalitatem in causas immediatas actûs prædefiniti. Ratio est: quia immediata causalitas affectûs in operationem consistit in vi, & energiâ determinandi causas proximas ad operandum, & applicandi ipsas ad actionem: quæ procul abest ab istarum prædefinitionum indole, & naturâ, ut notavi *lib. 6.* passim: præsertim à *num.* 462. Nota hic maximè quatuor pro tollendis multis æquivocationibus; & in multis, facilè amplexis Patrem Iunium præcitatum.

Lib. 6. à nu. 462.

P. Iunius.

Notanda Quatuor. Primum:

75 *Primum*: *aliud* esse immediatè velle: & *aliud*, immediatè causare: seu *aliud*, immediatè velle rem fieri: & *aliud*, velle rem immediatè fieri. Diversissima hæc sunt. Vt affectus sit immediatus in lineâ amandi, seu ut immediatè velit, sufficit esse formalem amorem rei. Vt verò sit immediatus in lineâ causandi, seu ut immediatè causet, ultrà requiritur influxus in existentiam rei, non qualiscumque, sed determinativus ipsius. Sic apud plures, volmras hæc conditionata: *Dabo centum, si navis venerit*, immediatè vult centum; nec tamen immediatè causat: eget enim ad causandum alio affectu. Vnde Prædefinitiones, non exeo *immediatè* causant, quòd *immediatè* velint.

Secundum.

Secundum, causam purè mediatam, & remotam non dici, nisi *abusivè causam*. Tùm quia plerumque non est, cùm datur existentia effectui. Tùm quia actio effectûs non pendet ab ipsâ, ut à sui continentiâ.

Tertium.

Tertium: triplex esse genus causæ remotæ. Primum: causæ remotæ, sine quâ nequit esse proxima: & hæc remota est essentialiter prærequisita. Alterum: causæ remotæ, sine quâ potest esse proxima: & hæc remota non est essentialiter prærequisita. Tertium: causæ remotæ, sine quâ potest esse proxima secundùm se, non verò conjuncta cum tali effectu: primi generis non est prædefinitio: censetur secundi communiter: & erit tertii, si necessariò requiratur.

Quartum.

Quartum: Aliud esse causam per se: & aliud, causam essentialiter prærequisitam. Causa per se, est causa immediata, & proxima. Causa essentialiter prærequisita, ad existentiam effectûs, est sine quâ nequit effectus existere: quod competere potest causæ non proximæ: & deesse proximæ. Puta calorem à duplici igne productum: en duas causas per se: ubi neutra est essentialiter requisita. Si verò calor penderet necessariò ab igne *A* essentialiter ab igne *B* pendente, ignis *B* non esset causa per se, & esset essentialiter requisita. De causalitate *morali*, dicam *num.* 85. Nunc *de Physicâ* loquimur.

Infrà nu. 85.

§. V.

EIVS TENDENTIA, ET EVITABILITAS, & indifferentia.

Quæstio sexta. Qualis sit jus Decreti Tendentia?

76 SExta Quæstio: qualis sit hujus Decreti Prædefinientis tendentia in comprincipia liberatis? Non quæro modò, an sit possibilis Prædefinitio, quæ præcisivè se habeat circa hujusmodi comprincipia, qualem agnovere pontulli, & de quâ nos *infrà disp. 35. à num.* 252. Solùm quæro de modo se habèdi circa

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante. Suarez. Molina. Montoya.

Communis apud Recèt sonus. Suprà lib. 6. à num. 575.

ca comprincipia libertatis, in quæ tendere, suppono. Et recens opinio, de quâ *lib. 6. præced. à num. 575.* videtur esse, Decretum Prædefiniens non versari immediatè circa comprincipia, seu auxilia, sed habere se instar Affectûs imperantis, à quo nascitur aliud Decretum immediatè exequens existentiam auxiliorum, inconnexum cum existentiâ actûs prædefiniti, & indifferens secundùm se: insuper aliud Decretum præparativum Omnipotentiæ, secundùm se conjungibile cum utra libet parte libertatis, & quo medianter manet Omnipotentia proximè præparata, & libertas in actu primo proximo constituta. Itaque juxta hunc discursum, qui, licèt nō satis explicetur à bene multis, reipsâ cōmunis est inter Modernos; Prædefinitio est *actus Imperans*: Duo alia Decreta, quæ sunt actus imperati: indifferens utrumque: quorum aliud exequatur auxilia: aliud, præparet Omnipotentiam.

Mens Nostra.

77 Censeo, Decretum Prædefiniens immediatè versari circa comprincipia libertatis, eaque inducere per seipsum, nullo alio Decreto interposito; atque adeò vim obtinere imperii, non circa actum ullum Divinæ Voluntatis, sed circa existentiam auxiliorum. Hæc resolutio mihi videtur Patris Francisci Suarez attentè legendi, ubicumque *de Prædefinitionibus* agit: &, ut *suprà* dixi, Vetus in Scholâ nostrâ: eaque descendit non solùm ex generali principio *de Indivisibilitate* in Decernendo Divinâ; item ex *necessitate* præcedentiæ Scientiæ Mediæ; sed specialiter ex doctrinis adversus ordines intentionis, & executionis *suprà* discussis, & specialissimè ex totâ *sect. 3. disp. præcedentis*. An verò Prædefinitio imperare debeat decretum aliud indifferens, quo dicunt Omnipotentiam præparari: quod difficilius est, & magis in Scholâ nostrâ repetitum, & commune, videbimus *hac ipsa Disputatione* ad finem.

P. Suarez. Ibid. num. 576.

Lib. 6. à nu. 575.

Infrà à nu. 210. & à nu. 218.

Quanta Evitabilitas?

78 Septima quæstio: an, & quousque sint impedibiles, & evitabiles ab Arbitrio creato, cujus actus prædefiniuntur, istæ Prædefinitiones? P. Franciscus Oviedo *tract. manuscript. de Auxiliis*, secutus ut ait, Molinam, Suarez, & Montoyam, censuit non esse evitabiles, & aliunde protegendam earum cum nostrâ libertate concordiam. Sed hic sentiendi modus, neque Molinæ fuit, neque Suarez, neque Montoyæ; & manifestè repugnat principiis Scholæ nostræ: & hoc Syllogismo convincitur: Petrum non operari in instanti *A*, pro quo Deus prædefinivit operationem Petri, est vel frustrari Decretum Dei, vel facere id, quod *nunc existens* obstat, ne unquam extiterit Decretum hujusmodi: *quod* vocamus *evitare Decretum*: sed Petrus, cujus recta operatio prædefinita alioquin est pro instanti *A*, est potens pro instanti *A* non operari: ergo est potens frustrari Decretum, vel facere id, quo *nunc posito* ex libitò Petri, nunquam extitisset Decretum hujusmodi: *quod* vocamus *evitare decretum*. Sed frustrari est impossibile: ergo potest saltem evitari. Videatur Aldrete *tom. 1. in 1. part. tract. de Scientiâ disp. 23. & suprà lib. 5.* cùm de evitabilitate Scientiæ Mediæ *à num. 227.* Quare

Aldrete.

Et suprà lib. 5. à num. 226.

Mens Nostra.

79 Censeo, Prædefinitiones hujusmodi esse evitabiles. Patet ex præformato Syllogismo. *Sed in quo* consistit hæc evitabilitas? Respondeo primò: consistere in essentiali dependentiâ à Scientiâ Mediâ. Implicat enim, quòd Prædefinitio nequeat in Deo existere, nisi sit in Deo Scientia Media, ipsi, ut tenet Schola nostra, purè contingens, & impedibilis à libito creaturæ, quin coipsò maneat pro libito creaturæ impedibilis ipsa Prædefinitio.

80 Respondeo secundò consistere in intrinsecâ attemperatione, quam habet ipsa Prædefinitio cum Naturâ Scientiæ Mediæ, & cum Naturâ consensûs liberi, & Arbitrii nostri. Natura enim talis Decreti, (undecumque illi sit) ea est, ut sit necessitas vel non existendi in Deo, vel existendi solùm in circumstantiis, & cum auxiliis, in quibus voluntas pro suo libito esset elicitura consensum. Vnde simul est necessitas non coëxistendi cum aliquo prædeterminante ad consensum; quia non maneret libitum creaturæ, quocum ipsa connectitur, & coëxistendi solùm auxiliis, ex se indifferentibus, aliàs ex solâ determinatione creaturæ congruis.

81 Sicut ergo Scientia Media est evitabilis, quia ità attemperatur arbitrio, ut nisi voluntas, si poneretur, esset ex suo libito consensura, nunquam existeret talis Scientia: ità, quia talis Prædefinitio similiter attemperat suam connexionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

arbitrio, impedibilis est. Et ratio est, quia ita attemperati arbitrio alterius, ut in ejus manu, & potestate sit ponere rem, quæ semel posita, est efficax impedimentum, ne unquam Scientia, vel Decretum extiterit, est posse fieri, ne unquam Scientia, vel Decretum extiterit, hoc autem est posse impediri Scientiam, & Decretum, & utrumque manere impedibile, & evitabile ex alieno libito.

Quæstio octava. Quantà indifferentiat Lib. 3. de Incarnat. disp. 1.

82 Octava Quæstio: an cum hujusmodi Prædefinitionum efficaciâ stet aliqualis indifferentia respectivè ad actum prædefinitum? Duplicem *tamdiu* distinxi indifferentiam. *Aliam voco indifferentiam in essendo, seu indifferentiam*, prout *contrapositam connexioni. Aliam*, indifferentiam in causando, seu *indifferentiam*, prout *contrapositam determinationi*. Termini possunt videri noti; non res: qualis multis est visa, alioquin amplexis, & necessariò amplexuris in Scholâ nostrâ. Nam indifferentia in essendo, seu contrapositâ connexioni, est res secundùm se conjungibilis cum utraque parte, ad quam dicitur indifferens. Indifferentia in causando, seu contraposita determinationi est res, quæ cùm alioqui connexa sit cum unâ parte, neutram determinat ex se, ac proinde in munere determinandi perinde se habet, ac si esset entitativè, & connexivè indifferens: quia tota connexio est ita attemperata, & conformis alterius arbitrio, ut sit necessitas, neque determinandi existentiam rei, cum quâ connectitur, neque impediendi determinationem alterius. Vide in ipso complexo Scientiæ Mediæ, & Decreti, quod detrectas. En! Complexum indifferens est, indifferentiâ contrapositâ determinationi, non verò contrapositâ connexioni.

Mens Nostra.

83 Censeo igitur: cum Prædefinitionis efficaciâ stare non posse indifferentiam connexionis, seu contrapositam connexioni; necessariò tamen stare indifferentiam contrapositam determinationi. Ratio prioris est: quia Prædefinitio ex vi affectûs manet connexa cum existentiâ actûs prædefiniti, ut diximus: ergo nequit esse ita indifferens, ut ex vi affectûs possit manere sine talis actus existentiâ. Ratio posterioris. Quia tota connexio, quam habet Prædefinitio, non ipsi præstat vim determinãdi: ergo est connexio subordinata, & subordinans omnia arbitrio Creaturæ, necessitando Deum ne sit operis prædefiniti determinator, aut impeditor: ergo est connexio perinde se habens quoad munus determinandi, & quoad jura libertatis, ac si non esset: ergo talis connexio relinquit voluntatem simpliciter dominam actûs: ergo & Decretum facit indifferens indifferentiâ contrapositâ determinationi.

§. VI.

DISCRIMEN A THOMISTICIS DECRETIS, & Schoristicis.

Quæstio nona. Quantùm differat à Thomisticis, & Schoristicis

84 NOna Quæstio: quantùm hæc Prædefinitio differat à Thomisticis, & Schoristicis? Censeo, mensuram differminis sumendam ex Attributis, quæ de tali prædefinitione hucusque explicuimus, & quibus omninò è regione oppositâ tribuunt suis Thomistæ, & Schoristæ. Illa potissima differminis ratio: quòd Thomisticæ, & Schoristicæ ex se, nulloque habito quasi condescensu ad creaturæ libitum, vim habent physicè inducendi consensum, quem prædefiniunt, præripiendo voluntati munus se determinandi, adeò ut, nullâ factâ suppositione, faciant voluntatem erumpere in actum, & consentire. Unde manent *necessariò inevitabiles, simpliciter præviæ, immutantes modum* operandi debitum per se causis liberis, & ad instar causarum simpliciter immediatarũ actûs prædefiniti: Cujus proinde effectionem simpliciter variat earum positio, vel ablatio: unde earum exclusio positiva intrat essentiam dominii, & libertatis.

Vis istarũ.

85 At Prædefinitio simpliciter dependens à Scientiâ Mediâ, cùm ex se sit necessitas non existendi nisi cum condescensu ad nostræ libertatis libitum, id est, ita attemperata, ut *nuper* explicuimus, neque vim habet determinandi, neque *physicè* inducendi actum prædefinitum, neque magis immutat Naturam comprincipiorum, & modum per se debitum causæ liberæ, ac si non esset. Dixi *physicè*: quod advertite: nam *Logicè*, & *moraliter* jam infert, & quidem per se, objectum suum ista Prædefinitio. *Logicè*: quia ab illâ ad actûs existentiam bene infertur consequentia. *Moraliter*: quia imputa-

Conditio Nostræ Prædefinitionis. Nuper d. nu. 67. à nu. 72. & à nu. 79.

Causalitas moralis Competit Prædefinitioni.

putativè, & in æstimatione morali, jure dicitur causare consensum per se, qui ex amore, & intentione ipsius dat auxilia, & media, quibus videt alioqui ponendum, & per ipsa media suadet ejus positionem, modo, quo scit ita congruere, ut sit infallibiliter consensus. Unde ut Deus dicatur *causa per se* specialissimè donans nobis ipsum cõsensum, & faciens consentire, quantùm opus est, ut salventur Scripturæ, & quantùm est fas citra læsionem nostræ libertatis, non requiritur ulla alia Prædefinitio præter nostrã, ut prænotatum est *lib. 3. & lib. 13.* repetemus.

Lib. 3. à num. 304. & à num. 508. & lib. 13. Illationes Notandæ. Prima:

86 Inferes ex his primò: Eam Prædefinitionem, quæ simpliciter Scientiam Mediam præsupponit, licèt physicè sit prior, respectu consensûs, in genere causæ purè mediatæ: tamen esse posteriorem in genere impedientis, & determinantis, ut explicui *sæpè*, præsertim *lib. 5. à nu. 144. & lib. 6. à nu. 384. & à nu. 404. & à nu. 616.* quæ doctrina præ manibus tenenda, & omninò præ oculis. Secundò: Essentiam libertatis non dicere in se hujusmodi Prædefinitiones, neque earum exclusionem; atque adeò, sive ea sint, sive absint, totam permanere posse. Ratio est: quia essentia libertatis stat in complexo principiorum immediatè versantium circa extrema libertatis; at neque ea tollit, neque constitutivè ponit Prædefinitionis præsentia, vel absentia: ergo. Adde Prædefinitiones hujusmodi esse incapaces præripiendi voluntati jus se determinandi: ergo non obsunt essentiæ libertatis.

Ex lib. 5. à nu. 154. & lib. 6. passim. Secunda:

Tertia:

Tertiò exinde: per suppositionem harum Prædefinitionum neque tolli quicquam de constitutivo libertatis, neque per absentiam earum. Patet ex *illatione præced.* Nam cùm neque principium immediatum ullum, seipsis ponant, aut tollant; sive sint, sive absint, sunt omnia constitutiva libertatis. Quartò sic describi, vel definiri posse: *Actus Divinus efficax ergà existentiam consensûs per media alioquin indifferentia, connexus essentialiter prædirigenti Scientiæ Mediæ.* Videamus motia sit; & an hujusmodi Prædefinitiones sint possibiles, existãt, aut necessariæ sint in Deo ad Providentiam circa actus honestos: Nam circa inhonestos ex sanctitate divinâ impossibiles suppono.

Quarta.

SECTIO II.

EFFICAX, ACTVS CREATI LIBERI Prædefinitio simpliciter dependens à Scientiâ Mediâ, possibilis est in Deo.

§. I.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Prædefinitionum Possibilitas. Decreta RR. PP. GG.

87 HÆc Doctrina ponitur à me tanquam communis & certa in Scholâ nostrâ, & quæ jam non possit impunè negari, si stemus, ut debemus, Decretis Generalium Claudii, & Mutii, quę jam *suprà* tetigi, & repræsentabo *sect. sequenti*. Nunc

Probatiõ prima.

88 Ostenditur primò: Negari Deo nequit potestas ita tendendi in actus nostros liberos, ut ex vi ejus possit eos nobis reipsâ promittere, moraliter causare, & donare nobis, vocando nos *secundùm propositum: & faciendo, ut in viis ejus ambulemus*: Atqui potestas ita tendendi in actus nostros liberos, est potestas eos efficaciter prædefiniendi: ergo negari Deo nequit potestas efficaciter prædefiniendi nostros actus liberos. Non autem independenter à Scientiâ Mediâ, ob dicta *à num. 3. & tot. lib. 3.* ergo dependenter à luce præviâ Scientiæ Mediæ. Major hujus Syllogismi sumpta est ex Scripturis, Concilliis, & Patribus, præsertim Augustino: quorum loca dabit uberrimè P. Ruiz *de Providentiâ disp. 6.* & iterùm inculcabimus ipsi *sect. seq.* Minor verò probatur: Quia *Promissio, Donatio, & Vocatio secundùm propositum Dei* explicari non possunt sine affectu antecedente ad nostros actus, infallibiliter connexo cum illis, & sine efficaci intentione Dei circa id quod revera & seriò promittit, & se donare ait: ut *infra* curiosiùs expendam.

Ex Script. CC. & PP. P. Ruiz vide mox sect. 3.

Secunda:

89 Ostenditur secundò: Possibilis est in Deo collatio auxilii efficacis ex strictâ directione Scientiæ Mediæ, & quia efficax est: ergo est possibilis Prædefinitio efficax. Antecedens suppono ex *lib. 6. præced. à num. 298.* & à plerisque Adversariorum admittitur. Probatur consequentia primò ex doctrinâ *lib. 6. cit. à nu. 528.* nequit dari dispositio medii ut efficacis, sine efficaci amore finis propter quem

Lib. 6. à num. 298. præsertim à nu. 528.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

quem Medium eligitur: ergo possibilitas strictæ directionis stare nequit sine Prædefinitionis possibilitate. Secundò: quia non est minoris connexionis complexum ex Scientiâ Mediâ, & Decreto directo cum existentiâ consensûs, quàm ipsa formalis Prædefinitio: cur ergo ista connexio sit possibilis in illo complexo, sine ullâ læsione libertatis, & non sit possibilis in hujusmodi Prædefinitione? Neque te protegas posterioritate complexi: nã, ut ex *supra* dictis convincitur, neque minùs præcedit, neque subsequitur magis complexum ad consensum, quàm Prædefinitio. Tertiò: quia admissâ strictâ directione Scientiæ Mediæ, negari nequit Decretum essentialiter connexum cum existentiâ consensûs, & alioquin amicum libertati consensûs: ergo & negari nequit Prædefinitionum hujusmodi possibilitas. Ratio est urgentissima: quia istæ volitiones in connexione, & præcedentiâ sunt pares: & exinde timetur libertati ruina. Tùm quia unicè differunt in eò, quòd Prædefinitio sit amor efficax formalis consensûs: at hæc efficacia neque addit vim connexionis, neque affert vim specialiter inductivam, ut patet ex

Suprà lib. 6. à num. 330.

Sect. præced. num. 69.

sect. præced. nn. 69. unde hæc ratio illustrari debet, & urgeri.

Tertio.

90 Ostenditur tertiò: suppositio connexa cum existentiâ actûs liberi simpliciter consequens, & evitabilis, & alioqui conjuncta cum totâ libertatis essentiâ, nequit esse impossibilis ex capite læsæ libertatis, ut patet: & ostensum est *lib. 6. præced. à num. 383. & à nu. 589.* Atqui Prædefinitio efficax, quâde loquimur, essentialiter pendens à Scientiâ Mediâ, solùm est suppositio connexa cum existentiâ actûs liberi, simpliciter consequens, & evitabilis, & alioqui conjuncta cum totâ essentiâ libertatis: ergo nequit esse impossibilis ex capite læsæ libertatis. Atqui non ex alio capite censetur impossibilis in Deo: ergo ex nullo debet impossibilis censeri: ergo est simpliciter possibilis. Hujus discursûs, qui mihi potissimus est in hac materiâ, major est per se nota, & apparet exemplo Scientiæ Mediæ, & Visionis, imò & complexi ex Scientiâ Mediâ, & purificatione hypothesis. Minor solidè probata jam est *loc. nuper citatis*, & liquet ex Prædefinitionis naturâ descriptâ *sect. præced.* Quibus

Ex lib. 6. à nu. 383. & à num. 589.

Sect. præced. tot.

è locis facilè cuivis erit formare rationes efficacissimas pro Doctrinâ Conclusionis: quas hic urgere & repetere, esset abuti otio, quo alioqui caremus.

Quarta Probatio à priori.

91 Ostenditur quartò: Vbi Voluntas est cum omnibus comprincipiis immediatis ad operandum, & non operandum, & cum prædominio ipsis utendi pro libito, seque & ea componendi cum operatione, vel cum ejus carentiâ, Voluntas est Domina, & Indifferens, & Liberâ. Atqui Prædefinitionis efficacis suppositio talis est, ut cum ipsâ sit voluntas cum omnibus comprincipiis immediatis, & prædominio iis utendi pro libito, seque & ea &c: ergo talis est, ut eum ipsâ sit voluntas Domina, Indifferens, & Libera: ergo hujusmodi Prædefinitio possibilis est in Deo. Consequentia hæc facilè datur: nam, ut *num. præced.* dixi, non ex alio capite censeri solet impossibilis. Syllogismus est in bonâ formâ: & major per se nota: nam si talis sit voluntas, manèt in usu sui dominii, & juris; nihilque est, quod immutet modum agendi proprium agentis liberi. Minor, in quâ est difficultas, probatur

92 Primò: quia imprimis talis Prædefinitio neque seipsâ formaliter præstat principium immediatum in consensum, quem prædefinit, neque tollit ullum ex immediatis ad consensum, vel dissensum: cùm ejus influxus purè mediatus sit; solùmque tollat sui carentiam; quæ neque in consensum, neque in dissensum influit. Deinde neque obstat prædominio voluntatis; cùm seipsâ sit necessitas coëxistendi cum actu ex determinatione, & libito voluntatis exequendo: ergo.

93 Secundò: quia intentio ita efficax, & ita se ferens in objecti existentiam, ut eam velit, qualem videt ex alieno arbitrio, fore per comprincipia alioquin indifferentia, si ponantur, absque additione alterius causæ, vel determinantis, vel influentis, nequit inducere in objectum aliam necessitatem existendi, quàm in ipsum inducit congeries principiorum indifferentium, ut per se patet; atqui hujusmodi Prædefinitio talis solummodo efficaciæ est, ut velit sui objecti existentiam, qualem videt ex alieno arbitrio fore per comprincipia aliàs indifferentia, sine cujusquam additione, vel determinantis, vel influentis: ergo non

non inducit majorem necessitatem, aut aliam, quàm in ipsum inducit congeries causarum indifferentium. Sed hæc nequit præjudicare dominio, & usui libertatis: ergo neque Prædefinitio.

94 Tertiò: stat benè Divini affectûs efficacia circa existentiam objecti nobis liberi, & nolitio determinandi: imò necessitas non existendi, nili ex alieno arbitrio ponendum alioquin objectum sit: per hæc prædicata constituimus Prædefinitionem, quæde loquimur: eaque esse possibilia, constat *ex sectione præcedente, & præsertim* 4. At cum affectu hujusmodi stat voluntas cum omnibus comprincipiis immediatis, & cum prædominio, ut per se patet: ergo & cum hujusmodi Prædefinitionis possibilitate.

Suprà à num. 69.

Illustrátur à priori Præcedentia.

95 Confirmantur hæc omnia, & assignatur ratio à priori Doctrinæ totius: Efficacia Prædefinitionis salvari potest sine ullo immediato influxu in effectum, imò cum repugnantiâ immediati influxûs in ipsum: Patet: nam potest habere connexionẽ ex vi affectûs cum existentiâ effectus, eòipsò quòd velit statum causarum, in quo sine ullo sui immediato influxu, scit fore effectum. Deinde hæc efficacia salvari potest, cum necessitate vel non existendi, vel existendi cum effectûs existentiâ, non ex sui, sed ex alterius determinatione ponendâ: Quod æquè ex eadem ratione patet. Demùm ea efficacia salvari potest, cum eo quòd sint omnia comprincipia ad oppositum. Tùm quia ipsi efficaciæ non repugnat possibilitas oppositi, sed existentia: & hanc, necessitas est ne voluntas ponat ex suo libito, atque adeò potens: unde ipsi efficaciæ inest necessitas, ne desit potestas ad oppositum in voluntate: quomodo igitur hæc efficacia potest obstare libertati: si reipsâ est suppositio non faciens, ieu, ut ita dicam, posita, vel permissa ab ipso arbitrio voluntatis, evitabilis ab ipso, ipsûmque dominio attemperata, per incapacitatem determinandi?

Ratio bene notanda.

96 Quotum omnium ratio à priori est. Nam intentio efficax, titulo efficaciæ, nõ necessitat, neque postulat alium influxum in effectum, cujus est intentio efficax, præter eum, sine quo nequit effectus esse infallibiliter, quantũ est opus, ne ipsa frustretur. Atqui suppositâ Scientiâ Mediâ, effectus aliàs prædefinitus, esse potest, & erit infallibiliter ex solâ determinatione voluntatis, & sine ullo immediato influxu Prædefinitionis; talis enim prævidetur fore per principia solùm indifferentia: ergo talis Prædefinitio efficax, titulo efficaciæ, non necessitat, neque postulat alium influxũ, quàm alieni arbitrii, seque, & comprincipia determinantis ad effectum: ergo neque contradicit ulli constitutivo libertatis, sed cum totâ connecti potest.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

§. II.

OBJECTIONES DVÆ.

Omnes ferè objectiones jã intercepit

97 NOn video quidquam speciale, quod objici possit, aut soleat adversus *suppositas* has, & formales Prædefinitiones: quod *lib. 6. à num. 262.* cùm *de constitutione Providentiæ*: & *à num. 391.* specialiùs, cùm *de præcedentiâ Scientiæ Mediæ*: & specialissimè, cùm *de dispensatione auxiliorum per Decreta connexum à num. 597.* & demùm ex expensâ conditione talium Prædefinitionum *hoc lib. 7. à num. 46.* & ex tenore *Probationum præcedentium*, omninò præoccupatum non sit, & satis præsolutum. Nihilominùs insinuabo capita, unde solent impugnari, applicando Doctrinam ex quâ solvuntur.

Objectio prima ex connexione essentiali.

98 Objicies primò: ex essentiali connexione Decreti Prædefinientis cum existentiâ actûs prædefiniti. Sic argultur. Vel stãte Prædefinitione stat potestas proxima liberè dissentiendi, vel non? Si secundum: Nocet libertati Prædefinitio. Si primum: ergo datur potestas frustrandi Decretum alioquin efficax: nam dissentire esset frustrari. Confirmatur primò: nam si tale Decretum absolutum est, ut *revera* est, vim habet inducendi actum independenter ab omni conditione: ergo vim habet inducendi consensum independenter à determinatione creaturæ: ergo prædeterminat. Confirmatur secundò: stare Prædefinitionem consensûs, & abesse consensum est impossibile: sed non stat in manu voluntatis, quòd Prædefinitio stet: ergo nec stat in manu voluntatis, ne sit impossibilis carentia consensûs: ergo nec consensus.

Revera ex num. 84.

99 Confirmatur tertiò: quando præ-

requi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

requisitum ad existentiam consensûs cõnexum est cum ipso, lædit ipsius libertatem, si talis prærequisiti existentia, vel impeditio non subjacet arbitrio voluntatis: ut patet in Prædeterminatione; sed neque existentia talis Prædefinitionis, neque impeditio subjacet arbitrio voluntatis. Prima pars patet: quia pro solo libito Dei ponitur. Secunda probatur: quia non stat impeditio rei in ejus manu, in quâ non est ejus existentia: exinde nequit esse mihi libera non existentia amoris, si non sit in meâ manu, amoris existentia.

100 Confirmatur quartò: sit Prædefinitio: Ea ex sui infustrabilitate est necessitas ne desit consensus: sed antecedit ad consensum: ergo est necessitas antecedens. Neque valet recursus ad consensum conditionatum, & Scientiam Mediam. Tùm quia ista connexio, efficacia, vel necessitas, licèt subsequatur ad conditionatum, præcedit ad consensum absolutum: ergo licèt non tollat illius libertatem conditionatam, tollit absolutam. Tùm quia si præcederet in statu conditionato, tolleret in illo libertatem: ergo eam tollit in absoluto. Tùm demum: quia Scientia Media non videt consensum fore liberum, si prædefiniatur: ergo nihil juvat. Sic olim objiciebant Vazquez, Læsius, Moncæus, Herize, Hurtadus, & Alarconus: & novissimè patrum aliter Iunius, & Thyrsus.

Vazquez. Lessius. Monceus. Herize. Hurtadus. Alarcon. Iunius. Thyrsus.

Solvitur.

101 Respondetur. Imprimis hæc nasci ex non bene concepta naturâ Prædefinitionum: & ex exactâ ejus consideratione *sectionis præcedentis* præmissâ dissolvi prorsùs, & præoccupari. Deinde pati ineluctabilem instantiam in complexo Scientiæ Mediæ, & positæ conditionis, & in Doctrinâ strictæ Directionis *juxta num.* 89. Demùm fateor, stante Prædefinitione, stare potestatem proximam dissentiendi, non quidem componendo cum prædefinitione dissensum, sed vitando Prædefinitionem, & ponendo dissensum. Ad primam confirmationem, patet ex *num.* 98. cur Decretum istud sit absolutum, quin exinde vim habeat ex se inductivam effectûs. Ad secundam, concessâ majori, & permissâ minori, nego consequentiam: quia stat saltem determinatè in manu voluntatis ne unquam fuerit Prædefinitio: quòd autem ipsa sit, stat disjunctivè in manu voluntatis juxta dicta *lib. 6. à num. 413. & à num. 616.* & recurret explicatio major inferiùs *à num. 154.*

Ex sect. præced.

Et prima Confirmat.

Et secunda.

Lib. 6. à num. 413. & 616. & infrà à num. 154.

102 Ad tertiam, concessâ majori, nego minorem. Nam licèt arbitrii Divini sit prædefinire, non ita tamen absolutè est arbitrii Divini, ut non pendeat in prædefiniendo à suppositione nobis liberâ, & simpliciter evitabili. Quare licèt non sit in nostrâ manu, ne determinatè sit Prædefinitio, erit determinatè, ne sit: sufficis enim plerumque impedire ne sit, quod aliàs facere, ut sit, non sufficis, ut pateat quando ex tuo, & alieno suffragio res pendet. Ad quartam, constat ex doctrinis *loc. nuper citatis* jam expensis, quomodo Prædefinitio, licèt physicè antecedat in genere causæ remotæ, sit nihilominùs simpliciter consequens, & determinativè posterior ipso consensu, non solùm conditionato, sed etiam absoluto. Et quidem conditionatus non desineret esse liber, quòd in aliquo statu conditionato præcederet Prædefinitio: desineret si in omni præcederet: puta in eo qui objicitur Scientiæ Mediæ: quia non daretur signum indifferentiæ: cui constitutivè repugnat, non verò coëxtitivè Prædefinitio: quare Scientiæ Mediæ objectum immutatum manet, licèt accedat Prædefinitio, ut *mox* magis explico. Relegantur, quæ *suprà libro 6. à num.* 224.

Tertia.

Et quarta. Ibid.

Mox à nu. 109. Et lib. 6. à nu. 224.

103 Objicies secundò: ex Inimpedibilitate Decreti Prædefinientis: Sic arguitur. Suppositio connexa cum consensu inevitabilis nobis, tollit potestatem dissentiendi, & libertatem: ut contra prædeterminantes tenemus: Talem autem esse Prædefinitionem, probatur primò, authoritate Augustini, apud quem æquè repugnat *Divini Decreti evitabilitas ab humanâ voluntate, ac frustrabilitas*: verba ejus sunt: *Enchirid cap. 96. Nec voluntate cujuspiam voluntatis creatæ, omnipotentis impeditur effectus.* Secundò: Prædefinitio, quando existit, est causa potestatis proximæ voluntatis creatæ ad consensum: hæc autem potestas, nequit esse impeditiva Prædefinitionis: Nequit enim effectus impedire causam, à quâ ne facto dependet: posset enim impedire se ipsum, quod implicat. Tertiò: quia potestas impediendi Prædefinitionem, supervenit ex suppositione Prædefinitionis, necessariò; nego: peraccidens, subdistinguo: peraccidens & cum prioritate determinationis ad ipsam, concedo: sine tali prioritate, nego: & concessâ minori, nego consequentiam: quia ipsa Prædefinitio ponit signum indifferentiæ, æquè in se præscindens, & independens à suppositione Prædefinitionis, à quâ fit, ac à consensûs suppositione quâ facit: & utrâque est æquè prius in genere determinandi. Ad quartam, quæ multos maximè turbat, secutos exinde varia & mira Prioritatum genera, nego secundam partem: ad probationem dico, nõ requiri ad hoc, ut impedibilis sit Prædefinitio, quòd principia dissentiendi sint pro priori ad ipsam in existendo, sed cum prioritate ad ipsam in determinando: quæ prioritas in nostro casu non deest. Recolantur *loca supra citata*: quæ me cogunt adeò jejunè hæc pertransire.

Augustin.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

pervenit ex suppositione Prædefinitionis jam existentis: causatur enim ab hac: sed Prædefinitio nequit non esse ex suppositione, quòd semel sit: ergo neque impediri potest.

104 Quartò: quia imprimis ea Prædefinitio impediri nequit per consensum; ut patet: sed neque per dissensum. Ratio est: quia nequit impediri per dissensum, nisi in voluntate sint principia dissentiendi pro priori ad Prædefinitionem: at hoc repugnat: ergo & impedibilitas Prædefinitionis. Minor patet: quia tam principia consentiendi, quàm dissentiendi causantur, & inducuntur à Prædefinitione. Probatur major. Quomodo enim intelligi potest, quòd per dissensum impedire possis Prædefinitionis existentiam, nisi pro priori sint in te principia dissentiendi? Id enim non est minùs inintelligibile, quàm posse per consensum impediri dissensum, quin pro priori ad consensum sint principia dissensûs; aut posse per subtractionem lucis impediri, ne legas, si pro priori ad lectionem, non sint principia subtrahendi lucem?

Solvitur.

105 Respondetur, concessâ majori, nego minorem. Ad primam probationem satis omninò factum est *lib. 3. à nu.* 423. unde dicitur, Augustinum solùm loqui de impeditione Decreti efficacis ab effectu: quæ frustratio est: non verò de impeditione Decreti efficacis ab existentiâ, quæ est mera evitatio. Ad secundam, quæ Modernos cum Ribadeneyrâ, & Aldrete coëgit ad binarium Decretorum, de quo *lib. 6. à num.* 575. concessâ majore de causâ non necessariò requisita ad existentiam talis potestatis, nego minorem. Ad probationem dico, posse effectum evitare causæ suæ existentiam, si causa determinativè pendeat ab exercitio sui effectûs, ut accidit in casu nostro: ubi potestas proxima consentiendi, & dissentiendi, quæ *physicè* subsequitur ad prædefinitionem, præcedit *in genere determinantis* ad ipsam. Non tamen eòipsò potest impedire sui existentiam: quia impeditio causæ, à quâ de facto dependet, nequit exerceri, nisi per acquisitionem intentionalem, & determinativam alterius causæ sufficientis, ut sit talis potestas. Solutionis termini, & tota doctrina patent ex *loc. cit. lib. 6. à nu.* 413. & *à num.* 616.

Augustin. Mens. lib. 3. à num. 423.

Suprà lib. 6. à num. 413. & à num. 616.

106 Ad tertiam. Distinguo majorem: supervenit ex suppositione Prædefinitionis, necessariò; nego: peraccidens, subdistinguo: peraccidens & cum prioritate determinationis ad ipsam, concedo: sine tali prioritate, nego: & concessâ minori, nego consequentiam: quia ipsa Prædefinitio ponit signum indifferentiæ, æquè in se præscindens, & independens à suppositione Prædefinitionis, à quâ fit, ac à consensûs suppositione quâ facit: & utrâque est æquè prius in genere determinandi. Ad quartam, quæ multos maximè turbat, secutos exinde varia & mira Prioritatum genera, nego secundam partem: ad probationem dico, nõ requiri ad hoc, ut impedibilis sit Prædefinitio, quòd principia dissentiendi sint pro priori ad ipsam in existendo, sed cum prioritate ad ipsam in determinando: quæ prioritas in nostro casu non deest. Recolantur *loca supra citata*: quæ me cogunt adeò jejunè hæc pertransire.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

§. III.

ALIÆ DVÆ OBIECTIONES difficiliores.

Objectio tertia ex variatione ne Hypothesis.

107 Objicies tertiò: ex variatione, & immutatione Hypothesis Scientiæ Mediæ. Sic arguitur: Vt Prædefinitio consequens Scientiam Mediam non læderet libertatem, deberet sub ipsâ purificari eadem hypothesis, sub quâ prævisus est conditionatè consensus, per Scientiam Mediam; eaque immutata manere; sed sub prædefinitione immutatur hypothesis, nec maner eadem: ergo ea Prædefinitio lædit libertatem. Major constat: quid enim prodest Scientia Media, subque ipsa fuisse conditionatè libertum consensum, si non ponitur eo modo quo prævisus est? Et cur Prædeterminationis accessus non potest cum libertate componi, licèt supponatur Scientia Media, nisi quia mutatur hypothesis?

Est gravior.

108 Probatur minor, in quâ est difficultas: primò: quia hypothesis est signum indifferentiæ, conjungibile cum utrolibet ex extremis: sed stante prædefinitione, ea hypothesis non manet conjungibilis cum utrolibet, sed antecedenter connexa cum parte determinatâ: ergo mutatur hypothesis. Secundò: quia in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

indifferentia conjungibilitatis cum consensu, & cum dissensu, non minùs destruitur per prædeterminationem ad unum, quàm per simplicem connexionem cum uno: sed eòipsò constituitur per positivâ exclusionem prædeterminationis ad unû, quin sufficiat pura præcisio: ergo similiter constituitur per positivam exclusionem simplicis connexionis: ergo per accessum connexionis prædefinitivæ mutatur. Tertiò: Nam si Prædefinitio involveretur in hypothesi Scientiæ Mediæ, actus non posset prævideri libet: ergo quia hypothesis, Prædefinitionis accessu, mutatur. Ita ingeniosiores ex Doctrinâ Iunii, & Thyrsi.

Iunius. Thyrsus.

Quid assequatur objectio? Solvitur.

109 Respondetur. Concessâ majori de invariabilitate, & identitate hypothesis quoad intrinseca ipsius, & prædominium determinandi proprium potestatis proximæ liberæ: nisi enim quoad hæc maneat hypothesis eadem, parùm proficit recursus ad Scientiam Mediam: nec ulla potest esse attemperatio cum libertate in Decreto. Nego jam minorem. Ad primam probationem, concessâ majori, distinguo minorem, non manet conjungibile cum utrolibet *reduplicativè* ut subest Prædefinitioni, concedo; ut comparatur cum effectibus, & ut *constituit* libertatem, nego: Vt enim comparatur cum effectibus præcedit ad ipsam prædefinitionem in genere determinantis, & ab eâ præscindit & independet: & sub hoc respectu objicitur Scientiæ Mediæ, & manet in statu absoluto omninò invariatum: nam Prædefinitio neque vires addit ad effectus, neque constituit eas, quas in se habeat.

Vide lib. 5 à nu. 214.

Qualis connexio obstet indifferentiæ?

110 Ad secundam, servatâ proportione, vera est major: nempe (quod bene nota, nam in hoc stat tota arguentium æquivocatio) destruitur indifferentia per accessum connexionis identicum, & constitutivum: nam repugnat, quòd indifferentia constituatur per connexionem: non verò destruitur per coëxistentiam cum tali connexione: at non solùm destruitur per identitatem prædeterminationis, sed etiam per coëxistentiam. Ratio est: quia prædeterminatio derogat prædominio proprio agentis liberi: unde necessariò ea excluditur positivè à tali prædominio: at verò connexio stare potest, sine læsione talis prædominii, & cum determinabilitate ad ipsum: quid enim magis connexum cum consensu, quàm consensus? imò repugnat, quòd tale prædominium ex se excludat coëxistentiam connexionis cum suo effectu: non enim posset cum illo componi: debet ergo ab eâ constitutivè præscindere: non verò excludere. Quare negetur absolutè major.

Nota hoc terminor.

111 Ad tertiam: Absolutè non assumitur verum: verum tamen est antecedens, quia supponitur ex hypothesi Scientiæ importari constitutionem signi indifferentiæ, quæ identicè excludit connexionem: quare Prædefinitio videri nequit ex parte hypothesis Scientiæ Mediæ per Scientiam Mediam, non propter contrarietatem cum ipsâ, sed propter distinctionem ab ipsâ id est, nequit videri per Scientiam Mediam, quia hypothesis Scientiæ Mediæ est libertas, & Prædefinitio non constituit libertatem. Non tamen ideò ipsi repugnat, aut opponitur: diversa enim sunt, *non esse, & opponi*. Et ratio omnium est: quia connexio superveniens per meram coëxistentiam cum libertate, quæ non præjudicet muneri se determinandi pro libito (qualis est apud nos Prædefinitionis connexio,) non potest officere positivæ Indifferentiæ libertatis, nec eam immutare, ut explicatum est *lib. 6. à nu. 575. tom. 2. de scient. 3.* præsertim *à nu. 589.* Sed instabis adversus hæc omnia: &

Suprà lib. 6. à num. 575. & à num. 589.

112 Objicies quartò: Ex ejusdem Hypothesis variatione in hunc modum: Hypothesis libertatis, prout attingitur à Scientiâ Mediâ, constituitur per exclusionem Decreti prædefinientis: ergo Prædefinitio non salvat hypothesim libertatis: ergo contradicit libertati. Consequentiæ sunt bonæ, & antecedens probatur primò: quia Hypothesis libertatis constituitur per Decretum saltem oblativum, & præparativum Omnipotentiæ, per se sufficiens ad existentiam sui, & muus sum: sed eòipsò formaliter dicit exclusionem Decreti Prædefinientis: ergo Hypothesis libertatis, constituitur per exclusionem Decreti Prædefinientis. Major est evidens: & probatur minor. Decretum per se sufficiens ad existentiam sui, & m nus sum, est libera sui determinatio ad existendum; sed eòipsò quòd sit libera sui determinatio ad

Objectio quarta satis gravis ex destructione Hypothesis ejusdem.

ad existendum, dicit exclusionem Decreti Prædefinientis: ergo eòipsò quòd sit per se sufficiens ad existentiam sui, constituitur per exclusionem Decreti Prædefinientis.

113 Major proximi Syllogismi patet: nam quod est contingens, non sibi sufficit, si non est determinatio libera sui. Minor probatur: Actus Imperatus non est libera sui determinatio: præcedit enim Actus imperans, tollens & præoccupans omnem indifferentiam: ubi autem non præcedit immediatè indifferentia, repugnat conceptus determinationis subsequentis: nunc sic: sed eo ipso, quòd admittatur Actus prædefiniens, admittitur ut Imperans Decretum purificativû Hypothesis, & oblativum Omnipotentiæ: ergo admittitur ut determinatio libera eorum: ergo ea decreta non manent, nec manere possunt, ut objiciuntur in hypothesi Scientiæ Mediæ: ergo, ut objiciuntur in hypothesi, dicunt exclusionem Decreti Prædefinientis, & Imperantis.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

Et ex incompossibilitate cum Decreto indifferenti.

114 Antecedens probatur secundò: Hypothesis libertatis constitutivè dicit Decretum Indifferens, vel collativum Auxiliorum, juxta varias Doctrinas, vel saltem, juxta magis communes, & veras, oblativum, & præparativum omnipotentiæ. Atqui Prædefinitio componi non potest cum Decreto hujusmodi indifferente: ergo nec cum Hypothesi libertatis. Minor ostenditur, supponendo, complexum horum Decretorum, Prædefinientis, & Indifferentis, esse complexum Actus Imperantis, & Imperati, ut *suprà* diximus, & nemo ex Prædefinientibus negat.

Suprà nu. 76.

Species ingeniosa.

115 Iam sic arguitur primò in ostensionem minoris. Vel Decretum istud indifferens etiam in casu Prædefinitionis est immediatè liberum; vel solùm est liberum mediatè, libertate Prædefinitionis præviæ, & imperantis? Neutrum dici potest; & alterutrum dici deberet: ergo talis compositio repugnat. Major patet: quia non datur medium, in Actu libero, inter mediatè liberum, & liberum immediatè. Minor probatur. Nam imprimis, nequit tale decretum imperatum esse immediatè liberum; quia, apud Authores, quibuscum agitur, actus Imperans tollit, & impedit immediatam libertatem Imperati? Deinde immediata libertas actûs imperati non ita à suis Patronis defenditur, ut actus imperatus sit sui determinatio ad existendum: ergo *ut liberè exercitus*, involvit determinationem imperantis: ergo Decretum illud, *ut liberum*, dicit etiam Prædefinitionem imperantem. Sed constituit libertatem *ut est liberum*: ergo constituit *ut dicens* Prædefinitionem Imperantem: quod repugnat Hypothesi. Atneque tale Decretum potest dici mediatè liberum: nam sic tota libertas decreti consistet in actu Prædefiniente: ergo constituit potestatem existentem, libertate omninò diversâ ab eâ, quâ constituebat hypothesim; imò libertate dicente formaliter Prædefinitionem: quod etiam repugnat hypothesi Scientiæ Mediæ.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

116 Arguitur secundò in ejusdem Minoris ostensionem. Implicat, actum Divinum liberum, esse liberum nisi libertate, quâ semel est liber: ergo Implicat Decretum, semel non imperatum, imperari posse: aut semel imperatum, esse posse sine imperante. Consequentia hæc patet: quia alioquin Actus non esset semper eâdem libertate liber, quâ semel est liber: nam in casu imperantis est liber per libertatem & determinationem imperantis: in casu verò, quo non imperantis, est liber per sui immediatam determinationem. Inde sic: sed æquè Hypothesim destruit utrumlibet: nam si vera hæc doctrina est, Decretum semel Imperatum, nequit constituere Hypothesim: quippe connexum cum Imperante, & ejus objecto: & semel non imperatum, quale est constitutivum Hypothesis, nequit cum Prædefinitione componi. Omnia legitimè descendunt ex antecedente: quod probatur primò: quia actus Divinus, utpotè perfectissimè voluntarius, effectit, in se, & in omnia, quibuscum coëxistit. Secundò: quia est gaudium de modo quo est. Quæ singula *suprà* nos approbavimus *lib. 6. à num. 358.* ex latè anticipatis *in Opere de Incarnatione* locis *ibi citatis*.

Vide suprà lib. 6. à num. 358.

117 Ex hoc maximè capite dubitat, argumento multiplici, contra possibilitatem hujusmodi Prædefinitionum Reverendissimus Noster Pater Generalis Magister Thyrsus *tom. 1. select. disp. 2. & tom. 2. tarissimè à disp. 14. & torâ disp.*

R. admod. P. N. G. Thyrsus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Qui nobis cum tēnat Solvere primò.

Vide infrà

Solvit secundò.

Non bene.

In 1. 2.

Quid sit, «Actum imperatum, esse immediatè liberum»

disp. 15. qui tamen *eadem disp. sect.* 7. dat argumento, quod intendit, & illustrat modum defendendi Decreta efficaciter Prædefinientia, quem ipse tenui in opere de *Incarnatione lib.* 3. *disp.* 1. à *num.* 112. & quem in præsenti, *sect.* 5. repræsentabo *eisdem omninò verbis*, quibus *anno* 1682. per manus Patris Francisci Vazquez, tunc Primarii Complutensis, transmisi ad Reverendissimum Nostrum, tunc Salmaticensem Primarium, dignatum postmodum illustrare *loco citato*, tanquam viam expeditiorem ad defendendam Divinarum Prædefinitionum efficacium cum libertatis creatæ immunitate concordiam. Videamus tamen, quid alii respondeant, & an aliter respondeti possit.

118 Respondet primò Reverendissimus idem Author *disp.* 15. *cit. sect.* 6. difficultatem argumenti, totam eludi posse, dicendo, Decretum Divinum efficaciter imperatum, non exinde amittere libertatem immediatam: sed esse liberum immediatè, & mediatè: liberum mediatè, libertate imperantis: liberum immediatè, libertate suimet: id quod exemplo principii physici exponit: nam principium respectu ejusdē termini potest esse principium mediatum, & Immediatum: *Immediatum*, si influat immediatè: *Mediatum*, si producat comprincipium ad comproducendum talem terminum.

119 Ego quidem in Immediatâ libertate Actûs Imperati (quam defendo cum Patre Suarez in *Tract. de Actib.*) non invenio difficultatem: sed nec in ipsâ, præsentis difficultatis expeditionem ullâ invenio. Imprimis enim non occurritur difficultati ponderatæ *num.* 115. & 116. Arguo deinde secundò: Actum efficaciter imperatum, esse immediatè liberum non est esse liberum eâdem omninò libertate, quâ liber esset, existens sine imperio: ergo actus, qui nequit non esse liber, nisi libertate quâ semel est liber, non potest imperari: ergo. Antecedens probatur. In casu imperii tota determinatio indifferentiæ est actus imperans: id quod est evidens adversus qualescumque præcisiones: nam actus imperans est pro aliquo priori ad imperatum, nullamque relinquit indifferentiam ultrà determinabilem: ergo actum imperatum esse immediatè liberum, non est esse liberum eâdem omninò libertate, quâ, seorsim ab imperio, esset liber. Patet consequentia: quia seorsim ab imperio esset liber per determinationem indistinctam ab ipso. Id quod jam adverti satis *nu.* 113. Arguo tertiò: ubi nulla supponitur indifferentia, nulla sequitur determinatio: sed posito imperio, nulla jam est indifferentia respectivè ad imperatum: ergo per imperatum nulla sequitur determinatio: ergo ex hac doctrinâ nulla potest esse difficultatis expeditio.

Nuper nu. 113.

120 Nec placent termini, per quos se tantus Author explicat: nec favet exemplum. Non placent termini: quia in puncto libertatis sibi contradicunt: nam determinatio prævia, sicut non finit locum & signum indifferentiæ: ita nec finit locum ulteriori determinationi: dicere ergo actum efficaciter imperatum esse mediatè liberum, id est, ex determinatione Imperantis prævia; & esse immediatè liberum, id est, ex ulteriori propriâ determinatione, est sibi contradicere, & *implicare in adjecto*. Defensores immediatæ libertatis in actu imperato (*casu quo sint*) non sic discurrimus: tuemur quidem immediatam libertatem, ex unicâ determinatione actûs imperantis, qui est immediata determinatio sui, & imperati: nam ratio determinationis nō obstat immediationi. Nec favet exemplum: quia duplex actio specialis respectu duplicis termini, quorum alter comprincipiet alterum, cur repugnet? at duplex determinatio ejusdem termini liberi, repugnat ex conceptu privativo, quem importat secum libera determinatio.

1. 2. Tract. de Actib.

Altera Solutio satis occurrens p. Vrbān. Campos.

121 Respondet ideò secundò Magister doctus, aliter eludi posse & debere totam difficultatem, dicendo primò: Decretum indifferens executivum auxilii cujuscumque, posse esse multiplex, & numero, & specie, ex diversitate motivorum, & similiter posse multiplex & varium esse, Decretum indifferens præparativum omnipotentiæ: potest enim Deus, offerre concursum & applicare omnipotentiam, ex hoc, vel illo motivo in infinitum. Secundò: Decretum efficaciter intentivum, & prædefinitivum, non inducere determinatè hoc potiùs, quàm illud Decretum indifferens singulare; sed vagè hoc, vel illud: unde etiam positâ Prædefinitione, maner in Deo tota libertas

ad hoc Decretum singulare: & hoc manet, immediatissimè liberum: & evicta tota difficultas argumenti. *Quod si instes*: ergo si Decretum intentivum efficax, determinatè imperaret singulare Decretum indifferens, teneret argumentum & periret nostra libertas: concedit consequentiam. Fateor, eludi sic posse difficultatem, per majorem difficultatem, & doctrinam prorsus inverisimilem, nullique ex nostris Scriptoribus unquam visam.

Repellitur

122 Contra sic arguo: Primò: Hypothesis Scientiæ Mediæ, est omninò determinatè constituta per singularia constitutiva: ergo sicut dicit Voluntatem cum auxilio singulari: ita & Omnipotentiam cum singulari Decreto præparante: hæc enim *nunc vero* Hypothesis & libertas æquè variatur, per numericam variationem unius, quàm per numericam variationem alterius: ergo ex parte hypothesis tanguntur à Deo, & videntur omnia determinatè. Iam sic: sed Decretum prædefinitivum determinatè imperat prævisam hypothesim: solùm enim potest hæc Scientia Media v. gr. dirigere ad positionem hypothesis sub quâ vidit operationem Creaturæ: ergo imperat determinatè singulare Decretum.

Latè de hoc Principio tract. de Actib. cū P. Dott. Ribaden.

Vide supr. à nu. 116. & lib. 6. à nu. 358. lib. 3. de Incarnat. Disp. 1. à nu. 54. & à num. 61. 76.

123 Contra secundò: quia totus discursus non evadit difficultatem ponderatam *nu.* 116. & supra latiùs expensam *lib. 6. à num.* 358. ex his quæ latissimè dicta sunt *in opere de Incarn. lib. 3. disp. 1. à num.* 54. *& à nu* 61. *& 76.* Quæ sic urgentur in præsenti *ad hominem*. Actus prædefiniens secum importat notitiam sui, quæ per se facit vicem imperii respectu actûs subsequentis, quicumque sit: ergo actus subsequens sequitur hanc notitiam ut directivam sui: ergo actus subsequens reflectit in actum prædefinientem: ergo actus subsequens manet inseparabilis à prædefiniente. Patent istæ consequentiæ: quia per te, ideò præcedere debet actus ille medius intellectualis irradians, ut actus subsequens rationaliter habeatur ex præsuppositâ quasi objitigatione, quam volens sibi liberè præimposuit, & cui se conformare vult: non ergo effugis scopulum, à quo fugis.

124 Contra tertiò: quia, dato gratis quòd Deus habeat hujusmodi Decreta disjunctiva (quod falsum est ex dictis *in opere de Incarnatione* loc. cit.) Actus determinatè subsequens, pendet & sequitur, aliquo genere posterioritatis ad Decretum prædefiniens, utpote illius quasi principium inductivū: ergo id, per quod actus subsequens hic, & nunc formaliter sequitur ad prædefiniens, & quasi causatur ab ipso, aliquid est inseparabile à Prædefinitione: nam causalitas, seu vis æquivalens causalitati, inseparabilis est à principio. Quid ergo est? Si actus ipse subsequens: habemus intentum. Si actus prædefiniens: recedis à totâ doctrinâ. Dicis, esse virtualitatem mediam, *adinstar modi*. Verùm hoc est fingere, & multiplicare virtualitates sine fundamento: & *instō*: eritne actus intellectus, vel voluntatis: & ecce labyrinthum!

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Ibidem.

Vera solutio.

125 Respondeo igitur: argumento efficaciter quati modum, quo communiter Prædefinitiones istæ defendi solent, per complexum Duorum, aut plurium Decretorū, quorum alterum sit Prædefiniens efficax Imperans, & alia sint imperata entitativè indifferentia: convincit enim objectio, *meo videri*, essentialem incompossibilitatem Decreti Prædefiniētis cum Decreto entitativè indifferenti: Possibilitatem verò Decreti Prædefiniētis, utpote non egentem hoc modo defensionis *ex nu.* 82. *& lib.* 6. *à nu.* 601. ut latiùs explicabitur *sect.* 5. prorsus illæsam relinquit, & sartamtectam. Igitur nego antecedens. Ad primam ejus pronegationem, nego majorem, in cujus suppositione fundatur tota probatio. Ad secundam negetur etiam major. Licèt enim Prædefinitio componi non possit, cum illo Decreto indifferenti, (de quo loquitur objectio,) ut *infrà* contendam, & *jamdiu* docui *in opere de Incarnatione loc. cit.* stat, & stare potest cum indifferenti præparatione Divinæ Omnipotentiæ, & cum totâ libertatis essentia, sine incommodis, quæ timet objectio. Sed de his latè *sect. citata sequitura à nu.* 210. *& à nu.* 218.

Explicanda expressō à nu. 201.

Disp. cit. de Incarn. à nu. 112.

§. IV.

CÆTERÆ OBIECTIONES.

Objectio quinta ex efficaciâ Decreti.

126 OBjicies quintò, ex intrinsecâ efficaciâ Decreti Prædefinientis. Sic arguitur: Nam stare nequit ratio istius efficaciæ, sine vi determi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

minandi saltem Divinam Omnipotentiam: id autem sufficit, ut nulla libertas maneat. Confirmatur primò: quia efficacia Affectûs est vis intrinseca ipsius ad inducendum affectum. Secundò: quia non apparet, quomodò cum istâ Decreti efficaciâ stare possit concursûs generalis indifferētia: & minûs quomodo cum ipsâ componi possit Decretum Dei indifferenter se, & Omnipotentiam sinens arbitrio Creaturæ. Ex hoc capite dimicatacriter Pater Andreas Lanius, quem aliqui Recentiores avidè sunt amplexi.

P. Iunius.

Solvitur. Ex lib. 6. à nu. 534. & à num. 570. & ex hoc à num. 77 & 78.

127 Respondetur: conitat jam satis ex *lib. 6 præced. à num. 534. & à num. 570.* & ex præsenti *num. 77.* quomodo stare possit prædefinitionis efficacia sine ullâ vi determinandi Omnipotentiam ad actum prædefinitum, & minûs creatam voluntatem. Deinde constat ex *num.* per anticipatis *à num. 78.* quomodo cum ipsâ efficaciâ maneat in Creaturâ jus se, & Omnipotentiam determinandi, & tota indifferentia, quæ requiritur ex parte Omnipotentiæ, ut stet tactatecta libertas. Constabit demum *sect. 5. à num. 218. hujus disputationis*, quâ benè conciliatur Prædefinitio cum vi applicandi Omnipotentiam indifferenter ad partem utrãque: ubi *de binario Decretorum efficacis, & indifferentis*, quo se protegit communis opinio, & solutio, ex professo loquemur.

Infrà à nu. 218.

Objectio sexta ab Authoritate. Damasc. Chrysostom.

128 Objicies sextò, ex Authoritate Damasceni, & Chrysostomi. Vterque enim apertè videtur opponi Doctrinæ Prædefinitionum. Sic enim loquitur Damascenus *lib. 2. de Fide cap. 30. Illud scire interest, Deum omnia præscire, sed non omnia Prædefinire: præscit enim ea etiam omnia, quæ in nostrâ potestate, & arbitrio sunt posita; at non item præfinit: neque enim vitium admitti vult, nec vim infert.* Item *in Dialogo adversus Manich.* addit; *Deum non prædefinire, quæ sunt in nostrâ potestate.* Chrysostomus *homil. 12. in Epist. ad Hebræos: Deus non antecedit nostras voluntates, ne lædatur arbitrium.* Quid contra nos clarius?

Solvitur. Mens Damasc. & Chrysost. ex Santto Thomâ.

129 Respondetur: Damascenum benè exponi à Sancto Thomâ *1. part. quæst. 23. art. 1. ad 1.* quasi locutus sit *de Prædeterminatione*, seu *impositione* necessitatis. Eodem sensu debet explicari Chrysostomus. Vterque enim excludit circa actus liberos Prædefinitionem, quam habeat Deus sine respectu ad jura libertatis humanæ, atque adeò simpliciter inevitabilem: neuter, illam quæ attemperatè per respectum ad ipsam determinationem voluntatis humanæ concipitur à Deo, ut egregiè explicant Pater Suarez *part. 2. de Grat. lib. 5. cap. 54. num. 12.* & Pater Montoya *de Providentia disp. 27. sect. 5.* apud quem *sect. 4. num. 16.* inducitur Chrysoltomus apertè fassus prædefinitiones in Deo.

Suarez.

Montoya.

SECTIO III.

EXPLICATA PRÆDEFINITIO, CIRCA omnem actum honestum de facto existit in Deo.

Decretum R. Adm. P. M. Claudii

130 IN pono ductus reverentiâ erga Ordinationes Reverendissimorum Patrum Generalium, Claudii, & Mutii, quas toties insinuavi, & nunc exscribere, mens est. Claudius ita severissimè ordinat *datis* ad Provincias *literis 14. Decembris anno 1613. Nostri in posterum omninò doceant, inter eam Gratiam, quæ effectum reipsà habet, atque efficax dicitur, & eam, quam sufficientem nominant, non tantùm discrimen esse in actu secundo: quia ex usu liberi arbitrii, etiam cooperantem Gratiam habentis, effectum sortiatur; altera non item: sed in ipso actu primo: quòd, positâ Scientiâ conditionalium, ex efficaci Dei proposito, atque intentione efficiendi certissimè in nobis boni, de industriâ ipse ea media eligit, atque eo modo, & tempore confert, quo videt effectum infallibiliter habituram, aliis usurus, si hæc inefficacia prævidisset.* Hucusque Claudius.

Aliud R. Adm. P. N. Mutii.

131 R. adm. P. Noster Mutius literis datis die *31. Ianu. anno* 1615. explicans Decretum Claudii Prædecessoris, (quo turbati sunt aliqui, quasi cogerentur admittere aliquid prædeterminans,) ait longè *ab hoc* fuisse mentē Claudii, sed in eo versari, *quòd fuerit speciale beneficium Dei, dedisse uni, v. g. Petro, ex proposito boni in eo faciendi, gratiam, eo tempore, & loco, quo, Scientiâ conditionalium præscivit illum eâ gratiâ benè usurum; quod beneficium non contulit alteri, v. g. Ioanni, cui dedit gratiam eo tempore, & loco, quo præscivit illum suâ culpâ eâ non usurum.* Hucusque Mutius: Videatur

Henao. Noster P. Thyrsus.

Henao *1. part. de Scientiâ Medi à sect. 157.*

132 Ipse Video Reverendum admodùm Patrem Nostrum Thyrsum, (ante Generalatum tamen) *disp. 11. tom. 2. sect. 5.* sic interpretari Decreta suorum Prædecessorum Claudii, & Mutii, ut velit ipsis satisfieri, per collationem auxilii ex directione Scientiæ Mediæ, modo conferendi non supponente essentialiter ipsam Scientiam, sed peraccidens: quod complexum Decreti Collativi, & Scientiæ, vocat *Prædefinitionem complexam.* Acquiescere non possum isti interpretationi: Video enim ipsi resistentem apertè literam Decretorum. Quid enim est efficax Dei Propositum, & Intentio efficax, nisi Prædefinitio simplex & efficax quam defendimus? quid est modus dandi auxilia ex præscientia eventûs boni, tali modo, ut aliàs non daret; nisi modus necessariò præsupponens Scientiam Mediam? At per has voces, se Claudius explicat. Mutius autem, estò prædeterminationem omninò exclusam velit, retinuit modum dandi auxilium efficax ex *proposito Boni in eo faciendi* directo per Scientiam Mediam. Propositum autem non qualecumque, sed consensus salutaris in homine, prout prævisi, quis intelligat Propositum indifferens secundùm se? Vide *mox num. 136.* est ergo Prædefinitionum efficacium existentia à prædictis Decretis intenta in Scholâ nostrâ. Ex quibus Assertio

Mox num. 136.

Probatio prima.

133 Ostenditur primò: Repugnat, existere aliquem actum honestum, sine auxilio efficaci Dei, & speciali beneficio supra id, quod sit accipienti præcisè sufficientiam ad actum honestum; sed in Scholâ Societatis ex Mente Claudii, & Mutii Generalium, nullum datur auxilium efficax, & hujusmodi beneficium sine proposito, seu intentione efficaci faciendi in nobis boni: ergo in Scholâ Societatis ex mente suorum Generalium non existit unquam aliquis actus honestus sine proposito, seu intentione efficaci faciendi à Deo in nobis talis actûs honesti, seu boni. Atqui Propositum faciendi in nobis boni seu intentio efficax, *ne loquitur Claudius*, est Prædefinitio, quæ loquimur: ergo.

Probatio secunda.

134 Ostenditur secundò: Repugnat dari à Deo auxilium quia efficax, sine efficaci intentione operis, pro quo elige auxilium præcognitum, ut efficax: Atqui Deus nullum dat auxilium efficax, nisi quia efficax, & ex speciali benevolentiâ: ergo nullum dat auxilium efficax sine efficaci amore operis faciendi per ipsum, atque adeò sine efficaci ipsâ prædefinitione talis operis: Hæc enim perinde sunt. Major constat ex *lib. 6. præced. à num. 527.* Minor patet etiam indidem *à num. 498.* Nunc sic: atqui sine auxilio efficaci nihil fit bonum & honestum in nobis: ergo neque fit sine efficaci Prædefinitione in ipso Deo.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Supra lib. 6. à num. 527. & à num 498.

Probatio tertia ex Scriptur. Apud Aldrete. & Ruiz.

135 Ostenditur tertiò: quia ex Scripturis & Patribus, quibus exundant Ruizius, & Aldretus: ille *disp. 6. & 9. de Prov. dentia hic disp. 3. sect. 1. & 2.* Deus dicitur *facere in nobis, quicquid* in nobis est *boni*; donare nobis, *singendo nobis vera, & singillatim*, id est, quoad singulas circunstantias honestatis; *promittere* nobis eadem ipsa bona, quæ facimus, & per quæ meremur. Atqui hæc fieri nequeunt sine efficaci Prædefinitione: quod probo: Nam qui promittit, supponit habere voluntatem efficacem implendi, quod promisit: qui donat, facit id ex efficaci voluntate quòd sit in Donatario donum ipsius: qui specialiter rem aliquam dicitur facere, præstat id ex voluntate efficaci erga ipsam.

Solutio in tercepta.

136 Neque valet præcisè recursus ad præscientiam, ex quâ Deus dona auxiliorum confert. Primò: quia id non sufficit ad specialitatem beneficii ex *lib. 6. præced. à num. 492.* Secundò, ut benè notavit Ribadeneyra, quia voces *Intentio*, & *Propositum*, quando *simpliciter* usurpantur, sonant efficacem intentionem, & propositum efficax; at his vocibus utuntur Scripturæ, Concilia, & Patres: dicunt enim vocari nos ex intentione, & vocari secundùm propositum Dei. Tertiò: quia Scripturæ, & Patres fundant, & reducunt hos loquendi modos, *nunc* ad irresistibilitatem Divinæ Voluntatis; *nunc* ad immensissimam potestatem ejus; *nunc* ad voluntatem faciendi velle; *nunc* ad modum attingendi fortiter, & disponendi suaviter; *nunc* demùm expressè ad efficacium Divinæ voluntatis: per hos enim terminos loquuntur frequentissimè ex Sacrâ Pagina Augustinus, & Thomas: ac hæc manifesc-

Ribaden.

Augustin & Thom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

nifestè significant efficaciam affectûs. Nam omnis affectus inefficax est voluntas resistibilis: ergo voluntas irresistibilis est voluntas efficax: & quidem *antecedens*: quæ enim gloria est Divinæ voluntatis, non resistere affectui omni modò consequenti? Deinde potestas invictissima deest affectui inefficaci: Nec ipse potest ita ferri in objectum, ut eo ipso dicatur fieri. Debent hæc ergo explicari per Prædefinitionem efficacem.

Ratio à priori.

137 Et ratio fundamentalis omnium est: quia modus præsentis Providentiæ statui debet, qualis argui debet, ex summo illo amore, quem circa nos in Deo testantur Scripturæ: testantur autem amorem erga nos maximum: imò statui debet, qualis arguitur ex illâ inclinatione Dei ad nostras rectas operationes, quam ipsæ Scripturæ per Concilia, & Patres explicatæ, frequenter insinuant. insinuant autem summam: sed ex summo Dei erga nos amore, & ex maximâ illâ inclinatione ad rectas operationes nostras, decentissimè arguitur in Deo non qualiscumque affectus circa actus honestos, sed etiam, quantus salvâ nostrâ libertate, haberi potest, atque adeò efficax: & quidem, ut ex quo fluant in nos libertas, & auxilia: qui affectus ab efficaci Prædefinitione præscindi non potest: ergo statui debet in Deo præsentis Providentiæ modus per hujusmodi prædefinitiones constitutus.

Objectio prima.

138 Objicies primò: quia si semel ponitur prædefinitio omnis actûs honesti, poni debet penès omnes, & singulas circunstantias; atqui hoc neque decet, neque licet: ergo non præfiniuntur omnes actus honesti. Minor quoad primam partem probatur. Nam inter actus honestos sunt tenues, & facillimi: ut quid Deus hos prædefiniat? Probatur quoad secundam primò: quia sunt plures actus connexi cum peccati præexistentiâ, & quorum honestas stare nequit sine peccato: hos autem nequit Deus prædefiniri; nam peccatum vel induceret, vel amaret. Secundò: quia Prædefinitio omnis actûs honesti penès omnes, & singulas circunstantias, nullum finit libertati locum: quod sic suadetur: quia juxta ea quæ diximus *tractatu de Incarnatione*, si præceptum Christi, alioquin obligans in conscientiâ, & impositum dependenter à Scientiâ Mediâ, se extenderet ad omnes Christi actiones, earumque singulas circunstantias, nullum sineret locum libertati Christi, quantumvis supponatur extrinsecè se habere, neque exercere causalitatem immediatam in opera Christi: ergo similiter. Neque valet dicere pro discrimine; quòd, vi præcepti, carentia operis redditur peccatum, atque adeò Christo, vi ejus impeccabilitatis, impossibilis: at vi prædefinitionis, carentia operis nō redditur impossibilis. Contra enim est: Prædefinitio reddit carentiam operis prædefiniti oppositam voluntati efficaci Dei: ergo & impossibilem: nam tam est impossibile, voluntatem creatam resistere efficaci voluntari Dei, quàm voluntatem Christi peccare.

Solvitur.

139 Respondetur, concessâ majori negando minorem. Ad primæ partis probationem, dico *imprimis*, inter actus honestos dari tenues, & facillimos respectivè ad alios intra lineam honestatis: non tamen perinde non esse magni æstimabiles à Deo respectivè ad finem nobis præfixum. *Deinde* dico, nullum esse actum ita tenuem, & secundùm se facilem, qui ex circunstantiâ tentationis adversæ fieri nequeat difficillimus, & magnus. *Demum* addo, præfinitionem non poni ut vincatur difficultas nostra in operando, sed ut exerceatur Dei beneficientia, & ostendatur maximus ejus erga nos amor. Ad secundæ partis probationem primam, docebimus *infrà*, stare posse sine ulla affectivitate circa peccatum efficacem prædefinitionem actuum hujusmodi. Ad alteram negatur assumptum, ad probationem, dedimus fusè discrimen in eo *tractatu*, petitum ex eo, quòd præcepti suppositio, cùm fieri nequeat sine notitiâ immutante libertatem, utpote istius constitutivâ in potestate proximâ obediendi, vel non obediendi, necessariò mutat hypothesim Scientiæ Mediæ; at Prædefinitionis suppositio omninò extrinseca est, & nihil immutat modum operandi libertatis prævisæ per Scientiam Mediam. Multa *ibi* de his.

Infrà fusè à nu. 420.

Tract. de Incarnat. lib. 4. disp 5. à nu. 61.

Objectio secunda.

140 Objicies secundò: Nam si Deus omnia opera honesta prædefinit, cur inveniuntur in Christianis tan pauca, tam languida, tam remissa? *Deinde* si tanto nos amore inclinat ad bonum, quomodò sub

Efficaciter proponitur.

sub tàm uberi gratiâ opera prædefinit tam imperfecta? *Demum* si Deus prædefinit opera nostra omnia exigua, & magna, cur hortatur nos *ad charismata meliora*? Vnde sic arguitur, in speciem, efficaciter: Nam si Deus prædefinit omnes actus honestos, etiam prædefiniret actū, quo quis præ virginitatis statu eligit matrimonium, & alios actus, qui sunt contra consilium, cùm non ex eo definant esse honesti; at hoc est impossibile: primò: quia ea quæ dicitur Deus prædefinire, dicitur procurare: procuraret autem Deus, quòd fieret contra ejus consilia. Secundò: quid enim magis absonum, quàm suadere unum, & velle efficaciter oppositum? Tertiò: quia eòipsò, actio esset, & non esset moralis imperfectio positiva: non esset, quia opus conforme majori beneplacito Dei, nequit esse imperfectio moralis: majus autem beneplacitum Dei quis dubitet vocare eum affectum Divinæ voluntatis, quo sibi Deus efficaciter in aliquo complacet? esset: quia esset contra Dei consilium, eòque ipsò maneret Operans justè ex probabilis: & exinde Deus specialis author moralis imperfectionis.

Solvitur primò per Instantiā.

141 Respondetur primò per instantiam: quia difficultas argumenti æquè premit in oppositâ Doctrinâ, ubi necesse est fateri, Deum, qui dare potuit congruas gratias ad majora bona, noluisse, contentum hortari nos sub his, cùm alioqui possimus, ad æmulationem charismatum meliorum. Secundò, & ratio primi quæsiti, quantùm ad rem præsentem facit (remissâ ad secreta Dei judicia, ulteriori ratione nobis imperviâ) est: quia Deus non prædefinit, nisi habito respectu ad nostram determinationem sub hac, aut illâ auxiliorum serie, quam mutare non vult, & alioqui vult dare: quid ergo mirum, quòd non sint opera magis fortia, magis heroica, si nos nolumus? Deus enim prædefinit ea opera honesta, quæ videt nos facturos, complacens, in eo quòd honestè procedamus, non verò complacens, aut prædefiniens de carentiâ majoris perfectionis, quam majorem perfectionem alioqui, quasi appretiativè præfert, & vellet à nobis poni: qui affectus appretiativus benè stat cum istâ Prædefinitione, quam defendimus. Ex quibus patet etiam ratio pro secundo, & tertio quæsito.

Secundò:

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Solvitur Instantia

142 Ad instantiam adjunctam, fateor prædefiniri à Deo actum, quo quis eligit Matrimonium, & alios qui hunt. honestè ab homine contra consilium; non quidem prædefiniēdo eos prout sunt exclusivi majoris perfectionis, seu intendendo defectum majoris perfectionis; sed prout sunt in se honesti, & complacendo in eo quòd honestè vivamus, magis appretiativè complaciturus ex modo ipso prædefiniendi, si magis honestè eligeremus, ut consulit. Vnde nego minorem.

143 Ad primam probationem, etiam fateor, procurari à Deo executionem actûs honesti, non tamen ut est contra consilium, sed ut honestus est: Nam Matrimonium v. g. eligi potuit ex fine inhonesto: & simul omitti potuit ex amore virginitatis: Deus quidem consulit omissionem ex amore virginitatis, & præcipit conditionatè motivum honestum, si nempè eligendum sit Matrimonium: præsciens tamen, quòd homo præfert Virginitati statum Matrimonii per actum honestum, fieri vult author talis honestatis; quæ tamen alioqui fit ab homine contra consilium: hoc autem non est procurari à Deo consilii omissionem, sed honestatem in omissione consilii.

144 Ad secundam dico, hæc non repugnare, si volitio efficax habeatur, habito solùm respectu ad determinationem creatæ libertatis eligentis: nam cum hac formali voluntate benè stat major appretiatio honestatis omissæ, ex quâ appretiatione consilium datur. Ad tertiam illud opus, durante consilio, & stante hac Divinâ appretiatione, semper erit moralis imperfectio: nam in eâ appretiatione consistit majus beneplacitum insinuatum per consilium: nec exinde Deus fieret author moralis imperfectionis: quia ejus intentio, non tendit in hunc actum volendo ne fiat magis perfectus, aut quòd omittatur consiliata perfectio, sed permittendo hanc omissionem, & complacendo in eo, quòd omissio, quandoquidem ponitur, honestè ponatur.

Objectio tertia.

145 Objicies tertiò: quia si respectu omnis actûs honesti datur in Deo prædefinitio, ratio cur Deus præsciat actus liberos futuros, non tam est futuritio eorum passiva, quàm Dei voluntas: ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

tio est: quia ipsa prædefinitio præcedit ad futuritionem passivam, & est essentialis connexio determinans Divinum intellectum ad scientiam absolutam; sed id opponitur Doctrinæ Patrum, ex quibus *suprà* diximus: *non ideò res esse, quia Deus scit, sed potiùs ideò scire, quia erunt.* Respondetur primò per instantiam: quia id exponi etiam debet ab Adversariis juxta strictam directionem Scientiæ Mediæ, & in complexo ex eâ, & purificatione hypothesis. Respondet secundò P. Aldrete *disp. 3. sect. 9. num. 17.* Patres loqui de ratione communi tam actibus liberis bonis, quàm malis; tam absolutis, quàm conditionatis: unde licèt respectu absolutorum possit esse ratio divina Voluntas, cur id potiùs sciatur, quàm aliud, non potest esse ratio respectu conditionatorum. Respondeo ipse, Patres loqui sensu *causali* significante per *ly ideò & quia* vim determinandi & causandi quam meritò negant præscient æ respectu liberorum: nec ea vis inducitur per Doctrinam prædefinitionum, cùm ipsæ in genere determinantis sint posteriores actibus ipsis, quos prædefiniunt.

Solvitur primò per instantiam

Secundò: ab Aldret.

Tertiò.

SECTIO IV.

FORMALIS EXPLICATA PRÆDEFINITIO dependens à Scientiâ Mediâ pro cujusvis actûs honesti Divinâ Providentiâ, etiam est Metaphysicè necessaria Deo.

§. I.

ASSERTÆ VERITATIS OSTENSIO.

Prima Probatio ex lib. 6. passim.

146 OStenditur primò, ex Doctrinis *libro præcedenti* præstitutis *à num.* 498. *&* 592. quarum ista, necessarium corollarium est. Nam implicat *ex ibi dictis, nu.* 484. dari à Deo auxilium efficax sine speciali benevolentiâ: & implicat *ex num.* 592. stare hujusmodi benevolentiam, quin à Deo detur auxilium ex motivo efficaciæ, vel saltem ex præscientiâ talis efficaciæ: demùm implicat *ex num.* 498. dari auxilium prægnitum, ut efficax, sine intentione efficaci tendente in efficaciam desumptam ex ipso consensu: nam nequit eligi medium prægnitum ut efficax ex amore finis, nisi ex efficaci finis amore. Nunc sic: Repugnat exerceri actum honestum, sine auxilio efficaci: ergo repugnat exerceri actum honestum sine efficaci Dei intentione circa ipsum: hæc autem est formalis prædefinitio.

Secunda Probatio ex eodem.

147 Ostenditur secundò ex doctrinis eisdem: ex necessitate Divinæ Prædefinitionis formalis circa quosvis actus honestos, nihil superadditur difficultatis, & additur plurimum decentiæ, Divinæ Providentiæ: ergo talis necessitas negari non debet. Patet consequentia: quia solùm negaretur ex titulo asserendi decentiam, qui potiùs est affirmandi titulus, quàm negandi. Assumpti ergo prima pars probatur: quia præcisim à necessitate Prædefinitionis formalis negari nequit ex parte Divinæ Providentiæ circa quosliber actus honestos, necessitas metaphysicæ connexionis inducentis auxilium efficax inseparabilis ab effectu determinato auxilii; ut patet ex *necessitate Præcedentiæ* Scientiæ Mediæ in auxiliorum collatione; ex *necessitate strictæ Directionis*; ex *necessitate, vel possibilitate* Decreti connexi, à quo unicè pendeat auxilium: quæ singula *suprà* fusè probata sunt: Nulla autem alia oriri potest difficultas ex necessitate formalis Prædefinitionis, quàm necessitas præviæ connexionis ex parte Providentiæ cum effectu determinato nostræ libertatis: nulla ergo exinde supervenit difficultas, quæ alioqui necessaria, & victa non sit. Probatur secunda pars: quia decet summum bonum, ut nihil sit boni & honesti, cujus causa per se non sit; & in quod non feratur, quantùm alioqui potest; ut ipsi, quantùm, salvâ nostra libertate, possit, attribuatur tanquam fonti voluntario omnis boni.

Tertia ex Augustin.

148 Ostenditur tertiò: quia Augustinus passim supponit nihil esse in nobis honestum, præterquàm *ex speciali Dei proposito, & benevolentiâ*: quæ manifestè sonant specialitatem affectûs circa actus honestos, & efficacem prædefinitionem eorum: ut evolventi Augustinum, planum fiet: Atqui hæc suppositio fit ab Augustino ex titulo æquè probante *necessitatem, ac factum*: ergo talis propositi, & voluntatis specialis, seu Prædefinitionis efficacis Divinæ existentia, necessaria est in omni Providentiâ juxta Augustinum.

Pro-

Probatur minor: Tùm quia supponit id Augustinus ex ratione, & ipso lumine naturæ, nolens uti ullis Scripturæ testimoniis, ut alibi solet, ex quibus probaretur potiùs factum, quàm alioqui faciendum. Legatur præsertim *de Corrept. & Gratiâ. cap.* 8. Tùm etiam quia *lib.* 12. *de Civit. cap.* 9. infert tanquam sequelam omninò execrabilem, quòd Sancti Angeli non habuerint bonam voluntatem à Deo specialiter donante: quia alioquin, inquit, haberent sine speciali Dei donatione aliquid melius eo, quod ipsis à Deo donatum est: quæ ratio tam de possibili probat, quàm de facto. Et meritò: Nam Deus *est Ens, quo melius excogitari non potest*: At si Deus esset hujusmodi, ut Creaturæ, bonæ esse possent sine ejus beneficientiâ speciali, & ut ipse posset non intendere omne bonum ex suis actionibus secuturum, posset cogitari aliquid melius: scilicet, ens cui hæc prædicata convenirent, cùm ex suo conceptu dicant simpliciter perfectionem: ergo conveniunt hæc prædicata Deo.

Ex Anselmo.

Quarta Probatio à priori, & notanda.

149 Ostenditur quartò: Petrus, exempli gratiâ, proximè potens honestè operari, potest honestè operando, facere, ut Deus eam operationem prædefinierit: si semel prædefinitio possibilis est: ergo honesta operatio est inseparabilis à Prædefinitione Divinâ: ergo Prædefinitio Divina est necessaria pro cujusvis actûs honesti Providentiâ. Consequentia hæc patet: nec patet minùs prima: quia eatenus potest Petrus, honestè operando facere, quòd Deus prædefinierit ab æterno operationem honestam, quatenus potest facere operationem, quæ est secundùm se necessitas non existendi, nisi cum Divinâ Prædefinitione.

150 Antecedens, in quo tota difficultas est, probatur: quia Petrus, proximè potens honestè operari, potest, honestè operando, facere, ut Deus ab æterno habuerit Scientiam Mediam de tali operatione si daret auxilium; atque adeò manserit proximè potens prædefinire talem operationem, & constitutus in libertate conferendi auxilium essentiatâ per Scientiam Mediam: atqui stare id nequit quin Petrus possit, honestè operando, facere, ut Deus prædefinierit honestam operationem: quod dupliciter probo. Primò: quia facere, ut Deus per Scientiam Mediam sit in libertate ad conferendum auxilium, est facere ne Deus eligat auxilium, (si se determinet ad eligendum) nisi per electionem volentem esse cum libertate constitutâ per hanc Scientiam Mediam, in quam specialiter inclinat, atque adeò cum hac Scientiâ Mediâ: quam ex se quasi optabat habere: ut liquet ex discursu facto *lib. 6. à num.* 507. Electio autem gaudens esse cum Scientiâ Mediâ, ratione operationis bonæ, quam videt in Creaturâ; necessariò gaudet esse cum circunstantiâ operationis honestæ: atque adeò prædefinitio est. Secundò: quia Deus proximè potens prædefinire, pro priori ad collationem auxilii debet habere vel prædefinitionem, vel actum incompossibilem cum ipsâ: quia nequit omittere purè: sed nequit habere actum incompossibilem cum prædefinitione, & habere collationem auxilii, & Scientiam Mediam de honestâ operatione: Tùm quia honesta operatio nullam habet cum prædefinitione incompossibilitatem: tùm quia per se dedecet positivè excludere Deum à seipso gaudium & affectum honestatis, vi quorum dici posset specialis author illius: cùm alioqui suadet, & videt eam poni.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Suprà lib. 6. à num. 507.

151 Ostenditur quintò, urgendo, & illustrando rationem à priori ex essentiâ libertatis desumptam, non semel jam expositam; tum *lib. præced. à nu.* 383. *& nu.* 589. *& præsenti à nu.* 90. Sic argumentor. Non obstat necessitas Divinæ Prædefinitionis efficacis, quominùs cum ipsâ maneant in voluntate omnia immediata principia actûs honesti prædefiniti simpliciter indifferentia, & compossibilia cum ejusdem actûs carentiâ pro libito voluntatis: sed dum in voluntate manent omnia immediata principia sic indifferentia, actus non potest non esse liber: ergo non obstat necessitas Divinæ Prædefinitionis, quominùs actus prædefinitus sit etiam liber: imò necessariò debet esse liber. Qui discursus eò mihi est potior, quò magis sapit Doctorem Angelicum, tùm *quæst. 6. de Verit. art. 3. O. & 1. part. quæst. 19. art. 8. & quæst. 23. art. 6.* ubi semper reducit concordiam nostræ libertatis cum Divinâ ad contingentiam, seu indifferentiam principiorum immediatorum. Et quidem consequentia est bona. Præmissæ probandæ sunt.

Quinta Probatio: Vide lib. 6 à nu. 383. & à num. 589. & nuper à num. 90.

Ex Sancto Thomâ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

152 Probo Minorem, posteà Majorem probatucus. Primò: quia causa remota, seu mediata, in ordine ad effectum, perinde se habet, ac si non esset; præcisèque requiritur, ut ponat principia proxima: ergo tota libertas mensuranda est ex indifferentiâ causæ proximæ: patet: quia id quod perinde se habet ad effectum, ac si non esset, non potest effectum immutare magis, quàm si non esset. Et ratio est: quia effectus immutari non potest, cùm immediata principia circa ipsum eodem modo manent, quicquid sit de mediatis: quid enim facit ad mei existentiam, existentia Avi, si meus Pater existit? Secundò: Implicat, quòd principia immediata sint adæquatè sufficientia, & quòd effectus impediatur ex aliquo remoto: unde dicere solemus *contra Durandum*, si causa secunda se solâ sufficeret actioni, fore ut Deus non posset eam actionem impedire, stante igne v.g. ergo pariter implicat, effectum produci, si principia immediata sint insufficientia: ergo pariter implicat, quòd necessariò producatur, si principia immediata sint insufficientia ad necessitandum, seu indifferentia. Tertiò: quia libertas potentiæ est ordo causæ ad effectum: quare si in eo ordine causæ ad effectum est indifferens, & non necessaria, libera debet esse: nam necessitas inimica libertati, seu simpliciter antecedens, debet esse in ordine causæ ad effectum, ut solemne est Theologis ex Anselmo *lib. 2. cur Deus homo cap.* 18. sic definiente: *Est præcedens necessitas, quæ causa est, ut sit res.* Modò sic: atqui causa constituitur in ordine causæ per immediata comprincipia, & non per remota: nam per illa continet effectum; & non, per illa: Et ratio est: quia causa remota est ea, quæ non conducit ad effectum, nisi quatenus exhibet aliquid à se distinctum: secùs, causa immediata: unde fieto, quòd causa immediata maneat, sine mediatâ, datur tota effectus continentia, & sufficientia. Et hæc de minori. Iam

Mensura libertatis unde sumenda?

Discursus notandus.

153 Probatur Major. Primò: Necessitas ponendi omnia principia immediata indifferentia consensûs honesti, non obstat nè ponantur: ut est evidens: nec obstat, ne ponantur indifferentia: esset enim necessitas ad duo contradictoria: sed necessitas Prædefinitionis est ista necessitas: nam Prædefinitio solùm vult poni consensum, ut præviso est per Scientiam Mediam: quòd autem præviso sit consensus, & comprincipia indifferentia, non impedit, quominùs Deus, sine ullâ effectûs, aut principiorum immutatione, teneatur dicere, si vult dare auxilia: *Volo dare hæc auxilia, complacens quantùm possum in eo, quòd existat consensus honestus sub illis ex voluntatis libito gratiæ meæ non ingrato*: en ergo Prædefinitionem! Secundò: Potest Deus efficaciter decernere operationem agentis naturalis, quin immuter principia immediata: ergo & Agentis liberi. Ratio consequentis est: quia ideò primam potest, quia prævider, fore eam operationem à talibus principiis, quin ad hoc egeant immutatione: atqui etiam prævidet fore operationem Agentis liberi à talibus principiis, quin egeant ullâ immutatione: ergo. Tertiò: quia in hoc Decreto: *Volo, quòd existant principia immutata; volo quod sub illis existat consensus, si quidem video fore, si ponantur*: nulla est contradictio: imò necesse est, quòd sub ipso sint principia immutata, & alioqui consensus: at hæc est vis Prædefinitionis nostræ; non, alia. Videatur P. Quiròs *de Prædest. d. sp. 8. & de Animâ d. sp. 89.* Quę contrà militant, præoccupata sunt ferè omnia *lib. 6.* tùm disputando de præcedentiâ Scientiæ Mediæ *à nu. 330.* tùm impugnando binarium Decretorum in collatione Auxilii *à num. 575.* Denuò tamen, hic in eorum gratiâ, qui suo quasque loco res volunt, & in gratiam, eadem nostra principia iteratò impugnantium

P. Quiròs.

Suprà lib. 6. à num. 330. & à num. 575.

§. II.

OBIECTIONIBVS NOVIS OCCVRRITVR.

Objectio prima ex P. Thyrso.

154 OBjicies primò: De conceptu Prædefinitionis ad consensum est existere pro priori mediato ante consensum: ergo & determinari ad existendum, & existere priùs naturâ, quàm ponatur consensus. Ratio horum est manifesta: nam de conceptu talis Prædefinitionis est esse causam causantis consensum: repugnat autem concipi in signo causæ sine prioritate: imò repugnat esse cum prioritate causæ sine existentiâ, atque adeò sine determinatione ad existendum.

Nupse sic: ergo priùs naturâ, quàm accedat consensus, & quævis alia determinatio, est Prædefinitio determinata ad existendum: ergo primum illativum, seu determinativum Prædefinitionis nequit esse consensus: ergo neque primaria acquisitio Prædefinitionis: quomodo ergo fiat libertas cum necessitate suppositionis connexæ cum consensu, cujus determinatio, & acquisitio antevertit determinationem consensûs?

Tollitur. Suprà loco citato super.

155 Respondetur ex *locis suprà citatis*: concesso antecedente de prioritate in genere physico: negato, de prioritate in genere determinantis: distinguo consequens: priùs naturâ, quàm ponatur exercitè consensus, exercitè determinans, concedo: priùs, quàm ponatur objectivè consensus, intentionaliter, & objectivè determinans, nego. Æquivocatio nascitur ex eo, quòd putent Adversarii prioritatem in determinando requiri, & exerceri non posse sine præexistentiâ determinantis: quod constat ex *lib. 5. à num. 154. & ex lib. 6.* passim, quàm falsum sit. Iam primum consequens illatum ex argumenti doctrinâ, distinguo etiam: priùs naturâ, quàm accedat consensus, & quævis alia determinatio idèntificata cum consensu, est Prædefinitio determinata ab alio, quàm à consensu, vel Deo attemperante se ad consensûm, nego: à consensu, subdistinguo, determinatè, & immediatè, nego: mediatè, & disjunctivè, concedo. Itaque consensus, licèt reipsâ physicè subsequatur ad Prædefinitionis existentiam, eam determinat, & acquirit: non ita tamen, ut non sit etiam sub potestate Dei, quòd ipsa Prædefinitio existat: quæ singula nõ est cur repoeam hic. Vide *lib. præcedenti à nu. 413. & præsertim à nu. 615.*

Et ex lib. 5. à num. 154.

Lib. 6. à nu. 413. & à nu. 615.

Objectio secunda ex eodem.

156 Objicies secundò. De ratione talis Prædefinitionis est, quòd existat ex libito Dei: ergo non possum determinare Deum, ut ipsam habeat. Patet consequentia: quia exercitium unius Agentis liberi nequit haberi ex determinatione alterius. Ergo Prædefinitio nequit esse necessaria: deberet enim posse determinari à Creaturâ: est enim suppositio necessaria ad existentiam consensûs, & cum eo connexa. Respondetur *ex eisdem locis*, concesso antecedente, distinguendo consequens, non possum determinare, *simpliciter*, & tanquam *ratio disjunctivè determinans, concedo*: ex suppositione, & tanquam ratio disjunctivè determinans, nego, mediante scilicet Scientiâ Mediâ, quæ Deo est necessitas vel non ponendi libertatem, vel eam ponendi per Decretum prædefinitivum consensûs, quem videt Scientia Media fore sub hac libertate, si existat. Id autem non derogat plenæ libertati Dei in Prædefiniendo; exercitium enim unius libertatis potest ita pendere ab exercitio alterius, ut unius exercitium possit facere ne alter habeat aliquod exercitium, ut enim fatemur in creaturâ respectu Dei, cui impedite creatura potest exercitium prædefiniendi, impeditâ Scientiâ Mediâ de consensu: & sic *ut ego opinor*, creaturæ exercitium potest facere, ne Deus, si habiturus sit exercitium suæ libertatis, habeat aliud, quàm prædefinitivum, inducta videlicet eâ Scientiâ Mediâ: Vide quæ diximus *loco cit. à num. 615.*

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

Solvitur. Indidem.

157 Instabis hìc contra *nuper*, & *ibi* dicta: nam ex principiis nostris videtur sequi, existentiam Prædefinitionis tam esse creaturæ liberam, quàm Deo: quod esse absurdum patet; nam sicut exinde tribuitur Deo simpliciter, quòd sit Prædefinitio, & in nobis hæc libertas; similiter, & æquali jure, totum id posset, & deberet tribui creaturæ. Adde actum unum non posse esse æquè duobus liberum, nisi utrique ut determinanti tribuì possit: at repugnat dari duos qui determinent ad operationem liberam unius: ergo. Sequela autem probatur: quia quibus æquè libera est existentia necessitatis, ut aliquid existat; æquè liberum est hoc existere: sed æquè Deo, ac creaturæ libera est existentia necessitatis, ut sit Prædefinitio: quod patet: nam complexum ex libertate *A*, & Scientia Media de consensu est necessitas ut sit Prædefinitio: sed illud complexum æquè liberum est Creaturæ, ac Deo: nam æquè coalescit ex Scientiâ Mediâ, ac ex existentiâ libertatis *A*: quarum illa est libera creaturæ, & non Deo: ista Deo, & non creaturæ: ergo. Confirmatur: quia Deus non est liber ad Prædefinitionem, nisi ex suppositione liberâ creaturæ, & non sibi: Creatura non est libera ad acquisitionem Prædefinitionis, nisi ex suppositione Deo liberâ, & non sibi: ergo

Instantia Subtilis:

æqua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Solvitur.

æquali modo est liber utrumque respectivè ad Prædefinitionem.

158 Respondetur: *Imprimis* ex argumento non deduci absurdum intentum: nam, cùm suppositio, quæ in eò complexo est unicè Dei, sit ipsa existentia libertatis in creaturâ, sit soli Deo hanc tribuendam, & non creaturæ. Deinde, licèt repugnet quod duo determinent ad unius operationem liberam: hoc solùm est verum absolutè, & physicè: non verò ex suppositione unì plenè libera, ex quâ resultet illativè, quòd extiturum sit tertium: nam hic modus determinandi resolvitur in puram necessitatem disjunctivam antecedentem, quæ non obstat libertati.

159 Denique nego sequelam. Ad probationem distinguo: quibus æquè, & eodem omninò modo libera est, concedo: quibus nec æquè nec eodem modo, nego majorem & minorem: Nam licèt complexum ex Scientiâ Mediâ, & ex libertate *A*, sit complexum ex extremis, quorum alterum sit Deo non liberum; & alterum sit Deo liberum; tamen hoc exercitè, & physicè, est liberum Deo; & aliud non est creaturæ liberum physicè & exercitè: sed objectivè: quatenus habetur à Deo attemperandose ad exercitium physicum Creaturæ, si poneretur. Vnde existere hoc complexum, magis propriè Deo tribui debet, attentis exercitiis libertatis, quæ in ejus existentiâ interveniunt. Quòd autem existat Prædefinitio, (ut dicebam) licèt tribui possit & debeat Creaturæ ex suppositione à Deo factâ; non tollit, ne plenè sit Deo libera: quia ex eâ suppositione Deo liberâ solùm tribuitur creaturæ, ex necessitate inductâ purè disjunctivâ antecedente, quæ plenæ libertati non nocet.

Objectio tertia ex Doctrinis ejusdem.

160 Objicies tertiò: Nam si Prædefinitio est essentialiter prærequisita ad existentiam consensûs, esset prærequisitum immediatum: quod patet: nam esset essentiale prærequisitum: deinde non esset purè mediatum: quatenus requiritur ad auxilia: nam auxilia possunt sine ipso esse, atque adeò non habet esse requisitum essentiale respectu auxiliorum: ergo requiritur essentialiter, non ut auxilia existant, sed ut causent, & influant in consensum: ergo licèt, in lineâ causæ, mediatè se habeat, immediatè se habet in lineâ conditionis: non enim prærequiritur essentialiter ad auxilia secundùm se, sed ut hæc conjungatur cum consensu: ergo sine tali prædefinitione non potest dari potestas proxima ad consensum; ìtaque constituì debet per ipsam Prædefinitionem: quòd utrumque repugnat, & nocet libertati. Patet hæc consequentia: nam potestas proxima non solùm dicit immediata prærequisita in lineâ causæ, sed etiam in lineâ conditionis indispensabilis ad effectum.

Solvitur. Ex dictis lib. 6. à nu. 425 & à nu. 464.

Respondetur ex dictis *lib. præced. num.* 425. *& à nu.* 464. Prædefinitionem solùm esse prærequisitum essentiale *præcessione requisiti*, non verò *causalitatis*: solùmque constituì potestatem proximâ per essentialia prærequisita, præcessione causalitatis in effectum. Addo in gratiam *subtiliter disputantis*, Prædefinitionem requiri essentialiter ad existentiam consensûs, *non tamen* ut auxilium conjungatur cũ consensu, & in hunc influat: hoc enim habet auxilium vi suæ, & ex determinatione voluntatis; *sed quia* conjungendum prævidetur cum consensu: quare si auxilium per impossibile poneretur sine ullo actu Divinæ voluntatis, non minùs esset potens elicere cum voluntate determinante consensum. Vnde neque in lineâ causæ, neque in lineâ conditionis est immediatum prærequisitum.

Nota bene

Objectio quarta ex Doctrinis ejusdem.

161 Objicies quartò: Voluntas non potest cum Prædefinitione consensûs, componere carentiam consensûs; sed neque potest evitare, si necessariò prærequisita sit: ergo cum Prædefinitione non manet libera. Consequentia patet: quia Potentia libera est, quæ potest componere carentiam operationis cum omnibus prærequisitis ad operandum (saltem, quę non dependent ab ipsâ voluntate, ut dicunt aliqui: vel, ut ego sentio, ut constituunt Potentiâ liberam in esse liberæ.) Probatur minor: quia voluntas solùm posset evitare Prædefinitionem per auxilium, quod ipsi Prædefinitio confert, ipsi auxilio dissentiendo; at non potest. Primò: quia implicat, quòd effectus impediat existentiam suæ causæ: atqui auxilium dependet à Prædefinitione, tanquam à causâ: ergo nequit per auxilium impediri. Secundò: Nequit impediri actio productiva auxilii per operationem auxilii: aliàs hoc se ipsum impediret per

suam operationem, seu operandos; atqui Prædefinitio, si necessariò prærequisita sit, est veluti actio auxilii productiva: ergo nequit per operationem auxilii impediri. Tertiò: nequit dari potentia impediendi sine eo, sine quo pro priori supposito, implicat impeditio; atqui sine defectu prædefinitionis pro priori supposito, impeditio implicat: ergo sine illo non est potestas impediendi.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Objectio quinta ex ejusdem Doctrinis.

Solvitur.

Ex lib. 6. à nu. 429.

162 Respondetur *ex eisdem locis*: & nego minorem. Ad probationem, admitto majorem in hoc sensu, quem *lib. præced. num.* 429. jam explicui, nempe prædefinitionem evitari per libertatem, quâ confert, non quidem tanquam per exercitium impediendi, sed tanquam per potestatem faciendi exercitium, quo posito, impedita fuerit Prædefinitio: est grande discrimen inter hæc: nam exercitium impediendi nequit esse compossibile cum re, quam impedit: potestas tamen impediendi componi potest cum re, quâ potest impedire, iã nego minorem in hoc sensu. Ad primam ejus probationem *distinguo majorem*: implicat, quòd effectus impediat existentiam suæ causæ, tanquã exercitium impediendi, concedo: tanquam potestas; *subdistinguo*: causæ, à quâ necessariò determinatè dependet, concedo: à quâ solùm indeterminatè pendet, nego: nam tunc impeditio hujus causæ

Suprà nu. 105.

fit per coëxistentiam, & acquisitionem alterius. Vide quæ *suprà*.

163 Ad secundam, distinguo: si actio non sit determinatè requisita ad existentiam auxilii, nego: si sit, concedo: & patet disparitas ad ea, quæ circa Prædefinitionẽ objiciuntur. Deinde si actio auxilii sit vitalis immanentia auxilii in voluntate, alia est ratio, ex quâ possit sumi disparitas. Ad tertiam, distinguo majorem, sine quo pro priori prioritate immediatæ causalitatis, concedo: pro priori mediatæ causalitatis, subdistinguo: si non sit alioqui pro posteriori determinationis respectivè ad exercitium impediendi, concedo: si sit, nego: tunc enim potest acquiri pro libito defectus ille juxta præsentes, quas habet voluntas, vires. Fateor ista stare non posse, sine mutuâ causalitate, sed in genere valde diverso: cujus alioqui necessitatem, & possibilitatem ostendimus *locis citatis* præsertim *à num.* 384. ubi alias remissiones dedi.

Lib. 6. à num. 384.

164 Objicies quinto: In tantum aliquid prærequiritur ad operandum, in quantum sine illo non potest operatio fieri: sed si Prædefinitio necessariò prærequisita sit ad consentiendum, sine illâ nequit consensus fieri: ergo neque sine illâ datur potestas ad consentiendum: ergo neque libertas. Probatur antecedens: quia nemo operatur sine prærequisitis ad operãndum: ergo nec potest: nam à potentiâ proximè expeditâ ad operãdum, quin aliud superaddatur, procedere operatio potest: *est enim per se notum hoc principium*: sicut nemo operatur sine prærequisitis ad agendum; ita nemo potest operari absque prærequisitis ad operationem: ita ut quando actu deficit prærequisitum, desinat esse potestas proxima completa; neque plura sunt prærequisita ad actum, quàm quæ sufficiunt ad constituendam potentiam proximè completam. Confirmatur: Non stat potestas proxima ad consensum sine prærequisitis ad posse: quomodo enim stet potestas sine immediatè requisitis ad existentiam sui? sed si prædefinitio necessaria est ad agẽdum, est unum ex requisitis ad posse, seu ad existentiam potestatis proximæ: nihil enim prærequitur ad actu operari nisi vel constituat proximam potestatem, vel prærequiratur ad ipsam: ergo sine Prædefinitione, si necessariò prærequisita sit, stare nequit proxima potestas ad consensum, atque adeò neque libertas.

Solvitur.

165 Respondetur. Distinguo antecedens: in quantum sine illo non potest operatio fieri, id est, comparando fieri operationem cum defectu talis rei, concedo: in quantum sine illo non potest operatio fieri, id est, quin sine illo sit potestas proxima ad operationem, nego. Et in hoc sensu admitto, & explico veritatem consequentis: nam Prædefinitio ita necessaria est, ut implicet componi consensum cum defectu Prædefinitionis: non verò ea omnia, quorum cum defectu componi nequit operatio, constituunt potestatem proximam ad operandum, ut patet in Scientiâ Mediâ. Ad probationem, concesso antecedente, nego consequentiam. Nam licèt verum sit quòd à potentiâ proximâ, procedere potest operatio, quin aliud superaddatur in genere principiantis operationem; potest tamen requiri aliquid aliud in ge-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Vid. suprà lib. 6. à num. 455.

nere principii remoti, seu principiantis ipsam proximam potestatẽ. Quare illud, quod dicitur esse *per se notum*, tale est de prærequisitis immediatis in genere causæ: quia causa sine seipsâ non existit: falsum tamen est de omnibus omnimodè prærequisitis. Ad confirmationem: fateor veritatem majoris de *constitutivè* prærequisitis ad *posse*. Verùm Prædefinitio non est *constitutivè* prærequisita ad *posse* consentire: sine ipsâ enim stat omnis, & totus integer ordo p. in ipsorum, vi quorum continet voluntas sub dominio determinationem consensûs; atque adeò sine ipsâ stat potestas proxima acquirendi pro libito ipsam Prædefinitionem, cujus cum defectu componi alioqui non potest operatio consentiendi.

Objectio sexta ex Doctrinis ejusdem, Valde subtilis.

166 Objicies sextò. Æquè Deo libera est omissio Prædefinitionis, dum non prædefinit, quàm Prædefinitio, dum prædefinit: ergo si Prædefinitio actûs præcepti v. g. sit necessariò prærequisita ad ipsum, liberè Deus eligeret omissionem, vel carentiam alicujus prærequisiti ad nostrum actum præceptum, quando iste deficit in nobis. Sed qui liberè eligit carentiam alicujus prærequisiti ad nostrum actum præceptum, vult ne existat actus præceptus: ergo si Prædefinitio necessariò prærequisita sit, dum Deus non prædefinit, vellet carentiam actûs præcepti. Sed qui vult carentiam actûs præcepti: vult eòipsò peccatum: quia ea carentia peccatum est: ergo & peccatum vellet. Confirmatur. Dum Deus vult ne existat Prædefinitio, vult ne Prædefinitioni coëxistat actus præceptus; sed qui vult ne noster actus coëxistat alicui prærequisito essentiali, vult ne ipse actus existat; siquidem nequit existere, nisi illi coëxistens: ergo si Prædefinitio sit necessariò prærequisita ad actum præceptum, Deus volens, ne hæc existat, vellet ne actus præceptus existeret.

Solvitur ex doctrinâ bene notandâ.

167 Respondetur. Duplex omissio Prædefinitionis considerari potest in Deo: altera, necessaria, ex defectu Scientiæ Mediæ de consensu sub hoc auxilio: nam cùm Deus prædefinire non possit sine Scientiâ Mediâ, eoipso quòd in ipso non sit Scientia Media, non omittit liberè Prædefinitionem, sed necessariò: quare quòd sub hoc auxilio, (quod dat, ex suppositione, quòd sit,) desit Prædefinitio, non est Deo liberum; & creaturæ attribuendum, cui nempè tribuitur, quòd cum hoc auxilio sit Scientia Media de consensu. Altera omissio est libera; quatenus nempè Deus positus per Scientiam Mediam in libertate ponendi hoc auxilium, sub quo videt fore consensum, manet indifferens ad ponendum, vel non ponendum auxilium, & insimul disjunctivè necessitatus ad unum è duobus, scilicet, vel ad non ponendum hoc auxilium, vel ad ponendum per prædefinitionem consensûs.

168 Casu ergo quo Deus præceptum imponit Petro v. g. & dat auxilium ad adimpletionem præcepti, si Petrus dissentit; omisit quidem Deus prædefinitionem actûs præcepti sub hoc auxilio: & omisit prædefinitionem sub alio auxilio, quo alioquin Petrus caret. Hanc liberè omisit, omittendo collationem auxilii: sed ob hoc non desinit esse actus præceptus sub auxilio, quod habet Petrus. Illam omisit etiam, sed necessariò: nam Deus, ex determinatione Petri, non habet Scientiã Mediã de consensu, eamque procurat per procurationem operationis honestæ, procurando simul exercitium libertatis creatæ, quod sibi fuerit necessitas prædefiniendi. Vide quàm procul sit Deus à volendo, ne sit actus præceptus. Ex his

In formâ.

169 Distinguo antecedens: æquè Deo libera est omissio Prædefinitionis, dum non prædefinit sub auxilio, instructus Scientiâ Mediâ de consensu futuro sub hoc auxilio, concedo: non instructus tali Scientiâ, nego suppositum: & consequentiam: quia, cùm actus præceptus in nobis deficit sub hoc auxilio (sub hoc enim auxilio tenemur, & non sub aliis, quibus caremus,) deficit in Deo ex nostro libito malo Scientia Media, sine quâ non est proximè potens prædefinire. Ad cætera, per quæ vagatur arguens, patet ex doctrinâ *numeri præcedentis*, prædefinitionem sub alio auxilio congruo, quam unicè liberè omittit Deus, non esse prærequisitum ad nostrum actum sub auxilio, quod de facto habet Petrus: Prædefinitio enim requisita est prædefinitio sub ipso auxilio, quam quidem necessariò omittit Deus. Ad confirmationem, distinguo majorem: vult ne coexistat prædefinitioni, quam alioqui vult non existere, & quæ necessaria non est sub auxilio, quod de facto habemus, concedo: vult ne coëxistat prædefinitioni, quã alioqui vellet habere, & quæ necessaria est sub hoc auxilio, quod habemus de facto, nego: & distinguo minorem: qui vult ne noster actus coëxistat prærequisito essentiali sub auxilio, quod habemus, concedo; & nego suppositum: qui vult ne coëxistat prærequisito essentiali sub auxilio, quod habemus, subdistinguo: qui vult ne ita coëxistat ex fine impediendi existentiam actûs præcepti, concedo: ex fine utendi suo iure, ut maximè decet, nego. Doctrinam habes *num. præced.*

SECTIO V.

QVOMODO STET CVM DOCTRINIS præcedentibus Præparatio Divinæ Omnipotentiæ juxta jura libertatis, seu concursûs indifferentis ad nostros actus liberos ex parte Dei?

§. I.

PONDERATIO DIFFICULTATIS: Modi solvendi excluſi: & quid in eâ certum?

Difficultas communis.

170 Hæc difficultas tertere solet juxta nostra principia, maximè: & certè, si qua est, omnes debet, Prædefinitionum Doctrinam amplexos: neque se levant ejus onere, qui Prædefinitiones negant, ut, quæ dicemus, & ipsius difficultatis cardinem evolventi constabit. Visa tamen est contra nos acrior, stando principiis de *indivisibilitate* in Decernendo Divinâ. Et difficultas exardescit exinde: primò: quòd nequit esse salva libertas nostra, nisi Concursus Divinæ Omnipotentiæ, sit indifferens, indifferenterque paretur in actu primo: quomodo autem parari indifferenter potest, si Deus necessariò prædefinit operationem? Secundò: quòd nequeat parari indifferenter omnipotentia, quin paretur etiam ad actum peccaminosum: quomodo potest ita parari à Deo, sine aliquo affectu circa peccatum?

Acrior contra nos Pisa.

Primò:

Secundò:

Tertiò:

171 Tertiò: siquidem Omnipotentia indifferens est, ut expediatur, & attéperetur voluntati, vel non; necesse est interveniat Decretum aliquod Dei; vi cujus expediatur, & in actu primo præparetur, & plenè attemperetur arbitrio voluntatis creaturæ in cooperando, & concurrendo. Si autem hoc Decretum non est indifferens, & indifferenter offerens Omnipotentiam: quomodo se attemperat Deus creato arbitrio in concurrendo? si indifferens esse debet, cujus erit tendentiæ? cujus energiæ? & qualis explicationis, quæ neque Dominium Dei supprimat, & sufficienter instruat dominium creaturæ? Quomodo hæc indifferentia manere potest vel cum possibilitate Prædefinitionis, vel cum ejus, & Scientiæ Mediæ strictè, vel latè dirigentis necessitate, & quod acrius est, cum indivisibilitate omnimodâ intrinsecâ Dei in decernendo?

In Primã par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Quartò.

172 Quartò: siquidem Creatura nequit se solâ, quicquam producere; & omnipotentia, nisi paretur, perinde fit, ac si non esset respectivè ad complendam creatam potentiam *in esse potentiæ expeditæ & proximæ* ad effectum, necesse videtur, quòd Decretum præparans Omnipotentiam sit immediatè inter indispensabilia constitutiva potestatis expeditæ, & proximæ ad effectus à creaturâ liberè producendos: quomodo ergo præscindi ab eo potest in hypothesi Scientiæ Mediæ? Quomodo stare potest signum indifferentiæ sine indifferentiâ ipsius, aut cum ejus defectu? Hæc est *Petra scandali*, quam amovere, necesse est.

Thomistæ, & Scholistæ non audiendi hic

173 Et imprimis Thomistæ, & Scholistæ audiendi non sunt, qui cæcis æquè liberis, ac necessariis docent parari concursum à Deo per Decretum prædeterminans, & ineluctabiliter cõnexum cum unâ parte determinatâ: vel saltem tale Decretum, quocumq; ipsum signo collocent, omninò requirunt. Non, inquam, sunt audiendi in præsenti puncto. Nam id non est parari Dei concursum indifferenter; neque finit locum Dominio agentis liberi, ut *suprà à nu. 3. & toto lib. 3.* satis abundè ostensum est. Nec audiendi secundò sunt Durandus, & Dola, qui negantes necessitatem Divini concursûs simultanei, fiunt extra ictum, & onus præsentis controversiæ. Id enim (juxta aliquos Graves Doctores, quorum ipse refero, & non fero censurã) vix catholicè, nec nisi cum Pelagio dici potest. Videantur Nostri, præsertim Montoya,

** Ex suprà dictis à nu. 3. & toto lib. 3. Nec Durãdus, nec Dola.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædefinante.

Theophilus, & Antonius Perez.

174 Nec audiendo tertio sunt alii, quibus satis favet Ribadeneyra *disp.* 11. *sect.* 5. & qui propendent in negādam saltem Divini physici Concursus simultaneitatem ad malitiam positivam actūs peccaminosi, seu ad entitatem actūs mali. Id enim, licèt rationabile putet Bonaventura; solemne, Gregorius; Vazquez non destitutum auctoritate; & absolutè probabile Puente Hurtado; & Quiros; ejusdem esse periculi monstrat eruditè Theophilus *in Opere de nova Libertate cōtra Gibeufum part.* 2. *cap.* 4. & errori proximum judicat Sanctus Thomas *in* 2. *dist.* 37. *quæst.* 2. *art.* 2.

Nec Raynaudus. Pontius. Spinola.

175 Nec demum audiendus est ipse Theophilus, adstipulantibus avidè nonnullis Schotistis post Pontium, & ferè Spinolâ, qui tum *in Natur. Theologiâ dist.* 8. *à nu.* 348. tum *in Moralibus dist.* 4. *à nu.* 354. Tum *in Vindiciis additis operi contra Gibeufum part.* 2. *cap.* 4. *à nu.* 33. censet Deum applicare concursum omnipotentiæ ad exigentiam, seu genium, vel determinationem virtualiter præviam ipsius voluntatis. Quòd si quæras, in quo consistat hæc exigentia, hic genius, hæc virtualis prævia determinatio: Respondet: in eo, quòd Voluntas faceret se solâ, si posset se determinare sine concursu Dei; inque eo, quòd Deus id præsciat per Scientiam Mediam: cujus id est objectum. Nam totus discursus, somnium est dormientis in aurem utramque. Quid facit chymeræ consideratio, ut iter realitas nostræ libertatis?

Certa in præsenti.

176 Statuendum est igitur extra controversiam, ut ipsi possit esse locus:

Primum.

Primò: necessitatem Divinæ Cooperationis, & concursus simultanei esse prorsus indispensabilem.

Secundum

Secundò: necessariò requiri, aliquam Divinæ Omnipotentiæ, seu Divini Concursūs præparationem, seu exhibitionem ex parte actūs primi Deo liberam. Ratio est: quia Omnipotentia indifferens est, ut adsit, vel non adsit Creaturæ ad operandum: *item*, ut determinet, vel determinari se sinat: *insuper*, ut impediat, vel non impediat Agentis secundi operationem: ergo hæc indifferentia tolli debet per aliquid ab Omnipotentiâ distinctum, Deoque liberum.

Tertium.

Tertiò: Præparationem Divinæ Omnipotentiæ, seu exhibitionem Divini Concursūs (in quo ea cumque consistat) intelligi debere ex parte actūs primi Agentis secundi, atque adeò liberæ potestatis, in ratione causæ expeditæ, & proximæ. Ratio est: quia signum Agentis secundi proximè dispositi, debet indispensabiliter claudere omnia principia, modo debito ad operādum prompta: quorum unum est Omnipotentia.

Quartum.

Quartò: Præparationem hujusmodi, sive formaliter, sive præsuppositivè, dicere necessario aliquod Divinæ libertatis exercitium. Ratio est: quia nihil esse potest Deo liberum, sine aliquo Divinæ libertatis exercitio.

Quintum.

Quintò: eam præparationem ingredi necessariò pro causis liberis in signū proximæ Potestatis; atque adeò esse debere indifferētem. Ratio est: quia signum Proximæ Potestatis est in causâ liberâ signum indifferentiæ: & hoc nequit constitui per aliquid non indifferens.

Sextum.

Sextò: In Divinis Decretis, duplex genus indifferentiæ distingui posse & debere: de quo sæpè, & *specialiter nu.* 82.

Suprà nu. 82.

His ita præstitutis

§. II.

COMMVNIS RECENTIORVM EXISTIMATIO.

Existimatio communis decem quatuor.

177 COmmunis inter Nostros Doctrina est: Primò: Præparationem hujusmodi solùm stare formaliter in aliquo Dei Decreto. Secundò: tale Decretum necessariò debere esse entitativè indifferens, id est, indifferentiâ non solùm contrapositâ determinationi, sed etiam connexioni ad unum; atque adeò compossibile cum utrolibet extremo libertatis. Tertiò: sine tali Decreto indifferenti, neque stare, neque intelligi posse libertatem creatam in actu primo proximo, & expedito; atque adeò Prædefinitiones, & Scientiæ Mediæ Directionem, si cum libertatis indemnitate salvandæ sunt, imperare debere, & conciliari cum hujus Decreti indifferentis coëxistentiâ. Quartò: consequenter id decretum importari, ubicumque libertas nostra sit; atque adeò ex parte hypothesis Scientiæ Mediæ. Penès hæc, satis consequenter ad communia, & sua principia, convenire solent. Discrepant verò maximè in explicandâ talis Decreti tendentiâ, & naturâ.

In modo discrepant.

P. Suarez de ejus mente lib. 3. nu. 389.

178 Pater Suarez explicat, asserendo esse Decretum ineficax *ad modum conditionati* sic: *Volo concurrere, si voluntas velit.* Sed displicet aliis: & meritò: primò: quia cum eo Decreto componi potest efficax nolitio concurrendi. Secundò: quia æquè Deus tenderet in malum, ac in bonum. Tertiò: quia vellet etiam eo genere affectūs, peccatum. Sed de tanti Doctoris mēte dictum est *suprà*. Quartò: quia ea conditio est ipsemet Dei concursus: atque adeò ridiculè decernitur iste sub illâ. Quintò: concurrere Deum, si creatura operatur, est necessarium, & non liberum Deo: non est ergo, nec potest esse materia liberi Decreti. Pater Raynaudus explicat, asserendo, sub ly *si voluntas velit*, intelligi, quod creatura vellet, si non egeret Divino concursu. Sed displicet omnibus: & meritò: quia ea conditio est mera chymæra. Alii explicant cum Patre Molinâ, asserendo esse Decretum vagum sic: *Decerno, quòd voluntas eliciat vel actum bonum, vel malum.* Displicet multis: & meritò: quia æquè propensum facit Deum in malum, ac in bonum. Quidquòd Decreta vaga repugnant in Deo.

Suprà.

P. Raynaudus. Vide num. 175.

P. Molina

P. Arriag

179 Pater Arriaga, quem Moderni sequuntur communiter, explicat asserendo, esse Decretum absolutum, sed inefficax, tendens in bonum, & in malum. Displicet etiam multis; & meritò. Primò ex affectu, quem admittit in Deo, circa peccatum Secundò: quia cum volitione inefficaci stare potest, juxta hos Authores, nolitio efficax ejusdem objecti. Tertiò: quia Deus tam esset per se causa mali, quàm est boni. Pater Lynze addit huic Decreto, aliud efficax nolitionis: quo Deus se determinat ad non impediendum usum sui arbitrii, Creaturæ. Sed adhuc displicet aliis: Tùm quia non fugit absurda ex primo nata. Tùm etiam, quia secundum videtur sufficere. Patres, Aldrete, Quiros, & alii ingeniosi Magistri explicant per tendentiam semieficacem in actum bonum: vi cujus Deus ineficaciter tendit in ipsum bonum, & ratione illius decernit servare illæsa jura libertatis, & non impedire peccatum. Sed hoc aliis etiam displicet.

P. Lynze.

P. Aldrete, & P. Quiros.

P. Annat.

180 Quare meliùs ingeniosi Magistri, secuti Patrem Annatum *disp.* 4. *de Scientiâ Mediâ cap.* 3. §. 2. *num.* 58. explicare videntur, asserendo: Decretum hujusmodi sic esse: *Subordino, seu volo attemperare meam Omnipotentiam arbitrio Creaturæ*: seu: *ita volo concurrere, ut Creaturæ tribuatur actus, vel nō actus.* Et necesse est in id singulorum sensa concurrere. Sed emergit illicò difficultas: nam hæc, specie tenus, pulcra sunt: & Decreti indifferentis munus est exercitè attemperare Omnipotentiam, eamque præparare, & expedire adinstar cujusdam habitūs ad arbitrium Creaturæ. Id necesse est fateamur omnes, qui non prædeterminamus. Sed rogabitur: quid habet hoc Decretum, cur exercitè hæc præstet? Quod objectum respicit? si enim concursum? rogabitur de ineficaciâ, vel de efficaciâ: & iterùm relabemur in peccatum. Si Omnipotentiam: patet id non sufficere. Si seipsum: nihil dicimus. Si libertatem arbitrii: hæc est quæstio.

Ribaden. Quirós. Herrera.

181 Ideò acutiores cum Ribadeneyrâ, Quirós, & Herrerâ addunt, præstari hæc exercitè à tali Decreto, primò, quatenus efficaciter impedit in Deo Decretum prædeterminans. Secundò quatenus efficaciter impedit, Decretum efficax impeditivum operationis. Tertiò quatenus efficaciter vult Creaturæ tribuere omnia intrinseca & immediata comprincipia ad operandum. Bene! At hoc *imprimis* est dicere Omnipotentiam præparari per collationem principiorum & impeditionem prædeterminationis & voluntatis efficaciter impedientis usum potestatis concessæ. *Deinde* nihil horum arguit Decreti indifferentiam: cum hæc singula præstet exercitè Prædefinitio efficax pendens à Scientiâ Mediâ. Sed satis per aliorum sensa vagati sumus.

§. III.

PRIMA PARS VERÆ SENTENTIÆ: Vbi an circa concursum ad peccatum repugnet in Deo aliqualis volitio.

Conclusio prima. Repugnat involvi ullam volitionem peccati in Præparatione Omnipotentiæ.

182 PRima Conclusio: Circa peccatum repugnat in Deo omne genus affectūs prosecutivum: quare Præparatio Divinæ Omnipotentiæ, & concursus indifferens ad operationem libertatis peccatricis, nequit explicari, vel

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædefinante.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Card. Lug. Arriaga. Borrull. 1.2. Tract. de Bon. & Mal.

offerri per ullam volitionem concursus in se peccaminosi quantumvis inefficacem, & cuivis dispicentiæ adjunctam. Est specialiter contra Cardinalē de Lugo, Arriagam, & Borrull, quos Moderni nonnulli sequuntur. Ratio est. Primò ex Principio Generali *de Bonitate, & Malitia*, quia affectus prosecutionis circa objectum inhonestum, per se turpis est; & ex nullo motivo honestari potest. Et confirmatur: quia summam Dei Sanctitatem dedecet ærarii de peccato commisso, quāvis id genus gaudii non influat in peccati commissionem: ergo magis dedecet, affici erga peccati commissionem, affectu tendente in ipsam, & exhibente, quæ requiruntur ad eam. *Nec valet* dicere tale decretum esse pure exequens, & non complacens, sed displicens in peccati commissione. *Nam vel est* decretum de linea volitionis: vel de linea puræ nolitionis? Si secundum: habemus intentum. Si primum quomodo ergo stare potest natura volitionis sine genere amoris?

185 Secundò: quia velle executionem rei per se malæ, est in nobis per se turpe, & indispensabile: ergo multò magis in Deo, qui est prima Honestatis Regula. Vnde extenditur, & firmatur ratio contra vagum affectum circa peccatum: nām qui ex nobis vagè afficeretur circa commissione peccati, vel executionem operis honesti, peccaret: quia Is actus est per se rationi dissonus: ergo etiam Deus. & ratio est: quia sicut disjunctio in notitiā non tollit rationem notitiæ simpliciter loquendo: ita neque disjunctio in volitione, tollit rationem volitionis: quæ circa malum, mala est.

184 Tertiò: quia ex terminis æquè dedecet affectus simplex circa peccatum gravissimum, quām procuratio peccati levissimi: nam ille crescit ex objecto plusquam hæc ex ratione precurationis; sed hæc Deum dedecet: ergo & ille. *Demum* quis asserat hominem peccādo conformare se alicui volitioni Dei?

Objectiones: prima: 185 Dices ex Borrull, & Modernis: Primò: Deum concurrere ad peccatum cum creaturā non est malum: ergo potest à Deo amari. *Secundo:* quòd Deus exercet honestè, & laudabiliter, amari à Deo potest sic exercitum: sed Deus honestè, & laudabiliter concurrit cum creatura ad peccandum: ergo amare potest tale concurrere. *Tertiò:* tam sancta est Omnipotentia, ac Dei Voluntas: at Omnipotentia nihilominus attingit actum malum creaturæ: ergo & potest Voluntas Divina. *Quartò:* Creaturam operari, & Deum non concurrere cum ipsa est impossibile, & Deo malum: ergo oppositum est necessarium, & Deo bonum: ergo & amabile Deo. *Quintò:* adimplere munus causæ primæ est Deo bonum: sed concurrere cum creatura ad peccandum est adimplere munus causæ primæ: ergo est Deo amabile, & bonum. *Sextò:* Deus potest saltem interpretativè velle peccatum; quatenus potens impedire, non impedit: ergo & formaliter. *Septimò* Deus amat, & ponit necessitatem disjunctivam peccati: ergo saltem vult disjunctivè peccatum. Antecedens patet: nam libertas nostra, cujus Author est Deus, est necessitas disjunctiva vel honestè operandi, vel peccandi. *Octavò:* quia Deus obligans sub præcepto, vult, ne fiat actio, vel prave fiat: ergo tendit aliquomodo in peccatum. *Nonò:* quia Deus ubi complacet in punitione peccatorum: ergo aliquomodo tendit per affectum in ipsa peccata. *Decimò:* quia multa Deo licent, quæ nobis illicita sunt: ergo licèt nobis non sit licitus ullus affectus circa peccatum, non ideò censeri debet illicitus, vel moraliter impossibilis Deo. *Undecimò:* quia non videtur satis applicata Omnipotentia, ad concurrendum ad peccatum per nolitionē impediendi peccatum. Sed hæc, ut patet, probant plus omninò, quām Adversarii vellent, & asserunt.

Secunda: Tertia: Quarta: Quinta: Sexta: Septima: Octava: Nona: Decima: Undecima. P. Borrull

186 Respondetur. *Ad primum*, distinguo antecedens: non est malum Dei, sed creaturæ, concedo: nec Creaturæ, nec Dei, nego antecedens, & consequentiam: quia eatenus desinit Dei esse malum, quatenus fit sine affectu Dei circa concursum ad hoqui pravum. *Ad secundum*, concessā majori, negat minorem Herrera: nām Deus solùm est laudabilis, & honestus in operationibus, quæ dici possunt operationes Dei: qualis certè non est cooperatio ad peccatum. Melius distingueretur major: quod Deus exercet honestè, & laudabiliter, honestate exercitii, & rei exercitæ, concedo: honestate solummodò modi, nego: nam hic modus ex quo Deus honestè, & laudabiliter exeret concursum, est, quia est meritè permissivus, & nullo modo affectus in tale exercitium, & concursum.

Solvuntur suo ordine. Herrera.

187 *Ad tertium*, concessā majori, distinguo minorem: ex affectu, & determinatione sui, nego: ex affectu & determinatione Creaturæ, concedo, & nego consequentiam, quia Sanctitatis munus est avertere affectum à malo, & ab influxu, qui per affectum tribuendus sit: non verò est avertere à malo, operationes aliorum Attributorum: & ratio est: quia Bonitas, & malitia respicit amorem & odium. *Ad quartum*, distinguo: est Deo malum, arguitivè, concedo: formaliter, nego: & similiter distinguo consequens: est enim illud Deo malum, & hoc, bonum: quatenus Deo est bona necessitas cooperandi creaturæ, quæ est ipsa Dei Omnipotentia: & hoc bono jam gaudet Deus. Actualis verò concursus, quando est vitiosa operatio Creaturæ est quid metaphysicè bonum; non verò quatenus Bonum est jus morale ad amorem, seu capacitas recti amoris. Et eodem modo dicatur *ad quintum*.

188 *Ad sextum* Nego antecedens. Non enim tenetur Deus impedire: sed utitur jure suo. Neque Deus desinit esse bonus, quòd nos nequam simus. *Ad septimum*, concedo antecedens: quia ut bene probatur, ea necessitas disjunctiva, non est disjunctum extremorum, sed libertas ipsa; atque adeò ea necessitas bona est; & nego consequentiam: quia, licèt, qui amat necessitatem determinatam extremi *A*, convincatur amare extremum *A*: non tamen qui amat necessitatem disjunctivam extremi *A* aut *B*. Ratio est: quia ideò illud est verum: quia amor necessitatis determinatæ ad extremum *A* æquivalet amori determinato extremi *A* quoad munus causandi ipsum extremum *A*: at amor necessitatis disjunctivæ, non æquivalet amori tendenti in disjunctum extremorum, vel in munere tendendi in ipsa, cùm non tendat: neque in munere causandi: cùm amor vagus nihil per se causet: quidquòd amor signi omninò indifferentis, & separabilis à malo, esse debeat esse, ne vagus quidem, amor mali?

189 *Ad octavum* dico Deum ipsâ voluntate obligante prohibere etiam rei præceptæ, & exercitè constituere statum actionis, juxta quem vel omitti debet, vel pravè fieri: exinde tamen Deus nullo tendit affectu in malitiam. *Ad nonum*, nego consequentiam: licèt enim præxistentia peccati sit ratio justificans punitionem, & gaudium; non verò est ratio lætificans. *Ad decimum*, concesso antecedente, nego consequentiam: quia ea, quæ Deo licent, & non nobis; nobis non sunt licita ex defectu alicujus dominii, & potestatis, quæ Deo non desunt: at amplexus mali, ideò nobis illicitus est, quia Deo impossibilis, utpote oppositus Primæ Regulæ honestatis. *Ad undecimum*, nego antecedens, ut efficaciter probabitur *in seqq.*

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

§. IV.

An præparatio divinæ Omnipotentiæ, formaliter requirat aliquam Dei volitionem erga concursum?

Conclusio secunda: Omnipotentiæ præparatio, non dicit conditionatā Volitionē.

190 Secunda Conclusio: Pro Divinæ Omnipotentiæ præparatione in actu primo, tàm remoto, quàm proximo impertinens est, & impossibile Decretum, quo Deus *velit concurrere, si creatura operatur*: Primò: quia talis conditio est omninò nugatoria. Secundò: quia concurrere Deum, si creatura operatur, est omninò necessarium: quod autem necessarium est, nequit esse materia Decreti liberi: ad quid enim, nisi nugatoriè decernatur, *quòd ille vocatur Petrus, si currit*? Quid quòd ipsa omnipotentia est indispensabilis necessitas, ne sine ipsâ cooperante operetur creatura: quid ergo muneris restaret huic Decreto? Tertiò: quia omnipotentia debet præintelligi præparata pro priori ad ipsum concursum: at ex vi talis decreti non sic esset: nam tale decretum non præstat effectum, nisi posità conditione, quæ in nostro casu est ipsa creaturæ determinatio, indistincta à Divino concursu.

Conclusio tertia: Nec requirit ullam erga concursum.

191 Tertia Conclusio: Divinæ Omnipotentiæ præparatio, formaliter imbibita, & requisita ad liberratem expeditam in actu primo proximo, nullam dicit Dei volitionem concurrendi. Probatur: Præcisim ab omni volitione Divinâ positivè concurrendi cum Creaturâ, potest intelligi sufficientissimè Divinæ Omni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

Omnipotentiæ præparatio requisita ad libertatem in actu primo proximo: ergo ea præparatio nullam dicit formaliter volitionem Dei circa concursum. Antecedens patet circa concursum ad peccatum: & ostenditur efficaciter: nam *imprimis* Omnipotentia præcisim ab omni volitione concursûs, imò & ab omni Decreto Dei, ratione immensitatis est propinquissima omni causæ secundæ: *Deinde* ipsâ est virtus universalissima, & necessitas concurrendi ad omnes effectus causarum secundarum, juxta proportionem, & naturam causarum, quibuscum cooperatur, nisi aliunde impediatur.

Fundamentum.

192 Iam sic arguo: Eòipsò quòd voluntas instructa sit Comprincipiis sufficientibus ad operandum cum jure se, & illa, & Omnipotentiam determinandi ad operandum pro libito, est sufficienter instructa in actu primo proximo, cum sufficientissimâ præparatione Divinæ Omnipotentiæ: atqui ut voluntas formaliter instructa sit comprincipiis sufficientibus cum jure se, illa, & Omnipotentiam determinandi pro libito, nulla formaliter requiritur Divina volitio positivè concurrendi. Quod probo: eòipsò quòd voluntas habeat comprincipia, cum exclusione principii necessitantis & impedimenti efficacis ad operandum est cum jure se, & comprincipia & Omnipotentiam determinandi pro libito: atqui hic nulla formaliter intervenit Divina volitio concurrendi: ergo. In hoc Syllogismo stat tota vis. Et minor patet: nam exclusio principii necessitantis & exclusio impedimenti efficacis ad operandum considerari possunt vel *activè & verificativè*, vel *passivè*, & *metaphysicè*: passivè & metaphysicè nihil sunt: carentia enim rerum passivè nihil est rei. Activè, formaliter, & verificativè vel est nolitio Divina Determinandi, & impediendi: quod exercitium per puram omissionem consummari posset, si esset alioqui possibilis: nulla igitur hic intervenit formaliter Divina volitio concurrendi; vel indistinguitur ab ipsâ congerie, Positivæ sufficientiæ ex se indifferentis, ut *infrà* exponam *num.* 218. & *seqq.*

Infrà à num. 218.

193 Probatur major: quia voluntas sic instructa potest operari; atqui non ex Determinatione Dei, sed ex propriâ: ergo voluntas sic instructa est cum jure se, & sua comprincipia & omnipotentiam determinandi pro libito. Consequentia bona est: & minor patet: quia ex omnibus coagentibus, sola voluntas est expedita ad Determinationem actionis: nam si supponitur exclusio principii necessitantis, & prædeterminantis, supponitur Deus præimpeditus ad determinandum. Major etiam patet: quia si voluntas non posset operari, impediretur efficaciter operatio creaturæ; at cum exclusione omnis impedimenti implicat impediri operationem creaturæ: ergo Creatura potest operari pro libito.

194 Et ratio omnium à priori est: quia, licèt, cùm operatio pendet ex determinatione Dei, nequit intelligi Omnipotentia, nisi per Decretum, cujus nutum sequatur in operando, atque adeò nisi per Decretum executivum operationis; at cum operatio pendet ex determinatione Creaturæ, non requiritur nisi non impeditio juris per instructionem potentiæ semel concessi: sicut enim Omnipotentia est necessitas sequendi determinationem Dei, si sit; ita etiam per seipsam est necessitas attemperandi se determinationi creaturæ, si non impediatur. Neque exinde fiet, æquè Deum se habere ad malum, ac ad bonum: quod multi timent. Primò: quia ad bonum sese attemperat mediis suasionibus ad ipsum: ad malum, mediis ipsis suasionibus ad bonum retrahentibus à malo. Secundò: quia licet præparatio Omnipotentiæ ita indifferens pro formali constitutivo nostræ libertatis non dicat affectum erga bonum; at eam non potest exequi Deus, nisi per affectum erga bonum.

§. V.

AN REQVIRAT NECESSARIO DECRETUM indifferens entitativè?

Conclusio quarta. Nequè requiritur Decretum indifferens entitativè P. Suarez.

195 QVæra Conclusio: potest stare, & offerri Concursus Indifferens Divinæ Omnipotentiæ, seu Divinæ Omnipotentiæ præparatio indifferens sine Decreto ex parte Dei entitativè indifferenti, seu indifferentiâ in essendo, vel contrapositâ connexioni. Hæc assertio, ex quâ multa pendent, videtur mihi Doctoris Eximii 1. *prolog. de Gratiâ. cap.* 5. & aliorum Authorum Societatis, si attendentè legantur. Ita video sentire novissimè Patrem Haunoldum *lib.* 1. *tractatu* 1. *cap.* 4. *controvers.* 2. *num.* 396. & ita sentire debent quotquot Nobiscum tenent indivisibilitatem Divinam in decernendo.

P. Haunoldus.

Probatio prima ex num. 192

196 Et probatur primò, ex *nuper* dictis: quia nequit non esse concursus indifferens Omnipotentiæ, seu ejus indifferens præparatio per constitutionem libertatis in jure se, suaque comprincipia, & Omnipotentiam determinandi: Ratio est: quia Omnipotentia ex se est indifferens conjungi cum operatione consensûs, & dissensûs: ergo si voluntas est in jure illâ determinandi; pro priori Omnipotentia præcedit indifferens, & alioqui parata concurrere. Nunc sic: nequit non esse voluntas constituta cum jure, se, & Omnipotentiam determinandi, si habeat comprincipia cum exclusione principii necessitantis, & impedimenti efficacis ad operandum: atqui stat bene, habere voluntatem comprincipia cum exclusione principii necessitantis, & impedimenti efficacis ad operandum sine decreto ex parte Dei entitativè indifferenti: nam & principium necessitans, & impedimentum efficax excludi possunt, aut per ipsam positivam conditionem comprincipiorum indifferentium: aut per decretum connexum cum una parte libertatis; neque ipsa excluduntur per prædefinitionem dependentem à Scientiâ Mediâ: ergo.

Probatio secunda:

197 Probatur secundò: Repugnat, quod voluntas habeat in se ex parte actûs primi comprincipia ad consensum, & in ipsis necessitatem, ne Deus impediat operationem, aut ne ipsam prædeterminet, quin eoipso habeat voluntas Omnipotentiam indifferenter præparatam, si talia comprincipia, & necessitas in ipsis imbibita non sint indifferentia. Patet hæc veritas ex *conclusione præcedenti*. Atqui ipsa comprincipia aliàs indifferentia possunt seipsis esse necessitas ne Deus impediat operationem Creaturæ, in quâ sunt, neve Deus prædeterminet: implicat ergo quòd voluntas habeat ea comprincipia sine concursu indifferenti Divinæ Omnipotentiæ. Minor probatur primò: nam ea comprincipia possunt esse conscientia connexa cum præcepto Divino de operatione, vel suasio boni Divina cum terrore à malo; ut plerumque accidit: hæc autè comprincipia per se sunt indifferentia; seque ipsis sunt passiva necessitas ne Deus impediat operationem, aut ne prædeterminet, ut patet. Probatur secundò generaliùs eadem minor: quia ut dicam *in tractatu de Attibus*, Indicii indifferentis, cum reliquis positivis comprincipiis conditio est, (ne fiant à Deo frustrà, & incassum) exercitè excludere à subjecto, in quo est, omnem necessitatem, & prædeterminationem ad opus, & omne impedimentum ipsius inevitabile: & exercitè ponere voluntatem in Dominio Actûs, quem velit eligere: ergo ipsa comprincipia aliàs indifferentia, sunt, se ipsis, descripta necessitas, ut manifestè docet citatus Haunoldus.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante. Tract. de Attib.

Haunold.

198 Nunc sic: atqui hujusmodi comprincipia unicè exæqui potest Deus per Decretum prædefinitivum dependens à Scientiâ Mediâ: Tùm quia connexio talis prædefinitionis ipsis non opponitur, nec eorum naturæ. Tùm quia ea necessariò erunt quod sunt, quovis modo decernantur à Deo. Tùm insuper: quia si juxta vos potest Deus per Decretum prædefinitivum imperare, & exequi præparationem indifferentem Omnipotentiæ Decreto indifferenti constitutam: quidni & hanc? Tùm demum: quia ea Prædefinitio necessariò manebit evitabilis, cum præcisim ab ipsâ sit jam Omnipotentia sufficienter, & indifferenter præparata: ergo talia comprincipia stare possunt sine Decreto Dei entitativè indifferenti: ergo & indifferens præparatio Divinæ Omnipotentiæ.

Probatio tertia: ex Discursu P. Suarez.

199 Probatur tertiò: ex discursu Doctoris Eximii *loco citato num.* 13. quem sic intelligo, & formo. Sit in Deo dependenter à Scientiâ Mediâ Decretum Prædefiniens *ordinis*, ut ajunt, *purè intentivi* circa consensum; & ex vi talis Decreti det Deus voluntati omnia immediata comprincipia, nihilque desit neque ex parte creaturæ, neque ex parte Dei, nisi Decretum entitativè indifferens. Sic argumentor. Ex vi talis Decreti, creatura habet omnia, quæ requiruntur ad operandum consensum: ut per se pateat nam sive necessariò, sive liberè operatura est. Atqui implicat, quòd operetur ex determinatione Dei: ergo operari debet ex pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

propriâ determinatione: ergo operatur determinando se, & Omnipotentia mi ergo sicut ista præcessit indifferens: ita & Omnipotentia: ergo Omnipotentia præparata est indifferenter. Sed nulla est facta suppositio Decreti entitativè indifferentis: ergo sine Decreto entitativè indifferenti salvatur Divini Concursûs indifferentia, & præparatio indifferens Divinæ Omnipotentiæ.

200 Omnia parent, præter minorem primi Syllogismi, quæ probatur. Primò: quia tale Decretum prædefiniens purè connectitur cum existentiâ consensûs ex determinatione Creaturæ, neque influit in consensum: imò est necessitas ne Deus determinet, aut impediat operationem Creaturæ: ergo Creatura vi talis Decreti nequit ab illo determinari: ergo nec determinatur à Deo. Secundò: quia Omnipotentiâ operari ex determinatione Dei est operari vi Decreti executivi, & ex præviâ connexione non respiciente aliud libitum nisi Dei: Atqui in suppositione, juxta quam loquimur, non est in Deo Decretum executivum, neque connexio non respiciens libitum creaturæ: ergo in eâ suppositione non potest operari Omnipotentia ex determinatione Dei: ergo neque Creatura: ergo solùm utrumque operatur ex determinatione ipsius Creaturæ. Tertiò quia bene compatitur cum ipsâ naturâ Decreti, efficax nolitio, quâ Deus se determinet ad non impediendam operationem Creaturæ, & ad non determinandam, ut patet, si pendeat à Scientiâ Mediâ: ergo præimpediri potest Deus in nostro casu ad determinandam operationem Creaturæ, & ad non impediendam: ergo operatio nequit esse ex determinatione Dei, sed Creaturæ.

Conclusio quinta: Cui Decreto efficaciter Prædefinitè, repugnat Decretum indifferens entitativè: & stat indifferentia libertatis.

§. VI.

An cum Decreto efficaciter Prædefinitivo stare possit Decretum indifferens entitativè?

201 Quinta Conclusio: cum Decreto efficaci Prædefinitivo *suprà* explicato, stare potest indifferentia Divini concursûs in actu primo; stare nequit Decretum entitativè indifferens in essendo, atque adeò Divinæ Omnipotentiæ præparatio constituta per tale decretum indifferens. Prima pars sequitur ex *dictis*, & constabit ulteriùs ex *dicendis*. Probatur prima pars primò, ex discursu rem in hanc anticipato, cui duximus dandum intentum præsens: *Suprà num.* 112. quem hic repetere, esset abusus otii. Ibi relege.

Suprà lib. 2. num. 46. & infrà à num. 218.

Prima Probatio ex num. 112. resolutabilis.

202 Probatur secundò ad hominem: quia si stare posset Decretum indifferens cum prædefinitivo, deberet imperari à Prædefinitivo; at eò ipsò nequit esse indifferens: quod omissis multis ex actuû Divinorû *immperabilitate, & necessariâ reflexione* supra ea omnia quibus coëxistunt, & à quibus suo modo fluunt, quæ partim *suprà*, partim *tract. de Incarnat.* jà ursimus, ostendo sic ex Doctrinâ plausibili apud eos, quos impugno. Repugnat saltem in Deo existere actum imperatû, nisi ex imperio intellectuali repræsentante præhabitum actum voluntatis, à quo inducitur; & quidem ut actus imperatus se conformet *rationaliter*, & *signatè* beneplacito prævio præsupposito actûs. Hæc est Doctrina vestra: atqui eò ipsò actus imperatus nequit esse indifferens: nam nequit esse non connexus cum notitiâ experimentali Prædefinitionis, ipsam necessariò, & essentialiter præsupponente: ergo nequit non esse connexus cum ipsâ Prædefinitione: ergo nequit manere compossibilis cum absentiâ Prædefinitionis: ergo nequit manere entitativè indifferens.

Secunda ad Homines. Exque dictis suprà lib. 6. à num. 358. & in Opere de Incarnat.

Tertia Probatio ex dictis lib. 6.

203 Probatur tertiò: quia semper mihi videtur irreconciliabile in discursu Modernorum, quòd istud Decretum indifferens imperetur à Prædefinitivo: aliter autem componi non possunt: & ratio difficultatis est: quia juxta Adversarios Decretum indifferens ita dicitur esse primarium, ut sit naturâ prius prædefinienti: quomodo ergo quod est naturâ prius, induci, & quasi causari potest ab eo, quod essentialiter est naturâ posterius? Vide *suprà lib. 6. à num. 578.*

Suprà num. 578. Quarta Probatio.

204 Probatur quartò, & absolutè: Imperare sibi per affectum efficacem objecti, affectum, vi cujus imperans paratus sit manere sine objecto, est imperare sibi aliqualem sui affectûs retractationem, & pœnitentiam: quod ne in homine quidem cordato locum habet: ergo per affectum efficacé objecti nequit Deus imperare sibi inefficacem affectum: ergo neque per Decretum prædefiniens, Decretum indifferens: at aliter componi nequeunt: ergo componi simpliciter nequeunt.

205 Vrgeo difficultatem sic: Decretum efficax de existentiâ objecti, est dispositio voluntatis, vi cujus manere vult connexa cum existentiâ talis objecti, & necessitas coëxistendi cum tali objecto: Decretum indifferens est dispositio voluntatis, vi cujus quantùm est ex se, manet inconnexa, & vult manere inconnexa cum existentiâ talis objecti: ergo imperare sibi per affectum efficacem objecti affectum inefficacem, est imperare sibi contradictorium ejus, quod ipsâ vult efficaciter. Declaro me: Decretum indifferens, est voluntaria indifferentia voluntatis ad gaudium de tali objecto: Decretum efficax est voluntaria determinatio voluntatis ad gaudium: quomodo ergo ex istâ determinatione, imperari, & induci potest illa indifferentia? Confirmatur: quia irrationabile est, ex Decreto absoluto circa existentiam objecti nasci Decretum conditionatum ipsius: quis enim non videret, qui sic vellet: *Volo, quòd mihi absolutè des librum; & volo velle, quòd des si vis, alioquin non*? ergo similiter irrationabile est, quòd ex decreto efficaci possit oriri indifferens: quod semper æquivalet conditionato. Alia *alibi* tetigi.

Præsertim de Incarn. lib. 3. disp. 2. num. 70. & 76. Evasio PP Aldrete. Quiròs, & Herrera.

206 Dices nunc ex Aldrete, Quiros, & Herrera: opponi quidem Decretum efficax rei exturæ ex determinatione volentis, cum Decreto indifferenti circa ipsam: At Decretum efficax rei, ut exturæ ex determinatione alienâ, non opponi cum decreto indifferenti circa ipsam: imò Decretum illud efficax, exigere istud: & ratio est: quia cùm sit Decretum efficax rei, ut exturæ ex determinatione alienâ, exigit, quidquid in Deo opus est ut res non sit ex determinatione Dei, sed alienâ. Ad hoc autem opus est, ut Deus decernat indifferenter omnipotentiæ concursum, nempe per Decretum nolens determinare, & nolens alioquin impedire operationem Creaturæ: cum efficaciâ autem Prædefinitionis quis renuat posse componi Decretum nolens determinare, & nolens impedire: in quo consistit Decretum indifferens?

Refellitur.

207 Bene, tria sunt hic: *Nolle determinare: nolle impedire*; & hoc præstare *per Decretum indifferens*. Contendo, cum Decreto prædefiniente cõponi non posse hoc tertium: & illa duo præstari per ipsum. Contra: imò, sic argumentor: ipsa Prædefinitio ipsâ est præcisim à decreto superveniente necessitas non determinandi, & necessitas non impediendi: ergo si id exigitur, ut res sit ex alienâ determinatione, superfluit Decretum superveniens. Imò repugnat: quia non est munus, quod sibi restet: & aliqui manet semper eadem difficultas: nam nolle determinare, & impedire per affectum, quo alioquin Deus vult manere connexus cum existentiâ objecti, quomodo potest inducere affectum, quo nolit impedire & determinare, volens quantum est ex se manere sine objecto. Contra secundò &

Aranda de Deo.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Primò

Secundò Probatio quinta mihi efficax P. Fræcisco Vbarri

208 Probatur quintò ex formâ discursûs, quam uni ex Discipulis ex parte debeo: sic argumentor: efficax Prædefinitio consensûs est metaphysica determinatio divinæ voluntatis ad coëxistendum cum consensu ponendo ex determinatione creaturæ; sed talis necessitas, seu determinatio est incompossibilis cũ subsecutâ indifferentiâ ejusdem voluntatis ad coëxistendum cum consensu ex determinatione creaturæ ponendo: ergo & ipsa Prædefinitio. Atqui Decretum indifferens ad consensum & dissensum est libera, & voluntaria indifferentia divinæ voluntatis ad coëxistendum cum consensu etiam ut ponendo ex determinatione creaturæ: nam est status voluntariè electus, compossibilis cum consensu, & cum dissensu: neque aliter potest Voluntas constitui voluntariè indifferens, quâ per decretum hujusmodi: ergo Prædefinitio nequit componi cum tali decreto indifferenti, ipsum inducendo, & imperando: induceret enim id ipsum quod ipsa voluntas exercitè efficaciter rejicit. Omnia bene descendunt ex primo Syllogismo: cujus

209 Major patet: quia Prædefinitio, licèt non sit determinatio Omnipotentiæ ad operandum, neque vis impulsiva voluntatis humanæ ad consentiendum, neque electio determinativa consensûs præ dissensu, est tamen efficax electio Divinæ voluntatis, quâ respectu habito ad determinationem voluntatis, se determinat Divina voluntas ad connexionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

cum consensu. Probatur minor: quia Determinatio quævis in suo genere est impeditio & sublatio indifferentiæ ejusdem ad idem, ad quod est determinatio: incompatibilia enim sunt, determinari ad volendum, & manere cum indifferentiâ ad volendum pro eoipso signo, quo est determinatio, ut per se patet: ergo voluntaria determinatio voluntatis Divinæ ad coëxistendum cum consensu ex determinatione creaturæ ponendo, nequit nō impedire pro suo signo & pro sequentibus, voluntariam indifferentiam divinæ voluntatis ad coëxistendum cum eo consensu ex determinatione creaturę ponendo. Ex quibus patet, stare posse practicam indifferentiam Omnipotentiæ, seu indifferentiam Divini Concursūs, sine affectivâ indifferentiâ ex parte Divinæ Voluntatis: sunt enim inconvertibilia interse mutuò.

§. VII.

QVOD DECRETVM REQVIRATVR AD Præparationem Omnipotentiæ? & quomodo se habeat ad libertatis constitutionem?

Conclusio sexta: Decretum indifferens entitativè repugnat.

210 SExta Conclusio: Licèt in Deo dari possit, & pro dispensatione nostræ libertatis omninò debeat Decretum entitativè indifferens in causando, seu indifferentiâ contrapositâ determinationi; dari tamen nequit Decretum entitativè indifferens in essendo, sive pro collatione libertatis, sive pro præparatione Divinæ Omnipotentiæ in actu primo. Prima pars explicata est *suprà nu.* 82. ad quæstionem octavam cum de Naturâ Prædefinitionum loqueremur: Et mox explicabitur rursus, & probabitur *à num.* 216. Secunda pars, quæ videtur difficilis, Probatur primò: ex doctrinâ generali de *indivisibilitate Divinâ* in decernendo. Secundò: ex his omnibus, quæ latè fudimus *lib. præced.* pro *necessitate præcedentiæ* Scientiæ Mediæ. Tertiò: quia juxta *super* dicta cum Prædefinitione stare nequit voluntas indifferens; at Prædefinitio pro omni Actu honesti pro vidēntiâ necessaria est ex *sect. præced.* & similis connexionis volitio pro cujuscumque operationis providentiâ ex necessitate præcedentiæ Scientiæ Mediæ.

Probatur multipliciter ex lib. 3. de Incarn. & ex præced. lib. 6.

Efficax cōfirmatio:

211 Confirmantur hæc omnia, ratione, nisi fallor, efficaci: Implicat liber Divinæ voluntatis actus non subsecutus ad ea, quæ necessariò & independenter ab ipso, constituunt Divinam libertatem in actu primo: ut latè *suprà* probatum est: sed omne Dei Decretum est liber Divinæ voluntatis actus: ergo implicat non subsequi ad ea, quæ necessariò & independenter ab ipso constituunt Divinam libertatem: ergo implicat non subsequi ad Scientiam Mediam. Atqui implicat subsequi ad Scientiam Mediam sine connexione cum ipsâ: ergo implicat subsequi cum indifferentiâ ad ipsam & nō ipsam: ergo cum indifferentiâ ad objectum oppositum objecto Scientiæ Mediæ: ergo cum indifferentiâ entitativâ. Probo minorem, quæ subsumpta est: nam subsequi ad Scientiā Mediam non est præcisè coëxistere Scientiæ Mediæ: ergo est aliquid præter præcisè coëxistere: sed nihil aliud potest esse, quàm connexio Decreti cum hac Scientia Media, ut constituente Divinam libertatem ad ipsum, & non ipsum: ergo. Quidquòd ea coëxistentia Decreti cum hac Scientiâ Mediâ non est in Deo inamata, & præter intentionem. Vide *lib. 6. præced. à nu. 357. & à nu. 360.*

Ex dictis lib. 6. Suprà lib. 6. à n. 357. & 360.

Evasio Quirōs, & aliorū reprimitur.

212 *Dices* ex Quirōs: tale Decretum ex se præcedi essentialiter à Scientiâ Mediâ, non tamen determinatè ab hac, sed ab hac, vel ab illâ. Non solvis argumentum: sit in Deo determinata Scientia Media de consensu: accedat Decretum Dei: nunc sic: hoc decretum supponit per te pro priori hanc Scientiam Mediam: ad id autem non sufficit præcisa coëxistentia Decreti cum Scientiâ Mediâ: alio quin omnis notitia coëxistens affectui, esset illo prior.

Alia ex Avēsanis reprimitur.

213 *Dices* ex aliis: Scientiam Mediam non esse aptam præcedere ad tale Decretum, quia hoc decretum prævidetur ab ipsâ ex parte hypothesis indepēdens à Scientiâ Mediâ. Contra primò: quia tale Decretum non prævidetur ex parte hypothesis. Secundò: quia tale decretum est imperabile per decretum directum ex Scientiâ Mediâ, ut Vos dicitis: ergo Scientia Media apta est ipsum præcedere. Tertiò: quia redeunt hūc omnia argumenta facta pro *necessitate* præcedentiæ Scientiæ Mediæ. Et semper mihi est imperceptibile, quòd haberi possit libere affe-

Lib. 6. à num. 330.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Conclusio septima: Nihilominus est ex iraquiditativè, requiritur Decretum. Et quale?

affectus à Deo sine præsuppositione omnium, quæ se tenent ex parte libertatis Divinæ & alioquin independent ab ipso.

214 Septima Conclusio: Nihilominus dari nequit Divinæ Omnipotentiæ præparatio sine Decreto Divinæ voluntatis: cujus duo sunt officia ex munere præparandi, modo quo debet, & ad ipsum attinet, Divinam Omnipotentiā. Prima pars probatur: quia nequit dari libertas in Creaturâ, quæ concessa non sit à Deo, atque adeo quæ non sit orta ex Divinâ Voluntate, mediante aliquo ipsius actu: libertas autem creaturæ, sine præparatione Divinæ Omnipotentiæ stare non potest ex *suprà* dictis.

Suprà nu. 176.

215 Secunda pars explicatur & probatur: Nam nequit intelligi libertas Creaturæ, & attemperatio Divinæ Omnipotentiæ ad ipsius arbitrium, sine *duobus*: quorum *alterum* positivum sit formaliter; *alterum* formaliter negativum. *Primum*, & positivum, est congeries principiorum ex se indifferentium & subordinatorum arbitrio voluntatis: mediis quibus proximè continet operationem. *Alterum*, & negativum, est exclusio prædeterminationis ad unum, & efficacis impedimenti ad operandum. His præcisè conceptis, intelligitur Voluntas potens operari pro libito: quare Decretum Dei ex munere præparandi Omnipotentiam indifferenter, & offerendi concursum ipsius indifferentem arbitrio Creaturæ, præter collationem principiorum (si fortè passiva ipsa collatio principiorum nō sit positiva illa exclusio, ut innui cum Haunoldo *num.* 197.) hæc duo præcisè debet habere: nempe nolle, quòd Deus prædeterminet Creaturam ad operandum, & nolle, quòd Deus operationem impediat: Vbicumque sint hæc, dabitur decretum requisitum ex parte Dei pro indifferenti præparatione, ut liquet ex tertiâ & quartâ Conclusione.

Haunold. Suprà nu. 197.

Conclusio octava: qualis esse debeat indifferentiā

216 Octava Conclusio: Indifferentia requisita in Decreto ad Divinæ Omnipotentiæ præparationem necessario, non debet esse entitativa, seu in essendo, & contrapositā connexioni; sed indifferentia in causando, seu contrapositā determinationi. Prima pars patet ex 4. 5. 6. & 7. conclusione: & urgetur: nam muneta, quæ præcisè sunt ex *numero precedenti* necessaria pro Divinæ Omnipoten

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

tiæ præparatione, sunt; necessitas ne Deus determinet, & necessitas ne Deus impediat operationem: at neutra necessitas exigit in Decreto entitativam indifferentiam, neutraque excludit connexionem attemperatam arbitrio, ut patet in ipsâ Prædefinitione dependente à Scientiâ Media. Secunda pars ostenditur, quia indifferentia contrapositæ determinationi est incapacitas determinandi, & impediendi operationem: estque affectus vi ullius connexionis impotens facere, ne creatura sit quæ determinet in operando, se, suaque comprincipia: atqui in Decreto præparanti Omnipotentiam, requiritur ista incapacitas determinandi, & impediendi: ergo requiritur, & sufficit ista indifferentia attemperationis, seu contrapositæ determinationi.

Conclusio nona: Decretum nō constituit libertatē Creatam.

217 Nona Conclusio: Decretum in Deo necessarium, ut paretur indifferenter concursus Divinæ Omnipotentiæ, non constituit libertatem proximā creaturæ, sed se habet extrinsecè ad illam: neque determinatum est, sed tale, ut sine ipso, & per aliud staret tota libertas proxima creaturæ, & præparatio Divinæ Omnipotentiæ constitutiva libertatis. Ratio Conclusionis est, primò ex *super* dicendis: ubi præcisim à decreto constituitur præparatio Divinæ Omnipotentiæ. Secundò: quia libertas proxima Creaturæ est signum indifferentiæ contrapositæ connexioni, & determinationi: ergo nequit constitui per aliquam connexionem cum unā parte libertatis potiùs, quàm cum aliā. At nullum Decretum Dei præscindi potest à tali connexione, vel ex efficaciā sui, vel ex præsuppositione Scientiæ Mediæ, vel aliunde: ergo. Quare Decretum Dei, quod intervenit ad præparandam Divinam Omnipotentiam non est *proxima præparatio* ipsius, id est, præparatio, quæ *intrat proximam potestatem* libertatis: neque *præparatio formalis*: dicique potest *remotè*, & *activè* præparare Divinam Omnipotentiam indifferenter ad partem utramlibet, quatenus ab ipso fit, aut pender *formalis præparatio*, vi cujus manet Omnipotentia indifferenter attemperata ad arbitrium Creaturæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædefinante.

§. VIII.

IN QVO DEMVM CONSISTAT FORmalis Præparatio Divinæ Omnipotentiæ ad actus liberos: & Doctrinæ applicatio ad præcedentes.

Conclusio decima: In quo consistat formalis Præparatio Divini Concursûs, seu Omnipotentiæ?

218 DEcima Conclusio: Formalis, quidditativa, Indifferens, & exercita præparatio Divinæ Omnipotentiæ, seu Concursûs indifferentis in actu primo (quæ nempe & indifferens est secundùm se, & constituit indispensabiliter libertatem proximam in actu primo) consistit in passivâ exhibitione principiorum ex naturâ suâ indifferentium, subordinatorum potentiæ Creaturæ ad operandum, cum exclusione omnis principii necessitantis, & prædeterminantis, & omnis impedimenti inevitabilis. Explicemus Conclusionem, & mentem in ipsâ Nostram, postea faciliè probaturi.

Explicatio conclusionis.

219 Itaque hæc Præparatio Omnipotentiæ, neque est metè formaliter negativa: neque merè formaliter positiva: est negativa formaliter, quatenus dicit exclusionem impedimenti inevitabilis, & principii determinantis: est formaliter positiva, quatenus dicit principia ex se instituta ad operandum, & subordinata ex se potentiæ volitivæ Creaturæ, quæ cùm non fiant à Deo frustrà, ex se habent subordinare formaliter potentiam à quâ fiunt, ipsi voluntati, nisi extraordinariè impediantur (si fortè possunt:) quare præcisè cum exclusione impedimenti inevitabilis, & principii prædeterminantis, ex se, & per se exercent vim suam positivè, & exercitè attemperant voluntati ipsam Omnipotentiam: In ipsis enim, & per ipsa formaliter acceptus est à Voluntate ille quasi condescensus Omnipotentiæ, ut nequeat exinde operari nisi ex determinatione Voluntatis.

Lib. 3. nu. 144. & suprà à num. 197.

Exclusio lædentis libertatē in quo plerumque consistat?

220 Dixi notanter *cum exclusione, & si fortè possunt.* Nam primò, ut notavi jam *suprà lib. 3. à num. 144.* & nuperà *num. 197.* certum est mihi, exclusionem hujusmodi omnis Principii necessitantis, & Prædeterminantis, & omnis impedimenti inevitabilis, *plerumque* consistere in ipsâ congerie Principiorum positivorum constituentium libertatem: quibus ex speciali conditione repugnat accessio necessitans, prædeterminans, & inevitabiliter impediens: v. g. si libertas importet conscientiam connexam cum præcepto Divino de operatione, vel supernam suasionem Boni, cum terrore à malo: vel similes actus. Nam in hoc casu, exclusio, licèt explicetur per negationem, verificativè consistit in hujusmodi Actibus habentibus se ex parte potentiæ, qui nec divinitùs quidem impediri possunt, (præterquam ab ipsâ creaturâ gaudente jam suo jure) ab operatione, sine falsificatione: quæ alioquin ipsis impossibilis est.

An sempèr in judicio indifferentiæ Tract. de Actib. Haunold.

221 Secundò; licèt non certum, est tamen mihi valde verosimile ex his quæ dixi *disputando de Actibus* (& ad quæ, post hæc scripta, video pleno gradu, Haunoldum accedere in præsenti) complexum potentiæ sufficientis per principia ex se indifferentia constitutæ, & judicii indifferentis, per se metaphysicè repugnare omni Principio, seu Rationi necessitanti, vel Prædeterminanti, & omni impedimento inevitabili. Nam ad quid perditio hæc? si complexum plenè sufficiens, & indifferens, frustrari potest ab ipso, qui confert? Quare ipsa exercita constitutio talis complexi, est passiva dispensatio Divina, & creata acceptio, quâ Voluntas manet in jure quasi privativo se, & comprincipia, & inter ipsa Omnipotentiam ipsam determinādi pro libito. Quod si ita est, illa exclusio, licèt metaphysicè, & voce, explicetur, per negationem, positivè consistit etiam in ipso complexo indifferentis sufficientiæ.

Quid si passivè sit in hiis?

222 Si verò positiva comprincipia libertatis, ex se indifferentia, extraordinariè impediri possint ab effectu, vel prædeterminari, tunc ad conceptum formalis præparationis, de quâ loquimur, adjungi debet exclusio omnis rationis necessitantis, prædeterminantis, aut inevitabiliter impedientis: quæ exclusio, licèt activè, & verificativè reducatur ad aliquid positivum, v. g. *Decretum Dei*, metaphysicè, & quasi passivè est nihil: quo præcisè verificato, Principia illa positiva, instituta ad operandum, & vim habētia approximandi, & attemperādi creatæ volūtati Omnipotentiam à quâ ex hoc fine fiunt, per semetipsa, nisi extraordinariè impediatur; per semetipsa, *nquâ*, munus implent suæ institutionis, & ordinationis; habente se illo conceptu negativo, ut pure removente prohibens hujus muneris impletionem. Vnde, cùm *exclusionis* prædictæ, non sit *influere*, sed *removere*, per ipsum nihil eorum, quæ prohiberent, manet sufficienter, & expedita, & præparata Omnipotentia, & constituta libertas. Explicatæ sic conclusionis

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædefinante.

Alterum.

Ratio.

223 Ratio jam est facilis: quia, cùm Omnipotentia sit necessitas determinatissima operandi si Creatura operetur: & alioquin non operetur frustra, necesse est ut ipsa exhibitio passiva Mediorum ad operandum, quæ per se instituta sunt & subordinata Creaturæ, ipsâ eâ actione quâ fiunt ab Omnipotentiâ, condescendere faciat, & attemperet adinstar cujusdam habitûs ipsam Omnipotentiam, sine quâ sunt frustra, ipsi potentiæ cui exhibentur, nisi extraordinariè impediantur: (si fortè possunt:) atqui definunt impediri per præcisam exclusionem præviæ prædeterminationis, & impedimenti inevitabilis: ergo eâ exhibitio præcisè cum eâ exclusione passivâ, sive distinctâ, sive indistinctâ modo nuper explicato, exercitè approximant, & attemperant necessariò voluntati Creaturæ Omnipotentiam juxta naturam talium mediorum: ergo cùm sint ex se indifferentia, intelligitur Omnipotentia indifferenter præparata in actu primo proximo cum jure quasi privativo determinandi pro libito operationem. Quidquòd ex *num.* 192: si cætera non desint, & intelligatur exclusio principii necessitantis, & impedientis, non potest non intelligi præparatio Divinæ Omnipotentiæ.

Suprà nu. 192.

Conclusio undecima: Optata eōcordia.

224 Vndecima Conclusio: & illatio: Bene stat cum Prædefinitionum *efficaciâ, necessitate*, Decretorumq; *indivisibilitate*, Concursus indifferens Omnipotentiæ, seu Præparatio indifferens Divinæ Omnipotentiæ. Patet: nam illæ suppositiones neque tollunt neque tollere possunt totâ suâ connexione, ne exhibitio mediorum conjuncta sit cum prædictâ exclusione: atque adeò cum Præparatione Divinæ Omnipotentiæ. Vbi

Notanda maximè quatuor. Primum.

225 *Nota*, primò, totam præparationem Divinæ Omnipotentiæ, quæ se tenet ex parte actûs primi creati, & indifferens est, per se non pendere à Decreto Prædefinitivo, cùm possit exhiberi per aliud non connexum cum consensu, sed vicever sâ cum dissensu: unde præcisim ab ipso decreto, ex quo ponitur, & independenter ab ipso, intelligitur, & dari potest tota potestas, & præparatio indifferens ad consensum, & dissensum: atque adeò potestas evitativa, vel acquisitiva decreti, ex quo sit. *Nota* secundò; sicut in Sententiâ communi constituente præparationem Omnipotentiæ per Decretum indifferens, censetur conciliari libertas cum Prædefinitione, quia licèt prædefinitio imperet decretum indifferens, & alia comprincipia; talis naturæ sunt Decretum indifferens, & comprincipia, ut per se non pendeant ab ipsâ suppositione Prædefinitionis: atque adeò stare dicunt posse signum indifferentiæ cum potestate evitativâ ipsius Decreti Prædefinientis: ita & nos. *Nota* tertiò: signum indifferentiæ juxta nostra principia semper manere invariatum, & integrè constitutum, sive per prædefinitionem Deus ponat, sive per aliud Decretum. *Nota* quartò: Decreta, eatenus dici præparare Omnipotentiam indifferenter, quatenus seipsis sunt necessitas, ut determinatio actionis maneat penès Creaturam, & dispensant ipsi ea, per quæ Omnipotentia ad agendum, *passivè se sistit* arbitrio Creaturæ: idque est Deum constituere Creaturam in manu consilii, offerendo indifferenter concursum suæ Omnipotentiæ. Per quæ patet nostrorum Principiorum concordia cum indifferenti Præparatione Divinæ Omnipotentiæ. Relitat vincere nonnullas difficultates.

Tertium.

Quartum.

§. IX.

DIFFICVLTATES CONTRÀ PRÆCEdentem explicationem superantur.

Difficultas prima ex casu extrinseci Auxilii.

226 PRima difficultas occurrit, casu quo Deus elevare velit voluntatem ad liberè operandum per auxilium extrinsecum, suæ videlicet Omnipotentiæ specialiter assistentis, & supplentis defectum intrinsecum comprincipii: in eo enim casu requiritur specialis Dei volitio, quâ velit supplere defectum intrinseci comprincipii, & quo voluntas reddatur quasi habens in se vires ad operandum, ut dicetur *lib. 12. à num. 197.* ergo in tali ex-

Infrà lib. 12. à num. 197.

su

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providẽt. & Prædefinante. Vincitur.

su præscindere nõ potest constitutio proximæ libertatis à Decreto Divino: quod cùm juxta nos nequeat esse indiferens, nequit constitui indifferenter potestas. *Occurro, & assero* neque in tali casu ingredi constitutionem libertatis, Decretum Dei, sed præsuppositivè se habere: & ratio est: quia ipsa Gratia auxilians, à quâ in tali casu præscindi non potest, (præsertim si conjuncta sit cum obligatione operandi) est necessitas, ut Omnipotentia suppleat defectum principii intrinseci ad operationem tali statui congruam: unde complexum ex eâ Gratiâ, & Omnipotentiâ cum præexplicatis exclusionibus *à nu.* 220. præcisim à Decreto constituit cum voluntate proximam potestatem juxta determinationem Creaturæ. Neque enim frustrà est in voluntate Gratia auxilians; & Omnipotentia, nisi positivè impediatur, de se apta est sequi determinationem Creaturæ.

Difficultas secunda casu quo Deus vellet necessitare, vel impedire? Vincitur multipliciter.

227 Secunda difficultas: quid si Deus vellet necessitare Creaturam; aut impedire; estò det comprincipia; ut in causis necessariis solet, & potest? *Occurro: imprimis*: in causis necessariis ipsum esse determinatorem operis; nec eas ad rem objici. *Secundò*: non est ita verum, posse, positis omnibus comprincipiis indifferentibus secundùm se, à Deo superaddi vim prædeterminantem, vel libertatem impediri, aut tolli: de quo dicetur *in tractatu de Actibus*. Revide nuper dicta *à num.* 220. *Tertiò*: in eo casu deesse exclusionem, quam requisivimus, ut exhibitio comprincipiorum exerceat vim suam: & is casus extraordinarius est, & ipsi modo operandi non connaturalis.

Instantia solvitur ex dictis à nu. 220.

228 Dices: at ea exclusio necessariò constitit in Divinis Decretis. *Respondeo*: unius rei nõ dari solùm unam exclusionem, sed multiplicem: tot nempè, quot efficacia impedimenta rei sunt. Dico igitur: eas exclusiones activè, & primario, & quasi originaliter semper stare in Decretis Divinis: stare certò plerumque etiam positivè in speciali naturâ principiorum juxtà *num.* 220. fortè etiam semper; si verò passivè, metaphysicè, & in congerie principiorum plenè sufficientium, & indifferentium, *ex num.* 221. concipiantur, ut *num.* 222. semper esse nihil; neque enim formaliter, & metaphysicè res deficit per esse, sed per non esse: quare positivè, & in nobis sola est ipsa exhibitio principiorum: si principia complexè sumpta impediri possunt ab opere.

Difficultas tertia ex conceptu Applicationis. Vincitur.

229 Tertia difficultas: videmur esse contenti negativâ præparatione Omnipotentiæ: quod in terminis implicat: nam impedire non est præparare: loquimur autem de præparatione Omnipotentiæ. *Occurro* imprimis, non contentos nos esse Præparatione putè negativâ; ut explicatum est *num.* 219. *Deinde* aliud est, loqui de præparatione constitutivâ libertatis, & aliud de modo, quo eam exercet Divina Voluntas: exercet enim semper per Decreta, per quę confert ipsam libertatem. Præparatio verò constituens, aliquid a Decreto est. Nota, quòd aliqui hic assumunt has voces *applicatio Omnipotentiæ, & Omnipotentiam applicari*; quas audio cum scrupulo semper: sonant enim plusquam intendimus, & simpliciter eam positivam inclinationem, quam exercet Divina Voluntas circa res à seipso, & ab Omnipotentia determinandas; at circa res, quæ non determinantur ab Omnipotentiâ, simpliciter apud me non *applicatur* Omnipotentia, nisi per determinationem operantis.

Difficultas quarta ex paritate ad malum. Vincitur.

230 Quarta difficultas: videmur æquali modo constituere Deum, ejusque influxum circa malum, ac circa bonum. *Occurro* primò: quia ea præparatio dicit consilium ad bonum, & Divinam retractionem à malo. Secundò: ea præparatio, licèt constituivè non dicat decretum Dei, tamen exhibetur per Dei Decretum volens bonum, *& odio habens iniquitatem*, & semper conferens libertatem ex fine boni operis.

Difficultas quinta de causis necessariis. Vincitur.

231 Quinta difficultas: quid si Deus solus operetur, aut operetur cum causâ necessariâ? *occurro*: quoties Deus operatur, ita ut determinatio operis spectet ad ipsum, tunc Omnipotentiam reddi proximè operativam per Dei decretum: quia sequi debet nutum suæ voluntatis: at nos sumus in casu longè diverso.

Difficultas ultima de Determinatione quoad individuum. Vincitur primò contra Vazquez.

232 Ultima difficultas: quomodo stet cum prædictis Doctrinis, Divina, quam fateri debemus, determinatio quoad individuum: hæc enim sine Divino Decreto non potest intelligi? *Occurro duplicitèr*: Primò asserendo, cum Vazquez citante pro se *tom. 1. in 3. part. disp. 74. cap. 5.* Scholasticos antiquiores, & inter ipsos, Aristotelem, Sanctum Thomam, & Schotum, quos novissimè sequitur Pater Sylvester Mauri *de Generatione quæst. 23.* Determinationem ad effectum individuum figillari jam, & præinvolvi in ipsis circunstantiis individualibus Potentiæ Proximæ ultimò expeditæ ad operationem. Unde ista determinatio non est electiva, (ut multi, determinationis sono decepti, putant cum Oviedo) inter individua ipsa *A*, & *B*. sed purè naturalis, consistens in ipsis Agentibus tam liberis, quàm necessariis, completis ultimò ad operandum, necessitatis exinde ex limitatione, & coarctatione circunstantiarum individualium, vel non operari, vel operari per *A*, v. g.

Aristotel. S. Thom. Iabor. Mauri.

?Oviedo.

Determinatio quoad individuũ in quo cõsistat?

233 Et ratio sic discurrendi est primò: quia sicut in complexione specificâ causæ, & comprincipiorum, datur hæc necessitas, vel non operandi, vel operandi speciem certam: ita in complexione individuali, dari debet hujusmodi necessitas, vel non operandi, vel operandi per certam individuationem. Et paritatis species nititur in eo, quod hic ordo, qui per se est, videtur esse melior. Secundò: quia ex terminis videtur absonum, Potentiam proximam esse constitutam in se ad operandum, & alioquin ex iis ipsis, ex quibus manet constituta, operari non posse: sic autem eveniret si ex parte actus primi non esset jam determinata ad individuum per ea ipsa, per quæ ultimò constituitur potens. nam cùm infinitum existere actu nequeat, nec omnes effectus, simul produci possint; Potentia proxima, si secum non involvat ordinationem ad operationem determinatam, manebit impotens operari: quod repugnat in terminis. Ex hoc autem discursu, difficultas plenè vincitur.

Vincitur Secundò, in Sententiâ communiori. P. Suarez Ribaden.

234 Secundò asserendo, cum Sententiâ apud Modernos communiori, quam specialiter illustrat Doctor Eximius *disp 5. metaph. sect. 3. & disp. 22. sect. 2.* Determinationem quoad Individuum à Causâ Primâ esse, sed præcisè consistere in *exclusione* omnium aliorum individuorum præter unum, cujus electio relinquitur voluntati: unde dixit bene Ribadeneyra Deum non determinare ad Individuum positivè, sed negativè; quatenus permittit unum, excludit verò cætera individua. Et inde melius dixit *Recens Ingeniosus*, Determinationem liberam ad hunc individuum amorem, v. gr. præ ejus omissione, pertinere simpliciter ad voluntatem: determinationem verò liberam ad hunc individuum amorem præ alio amore, pertinere partim ad voluntatem: partim ad Deum. Nam hæc determinatio dicit fieri liberè hoc individuum: & id voluntatis est: & dicit alia non fieri: & id solius est Dei nolentis ad ipsa concurrere: quare benè stat cum præjactis doctrinis, ea, quæ defendi debet circa determinationem individuationis.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providẽt. & Prædefinante. P. Theod. Mauris.

Instantia.

235 Dices: saltem ea exclusio cæterorum actuum præter, *A* v. g. constituit proximam libertatem: est enim coartatio, & limitatio virium æquè singula individua continentium, & æquè egressurarum in singula, secundùm se: sed ea exclusio necessariò consistit unicè in Decreto Divino nolente cæteros actus ex centum præter *A*: ergo saltem Decretum aliquod constituit proximam libertatem, & præparat Omnipotentiam, entitativâ indifferentiâ: ergo, &c.

Solvitur ex Doctrinâ notandâ.

236 Respondeo, & dando eam exclusionem cæterorum actuum præter *A*, consistere in Divinâ nolitione, quòd fiant: Nego sequelam majoris: quia voluntas cum positivâ sufficientiâ ad individuum *A*, & prædictis illis exclusionibus objectivis omnis prædeterminantis, & inevitabiliter impedientis ad *A*, manet sufficienter constituta, & limitata ad ipsum *A*. Ratio est: quia exclusio omnis impedimenti inevitabilis est necessitas, ut Deus dispenset comprincipia per providentiam illam exclusivam. Nam cùm ipsa amplitudo potentiæ sibi noceat, utpotè virtus sine jure electionis ex defectu notitiæ, continens individua infinita, sibi exercitâ simultate, divinitùs apud me, quoad alios verò, saltem naturaliter impossibilia, exigit (ne penitùs impediatur inevitabiliter operatio,) ut vires dispensentur per nolitionem cæterorum actuum præter unum. Vnde unum ex inevitabilibus impedimentis ad operandum est defectus præviæ illius providentiæ in causâ primâ: Ex quo demum fit, per exclusionem omnis impedimenti inevitabilis ad *A*, quam libertas includit, eam manere satis, superque constitutam ad so-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Ordinatio R. P. N. Caroli de Noyelle: & objectio ex eâ subnascens:

solùm *A.*

§. X.

INSTANTIA NOVISSIMA.

237 DIces: videri nos contravenire *Ordinationi* recentissimæ R. adm. P.N. Caroli de Noyelle, qui *litteris Romæ datis die 26. Septemb.* 1682. ex Deputatione speciali quinque gravissimorum Patrum super *duodecim Propositiones*, Ordinat, ne quis doceat, aut dicter *secundam, tertiam, quartam, quintam, & undecimam*, quæ sequentes sunt. Secunda: *Dum sit consensus bonus, applicatur Omnipotentia, salvâ libertate, per Prædefinitionem efficacem consensûs absque ullo decreto Indifferenti; & talis Prædefinitio non est consequens, sed antecedens.* Tertia: *Hujusmodi Prædefinitio Omnipotentiæ applicativa est.* Quarta: *Prædicta Prædefinitio efficaciter volens Consensum, & efficaciter nolens dissensum, est sufficiens applicatio Omnipotentiæ ad dissensum.* Quinta: *Quamvis, dum sit consensus, Prædefinitio non sit Decretum indifferens Omnipotentiæ applicativum, est tamen in voluntate sic constituta per hæc comprincipia potestas faciendi quòd esset pro casu quo ipsa dissentiret.* Undecima: *Implicat absolutè, Decretum Omnipotentiæ applicativum ad operationes liberas honestas esse indifferens, sed necessariò debet esse Prædefinitio Dei efficax.* Hæ quinque propositiones notatæ sunt quasi alienæ à communissimâ sententiâ Societatis; & titulo *boni regiminis Religiosi*, quamvis *citra censuram ullam*, prohibentur doceri per *Ordinationem novissimam* Reverendissimi Patris Nostri. Nos autem videmur opponi *quoad substantiam*, & *quoad modum*, in discursu precedentium conclusionum.

Solvitur. 238 Respondeo, veneratus, & amplexus Ordinationem; longè quidè esse Me à terminis, & substantiâ prædictarum quinque Propositionum: neque ullam à me substineri, nec mihi esse necessariam, nec colligi posse ex principiis meis. Ratio est primò: quia omnes quinq; Propositiones eò collimant, (prout jacent,) ut statuant Applicationem Divinæ Omnipotentiæ, *Sensus ordinationis* seu ejus Præparationem pro constitutione nostrę libertatis in actu primo, formaliter in Efficaci Dei Prædefinitione consistere posse: quod ego nego, motus eâ ipsâ ratione, quæ Patres Deputatos hûc flexit (ut, *eorum ex ore*, novi:) nempè: nam signum libertatis, & indifferentiæ, qualis est libertas in actu primo, salvari nequit, admissâ intra ejus constitutione aliquâ connexione cum unâ parte, seu exercitio libertatis. *P. Didacus de la Fuente Hurtado.*

239 Secundò: quia titulus, ex quo visę sunt illæ Propositiones alienę à communissimâ Sententiâ Scholæ nostræ, is fuit, (ut ab uno Deputatorum didici) quòd nullo discrimine videatur per ipsas negari omne genus Decreti indifferentis, & indifferentis Præparationis Divinæ Omnipotentiæ pro constitutione nostræ libertatis: quod quàm sit procul à Doctrinis præcedentibus, nemo non videt. Adde, visas eas Propositiones, voluisse Prædefinitiones statuendas tanquam principia proxima cõsensûs: quod ego semper odi. *Vnde visa Propositiones num. 237. alienæ à nostrâ Scholâ*

240 Longè ergo sunt ab ictu novissimę Ordinationis Doctrinę Præcedentes, apud quas, Primò: neque Prædefinitio est Præparatio Divinæ Omnipotentiæ ad actus liberos. Secundò: neque negatur indifferentissima Præparatio Divinæ Omnipotentiæ ad illos. Tertiò: neque excluditur Decretum Dei indifferens, indifferentiâ, quam defendit Societatis Schola, nempè sufficiente relinquere creaturam in manu consilii sui cum privativo jure se, & Omnipotentiam determinandi pro libito. Quartò: neque obstant quominùs tota Dei dispositio (ex illo ratione præsuppositæ Scientiæ Mediæ, & titulo Divinæ voluntatis erga in decernendo, maneat alioquin connexa cum extremo libertatis conditionatè prævisò) sit titulo sui, & ex modo volendi, & relatè ad dispensationem auxilii, & Omnipotentiæ Præparationem, Decretum plenè indifferens. Id quod sufficere Scholæ nostræ, & prædictæ Ordinationi, testatus est mihi semel, & iterum factâ collatione de his Pater Didacus de la Fuente Hurtado, Vnus ex gravissimis Deputatis; contestatus etiam, noluisse se, nec alios, nec Patrem Nostrum attingere virtualem intercam indivisibilitatem Dei in decernendo, utpote Doctrinam Patris Molinæ, &, ut addidit ipse (quod vellem) Patris Suarez: neque necessitatem Divinæ Præfinitionis ad actus honestos. *Fuente Hurtado. Molina. Suarez.*

Addo,

241 Addo, singula hæc, quæ totâ hac *sectione* 5. contenta sunt, post examinatas *eas duodecim* Propositiones, visa, probata, & Scholæ nostræ conformia à Theologis nostris Complutẽsibus, & Salmanticensibus fuisse, quos *anno* 1682. consului: extareque apud me judicium Referendi admodùm Patris Nostri Thyrsi Gonzalez, tunc Primarii Salmanticensis, nunc Generalis totius Nostræ Societatis, quo fatetur videri sibi multò facilia magis ea, quæ hîc pro desideratâ concordiâ prædefinitionum cum principiis Scientiæ Mediæ trado, quàm quæ communiter à Recentibus Theologis nostris circumferuntur: id quod postmodùm tantus Pater, *tom. 2. selectarum. disp. 15. sect. 7.* sub eisdem ferè terminis, quibus ipse transmisi, & disputo, non solùm liberare à censurâ, sed & præeligere, & ingenii sui face illustrare dignatus est. *P. Fr. Ciscus Vazquez. Epistola P. Thyrsi super his.* *In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.*

242 Denique, ut ad rem redeam, quàm sic tota nostra Doctrina procul à Propositionibus illis quinque, patet ex *ultimâ*, quam finit immunem Ordinatio, quasi visa nullâ prohibitione digna, quæ est: *Decretum applicativum Omnipotentiæ non constituit actum primum proximum libertatis, & indifferentiæ voluntatis ad utrumque*: quâ salvâ, salvantur formaliter *Nona, & Decima* Conclusiones nostræ, in quibus nititur tota machina Doctrinæ præcedentis: non ergo contravenit ea, sed conformatur recentissimæ Ordinationi Reverendissimi Patris Nostri: cui se viderer alicubi *quoad substantiam*, aut *modum* opponi, posthabito judicio meo statim modum, substantiamque delevissem.

Replica. 243 Instabis: quia præcisim ab his, aut illis terminis, rem facilè transcurantibus, vel datur in Deo voluntas præparativa Divinæ Omnipotentiæ, ita indifferens, ut conjungibilis sit cum utrolibet exercitio libertatis, (quidquod sit an constituat, necne, actum primum proximum ipsius:) vel non? Si negamus; illud porissimùm videtur intendere præsens Ordinatio: tum quia voluntas aliter indifferens, non est simpliciter indifferens. Tùm etiam quia voluntas, ita indifferens adstruitur communiter à Nostris. Tùm demum, quia ex difficultate assignandi tendentiam talis indifferentiæ, triumphare sibi videntur Prædetermina-

tores, ut videre est apud Ioannem de Sancto Thomâ: ergo qui negatio Deo voluntatem hujusmodi, opponitur Scholæ Societatis, & præsẽti Ordinationi. Si affirmamus: quomodo potest indifferentia conciliari cum necessitate præcedentiæ Scientiæ Medię ad omne Decretum? Quomodo cum necessitate Divinę Prædefinitionis efficacis ad existentiam omnis actûs honesti? Quomodo cum indivisibilitate intrinsecâ virtuali Divinorum Decretorum? Hæ sunt Doctrinæ præcedentes: ergo recedere ab iis cogimur, vel opponimur prædictæ Ordinationi.

244 Respondeo primò, has tres Doctrinas esse bases Scholæ nostræ, commendatas Decretis Reverendissimorum Patrum Generalium Claudii, & Mutii, de quibus *suprà*, & traditas ab Antesignanis Scholæ nostræ, Molinâ, & Suarez: unde quod ipsę statuunt, & inevitabiliter inferunt, non potest esse difforme principiis nostris, nec contrarium prædictæ Ordinationi. Quare unus ex gravissimis Deputatis Reverendus Pater Didacus dè la Fuente Hurtado, jam citatus semel, & iterùm, non semel voce testatus est mihi, non fuisse Deputatorum Patrũ nec Reverendissimi Patris Nostri intentionem, ullam ex illis tribus gravissimis quæstionibus attingere: neque earum defensionem ab hujusmodi Propositionum notâ pendere. *Solvitur primò ex mẽte Scholæ nostræ.*

245 Respondeo secundò, multipliciter excogitari posse cum his Doctrinis voluntatem simpliciter indifferentem in ratione præparationis Omnipotentiæ. Primò asserendo, dari in Deo voluntatem ita indifferentem, & indifferenter offerentem voluntari concursum Omnipotentiæ suæ, ut vi ejus relinquat hominem in manu Consilii sui, cum jure se, & Omnipotentiâm privativè determinandi. Sic docui *suprà* & explicui *à nu.* 210. & sine hoc Decreto indifferenti, (quod reipsâ est indifferens quoad munus impediendi, determinandi, & inducendi operationem,) stare nequit Præparatio Divinæ Omnipotentiæ, vel libertas nostra; & stante hoc Decreto indifferente stare debet Sententia Societatis. Iisque modus est quem tenuere Molina, & Suarez, aliique Primores nostri. Quòd si Ioannes Thomasius aliter intelligere visus est, facturus sibi hostem quem feri- *Solvitur secundò assignando Decretũ indifferens, indifferẽtia sufficienti.* *Suprà à num. 210.* *Molina. Suarez. Ioan. Thomasius.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providit. & Prædestinante.

ret, sibi vertat.

Secundò indifferentia, ex motivo volēdi, formaliter: non verò entitativè.

246 Secundò asserendo, prout *suprà* satis apertè assertum est, neque necessitatem Prædefinitionum ad existentiam operis boni, neque necessitatem Directionis Scientiæ Mediæ, neque indivisibilitatem intrinsecam Dei, in determinando, obstare posse, quominùs Decretum Divinum, ex illo duplici munere, nempe præimpediendi Deum ne determiner, neve impediat operationem Creaturæ, & finendi ipsam in manu sui Consilii, formaliter, & eo modo tendendi circa concursum Omnipotentiæ, relatèque ad ipsam sit indifferens plenâ indifferentiâ, etiam, quantum est ex se, conjungibili cum utraque parte libertatis, attento præcisè modo volendi. Quòdsi ex dependentiâ à Scientiâ Mediâ, transibit tota dispositio intrinsecè sumpta connexionem cum unâ parte libertatis, habet eam ratione præsuppositæ Scientiæ Mediæ, non verò ratione suæ energiæ, & respicientiæ ad concursum oblatum Omnipotentiæ. Quare in nostris Doctrinis manet semper Decretum formaliter, & quantum est ex vi Decreti, indifferens ad utrumlibet.

Tertiò, assenando motivo untatē entitativè indifferentem.

247 Tertiò asserendo, ut *suprà* etiam satis innui, dari in Deo voluntatem omninò necessariam conditionatam, quâ vult, & coplacet in eo, quòd, datis Creaturæ Compr incipiis ad operandum ex libitò suo, maneat Omnipotentia tali libito attemperata, & posita in manu Creaturæ. Hæc voluntas necessaria conditionata per præcisam positionem auxiliorum, seu formalis & passivæ Præparationis Divinæ Omnipotentiæ (de quâ *supra nu.* 218.) redditur voluntas absoluta, & absoluta dispositio Dei indifferenter expediens suam Omnipotentiam, & ita indifferens, ut etiam cum utrolibet extremo libertatis conjungibilis sit. Multis ergo viis absumus longè à contraventu dictæ Ordinationis; cujus in gratiam, hæc dicta sunt.

§. XI.

EPITOME DOCTRINÆ TOTIUS.

Præcedentium Summa.

248 SVmpa igitur totius nostræ Doctrinæ sit: libertatem nostram in actu primo proximo constitui indispensabiliter inter alia per ipsam Dei Omnipotentiam attemperatam, & indifferenter præparatam ad utrumlibet, præparatione videlicet compossibili cum utrolibet extremo ipsius potestatis: hanc verò Præparationem non consistere in Divinis Decretis, sed in eorum objectis, & quasi effectibus; & præcisum ab ullo Decreto constitutivè posse concipi, & existere; atque adeò non impediri, aut tolli per suppositionem Decretorum alioquin efficacium.

249 Insuper eam Præparationem, licèt constitutivè sine Decreto possit existere, non tamen existere posse sine Decreto, tanquam causâ, ex quâ ponitur: tamen eam non pendere à determinato Decreto essentialiter, sed æquè bene stare, & induci posse per hoc, ac per illud: sufficit enim unumquodque, dummodò sic indifferens indifferentiâ subordinationis, & contrapositâ determinationi neutrum verò determinatè requiritur.

250 Demùm, quòd ex his immediatè fit, estò in Deo non sit Decretum indifferens in essendo præparans Omnipotentiam ad actus liberos, esse, & concedi debere Decretum præparans indifferenter Omnipotentiam, non constitutivè, sed extrinsecitativè; non formaliter, & passivè, sed activè, & objectivè, quatenus ex suâ attemperatione cum Naturâ libertatis habet inducere ea, mediis, quibus formaliter, & exercitè finitur operationis determinatio arbitrio creaturæ, & Omnipotentia manet attemperata, ac condescendens, & indifferenter assistens ad quodcumque velit voluntas extendere manum indifferentiæ suæ.

251 Quare sicut in communi Sententiâ defendente Prædefinitiones, & strictâ directionem Scientiæ Mediæ, ipsa Prædefinitio dici debet præparativa Divinæ Omnipotentiæ, non indifferens, & formalis; sed indifferenter, & inductivè, quatenus imperat Decretum indifferens, quo formaliter constituitur Omnipotentia indifferenter assistens potentiæ nostræ: ita similiter dicimus ipsi, servatâ proportione. Ex quibus liquet, quam hæc bene & consonent his, quæ *lib. 5 à num. 214. & à nu. 272. lib. 6. à num. 272.* & passim alibi diximus de Objecto Scientiæ Mediæ ex parte sentiendi passi hypothesis, asserendo totam nostram sententiam. *Suprà lib. 5. à n. 214. lib. 6. & in præ-*

ber-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providit. & Prædestinante.

bertatem attingi; nullum verò Dei Decretum attingi cùm præcisim ab ipso stet constitutivè signum proximæ indifferentiæ.

DISPVTATIO XXXV.

PRÆDEFINITIO PENDENS A SCIENTIA Mediâ in Operari, & non in esse.

Disputationi Utilitas. L. 5. à num. 130.

252 VERTITVR in hujus difficultatis, apud Nostros natæ, & adultæ, decisione, nisi fallor, magnâ ex parte, cardo nostræ Doctrinæ: scilicet Veritas illius Principii: *Quod ex inimpedibili sequitur per necessariam consequentiam, est inimpedibile*: Seu: Principium à nobis inevitabile, inferens alioquin infallibiliter existentiam nostri consensûs, lædit libertatem ipsius: cujus axiomatis veritas semper solita est censeri veluti cynosura, ad quam in quæstionibus *de Prædestinatione, Gratia, & Arbitrio*, ejusque concordia cum Divinis Præscientiis, Societatis Schola respexit. Quare sedulò examinanda est hujus difficultatis, & Prædefinitionis Natura, & Possibilitas.

SECTIO I.

QVÆSTIONIS TERMINI, STATVS, ET Judicia Theologorum: ubi de Prædefinitione dissunctivâ, seu præcisivâ pendente alioquin in esse à Scientiâ Mediâ.

Variæ Prædefinitiones.

253 MVltipliciter figurari potest hujusmodi Prædefinitio. Primò sic, *dissunctivè*: *Volo, quòd existat à Petro Consensus in instanti A, sive per media necessitantia, sive per media indifferentia: de quo sequenti immediatè signo decernam.* Secundò sic, *præcisivè*: *Volo, quòd existat consensus: de mediis post me videro.* Vel: *volo quòd per hæc principia alioquin sufficientia sit in Petro consensus.* Tertiò sic *conditionatè*: *Volo, quòd si in me fuerit Scientia Media de consensu Petri sub auxilio A, sit in Petro Consensus per hoc idem Auxilium: alioqui per prædeterminans.* Quartò sic *determinatè*: *Volo quòd Petrus consentiat liberè.* Quod ultimum Decretum nititur opinione docente, necessarium esse, ut in cumulo auxiliorum ex se indifferentium non desit aliquod, cui liberè sit consensura Creatura, si detur. Hùc reducuntur illa Decreta: *Nolo dare Petro ullum auxilium efficax: Nolo dare ullum inefficax.*

Earum conditio.

254 Decreta hujusmodi dicuntur independentia à Scientiâ Mediâ in *esse*: quia ex se possunt existere sine regulatione Scientiæ Mediæ: vel quia possunt ex se effectum assequi sine mediis infallibilizatis à Scientiâ Mediâ: vel, quia (ut Authores ponunt) antevertunt in existendo Scientiam Mediam. Dicuntur à Scientiâ Mediâ dependere in operando: vel quia ex se faciunt electionem Medii pendentem ab existentiâ Scientiæ Mediæ: vel quia licèt sine præsidio Scientiæ Mediæ possint assequi objectum, tamen eo præsidio egent, ut assequantur per media alioquin contingentia. Et

Quæstionis punctum.

255 Quæstio est: an hujusmodi Decreta, ex se independentia à Scientiâ Mediâ in existendo, si proximo signo conjungantur liberè à Deo cum Decreto auxiliorum, & mediorum ex se indifferentium, quibuscum videt alioqui Deus consensuram voluntatem, si detur; noceant in tali casu libertati Consensûs; seu dent locum, ut tali casu maneat consensus Creaturæ liber? Nam eum consensum necessarium fore, & non liberum, si pro posteriori ad Decretum, Deus induceret media prædeterminantia; aut si

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

non induceret omnia comprincipia ad libertatem actûs essentialiter requisita, supponunt omnes, & meritò.

Supponenda: Primum.

256 Alia tria mihi jamdiù certa sunt in præsenti controversiâ. Primum, & quammaximè notandum: aliud esse, Media, & auxilia esse secundùm se indifferentia: & aliud, ea esse, & manere indifferentia, quantum requiritur ad constitutionem dominii, & libertatis. Sunt enim hæc diversissima: Ea enim indifferentia est essentialis Mediis per existentificationem cum ratione connexionis, & prædeterminationis ad unum: hæc (ut modò supponitur) est contingens, & cõsistit in ipsis Mediis positivè divisis in coëxistendo à principio prædeterminante, & necessitante. Vnde non ex eò quòd aliqua Prædefinitio conjungi possit cum Mediis secundùm se indifferentibus, jam potest inferri, conjungi posse cum Mediis indifferentibus, quantùm requiritur, ut per ipsa sic posita maneat constituta libertas, quæ alioquin per ipsa constitui posset seorsim à tali Decreto.

Secundum

257 Alterum: ideò difficultatem & quæstionem præsentem eò reduci: an Prædefinitio dependens à Scientiâ Mediâ, non per se, nec in existendo, sed per accidens, & in operando, sit suppositio necessitans, vel non? Vnde quærere sic: *An Prædefinitio decernens poni consensum* vel *per media necessitantia, vel per media, quæ non maneant necessitantia, &c.* (ut video quæstionem institui à bene multis:) est præoccupare quæstionis resolutionem in titulo: nam si ea prædefinitio velle potest ita disjunctivè, non est necessitans; alioquin non posset decernere per media, quæ secumipsâ non essent necessitantia. Ne igitur in ipso limine lis decidatur, & ne fingatur Decretum Naturæ omninò chymericæ, & implicantis, videndum *imprimis* est ex generaliori principio: an hæc & similia Decreta ex suo modo decernẽdi, vel existendi, vel ex utriusque capitis simultate, sint Principia necessitantia?

Tertium.

258 Tertium: *siquidem* Omnis Cunctatio, præcisio, disjunctio, & partitio apud me repugnet in Deo decernente: *Suprà lib. 6. passim.* deinde repugnet etiam præoccupari unquam à Deo liberè volente Scientiam Mediam, ob necessariam ejus præcisionem ad omnes, & singulas electiones Dei. *Demum*, repugnet etiam illa necessitas metaphysica vaga, ne desit Deo Scientia aliqua Media de consensu sub aliquo auxilio alioquin indifferente, etiã inspecto toto auxiliorum possibilium cumulo: *omnia hæc, & similia Decreta*, prorsus esse chymerica: & intellectûs nostri fingentis; non verò Divinæ voluntatis. Verum, ut disputationi sit locus, permittenda sunt adversariis principia, quibus egêre in præteriti: eorumque indulgendum est genio, ne subtilitates, quas maximè depereunt, vel non intelligi, vel non æstimari causentur. Igitur in re principali

Infrà lib. 8. à nu. 62.

259 Prima Sententia tenet per hujusmodi prædefinitiones non lædi libertatem, si fiat exclusio principiorum necessitantium. Allegat Arriaga Partem Suarez, sed qui locutus est in re valde diversâ, nec ex professo. Apertè defendunt Koninch *de Fide disp. 2. dub. 7.* Raynaudus *in Theologiâ Nat. dist. 8. quæst. 3. art 4. num. 192. & in Moral. dist. 2. quæst. 3. art. 2. nu. 277 & dist. 4. num. 345. & in opere de Christo Deohomine lib. 4. sect. 2. cap. 6. num. 388. & alibi.* Carletonus *disp. 25. de Animâ, tota sect. 4.* expressiùs Ribadeneyra *disp 12. de Præd. cap. 2.* Aldrete *disp. 3. sect. 10.* Lynze *tom. 3. Philosop. lib. 7. Metap. tract. 9. cap. 7. à num. 40.* Quiros *disp. 9. de Prædest. tota sect. 6. & in lib. de Animâ.* Izquierdus *tom. 2. de Deo tract. 11. disp. 39. quæst. 2. 3. & 4.* Et Ingeniosi Magistri. Secunda Sententia tenet per hujusmodi Prædefinitiones non manere locum libertati: ita specialiter adstruunt P. Borrull *disp. 13. de Vol. sect. 4. & seqq.* P. Herrera *de Prædest. quæst. 11.* P. Avendaño *disp. 12. de Prædest. & alibi.* P. Henao passim *in Scientiâ Mediâ theologicè defensata* præsertim *part. 2. sect. 391. & 392.* & acerrimè P. Thyrsus *tom. 2. disp. 6.* quem post hæc scripta Video.

Prima Sententia. Suarez ab Arriaga Non citatus bene. Koninch. Raynaud.

Carleton. Ribaden. Aldrete. Lynze. Quiros. Izquier. Secunda: Borrull. Herrera. Avendaño Henao. R. N. P. Thyrsus.

260 Verùm ante decisionem rogas *duo. Primum*: an hæc, & similia Decreta, quæ finguntur in Deo cum his tendentiis alioqui præcisivis, cunctabundis, & disjunctivis, si possibilia permittantur, pendere possint à Scientiâ Mediâ non solùm in operando, sed etiam in existendo? *Secundum*: an in eo casu stare possint cum libertate actûs prædefiniti, si fiat exclusio mediorum necessitantium? Nam

Duo dubia. An talia Decreta possint haberi ex Scientiâ Mediâ? & an tunc sint amica libertati?

Herrera. Ribaden. affirmâdi ratio in Primo.

261 Herrera affirmat utrumque post Ribadeneyram. Et ratio pro utroque videtur aperta. Pro *primo*: Nam *imprimis* præoccupare Deus nequit in decernendo notitias, quæ existunt in ipso independenter ab omni Decreto, qualis est Scientia Media. *Deinde*: quia liberum Agens prævidens posse à se finem aliquem obtineri per aliquod è duobus Mediis, quorum utrumque reipsâ sit efficax ad consecutionem finis, sed alterum ex naturâ suâ; alterum ex extrinsecâ circunstantiâ, potest existentiam finis decernere disjunctivè per unum ex illis mediis ita efficacibus, relinquens ad signum posterius, electionem: vel potest ex complacentiâ, quòd per utrumlibet possit practicè finis alioquin obtineri, decernere præcisè finis existentiam, posteà de medio decreturus. Hæc decreta necessariò supponunt, & Scientiam de efficaciâ intrinsecâ unius Medii, & Scientiam de efficaciâ alterius extrinsecâ: quæ in nostro casu est Scientia Media.

In secũdo.

262 Pro *secundo*: nam ea Decreta ex essentiali dependentiâ ab impedibili, nempè à Scientiâ Mediâ, manent impedibilia: ergo non obsunt libertati. Et firmatur: Nam vel Deus in secundo signo ponit necessitantia, vel efficacia alioquin indifferentia? Si primum: non sumus in casu, de quo loquimur. Si secundum: ex vi Decreti Deus neque debet, neque potest necessitare: non debet: quia videt sine necessitatione obtinendum alioqui per ea media finem. Non potest: quia eo ipso, non poneret media alioquin indifferentia, & efficacia: ergo non potest obesse libertati.

Mens Auctoris.

263 Hæc discurrendi methodus mihi nec sedet, nec placet. Fateor *imprimis*, ea Decreta posse dependere à Scientiâ Mediâ. Tùm quia omnis electio Dei pendet apud me essentialiter ab eâ Scientiâ. Tùm etiam, quia talis tendentiæ phylacteriis ornari possunt, ut vix negari possit possibilitas, seu necessitas pendendi à Scientiâ Mediâ. Fateor insuper, non sufficere quancumque dependentiam à Scientiâ Mediâ, seu pendentiam ex quolibet titulo, ut prædefinitio censeatur posse conciliari cum libertate. Ratio est: Tùm quia titulus generalis omni electioni Divinę non sufficit. Tùm quia potest Decretum prædeterminans concipi à Deo cum reflexione ad Scientiam Mediam, eujus alioqui media positivè rejicere per ipsum vult Divina Voluntas pro assecutione consensûs. Et hæc essentialis dependentia à Scientiâ Mediâ non sanat vulnus inflictum libertati.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Dependẽtia à Scientiâ qualis cumq; non sufficit ad libertatis indemnitatem.

264 Vnde assignari debet *Regula generalis*: quando nempè dependentia à Scientiâ Mediâ præstet, ne subsecuta connexio obsit libertati? & hæc apud me est: quando connexio unicè est, ex respectu ad Scientiã Mediam: ita ut neque formaliter, neque æquivalenter possit ex vi decreti concipi in Deo connexio præterquàm ex suppositione liberâ Creaturæ: eòenim ipsò, quòd, in Deo expediente comprincipia ad actum, possit ex vi decreti concipi connexio cum existentiâ actûs, præterquàm ex suppositione liberâ Creaturæ, Scientia Media se gerit quoad nullus salvandi libertatem, quasi non esset. Vnde tunc talis connexio, licèt formaliter sit evitabilis potestate evitativâ Scientiæ Mediæ, non verò est evitabilis potestate coëxtitivâ cum tali prædefinitione: *quæ sunt diversissima*; atque adeò neque evitabilis est in æquivalenti: nam licèt non esset in Deo hæc Scientia Media, arguitur ex ipsius Decreti Natura, non defecturam connexionem Dei cum talis actus existentiâ: ut *modò* magis explico. Quare loquendo (non de decreto, quo Deus dicat: *Volo actum existere in instanti A vel liberè, vel necessariò*, ut multi ponunt: nam hoc otiosè supponit quod quæritur, ut dixi *nu. 257.* quippe si conjungi decernit cum libertate, certum est & in terminis implicare, & libertatem nec lædi, nec servari, sed) de Decretis, quæ disputationi supponimus,

Qualis sufficit? Regula Generalis

Nota bene

Mox à nu. 266.

265 Censeo, ea Decreta ex se esse necessitantia, & nullo modo cum libertate posse Componi. Moveor: Omnis connexio cum existentiâ operationis oriundæ à Creaturâ, antecedenter præexistens in Deo præterquàm ex suppositione liberâ Creaturæ, non finit locum libertati talis operationis; atqui efficacia, & energia talium decretorum quantumvis dependentium in esse à Scientiâ Mediâ est connexio præexistens in Deo præterquã ex suppositione liberâ Creaturæ: ergo non finit libertati talis operationis: ergo est necessitas simpliciter ante-

Prædicta Decreta tollunt libertatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

antecedens. Major est apud me nota, solùmque terminorum egens penetratione: nam si præterquàm à suppositione liberâ Creaturæ existit necessitas, ut Creatura operetur, primaria ratio cur Creatura operatur, non est libitum Creaturæ: ergo in ipsâ non est libertas.

266 Probatur & explicatur minor: Decretum hujusmodi connexum cum existentiâ operationis est dispositio animi parati operationem assequi, nullo respectu habito ad libitum Creaturæ: & ratio est: quia talis energia eam vehementiam arguit in affectu, ut, licèt habeat speciem condescendentiæ ad libitum Creaturæ, reipsâ tamen præseferat vim ex se executivam: nam ex se arguit talis modus tendendi eam dispositionem animi, ut, licèt non fuisset tale libitum Creaturæ, & talis Sciētia Media de ipso, operationem induceret, non quidem formaliter per seipsum, sed per aliud Decretum, cujus existentia manifestè colligitur ex præsenti. Talis autem dispositio connexa est cum operatione, præterquàm ex suppositione liberâ Creaturæ. Id quod aptè manifestatur exemplo: sit subditus, qui sciens, se furtivè posse domo egredi, vel ex beneplacito Superioris, quod præscit non defuturum, si petat, decernat domo egredi, vel furtivè, vel ex beneplacito Superioris. Quis non arguat in tali affectu eam vehementiam, ut etiam, si nesciret de beneplacito Superioris, resolveret domo egredi? Quare illa disjunctio dissimulat, non tollit vim affectûs.

Solvuntur rationes dubitādi.

267 Ad rationem in oppositum dico *imprimis*, ea Decreta simpliciter esse inimpedibilia in æquivalēti: quia licèt in se formaliter ex dependentiâ ab impedibili sint impedibilia; arguunt similem connexionem, nec attemperatam, nec subordinatam arbitrio creaturæ. Quare dico secundò: ea Decreta esse impedibilia, potestate evitativâ Scientiæ Mediæ; non verò potestate coëxtitivâ cum ipsis: hæc autem evitabilitas requiritur ad libertatem. Ad confirmationem, dico, impræscindibilem esse à tali decreto vim necessitandi; atque adeò nunquam posse coëxistere cum mediis reipsâ indifferentibus, licèt alioqui supponatur posse conjungi cum mediis indifferentibus secundùm se. Quòd si Adversarii aliud volunt, ut prænotavi de Aldreto, manifestè implicant *in adjecto*: & supponunt id ipsum quod inquirunt. Descendamus jam ad punctum principale controversiæ. Sitque

Aldret.

SECTIO II.

PRÆDEFINITIO INDEPENDENS A Scientiâ Mediâ in existendo, cum libertate componi nequit.

Probatio prima, & potissima.

268 Sic argumentor: Primò: Suppositio secum afferens vim necessitatis simpliciter antecedentis, est suppositio cum libertate operationis, ad quam est, irreconciliabilis, & incompossibilis; atqui suppositio Prædefinitionum hujusmodi est suppositio secum afferens vim necessitatis simpliciter antecedentis: quod ostendo: Necessitas simpliciter antecedens est suppositio connexionis cum existentiâ operationis, nullo modo consequens in existendo determinationem creaturæ; atqui suppositio talium prædefinitionum est suppositio connexionis cum existentiâ operationis, nullo modo consequens in existendo determinationem Creaturæ: ergo talis suppositio est necessitas simpliciter antecedens. In hoc proximo Syllogismo stat tota vis & Major *in Schola nostrâ est primum Principium* contra Thomisticam, & Schotisticam: Sumiturque ex Anselmo disertè dicente cum plausu Nostrorum, necessitatem inimicam libertati esse eam omnem, *quæ de voluntatis potestate non descendit*. Tùm quia id, cujus existentia nullo modo consequitur determinationem nostræ libertatis, inimpedibile à nobis est: alioquin cur pronuntiamus inimpedibiles physicas Prædeterminationes Scholæ Thomisticæ? Quod autem irrefragabiliter sequitur ex suppositione inimpedibili, inimpedibile est juxta inconcussa principia Scholæ nostræ.

269 Minor ergo, ad quam devolvitur difficultas, ostenditur: Nam ea Decretorum suppositio neque consequitur determinationem voluntatis objectivè: neque physicè: ergo nullo modo consequitur: aliusenim modus subsequendi, factitius est. Duplex antecedentis ostendenda pars est. Probo primam: Nam Decretum objectivè consequi ad determinationem voluntatis, est consequi ad esse objectivum, mediante Scientiâ Mediâ, à quâ regulatur: atqui suppositio talium Decretorum independet, & antecedit ad Scientiam Mediam: proindeque regulari ab ipsâ nequit: ergo non consequitur objectivè. Major est nota. Et minor præterquàmquòd ipsâ quæstionis expositione supponitur, à unde urgetur: nam Decretum ex se ita fluens à voluntate decernentis, ut ex se possit existere sine unâ notitiâ, nunquam dirigitur à tali notitiâ: notitia enim, sine quâ decretum esse potest ex se, nequit habere titulum influendi in tale Decretum: perindeque se habet, cùm est, ad primariam existentiam talis Decreti, ac si non esset: atqui talia Decreta ita fluunt à Divinâ voluntate, ut ex se possint existere, sine Scientiâ Mediâ de consensu: ergo. *Neque valet* dicere, ea Decreta, non posse existere sine Scientiâ Mediâ, casu quo Deus velit decernere post auxilia indifferentia *inoh*, inquam, *valet*. Tùm quia id non est, Decretum præscindens, pendere à Scientiâ Mediâ, sed pendere à Scientiâ Mediâ Decretum subsequens: atque adeò Decretum præscindens esse non posse, sine Scientiâ Mediâ, si sit cum alio Decreto pendenti à Scientiâ Mediâ. Tùm quia similiter nequit esse sine Scientiâ Visionis, non tamen ex eo dicitur, Decreta dirigi à Scientiâ Visionis: vera est igitur prima pars antecedentis assumpti.

270 Probo ejusdem antecedentis secundam partem: Nam Decretum nequit physicè consequi determinationem voluntatis, ni fatem sit ipsâ posterior naturâ: aut ipsam comitetur; sed decretum hujusmodi etiam in casu auxiliorum indifferentiorum, neque est naturâ posterior determinatione voluntatis; nequit ipsam comitarur: ergo non consequitur ipsam physicè: ergo planè & omninò antecedit: ergo non manet evitabile. *Negant* Lynze, & Izquierdus istam consequentiam. *Lynze*: quia ut aliquid tollatur ab alio, non requiritur dependētia illius ab isto: *Izquierdus*, quia sufficit dependentia à posteriori. Vterque insufficienter. *Primus*: quia æquiparat hæc destructioni formarum physicarum: Tùm quia licèt in physicis tolli possit sine dependentiâ unum ab alio; at nequit tolli quod supponitur omnimodè antecedere: & quænam hæc comparatio cum impeditione

Lynze. Izquierd.

ortâ ex dominio in meas actiones? *Alter*: quia sapit Doctrinam omninò chomisticam. Primo utrumque sic: Quod omninò antecedit ad aliud, ita existit, ut omninò antecedenter sit determinatum ad existere, atque adeò positivè non impeditum, seque ipso excludens omnia impedimenta suæ existentiæ: quod autem ita existit, ut omninò antecedenter ad aliud sit determinatum ad existere, seque ipso excludat omnia impedimenta suæ existentiæ, quâ ratione potest alteri sic attemperari, ut impediatur, vel permittatur?

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

271 Restat ergo ostendere, ea Decreta, ne casu quidem auxiliorum indifferentium, esse naturâ posteriora consensu, neque ipsum comitari, physicè: atque adeo omninò antecedere. Et imprimis non comitari physicè, patet: Tùm quia non se physicè comitantur ea, quæ inter se habent ordinem prioris, & posterioris: at hoc Decretum exercet prioritatem, talem remotam per vos erga consensum. Tùm quia ea mutua comitantia, sine mutuâ determinatione est impossibilis in nostro casu: hæc autem mutua determinatio ubiq; est inintelligibilis & porissimùm hic: nam consensus non connectitur cum existentiâ talium Decretorum, cùm sine ipsis esse possit: quomodo ergo determinat? Deinde naturâ non subsequi, non patet minus: Nam subsequi naturâ physicè, intelligi nequit sine physico influxu, seu principiatione: at consensum respectu Decreti repugnat influxus, aut vis principiandi in genere physico. Et confirmatur: Nam hæc physica præcedentia vel esset immediata, vel mediata: non mediata, quia nihil à consensu fit à quo prævie Decretum existat: non immediata: nam omnis influxus immediatus consensûs in Decretum chymericus est: ergo.

Evasio

272 Dicitis: pro casu auxiliorum indifferentium illud Decretum præscindens reddi subsequens ad existentiam consensûs: non ratione Scientiæ Mediæ: nam ipsum non regulat, sed ex se, & ratione sui: nam si tali casu non existeret consensus, tale Decretum non existeret: cùm autē in eo casu Petrus, qui accipit auxilia indifferentia, possit non consentire, potest facere ne tale Decretum existat. Egregia petitio principii: contendimus

Principium petit:

ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

tale Decretum ex essentiali independentiâ, & omnimodâ antecedentiâ ad consensum, componi non posse cum potestate non consentiendi: & respondetur reddi subsequens, si conjungatur cum potestate non consentiendi. Deinde, siquidem Decretum pro nullo casu potest existere sine consensu, & alioquin ex omnibus rationibus, quas ex se supponit pro priori ad existendum, nulla est ipse consensus, aut aliquid determinatum à consensu; potiùs est ratio cur consensus necessariò debeat existere, quàm quòd possit existere liberè: aut quo genere causæ incipit consensus esse prior decreto? hoc optamus scire.

Et refellitur.

273 Et quidem in genere physico consensum esse rationem Decreti a priori est inintelligibile. Primò: quia daretur *mutua causalitas* in genere physico: quam tantopere odit contra Thomistas Schola nostra. Secundò: quia quod in genere physico causat, non causat sine præsuppositâ existentiâ; at pro priori ad existentiam consensûs ab æterno exercita est Divina Libertas in hoc Decreto. Tertiò: nam si consensus est ratio à priori, cur sit Decretum in casu auxiliorum indifferentium, deberet se tenere ex parte proximæ potestatis eligentis hoc Decretum: quod est inintelligibile, & impossibile: nam præterquàmquòd consensus non influit in affectum, nisi mediâ cognitione, Deus non esset liber ad decernendum dissensum, seu non ita decerneret consensum, ut posset non decernere: nam libertas constituta per consensum, non potest decernere contradictorium. Videantur hæc, & alia apud Herreram acutè prementem. Et maneat, eam suppositionem Decretorum nullo modo subsequi ad exercitium liberum voluntatis. Vide alia apud Thyrsum *disp. illâ 6. cit. à nu.* 34.

Suprà lib. 3. à n. 300.

Herrera.

R. N. P. Thyrsus.

Probatio secunda.

274 Argumentor secundò sic: Vnum è proximis constitutivis potestatis liberæ ad consentiendum, & dissentiendum est exclusio impedimenti ad dissensum inevitabilis, & indestructibilis ab ipsâ voluntate: atque adeò quocumque modo fingatur esse voluntas, si alioqui concipitur coëxistere cum impedimento dissensûs inimpedibili à se ipsâ, non est potens dissentire, atque adeò neque libera: atqui suppositio talium Decretorum est impedimentum dissensûs inevitabile, & indestructibile ab ipsâ voluntate: ergo exclusio talium Decretorum est unum ex proximis constitutivis potestatis liberæ ad consentiendum: ergo cum tali suppositione non potest manere libertas. Syllogismus rectus est. Et major, *primum principium in Scholâ nostrâ*: tùm quia sine tali exclusione nequit dari præparatio concursûs indifferentis ex parte Omnipotentiæ, ut ex *suprà* dictis constat. Tùm etiam quia omne impedimentum dissensûs est necessitas contradictorii: si ergo ista necessitas est inevitabilis, erit inevitabile contradictorium, qui consensus est in nostro casu: atque adeò consensus erit necessarius. Tùm demùm quia omne impedimentum dissensûs, ut est incompossibilitas cum dissensu, est impossibilitas ipsius: si ergo antecedens sit, & inevitabile; antecedenter, & inevitabiliter est impossibilis dissensus: & quidem absolutè, & simpliciter: nam *malè ex quocumque defectu*; atque adeò undecumque repugnet dissensus, simpliciter, & absolutè dicitur Impossibilis. In quibus pudor est immorari, nisi aliqui etiam ex Scholâ nostrâ pro subtilitatibus imaginariis contra communem sensum protrudendis, refractarii forent.

Suprà nu. 210 & seqq.

275 Minor, in quâ est difficultas, ostenditur. Primò ex dictis: quia quod nullo modo consequitur ad determinationem Creaturæ, non ipsi attemperatur, aut subest quoad existendum, vel non existendum: ergo est inimpedibile. Secundò: quia nullus actus divinæ voluntatis potest evitari à Creaturâ, nisi quatenus hæc potest evitare ejus objectum *in esse rei*, atque adeò *in esse cogniti*, & demum *in esse efficaciter voliti*: nam sympaticè tollere divina decreta, aut exercere alium influxum præter intentionalem est prorsus inintelligibile: cùm Decreta non pendeant ab objectis *in esse rei*, nisi quatenus pendent *in esse sic cogniti*: sed Decretum ex se independens ab omni notitiâ impedibili à Creaturâ, non potest sic impediri à Creaturâ, ut per se patet: ergo nullomodo potest à Creaturâ impediri. Tertiò: quia si Decretum in casu auxiliorum indifferentium posset impediri, deberet esse per dissensum: id repugnat: nam vel impediret immediatè, vel mediatè: non mediatè: quia impedire mediatè est impedire, impediendo aliquid, à quo immediatè dependet à priori decretum: nihil autem ex his potest voluntas impedire. Non immediatè: nam alioqui creatura deberet posse necessitare Deum immediatè, ne decerneret: quod est inintelligibile.

276 Quartò: quia Creatura nihil potest amplius exercitè impedire physicè: quam quod intentionaliter potest ex his, quæ præcedunt ad ipsam: nihil enim ex his impedit, nisi intentionaliter: ergo neque Decretum: at Decretum sic non potest: nam Decretum existens pro priori ad omnem existentiam intentionalem Creaturæ consentientis, vel dissentientis, nequit ab ipsâ intentionaliter impediri. Quintò: Tale Decretum existere potest, quin pro posteriori signo aut dispatato subsequatur ex determinatione Creaturæ Scientia Media de consensu: ergo existere potest, quin in Deo exercita sit aliqua ratio posterioritatis, & respectus ad libitum Creaturæ: ergo existere potest, impeditis his omnibus, quæ Creatura potest impedire, casu quo sit libera in consentiendo, & dissentiat: ergo tale Decretum est inimpedibile.

Bona Confirmatio.

277 Confirmatur hæc omnia: Nequit dari potestas evitandi Prædefinitionem consensûs, nisi detur potestas libera dissentiendi: patet: sed in homine sic prædefinito non datur potestas dissentiendi: ergo neque potestas evitandi. Vel aliter: non est potestas dissentiendi, quin sit potestas evitandi prædefinitionem: quia dissensus est impeditio consensûs; & omnem connexionem cum ipso consensu, ut patet; atqui in homine sic prædefinito non est potestas evitandi prædefinitionem: ergo neque potestas dissentiendi: ergo neque libertas. Vtriusque Syllogismi minor uno ictu probatur: Potestas dissentiendi, seu potestas evitandi Prædefinitionè est potestas ad dissensum, ut est impeditio consensûs; atqui in homine sic prædefinito non est potestas ad dissensum ut est impeditio consensûs: quod ostendo: dissensus ut est impeditio consensûs est dissensus ut exclusivus consensûs, & ut evitativus omnis connexionis cum consensu: Vnumque ab altero separari nequit. Atqui in homine sic prædefinito non est potestas ad dissensum hujusmodi: ergo neque ad ipsum ut est impeditio consensûs.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

278 Probatur minor proxima: Dissensus ut evitativus connexionis cum consensu, est dissensus, vel ipsâ antecedens ad aliquid, vel saltem determinativè præcedens ad aliquid, quo posito deficit ipsa connexio cum consensu, vel aliquod essentiale principium ad ipsum: Explico me: nequit impediri Prædefinitio per dissensum, nisi ipse dissensus sit ratio prior ad Scientiam Mediam oppositam Scientiæ, sine quâ talis Prædefinitio haberi nequit: si enim ipse dissensus nihil determinet, à quâ dependeat in esse, vel positivè, vel negativè connexio cum consensu, non apparet via, quâ possit esse evitatio talis connexionis. Nunc sic: Sed eòipsò quòd Prædefinitio sic ùm pendeat in esse à Scientiâ simplicis intelligentiæ, dissensus non potest determinare quidquam à quo vel positivè, vel negativè pendeat: ergo dissensus nequit esse evitatio ipsius: ergo in homine prædefinito non est potestas ad dissensum, ut prior est aliquo, à quo pendeat in esse Prædefinitio: ergo neque est potestas ad dissensum. Ex his

Probatio tertia ex ratione à priori.

279 Argumentor tertiò sic: & aperiò, undenam huic Decreto veniat vis prædeterminandi, & necessitandi. Decretum hujusmodi ipsò est essentialiter infrustrabile: nam est efficax: Deinde est independens in existendo à suppositione liberâ creaturæ: ergo necessitat ipsò consensum. Probo consequentiam. Nam ex illâ necessitate, quam ex se habet ne frustretur, ipsò est necessitas ne desit consensus: sed est necessitas ne desit consensus, inexpectato nullo libito alterius voluntatis: ergo est necessitas ne desit consensus, ex proprio libito: ergo est necessitas se ipsâ executiva consensûs, ne sit locus suæ frustrationi: ergo necessitat. *Paulò aliter*: hujusmodi Decreta sunt infrustrabilia: patet: Deinde ex independentiâ, quam habent in existendo sunt inimpedibilia ne concipiatur à Deo: ergo necessitant, seque ipsis causant existentiam consensûs, cùm existunt. Probo consequentiam. Existere, & impediri non posse, est existere frustrata effectu, si effectus non ponatur: quia solùm posset excusari frustratio ex evitatione Decreti: ergo si in Decreto est necessitas ne frustretur, aut ne frustrari possit, (ut certò est) est necessitas, ne sit cum ipso non so-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

solùm carentia affectûs, sed ne potestas quidem ad eam carentiam: ergo seipso est prædeterminans, & necessitans ad consensum. Efficacia enim talium Decretorum esse debet purè, & simpliciter executiva, cùm habeatur sine ullo respectu ad suppositionem liberam Creaturæ.

280 Ex quibus patent duo. *Primum*: unde veniat his Decretis vis necessitandi. *Secundum*: omninò implicantes ab Adversariis dici, & contendi hæc Decreta esse de ordine purè intentivo, posseque disjunctivè vagari inter consensum liberè eliciendum, aut necessariò: quicquid sit, an vagari possit inter media seipsis indifferentia, aut seipsis necessitantia: ex eorù enim, vi singula media, quibus ea Decreta coëxistunt, redduntur indispensabiliter necessitantia. Alia plurima subtiliter Pater Magister Thyrsus *tom. 2. disp. 6.*

R. adm. P. Thyrsus.

SECTIO III.

SOLVVNTVR ARGVMENTA CONTRARIA.

Objectio prima.

281 Objicies primò: Decretum hujusmodi neque tollit, neque impedit potestatem proximam consentiendi, & dissentiendi: ergo neque libertatem. Probatur antecedens: nam hoc Decretum imprimis seipso non influit immediatè in consensum, cùm supponatur ordinis purè intentivi: deinde neque inducit immediatam necessitatem: nam pro posteriori ad ipsum videt Deus per Scientiam necessarium, Media prædeterminantia: & per Mediam, Media indifferentia, efficacia tamen contingenter: videtque per utrumlibet horum Mediorum ordinem æquè obtineri posse consensum, qui est finis intentus: non ergo tenetur ex vi talis intentionis necessitare per medium prædeterminans. Denique non tollit ullum ex requisitis immediatè influxivis in consensum, aut dissensum: componi enim potest cum cognitione alliciente ad consensum, & retrahente, & cum Præparatione Divini concursûs: undenam ergo tollat libertatem, evadatque necessitans?

Solvitur ex retrò dictis.

282 Respondeo, huic argumento, quo Moderni maximè exultant, rationem dari tam *numeris proximè præcedentibus*. Vnde nego antecedens. Ad probationem dicto seipso necessitare tùm impediendo præparationem concursûs indifferentis: tùm determinando seipso consensûs existentiam: quare falsò supponitur manere posse intra ordinem purè intentivi.

Objectio secunda.

283 Objices secundò: Tale Decretum in casu auxiliorum indifferentium est impedibile: ergo non tollit libertatem. Antecedens probatur, primò: quia ex suppositione auxilii indifferentis, pro signo voluntatis constitutæ per ipsum, jam committitur ipsi voluntati potestas consentiendi, vel dissentiendi: ergo & potestas impediendi Decretum: nam cum dissensu nequit existere. Secundò: Nam poni auxilia indifferentia, & excludi necessitantia est unum, & idem: ergo si Decretum ponit auxilia indifferentia; pro eo instanti, excludit necessitantia: ergo si in eo instanti existit dissensus, existit sine principio necessitanti. Sed si ponitur dissensus, Decretum frustratur: quia nequit inducere necessitantia. Frustrari est impossibile: ergo si ponitur dissensus, non fuisset. At potest poni dissensus: nam consentit sine principio necessitanti, atque adeò liberè: ergo potest ponere id, quo posito non est possibile, quòd in Deo Decretum existat: ergo potest impedire Decretum. Tertiò: si ob aliquam rationem tale Decretum non esset evitabile, maximè quia non pendet absolutè à nostro consensu, nisi ex suppositione auxilii indifferentis: atqui id non obest: tùm quia Scientia Conditionata, licèt ex se absolutè non pendeat à consensu absoluto, nisi positâ conditione, sufficit id, ut sit evitabilis: ergo licèt hoc decretum ex se non pendeat absolutè à consensu conditionato, nisi posito auxilio indifferenti, sufficiet id, ut sit evitabile. Tùm etiam quia frigiditas potest tolli à calore, quin frigiditas pendeat à calore: ergo similiter. Hæc, potiùs sunt præoccupatæ mentis conatus, quàm objectiones: & ea ultima paritas, quâ Lynze utitur, erubescit, nisi fallor, inter hæc seria.

P. Lynze.

Solvitur.

284 Respondetur, negando antecedens. Ad primam probationem, *in quâ* petitur fædè principium, nego etiam antecedens. Ad alteram, distinguo antecedens: poni indifferentia, prout prævisa sunt in hypothesi à Scientiâ Mediâ, & prout constituunt libertatem, concedo: poni indifferentia, secundùm se, nego: quia potest ab extrinseco superaddi vis necessitandi. Deinde tota objectio est repetitio conclusionis, quam negamus: & dico, si existeret in eo casu dissensus, sequi frustrationem Decreti: nam impediri non potest: quæ frustrabilitas cùm impossibilis alioquin sit, neque possibilis est dissensus: atque adeo consensus, si existit, necessariò existit. Ad tertiam nego majorem, ratio enim solùm est: quia ex se nullomodo dependet neque à consensu absoluto, neque à consensu conditionato: neque ex ullâ circumstantiâ potest reddi dependens: cùm ex nullâ circumstantiâ possit reddi ex se indigens illius, cujus ex se essentialiter non indiget.

285 Prima paritas ex Scientiâ Mediâ prorsus est inutilis: nam Scientia Media ex se *duo* habet. *Primum*: determinari ad existendum à consensu Creaturæ conditionatè existente. *Secundum*: ex se connecti cum veritate absolutâ consensûs, si sit conditio: quid ergo mirum, quòd Scientia Media prout in complexo sui, & conditionis, reddatur absoluta connexio cum consensu absoluto? Quid verò simile est in hoc Decreto? Nam neque à veritate conditionatâ Scientiæ Mediæ determinatur in existendo: neque cum ipsâ connectitur ex suppositione auxilii indifferentis: aliud enim est, quòd ex suppositione auxilii indifferentis connectatur cum consensu, ejusque conditionatâ veritate: aliud, quod connectatur cum veritate conditionatâ Scientiæ Mediæ: quæ indistinctio Adversarios fefellit: connecti cum veritate conditionatâ Scientiæ Mediæ est connecti cum consensu liberè posito ex hypothesi Scientiæ Mediæ; & *hæc est quæstio*: & id nego. Connecti cum consensu ex suppositione auxilii indifferentis à se positi est ipsum non posse esse sine consensu, quantumvis sub eodem auxilio ut objicitur Scientiæ Mediæ, defuturus fuisset consensus: Consensus enim determinans Scientiam non est consensus utcumque, sed consensus liberè positus. Secùda paritas Lynzei non venit ad rem: non enim Decreta tolluntur; sed vitantur: nec vitantur liberè, quæ non cadunt vel mediatè, vel immediatè in dominium volùtatis, modo quo

Nota bene

supra explicatum affatim est.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

286 Objicies tertiò: Decretum dandi auxilium indifferens, si prævideatur efficax, & aliquin dàdi prædeterminans, non necessitat, si ponit indifferens: quod obviis exemplis ostenditur: Primò: decernat Deus horâ nonâ Leonem occidi à Petro venaturo: deinde exeat venatum Petrus, præsciatque Deus fore ut Petrus velit occidere Leonem: cur non assequetur finem occisionis, hoc medio, quo Petrus vult Leonem occidere? Aut quid influit in Petrum, Dei prædefinitio, quominùs Petrus liberè velit occidere? Secundò: Decernat Prælatus Petrum orare horâ decimâ: & præsciat postmodùm Petrum sponte oraturum hac horâ; quis censeat imminutam esse Petro libertatem orandi ex Prælati Decreto, quod ignorat? Similiter ergo si Deus decernit consensum in instanti *A*, vel assequendum per prædeterminationem, vel per auxilium indifferens; & alioqui præscit Petrum sponte consensurum: in quo libertatem ejus immutat, vel imminuit?

Objectio tertia ex Moderno confidèter arguente.

Solvitur. Primò

287 Respondetur: *imprimis* paritatem Decreti humani ad Divinũ esse omninò frigidam. Tùm quia Decreta humana, licèt alioquin efficacia, manere possunt in linea efficaciæ purè affectivæ, & irritabilis; at Decreta Divina, alioquin efficacia, eòipsò sunt irresistibilia: unde licèt in casu Decreti humani maneat tota libertas exequentis, ideò est, quia Decretum humanum prævium, pati potest irritationem. Tùm etiam, quia Decreta humana purè speculativè se habent in ordine ad libertatem nostram: at ad nostram libertatem omninò requiritur exclusio Decreti Divini inimpedibilis: alioquin nobiscum nequit esse attemperatè condescendens omnipotentia Decernentis. Secundò: Decretum illud dàdi auxilium indifferens, si prævideatur efficax, &c. solùm posse velle dare Auxilium indifferens, secundùm se; non verò indifferens, indifferentiâ consentiendi, & dissentiendi, quæ objicitur Scientiæ Mediæ: quia auxilium indifferens indifferentiâ objectâ Scientiæ Mediæ est auxilium indifferens indifferentiâ constitutâ per exclusionem omnis impedimenti inevitabilis, quale est Decretum, de quo loquimur. Quòd si aliter imaginantur Adversarii, petunt fædè principium. Tertiò

Secundò.

Tertiò.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædefinante.

exinde nego antecedens. Ad primam probationem dico, posse Deū præscire, quòd Petrus liberè velet occidere Leonem, si venatum exeat, non quidem potestate conjunctâ cum hoc Decreto: sed potestate constitutâ per exclusionem illius: nam potestas liberè volendi occidere Leonem determinativa Scientiæ Mediæ est potestas constituta per exclusionem impedimenti inevitabilis, quale est decretum de quo loquimur: unde ipsi exinde læret vis necessitandi, ut dicebamus *ad primum argumentum*. Ad secundam patet ex discrimine *nuper* annotato inter Decreta Divina, & Humana.

Objectio quarta.

288 Objicies quartò: In cumulo auxiliorum indifferentium est vaga metaphysica necessitas, ut sit aliquod efficax: quare id scit Deus per Scientiam simplicis intelligentiæ, sibi nempe non posse deficere Medium, quo liberè obtineat consensum à Petro: ergo potest è solo ductu simplicis intelligentiæ efficaciter velle consensum liberum Petri, sine ullâ læsione libertatis. Antecedens supponitur, ut valde probabile, acriterque defenditur à Modernis nostris, quos noviſsimè fovet, & illustrat R. adm. P. Thyrsus *tom. 2. disp. 4. & 5.* acriter alioquin pugnans contra Prædefinitiones hujusmodi, *disp. 6.*

R. Adm. P. N. M. Thyrsus.

289 Probo consequentiam. Primò: quia licèt tale Decretum sit simpliciter impedibile, tamen non habet majorem connexionem cum consensu, quam Necessitas disjunctiva cumuli; atqui istâ necessitas, licèt alioquin inevitabilis, non nocet libertati: ergo neque talis decreti præsuppositio. Major patet: quia ea Prædefinitio similiter vagatur eminenter per hæc aut illa auxilia, cùm nullum determinet: determinatio enim auxilii pendere debet à Scientiâ Mediâ. Secundò: quia ad libertatem voluntatis sufficit posse dissentire auxilio quod habet, non verò requiritur posse dissentire omni auxilio sibi possibili: sed licèt detur ista Prædefinitio potest voluntas dissentire auxilio quod habet: licèt verum sit, extiturum sub alio, cui non dissentiret, si prævisa foret hujus dissensus: ergo. Minor patet: nam ista prædefinitio non pendet ab eo quòd dissentiat sub hoc auxilio, sed solùm exigit, quòd non desit aliquod, cui liberè consentiat: at hoc est necessarium: ergo natura hujus Prædefinitionis est omninò conformis illi vagæ necessitati.

P. Konine.

290 Sic omnium acutissimè objicit Pater Koninch loco *suprà* citato: & ex hac doctrinâ videtur sibi de Nostris triumphare Godoy *disp. 67. de Prædest. §. 12. à num. 41.* quasi pugnantibus pro falsitate principii: nempe: *Quod ex impedibili sequitur, est impedibile*: quo stetit hucusque fortuna nostræ Scholæ contra Thomisticam. Nihilominùs cedunt argumento plures: & vix est qui permissâ suppositione audeat negare sequelam: præter Henan *part. 2. de Scientia Media sect. 444. num. 5689. & sect. 447. à num. 5720.* qui tamen fugit absurdum ritu timentis, non solventis: quē imitatur Magister Thyrsus *disp. illa à num. 51.* plurima hinc & inde permiscens, & vix retentâ permissione Decretorum hujusmodi, quam gratis omnes in limine facimus.

Godoy exinde exultans.

Henao.

M. Thyrs.

291 Respondetur: transeat antecedens apud me omninò falsum, ut ostendam *lib. seq.* & nego sequelam consequentis. Ratio disparitatis mihi videtur aperta: quia Prædefinitio consensûs, alioquin independens in existendo à Scientiâ Mediâ, & ab ullâ suppositione liberâ Creaturæ, est talis connexio cum consensu pro instanti *A*, pro quo prædefinit, ut esto fingatur posse coëxistere cum hoc aut illo auxilio, tamen debeat sortiri effectum pro instanti *A*, per auxilium cui coexistat: unde Prædefinitio ex se infrustrabilis, & inimpedibilis est necessitas ne desit consensus sub auxilio cui determinatè coëxistat in instanti *A* aquare, cùm in eo instanti exclusa sint cætera, & non sit potestas frustrandi prædefinitionem, neque impediendi, (cùm existentia talis prædefinitionis nullomodo pendeat à determinatione creati arbitrii,) non potest in tali suppositione dari potestas dissentiendi, atque adeò neque libertas. At illa necessitas vaga, cùm non egeat, ut cum isto auxilio, cui reipsâ coëxistit Petri voluntas, hæc consentiat; verificeturque satis per consensum conditionatum sub auxiliis aliis, nullomodo impeditur Petri potestas ad dissentiendum tali auxilio, quicquid sit de tali vagâ necessitate: est ergo magna disparitas. Exinde ad primam consequentiæ probationem, nego majorem. Ad secundam, ne-

Solvitur, etiam permisso falso principio, quo nititur.

go minorem. Ad probationem dico eam prædefinitionem necessitare, ut consentiat sub auxilio, cui ipsa conjungatur, ex *modo* dictis: quæ profundè penetrâda sunt; ut pateat, quam inaniter cedi soleat argumento contra principia, quæ semper manere deberent inconcussa, quovis modo discutras.

Vellantia subtilis.

292 Instabis: Licèt ea Prædefinitio sit inimpedibilis: impediri potest ab homine, ne sit complexum ex ipsâ & hoc auxilio, evitando Scientiam Mediam de consensu sub hoc auxilio, & consequenter hoc auxilium: sed nequit esse potestas in homine ad evitationem complexi, quin detur libertas: ergo neque ista Prædefinitio, quin maneat cum ipsâ libertas in homine. Præmissæ sunt probandæ: & minor patet: quia potestas evitandi complexum est potestas faciendi, ne detur connexio cum consensu, per dissensum: atque adeò est potestas dissentiendi; atqui nequit esse in homine potestas dissentiendi, evitando connexionem cum consensu, quin detur libertas, ut per se patet: ergo. Major primi Syllogismi probatur: Nā alioqui destruitur suppositio quæstionis: & urgetur: quia Scientia Media de consensu sub hoc auxilio est evitabilis à Petro, v. gr. sed Prædefinitio nequit imperare hoc auxilium nisi sit Scientia Media de consensu sub ipso eodem auxilio: ergo est evitabile à Petro id, sine quo nō esset in tali hypothesi hoc auxilium: ergo potest facere ne sit complexum ex hac prædefinitione & hoc auxilio. In hac instantiâ latet tota æquivocatio eorum, qui argumento cedunt.

Solvitur.

293 Respondetur: Distinguo majorem: impedire potest potestate evitativâ Scientiæ, conjunctâ cum hoc auxilio, & prædefinitione, nego suppositum: potestate evitativâ Scientiæ Mediæ, prout ipsi Scientiæ Mediæ objicitur, constituta videlicet per exclusionem connexionis inimpedibilis, concedo. Itaque Fateor Scientiam Mediam semper esse, & manere evitabilem: sed dico, non esse evitabilem omni potestate, sub quâ ponatur subjectū hypothesis Scientiæ Mediæ. Ratio est patentissima: nam Scientia Media non est evitabilis nisi potestate, quæ importatur in ejus hypothesi, quæ potestas est potestas prædominii, & libertatis: si verò fingas Decretum prædeterminans consensum, sed tali vi prædeterminandi, ut solùm velit necessitare voluntatem sub auxiliis alioquin indifferentibus, sub quibus videatur voluntas alioquin consensura; tunc impediri potest à voluntate Petri, ne tale decretum prædeterminans jungatur huic auxilio: non tamen id potest potestate coëxtitivâ cum tali Decreto, sed potestate constitutâ per exclusionem ejusdem, ut subest Scientiæ Mediæ.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

294 Et ratio omnium est: quia si Prædefinitio est inimpedibilis secundùm se: nō datur posse impediri complexū, nisi quatenus potest impediri compars, nempe auxilium, quod de facto datur: sed nequit impediri tale auxilium: alioquī Petrus constitueretur in libertate impediendi ipsam libertatem: quæ potestas omninò repugnat: nam exercitium libertatis, ipsam destituens implicat: ergo. Vide rem in hanc multa *lib. 6. à num. 409.*

Objectio quinta.

295 Objicies quintò: Potest Deus habere Decreta hujusmodi: *Nolo dari Petro ullum auxilium efficax.* Vel, *nolo dare ullum auxilium efficax*: nunc sic: & loquamur de primo, claritatis gratiâ: illud Decretum est incompossibile cum consensu: nam si consensus existeret; jam esset auxilium efficax, cujus oppositum decernit Deus. Deinde est inimpedibile: quia solius Dei est dare, vel non dare auxilium efficax. Tertiò: non lædit libertatem: quia quoties homo dissentit, habet Deus nolitionem efficacem dandi ullum auxilium efficax: ergo Decretum incompossibile cum dissensu, & alioquin inimpedibile non nocet libertati. Vide se per hæc cruciat Pater Borrull *disp. 13. sect. 5. à num. 81.*

P. Borrull

Solvitur.

296 Respondetur: ea Decreta, si concipiantur habere à Deo solo ductu simplicis intelligentiæ, & inimpedibiliter, esse quidem ex unâ parte chymerica: & ex aliâ, nocere libertati. Quare ea habet Deus, vel definit habere dependenter à Scientiâ Mediâ; atque adeò impedibiliter, si enim Deus non dat ullum auxilium, nulla est quæstio: si verò dat auxilium, cùm ex me pendeat, quòd in re sit efficax, vel inefficax, atque adeò, quod prævideris Deus efficax fore, vel inefficax, si detur; ex me pendet, quòd habueris Decretum, quod habet, vel non dandi auxilium efficax, vel non dandi inefficax. Itaque quoties Deus dat auxilium quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

quod videt inefficax, ita definit efficax dare, ut in me sit facere, quòd, si dat hoc auxilium, definet habere nolitionem dãdi auxilium efficax: quare decreta hujusmodi semper impedibilia sunt.

DISPVTATIO XXXVI.

PRÆDEFINITIO PROXIME OPERATIVA, vel Executiva, vel condeterminando comitans.

Scopus Disputationis.

297 SEQVELAM Decretorum hujosmodi, & in ipsâ communibus Scholæ nostræ principiis præjudicium, omninò Me rueri, attentâ mearum Prædefinitionum, & indivisibilitatis in Decernendo Divinæ Doctrinâ, testatus, & questus est clanculùm aliquando nonnemo: quod ex *supra* dictis, & eodem omninò tenore, quo typis trado, jamtùm dictatis, patet, quantâ cum injuriâ, judiciique præoccupatione pronuntiarum sit: ut alia silentio premam. Quæ, licèt plenè condonem, aut planè non curem: quia hæc ipsa Decreta etiamtùm in Dictatis, ferè eodem etiam tenore, quo imprimo, dissipaveram: Placet tamen hìc spatiosiùs clariusque ferre judicium de decretis eisdem, ne meam de ipsis imposterùm mentem, quisquam ultrà vel divinando colligat, vel desideret.

SECTIO I.

QVÆSTIONIS TERMINI: IVDICIA Theologorum: Vazquii, & Derkennis desertio, de Decreto comitante.

Termini ex lib. 6. à nu. 533.

298 NOmine Prædefinitionis proximè Operativæ, vel Executivæ circa consensum (sub quo etiam Prædefinitionem seipsâ formaliter, & unicè præparativam Divinæ Omnipotentiæ in eiusãm volo,): quid apud omnes venire debeat, constat ex *lib. 6. præced. à nu. 533.* Eas componi posse cum libertate nostrâ, cõtendunt Schotistæ, nõ satis dissentientibus è Scholâ nostrâ Modernis nonnullis.

Decretum P. Ribadeneyræ.

299 Decretum condeterminando comitans fecit hac tempestate celebre P. Gaspar de Ribadeneyrâ, qui *docet primò*, Repugnare, quòd exiitat consensus, seu actus bonus à Creaturâ, quin sit in Deo circa ipsum, Efficax, & infrustrabile Decretum. *Docet secundò*: hoc Decretum neque esse antecedens, neque consequens determinationem Creaturæ, sed comitans. *Docet tertio*: tale Decretum esse non quod influit, sed quo Deus influit in consensum; atque adeò esse actionem quandam Dei circa consensum. *Docet quartò*: ita esse simultaneè connexum cum determinatione Creaturæ, ut ipsam condeterminet: & ita esse contemperatum, ut pariter determinetur à Creaturâ: adeò ut Deus, & Creatura se mutuò condeterminent, & utrique liberè ponat existentiam consensûs. *Docet quintò*: tale Decretum, quoad existere, vel non existere, esse, subjicique (ut ait) potestati Creaturæ: unde manet pro libito Creaturæ acquiribile, vel evitabile. *Docet sextò*: non requiri tale Decretum ad dissensum, seu actum peccaminosum: sed hunc poni à solâ Creaturâ, permittente sic Deo, impediri à Creaturâ, ne concipiat decretum boni cõdeterminans. *Addit* denuò. Fructũ hujus Decreti esse, *Primò* facere, nihil ut sit boni non liberum immediatè Deo, & ex ejus determinatione. *Secundò*, nihil ut sit honestatis in Creaturâ, non donatum specialiter, & liberè à Deo. *Tertiò*, ita sibi subjicere voluntates liberas, ut sine læsione libertatis, stet in manu Dei, convertere etiam liberè, quomodo, & quandocumque ve-

velit, & sub quovis auxilio.

Citantis pro se Vazquez. Vulpem. Smising. Pontiam. Derkenn.

300 Pro Doctrinæ sic propositæ possibilitate, utilitate, & necessitate pugnat acriter *disp. 10. de Præsci.* & actus *in manuscriptis vindiciis* ad tractatum eundem: Citatque pro se ex nostris Vazquium & aliquos ejus Discipulos: ex Schotistis, Vulpem, Smisingum, & Pontiũ: & novissimè P. Derkennis. Sed Vazquistæ aliter, & ex alio principio discurrunt: Decretumque comitans faciunt pendere, & dirigi à Scientiâ Mediâ: non sic eum Schotistis, & consequentiùs Pater Ribadeneyra. Pater Derkennis discurrit etiam aliter: Nam *d sp. 11. de Deo cap. 3.* solùm admittit Decretum, quo Deus velit determinatè concurrere determinatus à creaturâ: *Sicut enim*, inquit, *in Scho à nostrâ creatura determinat Divinam Omnipotentiam, ut concurrat in actu secundo ita determinat Divinam Voluntatem, ut velit concurrere*: quare sicut Omnipotentiam concurrere est ex determinatione creaturæ, Deoque immediatè non liberum: ita sic efficaciter velle Deũ, est ex determinatione creaturæ, Deoque immediatè non liberum. Quare non favet Ribadeneyræ. Præstat tamẽ amovere breviter hinc Doctrinam Vazquistarum, & novissimam Derkennis, ut expeditior locus sit difficiliori controversiæ.

Vazquez, & Assecl.

301 Imprimis Vazquistarum, quos pro se allegat Ribadeneyra, discursus de Decreto comitanti, nititur in Doctrinâ complente actus liberos Dei per extrinsecum: quare necesse est, ajunt, ut actus Divinæ Voluntatis adjunctus operationi creaturæ, denominetur ipsam efficaciter volens per seipsam, atque adeò comitãter, sine ullâ læsione libertatis. Dispiicet primò ex falso fundamento. Secundò: quia simile Decretũ admitti debet etiam circa materialem actionem peccati; quod non decet Deum. Tertiò: quia vel tale Decretum est necessarium, ut medio illo prodeat actio creaturæ ab Omnipotentiâ, vel non? Si secundum, quod negare videntur Adversarii, non est cur admitti debeat. Si primum: vanò constituitur per ipsam actionem Creaturæ: sicut enim actio non oritur à seipsâ; ita neque à Decreto: Deinde sicut actio creaturæ nequit esse ratio, cur Omnipotentia primatum exerceat in operando; neque tale Decretum. Insuper si ob hæc tale Decretum constituatur præcisim ab actione creaturæ, nequit non esse prædecens, & prædeterminans. Quartò: quia si tale Decretum habetur à Deo ex directione Scientiæ Mediæ: ergo tale Decretum non præcedit Scientiam Mediam: quomodo ergo per Scientiam visa est operari voluntas, & non est visum tale Decretum: cùm alioquin indispensabile sit? Demum si tale Decretum prævisum est, vel prævisum est ex parte conditionis, vel ex parte conditionati? Si ex parte conditionis, fit ridicula Scientia Media, ut benè urget Suarez contra Bellarminum, Dioralevium, Pessantium, & Corduvam Vazquio subscribentes: *protegom. 2. de Gratia cap. 8. num. 18.* si ex parte conditionati: vel inciditur in sententiam Ribadeneyræ: vel in discussum Derkennis, de quo jam.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Suarez. Bellarm. Dioralev. P ssantius Corduva.

Item P. Derkenn.

302 Derkennis discursus, multiplici ex latere ruit. Primò: quia omne determinans distinctum ab eo, quod determinat, precedit ad ipsum, ut *mox* urgebitur *sect. 3.* ergo & actio creaturæ præcedet ad hoc Decretum. hoc autem repugnat: quia Decretum hoc determinat Divinam Omnipotentiam, ut velit concurrere: ergo non est posterius Divino concursu: ergo siquidem est posterius actione creaturæ, creaturæ actio orta est priori ad concursum Omnipotentiæ. Secundò: quia implicat volitionem unius determinari à volitione alterius, nisi hæc in illam influat vel immediatè, vel mediatè: nempè mediâ cognitione necessitante: Sed creatura media suâ volitione, nihil præstat circa Divinam Voluntatem: ergo neque determinare potest. Dicere verò resultare sympaticè, est Deo omninò indignum. Adde, repugnare Deo Decretum, quod ipsi liberum non sit: hoc autem non ita esset: quippè prædeterminaretur à creaturâ: unde ipsemet actus creaturæ jam existens, qui supponitur faciendus ab Omnipotentiâ, constitueret Voluntatem Divinam, ut posset velle præstare concursum in ipsum, quo nihil magis à veritate alienum dici potest. Mittamus hæc.

Mox sect. 3.

Vazquez, & Assecl.

Refelluntur.

SEC-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

SECTIO II.

PRÆDEFINITIO PROXIME OPERATIVA, vel Executiva nequit componi cum Actûs prædefiniti libertate.

§. I.

PROBATIONES ASSERTI.

Probatio Prima.

303 OStenditur primò ex naturâ talis Prædefinitionis: & argumentor sic: Vis proximè operativa, & Executiva Decreti efficacis stare nequit, quin in ipso Decreto sit vel vis se ipso causandi effectum prædefinitum, vel vis seipso determinandi Omnipotentiam, ut causet: atqui ex utrolibet prædicato nocet libertati: ergo Prædefinitio proximè operativa, vel executiva consensûs, nocet ipsius libertati. In hoc Syllogismo stat tota vis: & consequentia tenet. Major patet: tùm quia Decretum executivum exinde diximus *lib. 6. à num.* 534. & 570. distinguendo duplex efficaciæ genus, effectivę, videlicet, & affectivę: neque video, quomodo aliter negandа sit Decretis Prædefinitivis vis determinandi: Tùm: quia vis proximè operativa, & Executiva necessariò est de linea immediati comprincipii ad opus: (an ex se requisita sit, an non: de quo modò præscindo.) Nunc sic: immediatum comprincipium operis ex se connexum cum operis existentiâ, vel est seipso vis causandi effectum, vel est vis seipso determinandi Omnipotentiam, ut causet: Nam quod est ex se determinatissimum in genere causandi effectum, determinari non potest, sed cuncta, quibus coëxistit, seipso determinat: id quod utrumque mihi videtur in Decreto indispensabilius.

Suprà lib. 6. à num. 534. & *à num.* 570.

304 Minor probatur: quia ex utrolibet prædicato necessariò præripit voluntati munus se determinandi: at prædefinitio præripiens voluntati creatæ munus se determinādi, necessariò nocet libertati: libertas enim est jus se privativè determinandi: ergo, &c. Major patet: quia si seipsâ est ratio determinans Omnipotentiam, cùm præcedat concursum, atque adeò actionem creaturæ, non est locus arbitrio alterius determinantis. Si seipsâ est vis causandi, pro libito volentis per ipsam erit effectus.

Evasio intercipitur

305 Neque dicas primò, eam prædefinitionem talis esse naturæ, ut nunquam existeret in Deo, nisi aliàs foret consensura Voluntas; atque adeò attemperari libertati. Contra enim est primò: quia gratis fingitur in Decreto talis natura: Nam si Decretum habet vim ex se determinandi, & causandi; ad quid quasi expectet determinationem alieni arbitrii? Is quippè attemperandi se modus arguit in Decreto vim purè speculativam affectûs. Contra secundò: quia nequit attemperari libertati principium, quod ipsi præripit vim, & jus se determinandi.

Alia evasio pellitur.

306 Neque dicas secundò, eam prædefinitionem evitari posse pro libito voluntatis; atque adeò ejus non nocere libertati. Contra enim est primò: quia ubi nullus restat alieno libito locus; quomodo quidquam est evitabile pro libito alieno? Unde patet per responsiones hujusmodi peti principium ab Adversariis. Contra secundò: esse evitabilem Prædefinitionem est ita existere, ut nunquam extitisset, si voluntas aliàs non esset consensura: at id neque tali prædefinitioni competit, neque juvat ex *nuper* dictis.

Nuper à num. 268.

Contra tertiò: quia nequit evitari Prædefinitio, quæ præripit munus determinandi Agenti, à quo deberet evitari, si posset.

Probatio secunda.

307 Ostenditur secundò, ex naturâ principii liberi, & requisitorum ad ipsum: & argumentor sic: Nequit stare libertas, & dominium principii liberi, nisi ipsi subordinatæ, & attemperatæ sint cæteræ concausæ, atque adeò quin Omnipotentiæ concursus sit ipsi indifferenter præparatus, & oblatus; atqui cum hujusmodi Prædefinitionibus stare nequit talis condescensus Divinæ Omnipotentiæ, & indifferentia Divini concursûs: ergo neque libertas, & dominium voluntatis. Major ex ipsâ terminorum expositione patet. Probo minorem: quia præparatio indifferens Divinæ Omnipotentiæ, ejusque attemperatio ad arbitrium creaturæ, vel stat (ut opinor) in exhibitione principiorum ex se indifferentium prout conjuncta cum passivâ exclusione alienæ determinationis ad unum, & impedimenti inevitabilis; vel, ut alii opinantur, in Decreto, quo Deus se præimpedit

pedit determinationem actionis, ejusque impeditionem: quovis modo discurratur, ea præparatio debet esse entitativè indifferens, & per eam exclusionem constitui, ut patet ex *dictis a num.* 218. Atqui cum Prædefinitionibus hujusmodi stare nequit ea exclusio, & præparatio, cùm stare nequeat exclusio sui: ergo, &c.

Suprà à num. 218.

Probatio Tertia.

308 Ostenditur tertiò: ex naturâ signi immediati libertatis ad agendum, & non agendum liberè. Sic argumentor: Signum immediatæ potestatis etiam proximæ ad agendum liberè, vel non agendum, est signum indifferentiæ, præscindens ab opere, ejusque carentiâ; sed signum indifferentiæ præscindens ab opere, ejusque carentia necessariò præscindit à determinatâ connexione cum opere: ergo signum immediatæ potestatis etiam proximæ ad agendum liberè, vel non agendum, necessariò præscindit à determinatâ connexione cum opere: ergo signum immediatæ potestatis constitutum per determinatam connexionem cum opere non est signum potestatis immediatæ ad agendum liberè, vel non agendum. Atqui si Prædefinitio sit proximè operativa, vel executiva, constituit signum immediatæ potestatis per connexionem cum opere: ergo constituit signum essentialiter diversum à signo potestatis immediatæ ad agendum liberè: ergo talis prædefinitionis suppositio stare nequit cum libertate operis prædefiniti. Omnia bene descendunt ex primo Syllogismo, de cujus nulla propositione dubito, nec dubitari posse video, si standum sit principiis Scholæ nostræ.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Solutio duplex.

309 Potest nihilominùs dupliciter tentari solutio. Primò, dicendo, prædefinitiones istas non esse prærequisitas, sed superaddi gratis principiis alioquin sufficientibus, & sufficienter constituentibus, præcisim ab illis, signum indifferentiæ, vi cujus potest impediri existentia talium prædefinitionum. Secundò dicendo cum Ribadeneyrâ, non debere omnia comprincipia ad utramque partem libertatis, ad eatum utramque præcedere: neque enim præcedunt ad operationem, nisi principia, à quibus fluit: cùm verò operatio consensûs non fluat ab omnibus principiis, à quibus dissensus, nec econtrà; fit, non debere præsupponi ad consensum ea omnia, quæ requiruntur pro-

Ita ex Doctrinâ P. Ribadeneyræ: non vera ex Tract. de Affib.

ximè ut existat dissensus. Exinde dici potest, eatenùs signum indifferentiæ præscindere à consensu v. gr. quatenus dicit potestatem non consentiendi; cùm autem potestas non consentiendi non sit pro priori ad consensum; neque potestas consentiendi sit pro priori ad exclusionem consensûs: videturfieri, posse me per dissensum evitare liberè aliquid quod non supponitur in signo principii immediati ad dissensum; licèt in signo immediato ad consensum supponi deberet, si consentirem.

Neutra subsistit. Nō prima.

310 Neutra solutio subsistere potest. Non prima: primò: quia præclusa est præcedentibus argumentis. Secundò: quia sive prædefinitio immediata, necessariò prærequisita sit, sive non; existere nequit, si existat, in alio signo præterquàm in signo immediatæ potestatis: ergo si ea potestas immediata debet esse potestas agendi liberè, atque adeò potestas non agendi, necessariò debet esse præscindens à connexione cum agendo: ergo necessariò præscindere debet à tali prædefinitione: quod repugnat: nam res, dum est, necesse est esse: quomodo ergo signum potestatis constitutæ per prædefinitionem, ab hac præscindat? Unde talis Prædefinitionis existentia necessariò immutat & corrumpit hypothesim, sub quâ liberè prævisa est operatio consentiēdi per Scientiam Mediam; quare non apparet, quis maneat locus impeditioni. Nam eatenùs impediri potest, quatenùs potest poni dissensus, quo semel posito, ipsa nunquam extitisset: at poni dissensum, ipsa prædefinitio præimpedit connectendo signum potestatis cũ exclusione dissensûs: ergo ea impedibilitas solùm est imaginaria, & non realis: qualis certè opùs est ad dominium voluntatis.

Nec altera

311 Non secunda: primò: quia quicquid de eâ doctrinâ Ribadeneyræ sit, manet argumentum in suâ vi: nam signum potestatis ad consensum nequit in se cõstitutivè anticipare consensum: anticiparet tamen, si diceret principium connexum cum consensu. Secundò: quia licèt pro priori ad dissensum v. g. non sint omnia principia ad consensum, tamen ita debent esse pro illo priori dissensûs, cùm dissentio liberè, ut in me sint principia ad consensum, licèt non pro priori

Quà in multis fidit nimis P. Thomas Munièssa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

ad dissensum: alioqui non apparet, quomodo liberè dissentiam, seu ita dissentiam, ut possim non dissentire: sed implicare impediri per dissensum liberè, id cum quo dissensus, ut liber sit, debet saltem coëxistere: ergo implicat impediri per dissensum liberè, principia immediata consensûs. Id quod non satis videtur animadvertisse Moderni, alioquin ingeniosi, nimis consilio principio Patris Ribadeneyræ. Tertiò similiter: quia licèt pro priori ad consensum non debeant existere in me principia omnia dissensûs, debent ita illa, & principia ad consensum ita existere, ut iis inspectis neque pro priori ad consensum, neque pro priori ad dissensum existat ulla determinatio ad unam partem: at si adsit hæc prædefinitio datur talis determinatio: ergo. *Dices*: at est pro meo libito: & pro meo libito possum facere, ne pro priori sit. *Hæc verba sunt*: contra primò: cùm præscindam ab omni libito; quodnam est libitum? Secundò: qui possis facere, ne sit pro priori, si pro priori necessitaris, ut agas, & sit? Sed hanc Doctrinam Ribadeneyræ, *alibi* examino, & rejicio.

In Tract. de Actib.

312 Ex quibus patet, æquè nocere libertati Prædefinitionem, quâ dicatur applicari formaliter in actu primo Omnipotentiam, expediique ad operandum. Tùm quia præparatio Divinæ Omnipotentiæ, ut ex *suprà* dictis constat à *num.* 218. necessariò ingreditur signum ind fferentiæ: hoc autem signum præscindit à connexione cum opere. Tùm quia ea Prædefinitio necessariò debet esse proximè operativa, & executiva: atque adeò determinans comprincipia, quibus adjungitur, ad operandum, simulque præripiens voluntati munus determinandi se. Alia promi possunt ex suprà dictis.

§. II.

OBIECTIONES OPPOSITÆ: VBI QVID de influxu Gratiæ Habitualis in Actum pro instanti determinato præceptum?

Objectio prima ex paritate Imperii.

313 OBjicies primò: Actus imperans non tollit, neque impedit immediatam libertatem actûs imperati: nihilominùs se habet circa imperatum instar immediati principii, & aliunde connexi: ergo licèt Prædefinitio sit immediatum principium, & aliunde connexum cum consensu non tollet ipsius libertatem. Consequentia videtur bona. & antecedens quoad utramque partem, nostræ doctrinæ *intractatu de Actibus Humanis*. Quoad secundam: quia *ibidem* omni cognitioni, & affectui præcedit de dimus physicum influxum: de quo etiam dicemus aliqua *Tractatu 3 lib. 12.* Quoad primam ex multis rationibus, quas sic illustrat Ribadeneyra *disp. 9. de Prædest. cap. 2. num. 5.* Nam potestas impediendi proxima actum imperatum non dicit constitutivè carentiam actûs imperantis: ergo actus imperans non tollit libertatem imperati. Patet consequentia: quod enim tollit libertatem actûs, requiritur præexclusum ad liberam omissionem ipsius. Antecedens verò probatur, quia potestas libera ad nolitionem actus imperati est potestas libera ad omittendum ipsum, ut patet: at ea potestas non constituitur per carentiam imperii: nam potestas non constituitur per carentiam rei, quam per ipsum actum potest inducere, qui operatur: at per nolitionem actûs imperati potest induci carentia imperii: ergo ea carentia non constituit potestatem proximam ad nolitionem: sicut potestas proxima ad odium non constituitur per carentiam amoris, quia hæc potest ab operante induci per odium.

Tract. de Actib.

Et infrà lib. 12. à num. 8. P. Ribadeneyra

Solvitur primò cum Suarez.

314 Respondetur primò: jam dixi suprà *lib. 6. à num. 559.* cum Patre Suarez hujusmodi imperia reflexa videri mihi non solùm inutilia, & impracticabilia, sed etiam impossibilia. Secundò: iis permissis, agnosco & concedo antecedens, & nego consequentiam: quia tota ea connexio, quam affert actus imperans respectu imperati, est omninò libera habenti: nequit autem tolli vel minui libertas operantis, sed perfici per determinationem, quâ constringitur liberè ad ipsam operationem: at connexio Prædefinitionum, de quibus est quæstio, est connexio alieni dominii, & voluntatis, suo nutu præoccupantis jus determinandi, atque adeò tollentis libertatem.

Secundò, actus imperans non tollit libertatem imperati immediatam.

Objectio secunda valde affinis: ex influxu Gratiæ Habitualis.

315 Objicies secundò: Potest dari principium immediatum liberæ operationis, alioquì connexum cum ipsius existentiâ: ergo quominùs istæ Prædefinitiones cum libertate nostrâ stare possint, non

non obstat, quòd & connexæ sint cum operatione, & alioquin sint immediatè operativæ. Consequentia tenet. Et antecedens probatur in casu urgentis præcepti hominem alioquì justum. Nam in hoc casu Charitas, vel Gratia habitualis influere potest, & influit in actum præceptum, instar immediati principii; atqui in tali casu Charitas, seu Gratia Habitualis est connexa cum existentiâ actus præcepti: ergo potest dari principium immediatum liberæ operationis, connexum cum ipsius existentiâ. Quo exemplo infringuntur rationes nostræ.

316 Nam si in tali casu homo ille non impleret præceptum, impediret Gratiam, requisitam ad actum præceptum, ejusque proximè operativam: ergo potest impediri pro libito operâtis aliquod ex immediatis comprincipiis: sicut ergo ibi liberè nihilominùs omittit, nam alioquì nò peccaret, nec impediret Gratiam, cur non possit in casu Prædefinitionum? Et sicut in casu Gratiæ, impedit Gratiam, potens conservare, licèt ipsa potentia conservandi, integranda, & adæquanda sit proximè per Gratiam: cur non impedire quis poterit eas Prædefinitiones, potens eas acquirere, licèt potentia acquirendi, adæquanda proximè per ipsas sit? Certè difficultas par omninò est, si casus & influxus Gratiæ repræsentatus in primo Syllogismo sit possibilis. Ejus tamen minor est certa ex incompossibilitate Gratiæ cum peccato, qualis foret omissio.

Quem defendunt Ripalda: Borrull: Oxea. Ant. Per. Esparza. Compton. Haunold. Munièssa. Barbiano. Francisc. Vazquez.

317 Major aliunde supponitur cum Ripaldâ, Borrull, Oxea, Antonio Perez, Esparza, Munièssa, & Magistris mihi gratissimis, quibus accessere Comptonus, Haunoldus, *& in Manuscript. de Merito* P. Ioannes Barbiano, ac P. Franciscus Vazquez: ille, Salmanticensis; iste, Primarius Complutensis ex nostris: & apparet satis verosimilis. Tùm ex necessitate antecessionis Gratiæ ad actum, ut cõdignificet, ut expensum est *lib. 4. de Incarnatione disp. 3. sect. 2. à num. 95.* & latè firmabitur *disp. ultimâ tomi seq. in 1. 2.* Tùm quia si Gratia est ex se operativa, non est cur à suppositione omninò extrinsecâ, nec immutante, impediatur. Tùm quia durum est dictu, cassam reddi virtutem effectricem Gratiæ, cùm major ejus adjutorii necessitas instat. Tùm quia obligatio obsequendi redderet Nos intrinsecè debiliores, & fortunæ pejoris.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Negant Card. Lug. Pet. Hurt Aldrete. & Alii. Author in Tract. de Actibus Affirmat.

318 Diù pupugit animum hæc objectio: non quidem ex ipsius difficultate: nam negatâ cum Modernis secutis Card. de Lugo, Petrum Hurtado, & Aldretum possibilitate influxûs in Gratia, urgente præcepto, nulla est: sed ex difficultate negandi possibilitatem talis influxûs, quæ mihi videtur valde verosimilis: & ex difficultate eam componendi cum tenore præcedentium, quæ vera censeo. Rem generaliùs discussi in *Tract. de Actibus Humanis*: ubi latè tenui, defendique Patres Affirmantium. Hìc, ne omnia passim immisceantur, insinuare contentus ero, quæ fuso ibi calamo tracto.

319 Video nihilominùs inter Gratiam, & Prædefinitiones aliquale discrimen. Nam *imprimis* Prædefinitio postquàm semel extitit, destrui nequit: at Gratia habitualis, cùm sit creata qualitas, destructioni, & corruptioni subest; atque adeò postquam extitit in instanti *A*, impediri potest ne transferatur ad instans *B*, & destrui. *Deinde* connexio, quam habet Prædefinitio immediata, est connexio determinans: quia est connexio faciens operari, ex essentiali respectu ad operationem: unde præoccupat jus determinandi proprium agentis liberi: at connexio, quam habet Gratia habitualis cum existentiâ operationis, non est connexio faciens operari directè: quia solùm provenit ex merâ incompossibilitate cum peccato: cùm autem actus peraccidens sit præceptus, & peraccidens omitti peccando debeat, peraccidens etiam redditur connexa cum ejus existentiâ Gratia habitualis. His ita prænotatis, quæ negari non possunt: *Ex* 1. 2. ubi latè rem versò: nec contentus, nec securus in aliis respondendi modis, quorum aliqui, visi mihi semper sunt insufficientes, & alii, nimis duri.

Fortè disparest casus.

Solvitur primò assignando primum Modum defendi Gratiæ influxum.

320 Prima sit: distinguendo in voluntate juxta duplex genus Gratiæ, quod in eo casu habet, duplicem conatum in actum præceptum: utrumque physicum: primus oritur à voluntate præinstructâ Gratiâ auxiliante: alter oritur à Voluntate, & ab ipsâ Gratiâ habituali. Primus respectivè ad existentiam actûs præcepti non sufficit: nec ipsam attingit: sufficit verò ad impediendum peccatum in eo in stan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

stanti, & seipso, quasi per modum cujusdam assensus ad inclinationem Gratiæ habitualis, præstandum, ne ipsa desit, & eam sibi coaptat, & conservat ad positionem actûs præcepti, in quâ secundus conatus stat. Ille primus conatus dicipotest quædam incohatio actionis, & actûs, consummativi; & perficiper ipsam Gratiam habitualem sese impedientem in actionem actûs præcepti per secundum.

Ejus congruentia.

321 Si stet hujusmodi distinctio, nulla remanet difficultas in concinnando, cum libertate, Gratiæ Habitualis influxû in actum præceptum neque ab a fieri potest paritas ad casum præsentem executivę prædefinitionis. Nam Voluntas omnino liberè se determinat vi primi conatûs ad impediendum peccatum, & retinendum comprincipium, cujus existere sit ponere actum præceptum; atque adeò omninò liberè præceptum adimplet, quin in signo indifferentiæ ad determinationem primariâ præcedat quicquam immediatè connexum cum ipsâ; neque in signo ad effectionem actûs sit ulla connexio præterquam ex libero voluntatis. Deinde si omittit, & destruit Gratiam, omittit omninò liberè, & peccat, potens attentis iis, quæ manent cum ipso peccato, non peccare: & sic salvatur influxus Gratiæ quantùm requiritur ad condignificationem, & aperitur harmonia inter utramque Gratiam omninò mirabilis. Quid in casu Prædefinitionis efficaciæ simile?

Et vincitur difficultas.

322 Solùm est difficultas in eâ distinctione: sed ea non difficilè vincitur: tùm quia ut licet Schotistis dicere dari duplex genus actionum: quarum altera productiva sit: alia ductiva, altera: cur nos non similiter discurremus pro tam gravi difficultate? Tùm quia hæc distinctio maximè congruit nostræ Naturæ ab imperfectis incipienti. Tùm etiâ, quia maximè congruit Gratiæ: si enim impeditur Habitualis ad positionem conatûs ex eâ oriundi, pro eo priori, cui otiosa sit virtus Auxiliantis, ut non pro suo modo, (cùm alioquin sit effectiva,) conetur? Si autem rogas: quid iste conatus sit, cùm ad actionem non adolescat? jam dixi esse quendam modum se habendi circa Gratiam habitualem, quo ipsa sit permanens, ut voluntatem juvet ad actum.

Instantiæ.

323 Sed Instas primò: Hæc conatuum distinctio gratis videtur fingi. Secundò: quia Primi conatûs, qui à Gratiâ Auxiliante dicitur emanare, non est assignabile munus speciale. Tertiò: quia vel hic conatus sufficit ad positionem Actûs, vel non? Si primum: ad quid secundus? Si secundum: quomodo determinate? Quartò: quia videmur distinguere determinationem ab Actione: quid nostris Principiis non est conforme. Quintò: quia hic conatus vel est actus voluntatis, vel nò? Si secundum: videtur inexplicabilis. Si primum: ipse erit actus plenus: deque ipso erit quæstio, an impetrari possit condignè faciendus: & an ipse prodire à Gratiâ Habituali possit?

Solvuntur: & explicatur Doctrina.

324 Respondetur, hæc non ita esse gravia, ut pelli non possint. Ad primum: Negetur Assumptum: pluris enim habēdus est modus, quo Gratiæ, Auxilians, & Habitualis sè mutuo juvent, & expediant in bonum Habentis, quàm identitas in utriusque conatu. Et certè, si Gratia Habitualis, utpote incompossibilis cum omissione, nequit constituere signum Indifferentiæ, non est cur oriatur voluntas sufficienter instructa per Auxiliantem ad incohandum actum, expediendo viam ulteriori Adjutorio Habituali, quo eget ad condignè merendum. Ad secundum, negetur Assumptum etiā: Munus enim speciale est esse determinationem liberam, consistentem in modo, quo Voluntas ex Dei Gratiâ se liberè reddit incompossibilem cum peccato, & conservat Gratiam Habitualem: unde talis modi munus est determinate voluntatem; esse durationem Gratiæ, ejusque præviam necessitatem ad actionem: quæ omnia in casu Iustitiæ præsuppositæ cadunt in præceptum: quia præcipitur Actus liber, & Actus liber determinationem liberam involvit. Ad tertium, dico primùm conatum, sufficere ad rationem Determinationis: non verò ad plenum exercitium actus. Ad quintum: concedo distingui hic à Nobis determinationem liberā ab actione: sed pro casu extraordinario, loquimur, per ea, quæ Magni Doctores tentant, (licèt alio sensu) Koninch, Franciscus de Lugo, Martinonus, Antonius Perez, Bellarminus. Ad quintum denique: dico esse operationem voluntatis, vel potiùs incohationem: sed neque esse volitionem, nec nolitionem; sed

sed potiùs esse modum determinandi se, vel ad volendum, vel ad nolendum. Vitalitas autem & determinatio sui volendi, vel nolendi, (id est, liberè) in nostro casu, ex duplici illo conatu coalescit, ut dicere soleant distinguentes in Actu vitali, Actionem, Inhærentiam, & Qualitatem.

Solvitur quando determinando eorum Modum.

325 Secunda sit: supponendo nonnulla assensûs non difficilis. *Primum*: Comprincipia ad aliquem actum, duo posse considerari: nempe comprincipia, quorum ex uno instanti in aliud transitio, seu translatio non pendet, aut est exercitium voluntatis, & usus eorūdem. Et Comprincipia, quorum ab instanti, quo præhabentur, in aliud transitio, seu translatio est formāliter, vel pendet ex usu eorundem: potest enim esse eorum comprincipiorum talis Natura, ut componi nequeant cum omni operatione, quam in instanti sequenti potest exercere voluntas; & hæc alioquin potest habere datum à Deo jus transferendi ea comprincipia per usum eorum ad instans sequens, neve desinant, nisi per non usum ipsorum. Talem putamus Gratiam.

326 *Secundum*: aliud est *Entitas Gratiæ*, aliud Gratia *ut conservabilis* in instanti *B* v. g. & aliud, *Gratia conservata* in instanti *B*. Entitas Gratiæ, quæ nempe est Virtus contentiva, & causativa actuū, qui ab ipsâ fluunt, præscindit à conservatā, vel Conservabili, & ab instanti hoc, & illo. Gratia, *ut conservata* in instanti *B*, est Gratia cum correspondentiâ ad hoc instans. Gratia *ut conservabilis* est in ipsâ voluntate jus ad translationem ipsius cum respectu ad præhabitationem in instanti *A*.

327 *Tertium*: Licèt Gratia secundùm se sit oppositio cum peccato; at cùm ea oppositio sit repugnantia simultatis in coëxistendo subjectivè, solùm Gratia prout conservata, in instanti *B*, exercet oppositionem cum peccato pro eodem instanti. Vnde Gratia ut conservabilis non dicit oppositionem cum peccato pro instanti *B* posito: ut patet.

328 *Quartum*: in casu nostro & actum præceptum, & omissionem (quæcumque ponatur) posse essentialiter connecti cum Gratiâ ut conservabili in instanti *B*: sed Diversimodè: Nam omissio connectitur cum ipsâ, ita ut sui positione transitionem impediat, & destruat: Actus cum ipsâ connectitur, ita ut sui actione transferat ad instans *B*, & conservet: unde actus oritur à Gratia non ut conservatâ, sed ab ipsius entitate, quam conservat: sicut actio localis oritur à corpore, non ut existente in loco, sed quod facit existere in loco.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

329 *Quintum*: Petrum v. g. constitui ad actum & omissionem ipsius per Gratiam non *ut conservatam* in instanti *B*, sed *ut conservabilem*; atque adeò constitui, quantum requiritur, indifferentem ad operandum liberè, & non operandū. Hæc quinque principia, quæ hic insinuo, latè firmavi ratione multiplici, & spatiosè defendi in *Tract. 1. de Actibus*, ad quem mè plenè remitto. Nunc, ex Ipsis

1. 2. Tract. de Actib. Applicatio Doctrinæ.

330 Ad difficultatem argumenti dico, stare cum influxu Gratiæ sufficientem indifferentiam: nam Gratia non constituit actum primum ad positionem actûs præcepti, ut dutaxat in instanti *B*, sed ut conservabilis pro instanti *B*: quod pro priori ad actum *tria* dicit: *jus physicum* ne deficiat Gratia præhabita, nisi per abusum voluntatis: *Entitatem Gratiæ, & præexistentiam in instanti B*: hanc, ut conditionem: illam, ut causam.

Instantiæ, & solutiones.

331 Sed dices primò: quid est jus illud physicum? dico, consistere in Gratiis auxiliantibus, quibus scio promississe, & decrevisse Deum conservare Gratiam, donec sit abusus meæ voluntatis. *Dices* secundò: at pro priori ad actum non est indifferentia. Nego. Nam Gratia ut conservabilis non opponitur cum peccato in instanti *B*. *Dices* tertiò: in casu omissionis, quomodo omittit liberè, si non habet Gratiam, quæ constituit libertatem? Dico, libertatem non constitui per Gratiam, ut duantem in instanti *B*: sed per gratiam ut conservabilem: quam ita jam habet in jure physico explicato cum respectu ad præhabitionem ipsius in instanti *A*. *Dices* quartò: ex cujus rei notitiâ ducitur Deus ad conservationem Gratiæ in instanti *B*. Dico, posse sine absurdo duci per notitiam Scientiæ Mediæ. Dico dejnde, Decretum de conservandâ Gratiâ esse conditionatum, *donec peccet*: unde, si peccat, deficit Gratia, sine novo decreto, aut indigentiâ notitiæ de novo directivæ: non enim requiritur aliud conservativum. Si non peccat: sine quâ etiam indi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

indigentiâ notitiæ dirigentis, manet Gratia ex vi primi decreti. *Dices* quintò: idē dicere posse Thomistas de suâ physicâ præmotione. Respondeo: Connexionem prædeterminationis nec esse amobibi.ē, nec dare locum voluntati ex impetu præripiendi munus Determinādi. Quę si altè mediteris, fortè, pro defensione influxûs Gratiæ Habitualis in Actum pro instanti determinato præceptum, non desiderabis, quæ *loc. cit.* 1. 2. Latiùs, & magnificentiùs expendentur, & illustrabuntur.

1. 2. Tract. cit.

SECTIO III.

QVID DE DOCTRINA D. P. GASPARIS de Ribadeneyrâ de condeterminante Decreto.

§. I.

MENS NOSTRA CIRCA DOCTRINAM Doctoris Præfati.

Quæ probanda contra P. Ribadeneyra

332 TRia pronuntio. *Primum*: repugnare principiis Scientiæ Mediæ. *Secundum*: repugnare principiis solidioris Theologiæ. *Tertium*: repugnare secundùm se. Ostendenda sunt breviter singula: & duo prima, primùm: ut exinde pateat, quantoperè insudandum sit in inquirendâ tertiæ positionis veritate.

Primum, & primò.

333 Primum ostendo sic primò: quia Scientia Media, quam agnovit in Deo Schola nostra est Scientia Deo purè contingens, nec in ipso existens ex libito ipsius; at juxta Doctrinam Ribadeneyræ Scientia, quam vocat Mediam, non potest esse Deo purè contingens, & in ipso existens independenter à libito ipsius: ergo neque est in Deo Scientia Media, quam agnovit in Deo Schola nostra. Major patet ex penetratione terminorum, per quos Authores nostri loquuntur. Et minor est evidens: quia, cùm Scientia Media existat in Deo ex determinatione Creaturæ, & hæc juxta Ribadeneyrā fit ex condeterminatione Dei liberâ, fit Scientiam Mediam existere in Deo ex determinatione ipsius Dei, essequè liberè evitabilem, & determinabilem ex libito ipsius: quæ singula manifestè repugnant principiis Societatis.

Secundò:

334 Secundò: quia siquidem Scientia Media ex parte Eventûs non solùm videt determinationem Creaturæ, utcumque, sed ut condeterminatam à Deo: videt enim, ut essentialiter est: non potest non videre libitum Dei ex parte ipsius eventûs: ergo hypothesis Scientiæ Mediæ non solùm est libertas Creaturæ, sed Dei: quod nostræ Scholæ non est: & unde tria fiunt parùm consona nostris principiis. *Primum*: libertatem Dei ad liberè decernendum, non constitui per Scientiam Mediam, secùs ac *suprà* probatum est, & Ribadeneyra non negat: & fieri patet: quia ex parte hypothesis Scientiæ Mediæ videtur Dei libertas ad decernendum, & non potest videri Scientia Media: unde etiam patet omninò casualiter condecernere Deum cum Creaturâ. *Secundum*: non minùs videri à Deo sua Decreta, ut conditionatè futura, quàm volitiones Creaturæ. *Tertium*: non manere Deo liberum in decernendo, cùm anticipetur notitia connexa cū suâ determinatione.

lib. 6.

Tertiò.

335 Tertiò: quia finis, & usus Scientiæ Mediæ in Schola nostrâ fuit, & esse debet, ut Deus per media indifferentia sine læsione libertatis infallibiliter ducat ad scopum per merita obtinendum: at juxta hanc Doctrinam non est ad id necessaria Scientia Media: independenter enim ab ipsâ scit Deus se posse sub auxilio quocumque assequi liberè consensum Creaturæ, si determinare velit independenter à Scientiâ Mediâ potest vel ē: ergo scit se posse independenter à Scientiâ Mediâ ducere per merita determinata hominem ad finem: ad quid ergo Scientia Media? Confirmatur: ut Deus sciat fore consensum sub his auxiliis, sufficit, si sciat se velle, quòd detur consensus, si sint hæc auxilia: id autem scire potest Deus, per Scientiam sui Decreti, & sine Scientiâ Mediâ: ergo neque ut assequatur liberè consensum à Petro, neque ut prudentissimè decernat auxilia, opus erit Scientia Media. Quo satis præcluditur conatus solutionis intentatæ ab ipso Ribadeneyrâ *disp. 17. cap. 5. à num. 47.*

Quartò:

336 Quartò: quia juxta hanc doctrinam facilis datur ansa, ut fingātur auxilia similis sympathiæ, & quæ purè sint cōdeterminantia: in quod effugium facile, pronumq; erit relabi Thomistas pondere nostratum argumentationum, contra auxilium physicè prædeterminans. Et ne is vanus putetur timor, constat *ex lib. 3.* à *num. 18. & à num. 314. & iterum lib. 13. à num. 314* fuisse jam Doctorem Valentinum, qui ad gustum hujusce Doctrinæ finxerit auxilium condeterminans: negatâque Scholâ prædeterminantium, tentaverit à nostra, quibus adhæserat antè, principia concutere, Mediam intērans viam, ductu Doctrinæ, quam impugnamus.

Raynaud. cont. Dola.

Et infrà lib. 13. à num. 151.

Verùm: & primò:

337 Secundum ostēdo sic primò: quia juxta Doctrinam Ribadeneyræ negari debet immediatus Dei concursus ad actionem peccaminosam Creaturæ: quod tandem fatetur ipse *disp. 11. cap. 5.* licèt pulchrâ verborum specie velit dissimulare, & honestare, quod asserit, *dicendo* Deum concurrere immediatè *quoad sufficientiam*; id est, ex se concursurum, si actio non esset in circunstantiis malitiæ: non verò concurrere immediatè, *quoad efficaciam*; id est, reverâ non concurrere; ponique eam actionem à solâ Creaturâ: hic est planissimus sensus Ribadeneyræ in tam pulcro circuitu terminorum, quos addēlar *ex cap. 5.* hoc autem quàm absonet solidioris Theologiæ principiis patet ex Raynaudo *de novâ libertate part. 2. cap. 4.* contra Durandizantem Dolam, & *alibi*.

Secundò:

338 Secundò, & graviùs: nam ex sententiâ Ribadeneyræ tam esset peccatum ex determinatione Dei, quàm ex determinatione creaturæ: quod patet omninò, dici non posse; & aliòquin sequi, est mihi evidens. Ratio est: quia esse obligationem amoris, & non esse amorem à creaturâ, est peccare creaturam; sed esse obligationem amoris, & non esse amorem à creaturâ est ex determinatione Dei: ergo & peccate. Probatur minor: sicut esse obligationem, & esse amorem, est esse obligationem, & esse Decretum condeterminans, ita esse obligationem, & non esse amorem, est esse obligationem, & non esse Decretum condeterminans: atqui esse obligationem, & non esse Decretum condeterminans est ex liberâ determinatione Dei: ergo & esse obligationem amoris, & non esse amorem.

Evasio Ribaden. intercipitur.

339 Minor proxima contra solutionem per doctrinas æquè difficiles tentatam à Ribadeneyrâ *l. sp. 11. cap. 4.* ostenditur sic: nam in terminis implicat, quòd positio actûs sit electivè libera illi, cui omissio talis actûs non sit etiam libera electivè: & ratio est apud omnes satis perspicua, quia esse actum electivè liberum alicui est esse ab ipso pro libito ponente suspendere: quis enim eum vocet actûs sui dominum, qui sui actûs impeditionem sub suo eodem dominio non habet, cùm dominium sit jus liberum ad usum, & non usum actûs, qui in tale dominium cadit? Vnde quam vocat Ribadeneyra permissionem peccati per speciosas voces, quibus videtur retinere sanitatem doctrinæ, quam deberet: ea reipsâ est apud ipsum, & esse debet libera determinatio, ne sit in Deo Decretum condeterminans, atque adeò ne sit in Creaturâ amor, quem aliòqui præcipit: & consequenter determinatio, ut creatura peccet.

Confirmatio.

340 Confirmatur: Vel cùm dissentit Creatura, manet Deus proximè potens decernere consensum, vel non? Si primùm ergo defectus decreti est omninò liber ipsi Deo, siquidem qui proximè potest operari, seipsum liberè impedit, vel non est proximè liber. Quicquod primum hoc dici non potest in Sententiâ Ribadeneyræ: nam dissensus Creaturæ est impedimentum decreti ita independens à Dei libito, ut existat ex solâ determinatione Creaturæ: ergo est impedimentum antecedens, atque adeò neque subsequens, neque comitans determinationem Dei: ergo tollit potestatem proximam ejus, cujus impedimentum est: non ergo manet in Deo libertas ut determiner creaturam: ergo constitutio libertatis Dei ad decernendum consensum pendet ex libito Creaturæ: quid si non accedat? Ecce evanidos fructus omnes, quos è suâ Doctrinâ colligere voluit Ribadeneyra! Si ergo secundum: ergo potest esse creatura proximè potens consētire: quin Deus sit proximè potens determinare consensum: nam dissensus non obest, ne creatura sit proximè potens ad oppositum. Deinde Deus constitui deberet proximè potens ad decernendum per cætentiam dissensûs: quæ cùm sit necessitas Decreti, perit omninò libertas Dei. Vel ergo juxta Ribadeneyram peccatum debet esse ex determinatione Dei, *vel* ejus doctrina stare non potest. Vide alia, quæ satis acutè, & opportunè cōgerit Herice *quæst. 9. sect. 3.* hæc enim supersunt pro veritate secundæ partis assertæ.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Tertium: & primò:

341 Tertiâ partem assertionis ostendo sic primò, ex naturâ Agentis liberi. Sic argumentor: esse alicui liberam actionem *A* est ita existere ex ejus determinatione, ut solùm determinativè existat: quia ipse vult: ergo repugnat libertas actionis, si condeterminetur ab alio: ergo repugnat Decretum mutuò condeterminans: nam eo ipso neque in ipso esset libertas, neque in actione creaturæ. Omnia pendent ex antecedēte, quod expressè tradidere Clemens, Nissenus, Anselmus, & Thomas locis *suprà* citatis, & ostenditur à ratione: nam actionem esse liberam alicui est existere ex ejus dominio physico circa eandem; atqui existere ex alicujus dominio physico circa ipsam, est existere ex solâ ejus determinatione: quod probo. Primò: quia existere actionem ex meo physico dominio, est ita existere, ut quomodocumque alii operentur à me distincti, non possint esse ratio physica, cur ita operor: atque adeò sola mei arbitrii determinatio possit esse ratio, cur actio existat: & ratio est tum ex analogiâ dominii moralis: quod tunc dicitur exerceri, cùm ita ponit usum rei, ut cum ex privativo beneplacito suo ponat. Tùm quia actionem existere pro meo dominio est existere à me citra cujusvis alterius prædominiū in operando. Vnde probo secundò: quia operari ex determinatione alterius est operari, solùm quia alteri placet, & quia alter vult: atqui operari ex dominio physico stricto nequit esse operari, solùm quia alteri placet, & quia alter vult: dominium enim excludit prædominium alterius circa usus, quos respicit Dominus: quòd tum ex ipsis terminis patet: tùm ex analogiâ ad dominium politicum, & morale, si strictum sit: ubi repugnat servitus, & dominium, operatique ex dominio, & operari cum obligatione, seu determinatione morali ad operandum: ergo operari ex dominio physico stricto nequit esse operari ex determinatione alterius.

Suprà à num. 30.

Bona confirmatio.

342 Confirmantur hæc omnia, & sumo rationem à priori ex ipsâ concessione dominii. Nam concessio dominii circa rem aliquam est actus, quo ita res subjicitur Donatario, cui dominium datur, ut ipso usu concedendi Donator, & primarius Dominus, sese impediat ad alios ipsius circa rem ipsam, velitque alios manere impeditos ab usu rei pro solo libitu accipientis dominium: hæc est communis explicatio Concessionis à nemine negatâ de morali, & politico dominio: similisque esse debet de dominio physico, libertatis: ergo concessio Divina, quâ homo ponitur in physico dominio actionis *A* est, actus, quo Deus sibi præimpedit omnes alios usus immediatos circa rem ipsam, intra lineam dominii: ergo est actus, quo sibi præimpedit determinationem actionis: ergo vel non stat dominium libertatis, vel repugnat hæc condeterminatio.

Secundò:

343 Secundò ex necessariâ possibilitate difformitatis in operando, si libertates diversæ sint, sic argumentor: libertas divina est diversa libertas à libertate humanâ: ergo repugnat necessaria uniformitas in operando. Antecedens est certum: & probo consequentiam. Primò: quia ex eâ præcisè libertatis diversitate colligunt Patres necessitatem dissentiendi, atque adeò necessitatem, quòd unus sit Deus: ne si plures forent, sese ex libertatum diversitate eiderent mutuò. Secundò & à priori: quia libertas est jus ad libitum: & diversa libertas est jus ad libitum diversum ab omni libito alterius libertatis: neque video quomodo possit aliter explicari diversitas libertatum. Quare necessitas sympathiæ in operando inter duo agentia libera, diversæ libertatis, est necessitas destruens diversitatem, quam supponit, & omninò chymerica. Adde, id magis in Deo repugnare: nihil enim existit casuale & purè sympaticum respectu Dei: id enim est indignum eâ magna mente, & libertate: quicquid ergo existit, non sympaticè, & casualiter existit respectu Dei, aut casualiter coëxistit alicui Prædicato Divino, sed plenè rationaliter: at juxta discursum, quem impugnamus, ipse consensus creaturæ sympaticè esset, & casualiter existeret, determinante se Deo: ergo.

Latè in 1. 2. Tract. de Actib.

Confirmat.

344 Vrgetur, & illustratur hæc ratio: Humana libertas omninò constitutivè diversa est specie à Divinâ: ergo non continet Divinam volitionem immediatè. Hæc certa sunt: nam continere immediatè, est esse actum talis libertatis: ergo neque immediatè determinat: determinare enim agentis creati est agere: solùmque determinat immediatè, quod immediatè facit. Restat igitur ut determinet mediatè. At quo medio? Nam si ipso actu operandi, accidet quod respectu Scientiæ Visionis: quæ posterior dici solet. Adde, esse priorsus inintelligibile, Agens rationale determinari ad volendum mediatè ab alio, nisi uno ex duobus modis. *Primò*: immutando libertatem, & necessitando vi notitiæ impressæ. *Secundò*: exequendo ejus actum. Neutro modo potest mediatè determinare Deum Creatura in præsenti, si stendum est Doctrinæ R. Ribadeneyræ: *non secundo*: quia actus humanus non influit in Divinum. *Non primo*: quia eo ipso præcederet: ergo.

Secundò:

Tertiò:

345 Tertiò: ex implicantiâ prædicatorum ex quibus compingitur hoc Decretum. Sic argumentor: Hoc Decretum dicitur determinans, & fingitur comitans, reque ipsâ est antecedens: ergo est necessario prædeterminans. Antecedens probatur primò: quia ea vis determinandi, vel venit Decreto, quia actio est & influxus in consensum Creaturæ; vel quia est Decretum ita tendens in consensum, ut faciat omnipotentiam operari. Si secundum: necessariò præcedere patet: nam Decretum non aliter determinat Omnipotentiam, quàm imponendo necessitatem, ut operetur, cùmque non sit actio Omnipotentiæ, non est actus secundus ipsius, sed necessitas ex parte actûs primi: quis autem asserat actum primum non præcedere ad secundum?

346 Primum ergo dicit Ribadeneyra. Et sic docet primò: Decretum esse influxum solius Dei in consensum. Secundò: consensum existere per duplicem actionem, alteram solius Dei: alteram Dei, & Creaturæ: quæ paradoxa sunt: eaque falsò, & vanò dicūtur ab hoc Authore: falsò: per te, Omnipotentia est distincta à Voluntate: ergo exercitium voluntatis non est exercitium Omnipotentiæ: ergo exercitium, quo omnipotentia non exercetur ad extra, nequit esse actio termini, utpote in solâ virtute Omnipotentiæ contenti: ergo. Vanò: quia priùs est velle operari, quàm operari: ergo non excusas prioritatem. Tùm quia non minùs Deus determinat per Decretum consensum, quàm actionem consensûs: ergo præterquàm quòd datur actionis actio (quod modò non curo) terminus Decreti est ipsa actio Creaturæ: quis autem non faciat actionem termino priore? aut quis dicat ideò esse actionem, quia est terminus? Dicere verò, fore, ut esset antecedens, nisi esset acquiribile, est nova fingere: si enim non tollis indispensabilem titulum prioritatis, viam claudis acquiribilitati, si apud te hæc cum antecedentiâ componi non potest.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Quartò:

347 Quartò: ex repugnantiâ mutuæ determinationis in eodem genere. Sic argumentor: Mutua causalitas in eodem genere repugnat: ergo & mutua determinatio. Probo consequentiam: quia sicut nemo dat quod non habet ex se; atque adeò independenter à suo effectu debet concipi causa ut existens ad causandum: ita dum *A* determinat *B* ad existendum, ratione sui; & vi dominii diversi, & principii diversi: (nam si *A* & *B* se mutuò condeterminant vi ejusdem dominii, à quo simul nascuntur; diversa est ratio, ut *mox* videbimus:) opus est ut *A* in se determinatum sit, independenter à *B*, ut titulo suæ determinationis, quam in se habet, determinet *B*: ergo par ratio est pro repugnantiâ mutuæ determinationis, ac quæ datur pro repugnantiâ mutuæ causalitatis in eodem genere: & expecto disparitatem, quæ præter voces aliquid novi promat.

Vltimò.

348 Demum ex inutili operâ Authoris, pro tuendâ libertate Dei ad convertendum hominem quando, & quomodo velit, & sub quovis auxilio. Sic argumentor. Nam semper manet circa existentiam consensûs, datis semel comprincipiis, major libertas creaturæ quàm Deo: quod probo: nam per te, ne Deus sit determinator peccati, ita debet temperare hoc dominium, ut posita creatura in indifferentiâ ad peccandum, & non peccandum, creatura pro libito possit impedire Deum, ne concipiat Decretum determinans ad non peccandum: quid ergo si sub omnibus comprincipiis, ut metaphysicè possibile juxta te esse debet, creatura impediret, ne Deus eam determinaret ad bonum? Quid tunc faceret Deus, ut converteret? *Dices*: decernere, & nolle impediri. Egregiè: ergo potest stare libertas nostra cum eo dominio ex parte Dei, ut licèt creatura ex se foret impeditura sub his cōprincipiis ne Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2 de Deo. Providēt. & Prædestinante.

determinaret, posit Deus ex vi Decreti determinate, ut sub eisdem operetur, & non impediat. Quæ magis Thomistica prædeterminatio? Vnde patet contradictoria misceri in Doctrinâ Ribadeneyræ, eoque Decreti nomine palliari Doctrinam Scholæ Thomisticæ.

§. II.

QVID PRO SE ALLEGAVERIT Doctissimus Author.

Motiva Ribadēn.

349 EXpedit nihilominus Ribadeneyra copias suas; & præter argumenta Thomistica, tripliciter disputat. *Primò*: pro possibilitate sui Decreti. *Secundò*: pro utilitate magnâ suæ Doctrinæ. Tertiò: pro ejusdem necessitate. Videamus quo exitu?

Arguit Pro Possibilitate. Primò:

350 Arguit pro Decreti possibilitate primò: quia in prædicatis, per quæ compingitur, ita complexis, non apparet repugnantia. Secundò: quia non repugnant duo exercitia libera, ita se comitantia, & connexa, ut vicissim possit alterutrum dici alterius condeterminatio, & nihilominùs esse immediatè liberum utrumque eidem principio: ergo & principiis diversis. Consequentiam urget à paritate: cur enim mutua condeterminatio circa idem principium non elidat immediatam libertatem actionum, & elidat respectu diversorum? Antecedens probatur. Tùm quia apud plures actio amoris, & amor se comitantur physicè, & gaudent immediatâ libertate. Tùm quia duo gradus intensionis mutuò connexi in amore, ita se haberent. Tùm quia modus durationis, & actûs substantia immediatè subduntur libertati. Tùm quia naturalis actus, & supernaturalis in hac Providentiâ juxta Ripaldam, se mutuò comitantur, & uterque est immediatè liber. Tùm quia posset Christo aliàs impeccabili, præcipi positio simultanea duorum actuum. Tùm demum: quia non repugnat, libertatem prorumpere in actum compositum è duobus mutuò connexis, *Secundò:* seque comitantibus. *Tertiò:* Tertiò: quia posset decernere Deus non concurrere cum Petro ad actum Religionis, nisi in eodem instanti se determinet etiam Ioannes ad actum Religionis: in quo casu nulla relucet contradictio, & alioquin ea exercitia ita se comitantur, ut unû vicissim pendeat ab altero: cur ergo hæc necessitas proveniens ex Decreto, non officit libertati; libertati officiat, si ex naturali necessitate proveniat? Debilia sunt hæc pro tanto Doctrinæ molimine.

Fit satis ad primû, & ad 2.

351 Respondetur. Ad primum ostensam jam esse multipliciter illam repugnantiam. Ad secundum, quo maximè tendit Ribadeneyra, imprimis est aperta disparitas: quia in casu antecedētis ea exercitia comparantur ad unum, & idem dominium, quod immediatè respiciunt; atque adeò exercitium illius libertatis est compositû, & quædam connexio duorum; at in nostro casu tota repugnantia sumitur ex diversitate libertatum, ut patet ex argumentis nostris. Impertinens igitur est objectio. Deinde utrumlibet ex illis exercitiis esset determinatio sui, seu & sui actio: quare nec antecedens est omninò verum. Denique si negari simpliciter vellet, nulla probatio urget: & singulæ laborant falsâ suppositione Doctrinarum, quas *alibi* constanti sim è negavi. Quidquòd libertas, si in objecta tendere efficaciter vult, compendio tendit quantùm potest: & fingitur gratis ea actuum distinctio libertati subjecta. Prima probatio supponit distinctionem amoris ab actione, mihi impossibilem. Secunda supponit possibilitatem gradualis intensionis in actibus vitalibus mihi invisam. Tertia supponit connexionem actuum naturalium, & supernaturalium ex lege Dei, fusissimè rejiciendam à me disputante *de Auxiliante Deo. tractatu 3.* Vltima supponit in Christo capacitatem obligationis in conscientiâ æquè à me discussam, ac excussam.

1. 2. Tract. de Alīb.

Ibidem.

Infrà lib. 8. num. de Incarn.

352 Ad tertium, noto *aliud* esse decernere Deum, ne sit in Petro libertas consensura, nisi cum libertate Ioannis etiam consensurâ: videt enim consensurum utrumque, si ponat: & *aliud*, decernere quòd non sit in Petro concursus indifferenter oblatus, nisi Ioannes operetur: & *aliud* denique, nolle positivè concurrere cum Petro, nisi Ioannes se liberè determinet simul. *Primum* possibile est, sed non videtur ad rem. *Alterum* possibile etiam videtur: at Ioannes præcedit in operando, quasi conditio, ut Petrus sit in libertate. *Tertium* est impossibile: nam uterque manet liber: & casus est

est plenus casualitate: & sub ipsâ decerneret Deus.

Arguitur pro eodē.

353 Argui insuper posset ex Doctrinis ipsius Ribadeneyræ. Decretum illud asseritur à Ribadeneyrâ purè comitans: ergo ut asseritur, nequit liberratem auferre. Antecedens constat ex expositione sup. à data. Probatur consequentia: quia solùm opponitur libertati, juxta Anselmum, ea determinatio seu necessitas, quæ sit antecedens; atqui Decretum comitans, ut patet ex terminis, non asseritur antecedens: ergo neque asseritur nocivum liberrati. Major negari nequit, si stemus Anselmo, & rationi. Anselmo: quia hic, quem cæteri Theologi sequuntur, divisit necessitatem in antecedentem, & consequentem: deque illâ solùm asseruit nocumentum libertatis. Rationi: nam non apparet quomodò possit libertatem auferre, Determinatio non præcedens.

Fit satis.

354 Respondetur: imprimis Anselmo repugnat apertè discursus: si enim juxta Anselmum, nulla necessitas est quæ non sit vel antecedens, vel consequens, quo jure ab adversariis fingitur tertia species comitantis? Deinde dico, ideò ab Anselmo divisam necessitatem in antecedentem, & consequentem; quia omnis determinatio ab extrinseco agente, putata est ab ipso necessitas antecedens: ut certè putari debet ea, quam hujusmodi Decretum importat *ex nu. 345.* Vnde absolutè docuit Anselmus libertatem tolli per determinationem ab alio. Verba sunt: *Sola voluntas determinat ibi, quid teneat.* Quare duo hic miscentur, meritò distinguenda. Primum: an si causa prima determinet secundā: hæc determinatio debeat esse necessitas præcedens? & affirmamus cum Anselmo: & probavimus *suprà*. Secundum: an præcisim à præcedentiâ, sit sufficiens titulus, ne sit libertas in causâ secundâ, eam à Primâ determinari? & affirmamus etiam ex Anselmo: nam causa libera debet non aliunde determinari, sed à seipsâ: *Sola enim determinat ibi, quid teneat.*

Mens Anselmo.

Instantia speciosa.

355 Instabis: Implicat lædi libertatem per Decretum non antecedens, sed purè comitans. Ratio est: quia comitantia Decreti determinantis non obest, ne operatio Creaturæ sit à principio omninò indifferenti, ita ut nihil ad ipsam præcedat non determinabile per ipsam: at implicat operationem oriri à principio omninò indifferenti, ita ut nihil præcedat non determinabile ab ipsâ, & non esse liberam: ergo. Explicatur ex definitione libertatis, quæ est: *Potentia, quæ positis omnibus prærequisitis ad actum primum, potest operari, & non operari:* at si determinatio sit purè comitans, nec pertineat ad actum primum, necessariò manet potentia potens operari, & non operari, seu omninò indifferens in actu primo: ergo libertas. Hic discursus speciosè fefellit Adversarios.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

356 Respondetur: permissâ purâ comitantiâ talis Decreti, negetur assumptum. Ad rationem probativam nego majorem. Ratio est valdè notanda, & quam acutè tetigit Pater Aldrete *de Scientiâ Dei. disp. 25. sect. 3. num. 5.* Nam: estò ita e Decretum sit purè comitans, & seipso à priori, & formaliter non importet carentiam actûs primi indifferentis; importat à posteriori, & illativè. Et hujus ratio ulterior est: nam actus primus indifferens libertatis, utpote actus primus, & signum dominii in actionem, dicit in essentiali conceptu suo exclusionem alienę determinationis ad ipsam, tam in actu primo, quam in actu secundo: atque adeò ex parte Dei voluntatem non determinandi creaturam, sed sinendi determinandi arbitrio suo, ut nempe *sola determinet ibi, quod teneat*, ut ajebat Anselmus: cùm ergo incompatibilia sint necessitas determinandi, concomitanter, aut comitans determinatio, & Voluntas Divina non determinandi, seu exclusio determinationis alienæ, fit, per Decretum comitans everti libertatem actûs primi, atque adeò ab eo, vel ab operatione, quam comitetur, non posse præsupponi.

Solvitur. Ex Doctrinâ Notandâ. P. Aldret

Anselmus

357 Instabis iterum: non est de conceptu causæ liberæ, ne determinetur ab alio: ergo nulla est solutio. Probatur antecedens: quia si causa secunda sola determinaret seipsam, determinaret etiam causam primam: & si Causa prima cōdeterminare non posset: Causa secunda prævièt determinaret primam: ergo prius operaretur creatura, quam Deus. Confirmatur: quia si causa secunda ita sola determinaret seipsam, & primam, ut prima non condeterminaret, soli creaturæ

Alia instantia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

deberet attribui ratio, cur existeret potiùs operatio bona, quàm mala: quod est absurdissimum.

358 Respondetur, negando antecedens. Ad probationem apagæ æquivocationem; determinat causam primam creaturâ, neque prævenè, neque solitariè operans, sed ita operans cum Deo cooperante, ut actio potiùs sit electio creaturæ, quàm Dei. Vide quæ *supra lib. 3. à num.* 376. dùm Thomistis responsum est. Ad confirmationem, nego sequelam: nam ex duplici titulo debet principaliùs tribui Deo existentia actus boni, quam creaturæ. Primò: quia *voluntatem præparat adjuvandam, & adjuvat præparatam.* Quæ sunt Augustini verba. Secundò: quia prævidens hoc auxilium conjungendum cum exercitio honesto, hoc eligit, & dat creaturæ præ alio inefficaci, quod dare potuisset. Verum est, quòd creaturæ, posito semel auxilio, quod alioquin habet non ex se, sed ex Divinâ Misericordiâ, tribui debet electio potius boni, quam mali sub hoc auxilio: id enim est determinantis, seu operantis liberè cum auxilio: poni verò sub hoc auxilio, sub quo creatura bonum eligeret, præ alio, solius est Dei determinantis, & donantis sic, & auxilium, & eventum ejus honestum ipsi creaturæ.

Lib. 3. à num. 376.

Augustin.

359 Vnde evanescit scrupulus nonnullorum Schotistarum, & ipsius Ribadeneyræ subvertentium, fore, ne ex nostrâ Doctrinâ periret illa inscrutabilitas judiciorum Dei de eo, quòd hic præ alio habeat auxilium efficax, & convertatur: nam id ex nostrâ Doctrinâ videtur reducendum ad libitum creaturæ. Evanescit, inquam, nam licèt *converti, vel non converti sub hoc auxilio*, quod ipsi datur; facereque illud efficax, vel accipere in vacuum, reduci possit, & debeat in ipsam Creaturam, modo jam explicato: habere tamen, vel non habere auxilia, sub quibus reipsâ convertatur, & bene operetur, reduci debet unicè ad inscrutabilia judicia Dei: unde & illò reduci debet *absolutè converti hominem, vel non converti*: nam licèt sub auxiliis, quæ habet, non convertatur; converteretur si à Dei Misericordiâ accepisset alia auxilia, sub quibus prævidet Deus, fore, ut converteretur. Videatur Aldrete *loc. cit. nu.* 12. & P. Antonius Perez *disp. 3. de Scientia. num.* 171.

Aldrete. Ant. Per.

360 Arguit pro suæ Doctrinæ utilitate, primò: quia sic plenius satisfit argumentis Thomistarum. Secundò: sic plenius subjicitur Dei dominio operatio Creaturæ: melius intelligumentur loca Scripturæ, Conciliorum, & Patrū, præsertim Augustini, per quæ docemur *excitari nostras à Deo honestas operationes, facere Deum ut ea vivamus, ut ambulemus*; & his similia. Tertiò: sic satisfit illi magnæ controversiæ: an possit Deus liberè convertere hominem, sub quovis auxilio: hæc & alia cōgerit Ribadeneyra tota ea *disp. 10. præsertim cap. 1. & 4.* Respondetur. Ad primum: non egere Scholam nostram Ribadeneyræ discursu pro tuendâ gloriâ Doctrinæ nostræ contra Thomistas; minuique omninò eller (quod non credo) vilium esse Ribadeneyræ, acuique ie, non fuisse plenissimè satisfactum Adversariis nostris. Ad secundum: dico, sine eo discursu intelligi, & salvari dominium possibile Dei, & vaticinia Scripturæ, ut ostensum est *supra lib. 3.* contra Thomistas & dicetur *in tract. 3.* & obvium est in nostris Authoribus. Ad tertium, quam vana fuerit spes Ribadeneyræ, constat ex *num.* 348.

Arguit ab Vtili Primò:

Secundò:

Tertiò:

Fit satis.

Supra lib. 3. & in 3. Tract. 3. passim.

361 Arguit pro suæ Doctrinæ necessitate, primò: quia perfecta subordinatio & subjectio actus liberi creati boni ad Deum, ut infinitè activum, postulat, ne existat, nisi immediatè tactus à Deo: ergo perfecta subjectio ejusdem actus ad Deum, ne inhoniè Dominum, postulat, ne existat, nisi immediatè determinatus à Deo. Secundò: omnis creatus effectus est Deo obediens, ut perfectè, juxta capacitatem ipsius: at effectus bonus capax est, ut determinatè, & absolutè ametur à Deo: ergo quoties existit, est ita Deo voluntarius. Tertiò: Omne bonum creatum existens debet existere verè & propriè pro libertate Dei: id enim decet summum Dei dominium, & omnipotentissimam libertatem: ergo debet existere per exercitium Dei circa ipsum, infallibiliter inferens ejus existentiam: hoc autem est ejus existentiam determinare. Nam Petrus v. g. non aliter determinat existentiam consensūs, quàm per exercitium infallibiliter cum eo connexum. Deinde nisi tam propriè sit pro libertate Dei, quàm Petri, existentia consensūs, non erit propriè pro libertate Dei. Quartò:

Arguit à necessario. Primò:

Secundò:

Tertiò:

Quartò:

tò: si Deus non posset determinare Petrum ad consensum liberum, non posset liberè impedire hanc veritatem: *si Petrus vocetur, non consentiet.* ergo Petrus positus in libertate, & reipsâ dissentiens poterit potestate antecedēte cōsentire: & Deus, ne potestate quidem antecedente, poterit se determinare ad coëxistendum cum consensu honesto Petri: nam nequit impedire pro libito illam veritatem conditionalem: cum quâ nequit alioqui compōnere determinationem hujusmodi. Id autem per se est absurdum: ergo oppositum Deo necessarium. Sed hæc, è Thomisticâ Prædeterminantium pharetrâ jacula *lib. 3. à num.* 382. retusa jam sunt in manu suorum Authorum. Vnde id potiùs est Thomistis cedere, quàm satisfacere.

Supra lib. 3. à num. 382.

Fit satis.

362 Respondetur. Ad primum, concesso antecedente, nego consequentiam: quia ut *loc. cit.* dixi contra Thomistas, Deo in quovis ordine debet dari tota perfectio, & omnis usus, qui non appareat repugnans: at usus subjiciendi sibi per immediatam determinationem eos effectus, quorum determinationem concessit Creaturæ, est usus dominii repugnans usui concedendi, quo supremum dominium voluit exercere: at usus cooperationis, tam obest ut repugnet; ut potiùs sit necessarius pro stabiliendâ universalitate Divini Dominii, & Creaturarum indigentiâ. Ad secundum dico, effectum liberum esse Deo voluntarium, cùm existit, quantum debet, & potest: nam efficaciter amatur prædefinitione dependenti à Scientiâ Mediâ: at esse Deo voluntarium ex Decreto conditionante, repugnat. Ad tertium: omne bonum, nobis alioqui liberum, existere quidem pro libertate Dei, non quidem tanquam determinanti ejus existentiam ex his causis, sed tanquam determinanti existentiam harum causarum, ex quibus scit oriturum ex nutu alieni dominii. Cujus ipse Deus liberè voluit, non determinator esse, sed adjutor. Ad quartum jam dixi *lib. 6. à num.* 280. fine, Deum, licèt pro libito suo nequeat evitare illam veritatem, tamen cùm sit necessitas manēdi cum potestate proximâ ad liberè dandum consensum Petro, si Petrus habiturus reipsâ sit: nam potestas antecedens Petri ad consentiendum est potestas objective determinans cum Divinæ libertatis constitutionem, sit, impossibile esse, quòd Petrus consentiat, quin Deus se liberè determinaverit affectivè ad consensum, & coëxistentiam cum ipso: quare nullum absurdum exinde nobis nascitur, ob negatam possibilitatem decreti condeterminantis. Imò ex hoc argumento apparet absurditas talis Decreti, ejusque vis prædeterminans, quàm suspicando colligebam ex mente sui authoris *num.* 548. & nunc apertè video.

Lib. 6. à num. 280.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

363 Arguī denique posset ex Doctrinis nostris. Deus nequit non prædefinire efficaciter actum honestum, si existurus absolutè sit: ergo necessariò condeterminat. Probo consequentiam. Primò: quia Prædefinitio est efficax amor consensūs, & alioqui Deo liberior ergo fieret electio, quâ Deus eligit ipsam Prædefinitionem, est etiam libera electio consensūs, quem prædefinit: ergo implicat quòd Petrus eligat consensum liberè, quin etiā Deus liberè quasi coëligat. Arguī electio est determinatio extrema electi: ergo implicat, quòd Petrus determinet, quin Deus pariter condeterminet.

Arguitur ultimò ad hominem.

364 Secundo: Cùm Deus efficaciter prædefinit, se liberè determinat ad affectum inseparabilem à consensu: ergo liberè se determinat ad affectum, cui sit essentialis coëxistentia Dei, sūique cum consensu: ergo liberè se determinat ad coëxistendum cum consensu: ergo ex vi illius affectūs non manet potestas Dei voluntas ad non coëxistendum cum consensu: ergo liberè se determinat ad existentiam consensūs: & ad productionem Omnipotentiæ, sine quâ implicat existentia consensūs: ergo liberè determinat productionem omnipotentiæ, & existentiam consensūs: ergo condeterminat cum Petro consensum.

365 Tertiò: eòipsò quòd prædefinitio sit necessariò prærequisita ad existentiam consensūs; consensus, & Prædefinitio mutuò connectuntur in existendo: ergo jam possunt dari duo liberorum Agentium exercitia mutuò inter se connexa: ergo quodlibet est alterius determinativum. Probatur hæc consequentia: quia imprimis quodlibet ex his exercitiis est sub potestate sui agentis liberi. Deinde quodlibet connexivè secum alterum infert, & affert mihi autem aliud est unum

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēr. & Prædestinante.

determinare alterum in Sententiâ Ribadeneyræ. Sed his respondere coguntur omnes Prædefinitores: nequis insultet specialiter militare contra Doctrinas nostras, quasi viam aperturas Decreto condeterminanti.

Fit satis.

366 Respondetur. Concesso antecedente, nego consequentiam. Ad primam probationem, distinguo antecedens: est liber, libertate independente ab arbitrio Creaturæ, nego; dependenti, & constitutâ per suppositionē Creaturæ liberam, & non Deo, concedo. Et distinguo consequens: est electio consensûs, eligens ipsum præ dissensu sub his auxiliis, seu determinans existentiam ab his auxiliis, nego: eligens ipsum, determinando existentiam auxiliorum, sub quibus alter determinat consensum, præ aliorum auxiliorum existentiâ, sub quibus determinaretur dissensus, concedo. Hoc modo coëligit Deus: itaque consensum dicitur eligere, quatenus præcisè eligit existentiam auxiliorū, sub quibus Creatura liberè eligit, & determinat existentiam consensus præ dissensu. Hoc autem non est determinare consensum: quod enim affectu connexo cum consensu ponat hæc auxilia, si ponit, necessitatur à Scientiâ Mediâ, & per ipsam à Creaturâ, cujus actus prædefiniuntur.

367 Ad secundam, distinguo etiam antecedens: ad affectum inseparabilem ab consensu ponendo ex determinatione Creaturæ, seu inseparabilitate consequente, & ex determinatione Creaturæ, concedo: ponendo ex determinatione Divinæ voluntatis, seu inseparabilitate effectivâ, & antecedente, nego. Et admisso per hos terminos consequēte priori, distinguo omnia reliqua per hos alios: se determinat, parata non est, &c. effectivè, nego: affectivè & ex determinatione Creaturæ, concedo: & negandæ sunt duæ ultimæ consequentiæ. Nam licèt Prædefinitio vi suæ connexionis cum consensu sit status inseparabilitatis, & coëxistentiæ cum consensu, est tamen status coexistentiæ cum consensu exigens ne sit & existat ex determinatione sic volentis, sed creaturæ: unde tota efficacia manet in lineâ affectivæ, ut supra explicabimus *lib. 6. à num. 534. & à nu. 572.* quin transcendat ad lineam effectivæ, & determinantis existentiam consensûs.

Lib. 6. à num. 534. & à num. 572.

Quare vi prædefinitionis, manet Dei voluntas, affectivè determinata, ad coëxistendum cum consensu; non tamen manet determinata Omnipotentia ad efficiendum: determinatio enim Omnipotentiæ ex ipsius Divinæ voluntatis determinatione, manet privativè commissa arbitrio Creaturæ. Et ratio omnium est: quia ea determinatio Divinæ voluntatis in ordine ad consensum, præterquàm-quòd tota nititur in præsuppositione Scientiæ Mediæ, consistit in eo quòd Deus ex complacentiâ circa existentiam consensûs, se necessitet ad auxilia, sub quibus ex arbitrio Creaturæ infallibiliter erit consensus: cum intrinsecâ repugnantiâ aliter existendi in Deo, nisi cum Mediis ita prævisis.

368 Ad tertium concesso antecedente, distinguo consequens: mutuò interse connexa, mutuòque interse pendentia, in genere diversissimo, concedo: in eodem nego. Nam prædefinitio præcedit physicè, remotè: consensus, præcedit determinativè intentionaliter: unde nego alteram consequentiam. Ad probationem dico, utrumque esse sub potestate agentis sui liberi, sed cum magnâ diversitate: nam consensus, sub signo existentis libertatis, ita est sub potestate Petri v. g. ut possit determinare sibi Scientiam Mediam, & mediante ipsâ Decretum talis libertatis, necessitando Deum, ne ponat ipsam, vel ponat per hoc genus Decreti. Prædefinitio verò ita est sub potestate Dei, ut ea potestas constituta sit per ipsâ Scientiâ ex suppositione liberâ Petro & ab eo evitabiliter existente: quid simile in Doctrinâ Ribadeneyræ? Deinde Prædefinitio solùm infert existentiam consensûs logicè: quatenus valet: *est Prædefinitio: ergo erit consensus*: quæ vis illationis non sufficit ad vim determinationis: cùm esse possit à posteriori ad prius. Demum consensus infert existentiam Prædefinitionis cum jure principii ad ipsam impediendā mediante Scientiâ Mediâ, cujus determinationem penès se habet: non ergo sequi potest ex Doctrinis nostris adhuc levissima Doctrinæ Decreti condeterminantis umbra.

DIS-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēr. & Prædestinante.

DISPVTATIO XXXVII.

PRÆDEFINITIO VNICE NIXA MOTIVIS infallibilizantibus moraliter, præcisim à Scientiâ Mediâ.

369 PENDET ex hujus Prædefinitionis examine, indispensabilis necessitas Scientiæ Mediæ ad omne decretum Dei efficaciter Prædestinativum, seu ad omnem prædestinationem Dei ad Gloriam, alioquin liberè, & per merita obtinendam. Quare non potuit hìc omninò omitti.

SECTIO I.

TERMINORVM, ET SENTENTIÆ SVFfragantis propositio, & expositio.

370 MOtiva moraliter infallibilizantia sunt illa, quæ secum important moralem necessitatem eventûs, seu veritatis, cujus motiva sunt; id est, eam vim suadendi eventum, & veritatem, ut sub ipsis prudenter sperari nec debeat, nec possit oppositum. De necessitatum, & impossibilitatum moralium quidditate disputo *infrà tract. 3.* ubi eas explicabo, & è rebus exclusas, asseram, solùm consistere in prudentum judicio, connectente actum primum cum secundo, ob motiva semper, saltem inadæquatè, distincta ab ipso actu primo in quo dicitur esse, communiter, moralis necessitas. Res est non perfunctoriè transigenda: & modò permittenda sunt communia principia de necessitate morali.

Infrà lib. 1. à num. 372.

371 Igitur ista moralis necessitas actûs honesti, venire potest ex motivis triplicis generis. Primò, ex vagâ necessitate morali auxilii alicujus congrui ex toco cumulo auxiliorū: moraliter enim est impossibile, quòd Petrus v. g. non prævideatur assensurus alicui, ex tanto, & tam vario cumulo auxiliorum, & vocationum, quæ necesse est contineantur in Dei Omnipotentiâ, ingeniosissimâ, & Sapientissimâ. Secundò, ex vehementiâ aliquarum vocationum, quæ sufficit, ut per ipsas dicatur Deus in Scripturâ, *quasi compellere*. Tertiò, ex tali circunstantiarum, & notitiarum aggestu, & proportione ad genium, & statum vocati, ut sub ipsis nunquam, aut nusquam contingat absentia operationis. Hæc sunt motiva infallibilizantia: eorumque quidditatem, possibilitatem, & exequibilitatem cognoscit Deus per Scientiam simplicis intelligentiæ.

Quæstio.

372 Et oritur quæstio: an Deus omninò securè possit, illæsâ libertate, prædefinire actum honestum, efficaciâ præcisè, & unicè nixâ his motivis infallibilizantibus, secundùm se, seu unicè directus è solâ Scientiâ simplicis intelligentiæ, vi cujus scit sibi esse sub potestate ad vocandum Petrum ea media, seu motiva infallibilizantia, præcisim ab omni Scientiâ Mediâ?

Sententiæ Albelda. Granadus. Montoya.

373 Affirmant Albelda Dominicanus; & Granadus, ac Montoya, nostri. Sed iste potissimùm *tom. de Providentiâ disp. 8. & 10.* qui tandem addit *disp. 11.* cùm Deus per specialem extrinsecam assistentiam Omnipotentiæ, & specialem vehementiam concursûs possit supplere juxtà nos vim internorū principiorum, à quibus sumi potest ea infallibilitas, posse etiam sic supplere eam infallibilitatem, & vi concursûs infallibiliter inferre consensum creaturæ, illæsâ libertate.

Quæ si vera sunt, possibilis est Prædestinatio sine directione Scientiæ Mediæ.

(*†*)

SEC-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

SECTIO II.

EA PRÆDEFINITIO PRÆCISIM à prævia luce Scientiæ Mediæ, impossibilis est.

374 OMissis, quæ ex hujusmodi Prædefinitionum inevitabilitate, & efficaciâ (siquidem putantur haberi à Deo, solo ductu notitiæ simpliciter inevitabilis, videlicet simpleis Intelligentiæ,) peti efficaciter possent ex tenore præcedentium, pro earum incomposibilitate cum juribus creatæ libertatis, ostendendâ: aliter, specialiterque, & efficacissimè

Conclusionis ostensio.

375 Ostenditur ista conclusio: Efficax Dei Prædefinitio de existentiâ actus honesti, est essentialis, & metaphysica connexio cum ejusdem actûs existentiâ: ergo si ex se non inducit, necessitate antecedente, nulloque habito respectu ad jura libertatis, existentiam actûs prædefiniti, regulari debet, & dirigi notitiâ metaphysicè infallibili de existentiâ actûs sub his compleipiis, quæ dispensat, ex libito creatæ voluntatis. Ratio consequentis est: nam nisi ad decernendam existentiam actûs honesti, per Decretum ex se non executivum, & prædeterminativum, ducatur Deus notitiâ omninò certâ, & metaphysicè infallibili de existentiâ actûs honesti sub his circunstantiis; tota series Decreti, notitiæ, & circunstantiarum manere poterit sine existentiâ actûs prædefiniti, atque adeò poterit frustrationi subesse Decretum alioquin efficax: quod repugnat: necesse igitur est, ut Deo sit impossibilis hujusmodi Prædefinitio, præcisim à Scientiâ Mediâ, si præcisim à Scientiâ Mediâ non præcedit in Deo Notitia metaphysicè infallibilis de existentiâ actûs honesti sub his motivis, quæ dicuntur infallibilizantia, si ponantur.

376 Nunc sic: Atqui præcisim à Scientiâ Mediâ, nequit haberi à Deo metaphysica infallibilitas, & securitas de conjunctione mediorum, aliàs moraliter infallibilizantium, cum consensu: ergo præcisim à Scientiâ Mediâ non est possibilis prædefinitio, unicè nixa motivis infallibilizantibus. Minor proxima ostenditur: Infallibilitas notitiæ de re cognitâ nequit excedere infallibilitatem motivi, quâ nititur, ad assertionem ipsius rei cognitæ: atqui tota vis, & vehementia mediorum, moraliter infallibilizantium, est, infallibilitas moralis, & separabilis metaphysicè à conjunctione actûs honesti sub ipsis: ergo infallibilitas notitiæ, nixæ præcisè tali motivo, nequit excedere infallibilitatē separabilem metaphysicè à tali conjunctione; atque adeò nequit esse metaphysica, & inseparabilis essentialiter ab eâ conjunctione.

377 Minor patet: quia alioquin ea motiva non solùm essent moraliter infallibilizantia, sed etiam metaphysicè; atque adeò à physicâ prædeterminatione nihil differrent. Major verò cōstat etiam: & urgetur. Quia Scientia nequit connecti cum veritate, nisi motivum, cui innitur, connectatur: ergo nequit excedere, sed sequi motivi connexionē. Tùm quia asseteret rem ex vi motivi aliàs compossibilis cum rei defectu, est falsi. Tùm quia niti assertionem motivo formali est perinde, ac si assertio objecti formalis esset assertio objecti materialis. Vnde si Deus ex vi mediorum moraliter infallibilizantium, tanquam ex motivo, asserit conjunctionem actûs honesti sub ipsis: si metaphysicâ infallibilitate asserat, asserit ea metaphysicè connecti cum eâ conjunctione: quod repugnat. Nequit ergo Deus per Scientiam naturalem, & præcisim à notitiâ contingenti, infallibiliter noscere conjunctionem actûs honesti cum his mediis, si ponantur.

Evasio.

378 Dices: de ratione, seu assentiâ necessitatis moralis ad aliquid, (qualem important ea motiva infallibilizantia) *duo* esse: *Primum* est physica separabilitas ab eventu, attentâ naturâ talium mediorum. *Alterum* est, actu conjungi, seu actualis conjunctio cum eventu, attentâ talium mediorum vehementiâ. Ex quibus, licèt primum non sufficiat ad fundandam metaphysicam notitiæ connexionem, sufficit alterum: quid enim ad eam fundandam aptius, quàm suppositio, cujus essentia sit, actualiter existere sub ipsâ consensum? Vnde, cùm per Scientiam naturalem comprehēdat Deus essentiam talis moralis necessitatis, certò per eam sciet non defuturum sub his circunstantiis, si ponantur, consensum, licèt deesse alioquin possit. Contra solutionem, *primò* datam ab Albeldâ, pertæso prædeterminationes physicas, & amplexo morales,

Albelda.

Ruiz. Refella supra lib. 3. à num. 260. Deinde pel litur. Primò:

les, & *illustratam* à Ruiz, egi fortiter *lib. 3. à num. 260.* Libo nonnulla, & rejicio manifestè.

379 Sic arguo primò. Motivum Dei sic scientis: *Sub his auxiliis, si dentur, est actus honestus*, nullâ potestate est separabile à tali veritate: alioquin Deus, quantum est vi motivi, quo sibi persuadet eam veritatem, falli posset: fallibilitas enim ex vi motivi, tota sumitur ex separabilitate ipsius à veritate, quam suadet, quidquid sit de conjunctione talis motivi, peraccidens advenienti cum tali veritate, ut patet in nostris opinionibus. Atqui per vos Motivum Dei sic scientis est ea moralis necessitas: ergo ea nullâ potestate manet separabilis à tali veritate: plusquàm ergo moralis est, & apertè vobismetipsis contradicitis. Secundò: Per vos, essentia talis necessitatis est conjunctio cum actualitate actûs honesti: sed nulla res ullâ potestate separari potest à suâ essentiâ: ergo neque ea necessitas separari ullomodo potest à tali conjunctione: quomodo ergo manet in lineâ moralis necessitatis? Tertiò: Motivum, sufficiens ad Divinam Scientiam infallibilem, nullomodo separari potest à tali Scientiâ: Implicat enim aliquam veritatem posse à Deo sciri: & reipsâ non sciri. Sed per vos ea suppositio motivorum infallibilizantium est motivum sufficiens ad Divinam Scientiam infallibilem de conjunctione ipsorum cum actualitate actûs honesti: ergo nullo mōdo separari potest à tali notitiâ: ergo siquidem hæc notitia nequit ullâ potestate esse falsa, atque adeò nullâ potestate nequit separari à sui veritate; neque ea suppositio ullâ potestate separari poterit à veritate talis notitiæ: ergo neque à cōjunctione sui cum existentiâ actûs honesti: ergo ea suppositio non est solùm moralis, sed etiam physica necessitas, & prædeterminans metaphysicè.

Secundò:

Montoya impugnatur specialiter.

380 Placet hic addere verbum contra additamentū Montoyæ, inferentis ex impugnatâ Doctrinâ posse similiter infallibilizare existentiam actûs liberi ex vehementiâ concursûs, ut ex ipsius *disp. 11. tetigi num.* 373. Quæ Doctrina mihi magis displicet. Primò: nam hæc concursûs vehementia sine physicâ prædeterminatione, quam adeò odit Montoya, intelligi nequit. Secundò, & do rationem dicti mei: Nam licèt per assistentiam extrinsecam Omnipotentiæ, possit juxta communiorem sensum Scholæ nostræ, (quem *libro 12. à num.* 120. latè explicabimus, & tenebimus,) supplere vires intrinsecas habitûs, & aliorum complincipiorum in nobis, quoad vim productivā præcisè: nullus unquam, (demptō in simili Patre Fonsecâ,) dixit, supplere eas posse quoad omnia munia, præsertim quoad munus *inclinandi, trahendi, suadendi, terrendi, & alliciendi*: hæc enim munia sunt privativè propriissima causæ formalis, habituumque, & actuum vitalium. Hoc, credo, non negasset Montoya, si plenè advertisset. Nunc sic: tota necessitas, quam moralem vocas, nascitur in auxiliis, non quidem ex quantitate virtutis productivæ præcisè, sed ex vi inclinandi, alliciendi, terrendi, &c. at id suppleri nequit extrinsecè ab Omnipotentiâ: ergo neque ea moralis necessitas. Vnde colligo non posse infallibilizare Omnipotentiam vi concursûs operationem creaturæ, nisi physicè prædeterminando. Et ratio à priori est: quia virtus, quæ non cadit in experientiam pro priori ad operationem, in Adversariorum sensu, infallibilizare non potest.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Lib. 12. à num. 120. P. Fonseca

SECTIO III.

RESPONDETVR ADVERSARIIS.

Objectio prima.

381 OBjicies primò: Non minùs est certa Prædestinatio de Gloriâ, & *de mediis*, quæ *merita nostra* sunt: quâ esse debeat de actu prædefinito Prædefinitio. Nunc sic: Certitudo Divinæ Prædestinationis nititur in eo, quòd media, quæ Prædestinato dispensantur, sint ex se morali necessitate connexa cum eventu Gloriæ, & meritorum; quæ præcisim à Scientiâ Mediâ nota Deo est per simplicem intelligentiam, comprehensivam moralis connexionis Auxilii intranec cum eventu meritorum: ergo similiter certitudo Prædefinitionis niti poterit in auxiliorum morali necessitate, præsertim à Scientiâ Mediâ, & unicè cognitam per intelligētiam simplicem. Consequentia tenet: & antecedens videtur Sancti Thomæ *quæst. 6. de veritate art. 3.* sic dicentis: *Liberum arbitrium deficere potest à salute; tamen in eo, quem Deus*

Ex Verbis S. Thomæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

prædestinat, *tot alia adminicula præparat, quòd vel non cadat, vel si cadat, quòd resurgat, sicut exhortationes, & suffragia orationum, donum gratiæ, & alia hujusmodi, quibus adminiculatur homini ad salutem.* Vbi videtur reducere Prædestinationis certitudinem ad talem Adminiculorum cumulum, ut necesse moraliter sit, sub ipsis hominem non deficere à salute.

Solvitur.

382 Respondetur: concesso quod assumitur, nego antecedens. Ad probationem, dico, Angelici Præceptoris, & Tutelaris mei Sancti Thomæ, *cujus in pervigilio hæc scribo*, mentem esse non esse, cur Deus à prædestinando homine, retardetur eo, quòd potest liberum arbitrium à salute deficere. Nam, ut non deficiat, (quamvis alioquin possit,) habet in suæ potestatis ærario pænè infinita media, de quibus certissimè scit, quòd ipsis adhibitis, vel homo non peccabit, vel, si peccaverit, resipiscet, & decedens in Gratiâ Gloriæ coronam assequetur. Habet ea media Deus: quia exonâ parte sapientissimè potentissimus est ad permovendos animos, juxta genium, unumquemque suum, per media tam intrinseca, quàm extrinseca: & ex aliâ, ea media ex Divinâ Sapientiâ, & Omnipotentiâ tam varia, & tanta sunt, ut inter ipsa sint ferè innumera, de quibus scit, quòd si dentur, obtinebunt effectum ab homine quantumvis pervicaci. *Id quod negare, desipere* est, ut benè dixit Augustinus: quis enim neget, nisi desipiendo, quod non potest negari, nisi imprudentissimè? Sed contra, nos quid inde?

Cum Augustino.

S. Thomas Imprædeterminator.

383 Placet tamen hic notare cum nostris Doctoribus, quàm procul fuerit à viâ Prædeterminantium Mens Angelica Sancti Thomæ: quandoquidem frustrà recurreret ad hæc Media pro tuendâ Dei potestate ad convertenda hominum corda, si prædeterminator esset. Nam certè syncerus Thomista, positis sibi ante oculos Prædeterminationibus, imprudenter sollicitus esset de investigandâ multitudine auxiliorum aliàs indifferentium pro firmandâ certitudine Divinæ Prædestinationis.

Objectio secunda.

384 Objicies secundò: Pro directione Prædefinitionis efficacis, ea Scientia sufficit, & requiritur, quâ Deus certò sciat, sub his mediis, si dentur, fore honestum consensum Creaturæ: at de mediis moraliter necessitantibus id certissimè scit Deus per Scientiam simplicis intelligentiæ: ergo. Probatur minor: quia præcisim à Scientiâ Mediâ, per intelligentiam naturalem, quâ cognoscit rerũ quidditates, *duo* scit de talibus Mediis Deus. *Primum*: ea importare moralem necessitatem; *alterum*: quidditatem moralis necessitatis esse, ut, quoties ipsa est, non deficiat: quod dicitur moraliter per necessarium: ergo. Confirmatur primò: eòipsò quòd moraliter sit impossibile, aliquid, nunquam contingit: ergo quidditas moralis necessitatis nosci nequit, quin eòipsò certissimè noscatur eventus. Confirmatur secundò: Quod homines certò inferant ex medio per discursum: Deus certissimè videt in medio: at homines certò discurrunt, & inferunt eventum ex necessitate morali: ergo in ipsâ videt eventum Deus certissimè. Confirmatur tertiò: quod non contingit, nunquam fuit moraliter necessarium: ergo de necessitatis moralis essentiâ est, semper ejus eventum contingere.

Solvitur ex dictis infrà lib. 11. à num. 352.

385 Respondetur. Vix possumus non attingere quæ de Quidditate moralis necessitatis exponam *tract. 3.* discurritur enim plerumque *in fide parentum*, & sine examine principiorum, quibus nitimur, & vocum, per quas loquimur. Igitur concessâ majori, nego minorem. Ad probationem dico, ea dici moraliter necessaria, de quorum assensu physica talis necessitas est, ut vel admitti debeat, vel solùm possit temerè negari. Quare, ibi asseram, eam necessitatem *non esse rerum, sed mentis*, non dari *in esse*, sed *in cognosci*. Verum est, ea, quæ sic dicuntur moraliter necessaria, nasci à principio sub circunstantiis, mediisque, quæ vel in se, vel in simili, semper, contingenter tamen, effectum continent.

Quid Moralis Necessitas?

386 Vbi *duo* distingue: *Alterum*, intrinsecum: extrinsecum, *alterum*. Intrinsecum est ipsa natura mediorum, & circunstantiarum, quæ communiter dicuntur necessitare moraliter. Extrinsecum, est cõtinuata, & animadversa similium conjunctio cum eventu, aut sui ipsorum contingens cum eventu conjunctio. Ex isto discursu plura inferam *loco cit.* Nunc dico, illud intrinsecum, utpote pertinens ad rerum quidditates, nosci à Deo per Scientiam naturalem: hoc extrinsecum, non posse nosci nisi per Scientiam Mediam: quare præcisim à Scientiâ Mediâ nequit à Deo sciri eventus eorum mediorum; atque adeò neque prædefiniri. Exinde dici ulteriùs posset, posse à Deo nosci quidditatem moralis necessitatis, quin eòipsò videri debeat eventus. Sed hæc sufficiant *hic*.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

387 Ad primam confirmationem. Imprimis transeat antecedens, & distinguo consequens: quin eòipsò certissimè noscatur eventus in seipso, concedo: in mediis, quæ dicuntur necessitare moraliter, nego. Nam hæc Media ita esse moraliter necessitantia, ut reipsâ conjungenda sint cum effectu, veritas contingens est. Deinde *loc. cit.* probo falsitatem antecedentis: potest enim contingere aliquid, quin eòipsò desinat esse moraliter impossibile: exinde oriuntur frequentes admirationes eventuum, qui prudenter deberent desperari. Ad secundam, distinguo minorem: homines certò eventum inferunt ex necessitate morali, certitudine plusquàm morali, nec expositâ falsitati, nego: solùm morali, & falsitati expositâ ex vi motivi, concedo: & nego consequentiam: quia motivum metaphysicæ certitudinis nunquam est expositum falsitati. Adde, homines nunquàm discurrendo niti quoad hæc in principiis ipsis secundùm se, sed in ipsis refusâ insuper experientiâ similis eventûs sub similibus, ut exponetur *infrà lib. 11.* Ad tertiam patet ex dictis ad primâ.

Objectio tertia.

388 Objicies tertiò: homo prudentissimè decernit efficaciter finem, si sciat habere in suâ potestate media connexione moralis necessitatis inferentia finem: ergo & Deus. At hoc Deus scit per Scientiam naturalem. Imprimis negari posset hæc minor: & negari debet si necessitas moralis importet conjunctionem medii cum eventu. Deinde, concesso antecedente, negatur consequentia, & discrimen sumitur ex magno inter Divinam, & humanam prudentiam. Isti sufficit adhibere, media, quæ prudenter judicat apta ad finem: quidquid sit, de periculo, ne maneat sua resolutio, elusa: quod eâ viâ satis caver. Divinæ, utpote non potenti pati frustrationem efficacis Decreti, nec deceptionem, non sufficit quæcumque securitas, sed metaphysica, quæ ex motivo secundùm se fallibili sumi non potest.

Solvitur.

DISPVTATIO XXXVIII.

QVID DE PRÆDEFINITIONIBVS ERGA Res, Malitiæ aliquomodò annexas?

389 PRINCEPS sub hoc titulo Quæstio, illa est, quam contra Thomistas, præsertim noviores, exigitat Schola Nostra, de Prædefinitione Peccati quoad Materiale. Eam, ejusque terminos consultò anticipavimus *lib. 3. à nu. 518.* Prædeterminantium Animos concussuri, argumento, quod Doctissimis ex eadem Scholâ, visum est, ineluctabile ex unâ parte: & ex alterâ propter sequelam Calvinianæ causalitatis circa Peccata, Deo injustè, & impiè impactæ, formidandum. *Ibi* latè. Sed, ejus exinde suppositâ Impossibilitate restant affines Quæstiones satis pulcræ, quas hic annectere, & resolvere erit operę pretium.

Suprà lib. 3. à num. 518.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

SECTIO I.

ALIQVÆ QVÆSTIONES Concernentes.

Quæstio prima: an circa malum Possibilis Prædefinitio?

390 PRima est: an saltem per mitiores Prædefinitiones dependentes à Scientiâ Mediâ possit prædefiniri entitas actûs pravi? Qui concedunt posse haberi à Deo affectum aliquem circa peccatum, quia aliter nequeunt explicare præparationem necessariam omnipotentiæ ad libertatem actûs mali, non video cur negant: cum libertas illæsa maneat: & alioquin Deus affectivè tendere in peccatum posset. *Respondeo negativè.* Primò: quia talis entitas mala est, & consequenter affectus eam amplexus. Secundò: quia talis prædefinitio stare nequit sine morali causalitate respectu actus prædefiniti: quæ respectu peccati repugnat Deo. Tertiò: quia libertas ad peccandum est libertas ad operandum contra voluntatem Dei per efficacem recessum ab ipsâ: ergo implicat, quòd peccatum sit actus terminans efficacem Dei volunatem: unde hæc prædefinitio negari hic etiam debet ex capite læsæ libertatis ad peccandum, sensu tamen longè diverso, ut vides, ac dici solet.

Quæstio secunda: An Prædefinitio præscindens?

391 Secûda est: an saltem possit per Prædefinitionem præscindentem à mediis liberis, & necessariis? Et ratio est: quia illa prædefinitio cùm præscindat à libertate, jam videtur à malitiâ præscindere. *Respondeo negativè*: quia præterquam quòd hæc Prædefinitionum ratio ex plurimo capite repugnat, ut suprà constitit: ulteriùs ex eâ primo manet Deus indifferens, & paratus, ut sit Author peccati: hæc autem indifferentia Deum summè dedeceret: cùm dedeceat potestas ut sit Author peccatitsine quâ num quam est illa indifferentia. Secundò: quia manet determinatè affectus Deus erga rem ex se malam. Nam licèt præscindatur ab imputabilitate malitiæ; non verò præscindi potest à ratione malitiæ, quæ consistit in oppositione cum Primâ Regulâ honestatis: ex quo patet ad rationem dubitandi.

Quæstio tertia: An vaga Prædefinitio?

392 Tertia est: an saltem possit in Deo dari vaga Prædefinitio, vel prædeterminatio ad unam ex actionibus pravis, vel ad unum ex peccatis? *Respondeo negativè*: primò: quia libertas ad peccandum necessariò importat obligationem non peccandi: nequit autem stare obligatio non peccandi cum necessitate disjunctivâ peccandi, ut per se patet. Secundò: quia sic præcaveri non posset in Deo turpis affectus: cum ex se afficeretur in peccatum, aut in rem per se turpem. Tertiò: quia & etiam Deus esset author peccati: nam esset author necessitatis, cui satisfieri non posset nisi peccando: quę necessitas ad unum ex peccatis disjunctiva, est absoluta necessitas ad peccatum: quia sine hoc genere stare nequit ipsa necessitas, sive hoc genus sit sub hac ipecie, sive sub illâ: quod non interest.

Quæstio quarta: an aliquomodò prædefiniri Entitas Actûs Malî

393 Quarta est: an saltem possit prædefinire Deus entitatem actûs pravi, vel producendi extra subjectum, vel producendi in subjecto incapaci moralitatis, & imputabilitatis? Sermo est de entitate actûs per se pravi: nam de entitate actûs extrinsecè, & peraccidens pravi, si possibilis sit, nulla potest esse theologica difficultas in affirmando. *Respondeo etiam negativè.* Et, omissis principiis philosophicis, ex quibus mihi liquidò, constat quoad partem utramque: qui sentio actus vitales seipsis affixos esse principiis, à quibus semel fluunt: ostenditur primò: quia entitas actûs pravi, licèt exui possit moralitate imputabilitatis, producèdo ipsam extra subjectum, aut in subjecto imputabilitatis incapaci, exui nequit moralitate oppositionis ad regulam honestatis, atque adeò neque malitiæ: nequit igitur Deus in eam tendere per affectum, nisi amplectendo malitiam: quod Deum dedecet. Secundò: quia in terminis implicat, ut sit ex inclinatione Dei perse, quod per se sit contra omnem rectam naturæ inclinationem: quod præcisè permittitur esse possibile, ratione boni, non verò ratione sui, qualis est entitas actûs pravi. Tertiò: quia Deum perse dedecet patrare miracula, non ostensiva suæ sapientiæ, & rectitudinis, ut disputabam *in Opere de Incarnatione* ubi *lib. 5.* tradidi ad hæc & similia principium generale denuò revidendum.

De Actu vitali nos Authoris.

De Incarn. lib. 5. disp. 3. à num. 216.

394 Quinta est: an saltem in casu conscientiæ invincibiliter erroneæ, & existimantis esse obligationem mentiendi, possit à Deo prædefiniri illa mentiendi volitio? hæc difficultas gravis est eaquæ sibi locum vendicat *in tractatu de Conscientiâ, aut de Bonitate, & Malitiâ*: nec perfunctoriè tractanda est. *Ibi* tracto latissimè. Communis opinio, quæ tenet in eo casu eam volitionem honestari: hominemque sic operantem, non solùm nõ peccare (quod est certum) sed etiam rectè agere, & sic agendo mereri, tenetur affirmare: Ego *fundiù* in oppositam ivi assensu pleno: Nam ea volitio, licèt ex circunstantiâ invincibilitatis & erroris exuatur moralitate imputabilitatis ad culpam, quasi esset extra subjectum peccabile, non tamen exuitur, neque potest moralitate malitiæ: atque adeò Dei plenè scientis, & comprehendentis ipsam, terminare nequit ullum affectum. Sed de hoc expensiùs *loco citato* dicemus. Quòd si ibi intervenit aliquis actus honestus, qualis est, *nolo peccare, sed sequi Deum*: (ex quo non per se, sed ratione errotis adjuncti, sequitur volitio mentiendi) videtur à Deo intendi posse: per eumque mereri homo sic operans. *Ibi* plurima.

In 1. 2. Tract. de Bonit. & Malit.

Quæstio sexta: de malo minori. Infrà lib. 11. à num. 132.

395 Sexta est: an saltem homini propenso ad peccatum grave possit Deus prædefinire evitationem per leve, vel minùs grave? Simile dubium *infrà* excitabo *lib. 11. de Auxiliantis Gratiæ necessitate. Respondeo etiam negativè*: Primò: quia si facienda non sunt mala, ut eveniant bona, juxta Apostolum: quanto minùs, quando & mala eveniunt? Secundò: quia quâtumvis homo propensus sit, consilium, & exhortatio, atque adeò prædefinitio in nostro casu tendunt in malum. *Neque dicere valet*, tunc peccatum leve, seu minùs grave non intendi, quia peccaminosum in se, sed quà evitativum alterius peccati. *Nam* licèt hæc præcisio tollat peccato respectu affectûs vim motivi; non tollit vim terminandi affectum ejus amplexivum: amplexus autem mali ex nullo affectûs motivo honestari potest. Adde, ex eo principio abisse in præceps Hæreticos nostri temporis cum Calvino, dicenti Deum intendere malum, non quâ malum, sed ex alio motivo. Sed vide me *loc. cit.*

Quæstio septima: de Morali imperfectione.

396 Septima est: an à Deo saltem prædefiniri moralis imperfectio possit, seu actus, qui à nobis elicitur cum morali imperfectione? Quid sub his terminis veniat explicui solidè *lib. 5. de Incarnatione. Respondeo*, posse prædefiniri à Deo Actum honestum, qui à nobis moraliter imperfectè exercetur, & qui prout à nobis est, est moralis imperfectio: non verò posse prædefiniri, ut est moralis imperfectio. Ratio sumitur ex doctrinâ *suprà* positâ; & quidem prima pars probatur: quia actus ille honestus amari à Deo potest secundùm se: quidni prædefiniri? Secunda probatur: quia prædefiniri, ut est moralis imperfectio, est intendi à Deo, ut est contra suum consilium, & beneplacitum; utque est exclusio majoris conformitatis secum ipso, quod repugnat in terminis: nam eoipso, quòd ira intendatur, jam est conformis Divinæ voluntati magis, quàm esset omissio: nam cum hujusmodi ratione volendi nequit componi seria major appretiatio oppositi, ejusque suasio: & seria procuratio & intentio majoris perfectionis in Creaturâ, quę supponi debet, ut hæc actio sit *hic, & nunc* moralis imperfectio.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. De Incarn. lib. 5 disp 2. à num. 88. Et suprà, hoc lib. à num. 141.

Replica

397 Dices: ergo saltem prædefiniri à Deo potest actus moraliter imperfectus in circunstantiis, in quibus non potest non esse moraliter imperfectus, ut hat: & alioqui Deus potest velle eas circunstantias. Iam sic: ergo vel Deus est causa moralis imperfectionis, ut talis est: vel argumenta *lib. 3.* facta contra Thomistas prædeterminantes ad materiale peccati, nullæ sunt? Se quippè protegunt hoc exemplo: poterunt que respondere: ut Deus, licèt prædefiniat moralis imperfectionis entitatem quasi materialem, & quidem in circunstantiis, in quibus exerceri non potest, nisi cum conceptu moralis imperfectionis, quin exinde vel maneat moraliter imperfectus, vel author ipsius, ut est moralis imperfectio, ita posse prędefinire materiale peccati, quin aut peccet, aut esse debeat author ipsius.

Solvitur.

398 Respondeo, *imprimis* magnum inter Nos, & Thomistas esse chaos: nam ista Prædefinitio habet objectum reipsâ formaliter honestum: Thomistica reipsâ malum, & turpe. *Deinde* nostra Prædefinitio, nec habet vim inductivam, nec determinativam objecti, sed finit omninò libertatis arbitrio jura determinandi, secùs Thomistica Prædefinitio. *Insuper* nostra Prædefinitio solùm habetur ex respe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2 de Deo. Providit. & Prædestinante.

ctu ad determinationem creaturæ, & præcisè amat honestatem exercitii, gaudens, quòd creatura bene operetur, & efficaciter hanc honestatem amans: quia eã creatura vult ponere, magis complacitura si majorem poneret: at Thomistica antevertit omnem determinationem, & prædeterminat. *Quare* nulla est paritas; atque adeò concesso, quod assumitur, nego Deum fore imperfectum moraliter, quia nequit sibi magis, aut minùs conformis esse: ex quo moralis perfectio mensuranda est: neque moralis imperfectionis author: quia eatenus vult hunc actum honestum, qui imperfectè exercetur à creaturâ, quatenus creatura nolens perfectiùs operari, vult tamen operari honestè, quod Deo placet. Vide quæ *loc. cit.* diximus.

Suprà à num.141.

SECTIO II.

AN ET QVOVSQVE PRÆDEFINIRI posit, & esse à Deo cognitio, vel motus animi circa turpia?

Quæstio octava: de Motibus provocantibus ad malum.

399 Octava quæstio est an, & quousque posset specialiter esse à Deo, vel prædefiniri cognitio, vel motus animi necessarius provocans ad objecta turpia, vel ad objecta delectabilia, quæ vel ex se, vel ex circunstantiis liberè nisi turpiter amari non possunt? *Dupliciter* cogitari potest iste motus, & illa cognitio. *Primò*: motus ille potest esse circa rem ex se turpem: & hic motus est per se turpis, licèt ex indeliberatione nequeat imputari patienti. *Secundò*: potest esse circa rem delectabilem, sistens in delectatione, quæ seponi potest à malitiâ, quicquid sit, an ex circunstantiis occurrentibus, vel non possit, vel difficilè possit à malitiâ separari. *Deinde* illa cognitio, *primò*, potest allicere ad rem delectabilem, instar suasionis, & consilii, accedentis ex se animum ad ejus affectionem, quicquid sit de malitiâ annexâ, vel secuturâ. *Secundò*, potest allicere ad rem delectabilem adeò præcisim à malitiâ, ut sit mera repræsentatio delectationis ex se nõ provocans ad malitiam, imò conjuncta cum dissuasione ipsius, si mala sit.

400 Est grande discrimen, *ut patet*, inter hos modos cognitionum, & motuum. Nam qui infundit, primi generis motus, cùm sint per se turpes, non potest non intendere turpitudinem. Qui secundi generis motum infundit, tem præstat separabilem à malitiâ, & solùm inclinat in amplexum delectationis, secundùm se præcidentis à malitiâ. Qui infundit cognitiones primi generis, perinde se habet, ac si intenderet turpitudinem: quia infundere debet ex intentione proportionatâ talium cognitionum naturæ, atque adeò potiùs æstimanti delectationem, quàm malitiæ fugam. Qui verò secundi generis cognitionem infundit, nullo modo potest esse reus secutæ malitiæ: quia ea cognitio non impellit, sed repræsentat, à quo fugias.

401 Advertè hic, quâ ratione se gerat Dæmon in suggestionibus, quibus nos impellit ad malum, etiam præcisim à locutionibus *consultivis, suasivis, & exhortativis*: de quibus *mox*. Imprimis quovis se modo habeat quoad nos, in se tamen semper procedit ex intentione malitiæ, quia semper ex intentione ruinæ spiritualis nostræ, licèt in modo tentandi palliata sit. Deinde plerumque suggerit cognitiones, & motus per se tendentes in delectationem vel turpem, vel *licèt turpis* sit: quia conformantur intentioni Diabolicæ, ex quâ fluunt. Insuper etiam quando suggerit cognitiones, & motus circa delectationem, quæ separari possit à malitiâ, ita suggerit, ut solùm ordinentur ad eam delectationem, quin insimul moneat de necessitate fugiendi. Ob hæc, præcisim à suasione, consilio, & exhortatione strictè sumptis, dicitur dœmon esse causa moralis ruinæ nostræ.

Mox à num.402.

402 Dixi, præcisim à consilio, suasione, & exhortatione: Nam modus sic movendi, utpote importans practica signa destinata per se ad actionem consultam, potiori jure facit moraliter authorem operationis secutæ, qui sic movet, quoad singulas circunstantias operationis. Ratio est: quia vis causandi rem, non obstantibus quibuscumque circunstantiis ipsi annexis, arguit animum affectum circà rem ipsam sub quibuscumque circunstantiis: unde æquivalet isti: *sic operare; quamvis res mala sit*: quòd si malitiæ circunstantia prævideatur, jam ex modo

In Primã par. tract. 2. de Deo Providit. & Prædestinante.

do causandi vult fieri complex: atqui vis sic causandi rem est inseparabilis à consilio, suasione, adhortatione, utpote factis per signa practica ex se destinata ad operationem consultam: ergo. Et sic suggerit etiam pessimus Dæmon: licèt non semper: ne citò pateant, quas subdolè parat animabus, insidiæ. His ita præstitutis

Sententia Auctoris.

403 Certum est mihi primò: Deo tribui non posse genus ullum movendi ad malum: ex quo malitia tribui ipsi possit, & esse directè voluntaria. Ratio sumi debet ex rectitudine Voluntatis Divinæ, & summâ inclinatione tàm innatâ, quàm electâ circa honestatem nostram. Certum mihi est secundò: Deo non posse tribui neque per se, neque peraccidens motus animi necessarios per se turpes: neque cognitiones per se necessitantes ad illos. Ratio est: quia repugnat Deo esse causam rei per se turpis: nam id fieri nequit sine affectu turpi. Certum mihi est tertiò: neque Deum ex se posse causare cognitiones provocantes ad delectationem vel turpem ex se, vel modo tendendi inhibente tacitum illum condescensum, *licèt turpis sit*: quia talis cognitionis infusio separari nequit à morali impulsu circa malum, atque adeò à causalitate morali imitanti consilium, suasionem, & exhortationem, & modos diabolicæ suggestionis.

Dubium.

404 Quæstio igitur sola restat: an saltem esse possit à Deo, & prædefiniri cognitio provocans ad delectationem, alioqui separabilem à malitiâ & cognitio præcisè repræsentans eam delectationem, ut utilem fruenti: sive hoc sit in circunstantiis, sub quibus prohibetur, sive non: & communis existimatio, cùm quâ loquitur Ribadeneyra *disp. 4. de Actib. Hum. cap. 6. à num. 48.* videtur affirmare, concedens posse Deum, indifferenter tamen, inclinare in volitionem materialem ipsius: quòd si hæc vel ex circunstantiis vel ex motivo vitiatur; Creatura suo vitio vertat; nihil enim, prout à Deo est, inclinat ad malum. Nihilominus, ex *ibi* dictis:

Ribaden. Tract. de Actibus Human.

Resolutionis pars Prior.

405 Respondeo & censeo primò: Deũ posse ex se infundere Creaturæ cognitionem delectationis, quam alioquin prohibet, vel simul repræsentãtem ejus malitiam, & fugabilitatem, vel annexam, prout à Deo est, notitiæ dissuadenti. Ratio est: quia Deus potest esse author, & est libertatis ex indispensabili fine gloriæ suæ, & honestatis nostræ: ergo repugnat, quòd infundat cognitionem objecti prohibiti, nisi ex hoc fine: ergo & notitiam, nisi annexam, prout ab ipso est, dissuasioni à tali objecto. At libertas, saltem hujusmodi cognitionem includit: ergo potest Deus esse author hujusmodi cognitionum. Exindeque patet, quàm procul sit Deus ab ullo influxu in malum, quia ea cognitio prout est à Deo præcisè habet repræsentare delectationem, ut ea sic neglecta sit exercitium honestatis nostræ, & gloriæ suæ. Vide etiã, quàm aliter à Dæmone, se gerat Deus: nam Deus ex solo fine honestatis nostræ istas cognitiones infundit, atque adeò annexas notitiis impellentibus ad honestatem: at Dæmon præcisim à motivo, quo regitur, eas notitias unicè suggerit prout ordinatas ad ipsam delectationem, quam videt, & non monet à Deo prohiberi.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providit. & Prædestinante.

Altera.

406 Respondeo, & censeo secundò: aliter per se, & vice causæ particularis non posse circa delectationem alioqui prohibitam, infundere notitiam provocantem: unde licèt circa delectationem separabilem à malitiâ, possit secundùm se provocantem notitiam infundere, nequit eam in circunstantiis in quibus absolutè non possit à malitiâ separari volitio, ad quam inclinat ea cognitio. Ratio est: quia immissio talis notitiæ, nisi modo præexplicato, excusari non potest à sollicitatione ad malum; atqui repugnat Deo sollicitatio ad malum: ergo.

407 Dices: ea cognitio solùm sollicitat ad amplexum talis delectationis, qui per se non est malus. Dico: fortè si sic sollicitat in circunstantiis prohibitionis, repugnat amplexus Delectationis, qui malus per se non sit in individuo. Deinde qui sollicitat ad amplexum rei, quam alioqui ex se proh bet, sollicitat ad violationem suæ prohibitionis, ut arguere solemus contra Thomistas.

SEC-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Quæstio nona : de Infallibilitate peccandi.

SECTIO III.

AN POSSIT A DEO PRÆDEFINIRI infallibilitas peccandi?

408 NOna quæstio est: an possit à Deo esse, & prædefiniri infallibilitas peccandi. *Duplex* excogitari potest infallibilitas peccandi. *Altera* putè consequens: nempè ex eo quòd videt per Scientiam Mediam Deus, quòd Petrus positus in hac rerum, & motivorum serie pro suo libitu peccabit. *Altera*; antecedens, non quidem physica, (Nam hæc opponitur moralitati peccati) sed moralis: ea nempe, ut attentis præcisè principiorum, & motivorum viribus annexis complexioni, & genio voluntatis, cui dantur, & proponuntur, debeat prudenter desperari peccati evitatio: hæc dici solet moralis necessitas.

409 Vt quod jamdiù sentio, dicam: ante quæstionis resolutionem, Mihi semper est conceptu difficilis ista moralis necessitas antecedens: & quidem ad peccandum, peccato determinato, summè difficilis. Primâ partis difficultatem expendâ *tract. 3. lib. 11.* Partis alterius, primo nunc primò: quia libertas ad peccandum talis esse debet, ut moraliter possit æstimari libertas: at moralis necessitas ad unum: quomodo potest prudenter, & moraliter æstimari libertas? Secundò: quia ea libertas vix accedit ad gradum semiplenæ: semiplena enim non necessitat: at semiplena non sufficit ad mortale: ergo neque hæc sufficit ad peccatum. Tertiò: hæc necessitas stare nequit sine maximâ diminutione physicæ potestatis: hæc autem maxima diminutio vix stare potest cum dominio, & imputabilitate. Quartò: quia qui necessitatur moraliter ad aliquid, reputatur moraliter quasi physicè determinatus ad ipsum: ex eo enim dicitur moraliter necessitatus: quia cùm vix differat à physicè necessitato, parum pro nihilo reputatur: quomodo ergo peccat? Quòd si objicitur status Dæmonum, cui dicitur annexa impotentia hujusmodi moralis ad omnem actum honestum, necessitas ad peccandum: dico, eam impotentiam physicam esse ex suppositione odii circa Deum: & in hoc mediatè liberam. Hæc mea mens de hujusmodi necessitatibus,

Infrà lib. 11. à num. 340. & in opere de Incarn. lib. 2 disp. 1. à num. 31.

de quibus *infrà tractatu 3. lib. 11. à num.* 340. & 352. sed his permissis communi Sententiæ:

Resolutionis pars prior.

410 Respondeo, & censeo primò: Deum posse prædefinire peccandi infallibilitatem purè consequentem: antecedentem non posse: est dicere: posse prædefiniri à Deo permissionem peccati, seu esse à Deo circumstantiam illam sub quâ videt fore peccatum: non verò posse à Deo esse permissionem peccati per appositionem talis antecedentis infallibilitatis ad ipsum, ut ex vi eorum, quæ Deus ponit, desperari debeat peccati evitatio, seu homo maneat intrinsecè, & antecedenter necessitatus moraliter ad peccandum. Prima pars patet: quia in eâ infallibilitate, nulla miscetur inductio, neque ulla connexio cum peccato præterquàm ex ipso libitu creaturæ: & Deus juris sui est ad benefaciendum, vel cessandum à beneficio: & ad permittendam homini ruinam ex abusu beneficiorum Dei oriundam.

411 Secunda pars probatur primò: quia præimmissio talis necessitatis majorem vim, & impulsum importat, quàm consilium, & tentatio gravis: quomodo ergo decear bonitatem Dei? Secundò: quia determinare moraliter ad peccatum, dæmonis est, & non Dei: voluntatis est propensæ ad malum, non verò voluntatis, quantùm potest, avertentis à malo, qualis est Divina: at præimmittere talem necessitatem est determinare moraliter: sicut necessitare physicè, est physicè determinare. Tertiò: quia talis necessitatis præimmissio venire nequit per se à summâ inclinatione in oppositum: at hæc inclinatio negari Deo, nequit. Nec obduratio, aut excæcatio, aut traditio in reprobum sensum, quicquam obest, ut *alibi* dixi, & *mox* repeto.

Lib. 3. à nu. 579 & mox à nu. seq. Pars posterior.

412 Respondeo & censeo secundò: licèt à Deo causari nequeat ea necessitas, tamen in pœnam, permitti justissimè potest (si alioqui possibilis sit,) vel saltem ea congeries motivorum, & occursuum, ex quibus maxima sit difficultas evitandi peccatum. Ratio est: quia Deus non tenetur favere per assistentiam specialis protectionis, & uberis gratiæ: & alioquin status hominis & ingratitudo tanta esse potest, ut demereatur Divinam beneficientiam: eò autem ipsò quòd

Deus

Deus subtrahat specialis protectionis assistentiam, & ubertatem gratiæ, necesse est, ut ex corruptelâ nostrorum animorum pullulent vitiosi habitus, & inclinationes ad malum, quæ, flabello occultum delectabilium adultę, tumescant in maximam difficultatem operandi: potest igitur permitti à Deo justissimè hæc hominis constitutio in pœnam ingratitudinis. Et sic plerumque accidit excæcatio, obduratio, & illa traditio in reprobi sensum, quæ circa peccatores, Deo tribuitur in Scripturis.

Dubium: P. Montoya qualiter resolvat?

413 Dubitat Pater Didacus Ruiz de Montoya *disp. 13. de Provid. nti à sect.* (quem latè de his quæstionibus differentem tum *loc. cit. de Providentiâ*, tùm *de Voluntate disp. 40. & 41.* modò Patronum, modò Adversarium habuimus,) an homini aliàs justo, permitti, vel præimmitti à Deo possit hæc infallibilitas antecedens ad peccatum? & censet, primò: posse, idque de potentiâ ordinariâ vel ratione præsentium venialium, vel mortalium præteritorum: quia neque oppositum, inquit, repugnat ex naturâ rei: neque promissis Divinis. Censet, secundò: Justum ob suam tepiditatem & negligentiam devenire eousque posse, ut se in statu moralis istius impotentiæ ad bonum, & necessitatis ad malum reperiat: quia tanta potest esse ingratitudo hominis alioquin justi, ut demereatur à Deo modum specialem gerendi se amicè cum illo. Censet tertiò: etiam hominem justum ab instanti justificationis, manere posse, vel incidere ex permissione Dei in eam peccandi necessitatem moralem: quia talis, & tantus esse potest vitiosorum habituum insultus, & pravæ consuetudinis laqueus; tantaque in iis domandis incuria hominis etiam justificati, ut fundent eam impotentiam. Censet quartò: si nulla præcesserit demeritorum occasio, non videri posse bilem tantam derelictionem hominis alioquin justi: quia jura amicitiæ videntur apertè contradicere. Censet ultimò: possibilem videri, etiam de lege ordinariâ, propter sola venialia, maximè continuata, & grossiora: quia ea maximè demerentur continuationem Divinæ protectionis, & gratiæ uberis. Videatur Author citatus: & Doctrina, magnâ ex parte, solida est, & ejus veritas continere nos debet in mag-

Notanda Doctrina.

no timore, & tremore, quibuscum nostram salutem operemur.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

SECTIO IV.

AN DEVS PRÆDEFINIRE Punitionem unius peccati per aliud possit?

Quæstio de eâdem unum peccatum puniri per aliud possit? Sententiæ Arriaga Prima. Secunda Vazquez. Tertia. Ruiz. Suarez. Herrera.

414 DEcima Quæstio est: an & quousque Deus possit prædefinire punitionem unius peccati per aliud: aut unum peccatum punire per subsequens? Tres Sententiæ sunt, quas Arriaga, *de more*, vocalis dissidii facit *tom. 3. disp. 54. sect. 3.* Prima cum Doctoribus præsertim antiquis affirmat, pro quâ videri potest Ruiz *disp. 43. de Voluntate sect. 5. & 6.* Secunda cum Vazquez negat. Tertia cum Suarez distinguit: pro quâ videri potest Herrera *quæst. 5. de Vol. sect. 5. ubi n. 68* Qui bene prænotat *Primò*, unum peccatum esse pœnam alterius, nõ esse præcisè utrumque existere utcumque & utcumque utrumque permitti: quia potest utrumque existere, quin unum sit alterius pœna. *Secundò*: nec esse ita existere, ut actus judicialis puniendi supponat peccatum, per quod punit, ipsum ordinando in pœnam: quia sic Iudex non infligeret pœnæ malum.

Iudicium Doct. P. Herrerę.

415 Deinde asserit: Primò: Denm non posse intendere malum peccati in pœnam alterius: quia malum turpe nullatenus potest honestè intendi. Secundò: neque Deum ex displicentia peccati præcedentis, posse velle permissionem alterius, ut pœnam: quia peccatum nequit esse ratio movens ad collationem auxilii inefficacis, ut est beneficium sufficientiæ: ut patet: neque ut est malum inefficaciæ, quia sic amaret, & intenderet peccatum, constituens inefficacem. Deinde permissio, ut pœna, est malum ejus, cui pœna datur: Nequit autem esse malum, nisi ratione peccati: ergo neque sic intendi, quin peccatum ametur. Tertiò: posse Deum ex displicentiâ peccati præcedentis velle peccatum permittere, nolendo se retrahere ex inefficaciâ, quâ prævidet. Quartò: hoc sufficere, ut latè dicatur unum peccatum puniri per aliud.

Nostrũ, & ejus prior pars.

416 Respondeo, & censeo primò: strictè, & simpliciter, unum peccatum non posse dici, nec esse pœnam alterius; atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Conditiones pœnæ.

adeò nec, ut talem, à Deo præintendi. Ratio est primò: quia Pœna, ut pœna, intenditur à judice infligente: est enim objectum justitiæ punitivæ: peccatum autem, secundùm rationem mali, sub quâ deberet esse materia pœnæ, est à Deo inintendibile. Secundò: quia pœna nequit esse simpliciter & essentialiter voluntaria punito: & saltem ita libera, ut pendeat simpliciter à libertate delinquentis puniri per ipsam, vel non puniri. Tertiò: quia pœna debet esse aliquid simpliciter bonum, & aptum honorare judicem, & mederi culpæ præteritæ: nihil autem horum est in peccato. Quartò: quia pœna, debet intendi ut malum puniti: sic autem nequit intendi peccatum.

Arriaga.

417 Dicit Arriaga, satis esse, si puniens velit id, ex quo videt sequi alterius malum, dummodò velit ut connexum, cum tali malo: ex quo non infertur, amari debere malum ipsum. Hoc est valde difficile in re præsenti. Contra primò: honestas enim justitiæ punitivæ respicit punitionẽ, ut malam punito: ergo nequit ab ipsâ non intendi ratio ipsa, ex quâ mala est punito: peccatum autem ex ipsâ morali malitiâ, redditur peccatori malum. Secundò: quia qui vult ex motivo connexionis cum malo tem aliquam, nequit non velle malum.

Pars altera.

418 Respondeo & censeo secundò: neque permissionem posse simpliciter dici pœnam alterius peccati; atque adeò neq; intendi simpliciter à Deo in pœnam. Ratio est: quia nequit Permissio esse pœna, nec intendi ut pœna, nisi sub ratione mali respectu peccatoris; at nequit importare rationem mali, nisi ratione peccati: ergo nequit intendi ut pœna, nisi sub ratione peccati; at peccatum nequit intendi: ergo. Dices: jam intendi id, sub quo videtur fore hoc malum, & quidem ex displicentiâ peccati præcedétis. Cõtra. Eatenùs id posset dici pœna, quatenus vel formaliter vel interpretativè amaretur in hoc modo permittendi malũ peccatoris: sed per vos formaliter non amatur: neque interpretativè: quod enim interpretativè vult Deus, potest velle formaliter: ergo sic nequit permissio vetè dici pœna peccati.

Tertia pars.

419 Respondeo, & censeo tertiò: Potest Deus ex displicentiâ peccati præcedentis, & in pœnam ipsius, nolle se retrahere ex motivo inefficaciæ, quominùs neget auxilium, quod inefficax prævidet, & velle minorem minùsque robustam dare gratiam, quàm posset: & hoc modo debent Patres, intelligi dum dicunt, unũ peccatum puniri per aliud, seu unum per permissionem alterius: quia licèt neque peccatum sit pœna, neque permissio; denominantur tamen pœna, quia hic & nunc annectuntur malo, quo hic, & nunc punit Deus. Malum enim, quod Deus infligit in pœnam, imprimis est cessatio à maximo beneficio quod fieret homini à Deo, vel dante auxilium quod videt efficax, vel retrahente se ab inefficaciâ hujus, ne daret: Deinde est debilitas virium ad operandum honestè, & resistendum diabolo: & demum secuta operandi difficultas, & necessitas majoris conatûs, ne vincatur à dæmone: hæc mala sunt, ratione quorum permissio his adjuncta, pœna dicitur: timenda maximè, quia annexam habet, non ex intentione, sed ex præscientiâ Dei, ruinam nostram. Sic explicata resolutio patet: quia sic jam assignatur malum præcisim à peccato, quod intendi, & infligi potest à Deo ex displicentiâ circa peccatum præcedens, & in pœnam ipsius. Videantur ultra citatos Aldrete *disp. 11. de Prædestinatione sect. 2.* & Ribadeneyra *disp. 8. cap. 2.* & Cardinalis Sforria *lib. 2. Assert. Theolog. cap. 1. à num. 13.*

Aldrete. Ribaden. Cardinal. Sforti.

In Primâ par. tract. 2. de Deo. Providèt. & Prædestinante.

DISPVTATIO XXXIX.

EFFICAX PRÆDEFINITIO PÆNITENTIÆ, sine antecessione Prævisionis absolutæ Peccati futuri.

Disputationis scopus, & Quæstio aliter proponi solita. Cur?

420 SERMO est de actu *strictæ*, & *purgativæ* Pœnitentiæ, per se supponentis peccatum: sicut destructio rei, supponit rem, quam destruit. Et quæstio proponi solet aliter: an nempe: ante prævisionem absolutam peccati futuri prædefiniri à Deo possit Pœnitentia, allectus ex honestate ipsius, & præcisè ductus Scientiâ conditionali de peccato sub his circunstantiis, quas exinde vult ponere, & illud permittere? Qui modus proponendi supponit distinctionem inter formalitates Deo liberas Decretorum, & Visionis, & præcessionem inter ipsas: quod utrumque principiis sæpè à me jactis de indivisibilitate Divinâ in decernendo, repugnat. Resolutio ita exponetur, ut ab his non pendeat: tamen juxta ea nequit absoluta prævisio peccati præcedere Prædefinitionem Pœnitentiæ: quare quæstio, de *antecessione* Prædefinitionis ad prævisionem peccati, *non positivâ*, sed *negativâ*, debet intelligi: ita, ut sensus sit: an haberi possit à Deo Prædefinitio efficax Pœnitentiæ ante prævisionem absolutam, vel sine antecessione prævisionis absolutæ de peccato futuro? Haberi à Deo posse, post prævisionem absolutam peccati, nullus negat ex his, qui Prædefinitiones admittunt amicas libertati. Difficultas enim præsens tota in eo vertitur: an hic modus prædefiniendi pœnitentiam, non prævisa absolutè peccato, stare possit cum seriâ procuratione, ne peccatũ sit, & sine ullo affectu circa peccatum? atque exinde, sit Deo possibilis, vel impossibilis? Vtraque pars est æquè celebris: & æquè celebres Patronos habet: quorum pro utralibet vide censum apud Quiròs *disp. 22. num. 6. & 22.* & apud Ribadeneyram *disp. 8. num. 29. & 30.*

Quomodo intelligenda? Et unde difficilis?

Authores apud TT. Quiròs & Ribaden.

SECTIO I.

EXPLICATVR VERA SENTENTIA.

§. I.

REI POSSIBILITAS.

De Incarn. lib. 3. disp. 2. à nu. 85. Aliquorũ Probatio ex Arriagâ.

421 PRima Conclusio: Efficax Pœnitentiæ Prædefinitio ante prævisum absolutè peccatum, seu sine antecessione prævisionis absolutæ de peccato, possibilis Deo est. Similem posui *tract. de Incarnatione*, disputando de Decreto Christi, ut Redemptoris. Probari solet à nonnullis cum Arriagâ, confidentiùs justo, in hunc modum. Supposito & præviso peccato, potest Deus velle efficaciter Pœnitentiam, deque illâ gaudere; quin propterea velit, aut gaudeat de peccato: ergo similiter potest prædefiniri Pœnitentia à Deo ante prævisum absolutè peccatum; quin propterea velit, & intendat peccatum: non autem ex alio timore, vel sequelâ censeri solet impossibilis Deo, hujusmodi Prædefinitio Pœnitentiæ. Et consequentis paritas urgetur primò: quia sicut se habet desiderium ad bonum absens, sic se habet gaudium ad præsens: sicut ergo gaudium de Pœnitentiâ præsenti non infert gaudium de peccato: ita nec desiderium pœnitentiæ, infert peccati desiderium. Secundò: quia suppositio vel prævisio peccati non auget

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Pri. p. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

aut minuit connexionem Pœnitentiæ cum ipso: si ergo hæc connexio non sufficit, ut, suppositâ prævisione peccati, intentio, seu gaudium de pœnitentiâ sit gaudium, vel intentio de peccato: cur ea necessitet, ut intentio præhabita ante peccati prævisionem, sit intentio de peccato?

Exemplo.

424 Ita contingit in Mercatore: cui poticulum, quod avertatur, vel amittendæ vitæ, vel mercium, reddit projectionem mercium, pro quarum aggestu laboraverat, practicè amabilem: & sic præteritio culpæ, cum in eo signo jam non possit non esse culpa, tacitè ut inter ea, quæ pro eo signo præeligibilia sunt Deo, & homini, sit pœnitentia: quia pejor est culpa sine pœnitentiâ, quàm cum illâ. At quando amatur practicè res, cui necessaria est anterius existentia, nec illa supponitur: si in tuâ potestate est, ne sit illa res quam practicè amas, etiam erit ne sit altera: si ergo amas illam propter effectum, quem inde vides secuturum, vel ex te amas statum indigentem effectu ponendo: quomodo non est verum, quòd potiùs vis aggregatum ex re, & illo affectu, quàm rem solam; aut quòd potiùs vis aggregatum tuæ libertatis, & effectûs ponendi, quàm aggregatum tuæ libertatis, & carentiæ illius? quomodo ergo sistit affectus, ita ut ad effectum, quem vides statui, quem eligis, necessarium non transiliat? sic posset eludi ea paritas.

Inefficax.

422 Hic discursus fallax est, & parùm solidus. Quia, supposito jam peccato, ipsa Pœnitentiæ intentio vel gaudium necessariò est odium peccati: ratio est: quia destructio rei nequit intendi sine nolitione, & odio rei quam destruit: at supposito peccato, Pœnitentia intenditur ut peccati destructio: ergo intenditur ex peccati displicentiâ, & odio: ipsa ergo connexio pœnitentiæ cum peccato est ratio inferens odium peccati: nam ea connexio non intenditur, supposito peccato, ut necessitas ponendi aliquid, quo sit peccatum, sed ut necessitas ne sit peccatum, quod aliunde supponitur. At, intendere Pœnitentiam, ante peccatum præsuppositum, *inquient*, est quærere quod destruas: siquidem intendis destructivum, antequam sit quicquam destruendum: unde assumitur Pœnitentia, non solùm ut necessitas ne peccatum sit, sed ut necessitas ponendi aliquid, quo peccatum sit: diversimodè ergo se habet ad movendum, connexio Pœnitentiæ cum præsuppositione peccati, eo prævîso, vel non prævîso.

Solida Ratio.

425 Fundamentalis ergo ratio pro conclusione sit: Finis in se bonus, & honestus, si non desit modus ipsum honestè consequendi, efficaciter potest intendi; atqui Pœnitentia est in se bona, & honesta, & sine antecessione prævisionis absolutæ de peccato futuro, apparet modus ipsam honestè consequendi: ergo Pœnitentia sine antecessione prævisionis absolutæ de peccato futuro, potest efficaciter intendi. In hoc Syllogismo solùm præmissæ, probandæ sunt. Et major patet: quia finis ex duplici solùm titulo potest esse honestæ, & efficacis intentionis incapax: *videlicet*: quia in se non est bonus: vel quia modus, & media, quibus comparari debet, honesta non sunt: tunc enim intentio vitiatur vel ex fine, vel ex impulsû ad media non honesta: ergo si finis in se sit honestus, & suppetunt honesta media, quibus infallibiliter potest obtineri, potest etiam efficaciter intendi.

Ex 1. 2. de Bonit. & Mal.

426 Probatur minor: imprimis Pœnitentia, actus, honestus est secundùm se. Deinde sine antecessione prævisionis absolutæ de peccato, scit Deus per Scientiam Mediam sibi comperere media infallibilia ad assecutionem talis Pœnitentiæ,

tiæ, & honestè eligibilia. Prima pars patet: quia per Scientiam Mediam scit, quòd si, permisso peccato, det auxilia voluntati ad pœnitentiam, ager Pœnitentiam. Secunda probatur: quia media hæc sunt permissio peccati in circunstantiis, in quibus videt fore, & collatio auxiliorum ad pœnitentiam in circunstantiis, in quibus videt fore pœnitentiam: at hæc media honestè sunt eligibilia: quia Deus honestè peccata permittit, & honestè vocat ad pœnitentiam: ergo.

De Incarn. d. 3 disp. 24 nu. 95.

427 Tota difficultas est in ostendendo, finem hujusmodi intendi efficaciter posse, quin intentio, ut est necessitas eligendi permissionem in circunstantiâ peccati, & auxilia in circunstantiâ pœnitentiæ, sit etiam necessitas amandi peccatum: sine quo neque permissio conjungi potest cum fine pœnitentiæ, neque hæc existere. Pro cujus ostensione, duplicem dedi jam viam in *Opere de Incarnatione*, hic sine tanto molimine, magis elucidandam, ut ibi promisi.

§. II.

PRIMA VIA DEFENDENDI.

Primus modus ex Molinâ.

428 Prima sit ex Patre Molinâ, & juxta nostra principia de *Divinâ indivisibili scientiâ* in decernendo. Consideretur Deus plenè, & comprehensivè instructus per Scientiam simplicis intelligentiæ de rerum naturis: perque Scientiam Mediam de eventibus liberis creaturæ sub hac, aut illâ conditione: atque adeò de peccato, & de pœnitentiâ posse ipsum. Pro signo ad suæ libertatis indifferentiam per illas duas Scientias constitutam, velit Deus, ut possit, permittere Petro Peccatum: & siquidem permittere potest ex *innumeris finibus*, velit indivisibiliter per ipsum actum permittendi, remedium, & pharmacum peccati, pœnitentiam, allectus ex honestâ tei ipsius: quam colligere vult ex occasione peccati: quod Petro non permitteret, nisi videret hunc fructum exinde occasionatum: ad quem ordinat peccati permissionem.

Explicatur.

429 In hoc modo discurrendi neque amor efficax pœnitentiæ, præcedit permissionem: neque, hæc, illam: & neutrum præcedit absoluta prævisio, sed Scientia Media de peccato. Unde nec ille amor efficax pœnitentiæ est obligatio anticipata, quæ necessitet Deum ad eligendam permissionem, & statum, in quo sit necesse, permitti peccatum; neque est necessitas, quam sibi Deus imponat de ratificatione peccati: neque est inclinatio ad auxilii inefficaciam: sed unicè, & *indivisibiliter* est *Decretum*, quo permittere vult peccatum, & destituere per honestam operationem ipsius peccatoris, ordinando permissionem in bonum ipsius: si enim poterat permittere Petro peccatum ob alios fines Petro non favorabiles, & sibi occultos, cui nequeat propter hunc? Manet igitur, illud Decretum, respectu peccati, in linea puræ permissionis: neque magis inducit peccati existentiam, quàm nuda permissio: connexio enim cum peccati existentiâ ex suppositione liberâ Creaturæ, & ratione Scientiæ Mediæ, non obstat conceptui puræ permissionis.

In Prima par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

Exinde arguitur.

430 Unde sic arguitur: Eatenùs esset impossibilis Deo amor efficax, & Prædefinitio pœnitentiæ sine antecessione præsitionis absolutæ de peccato futuro, quatenùs esse deberet incompossibilis cum puræ permissione peccati; & necessariò connexa cum aliquo affectu circa peccatum: Atqui sine hoc affectu, & cum puræ permissione peccati sit, oportet illa efficax Prædefinitio, licèt habita sine antecessione prævisionis absolutæ de peccato futuro: ergo ea Prædefinitio possibilis Deo est. Major est Adversariorum. Et minor patet ex præcedenti discursu quem fecimus: Modus permittendi peccatum non futurus ex se, nisi simul esset Decretum de honestate abolitivâ peccati, potiùs arguit peccati detestationem, quàm ullum affectum: sed ex discursu præcedenti, Prædefinitio efficax Pœnitentiæ solùm est modus permittendi peccatum ex se non futurus, nisi simul esset Decretum de honestate abolitivâ peccati: ergo talis prædefinitio efficax pœnitentiæ potiùs arguit peccati detestationem, quàm ullum affectum. Major patet: quia talis modus se habendi circa peccatum, nequit arguere affectum ex conceptu permissionis, ut constat: sed ex conceptu ita identificandi se cum Decreto, ne peccatum maneat sine destructione, arguit manifestè detestationem peccati: ergo, &c. Et juxtà

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

hunc discurrendi modum vix urgent objectiones, quæ fieri solent: fundantur enim in distinctione actuum Divinorum, quam præoccupat.

Replica:

431 Dices tamen: Hunc discurrendi modum licèt non subsit difficultati communi: aliis non minoribus, patere. Primò: quia Deus libertatem ad peccatum semper confert ex intentione recti usûs: atqui voluntas indivisibiliter idētificans sibi permissionem, & volitionem Pœnitentiæ nequit esse intentio recti usûs ex libertate, quam confert: ergo. Probatur minor: Nam talis Voluntas esset essentialiter connexa cum abusu libertatis: quis autem non videat, non posse ullam Divinam intētionem alicujus finis essentialiter connecti cum carentiâ assecutionis finis? Existeret enim talis intentio frustrà. Secundo. Nullius Prudentis intentio versatur circa finem impossibilem necessariò ex suppositione talis intentionis: ergo Deus, cujus intentio omnis est prudentissima, nequit finem intendere per volitionem essentialiter incompossibilem cum ipso fine. Sed hæc levia sunt, & ex directione Scientiæ Mediæ, omnibus communia.

Solvitur.

432 Respondetur: *Fateor* à Deo conferri libertatem ad peccatum ex intensione saltem ineficaci recti usûs: Deinde dico, dari semper ex præscientiâ usûs, quem habebit ex libito creaturæ, sive boni, sive mali. *Insuper* addo, intentionem Dei semper manere connexam cum eventu usûs, quem sortietur libertas ex libito creaturæ, sive mali, sive boni: *ex vi affectûs, si bonus sit: ex purâ præscientiâ, si malus.* Ex his, ad primum, concessâ majori, nego minorem. Ad probationem, dico, eam intentionem fore connexam cum abusu, non quidem ex vi affectûs, sed ex circumstantiâ consequenti, & Deo non liberâ, sine cujus præsuppositione Deus non operatur, nec intenderet Pœnitentiam: unde, licèt intentio pœnitentiæ ex amplexu termini supponētis peccatum, sit specialiter connexa cum abusu libertatis; non tamen est connexa, specialitate affectûs, sed specialitate tituli præsupponendi Scientiam, Deo non liberam, de peccato: quæ specialitas non obstat serietati Divinæ intentionis, nec eā facit existere frustrà. Non istud: quia ea intentio, ponit Media sufficientia ad rectum usum libertatis. Non illud: quia eatenùs connexio cum carentiâ assecutionis obstat serietati intentionis, quatenùs ea connexio provenit vel ex affectu circa talem carentiam: vel ex inclinatione ipsius intendentis: vel ex incuriâ ponendi quantum ab intendente rationabiliter peti potest. At in casu nostro ea connexio purè venit ex circumstantiâ Deo non liberâ: quare ea intentio prout à Divinâ inclinatione est, nihil habet quod Creaturæ honestatem non promoveat. Ex quibus etiam patet ad secundum: Prudenti enim intētioni obest, ne finis maneat impossibilis ex suppositione intentionis, attentæ secundùm ea, quæ intentionem ex inclinatione intendentis comitantur.

Subtilis Justantia: R. Adm. & M. Thyrs.

433 Instabis ex Thyrso *tom. 3. select. disp. 7. sect 1. num.* 4. Decretum conferendi auxilium sufficiens ad evitationem peccati, nequit esse connexum cum peccato; sed in hac viâ discurrendi, ut fatemur, Decretum collativum auxilii sufficientis, connecteretur cum peccato: ergo tale Decretum implicat. Major probatur: quia Deus per Decretum collativum auxilii sufficientis, vult, quantum est ex se, ut evitatio peccati oriatur ex tali decreto: vult enim, quòd oriatur ex auxilio sufficienti, quod confert: quæ perinde sunt; sed implicat, ut Deus velit quantum in se est, oriri evitationem peccati à Decreto connexo cum peccato; esset enim velle, ut existeret chymera: ergo.

Solvitur.

435 Respondetur. Distinguo majorem: nequit esse connexum ex vi affectûs, & ex intendentis incuriâ, concedo: ex circumstantiâ Deo non liberâ, sine cujus prænotitiâ Deus operari nequit; nego. Ad probationem, nego antecedens. Vult enim Deus quantùm in se est, (ut testatur auxilio præstito,) quòd evitatio oriatur ex auxilio; aliter, & alio decreto provisurus, si prævideret evitationem orituram. Videt, non orituram ex vitio Creaturæ: unde dispensat auxilium per Decretum, ex quo nequit evitatio oriri, titulo præsuppositæ creatæ determinationis.

§. III.

§. III.

ALTERA, ET COMMVNIOR *Defendendi via.*

Alter modus: & communis

435 Secunda via, tritior est, & aptior ad explicandum finis influxum in Media, vel quasi Media. Sic expono: Volitio, & intentio finis eatenùs sibi connectit, & infert volitionem Medii, seu quasi medii, quatenus hæc volitio medii est necessaria ad existentiam finis, per tale medium: nempe, quia ea volitio medii necessaria est ad existentiam medii, vel quasi medii, sine quâ nequit poni existentia finis, cum quâ ex vi suæ efficaciæ connectit intentio. Hujus principii veritas, solâ eget penetratione terminorum. Vnde si ad positionem, & existentiam Medii, vel quasi Medii, non sit necessaria volitio, quâ intendens finem, velit ipsum medium, vel quasi medium; quamvis amet efficacissimè finem, manet eoipso sine ullâ necessitate ad talem volitionē. Ratio est: quia eoipso volitio medii in intendente finem, non est necessaria ad existentiam finis: Finis autem ex vi suæ intentionis non necessitat intendentem, nisi ad id, quod ad existentiam finis est simpliciter necessarium.

Exponitur.

Ut firmatur.

436 Iam sic arguitur: Peccatum, licèt sit essentialiter prærequisitum, seu quasi medium, ad existentiam pœnitentiæ, non eget ad sui existentiam ullâ Dei volitione, sed solâ volitione Creaturæ, & scit Deus per Scientiam Mediam, fore, si purè permittere velit, quantum requiritur, ut de ipso possit haberi pœnitentia. Patet hoc: nam peccatum est ex illis mediis, seu quasi mediis, quæ ut ponantur in executione, quantùm requiritur ad existentiam pœnitentiæ, non egent nisi solâ permissione Dei; nullâ verò Dei volitione, neque indirectâ, neque directâ, neque virtuali, neque formali; neque interpretativâ, neque reali: ponitur enim à creatâ voluntate, sine ullo influxu divinæ voluntatis in ipsum: imò Deo retrahente, & prohibente: ergo Deus ex præintentione efficaci Pœnitentiæ, tanquam finis, in quo sibi complacet, instructus Scientiâ Mediâ de peccato, non necessitatur habere ullam volitionem peccati, sed puram permissionem.

Illustratur primò:

437 Illustrantur hæc omnia primò: Non magis obligat intentio finis ad volitionem Medii, quàm ad executionem, & positionem ipsius Medii: imò minùs: magis enim pendet existentia finis ab executione Medii; quàm à Medii volitione: Nam Medium existens ponimus esse causam indispensabilem finis: Atqui, si executio Medii non sit simpliciter necessaria ad existentiam Medii, vel quia jam supponitur, vel quia aliunde jam videtur esse, vel fore; Intendens finem non obligatur ad Medii executionem ex vi intētionis: ergo si volitio Medii non sit necessaria ad existentiam Medii, quia intentio supponit infallibiliter fore ex alterius volitione; Intentio non obligat, vi sui, ad Volitionem Medii: obligaret enim ad id, quod necessarium non est, ut finis sit ex intentione sic volentis. At Intentio Pœnitentiæ supponit, sine ullâ antecessione prævisionis absolutæ de peccato Scientiam Mediam de eo, quòd, Deo purè permittente, peccatum erit: & peccatum, ut sit, nullam requirit volitionem affectivam Dei: ergo. Confirmatur: necessitas voluntariè assumpta permittendi peccatum, seu dandi auxilium in casu quo sit ineficax, non est necessitas amandi peccatum: atqui præintentio Pœnitentiæ, solùm est, ad summum, hujusmodi necessitas: non ergo est necessitas amandi peccatum. Minor patet: & major probatur: quia qui liber est ad peccati permissionem, neque ullâ lege tenetur ad impeditionem peccati, potest sibi efficaciter imperare permissionem.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Secundò:

438 Illustrantur secundò: ut præcludantur evasiones, *per rationem*, quæ sit omnium *quasi nervus*, & à priori. Amor finis quantumvis efficax non inducit, neque requirit alium amorem eorum quæ prærequiruntur ad existentiam finis, præter illum, qui necessarius est *ex vi finis intenti, seu ex vi intentionis*, seu, *ut existat finis ex intentione*: quæ perinde sunt: Atqui ex vi Pœnitentiæ præintentæ ante prævisum absolutè peccatum, seu ex vi talis intentionis, seu ut existat ex efficaci intentione Dei Pœnitentia, nullus requiritur amor peccati: ergo amor efficax præintentivus Pœnitentiæ, &c. Major patet ex ipsis terminis: licèt enim daretur, quòd ad intentionem finis non sufficeret amare solùm ea, quæ debent amari, ut existat finis; tamen præter amare ea, quæ de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

debent amari, ut intentio obtineat finẽ, nihil aliud postulare potest intentio. Minor probatur: quia ut Pœnitentia sit ex intentione efficaci Dei, satis est ut Deus ex eâ ponat permissionem, aut auxilium in casu inefficaciæ potiùs, quàm in casu efficaciæ: nam sic intentio causat permissionem, & hanc sequitur Pœnitentia: sed, ut ex intentione Pœnitentiæ ponat Deus auxilium in casu inefficaciæ, non requiritur ullus amor inefficaciæ, seu peccati: non enim requiritur, ut casus sit ratio movens, sed *conditio*, *sine quâ* hîc & nunc *non* eligeret auxilium: at *conditio*, seu circunstantia, *sine quâ* aliquid *non* eligeretur, non exigit amari, ut patet in indigentiâ pauperis, cùm das eleemosynam, præsertim quando talis conditio non eget amari, ut sit: ergo, &c.

Tertiò.

439 Illustrantur tertiò à pari: quia sine his doctrinis explicari non possunt varii casus, quos benè ponderat Pater Quirós *sect. 2. à nu.* 10. in quibus appeti & intendi licitè à nobis potest finis per se supponens existentiam peccati, quod aliòqui impedire non tenemur: & ex tali intentione permittere cogimur: *Sic Martyres*, Gloriam Martyrii non obtinendam sine peccato tyrannorum: *Sic Petrus* ex Christi hortatu reditum in Vrbem, & Crucifixionem, injustam in ipsâ: *Sic* evitationem peccati sui, *qui* ex revelatione sciat, eam occasionaliter pendere à peccato alterius: cur ergo non possit honestè Deus, quod licitè nos?

Ex Patre Quirós.

Explicatur primò

440 Explico magis hæc singula, & confirmo primò: Permissio peccati potest à Deo præcipi, ex fine, quem scit non obtinendum sine peccato, & antecedenter ad prævisionem absolutam ipsius: ergo potest à Deo intendi Pœnitentia antecedenter ad prævisionem absolutam peccati. Antecedens patet in historiâ Sancti Petri: suasit ipsi Christus reditum in Vrbem, illic crucifigendo: & in reditu suasit permissionem peccati, quod commissuri erant Tyranni, dum facerent Martyrem. Consuluit igitur Martyrium, & permissionem peccati: idque sine prævisione absolutâ peccati: nam consuluit reditum, sine prævisione antecedente absolutâ reditûs: sed sine reditu, non erat peccatum: ergo neque sine futuritione absolutâ reditûs, futuritio absoluta peccati: ergo.

Secundò:

441 Secundò: Revelet Deus Petro evitationem peccati sui pendere occasionaliter ex peccato Ioannis, & istius pœnitentiâ: Potestne Petrus intendere evitationem sui peccati? Certè debet. Quid si sciat non aliter extiturum Ioannis peccatum, nisi se permittente? Poteritne ex intentione prædicti finis, velle permittere peccatum Ioannis, petendo mutuum, quod exercebit Ioannes cum usurâ? Certè poterit, aut non poterit intendere finem: ergo poterit sine ullo affectu circa peccatum Ioannis: ergo similiter in casu nostro.

Tertiò:

Tertiò: quia ante prævisum absolutè peccatum potest Deus habere volitionem auxilii, connexam essentialiter cum peccato: quis enim neget Deum præscium peccati sub hoc auxilio, posse nihilominùs illud dare, reflectendo supra Scientiam illam? Ergo similiter poterit velle finem, qui necessariò intendendus sit volitione connexâ cum peccato.

Quartò.

Quartò: potest quis ardenter desiderare Coronam Martyrii: & à Deo ferventer petere: quid petit? Et potestne annuere Deus his precibus? Durum est negare. Iam sic: ergo potest Deus annuere meis precibus: & ex fine mei Martyrii, permittere Tyranno peccatum: quidni similiter in pœnitentiâ accidat?

Illustratur Quartò:

442 Illustrantur quartò: ex communibus Theologorum Doctrinis: juxta quas Deus ante prævisionem absolutam peccati, & solo ductu Scientiæ Mediæ de ipso inducitur efficaciter, intendens res, quæ per se requirunt peccati præexistentiam, & permissionem illius: quidni ergo & Pœnitentiam possit? Percurro Doctrinas antecedentis. Primò: intendit sic Deus Redemptionem Humani generis, ut dictum est *in tractatu de Incarnatione*. Secundò: sic intendit gloriam resistentiæ nostræ, cùm nos sinit à Dæmone tentari, quod iste sine peccato non facit. Tertiò: sic intendit in electis plurima bona, quæ sine peccato reproborum colligi nequeunt, & quæ ex Anselmo, Augustino, & aliis eruditè recolligit Pater Ruiz *disp. 16. de Prædestinatione*, unde mirabilior apparet Providentia Dei circa Prædestinatos. Quartò: sic intendit efficaciter gloriam Prædestinatis: hæc autem gloria, tùm ex se supponit peccatum, quia ex suâ reflexione ad merita, quibus partâ est, rendit ad actus pœnitentiæ, quæ

Anselm. Augustin. P. Ruiz.

quæ facta est de peccatis ab homine, alioquin prædestinato, commissis. Tùm ex reflexione in Redemptionem per se supponentem peccata, connectitur cum ipsis. Tùm quia ex intentione gloriæ dat auxilia Prædestinatis, quæ plerumque inefficacia sunt, & nisi mediâ pœnitentiâ non conjunguntur infallibiliter cum assecutione gloriæ: ergo talis intentio gloriæ ante prævisum peccatum habet annexam intentionem pœnitentiæ, similiter ante peccatum absolutè prævisum. Videatur Pater Quirós *cit. loc.*

P. Quirós. Et ultimò.

443 Illustrantur hæc denique: quia saltem potest juxta Adversarios intendere finem Deus, qui finis, licèt per se non supponant peccatum; tamen hîc, & nunc, ut intenduntur à Deo, peccata supponunt: idque Deus præstat sine antecessione prævisionis absolutæ de peccato futuro: sit exemplum obvium; cùm permittit peccata Deus ex fine humilitatis: ergo poterit etiam ante prævisum absolutè peccatum præintendere finem, qui per se peccatum supponant. Cõsequentia probatur: quia æquè necessitat ad permissionem, finis per se connexus cum peccatî præexistentiâ, quàm finis connexus cum ipsâ ex modo quo intenditur à Deo, critque hîc & nunc ex intentione Dei. Et confirmatur ex creatis: ubi qui non potest licitè intendere finem per se supponentem peccatum; neque potest intendere pro circunstantiis, in quibus videt non extiturum sine peccato: quia ubique necessitaretur permittere peccatum: quod supponimus ipsi non licere. Sed de hoc *sect.* 3. ubi expenditur Doctrina P. Suarez hæc admittentis, & refragantis nostræ.

Infrà à num. 470. P. Suarez

§. IV.

QVID DE FACTO TENENDVM?

Conclusio secunda De facto.

444 Secunda Conclusio: De facto Deus sine antecessione prævisionis absolutæ de peccato futuro prædefinit efficaciter Pœnitentiam, præsertim circa Prædestinatos: quod addo propter illud Pauli: *Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.* Verùm & circa omnes, assertio sequitur ex principiis sæpè à me jactis *de Indivisibilitate Dei* in decernendo, deque *necessitate* Prædefinitionis Divinæ ad omnes actus honestos:

Aranda de Deo.

eaque colligetur ex eis, quæ sequuntur. Probatio sit: Deus permittit peccatum, sine antecessione visionis de ipso, ut per se patet; sed permittit ex intentione Pœnitentiæ circa Prædestinatos, & ubi hæc decernitur dari: ergo & intendit Pœnitentiam, sine antecessione prævisionis absolutæ de peccato futuro. Consequentia bene sequitur: quia intentio finis non subsequitur ad volitionem ejus, quod ex eâ fit: imò, si potest, præcedit. Minor, in quâ est difficultas, probatur.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Probatur.

Authoritate. Damasc. Isidorus. Gregor. Chrysolog. Augustin. Thomas. apud Ruiz

445 Primò Authoritate Sanctorum Patrum Damasceni, Isidori, Gregorii, Chrysologi, Augustini, & Thomæ, & aliorum dissertè dicentium apud Ruiz *disp.* 10. & 23. Deum peccata permittere, *ut homines pœniteant, & humilientur.* Audiantur Augustinus, & Thomas: ille *lib.* 11. *de Civit. cap.* 24. sic: *Deus permisit Prædestinatos ex Iudæis, & Gentibus, incidere in peccatum infidelitatis, ut de amaritudine illius pœnitendo confessi, &c.* Iste: 1. 2. *quæst.* 79. *art.* 4. sic: *Deus permittit aliquos cadere in peccatum, ut sumpeccatum agnoscentes humilientur, & convertantur.* Dicit primò Vazquez, particulam *ut* in similibus locis, non denotare finem operantis, sed eventum operationis: ut in Actis: *Prævaricatus est Iudas, ut abiret in locum suum.* Contra: Tùm quia alii Patres plerumque utuntur aliis, *ideò, quia, cur*, & similibus, quæ manifestè sonant finem operantis. Tùm quia id est sine fundamentò torquere verba Scripturæ, & Sanctorum ad improprium sensum. Tùm quia Patres id asserunt mirantes Providentiæ Divinæ arcanitatem elicientis è malis bonum, & facientis *de tenebris splendescere lumen suum.* Dicis secundò Aldrete: ly *ut* solùm significare remotionem illius, quod prohibere poterat, quasi Patres dicant, non permisurum Deum peccatum, nisi videret adjunctam pœnitentiam. Sed id æquè voluntarium est: nec Patrum contextui aptatur. Dicunt tertiò alii, intelligi hæc debere de intentione inefficaci Pœnitentiæ. Sed id etiam est liberum, & *suprà* rejectum.

Evasiones Vazquii, & Aldrete interceptæ.

A cõgruo.

446 Secundò: à congruentiâ, quam sumo ex Divinæ Providentiæ mirabili suavitate, & admirabilitate intendentis ubique bonum. Sic discurro: Deus ex innatâ, & elicitâ inclinatione ad bonum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

num, & honestatem nostram, dum permittit peccata, & vocat ad pœnitentiam, non præcisè sistit in permissione mali, sed quantùm in se est, vult de malo bonum: ergo non est credibile, quòd permittat malum, quando simul vocat efficaciter ad pœnitentiam, nisi non permissurus si simul non vellet ipsam honestatem pœnitentiæ. Confirmatur primò: quia sic redditur omninò mirabilior Dei providentia, dum etiam mala, quàtùm in se est, non permittit, nisi ex intentione boni: quod summè commendat, illum amorem erga nos insinuatum in Scripturis. Confirmatur secundò: quia Prædestinatis præsertim non permitteret peccata Deus, nisi vellet ex eorum occasione, bonum ipsorum augere per pœnitentiam: imò, ut rectè colligit Pater Ruiz de *Prædestinatione disp. 16. sect. 7.* nulla peccata permisisset Deus, nisi plurima fuisset eorū occasione collecturus bona in Prædestinatorum utilitatem, & gloriam.

T. Ruiz.

A pari.

447 Tertiò: ex comparatione Providentiæ Divinæ circa Pœnitentiam, cum eadem circa humilitatem: nihil enim est apud Patres crebrius, & usurpatius, quàm permitti à Deo peccata ex intentione humilitatis assequendæ per eorum occasionem ex cognitione fragilitatis in lapsu: unde id etiam apud negantes assertionem nostram vix negatur: cùm ergo pariformiter loquantur Patres de fine Pœnitentiæ: cur ubique non est intelligendus similis Providentiæ tenor?

SS. Patres

Arruball pellitur:

Neque valet dicere cum Arrubal: Deum permittere peccata ex fine humilitatis, non quidem illius, quæ peccatum supponat, sed quæ oritur ex tentatione ad peccatum inclinante. *Non* inquam, *valet:* quia manifestè opponitur consensui Patrum: non enim, *inquiunt*, permitti à Deo tentationes solùm ex fine humilitatis, sed peccata. Audiatur Augustinus *de Corrept. & Gratiâ. cap. 9. Talibus diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum: usque adeò prorsus omnia, ut etiam siqui eorum deviant, & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum: quia humiliores redeunt, atque doctiores. Et Serm. 124. de peccato Petri sic ait: Videte ergo Fratres charissimi, quemadmodum exiguæ culpæ permittitur subjacere tantus Apostolus, ut emendatus clarioris*

Ex Aug.

vitio atque correctus, integro postea moderationis, & clementiæ indumento, Ecclesiæ præsideret. Et lib. quæst. in Manich. quæst. 14. Idcò Iudæorum plurimi excæcati prius, ut amplius humiliati vehementiùs dilacerent, à quo sibi tantum scelus dimissum esse gauderent. Hi actus sunt per se connexi cum præsuppositione peccati.

Ab Inductione.

448 Quartò: quia sic Providentiæ erga nos suavitas sequitur illam, quæ omnium fons est, & quam exercuit Deus circa Redemptionem. Probatum enim est *in tractatu de Incarnatione* decretam esse, & præintentam ante, seu sine antecessione prævisionis absolutæ de peccato. Vltimò: quia sic intelligitur optimè, quomodo etiam ipsa permissio peccatorum possit esse Prædestinationis effectus. Manent ergo Prædefinitionem Pœnitentiæ, ante, seu sine antecessione Prævisionis absolutæ de peccato futuro non solùm esse possibilem, sed etiam existere in præsenti Providentiâ Dei. Restat objectiones solvere, quæ difficiles sunt, si stemus secundæ viæ ex his, quas posuimus, *supra* permittendo distinctionem & præcedentiam inter intentionem & permissionem: nam juxta primam, nullius certè momenti sunt: nempè juxta viam, in quâ juxta nostra principia ipsa permissio sit indivisibiliter ordinatio sui ad Pœnitentiam. Quare solventur juxta secundam: nam juxta primam ex *nn. 429. & 431.* facilè quisque solvet.

Objectiones modo solvendæ.

SECTIO II.

DEFENDITVR DOCTRINA Precedens.

Objectio prima ab Authoritate. Augustini.

449 ARguitur primò ab Authoritate. Primùm Augustini 3. *Confess. cap. 2.* dicentis: *Et sic approbatur officio charitatis, qui dolet miserum: mallet tamen non esse quod doleret, qui germanitùs est misericors.* Et concludit: *non esse synceræ miserentis, atque adeò nec Dei, cupere miseros, ut misereatur. Et in Psalm. 125. Melius est ut nullus sit miser, quàm ut facias misericordiam:* ubi apertè ait: *Melius esse, non esse miseriam, quàm esse misericordiam.* Et infrà: *Melius est, ut omnes sani sint, quàm ut exerceatur ars Medici.* Et reddit rationem: *qui enim, ut faciat misericordiam, optat esse miseros, crudè-*

em habet misericordiam. Et cap. 15. de Naturâ, & Gratiâ, ait se non dicere, quod Pelagius putabat, nempè: *ut esset causa misericordiæ Dei, necessarium fuisse peccatum: Vtinam non fuisset miseria, ut ista esset misericordia necessaria!* Et infrà *cap. 26.* approbat hanc propositionem: *Sed & Medicus ad curandum famvulneratum paratus esse debet: non debet autem, ut sanus vulneretur, optare.* Tum Damasc. *lib. 2. de Fide. cap. 29.* ubi Voluntatem Dei *correctivam, & eruditivam*, qualis est volitio pœnitentiæ, vocat *consequentem.* Si autem præcederet ad prævisionem peccati, non esset consequens, sed antecedens. Opponitur ergo manifestè Doctrina nostra Doctrinæ Sanctorum: ex quâ formari potest discursus multiplex contra nostram. Sed frustrà, ut ostendit omninò Quiros *sectione 3.* Igitur

Damasc.

Quirós.

Solvitur. Damasceni Mens.

450 Respondetur, & auspicor à Damasceno: juxta quem jure dicitur *consequens*, Voluntas Dei *eruditiva, & correctiva*: & volitio Pœnitentiæ, licèt sine antecessione prævisionis absolutæ de peccato concepta: quia voluntas consequens in Theologorum sensu illa dicitur, quæ solùm habetur à Deo, sumptâ occasione ex aliquo, quod ipse vellet non esse, & ex suppositione alicujus, quod ipsi displiceat: Quæ descriptio satis competit præintentioni Pœnitentiæ. Augustini, cujus verba speciem videntur habere contra nos, Mens est clarissima: & est: eam speciem misericordiæ, quæ ut exerceatur, optat esse miseriam, esse crudelitatem palliatam velo misericordiæ: nam qui misericors est, verè condolet, & intendit amoliri miseriam, quam non gaudet esse, nec causat: sed causatam alimde, pellere vult. Itaque Augustino solùm potest esse contraria Præintentio misericordiæ, & Pœnitentiæ: quæ simul gaudeat de peccati miseriâ: quæ omninò procul à Deo est, & à nostrâ Doctrinâ. Distinguenda sunt ad pleniorem Augustinianæ Mentis penetrationem, & intercipiendas instantias, esse peccatum, & non esse peccatum: & esse misericordiam post peccati permissionem, & esse peccata, seu miseriam. Comparat Augustinus esse miseriam, & non esse miseriam: & sic ait Deum potius malle non esse, de quo misericordiâ exerceat, quàm

Et August.

Magis elucidatur.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

esse: quia Deus nullo modo vult esse peccati miseriam, sed purè permittit: imò sic permittit, ut velit non esse seriò, quàtum in se est. Non verò comparat esse misericordiam, cum non esse peccatum; ita ut potius malit Deus non esse peccatum, quàm in se habere misericordiam, permittendo peccata: seriùs enim se habet Deus ex ipso Augustino, apud quem *in Enchyrid. cap. 27. Deus melius judicavit de malis benefacere, quàm nulla mala esse permitteret.* Quare dum dicit: *Melius est ut nullus sit miser, quàm ut tu facias misericordiam*, intelligo respectu eligentis utrumque, nempe miseriam, & misericordiam: non verò respectu eligentis misericordiam, & purè permittentis miseriam, qualis est Deus. Videatur Quiros *loc. cit.*

Objectio secunda ex electione Inefficaci

451 Arguitur secundò: ex eo quòd talis Præintentio necessitare videtur ad electionem auxilii inefficacis, quia inefficax est. Nam Deus præintendens efficaciter Pœnitentiam, necessitatur conferre auxilium inefficax, ita ut non conferret, si fuisset efficax; atqui sic conferre auxilium, est conferre, quia inefficax: ergo. Probatur minor: quia sic conferre auxilium inefficax, necessariò importat, inefficaciam, ut cognitam esse rationem conferendi auxilium: quod patet primò: quia affectus ita pendens ex objecti circunstantiâ, ut eâ vel præcisâ, vel subiatâ, non maneret affectus, necessariò arguit voluntatem attrahi in illud objectum ex eâ circunstantiâ. Secundò: quando affectus ita comparatur ad objectum, ut præcisim à tali circunstantiâ, non tenderet affectus in ipsum, necessariò dicit ex parte objecti, ut præscindentis ab eâ circunstantiâ, insufficientiam ad motionem affectûs: ergo comparatur objectum cum affectu, ut ratio, se sola non sufficiens ad movendum: ergo constituitur objectum in ratione motivi sufficientis per eam circunstantiam cognitam: ergo. Tertiò: quia affectus, ad quem essentialiter prærequiritur cognitio repræsentans objectum sub aliquâ circunstantiâ sine quâ cognitâ non existeret, necessariò movetur ex tali cognitione: ut quid enim cognitionem talis circunstantiæ tam essentialiter prærequireret? Cognitio enim non prærequiritur ad effectum ex essentiali titulo, nisi ostensura sit ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Solvitur.

quam bonitatem, & opportunitatem objecti, quam amplexari velit affectus.

452 Respondetur, negando sequelam. Ad speciem probationis: distinguo majorem: necessitatur conferre auxilium inefficax, dispositione voluntatis habitâ solùm ex suppositione, quod auxilium aliunde non erit efficax, concedo: habitâ, vel habendâ, etiamsi auxilium foret efficax, nego: nam in eo casu non intenderet Deus Pœnitentiam. Nego deinde minorem, & ejus probationem: Nam ea voluntatis dispositio solùm importat esse dispositionem rei nequeuntis existere, nisi in occasione inefficaciæ, atque adeo neque potentis amari, vel disponi, nisi cum præcisione talis inefficaciæ. Ita autem disponendi modus, & hæc necessitas previæ notitiæ de futurâ inefficaciâ, non tam est affectus in ipsam inefficaciam, quàm natura, & conditio rei, quæ amatur, non aliter potentis existere, nisi cum præsuppositione ipsius inefficaciæ. Neque me movebant, & his similia, quæ in ulteriorem roborationem superadduntur.

Nota bene

453 Non primum: quia non fore affectum, præcisâ, vel subiatâ aliquâ circunstantiâ, non semper arguit affectum ex ipsâ moveri, arguit verò unumquodque *quatuor*: nempe: vel affectum moveri ex illâ circunstantiâ: vel affectum ex alio capite essentialiter pendere à notitiâ talis circunstantiæ: vel tendere simul in aliud objectum non potens exæquationi mandari, nisi ratione circunstantiæ præsuppositâ, vel tendere in unum objectum propter aliud essentialiter ex illâ circunstantiâ pendens, ut accidit in casu nostro. Non secundum: quia ea etiam natura, & energia affectus, neque defectus conditionatus sumi potest ex eisdem omninò capitibus, quæ modò dixi. Et ratio est: quia multa comparantur ad affectum, ut pura *conditio, sine qua non* tendetur hic, & nunc in suum objectum: quin talis conditio amari debeat: sic comparari solet ad desiderium, absentia boni, ad affectum elargitivum eleemosinæ, miseria pauperis: ad affectum benefaciendi etiam immeritis, neque gratificaturis, ingratitudo: de quibus vide Patrem *Quiros d. sp. 22. sect. 4. num. 52.* Non tertium: quia titulus præsupponendi essentialiter alicujus circunstantiæ notitiam non semper est titulus ostendendi aliquam bonitatem, ad quam tendat affectus: præquirit enim potest essentialiter vel ex perfectione volentis, vel ex conditione objecti, in quod tendit affectus, ex se pendentis à tali circunstantiâ, neque volentis decerni, vel intendi, nisi cum talis circunstantiæ præcognitiâ: ut accidit in casu nostro: ubi ad pœnitentionem Pœnitentiæ præquiritur præscientia de inefficaciâ, non ut ostendat aliquam bonitatem, aut rationem, in quâ tendat affectus, sed ut conditio, sine quâ nequit tendere affectus in bonitatem Pœnitentiæ, per se supponentis eam circunstantiam: atque adeò & præcognitam ejus.

Author de Act. hum. Quirós.

Objectio tertia ex probatione primæ.

454 Arguitur tertiò: ex eo quòd talis præintentio Pœnitentiæ stare nequit cum seriâ prohibitione peccati. Nam qui amat efficaciter aliquid, nequit odisse id quod est necessarium ad existentiam rei efficaciter amatæ: minùsque poterit procurare, & ex se velle, ne sit: atqui peccatum, ut peccatum, est necessarium ad existentiam Pœnitentiæ efficaciter à Deo juxtà nos præintentæ: ergo Deus sic præintendens, nequit odisse peccatum, neque velle ex se, & procurare, ne sit: ergo nec prohibere seriò. Explicatur primò: Implicat, quòd aliquis se connectàt efficaciter cum existentia rei incompossibilis cum alterius existentiâ, & quòd istam seriò procuret: & ratio est: quia nequit dici seriùs rei procurator, qui ex se definit ponere nititum, quo deficiente, cætera sunt quasi non essent: atqui qui se efficaciter connectit cum existentiâ rei incompossibilis cum alterius existentia, ex se definit ponere sui efficacem inconnexionem cum contradictorio, quâ deficiente, omnia, quæ ponuntur in oppositum, sunt quasi non essent: ergo. Nunc sic: Sed Deus præintendens Pœnitentiam, se connectit efficaciter cum existentiâ rei incompossibilis cum defectu peccati: ergo implicat, quòd seriò procurare dicatur peccati defectum: quomodo igitur seriò prohibet? Explicatur secundò: Præintentio efficax Pœnitentiæ est necessitas, ut peccatum sit; sicut est impossibilitas, ut desit: quomodo ergo potest Deus seriò ex se velle, ne sit peccatum; si efficaciter amat necessitatem, ut sit, & impossibilitatem, ut desit? Explicatur tertiò: Implicat Deum velle seriò,

Confirm. primo.

Secundò.

Tertiò sub.

rio, ne sit voluntas efficax, quam habeat sed Deum velle seriò, ne peccatum sit, est velle seriò, ne sit voluntas efficax Pœnitentiæ, quam habet: ergo implicat. Minor patet: quia velle seriò, ne peccatum sit, est velle seriò, ne sit id sine quo implicat esse voluntatem efficacem pœnitentiæ. Tum quia vel Deus præhabens intentionem efficacem Pœnitentiæ, & seriò volens ne sit peccatum, retractat affectum hoc secundum primum: vel non? Si primum: ergo nequit utrumque simul habere. Si secundum: ergo vult sui primi affectus frustrationem: nam vult, quòd sit objectum incompossibile cum eo affectu.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Solvitur instantiæ Primæ.

455 Respondetur, negando sequelam. Ad speciem probationis, dico Deum præintendendo pœnitentiam non necessitari aliter, nec aliud excludere peccati odium, quàm quod excludit pura permissio: nam ex illâ præintentione, nulla ponitur connexio cum peccato, præterquàm ex suppositione sibi non liberâ, sed creaturæ, nullumque ponitur medium peccati inductivum, sed potiùs Media, procurà Deo sumi, à peccato retrahentia, & solùm cum ipsa conjuncta præter Dei inclinationem, & exabrupto creaturæ. Iam in formâ: Distinguo majorem: qui amat efficaciter aliquid ex propriâ inclinatione, & independenter à suppositione contingenti, quam mallet non esse, etiam efficaciter amat aliquid ex alieno commodo, & ex suppositione contingenti, quam nec causat, nec inducit, imò mallet non esse, subdistinguo: nequit efficaciter odisse quod necessariam ad existentiam rei, quam efficaciter amat: si hoc necessarium est ex ipsâ suppositio, quam ex se mallet non esse, nego: si sit aliud medium, à se necessariò volibile, ut sic, concedo.

Explicatur solutio.

456 Itaque Deus amans efficaciter Pœnitentiam, amat eam efficacissimè veram ex suppositione sibi non liberâ, nec sibi grata: imò, quam ex se mallet non esse: unde ex eo amore erga Pœnitentiam, necessitatur quidem, ut odio efficaciter rejectivo, feratur in peccatum, impediendo ejus existentiam: non verò necessitatur, ne odio abominationis, & inimicitiæ rendat in ipsam peccati suppositionem, aut ne velit seriò ne existat; nâ cum isto odio, & illa seriâ volitione ne sit, stare potest non impedire peccatum, quantum requiritur ad existentiam Pœnitentiæ. Et ratio omnium est: quia illâ efficaciâ affectus circa Pœnitentiam, talis est, ut solùm velit esse Pœnitentiam, nec ipsam impediri, ex alio impedimento, quàm ex defectu peccati.

Secunda.

457 Ad primam explicationem argumenti: distinguo quod assumitur: implicat, quòd seriò connectat ex propriâ inclinatione, & efficaciâ exclusivâ eorum, quæ ex parte sic amantis requiruntur ad alterius existentiam, concedo: ex suppositione, quam ipse mallet non esse, & efficaciâ neque determinativâ talis suppositionis, neque exclusivâ mediorum, quæ sufficiunt, ne detur talis suppositio, nego: Nam qui sic se connectit cum existentiâ objecti incompatibilis cum alterius existentiâ, eatenus definit esse cum istius alterius existentiâ, quatenus aliunde supponitur non existura, non quidem ex vi sic amantis, sed ex alterius alterii interventu, quo suppositio sic se determinat ad amandum. Unde hæc energia amoris non obstat, ne, qui sic amat, quantum in se est, seriò faciat, ne sit ea suppositio ex quâ sic amat. Ad secundam, nego Assumptum: ipsa enim intentio Pœnitentiæ est affectus, non quidem necessitans ut peccatum sit, sed præintentionexus cum suppositione, in quâ ex defectu Creaturæ peccatum erit. Ad tertiam, nego minorem ad ejus probationis principium dico, tunc velle seriò, quòd deficiat aliquid, quo deficiente aliud decideret, esse velle seriò, ut deficeret illud aliud, quando volitio seria esset efficaciter inductiva defectûs secùs aliter. Quare, ut volitio seria de defectu peccati, esset volitio seria de defectu pœnitentiæ, quòs erat, ut volitio de defectu peccati induceret volitionem de defectu pœnitentiæ, vel excluderet oppositum, & objectum ejus: cum verò volitio seria de peccati defectu, non sit exclusiva, sed potiùs esse possit permissiva peccati, adeòque non sit incompossibilis cum Pœnitentiæ existentiâ & volitione efficaci ipsius, non est cur esse debeat, adhuc interpretativè, volitio de defectu Pœnitentiæ. Ad secundam dico, Deum non velle frustrationem affectus, neque velle frustrationem præintendentis pœnitentiam: nam licet velit simul utrumque simulare volendi: non tamen vult utrumque esse simul, nec

Secunda.

Tertia.

pe

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

pe simultate coëxistentiæ: vult esse Pœnitentiam, non quidem ut conjunctam cum defectu peccati, sed præscius de peccati non defectu: vult defectum peccati non tamen ut conjunctum cum Pœnitentiâ, sed præcisim à suppositione, quòd sit: quâ involvit præintentio Pœnitentiæ.

Objectio quarta ex amore peccati.

458 Arguitur quartò: ex eo quòd talis Præintentio Pœnitentiæ stare nequeat sine aliquo amore peccati. Primò: qui sponte subit necessitatem permittendi peccatum, manifestè inclinat in ipsum: ut pater in Prælatis, qui vovetent permittere defectus Subditis, & in eo qui voveret permittere Pollutionem. Secundò: quia qui se constituit in statu, cui necessaria est existentia peccati, determinat ad peccatum: quod sine affectu citra peccatum stare nequit. Tertiò: quia qui vult efficaciter rem poni, saltem virtualiter vult poni id, cum quo rei efficaciter intentæ existentia connectitur, & sine quo nequit esse: sed Pœnitentiæ existentia connectitur cum existentiâ peccati, & sine

Ant. Per.

hac nequit esse: ergo. Quartò: ex Antonio Perez: Qui vult efficaciter, ut existat res, vult ne desinat existere: ergo efficax volitio rei est virtualis efficax nolitio ne desinat existere: ergo & est virtualis efficax nolitio de impeditione rei, quam vult: sic volitio efficax vitæ est nolitio mortis, & vulneris læthalis. Ergo volitio efficax Pœnitentiæ, est nolitio virtualis efficax ne desinat existere: ergo & ne impediatur. Sed evitatio peccati est impeditio efficax Pœnitentiæ: ergo efficax volitio Pœnitentiæ est efficax nolitio evitationis peccati. Venit jam argumentum. Sed efficax nolitio evitationis peccati est volitio efficax virtualis de peccato: nam tam opponitur evitatio peccati cum peccato, quàm impeditio Pœnitentiæ cum Pœnitentiâ: ergo de primo ad

Vide de Incarnat. lib. 3. disp 2. dn. 159.

ultimum, efficax volitio pœnitentiæ est volitio virtualis efficax peccati. Hæc latè *in Opere de Incarn. lib. 3. disp. 2. à nn. 159.*

Solvitur.

459 Respondetur, negādo sequelam. Ad primæ probationis speciem, distinguo: qui sponte, id est, ex propriâ inclinatione, transeat: sponte, id est, scienter, subdistinguo: si non sit plenè liber, & aliqua lege teneatur ad cautionem permissionis, concedo: si plenè liber, nec ullâ lege tenetur ad non permittendum, nego. Paritates Prælati, & hominis patientis pollutionem, abs re sunt, ut ostendi *loc. cit. à num. 167.* Tùm quia plus potest Deus quoad permissionem peccatorum, quàm Nos. Tùm quia ea vota sunt nulla & mala: nulla, quia de materiâ non cadente in votum: mala, quia prohibentur Prælato ex lege zelandi munus suum: aliis, ex lege vitādi periculum consensûs de pollutione. Ad alterā, nego antecedēs: si talis cōstitutio sit ex certissimâ Scientiâ, quòd peccatum in eo statu ponetur ex alterius determinatione. Ad tertiam: distinguo majorem, si id, cum quo connectitur rei efficaciter intentæ existentia, nec poni possit nec præsciatur ponēdum sine aliquo affectu intendentis, concedo: si nullo affectu intendentis eget, ut sit, & præscitur alioqui fore, nego. Doctrinam habes *à num 436.*

Suprà à num. 436. Ant. Per. satisfit.

460 Ad quartam distinguo antecedens: vult ne desinat existere, modo quo existere vult: concedo: omni alio modo, quo nec ipse vult eam existere: nego: id enim esset impertinens: & admitto sic primo consequente, distinguo secundum: de impeditione, consistente in actu, quo Deus nolit ne sit Pœnitentia, aut in aliquo alio præter evitationem peccati, cōcedo: consistente in ipsâ evitatione peccati, nego consequentiam. Nam volitio Dei de Pœnitentiâ solùm est volitio de Pœnitentiæ existentiâ dependenter à pr̄ suppositione peccati conditionatè existentis: & est affectus connexus cum non evitatione peccati non procuratâ à Deo, sed positâ à creatura ex Dei permissione. Impertinenter igitur vellet Deus ne impediretur Pœnitentia, nolendo quod evitaretur peccatum, cum jam satis videat, peccatum aliunde non evitari. Distinguo jam tertium consequens: vult ne impediatur Pœnitentia ex suppositione peccati, & impedimento conjuncto cum existentiâ peccati, concedo: vult ne impediatur, impeditione indistinctâ à peccati evitatione, nego consequentiam.

Explicatur solutio.

461 Igitur Deus, ut solùm vult Pœnitentiam in peccati remedium, & ex præscientiâ peccati, aliàs non voliturus, solùm vult efficaciter, ne desinat existere ex suppositione peccati, atque adeò ne positâ præscientiâ de peccato, quâ Deus nō ex se, sed ex libertate creaturæ p̄ habet; quisquam alius, ne Deus quidē ipse, Pœnitentiam impediat. Vnde ex eâ efficaciâ

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

caciâ volendi Pœnitentiam, necessitatur ad nolendam omnem aliam viam impediendi Pœnitentiam, suppositâ existentiâ conditionatâ peccati, seu supposito non esse impediendam per evitationem peccati, aut per absentiam peccati: non verò necessitatur ad habendam nolitionem, quâ positivè nolit impediri peccatum: id enim non requirit affectus efficax Pœnitentiæ: sufficit ad ejus energiam, Primò, nolle quòd desinat esse Pœnitentia, si creatura peccat. Secundò: necessitas, ne factâ suppositione peccati, quisquam impediat Pœnitentiam. Tertiò: necessitas, ne Deus omittat, quod ex parte sui videt sufficere, ne desinat hic, & nunc Pœnitentia. Vt autem non desinat esse, sufficit si permittat peccatum Deus, & alioquin per auxilia congrua Pœnitentiam velit. Quare ad summum Præintentio efficax Pœnitentiæ, debet esse, tùm nolitio impeditionis, quam Deus velit ipsam impedire: tùm permissio vel formalis, vel virtualis peccati, sub quâ jam scit fore, ut hoc ponatur.

Instantia P. Perez.

462 Instabis: formando paulò aliter rationem Antonii Perez, eo ipso modo quo format, & proponit ipse *disp. 1. de Providentiâ cap. 5. num. 72.* Omnis intentio efficax absoluta alicujus finis est saltem virtualiter nolitio efficax finis contradictorii, & Mediorum efficaciter, & infallibiliter inferentium finem contradictorium: Sed finis contradictorius Pœnitentiæ, est carentia Pœnitentiæ: & innocentia vitæ, seu carentia peccati est medium efficaciter inferens ex naturâ suâ carentiam Pœnitentiæ: ergo intentio efficax Pœnitentiæ est nolitio carentiæ Pœnitentiæ, & innocentiæ vitæ, seu carentiæ peccati. Nihil in hoc Syllogismo videtur egere ulteriori probatione, seu expositione. Sed nolitio carentiæ est volitio formæ; atque adeò nolitio efficax carentiæ peccati est volitio peccati: ergo intentio efficax Pœnitentiæ est volitio peccati: Pulchra facies argumenti.

Solvitur primò.

463 Respondetur: Primò eodem omnino modo, quo ad Superioris argumenti formam responsum est, & distinguo majorem: est nolitio finis contradictorii modo, quo finis alterius est volitio, concedo: alio modo, quo nec finis volitio est, nego. Itaque Deus, *ut asebam*, solùm vult esse Pœnitentiam ex suppositione quòd à Creaturâ non erit innocentia vitæ, seu carentia peccati: & solùm ex hac suppositione, quam ipse nec ponit, nec amat, imò vellet, vult ne sit carentia pœnitentiæ. Non tamen exinde vult ne sit innocentia Vitæ, seu carentia peccati: quia hæc est suppositio quam videt alioqui fore, & ex quâ præcognitâ conditionaliter existenti concipit decretum, ne sub ipsâ sit carentia pœnitentiæ. Absolutum autem esset velle ne sub suppositione peccati esset carentia peccati.

Secundò.

464 Respondetur secundò, distinguēdo aliter: est saltem virtualiter nolitio, nempe quoad munus excludendi à tali amante volitionem efficacem de carentiâ pœnitentiæ & de Mediis cum illâ connexis, concedo: quoad alia munera: nego. Itaque Affectus purè æquivalens, & virtualis: (nam per has voces multi ludunt cum maximo detrimento veritatis) solùm dicitur quoad aliqua munera, vi quorum aliis æquivalet: unde suscipit magis, & minus. Affectus igitur impossibilitans volitionem alicujus objecti efficacem, dicitur ex hoc munere nolitio virtualis: quia quoad munus excludendi volitionem æquivalet nolitioni formali: non verò exinde quod cætera æquivalet, præstando vim ullam affectûs cui æquivalet. Sic Intentio Pœnitentiæ est nolitio virtualis carentiæ Pœnitentiæ, & carentiæ peccati. Iam concessis reliquis, nego, quod subsumitur: Vt enim nolitio efficax alicujus sit volitio oppositi virtualis, debet esse formalis nolitio, quæ in æstimatione prudenti æquivaleat volitioni oppositi quoad vim affectivam: non verò sufficit nolitio purè æquivalens, quatenus excluditur volitio efficax ipsius rei; quia excludere volitionem efficacem unius non æstimatur prudenter pro inductione alterius, aut pro ejus affectu. Vnde patet argumenti iterata æquivocatio.

Objectio quinta celebris ex conditione electionis.

465 Arguitur quintò: ex eo quod ea præintentio aliunde necessitet ad peccati amorem: quia necessitat ad eligendam permissionem peccati, nō utcumque, sed ut utilem ad pœnitentiam. Nequit amari Permissio, ut talis ad finem Pœnitentiæ, quin peccatum ametur: sed nequit amari Permissio ex intentione Pœnitentiæ, quin ametur, ut utilis: ergo nequit amari ex intentione pœnitentiæ, quin pec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

peccatum ametur. Sed nequit dari intentio Pœnitentiæ, quin petmissio eligatur ex tali intentione: ergo quin peccatum ametur. In hoc discursu stat potissima vis Adversatiorum. Et subsumpta minor patet: quia nequit dari intentio, quin sit necessitas eligendi: eligere autem est operari ex intentione finis. Major autem primi Syllogismi probatur: quia permissio per id constituitur utilis ad Finem Pœnitentiæ, quo præcisè deficiente, etsi cætera sint, perinde se habet ad consecutionem finis, ac si non esset: atqui Peccatum est id, quo præcisè deficiente, permissio in ordine ad consecutionem Finis Pœnitentiæ, perinde se haberet, ac si non esset: ergo constituitur utilis ad pœnitentiam per existentiam peccati: ergo nequit amari ut utilis ad Pœnitentiam, sine amore peccati.

466 Iam minor ejusdem Syllogismi probatur, primò: quia amari ex intentione finis est amari & eligi, ut sit finis; atqui eligi ut sit finis est eligi quatenus conducit ad finem: ergo. Secundò: Nequit ex intentione finis aliquid eligit, quin appareat utile ad finem: ergo quoties aliquid eligitur ex intentione finis, prærequiritur ad electionem cognitio utilitatis ad finem. Sed nequit requiri talis cognitio, nisi electio debeat tendere in ipsum medium, ut utile: cognitio enim non causat, atque adeò neque antecedit, effectu, nili medio affectu ad quem movet: ergo, &c.

Notabilia. 467 Nota primò: *triplex* utilitas circa Pœnitentiam potest excogitari in permissione. *Prima.* Remota, consistens *Primum.* in ipsius Permissionis naturâ, præcisim à peccato: & hæc est bona. *Altera* est proxima: & hæc est duplex: alia coalescit ex peccato, tanquam materiâ Pœnitentiæ: alia, ex Scientiâ Mediâ de peccato. Hæc utrinq; est bona. Illa, nō: & amari nequit sine amore peccati. *Tertia* est in actu secundo: & hæc consistit in conjunctione Permissionis cum ipsâ Pœnitentiâ: nam utilitas medii in actu secundo ad finem constitui debet ex positione finis ex vi *Secùdum.* medii, seu ex conjunctione finis cum medio præsupposito. Nota secundò: dum dicitur: amari medium *propter finem*, seu *ut utile* ad finem, sensus esse debet de hac tertiâ utilitate, non de aliis, licèt præcognoscantur. Ratio est: quia sicut potest amari utilitas ad finem, quin ametur propter finem: ita potest medium amari propter finem, quin amentur circunstantiæ extrinsecæ, ex quibus aliquomodo habet conjungi cum fine. Nota *Tertium.* tertiò: dum dicitur amari *Medium ut utile*, particula *ut* variè significare potest. *Primò* rationem, quæ movet ut amata? sic amatur bonum, ut bonum. *Secundò* rationem materialem, quæ amatur; non verò sub conceptu reduplicato: sic potio ut amara dicitur appeti, quia dulcis etiâ est. *Tertiò* meram circunstantiam, sub quâ, non amatâ, amatur objectum: sic Deus dat auxilia, licèt, sive, ut inefficacia. *Quartò* conditionem *sine quâ non* amaretur objectum hîc & nunc, seu isto modo volendi, quin ea conditio ametur: sic amas Pauperi, ut pauperi, elemosynam. Iam ad objectionem in formâ

468 Respondetur: Distinguo majorem: amari nequit ut utilis, quin ametur peccatum, utilitate in actu secundo, nego: utilitate in actu primo, subdistinguo: si amatur ut utilis eâ utilitate, significando per reduplicationem, rationem formalem amandi, seu amatam, concedo: significando præcisè meram conditionē, *sine quâ non*, nego. Et distinguo minorem: quin ametur ut utilis, utilitate in actu secundo, concedo: utilitate in actu primo proximo, subdistinguo: significando per particulam meram conditionem, *sine qua non*, concedo: rationem amatam, seu amandi, nego. *Hærendum in his.* Itaque Permissio (sicut & quodvis aliud medium) ut dicatur haberi ex intentione finis, debet amari, ut utilis ad finem utilitate in actu secundo, id est propter finem, tanquam per rationem formalem amandi: non verò debet amari *ut utilis aliter*, significante *ly ut* rationem formalem amādi: sed præcisè significante, vel rationem purè materialiter amaram: ut accidit in utilitate intrinsecâ Permissionis vel puram conditionem *sine qua non*: ut accidit in utilitate extrinsecâ constituta per peccatum. Vnde nullus amor peccati sequitur.

Solvitur.

469 Prærequiritur tamen ejus cognitio. Primò, non ut appareat nova bonitas in objecto; sed nova conditio, sine quâ hic, & nunc, seu isto modo volendi nequit amari. Secundò, ne eligatur Medium extrinsecè inutile ad finem. Tertiò, non

non ut affectus tendat in objectum talis cognitionis, sed ut tendat in aliud, in quod ratione essentialis dependentiæ, & connexionis tendere nequit affectus sine prænotitiâ alterius, à quo suum pendet. Nō ergo solus est titulus, ut ad affectum præcedat cognitio alicujus rei, quem adversarii putant: nempe quòd influere movēdo debeat repræsentando objectum amplexandum. Hæc singula latius diduxisse, & illustrasse me *alibi*, memini. Sed hæc, si penetrentur, sufficient præsenti loco, & controversiæ.

Lib. 3. de Incarnat. Disp. 2. à num. 103.

SECTIO III.

QVID DE PRÆDEFINITIONE Humilitatis?

P. Suarez

470 MVlti secuti P. Suarez, ut aperiant viam dicendo, Permissionem peccati posse esse Effectum Prædestinationis, cùm ex unâ parte negent posse Deum prædefinire Permissionem ex fine Pœnitentiæ, aut Pœnitentiam ante prævisum absolutè peccatum; negare non audent prædefinire Deum posse humilitatem occasionaliter ortam ex peccato. Videamus quibus incedant viis, ut tutam, & veram sequamur.

Quæstionis scopus.

Primus dicendi modus.

471 Prima est, asserendo posse Deum prædefinire humilitatem, non quæ oritur ex peccato, seu ex ejus notitiâ formaliter, sed ex debilitate virium: quam homo in se experitur independenter, & antecedenter ad peccatum ad ipsi resistendum: quæ experientia, & notitia maximè humiliat: & debilitas oritur ex permissione peccati: quia permissio peccati, non solùm dicit conjunctionem cum peccato, sed potissimùm dicit negationem uberioris gratiæ, quâ peccatum vinceretur; ex quâ negatione fit difficultas resistendi: potest igitur Prædefiniri humilitas, ut Sancti Patres clamant: & ex eo fine poni permissio, ut utilis ad eam humiliationem, quin & ea humiliatio, & hæc utilitas dicant ullam connexionem cum peccato: nam difficultas resistendi peccato non connectitur cum peccato: ita Arrubal, inter, & ante alios quibus applaudit Quiros *loco citato, sectione 9.*

Arrubal. Quiros.

Deficitur

472 Sed hæc via, quantumvis speciosa, plana non est. Primò: quia hæc

methodus prædefiniendi Humilitatem non satisfacit Patribus, ut dicebam *num.* 447. Nam Patres non solùm ajunt permitti à Deo tentationes, ut experientiâ nostræ debilitatis humiliemur, sed etiam peccata ipsa permitti. Secundò: quia & datur Humilitas orta ex notitiâ nostræ debilitatis, & datur humilitas orta ex notitiâ nostri lapsûs, & datur humilitas orta ex notitiâ nostræ fragilitatis ad lapsum: & prima, & ultima species Humilitatis habetur à justis, & in ipsis à Deo infunditur: Secunda infunditur à Deo in peccatoribus alioquin Prædestinatis: deque ipsâ manifestè loquuntur Sancti Patres: hæc autem per se connectitur cum præsuppositione peccati. Tertiò: quia permissio peccati stare potest cum uberiori auxilio; & potest deesse cum eadem, & majori debilitate virium: solùm enim explicari debet per subtractionem auxilii efficacis, quicquid sit de antecedente difficultate, vel facilitate ad resistendum: & ratio est: quia ut dicetur *lib. 11. disputando de necessitate Gratiæ*, Gratia, quæ requiritur ex parte Dei ad vincendam tentationem, non debet talis censeri, ut tollat segetem meriti, minuendo gravitatem tentationis, sed dando victoriam tentationis gravis: atqui permissio solùm dicit constitutivè defectum hujus Gratiæ: ergo non dicit defectum debilitatis, aut aliud simile: ergo humilitas orta ex notitiâ debilitatis non oritur ex permissione peccati: ergo per hanc viam non patet, quâ ratione permissio habeatur, ut Sancti Patres clamant, ex fine Humilitatis.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Infrà lib. 11. à num. 307.

Alter modus

473 Secunda via est, posse Deum prædefinire Humilitatem ortam, seu occasionatam ex peccato: non verò Pœnitentiam: quia Pœnitentia stare nequit sine præsuppositione peccati: at Humilitas, licèt hic, & nunc occasionaliter ex peccato nascatur, est finis secundùm se potens existere sine eâ occasione, & aliunde: unde quantumvis efficaciter intendatur, non ex eo debet amari peccatum.

Deficitur

474 Neque hæc via satis plana est. Primò: quia similiter posset intendi Pœnitentia: nam licèt pœnitentia esse nequeat sine præsuppositione peccati: at hoc peccatum posset esse solùm existimatum, & non reipsâ commissum. Secundò: quia neque Patribus satisfacit, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

num. 447. manifestè dicunt prædefiniri Humilitatem ortam ex notitiâ peccati: quæ quidem connectitur essentialiter cum præsuppositione peccati. Tertiò: quia licèt humilitas possit haberi sine interventu peccati: at hîc, & nunc, & ex dispositione, & intentione Dei manet connexa cum peccato: ergo licèt humilitas secundùm se non necessitet Deum ad permissionem peccati, Humilitas, ut hîc, & nunc subest intentioni Dei, necessitati opto igitur discrimen inter Pœnitentiam secundùm se sumptam, & inter Humilitatem sumptam ut hîc, & nunc: & urgeo rationem: quia ubi non licet intentio finis per se supponentis peccatum: neque licèt intentio finis connexi cum peccato ex circunstantiis, si intentio sit ad finem, sub his circunstantiis. Quartò: quia humilitas ratione peccati nequit exerceri, sine cognitione peccati: ergo Humilitas orta ex peccato nascitur ex libertate constitutâ per notitiam peccati: Deus autem non prædefinit Humilitatem vagā, sed quæ post exercetur cum suâ moralitate, & libertate: sed hæc præsupponit ex suâ moralitate, & libertate peccatum: ergo nullum discrimen est inter ipsam, & Pœnitentiam.

Tertius Modus

475 Tertia via est, distinguendo rursus actum humilitatis ortum per se ex cognitione peccati: & actum humilitatis per accidens ortum ex eâ cognitione, & alinnde potentem existere: sub eâ distinctione dici potest, primi generis actū non posse à Deo efficaciter intendi ante prævisum absolutè peccatum: quia non differt in vi connexionis à pœnitentiâ: posse tamen inefficaciter amari: & ex eâ complacentiâ permitti peccatum. Hoc dicit Pater Ribadeneyra illud, Pater Suarez. Deinde dici potest secundi generis actum posse efficaciter à Deo intēdi: quia nec ipse secundùm se, neque ut subest intentioni Divinæ infert connexionem cum peccato: licèt pro libito conjungat tali intentioni Deus peccati permissionem.

P. Suarez P. Ribad.

Deseritur

476 Sed neque hæc via, satis est plana. Primò: quia ex dictis *lib. 6.* nequit medium cognitum, ut efficax eligi ex amore finis, quin iste amor efficax sit: quo ruit discursus Ribadeneyræ. Secūdò: quia si semel potest intendi inefficaciter actus humilitatis per se connexæ cum peccato, sine amore peccati, non video cur debeat colligi peccati amor ex intentione efficaci ejusdem Humilitatis, aut Pœnitentiæ: cum utrobique permissio eligenda sit in circunstantiâ peccati. Tertiò: quia hîc discursus manifestè repugnat SS. P.P. locis appositis *suprà*. Quartò: quia Deus non prædefinit humilitatem vagam; sed actum humilitatis, qualis in homine exercetur, & liber est. Atqui Actus Humilitatis ortus ex notitiâ peccati, qualis exercetur ab homine, & liber est, connectitur cum peccato: ergo. Demum hæc via coincidit cum præcedenti, & eisdem difficultatibus subest.

Suprà num. 447.

477 Censeo ob hæc primò: Triplex genus humilitatis, nempe, quæ surgit ex notitiâ debilitatis in resistendo: quæ ex notitiâ fragilitatis ad lapsum: & quæ ex notitiâ lapsūs, posse esse fines ex quibus Deus permittere possit vel illam debilitatem, vel hanc fragilitatem, vel peccatum. Ratio est, quia nulla hîc difficultas apparet quæ in Prædefinitione Pœnitentiæ victa non sit. Censeo secundò: ut permissio peccati possit esse effectus Prædestinationis ratione humilitatis intentæ, necessariò requiti, ut fiat ex fine saltem Humilitatis in tertio genere. Ratio est: quia aliæ permissiones, tales non sunt, sed possunt esse speciales Dei effectus: nullatenus verò veniunt sub nomine Permissionis Peccati. Censeo tertiò: sine Prædefinitione Humilitatis in tertio genere non posse Patribus satisfieri. Patet ex eorum verbis *num.* 447. Neque enim aliter permissio peccati potest à Deo fieri ex fine Humilitatis. Prædefinitiones aliæ circa præmium, & circa pœnam, nempe Prædestinativa, & Reprobativa, erunt integri sequentis libri consideratio.



LIBER

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

LIBER OCTAVVS

PROVIDENTIA DEI PRÆDESTINATIVA, seu Deus Prædestinans.

1 EGRESSIS è magnarum difficultatum conflictu, oportet, leviorum quasi Levamen offerre: ubi respectando ad ea, quæ vicerunt, studii fructum facilè colligant; quod hìc præstabimus, proludendo ad gravissimas de Divinâ Prædestinatione controversias, quas aggredimur. Ordo erit, factâ priùs Prædestinationis comparatione ad Providentiam: Necessitatem illius, subjectum, & Terminos; Respectum ad Merita, Causas, Effectus, Proprietates, & Sphæram, adjectâ demum illatione de Reprobatione, singillatim expendere.

Methodus & Ordo.

DISPVTATIO XXXX.

PRÆDESTINATIONIS DEFINITIO: Comparatio cum Providentiâ, & Libro Vitæ: & Necessitas.

2 PRÆDESTINATIONIS *Ethymon*, obvium est. *Existentia*, Fidei Dogma, multipliciter expressum in Scripturis doctè expensis à Ruiz *disp.* 1. *Acceptio* multiplex. *Primò* pro æterno Dei Decreto cujusliber rei temporaliter exequendæ: & sic extenditur ad præmia, & ad supplicia. Sed hæc acceptio est valde generalis. *Secundò*: pro Dei Præscientiâ: sed hæc est valde impropria. *Tertiò*: pro æter-

Prædestinationis existentia, & acceptio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Augustin. Damascen Anselm.

æternâ Dei destinatione ad Gratiam: & hæc frequentior est, & Augustino, Damasceno, & Anselmo conformis: sed non hujus loci, quia Reprobis, etiam qui vocantur ad Gratiam, & non salvantur, communis. *Quarsò* pro Divinâ prælectione ad eximium statum Dignitatis, & Gloriæ: quo loso sensu voluit Catherinus propriè Prædestinationem dici. Sed falsò: nam sic salvarentur etiam plures, qui non essent Prædestinati. *Quintò* pro Divinâ efficaci & æternâ destinatione ad Gloriam: sub hac acceptione venit in præsentem considerationem Prædestinatio. Definitionem jam subjicio.

SECTIO I.

PRÆDESTINATIONIS DEFINITIO, & Constitutio.

3 PRædestinatio, seu æterna Dei efficax destinatio creaturæ Rationalis ad Gloriam, sumi præcisè potest, ut intentio efficax Beatitudinis, seu, ut formalis electio alicujus ad Beatitudinem: & sumi potest, ut est species Divinæ Providentiæ: quod notavi *lib. 6. à num.* 49. Exinde oritur in Authoribus diversitas definiendi. Nam alii considerant Prædestinationem, & definiunt sub eâ præcisione: alii in secundo sensu. Et hi quidem rectiùs, & ex Mente Augustini sic definientis *lib. de Bono Perseverantiæ: cap.* 14. *Præscientia, & Præparatio Beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur.*

Suprà lib. 6 à nu. 49. Augustin.

S. Thomas.

4 Quò profundè alluit Angelicus Doctor, ita definiens: *Ratio transmissionis Creaturæ Rationalis in Vitam æternam.* Vbi licèt Ratio videatur Thomistis sonare solum actum Intellectûs, plus D. Thomæ sonuit, quasi diceret: Ratio Intellectualis in esse transmittentis Creaturam Rationalem, &c. *Transmissio* est efficax ordinatio ad finem per indebita, seu supernaturalia Media: cùm autem Actus intellectûs in esse sic ordinantis, & transmittentis constituatur per actum Divinæ voluntatis præparantis media, quibus certissimè Creaturam perducat ad finem; patet, Sanctum Thomam omninò convenisse cum Augustino, quoad cõstitutionem Prædestinationis Divinæ. Verùm quia hæc obscuriora sunt,

Definitio Nostra.

5 Definitio ad mentem utriusque Doctoris sit: *Providentia Dei Supernaturalis Efficax in Vitam Æternam.* Quæ definitio lucem accipit ex latè discussis *lib. 6. de Providentiâ*, cujus specialissima species est Prædestinatio. *Supernaturalis* dicitur: quia & ex Fine, & ex Mediis differt à Providentiâ communi Naturæ. *Efficax*: quia differt à Providentiâ communi Reprobis: quæ nempe supernaturalis est, & invitam æternam (*vult enim Deus omnes homines salvos fieri*;) at sine Effectu. Et hæc de Metaphysicâ constitutione Prædestinationis Divinæ.

Lib. 6.

6 Constitutio ejusdem quasi physica pendet ex *bis* quæstionibus. *Prima*: an actum Intellectus, & Voluntatis dicat constitutivè? *Secunda*: quinam hi sint? *Tertia*: an formaliter, vel præsuppositivè dicat actus versantes circa Finem? *Quarta*; quos actus formaliter dicat ex parte intellectûs? & quos ex parte voluntatis? Quæ singula, cùm Prædestinationi competant ex generico conceptu Providentiæ, jure anticipata *ibi* sunt, & *inde* petenda.

7 Patet indidem Prædestinationem necessariò constitui per Scientiam simplicis Intelligentiæ, & Scientiam Mediam: & non utcumque, sed per utramque cum præcessione Directivâ. Patet insuper Nullum genus imperii intellectualis, ejus ingredi essentiam: neque Scientiam Visionis, in sensu formali. Præterea patet, Præparationem auxiliorum haberi ex strictâ benevolentiâ circa Prædestinatos. Demùm ea per Decreta Prædestinatorum boni efficaciter intentiva dispensari à Deo: cujus amore & beneficio, diligentibus ipsum omnia cooperãtur in bonum. Hæc ita dixerim, ut, attentâ Doctrinæ methodo, rerum comprehensio facilior fiat: & ipsius Prædestinationis constitutio quasi physica, ipso in limine, pateat, exornanda deinceps per ea, quæ in decursu disputabuntur.

(***)

SEC-

SECTIO II.

PRÆDESTINATIONIS CVM PROVIdentiâ, & Libro Vitæ Comparatio.

Conet. Godoy. S. Thomas.

8 REs est facilis: neque digna strepitus, quem in Scholis super eâ movent Thomistæ cum Conet, & Godoy. Diximus cum Sancto Thomâ Prædestinationem comparari ad Providentiam, tanquam partem ad totum. *Quæritur*: an sit pars subjectiva: an objectiva: an alterius generis? Subjectiva, sumitur pro ratione Inferiori respectu Superioris: sic homo dicitur pars Animalis. Objectiva, sumitur pro ratione connotante aliquod objectum speciale, contentum in objectivâ sphærâ alterius rationis: sic Facultas agens de cœlo dicitur pars objectiva Philosophiæ. Exinde pars Integralis dici potest ea, quæ non solùm attingit objectum in alterius amplitudine cõtentum, sed quæ per suam tendentiam adæquat formalem amplitudinem alterius: sic eadem facultas de cœlo dici potest pars formaliter integrans Philosophiam. Igitur Thomistæ contendunt acerrimè Prædestinationem non posse comparari ad Providentiam, ut partem, nisi purè objectivam: ita ut Providentia sit quædam indivisibilis ratio versans circa triplicem ordinem, Naturalem, Gratuitum, & Hypostaticum, ex diversâ combinatione ad objecta particularia, diversas denominationes sortita.

Propositio Prima.

9 Censeo primò: Nulla comparatio partis ad totum fieri potest à Prædestinatione ad Providentiam, si pars dicat ullã distinctionem intrinsecam inter utramque etiam virtualem: & hoc puto à Thomistis intendi: quod ipsi juxta suæ principia vix tueri possunt, & nullus de Societate negat: loquuntur enim de comparatione partis ad totum in sensu purè formali, & extrinseco ex modo nostro concipiendi. Resolutio patet ex Doctrinis *lib. 6. de Providentiâ.*

Lib. 6. Secunda.

10 Censeo secundò: Prædestinatio comparari potest ad Providentiam, ut pars Integralis, nõ solùm ex parte objecti, sed etiam ex parte actûs. Secunda pars patet primò: quia Providentia Divina in suâ generalitate amplectitur & constituitur per singulas speciales Providentias, seu per tendentias ad singula Objecta, quæ in Dei Providentiam cadunt. Secundò: quia si Providentia Dei sumatur in ordine ad finem Generalissimum Gloriæ Divinæ, necessariò debet amplecti tendentias ad omnia, & singula objecta, quæ Deus ad ipsum ordinat: qualia certè sunt Prædestinationis objecta. Prima pars etiam exinde patet: Objecta enim Prædestinationis necessariò intrant intra amplitudinem Divinæ Providentiæ.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Replica.

11 Dices: æqualis est ex parte objecti sphæra Divinæ Prædestinationis, ac Divinæ Providentiæ: ergo illa non est pars objectiva istius. Probatur antecedens: intra sphæram objectivam Prædestinationis sunt ea omnia, quæ ordinat ad Prædestinatorum gloriam, ejusque Capitis Christi Domini: At Deus ordinat ad Prædestinatorum Gloriam, eorũque Capitis Iesu Christi omnia creata, eorumque omnes eventus, ultra quam sphæram non extenditur Providentia: ergo. Respondetur primò plura in Providentiam Dei cadere, quàm in Prædestinationem, per se: peccata enim cadunt in Providentiam saltem permissivam Dei: nullo verò modo videtur cadere in Prædestinationem. Secundò: si spectetur objectiva sphæra Providentiæ quoad objecta directa, & immediata, & objectiva sphæra Prædestinationis, quoad objecta etiam directa, & immediata, latiùs patere Providentiam: si verò, sine discrimine objecti directi, & indirecti, mensuretur objectiva utriusque sphæra, æquè utramque patère; neque Prædestinationem comparari posse, ut Thomistæ volunt, instar partis objectivæ ad Providentiam; Sed ut totum amplectens totam sphæram ipsius Providentiæ. Vide Suarez *lib.* 1. *de Prædest. cap.* 18. *num.* 4.

Solvitur.

P. Suarez

Tertia.

12 Censeo tertiò: Prædestinatio comparari potest in sensu formali, & ex modo concipiendi ad Providentiam ut pars subjectiva. Ratio est primò: quia exinde nulla imperfectio resultat contra Divinam simplicitatem, & unitatem intrinsecam Actuum Divinorum, ut Thomistæ timent: cùm tota hæc comparatio sistat in distinctione purè extrinsecâ. Secundò: quia esse partem logicè subjectivam, nihil aliud est, quàm ita comparari cum cõceptu, qui formaliter de ipsâ prædicatur, ut ille latiùs pateat, id est, prædicabilitate majus sit, & superius: ita

cuim

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

enim explicat Sanctus Thomas 2.2. *quæstione* 120. *art.* 2. Atqui Prædestinatio ita comparatur ad Providentiam Dei: nam de Prædestinatione formaliter, & verè dicitur esse Dei Providentia: providet enim Deus, quos prædestinat: Deinde Providentia prædicatione latior est nam & Reprobos respicit, & res naturales: ergo Prædestinatio comparatur ad Providentiam, ut pars subjectiva.

S. Thomas.

Replica

13 Dices: Finis Dei circa singula, & omnia providentis est unicus: nempe Divina Gloria: ergo & Providentia Dei est unica: quia ex unitate finis debet mensurari: aliàs pro quolibet fine particulari deberet in Deo distingui specialis Providentia: quod est absurdum. Firmas: Omnipotentia est unica, licèt res, quæ in ipsam cadunt, specie sint plures: item Scientia, Idea, Ars, & Lex Divina: ergo similiter providentia attributaliter, & virtualiter est una. Ita Gonet, & Godoy, qui similiter inferre plura possent de unitate virtutis moralis in Deo: de unitate intellectûs, & voluntatis.

Ex Gonet, & Godoy.

Solvitur.

14 Respondetur primò: vanò contendi à Thomistis ex nostrâ tertiâ conclusione, quod in primâ negavimus: nó enim ex tertiâ conclusione sequitur ulla contra Dei Providentis universalissimam comprehensionem limitatio. Secundò: ex quolibet fine, quem Divinæ Providentiæ assignes, colligi formaliter specialem Providentiam in singulari: unde si finis sit communis, qualis est Divina Gloria, specificat singularem Providentiam constitutam ex omnibus speciebus Divinæ Providentiæ: sicut numerus binarius, qui est species numeri, constituit collectionem omnis numeri, quæ facit speciem numeri singularis. Distinguo jam antecedens: Finis Dei Providentis, specialì providentiâ constitutâ formaliter per species singulas, est unicus, concedo: Finis Dei Providentis, cuicumque rei est unicus, nego: tam varius enim, & multiplex est, quàm variæ sunt res: suo enim fine destinantur, unaquæque, à Deo providentissimè: licèt has singulas species ordinet per alteram speciem ad finem universalissimum. Ad confirmationem, dico Scientiam, Potentiam, Artem, Ideam, Legem, subesse in Deo etiam in sensu formali multiplici speciei, non verò Omniscientiam, Omnipotentiam: quia sub hoc conceptu non exprimitur ratio formaliter multiplicabilis.

15 Collige hinc discrimina inter Providentiam, & Prædestinationem. Primò differunt tanquam Genus, & Species. Secundò, differunt in qualitate Finis, & Mediorum: nam Providentia ex genere suo non ea petit supernaturalia: Prædestinatio petit. Tertiò, differunt in gradu necessitatis: nam Providentia ex suppositione Creaturarum necessaria est Deo: non ita Prædestinatio. Quartò, & maximè differunt in efficaciâ circa finem. Prædestinatio enim semper assequitur suum specialem intentum; non ita Providentia, ut dictum est *lib.* 6. Et hæc satis pro comparatione Divinæ Prædestinationis ad Providentiam.

Suprà lib. 6. à nu. 49.

16 Restat eam comparare cum *libro Vitæ*, de quo plenissimè Pater Suarez, & Pater Ruiz de Montoya: ille *lib.* 1. *de Prædestinatione: cap.* 10. hic, *disputatione ultimâ de Prædestinatione.* Colligemus utriusque Doctrinam, & per varias quæstiunculas breviter diducemus.

Suarez. Ruiz.

Quæris primò: unde constat hæc appellatio? Respondeo, ex Scripturis. Sume nunc locum Apocalyp. 21. *Non intrabit in eam, nisi qui scriptus est in Libro Vitæ Agni.* Nota primò: in Scripturis sæpè dici *Librum Vitæ*, & à Ioanne adjectum specialiter esse *Agni*, ut significaret omnem Prædestinatorum vitam, id est, Meritа, Gratiam, & Gloriam referendam esse in Agnum, fuisseque propter ipsum. Nota secundò: inveniri eam appellationem in plurali, *Libri aperti sunt*: & sic exprimi ex objectivâ extensione circa plures Personas. Nota tertiò: inveniri etiam, *Librum, in quo videntur scripta opera hominum*: & ex istâ varietate fluxisse varias expositiones Doctorum, apud quos *Liber*, modò dicitur *Sacra Scriptura*: modò *cujuscumque conscientiæ*: modò, alia: sed standum communi, juxta quam *Liber Dei*, seu *Vitæ Liber*, est *Liber Prædestinatorum.*

Quæstio prima de libro Vitæ.

Apocal. 21.

17 Quæris secundò: an ea appellatio sit Metaphorica? Affirmo: nam aliter Liber sonat rem materialem, & corpoream: isque sensus est omnium ferè Doctorum: ex quibus patet, hallucinatos esse alios, qui dixerunt hunc Librum esse Sacram Scripturam; aut Librum virorum illustrium, quem conscribi Deus jusserat, & de

Quæstio secunda an propriè?

In Primæ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

de hoc, petiisse Moysem à Deo, ut deleret ipsum. Hæc enim omnia non quadrant cum aliis Scripturæ locis longè clarissimis. De Moyse *mox.*

Mox à nu. 20.

18 Quæris tertiò: quid ergo sit *Liber Vitæ*? Augustinus dixit esse ipsam Prædestinationem. Sanctus Thomas esse Præscientiam Dei, quâ noscit omnes, qui sunt ejus. Vnde apud Augustinum Prædestinatio, & Liber Vitæ solùm nomine differunt. Apud Sanctum Thomam Prædestinatio quasi præcedit, & Liber Vitæ est illa immobilis, firma, & invariabilis Scientia Visionis, quâ Deus videt quos præligit, & quasi scriptos in mente habet. Vterque verè: cùm Prædestinatio, & Visio connexæ sint, & omninò unum: verùm Sanctus Augustinus magis præcisivè, & scholasticè, & magis ad Metaphoræ ductum: Libri enim est servare, & repræsentare, quæ gesta, vel gerenda sunt.

Quæstio tertia Quid sit?

Augustin.

S. Thomas.

19 Quæris quartò: in quo conveniat, & differat Prædestinatio à libro Vitæ? Respondeo, convenire primò in extensione: sicut enim nullus salvabitur, qui non sit Prædestinatus: ita qui non sit scriptus in libro Vitæ. Secundò in connexione cum salute: quia sicut ordo Prædestinationis est immutabilis: ita Characteres hujus libri, qui sunt veritas Divinæ notitiæ, sunt indelebiles. Tertiò: quia utraque ratio est Deo immanens. Differre verò, Primò: quia liber vitæ præcisè spectat ad Intellectum: secùs Prædestinatio. Secundò: quia Prædestinatio dirigit, & ordinat Creaturas Rationales ad Vitam æternam: liber verò præordinatos ostendit Deo, & quasi retinet in memoriâ.

Quæstio quarta cōparatio tū Prædestinatione.

20 Quæris quintò: si indelebilis adeò est liber Vitæ, quâ ratione minatur Deus se deleturum de libro Vitæ? Respondetur, primò: *deleri* in Scripturis sumi negativè prò *non scribi*: idque minatis Deũ, dum minatur abolitionem. Secundò: dupliciter scribi Prædestinatos in libro Vitæ: *primò*, ut prædestinatos: & sic deleri neminem, qui semel Scriptus est: *Secundò*, ut justos: & sic plerumque Prædestinatos deleri, quia permittuntur amittere gratiam justificantem. *Tertiò*, cum Augustino, sensum esse de deletione secùndùm spem, & opinionem hominum, ita ut qui se putabant scriptos in libro vitæ, inveniant posteà nunquam se scriptos esse, deleanturque de libro vitæ, prout

Quæstio quinta: Quid sit deleri de libro Vitæ.

Augustin.

scribebant in spe suâ.

In Primæ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

21 Quæris sextò: quid optaverit Paulus *Rom.* 9. dum optavit *anathema* esse *pro fratribus suis*: quidque petierit Moyses *Exodi* 32. dum dixit: *dele me de libro tuo*? Probabile est juxta Originem, Hilarium, & Vgonem Cardinalem, utrumque solùm appetiisse Mortem temporalem, licèt cum summo dedecore, & infamem. Probabile, item est, Moysem petiisse abdicationem à Magistratu, & quòd deleretur de libro Virorum illustrium: Apostolum verò zelo suæ legis actum quasi in intemperiem mentis, optasse separationem à Christo. Multa ad hæc Doctores. Respondetur: verosimile est, Vtrumque, voluisse & optasse, secluso peccato, carentiam Visionis, imò & Gratiæ ex fine Divinæ gloriæ. Ratio mihi est: quia hic actus licitus est, & eximiæ charitatis: in eamque expositionem, Moysi, & Apostolo gloriosam, eunt apertè Chrysostomus, & alii Doctores magnæ Authoritatis. Non est ergo, cur hæc ipsis gloria denegetur? Videatur Montoya, multa in hæc utilia disputans *sect.* 7. & 8.

Quæstio sexta de Paulo, & Moyse. Rom. 9. Exod. 32. Mens Orig Hilarii. Vgonis Cardinal.

Mens nostra cum Chrysost.

Montoya.

22 Quæris septimò: an, sicut dicitur *Liber Vitæ*, admittendus sit præter Reprobationem *Liber Mortis*? Duo sunt certa. *Primum*: præter Reprobationem dari in Deo præscientiam eorum, qui damnandi sunt: id quod juxta præcedentia posset venire sub appellatione Libri Mortis. *Alterum*: in Scripturis nusquam hanc inveniri appellationem sub his vocibus complexis. *Liber Mortis*. Dico jam primò: hanc appellationem non carere magno fundamento, si Scripturæ, & Patrum rigori stemus. Patet ex Apoc. 20. ubi hæc: *Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est Vitæ: & judicati sunt Mortui ex his, quæ erant in libris secundùm opera ipsorum.* Et ex Basilio Isaiæ 4. ubi apertè asserit *duas esse descriptiones*: una quidem est eorum, qui ad Vitam: altera autem eorum, qui scribuntur ad perditionem.

Quæstio septima, an liber Mortis?

Resolutio.

Apocal. 20.

23 Dico nihilominùs secundò: licèt exinde possit præter librum Vitæ admitti liber Operum & hominum, non tamen liber Mortis: ita communiter Theologi cum S. Thomâ. Prima congruentiæ ratio est: quia conscribi qui reprobantur à dignitate, non fert consuetudo, sicut

Quid dicendum?

S. Thomas.

eos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

eos, qui eliguntur. Secunda: quia liber scribitur, ut versetur ante oculos ejus, qui vult librum scribere: eorum autem, à quibus faciem avertis, cur dicaris habere librum? Tertia: quia finis libri est perpetua rei memoria: eam autem habere Deus dicitur eorum, qui Prædestinati sunt: eorum verò, qui damnandi sunt, dicitur *oblivisci*. Dicitur enim in Scripturis Deus *scire*, quæ probat: id est, quæ scit *Scientiâ approbationis*: & dicitur *nescire* quæ reprobat, id est, quæ putè scit *Scientia reprobationis*: se enim gerit Deus, quoad favores, quasi foret eorum *oblitus*. Vide citatos.

SECTIO III.

PRÆDESTINATIONIS DIVINÆ *Necessitas.*

Tria certa P. Suarez

24 TRia ex Patre Suarez *lib. 1. de Prædestinatione: cap. 3.* pono extrà controversiam. *Primum*: Prædestinationem non esse Deo simpliciter necessariam. Ratio est: quia Deus liberè creaturas Rationales decrevit: potuit igitur, nullam creando, prædestinare nullam. *Alterum*: neque esse necessariam Deo ex hypothesi creationis. Ratio est: quia creatio nullum importat jus ad elevationem supernam: sine quâ Prædestinatio esse nequit: ergo neque ex hypothesi creationis, estò Deo sit necessaria aliqua Providentia, ut diximus *lib. 6.* nullatenus necessaria est Prædestinatio. *Tertium*: nihilominùs esse quàdantenùs necessariam, necessitate decentiæ illationis, ex hypothesi Creaturarum Rationalium: & maximè ex hypothesi elevationis. Ratio est: quia per se decet, ne Deus principaliter destinet ad aliquem finem unam speciem creaturarum, quarum nulla finem obtineat: & aliùde congruit Divinæ Bonitati, ut Creaturas Rationales ad finem Gloriæ destinaverit.

25 Dices: quomodo tot species Angelorum perite permisit? Respondeo primò fortè nullam speciem Angelicam ex toto periisse. Secundò: si intra eandem speciem Angelicam, plura individua non sint; quoad hoc, comparandam speciem humanam cum Angelicâ hierarchiâ: & censeo, nullam ex toto periisse. *Dices*, iterum: cur in statu Innocentiæ nullum prædestinavit Deus? Respondeo, nullum prædestinasse ad eum statum stabiliter habendum: quippè non erat finis ultimus: plures verò prædestinasse ad finem ultimum per alium viæ modum, asperioris quidem, sed fortè utilioris, assequendum. His ita positis

Quæstio.

26 Quæstio est: an eousque necessaria Prædestinatio sit, ut Creaturam consequi Beatitudinem, seu salvari, & aliò quin non esse prædestinatam, implicet? Iuxta præsentem Dei legem affirmat certa Theologia contra Catherinum *lib. 2. de Prædestinatione: cap. ultimo*, qui Prædestinationis nomen restrinxit ad Confirmatos in Gratiâ: unde duo intulit. Primum: Prædestinationem tollere peccandi libertatem. Alterum: plures salvari, qui prædestinati non sunt.

Catherin.

Prima Sen. nda.

27 Iuxta aliam Dei legem: Prima sententia tenet, implicare, quòd aliquis salvetur, & quòd reipsâ Prædestinatus non sit; ita Thomistæ & communiter Nostri cum Suarez, & Molinâ: sed in sensu diverso: qui fortè fuit occasio hallucinationis in Abeldâ, utrique multa falsò, & immeritò imponēte. Divertitas est: quòd Thomistæ eam necessitatem intelligunt de Prædestinatione, ut præelectio sit, & quidem ante prævisa merita: Suarez, & Molina, de Prædestinatione Augustinianâ: quidquid sit de illâ præelectione, de quâ Theologis lis magna est. Secunda sententia etiam Prædestinationem Augustinianam distinguit in *Formalem*, & *Materialem*: hanc vocat, quæ Media exhibet, quibus aliquin certissimè finis obtinetur: exhibet tamen absque intentione talis finis: Formalem vocat, quæ ea Media ex intentione finis exhibet: & asserit, neminem salvari posse sine Materiali Prædestinatione: posse sine formali. Sic Ribadeneyra *disp. 19. cap. 2.* Tertia sententia simpliciter affirmat posse aliquem sine Prædestinatione salvari: sic Quiros *disp. 1 sect. 2.* & Herrera *quæst. 15. sect. 1.* qui tamen à Ribadeneyrâ non dissentiunt: neque possunt.

Tertia.

Ribaden.

Quirós. Herrera.

Prima Conclusio de posse.

28 Prima Conclusio: Iuxta præsentem Dei legem implicat salvari aliquem, qui Prædestinatus non sit. Ratio est: quia de facto omnes, & soli Prædestinati salvantur: ut habent expressè Augustinus & Fulgentius, ille, *de dono Perseverātiæ: cap. 8.* ille, *de Fide ad Petrum: cap. 35.* & me-

Augustin. Fulgent.

Matth. 25.

ritò: nam *Matthæi 25.* dicitur: *Venite Benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum*: præparatio Regni Cœlorum sit per Prædestinationem, ut explicat Augustinus *tract. 68. in Ioannem*. Adde, solemne esse apud Scripturas vocari eos, qui Prædestinati sunt, *Electos à Deo*: Nemo autem, tam ex Hominibus, quàm ex Angelis, salvatur, qui non sit à Deo Electus ad Gloriam.

Secunda Conclusio contra de Possibili.

29 Secunda Conclusio: Iuxta omnem Dei legem implicat, aliquem salvari, & Prædestinatum non esse, Prædestinatione saltem materiali, de quâ *num. 26.* Ab hac assertione nemo discēdit: neque potest. Dissidium est de voce, an ea dicenda sit Prædestinatio: conantibus, nec ultrà probantibus, Quiros, & Herrerâ, Prædestinationem solùm eam esse, quæ ex intentione Gloriæ præparat Media: id enim videtur dirigere Creaturam efficaciter ad Gloriam: & sapit Augustini definitionem: ubi nomine *beneficiorum, quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur*, satis indicat intentionem, & destinationem finis.

Communis

Ratio ex Suarez.

30 Ratio positionis est evidens ex Patre Suarez; Implicat aliquem salvari, quin à Deo transmissus sit in vitam æternam: id est: quin Deus voluerit ab æterno dare Media, quibus reipsâ salvetur, sciens ea esse talia, ut certissimè habitura sint effectum salvationis: Nam implicat aliquem esse in termino salvationis, quin iverit per viam meritorum ad ipsum, atque adeò quin acceperit à Deo ea Media, quibus reipsâ consequitur terminum salvationis: Implicat autem creaturam accepisse à Deo ea Media, quin Deus dare voluerit, præsciens eorum efficaciam: ergo implicat aliquem salvari, quin in Deo præcesserit ab æterno Præscientia, & Præparatio Mediorum, quibus certissimè finis Beatitudinis obtinea tur. Hæc autem est Prædestinatio ex mēte Magni Augustini. Sed quia Moderni contendunt, Præparationem hujusmodi, quantumvis ex certissimâ Præscientiâ, abusivè dici Prædestinationem, nisi fiat ex intentione finis, sit

Tertia Conclusio Nostra est Suarez, & Augst

31 Tertia Conclusio: Implicat etiam juxta omnem Dei legem, salvari aliquem, qui Prædestinatus non sit, Prædestinatione formali. Hanc esse mentem Doctoris Eximii constabit legenti *loco citato*: *Aranda de Deo.*

fuisse etiam Magni Augustini mentem, evidens mihi est primò: Nam *lib. de Bono Perseverantiæ cap. 14.* postquam Prædestinationem definivit: addit: *tam necessariam esse Prædestinationem, quàm necessaria est præscientia*: Atqui implicat, quòd aliquis Beatitudinem consequatur in tempore, quin in Deo præcesserit præscientia talis effectûs: ergo quin præcesserit Prædestinatio, de quâ loquitur, nempe formalis. Secundò: quia juxta Doctrinas *lib. 6. & 7.* propositas, implicat accipi ab homine ex Deo Media efficacia respectu finis, quin Deus exerceat specialem beneficientiam: quare diximus, implicare, quòd Deus det auxilium efficax, nisi ex motivo efficaciæ, imò, & fine prædefinitione efficaci boni quod exinde sequitur in creaturâ: ergo pariter implicat, hominem in tempore consequi Beatitudinem, quin in Deo præcesserit præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberatur: quæ est definitio Prædestinationis formalis Augustinianæ. Tertiò: quia juxta Augustinum, & cæteros Theologos *Perseverantiæ donum*, ut donum, & beneficium est, est effectus Prædestinationis formalis: at implicat, non haberi ab homine Perseverantiæ donum, ut donum est, & salvari: nam, *ut dicebam*, Deus exercet necessariò beneficientiam specialem in auxilio efficaci, & specialissimam in auxilio finali efficaci: ergo implicat salvari, & non esse Prædestinatum, strictâ, & formali Prædestinatione.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Lib. 6. & 7. suprà passim.

Ratio:

32 Ratio Conclusionis à priori, & quæ præoccupet Recentiorum discursus in oppositum, est in hunc modum. Prædestinatio formalis est Præscientia, & præparatio mediorum, quibus certissimè finis Beatitudinis obtinetur, habita ex intentione Beatitudinis: hæc est omnium mens, & meritò: nam eo ipso datur prædirectio certa Creaturæ Rationalis in Vitam æternam, seu supernaturalis Providentia efficax in Vitam æternam: Atqui implicat, quòd aliquis in tempore Beatitudinem à Deo accipiat (quod est salvari) quin in Deo præcesserit præparatio mediorum efficacium ex præscientiâ, & intentione Beatitudinis: ergo implicat aliquem salvari sine formali Prædestinatione.

33 Minor, in quâ est difficultas, pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

batur. Implicat, & repugnat modo operandi sapientissimo, & prudentissimo, & digno Agentis Rationalis, complacitum se in effectu ab his causis orto, & eas non disponere ex intentione talis effectûs: quod enim gaudium parit in executione, si præscias fore, amorem anticipat, qui regulet dispositionem, quam alioqui præstas: & opposita operandi ratio involvit vel ignorantiam, vel irresolutionem, vel suspensionem: quis enim sapiens apponat causas effectus, gaudium, si fiat, parituri; & non apponat ex intentione talis effectûs? quippe rationalis agentis est anticipare executionem in intentione operationis: neque disponere media, ex quibus postmodùm complacebit effectus, nisi ex tali intentione: id quod ipso Adversariorũ exemplo patet: nam si Sagittarius, post emissam sagittam complaciturus est, quòd scopum attingat; quis credat eum cum præscientiâ operari, nec destinare scopum in emissione? Nunc sic: atqui implicat, aliquem salvari, quin Deus complaceat in Beatitudine illius ortâ moraliter ex mediis, quæ ipsi alioqui præparat: ergo implicat, quòd ipsi ea media præparet, absque amore, & intentione Beatitudinis: quæ intentio, & amor, juxta principia nostra, debet efficax esse: nequit enim sine efficaci intentione finis Medium præcognitum, ut efficax ad finem, eligi ex *lib. 6. de Providentiâ disp.* *Suprà lib. 6. à num. 527.* 32. *à num.* 527.

Illustratur

34 Confirmantur hæc omnia ex *triplici* principio. *Primum* est, indivisibilitatis Divinæ in volendo, & decernendo: ex quâ sic arguo: Implicat obtineri salutem, quin Deus efficaciter dederit: implicat dari à Deo, nisi per volitionem, quæ dat Media ad ipsam: ergo implicat dari Media ad ipsam Beatitudinem efficacia, nisi ex amore Beatitudinis: ergo implicat obtineri salutem, quin Deus prædestinaverit: ex quo ruit discursus Herreræ, putantis posse Deum velle dare Media, & Merita, & in signo sequenti velle dare Beatitudinem. *Secundum* est, connexionis Doni Perseverantiæ, seu efficacis auxilii finalis cum Beatitudine: Censeo enim, (de quo *disputando de Supern.*) non posse Deum non præmiare Creaturam Rationalem ipso Beatitudinis præmio, finaliter perseverantem in Gratiâ: ex quâ sic arguo: Implicat quòd Rationale Agens, præsertim sapientissimum, ordinet media connexa cum effectu, beneficiendo per illam ordinationem, & dando eam connexionem, quin velit dare effectum, & quin operetur ex fine effectûs: atqui Deus, alioqui Sapientissimus, ordinat perseverantiam finalem connexam cum Beatitudinis effectu, & quidem ordinat benefaciendo: implicat enim, ut ex supra dictis constat, sine formali Dei beneficio Donum Perseverantiæ: ergo implicat, quòd ita ordinet, nisi ex amore dandi Beatitudinem. Atqui nullus, etiam de potentiâ absolutâ, salvari potest sine dono Perseverantiæ: ergo. *Tertium* est, dependentiæ Creaturæ Rationalis in bonis à Divinâ Beneficientiâ. Ex quâ sic arguo: Per te implicat, quòd homo sit bonus sine formali Dei beneficio: ut dictum est suprà: ergo quòd sit felix: ergo quòd sit in mediis ad felicitatem, & per illa in ipsâ felicitate, quin beneficentissima Dei Providentia direxerit: ergo quin in Deo præcesserit æterna formalis prædirectio ad ipsam Beatitudinem.

Si non es Prædestinatus &c.

35 Fit ex his primò, licèt in homine sine Prædestinatione, interventu auxiliorum sufficientium, detur potestas se salvandi, nempè potestas ad consensum, & gloriam; non tamen potestas, salvandi se, divisim à beneficio Prædestinationis ad ipsum consensum, & gloriam: nam si per ea auxilia sufficientia, ut potest, perseveraret finaliter, præcessisset in Deo prædestinatio, & esset prædestinatus: unde est illud, quod attribui solet Augustino: *Si non es Prædestinatus, facit prædestineris.* Fit secundò: non posse hominem decedere in Gratiâ, conteri in extremo vitæ, seu finaliter perseverare, dividendo finalem contritionem, seu decessum in gratiâ à Prædestinatione ad ipsam Gloriam: nam, si tunc conteritur, aut si in Gratiâ decedit, necesse est, metaphysicè *juxta me*, & saltem ex Dei lege *juxta omnes*, ut Deus habuerit ipsi abæterno præparata auxilia, de quibus præsciebat fore conjungenda cum finali contritione, & assecutione Beatitudinis; & quidem præparata ex intentione Beatitudinis efficaci, *necessariò* juxta me: juxta omnes, *saltem ex lege Dei*: Præscientia autem, & hujusmodi Præparatio est ex Mente Magni Augustini Prædestinatio Dei.

Ex Aug.

Augustin.

Tract. 3. in 1. 2.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

Dei. Ex quibus facilè colligemus infrà *à num.* 228. modum, quo clarè constet esse *in manu hominis, salvari*: & Reprobos, suâ culpâ, carere beneficio Prædestinationis.

Nota bene

36 Advertò: licèt pro necessitate metaphysicâ Prædestinationis ad salutem, hucusque Thomistis adhæserim, præstitum id esse à me juxta mentem Augustini, & Suarez: Nam Thomistica Prædestinatio, quæ nempe per Decreta Prædeterminativa, & sine ullo præsidio Scientiæ Mediæ, arqueadeò sine ullâ aliter operatione ad arbitrium Prædestinati, tam abest ab ullo gradu necessitatis, ut potiùs sit impossibilis, ut patet ex toto *lib. 3. & lib. 5. & 7.*

DISPVTATIO XXXXI.

PRÆDESTINATIONIS SVBjECTVM. & Termini.

Vndenam difficultas

37 PRÆSENTIS Controversiæ punctum, alioqui facile, & pervium, celebre reddidit, atque difficile Quæstio incidens de Creaturâ Rationali per Merita imprædestinabili, jam olim à Thomistis objecta Scholæ nostræ: & instaurata recenter à Godoy, & Gonet: non parùm auxiliantibus ex ipsâ nostrâ Scholâ Magistris Præstantissimis, dum obturdum declinare student. Quare, præmissis levi manu, quæ leviora in præsenti occurrunt, eam quæstionem potissimum exagitabimus.

Godoy. Gonet.

SECTIO I.

ALIIS DECISIS, INSTITVITVR QVÆstio de Creaturâ Imprædestinabili per Merita: & Theologorum judicia circa ipsam.

§. I.

FACILIORA PRÆMITTVNTVR.

Termini.

38 DVplex in rem hanc distingui debet Prædestinatio: *Oratoria*: nempe, communis omnibus, qui salvantur. *Extraordinaria*, nempe singularis: quæ distinctio ex Termino sumitur. Terminus Prædestinationis est, ad quem consequendum destinamur: & dicitur *Finis Qui*. Subjectum (qui & *Finis Cui* dicitur) est Creatura, quæ destinatur in eum Finem. Nam Deus, licèt abusivè, & aliquomodo dici posset Prædestinationis subjectum, quatenus habet idèticè in se actus, qui sunt Prædestinatio; neque Prædestinari dicitur, neque est in præsenti sensu subjectum Prædestinationis. Ex his sit

S. Thomas.

39 Prima Positio: Terminus Prædestinationis debet esse Gratuitus, & Indebitus, & supra Naturam Prædestinati. Ratio sumitur ex usu vocis, satis expresso à Sancto Thomâ, dum Prædestinationem dixit transmissionem. Quis enim dicat hominem Prædestinari ad Animam Rationalem, aut ad ea, quæ sibi debentur? Vnde fit primò: Deum non posse Prædestinare ad quidquam dici; quia nihil supra ipsum est. Secundò: Christum non dici prædestinatum, nisi penès humanitatem: quia penès hanc solam potest esse aliquid indebitum in Christo. Alia de appellatione Prædestinationis in Christo, dedi, cùm de ipso fuit sermo *tract. de Incarnatione.*

S. Thomas.

40 Secunda Positio: Debet esse ultimus, & quasi centrum, ad quod cætera bona Prædestinati reducantur, & ordinentur. Ratio imprimis sumitur ex ipsâ voce Sancti Thomæ: transmissio enim, non tam viam, quam viæ finem intendit. Deinde: quia terminus Prædestinationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2 de Deo Providēt. & Prædestinante.

est in rigore solùm ille, in quo Prædestinatio sistit. Unde fit, Gratiam non esse terminum Prædestinationis: potest enim esse non Prædestinatis communis, nec in ipsâ sistit Prædestinatio. Quòd si aliquibi hominēs dicuntur Prædestinati ad Gratiam, & in adoptionem Filiorum Dei, intelligenda vox sine rigore, quòde loquimur.

41 Tertia Positio: Terminus Prædestinationis, *Ordinariæ*, est Gratia *extraordinaria*, Hypostatica Unio, Dei Maternitas, & similis Dignitas. Prima pars patet: quia Gloria est Terminus, cui soli conveniunt attributa, quæ *supra* diximus. Secunda probatur: Unio enim Hypostatica est perfectissima Dei possessio, & apud me Beatitudo; deinde est omninò supra jura Humanitatis: est ergo terminus extraordinariæ Prædestinationis. Adde, Christum dici Prædestinatum Filium Dei: quod de Humanitate propriè potest & debet Intelligi. Jam Maternitatem Dei esse terminum extraordinariæ Prædestinationis patet ex eo, quòd extraordinariæ dilectionis terminus est, & Dignitas valdè sublimis. An verò Præcursoris, Apostoli, & similis dignitas dici possit terminus extraordinariæ Prædestinationis, litem omninò levem puto, & parùm vocalem.

42 Quarta Positio: Subjectum Prædestinationis *Ordinariæ*, sola potest esse Creatura Intellectualis. *Extraordinariæ*, potest etiam inintellectualis esse, verùm subordinata intellectuali. Secunda pars patet in Christi Corpore, & ex dictis *in Opere de Incarnatione* de Termino Assumptibilitatis à quo Naturam irrationalem multis excusi. Prima pars omninò patet: quia sola Creatura Intellectualis est capax videndi Deum. Cætera, quoad hæc de Terminis, & subjecto Prædestinationis, lege per otium apud Suarez *lib. 1. cap. 4. & 5.*

Lib. 1. disp. 5 de Incarnat. à num. 2.

P. Suarez

§. II.

An repugnet Creatura Rationalis per merita Imprædestinabilis? & reficiuntur duo modi defendēdi.

Quæstio Principalis.

43 Quæstio potissima nobis est: an possibilis sit Creatura Rationalis, per Merita Imprædestinabilis à Deo, seu quæ non possit esse subjectum Prædestinationis Divinæ per media Meritorum? Dixi, *per Merita*: potestis enim prædestinandi ad Gloriam, ut hæreditatem, & non ut Coronam Meritorum, non est præsentis controversiæ: nam si Creatura, quæ à Deo prædestinari non potest ad sui Visionem, ut hæreditarem, eorò implicat. Reducitur ergo tota difficultas ad hoc punctum: an sit necesse, necessitate prorsus inirritabili, ne desit Deo aliquod Medium, quo, illæsâ Creaturæ libertate, possit eam avertere à malo & convertere ad se per honestam operationem: cujus intuitu prædestiner ad Gloriam, ut Coronam? Nam si necesse sit, ne Deo desit hujusmodi medium; Homo, qui prædestinari à Deo pro libito possit, non est possibilis: si verò necesse non sit, possibile est oppositum. Sit ergo casus, in quo desit talè Medium: eò, possibile est, quòd Deus non possit prædestinare per Merita: & eò homo, imprædestinabilis à Deo, possibilis.

In quo stat?

Sensus Scholæ præterminantis.

44 Contendunt Thomistæ contra Nos ex unâ parte eam sequelam possibilitatis esse *nec serio* ex principiis Scholæ nostræ: ex alterâ esse *perabsurdam* ex principiis veræ, & Augustinianæ Theologiæ. *Necessariam*: quia juxta nos repugnat auxilium physicè prædeterminans cum libertate Creaturæ: deinde omnia & singula auxilia, quibus vocare Deus potest ipsam ad honestam operationem, quantumvis infinita, esse debent intrinsecè indifferentia, & frustrabilia: ergo potest Creatura singula, & omnia, frustrari: ergo contingere potest, quòd Deus videat fore, quòd Creatura nulli sit auxilio consensura, si detur: ergo contingere potest, quòd in Deo non sit ulla Scientia Media de consensu honesto Creaturæ sub ullo auxilio possibili: demus ergo casum, siquidem contingere potest: eò Deum impossibilitatum prædestinare: quia sine Scientia Media non potest: & eò sequelam hominis Imprædestinabilis, necessariam.

45 Vide perabsurdam: primò: quia per se dedecet, quòd in Creaturâ sit major vis efficaciter resistendi Divinæ Omnipotentiæ vocanti: quàm in Omnipotentiâ vis efficaciter vocandi. Secundò: quia Augustinus quasi *deliramentum, & fatuitatem impiè desipientis* appellat dicere,

Augustin.

cere, quòd Deus non possit convertere hominum corda, *quocumque & ubicumque* velit. Tertiò: ex multis, quæ indecursu ingerentur ab Authoritate, & à ratione. *Ob quæ* vix est Theologus, qui non curet declinare sequelam, & qui non neget possibilitatem à Thomistis contra nos intentam Hominis a Deo per Merita Imprædestinabilis. Videamus, & explicemus modos, quibus sese ab hoc nodo expediunt, ut exinde fiat gradus ad verę, quam opto, Sententiæ decisionem.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Defenditur Thomistæ: Schotistæ. & Ribad. ex lib. 3. & 7.

46 Sepono duos, ex quibus utpote falsis, sperari Veritas nequit, *supra* jam acriter impugnatos: *alterum* Thomistarum: *alterum* Ribadeneyræ, & Schotistarum. Vtrique facilè ostendunt impossibilitatem talis hominis: imò & Divinum Prædominium, ut sub quocumque auxilio, & ubicumque velit, convertat efficaciter hominem, & faciat ipsum liberè, & honestè operari. Thomistæ, & Schotistæ per suas Prædeterminationes, sive intrinsecas, sive extrinsecas. Ribadeneyra per suum Decretum côdeterminans. Sed per has vias, ut dixi, veritas inveniri non potest. Sepositis igitur his duobus modis

§. III.

Proponvntvr, et explicantvr Alii modi tuendi repugnantiam.

Primus discurrendi modus de vagâ necessitate

47 Primus est asserendo, metaphysicè implicare Creaturam, quæ omnibus, & singulis auxiliis possibilibus, alioquin indifferentibus, prævideatur dissensura: atqueadeò esse metaphysicè necessarium, ut in Deo sit aliqua Scientia Media de consensu libero Creaturæ per media alioquin indifferentia; seu Scientia Media de consensu sub aliquo auxilio Indifferenti. Vnde rectè infert, impossibilem esse casum, in quo desit Deo medium, quo, si velit, liberè convertat hominem; & consequenter impossibilem esse hominem, qui sub quocumque casu imaginabili non possit proximè à Deo prædestinari per Merita. Vt hunc discursum optimè penetres, & quid in ipso dicant, & velint Authores sui,

Explicatur.

48 Suppone *primò*: Omnia & singula auxilia, quibus Deus vocare potest ad honestam operationem liberam, esse secundùm se, & entitativè indifferentia: atqueadeò talia, ut cuicumque determinatè accepto possit voluntas pro suo arbitratu resistere: unde nequit unquam fingi voluntas constituta ad operandum liberè, quin eam potestatem, quam haber, non possit separare ab honestâ operatione. Suppone *secundò*: auxilia indifferentia, quæ dispensari à Deo possunt, esse infinita syncathegorematicè: tùm quia id fit ex amplitudine Divinæ Omnipotentiæ: tùm quia vaga necessitas consentiendi alicui auxilio intrà finitum numerum, læderet libertatem, ut ostendit Herrera *quæst. 16. sect. 1. num. 4.* & fatentur etiam Authores hujus placiti. Suppone *tertiò* non minus fore infinitas circunstantias, quibus adjungi potest quodvis auxilium, quàm ipsa auxilia, quæ conferri à Deo possunt. Suppone *quartò*: dum quæritur: an Creatura possit dissentire omnibus auxiliis simul sumptis, non esse sensum, an dissentire possit omnibus collectivè collatis: tùm quia fortè ea collectio coëxistere nequit. Tum etiam quia ea collectio fortè supprimeret vires restitivas Creaturæ rationalis. Quæstio igitur solùm est: quicquid sit de possibilitate coëxistentiæ, an sit possibilis simultas veritatis, de eo quòd Creatura dissentiret huic & illi, & reliquis auxiliis in infinitum, si darentur. Ex quibus hic modus discurrendi

Herrera.

Punctum Quæstionis.

Quid asserat? primò:

49 *Asserit* primò dari vagam necessitatem Metaphysicam, respectu infiniti cumuli auxiliorum, æquè vagantem in singula auxilia, ut Creatura consentiat alicui ex tali cumulo, atqueadeò quòd Deus videat alicui consensuram. *Asserit secundò*: secundò: Ex vi talis necessitatis neque posse determinari auxilium, neque à Deo posse determinatè videri auxilium, cui reipsâ sit pro libito consensura voluntas: quia ea necessitas æquè vagatur in singula. *Asserit tertiò*: licèt ex vi talis necessitatis non possit determinari auxilium, cui reipsâ consensura voluntas sit; tamen reipsâ dari auxilium determinatum, cui, si detur, consentiet voluntas; & hoc determinatè prævideri à Deo, non quidem ex vi vagæ necessitatis, sed ex libito creaturæ: qui licèt ex suo libito consentire prævideatur his potiùs, quàm illis, non id præstat ex vi ullius necessitatis, sed quia vult.

Secundò:

Tertiò:

50 *Asserit* quartò: eam vagam ne-

Quartò:

ces-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

cessitatem (sive sit à Deo indistincta, sive ab ipsâ finitudine creaturæ, sive ab infinitate cumuli) non obstare plenissimæ libertati creaturæ: cùm ex vi talis necessitatis nihil possit assignari in potestate creaturæ constitutâ ad operandum, quod ipsa non possit omninò pro libito separare ab operatione: licèt enim necessarium sit, alicui ex infinitis prævideri consensuram, non est necessarium consentire auxilio, quod reipsâ habet cùm operatur. *Asserit* quintò: ex hoc discursu necessariò fieri duo: *Primum*, Deo semper, & in omni casu imaginabili subesse medium infallibile, quo, si velit, per media alioquin indifferentia liberè trahat hominem, & quancumque Creaturam Rationalem ad honestam operationem. *Alterum*: implicare hominem, cui pro divino libito non possit prædestinari per merita.

Quintò:

Sextò:

51 *Asserit* sextò: id non solùm esse verum de aliquo auxilio, sed etiam de quovis determinato, si fiat respectus ad infinitas circumstantias, quibus à Deo adjungi potest: unde non solùm poterit in quocumque casu convertere Deus hominem liberè per hoc, aut illud auxilium, sed per hoc determinatum sub hac aut illâ circumstantiâ. Sic intelligo præfatum discursum, sæpè à me audirum cum aliâ, &, quantum assequor, alienâ explicatione. Talem verò, qualem explicui, apud suos Patronos invenio.

Suarez non favet.

52 Citatur pro ipso Doctor Eximius *lib. 5. de Gratiâ cap. 24. num. 18.* sed immeritò: ipse, & ibi negat, & negavetat *lib 1. de Prædestinatione. cap. 7. à nu.* 15. Citantur etiam Monteya, Tannerus, Mascarenas, Koninch, Bernal, Requesenius, Hurtado; sed hi nec clarè loquuntur de metaphysicâ necessitate: & mihi videtur unicè pugnare pro morali. Stant apertè Pater Sparza, Pater Antonius Perez, & Cardinalis Sfortia *locis* ab Herrerâ *citatis*: sed hi etiam addunt (& satis consequenter) repugnare similiter Creaturam, quæ prævideatur omnibus auxiliis consensura. Favet novissimè Pater Henao *part. 2 de Scientiâ Mediâ. sect.* 444. & 446. & illustrant Doctissimi Salmantini ex Nostris: quorum in dies elucubrationes expectamus. Sic primò dictavi: Video jam è Salmantinis Nostris præclarum, & acre prædictæ Sententiæ

Nec Ruiz Tannerus. Mascarenas. Koninch. Bernal. Requesen. Hurtad. Patroni Esparza. Ant. Per. Sfortia. Henao.

Patrocinium in *Selectis* Reverendi admodum Patris Nostri Thyrsi Gonzalez *tom. 2. disp. 4. & 5.* latissimè. Resistunt ipsi Suarez, Albertinus, Herize, Arriaga, Ripalda, Amicus, Aldrete, Avendaño, Fornull: & inter alios fortissimè Quiros, & Herrera: ille asserens esse suam communiorem sententiam Societatis *disp. 6. de Prædestinatione.* Hic *quæst. 16.*

Thyrsus. Communis sententia negat.

53 Secundus modus est, asserendo *unum*, supponendo *aliud*, & *tertiũ* colligendo: quem, quia in Societate communem, explicare volo, ut à Magistris meis accepi, si utiliter ipsum timatis, & nisi fallor, assecutis. *Asserit* primò: Omnia, & singula auxilia esse secundùm se indifferentia: omniaque, & singula posse frustrari, & irritari, loquendo metaphysicè; quare ea vaga necessitas metaphysica alicui consentiendi, repugnat: & metaphysicè possibile est, quòd Creatura nulli auxilio videatur consensura, vel dissensura.

Alter discurrendi modus P. Theodori Mauris.

54 *Asserit* secundò: supponendo potiùs, quàm probando: quòd licèt possibile metaphysicè sit, prævideri Creaturam omnibus auxiliis consensuram, vel dissensuram omnibus, tamen id esse ita moraliter incredibile, & impossibile, ut asseri nequeat nisi *stultè*, & *per summam imprudentiam*: idque unicè intendi ab Augustino loquente de his: & meritò: quia inspectâ Divinæ Omnipotentiæ amplitudine, & infinitudine Sapientiæ Divinę, negari Deo nequeunt *mira, varia, & infinita* modi vocandi hominem, quibus animadversis nullus prudens potest asserere fore, ut Creatura, quantumvis pervicax, nulli consentiat in bonum: Nam si apud nos, existimatio magni ingenii in invitante cogit in spem modi, quo invitatus liberè trahi se sinat: & si ingenii Diabolici timor cogit in necessitatem judicandi, quòd homo aliquando labatur, & peccet: quantò magis firmam spem ingeneret infinitudo Divinæ Sapietiæ, & potentiæ de eo, quòd sciet ita vocare unumquemque, ut liberè alioquì trahat? Exinde in Scripturis, & Patribus prorsùs inconcussè supponitur hæc potestas in Deo: jure enim supponitur, quod non nisi stultè negaretur: negaretur autem stultè, quod summâ inter morales certitudine certum est. Quare casus ille metaphysicus, nisi *dispiendo*, ut

Explicatur.

Ex Aug.

optimè dicit Augustinus, supponi non potest. Ex his

Discursûs illatio.

55 Colligit, & asserit tertiò: licèt possibile sit, quòd Creatura omnibus auxiliis prævideatur consensura, vel dissensura: tamen Creaturam, quæ prævideatur omnibus, & singulis consensura, vel dissensura, non esse possibilem: quare nec esse possibilem, quæ prædestinari non possit à Deo per merita vi auxiliorum plenè indifferentium. Ratio est: quia Creatura, quæ prævidetur omnibus auxiliis consensura, vel dissensura, distinguitur ab omni Creaturâ possibili: nam nulla ex possibilibus est, quæ non prævideatur alicui consensura, vel dissensura: oppositum enim nisi desipiendo supponi nequit: atqui Creatura distincta ab omni possibili, non est possibilis: nam præter possibilia, nihil est possibile: ergo Creatura, quæ prævideatur omnibus auxiliis consensura, vel dissensura non est possibilis. Nec te fallat hypothetica propositio: nam de Petro sedente, licèt verum sit: *Possibile est, quòd Petrus currat*: non tamen est verum: *Petrus currens est possibilis*: nam *Petrus possibilis* non est *Petrus currens*, sed *sedens*.

Exĕditur

56 Sed quid si fingatur, *inquies*, casus ille metaphysicus hypotheticè? Ajunt, fingi *insipienter*, & *stultè*: quòd autem in casu, qui solùm stultè fingitur, non possit Deus proximâ libertate convertere hominem ad honestam operationem liberam, (nam remotè semper potest: implicat enim hominẽ converti, quin Deus convertat, & etiam in eo casu posset homo se pro libito convertere, atque adeò converti à Deo:) putant esse naturam libertatis, nec ullo modo absurdum, neque defectum Omnipotentiæ: sicut nec apud Thomistas est, non posse à Deo vocari ad Pœnitentiam Angelum semel lapsum, aut necessitare creaturam instructam judicio indifferenti, aut vocare ad honestum hominem prædeterminatum ad materiale peccati, nec apud nostros est, non posse hominem à Deo proximè converti sub auxilio, & occasione, sub quibus videtur dissensurus. Addunt, eum casum, & quod exinde sequatur, non esse contra, nec juxta Augustinum, qui certè non loqueretur de casu stultè ficto.

Tertius P. Ripaldæ.

57 Tertius est Patris Ripaldæ in *Manuscriptis de Prædestinatione*, dicentis, etiam permisso casu illo alioquin metaphysicè possibili, quo Creatura aliqua prævideatur omnibus auxiliis dissensura, non sequi, Deum non posse hominem non solùm sub hoc, aut illo auxilio, sed etiam sub quovis determinato convertere, & prædestinare per merita. Ratio est: Nam, ut Deus possit convertere liberè hominem, satis est quòd possit efficere auxilium, quo homo converti possit liberè: nam hominem liberè converti, & Deum convertere, sunt unum, & idem: Atqui contingere casus nequit, quo Deus non possit hominem juvare auxilio, quo converti reipsâ liberè possit: ergo neque quo Deus non possit hominem liberè convertere.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Explicatur.

58 Quòd si *dicas* primò: id unicè verum esse de auxilio sufficienti: *respondet*, auxilium sufficiens posse reddi efficax: atqueadeò Potestatẽ dandi auxilium sufficiens necessariò importare potestatem dandi efficax. Si *dicas* secundò: potestatem dandi auxiliũ sufficiens solùm posse reddi potestatem proximam dandi efficax, seu potestatem efficacem, à creaturâ, non verò ab ipso Deo: *respondet* distinguendo: à Creaturâ, & non à Deo, independenter ab ipsâ Creaturâ, concedit: operante simul cum ipsâ Creaturâ, & principaliùs, negat. Si *dicas* tertiò: quid si Creatura impediat Deum, ut ullo modo prædestinet actũ? *Respondet*, impediri Deum à Creaturâ, ne ipsam actu prædestinet, non esse inconveniens, sed necessarium ex jure creatę libertatis: impediri verò, ne possit prædestinare, fore inconveniens, & defectum Divinæ Omnipotentiæ: Quorum neutrum sequitur: nam ex negatione actûs non fit potentię negatio.

Et protegitur.

59 Quartus est Patris Quiros *disp. 11. de Prædestinatione: sect. 3. num. 31.* asserendo posse quidem quamlibet Creaturam, metaphysicè loquendo, prævideri consensuram, vel dissensuram omnibus auxiliis à Deo conferibilibus: eo tamen ipso arceri ab existentiâ ex metaphysicâ Dei necessitate, ne producat Creaturam, nisi præsciat se posse eâ uti quomodocumque voluerit; atqueadeò talẽ Creaturam, quę non possit à Deo converti, & prædestinati per merita, vel permitti, ut peccet, si existat; esse practicè impossibilẽ.

Quartus P. Quirós.

Ra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

60 Ratio discursûs sumitur ex naturâ Divini dominii: sicut enim à Thomistis, & aliis Theologis bene doctis dicitur titulo Divinæ Sanctitatis reddi præcisè & extrinsecè impossibilem Angelum pro eo instanti, tanquam primo creationis, si prævideatur peccaturus in ipso, si creetur: & sicut ab omnibus dici debet titulo veracitatis Divinæ reddi practicè improducibile à Deo id quod præsciat fore contra sua promissa, si produceretur: cur simili discursu dici nequeat, titulo Divini Dominii reddi practicè impossibilem Creaturam, nisi præsciat de ipsâ Deus, fore, ut alicui auxilio consensura sit, vel dissensura, si daretur? Quòd si dicas, fieri exinde quòd libito Creaturæ pendebit posse, vel non posse produci, *respondebitur*: ideò hoc libitum *stultè* fingi: deinde si fingatur, non pendebit id ex libito exercito Creaturæ, quòd esset ridiculum, sed ex ipso purè prægnito, & ex ipso occasionaliter: nam formaliter solùm oritur ex necessitate supremitatis in Divino Dominio.

Fundatur.

Et præoccupatur Instantia.

Quintus etiam P. Quirós.

61 Quintus est ipsius Patris Quiros *disp. 6. sectione etiam sextâ*, negantis hominem etiam imprædestinabilem ex *duplici* principio. *Primum*: ex sufficientiâ libertatis inter actus æquales ad meritum: tunc enim prædeterminare Deus vagè posset creatâ voluntatem ad unum è duobus: quæ potestas Deo est necessaria; & præsenti rei sufficiens. *Secundum*: ex sufficientiâ libertatis ad meritum saltem inter actus inæquales, vel finitos, vel infinitos sursum, & deorsum, ut in Christo defendi solet: En modos Deo necessariò possibiles, vi quorum deesse unquam potest Medium infallibile, quo convertat hominem liberè, & consequenter, quo prædestinet actu, si velit: est ergo impossibilis multipliciter homo per merita imprædestinabilis. Et hucusque discursus, & judicia Theologorum: Ipsis, vel de ipsis nostrum accedere, necesse jam est.

Explicatur.

SECTIO II.

METAPHYSICA VAGA NECESSITAS alicujus auxilii efficacis in cumulo infinito auxiliorum plenè indifferentium est Chymerica.

§. I.

CONCLVSIONIS EXPOSITIO; ET PROBATIO multiplex.

Mens Nostra de Vagâ necessitate Auxilii efficacis in Cumulo.

62 Est communis opinio contra primum opinandi modum à *num. 47.* descriptum, & explicatum. Et assero non repugnare metaphysicè, simultatem omnium veritatum conditionalium de dissensu sub qualibet libertate constitutâ per auxilium plenè indifferens; aut in simili sensu simultatem omnium veritatum conditionalium de consensu: quod est idem, ac non repugnare Metaphysicè, quòd Creatura nulli ex toto cumulo infinito auxiliorum plenè indifferentium prævideatur à Deo per Scientiam Mediam consensura, vel dissensura: quare ex vaga metaphysica necessitas descripta repugnat. Quæ veritas, ut probetur, *nota* & suppono primò nomine *auxilii* venire hic libertatem constitutam ex ipso auxilio: nempe complexum ex voluntate & auxilio, & cæteris circunstantiis constituentibus libertatem numericam *A, B,* &c. *Noto*, & suppono secundò: licèt voluntas, sub infinitis auxiliis seorsim acceptis considerata, sit eadem semper, libertatem tamen esse diversam: unde infinitum auxiliorum cum eadem voluntate, sunt infinitæ libertates diversæ. *Suppono* tertiò: Quæstionem esse: an in hoc infinito libertatum prævidenda sit necessariò aliqua, quæ consentiat auxilio: sive sit *hæc, illa, alia, &c.* Iam assertionis positæ sit

Repugnat.

Probatio Prima: à Distributivo, ad Collectivum

63 Prima Probatio ex Regulâ arguendi à Distributivo ad Collectivum. Sic argumentor: Quoties singulis individuis collectionis quantumvis infinitæ, consideratis secundùm se, & independenter à conceptu *Quantitatis* continuæ, vel discretæ, & à circunstantiis *loci, & temporis*, convenit, vel disconvenit aliquod prædicatum, præsertim essentiale: non potest ipsum non convenire, vel disconvenire pari jure, & modo collectioni, seu omnibus collectim sumptis: unde licèt quoad alia prædicata non valeat consequentia à distributivo ad collectivum, nec è contra: quoad hæc tamen necessariò valet: ita ut si distributivè de singulis negas; teneatis collectivè negare de omnibus: si affirmas distributivè de singulis; tenearis collectivè affirmare de omnibus. Hæc regula fixa est, & tenetur ab omnibus, cùm de Divinæ existentiæ Demonstrationibus agunt: & siquidem Adversarii negare non possunt: aliqua esse prædicata, circa quæ valet consequentia à distributivo ad collectivum, & circa quæ non valet: optamus regulam generalem: quæ certè nisi per hos terminos assignari nequit.

Regula generalis.

Ratio Regulæ.

64 Et ratio ejus evidentiæ est: quia eatenus deficit collectioni prædicatum, quod distributivè de singulis dicebatur, quatenus ratione collectionis advenit aliud exclusivum: si enim collectioni ratione collectionis non advenit prædicatû oppositum, & exclusivum illius, quod distributivè convenit singulis individuis collectionis, non est cur ipsis collectim sumptis deficiat tale prædicatum. Si autem prædicatum, hujusmodi sit, ut individuis conveniat secundùm se independenter ab omni quantitate continuâ vel discretâ: ex collectione, ex quâ sola venit quantitas continua, vel discreta, non potest nasci oppositio cum tali prædicato. Nunc sic:

Applicatur.

65 Atqui Prædicatum *Inconnexi, Præscindentis, & Separabilis* à Consensu, convenit singulis individuis collectionis infinitæ libertatum, quibus deloquimur, essentialiter, secundùm se, & independenter à Quantitate continuâ, vel discretâ: ergo quoad hæc prædicata valet consequentia à distributivo ad collectivum. Ergo eoipsò quòd distributivè de singulis prædicentur, debent collectivè prædicari de omnibus: ergo non minùs est vera hæc propositio: *Tota hæc collectio libertatum est inconnexa metaphysicè, metaphysicè præscindens, & separabilis à consensu*: quàm hæc: *Hæc numero libertas est inconnexa, & metaphysicè separabilis à consensu*: ergo ea vaga necessitas est chymerica. Omnia constant, si de minori subsumptâ constet: quæ patet primò: quia hæc prædicata conveniunt libertati omninò præcisim ab omni conceptu importâte quantitatem, locum, tempus, &c. Et ratio est evidens: quia libertas est prædicatum rei conveniens sine ullo respectu ad quantitatem discretam, aut continuam: hæc autem prædicata sunt essentia libertatis. Secundò: quia non minùs hæc prædicata, nec aliter se habent in libertate, quàm ratio entis, in Creaturâ, aut ratio producti, aut producentis: at hæc prædicata sunt qualia dicunt ipsi: ergo & illa, quibus de loquimur.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

Et illustratur.

66 Confirmatur, & urgetur hæc ratio: Quoties Prædicatum aliquod tantundem multiplicatur in singulis, atque adeò in collectione, quot membra superadduntur per conjunctionem supervenientium ad priora, fieri nequit, ut per additionem exterminetur, & auferatur à toto, seu à collectione: & ratio est evidens: quia conditio potiùs augens, quàm minuens multiplicationem prædicati, nequit ipsum extinguere: cujus ulterior ratio est: quia collectio solùm superaddit singulis conjunctionem cum reliquis cõtentis intra eandem collectionem: atque adeò excludere nequit ab ipsis prout cõjunctis, prædicatum, quod ipsâ conjunctione multiplicatur, seu prædicatum, quod singulis convenit secundùm se, nec excluditur ab ipsis singulis per solam cõjunctionem cũ reliquis. Explico exẽplo. Sint infiniti stulti secundùm se, seu infiniti famelici: en, singuli stulti sunt, & famelici: idque prædicatum, quia crescente collectione crevit, ipsâ collectione non defuit: atque adeò convenit ipsis & secundùm se, & etiam prout in collectione consideratis. Nunc sic: Atqui hujusmodi prædicata, de quibus est quæstio, tantundem multiplicantur in singulis, quot sunt membra collectionis, nec ipsis conveniunt per negationem conjunctionis, sed secundùm se, & essentialiter: ergo tam ipsis conveniunt prout collectim sumptis, quàm sumptis secundùm se: ergo.

Probatio Secunda ex naturâ rei.

67 Secunda probatio sit ex Naturâ Prædicati essentialis, aut physicè exercitii. Sic argumentor: Prædicatum essentiale, nempe quod non formar prædicationem contingentem, & accidẽtalem, qualia sunt, quæ ad posse pertinent: & prædicatum, quod nulli convenit, nisi exercitum à parte rei, qualia sunt *currere, producere*, & similia: hæc, inquam, præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

dicata nequeunt vagè in collectione finitâ, vel infinitâ inveniri, nisi ratione alicujus particularis, cui determinatè conveniant: Sed hoc prædicatum, *inseparabile à consensu*, est prædicatum essentiale: & hoc: *producere consensum* est prædicatum, nulli conveniens nisi exercitum à parte rei: ergo hujusmodi prædicata nequeunt etiam vagè inveniri in collectione, nisi ratione alicujus particularis, cui determinatè conveniant. Atqui repugnat, quòd ulli libertati ex infinitis determinatè conveniant: cum sint oppositæ Naturæ libertatis: ergo pariter repugnat, quòd inveniantur vagè in collectione. Omnia bene descendunt ex primo Syllogismo: cujus minor est evidens. Major ostenditur inductione. Imprimis: Nullus sit in collectione qui sit potens discurrere: certè falsò dices: *Aliquis est in collectione potens discurrere.* Deinde nullus sit, qui determinatè sit albus: falsò dices: *Aliquis in collectione est albus, &c.*

Probatio Tertia ex Naturâ libertatis.

68 Tertia probatio sit ex naturâ libertatis. Sic argumentor: Cuilibet libertati ex infinitis constitutis per infinita ea auxilia secundùm se indifferentia, convenit essentialiter indifferentia proxima ad consensum, & dissensum: & realis diversitas libertatis ab omnibus aliis ab ipsâ distinctis, & sumptis juxta essentiam libertatis, id est, præcisim à suis determinationibus: Atqui ista vaga metaphysica necessitas repugnat his ductus prædicatis: ergo repugnat naturæ, & essentiæ libertatis. Major est evidens: & ostendo minorem. Stare nequit in libertate indifferentia ad consensum, & dissensum, & simul diversitas ab omni aliâ libertate, quin ex vi horum prædicatorum sit in libertate, potestas proxima dissentiendi in sensu composito quarumcumque determinationum conditionalium etiam collectivè sumptarum sub aliis libertatibus: atqui necessitas vaga metaphysica alicujus auxilii efficacis constituentis proximam libertatem repugnat cum ista proximâ potestate: ergo repugnat cum prædicatis illis indifferentiæ, & diversitatis. Minor patet: quia potestas dissentiendi compositivè cum quibuscumque determinationibus conditionalibus etiam collectim sumptis aliarum libertatum est potestas componendi dissensum cum suppositione conditionali dissensûs sub omnibus aliis libertatibus: sed repugnat quòd detur vaga necessitas alicujus consensûs conditionalis sub aliquâ libertate, & simul sit potestas componendi dissensum cum suppositione, quòd omnes dissentiant, ut patet: ergo.

69 Major probatur: Nequit stare, in libertate, dualitas horum prædicatorum, nempe indifferentia, & diversitas ab omni aliâ libertate, quin eoipso exercitia aliarum libertatum sive absoluta, sive conditionata, se habeant omninò impertinenter ad exercitium libertatis *A* v. g. constituta per eam dualitatem prædicatorum; atqui libertas *A* potest componere suum exercitium dissentiendi cum eo, quod impertinenter se habet ad ejus exercitium: ergo & potest, &c. Minor patet: quia id cum quo libertas *A* non potest componere dissensum, non se habet impertinenter, sed repugnanter ad dissensum. Probatur major: Nam imprimis exercitia conditionata alienæ libertatis proximæ non habent ordinem prioris, & posterioris, cum exercitio immediato alterius libertatis: nam hæc prioritas solùm posset intelligi vel quatenus exercitium alienæ libertatis determinaret alteram ad suum exercitium: & hoc, non: vel quatenus constitueret proximam potestatem in alterâ libertate ad se determinandum: & neque hoc potest intelligi: nam sic libertas *B*, v. g. non posset præscindere in suâ indifferentiâ ab exercitio libertatis *A*, unde ab eo limitaretur, & determinaretur. Deinde neque exercitia conditionata alienæ libertatis possunt habere se comitanter ad exercitium alterius: quia sic una determinando se, reliquas pariter determinaret: stat igitur exercitia diversarum libertatum se mutuò impertinenter habere inter se in quocumque statu.

Illustratur hæc ratio.

70 Confirmatur, & explicatur efficacia discursûs. Sint infinitæ voluntates, seu infiniti homines, & quisque plenè liber, sub diversâ omninò voluntate, & libertate ad consensum, & dissensum: Implicat vaga metaphysica necessitas, ut aliquis hujus cumuli consentiat, vel ut dissentiat: ergo implicat pariter, quòd voluntas sub infinitis auxiliis constituta vagè necessariò prævideri debeat alicui consentire. Antecedens probatur quia quælibet ex illis libertatibus est jus ad libitum omninò diversum à cumulo cæterorum; & omnium aliarum libertatum exercitia se habent impertinenter ad indifferentiam, & exercitium hujus: idque solùm ex diversitate libertatis: ut enim libertas est jus ad libitum, est jus ad libitum diversum ab iis omnibus, qui nō gaudent meâ libertate, sed diversâ: quomodo enim cumque operentur illi, non tollitur mihi jus me determinandi pro libito: ergo implicat ea vaga necessitas. Iam probo consequentiam. Non minùs diversa est libertas constituta per auxilium *A* à constitutis per alia auxilia, quantumvis eadem sit voluntas, quoad diversitatem juris, & dominii, quàm libertas unius hominis à libertate alterius: ergo eadem debet esse ratio utrobique.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Probatio Quarta à paritate.

71 Quarta Probatio sit à paritate finiti numeri, ut clariùs explicetur ratio nostræ assertionis à priori. Sic argumentor: Vaga metaphysica necessitas alicujus auxilii efficacis intra finitum numerum nocet libertati physicæ: ergo & intra numerum infinitum. Antecedens datur ab adversariis: quia si decem forent v. g. & novem reddidisses inefficacia, tota necessitas reduceretur ad decimum: & est inintelligibile, quòd suppositio omninò extrinseca, nō immutans indifferentiam voluntatis possit necessitare ad decimū. Probo jam consequentiam. Primò: quia paritates, quibus contra nos pugnant adversarii, sumuntur ex necessitate vagâ intra finitos numeros: vel ergo tenenda est Doctrinæ consequentia, vel fruſtrà contra nos arguunt. Secundò: quoties factâ inter finitum, & infinitum comparatione, militat utrobique eadem ratio non debilitata à ratione infinitudinis, æquè valet in infinito numero, ac in numero finito: atqui quoad rem præsentem à ratione infinitudinis non debilitatur ratio, cur ea vaga necessitas obstet libertati intra finitum numerum: ergo æquè etiam valet in infinito. Major est evidens: &

Et ratio à priori.

72 Minor ostenditur. Suppositio infinitatis in serie libertatum æquè indifferentium ad consensum & dissensum est suppositio omninò impertinens ad colligendum metaphysicè potiùs consensum, quàm dissensum: sed suppositio infinitatis in serie libertatum solùm addit suppositionem sui: ergo solùm addit suppositionem, quæ omninò se habet impertinenter ad colligendum metaphysicè potiùs consensum, quàm dissensum. Sed ex suppositione superadditâ seriei libertatum æquè indifferentium ad colligendum metaphysicè potiùs consensum quàm dissensum, nequit potiùs colligi consensus, quàm dissensus, si sit suppositio impertinens ad ita colligendum, ut patet: ergo neque ex suppositione infinitatis superadditâ seriei libertatum.

73 Major hujus discursûs, in quâ difficultas est, probatur. Suppositio infinitatis in serie libertatum, neque tollit innatam libertatum diversitatem, neque indifferentiam; atque adeò nullo modo influit in exercitia consensûs, vel dissensûs: atqui suppositio, quæ neque tollit diversitatem libertatis, neque ejus indifferentiam: neque ullo modo influit in exercitium consensûs, aut dissensûs, est omninò impertinens ad colligendū ex eâ libertate, seu libertatum cumulo consensum potiùs, quàm dissensum: ut mihi patet: & faceo: mihi exinde videri evidentem nostram assertionem. Neque dicas te non ita colligere ex illo cumulo, sed ex infinitate Dei. Contra: quia ex infinitate Dei nequit colligi id per finitum numerum: cur ergo per infinitum? Deinde ex totâ potestate Dei nequit colligi consensus potiùs quàm dissensûs vi medii æquè librabilis in dissensum, quàm in consensum. Potestas enim, & infinitudo Dei non gloriatur habere dominium circa nos in somniatas ideas nostras, & in chymericis Mediis, quales contendimus esse secundùm se istas necessitates vagas.

Effugium intercipitur.

74 Confirmatur hæc ratio: siquidem datur vaga necessitas, ut Creatura prævideatur aliquando consentiens, suppone sic prævideri, & dari duos cumulos auxiliorum, quorum alter sit efficacium, & sit *A*: & alter sit inefficacium, & sit *B*. Sic argumentor: Cumulus libertatum *A* habet indifferentiam ad inefficaciam totius cumuli *A*, etiam factâ suppositione cumuli inefficacium *B*: atqui hæc indifferentia est indifferentia ad inefficaciam totius cumuli componendam cum inefficaciâ cumuli *B*: ergo est indifferentia ad inefficaciam componendâ cum omni de-

Firmatur hæc ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

fectu conditionali efficaciæ: ergo repugnat ea vaga necessitas. Probatur minor: quia si non esset hujusmodi Indifferentia ad compositionem, posset cumulus libertatum *A* per inefficaciam sui impedire inefficaciam cumuli *B*: non potest: quod probo: nam impedire eam inefficaciam est determinare efficaciam alicujus libertatis in cumulo *B* contentæ: non enim impeditur una veritas nisi determinando contradictoriam: sed id non potest: nam vel determinaret mediatè, vel immediatè. Non immediatè: quis enim per dissensum in se determinet immediatè consensum in alio? quidquod id obstat libertati. Non mediatè: quamenim connexionem, influxum, aut inductionem importat dissensus in me, ad consensum in alio? Vide Herreram doctè, & acutè hæc disputantem *sect.* 2.

Probatio Quinta, etiam à pari.

75 Quinta Probatio sit à pari Creaturæ consentientis, seu præviæ consentire omnibus auxiliis indifferentibus. Sic argumentor. Repugnat vaga metaphysica necessitas alicujus auxilii inefficacis ex toto infinito cumulo auxiliorum pene indifferentium: atque adeò non repugnat metaphysicè quòd Creatura prævideatur omnibus auxiliis honestè consensura: ergo repugnat vaga metaphysica necessitas alicujus auxilii efficacis ex toto infinito cumulo auxiliorum plenè indifferentium: atque adeò nequè metaphysicè repugnat, quòd Creatura prævideatur omnibus auxiliis turpiter dissensura. Probo antecedens, postea consequentiam probatum us. Et probo primò: quia vaga metaphysica necessitas inefficaciæ est vaga metaphysica necessitas peccandi: sed repugnat vaga metaphysica necessitas peccandi: quod ostendo: vaga metaphysica necessitas peccandi sub aliquâ libertate, est absoluta necessitas peccandi; sed repugnat absoluta necessitas peccandi: nam amaretur à Deo peccatum dum eam amaret: ergo. Secundò: necessitas ad peccandum est impossibilitas non peccandi; atqui implicat impossibilitas non peccandi: quod patet, nam impossibilitas non peccandi est necessitas peccandi: Necessitas peccandi est repugnans ex terminis: nam est possibilitas operandi cum indifferentiâ ad non peccandum, sed possibilitas operandi cum indifferentiâ ad non peccandum nequit esse impossibilitas non peccandi, seu peccandi necessitas, ut patet: ergo.

76 Probo jam consequentiam. Primò: quia non minùs sunt infinitæ occasiones peccandi, quàm occasiones honestè operandi: sed ex istâ infinitate comparatâ cum virtute finitâ voluntatis colligunt adversarii impossibilitatem non consentiendi alicui auxilio: ergo ex illâ infinitate à fortiori comparatâ cum virtute finitâ voluntatis, & alioquin in malum pronâ, debet potiùs colligi ea major impossibilitas non consentiendi alicui tentationi. Secundò: non minùs spectat ad dominium Dei, ne sit excogitabilis casus in quo Creatura pro honestâ operatione, si ereetur, excusetur à gratiarum actione, & sine ullo speciali privilegio, & beneficio ultra donum creationis semper honestè vivat, quin Deus possit circa illam exercere beneficientiâ specialem, & dominium permittendi peccata, & obdurandi: quàm ne sit excogitabilis casus in quo creatura, si ereetur, non possit à Deo converti per media plenè indifferentia: imò magis spectat ad Dei dominium, illud, quàm hoc: nam licèt Deus per media indifferentia convertere proximè nequeat; alit er poterit: at illud præstare non poterit, si creatura nulli prævideatur auxilio plenè indifferenti dissensura: & nihilominùs non repugnat metaphysicè, quòd Creatura nulli prævideatur auxilio dissensura: ergo nequè repugnat, metaphysicè quòd nulli prævideatur consensura.

77 Tertiò: quia si stet veritas antecedentis, cumulus omnium libertatum coalescentium ex infinitis auxiliis etiam collectivè sumptarum, est pro libito separabilis à peccato: ergo est pro libito separabilis à carentiâ peccati: ergo est pro libito conjungibilis cum peccato: ergo repugnat vaga necessitas non peccandi sub aliquâ libertate. Ratio horum est: quia omnis libertas non peccandi est potestas componendi se cum peccato: & omnis libertas peccandi est potestas componendi se cum non peccato: & repugnat in terminis, quòd hæ potestates, ex quibus indivisibiliter exurgit libertas non peccandi, vel libertas peccandi, nò æquè extendantur. Ergo si cumulus infinitus libertatum sub infinitis auxiliis est indifferentia peccandi sine ullâ vagâ necessitate peccandi, eòipsò est indifferentia non peccandi sine ullâ vagâ necessitate non peccandi.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Solvitur.

Probatio ultima, ex insufficientiâ.

78 Sexta Probatio sit ex insufficientiâ hujus discursûs, & Doctrinæ. Nam fructus intentus est *duplex*: *Alter*, ne sit Creatura imprædestinabilis à Deo per merita: *alter*, ut fiat satis Augustino quem Thomistæ objiciunt pro primatu Divini Dominii: at ad utrumque est insufficiens: est insufficiens ad primum: quia ut *nuper* patuit, non minùs attinet ad Dei dominium ne sit excogitabilis casus hominis proximè irreprobabilis à Deo, nec indigi Divinæ Misericordiæ, quàm ne sit excogitabilis casus hominis à Deo imprædestinabilis: illud autem oriri nequit ex hoc discursu. Tùm quia suppetunt Deo alia media, ex quibus repugnat imprædestinabilitas hominis, ut dicemus. Tùm demum quia non debet censeri absurdum, casus talis hominis, stultè solùm excogitati: qualis est hic.

Nuper nu. 76.

Suprà à num. 54.

79 Est prorsus inutilis ad secundum: quia Thomistæ ita pingunt ex Augustino dominium Dei, ut Deo subesse debeat potestas convertendi hominem sub auxilio quocumque, & sub quavis occasione, ita ut nullum Dei decretum possit à creaturis impediri: id Nos neque ex hoc discursu dicere possumus. Quòd si Adversarii etiam tenentur explicare Augustinum, & ipsum, prout à Thomistis explicatur, respuere, sunt certè in eadem navi, in quâ nos. Tùm quia tam abest, à præoccupatione Thomistarum ex hoc discursu, ut potiùs indè sumant animos, & sequelas satis speciose colligant contra principia inconcussa nostræ Scholæ, ut videre licet apud Godoy *disp. 67. de Prædestinatione §. 2. à num. 41.* Non ergo est hæc via, quâ Thomistis occurrendum est, neque ullo ex capite amanda hujusmodi vaga necessitas.

Godoy.

§. II.

EXARMATUR ARGUMENTIS OPINIO de vaga necessitate.

Objectio Prima ab Authoritate S. Thomæ.

80 Objicitur primò Authoritas S. Thomæ *quæst. 6. de veritate, art. 3.* reducentis certitudinem Prædestinationis ad indefectibilitatem collectionis auxiliorum, quorum singula defectibilia sunt: quod explicat exemplo speciei, *quæ quidem incorruptibilis est, licèt singula individua sint corruptibilia.* Nec ea indefectibilitas potest solùm esse moralis: quia sic non sufficeret ad colligendam, & fundandam metaphysicam certitudinem. Respondetur, eam paritatem esse adductam à Sancto Doctore, explicationis aliqualis ergò: mentem autem ipsius longè esse âbs scopo Adversariorum. Tum quia solùm est de præsenti rerum ordine: in quo fatemur haberi à Deo infinita Media congrua, quibus, si velit, hominem vocet, & sub quibus prædestinet. Tùm etiam: quia loquitur de indefectibilitate consequenti habitâ per Scientiam Mediam: cui certissimè innititur ordo Prædestinationis. Vide locum hunc latiùs expensum *libro præcedenti, num. 381.*

Lib 7. à num. 381.

Altera ex Augustin.

81 Objicitur secundò Authoritas S. Augustini passim docentis *tria. Primum*: habere Deum *Omnipotentissimam potestatem* inclinandi, quò velit, corda hominum. *Secundum*: neminem dissentire, *quem non possit Deus ita vocare*, ut non dissentiat: atque adeò quotiescumque dissentiat homo, ibi esse defectum Divinæ Misericordiæ: cujus effectus, si esset, non dissentiret: & impediri non posse ab homine Deum ne habeat, si velit. *Tertium*: non minùs subesse Deo potestatem convertendi hominem, & præstandi ne peccet, quàm subest potestas eum auferendi de Vitâ. Vide intonat *cap. 98. Enchirid. Quis tam impiè desipiat, ut dicat Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, & ubi voluerit, in bonum non posse convertere.*

Vrgetur ratio, & Confirmatur.

82 Ex quibus manifestò colligitur in Deo methaphysica invincibilitas ab humanâ malitiâ: & potestas insuperabilis, & inimpedibilis in Deo ratione suæ Omnipotentiæ, ut hominem pro libito suo faciat consentire: Si ergo possibilis sit casus, in quo homo ex vitio suo prævideatur omnibus, & singulis auxiliis dissensurus, quomodo salvatur illa Divina invincibilitas? Illa Omnipotentissima potestas? Confirmatur: quia Patres comparant *hanc invincibilitatem* cum *infallibilitate Divinæ Scientiæ, & infrustrabilitate* Divinæ Voluntatis: at hæc infrustrabilitas est metaphysica: & illa infallibilitas: quin possit excogitari me-

taphy-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

taphysicè casus in quo desint: ergo & invincibilitas, quâ de loquimur. Confirmatur secundò: Implicat casus, in quo homo non posit à Deo petere auxilium efficax, prudentissimè: ergo & in quo non possit Deus donare. Consequentia patet: quia oratio frustrà fieret, si Deo non esset proxima potestas concedendi quod petitur.

Solvitur.

83 Respondetur. Primò: ex locis ne apparenter quidem probari necessitatem vagam metaphysicam, quam impugnavimus. Suppetunt enim, ut videbimus, plurima media sine recursu ad hunc discursum, ut Deus dicatur habere hæc attributa Potestatis, quæ colligi dicuntur ex Augustino. Secundò: Loca Augustini necessariò subituta interpretationem, ne dicatur asseruisse quod Thomistæ nobis opponunt. Tertiò: dico, Augustinum loqui de rebus, *ut sunt, & ex æstimari prudenter* debent: Rebus, autem, *ut sunt, & ut existimari prudenter debent*, attentâ Divinâ Omnipotentiâ, & Sapientiâ, subest Deo proxima potestas convertendi hominem, quocumque velit: nam Creatura, quæ prævideatur omnibus auxiliis consensura, vel dissensura, nulla est. Quòd si fingatur alter casus, qui metaphysicè non repugnat, *stultè*, & *impiè* fingitur. *Stultè*: quia quod est moraliter impossibile, stultè, & stolidè putamus evenire. *Impiè*: quia attentis Scripturarum, & Patrum dictis negare debemus. Ex quibus patet ad argumentum. Vide *suprà lib. 3. à num. 396. & præsentem à nu. 54.* Ad primam confirmationem dico, comparationem fieri cum invincibilitate metaphysicâ consequenti. Ad alteram, dato quòd non implicet casus, in quo homo prævideatur nulli auxilio consensurus, idque homo sciat, nego antecedens: at verum esse poterit ex multiplici discursu *mox* apponendo.

Mens Augustini.

Suprà lib. 3. à num. 396. & nu per à 54.

Objectio Tertia à ratione.

84 Objicitur tertiò: ratio multiplex decentiæ & à priori. Nam *imprimis* hæc vaga metaphysica necessitas commendat Dei dominium, nec obstat creatæ libertati. Prima pars patet: quia per eam datur Deo invincibilis potestas proxima convertendi hominem, quemcumque voluerit. Secunda probatur: quia hæc necessitas vaga non obstat, quominùs omnia, & singula, quæ potestatem ad utrùlibet formant in Creaturâ, Creatura possit pro libito componere, vel separare à consensu: nam licèt hæc necessitas stare nequeat, quin in collectione prævideri debeat aliquod auxilium efficax, stare tamen potest, quin ullum determinatè datum Creaturæ, debeat non frustrari.

Confirmatur.

85 Confirmatur primò: Vaga necessitas non obstat contingentiæ, & libertati extremi determinati: ergo neque vaga necessitas consentiendi alicui auxilio obstat contingentiæ, & libertati consensûs sub hoc auxilio. Confirmatur secundò: resistere omnibus auxiliis, seu prævideri Creaturam resistere omnibus auxiliis est summè difficile: & tamen facile est resistere duobus: ergo Creatura resistit uni, vel duobus per libertatem immunem à summâ difficultate resistendi: & nequit omnibus per similem libertatem: ergo libertas resistendi omnibus est conjuncta cum summâ difficultate, seu cum infinitâ: nam difficultas crescit ex numero. Sed difficultas infinita respectu virtutis finitæ est impossibilitas metaphysica. Confirmatur tertiò: Major est potestas Creatoris ad Creaturam emolliendam, quàm Creaturæ ad se indurandam: ergo. Confirmatur quartò: Potestas resistendi in Creaturâ, finita est: potestas vocandi Divina est infinita intensivè, & extensivè: necesse est ergo ut exhauriatur, & vincatur virtus illa finita. Confirmatur quintò: quia ex potentiâ resistendi auxilio suprà quod dantur alia, & alia in infinitum, nequit colligi potestas resistendi omnibus.

Solvitur.

86 Respondetur: Divini Dominii gloria non innititur mediis planè chimericis: unde nego primam partem assumpti. De secundâ dico duo. *Primum*: eam vagam necessitatem repugnare secundùm se, præciso titulo libertatis. *Secundum*: titulo libertatis repugnare: Vtrumque evicimus *suprà*. Ratio est: quia essentia libertatis est ita posse componere consensum, aut dissensum cum potestate, quam habet, ut simul esse debeat jus ad eam compositionem cum quolibet libito alterius libertatis: unde si detur necessitas non dissentiendi v. gr. si omnes aliæ libertates dissentiunt, deest jus illud, & libertas.

Fit satis instantiis.

87 Ad primam confirmationem distinguo antecedens: quando ipsa vaga necessitas est potestas, seu dicit potestatem indifferentem ad utrumlibet, concedo: alias, nego antecedens, & consequentiam: nam licèt vaga necessitas amandi, vel non amàdi non obstet libertati amoris, ideò est: quia potestas ipsa amandi est potestas impediendi ipsum amorem per non amorem: at potestas consentiendi auxilio *A* non est indifferentia, & potestas dissentiendi auxilio *B*, sed planè diversa, atque adeò jus ad cósentiendum *A*, quidquid sit de consensu aliarum libertatum.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

88 Ad secundam, dico, resistere omnibus, in se, & antecedenter non esse magis difficile, quàm uni resistere, si paria auxilia sint: esse tamen consequenter, & quoad nos magis difficile resistere homini omnibus, quàm uni. *Volo dicere*: assensum nostrum de resistentiâ omnium esse magis difficilem, quàm assensum de resistentiâ unius: quæ difficultas assensûs non oritur ex difficultate antecedente, sed ex experientiâ volubilitatis Agentis liberi in operando. Ratio est: quia potestas resistendi uni auxilio, est diversa potestas à potestate resistendi alteri; nihilque una in aliam influit. Quidquòd hæc prædicata, quæ rebus conveniunt per negationem quantitatis continuæ, vel discretæ possunt distributivè prædicari, licèt collectivè non possint.

89 Ad tertiam: Antecedens in sensu Adversariorum est falsum: nam Creatura sub auxilio, quod reipsâ est inefficax, potest proximè se indurare: & Deus non potest proximè per idem emollire. Deinde verum est antecedens, factâ comparatione Dei secundùm se, & Creaturæ etiam secundùm se. Deinde rebus, ut sunt, & debent existimari, verissimum. Ad quartam: dico virtutem creaturæ ad resistendum esse infinitam extensivè. Deinde dico virtutem, quæ non sit infinita ex parte efficaciæ, posse per virtutem in se finitam, effectu cassam reddi. Ad ultimam, nego antecedens, si singula sint indifferentia.

Objectio quarta à multiplici paritate.

90 Objicitur quartò globus paritatum. *Prima* sit: ex vagâ necessitate inter volitionem & nolitionem: quæ neutrius libertati nocet: & tamen utraque simul omitti nequit. *Secunda* sit: ex libertate Dei, quæ perfectissima est circa rerum productionem, & impeditionem earentiarum: & tamen non potest omnem collectionem, nempe Creaturarum, & earentiarum impedire. *Tertia* sit: ex necessitate vagâ alicujus oculi ad videndum: ubi prædicatum *requisiti ad videndum* vagatur æquè per hunc sinistrum & hunc dextrum: & non licet inferri: *hic requiritur ad videndum*: aut *neuter requiritur ad videndum*: cur ergo prædicatum *connexi* vagari non poterit per omnia auxilia, ita ut nulli determinatè conveniat, & negari non possit de collectione? Et ratio est: quia pura sunt prædicata, quæ toti conveniunt, & tamen de nullâ parte determinatâ possunt verè prædicari: quod patet in infinito, & in æternitate, & quod caput est, in ipso cumulo auxiliorum datur moralis connexio, seu necessitas cum consensu, & tamen de nullo auxilio determinatè potest verè prædicari.

Solvitur.

91 Respondetur. *Imprimis* eas paritates æquè convincere possibilitatem vagæ necessitatis alicujus efficaciæ intra finitum numerum. *Deinde* est summa disparitas. Ad primam: quia potestas volendi est potestas impediendi volitionem per positionem nolitionis: at potestas consentiendi auxilio *A*, non est potestas impediendi consensum per dissensum sub auxilio *B*, cùm sit diversa libertas. Ad secundam, eadem sit disparitas. Ad tertiam, dico, eam vagam necessitatem, ità vagari per oculos, quia uterque, seorsim ab altero, sufficit ad effectum videndi, ut in defectu sinistri necessarius sit dexter: & è contra: area vaga necessitas penès auxilia nequit ad unum devolvi. quomodocumque supponantur reliqua: quia in qualibet suppositione manet indifferentia, & diversa libertas constituta per ipsum, cui repugnat illud prædicatum connexi: Vnde dexter oculus conditionatè requiritur ad videndum: non verò potest conditionatè manere connexa hæc libertas cum consensu. Lata est ergo disparitas. Adde, quod *jamdiu* dixi hanc vagitatem inter oculos esse purè intentionalem: nam in re solùm est utriusque sufficientia seorsim ab altero ad videndum: unde eam sufficientiam dextri sine indigentiâ sinistri ad videndum, & parem sufficientiam in sinistro, non possumus explicare, nisi disjungendo inter utrumque: at in singulis auxiliis, quid est, ut necesitemur ad hanc vagitatem metaphy-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

physicę necessitatis. Ad rationem adjunctam patet ex primâ argumentatione nostrâ: nam omnia Prædicata, quæ singulis attributa, toti nequeunt attribui, singulis solùm attribui possunt per præcisam conjunctionem ad reliqua.

Suprà à num. 63.

Objectio quinta à Morali necessitate.

92 Objicitur quintò, Adversariorum asylum, & Achilles: nempe vaga moralis necessitas, vel succumbendi alicui tentationi, vel consentiendi alicui auxilio ex totâ collectione: quin tamen in collectione sit auxilium determinatum, quod moraliter vel necessitet ad peccatum, vel ad honestam operationem. Hanc autem vagam necessitatem moralem negare non possumus: & in eâ omnia nostra argumenta retorquentur, & infringuntur.

Solvitur.

Responsio communis, licèt mihi non vera, sufficit. Disparitas est: quia necessitas moralis consistit in maximâ difficultate, quæ attentâ nostræ indolis lubricâ naturâ surgit ex ipso numero atque adeò negatur ea de singulis per præcisam negationem conjunctionis ad reliqua membra collectionis; & collectioni convenit titulo quantitatis discretæ: quare est ex illis prædicatis, in quibus à distributivo non valet consequentia ad collectivum; at necessitas metaphysica aliùde necessariò provenit, nec collectivè excludit prædicatum indifferentiæ metaphysicę à singulis, sed eò magis auget, quò magis crescit.

Solvitur Aliter:

93 Responsio alia sit, magis aperta: quia necessitas moralis vinci potest, saltem physicè: unde non obstat libertati, licèt extrinsecè devolvatur ad unum: at necessitas metaphysica, utpote quæ vinci non potest, obstat physicæ indifferentiæ.

Tertiò: ex Herrerâ.

Responsio tertia sit ex Herrerâ: quia necessitas moralis, licèt non possit ad unum devolvi determinatè, potest superari per partes: & unicè *duo* dicit: nempè, posse sic superari, esseque necessitatem moralem per puram aggregationem contingentiarum extremi oppositi; at necessitas metaphysica superari nequit; aut ita constituti, ut per aggregationem multiplicis contingentiæ, possit oppositū metaphysicè reddi impossibile.

Quartò: Quinta, & vera solutio ex lib. 11. à num. 352.

Responsio quarta sit: paritatē æquè evincere parem necessitatem vagam intra finitum numerum: atque adeò nullam esse. *Respondeo vera* sit: negando suppositum, nempe, ex parte rerum dari hujusmodi morales necessitates, aut impossibilitates: solùm enim dantur in cognosci, ut *tractatu 3. lib. 11.* dicemus *à numero 352.*

SECTIO III.

IVDICIVM DE ALIIS MODIS Sectione primâ propositis, & vera Sententia.

Rejicitur opinatio num. 53.

94 CEnseo primò: Modus colligendi impossibilitatem hominis de facto imprædestinabilis, & irreprobabilis ex discursu *à num.* 53. ingeniosè veritatem continet, sufficitque contra Thomistas pro explicando Augustino, re tamen ipsâ pro tuendo Dominio Divino non sufficit. Prima pars patet ex ejus specie, & ex Doctrinâ *sectionis præcedentis.* Secunda probatur: quia Augustinus unicè loquitur, rebus, ut sunt, & ut debent existimari ex Scripturis, & Oraculis Conciliorum, juxta quæ arguit, & discurrit. Probatur tertia pars: quia ea quæ Augustinus arguit, non solùm valida sunt, inspectis Scripturis, sed etiam ratione naturali: ergo non solùm colligi debet impossibilitas, prout res de facto sunt, sed etiam prout esse possunt. Secundò: quia illa paritas, quam Patres insinuant de infallibilitate Divinę Scientiæ, & infrustrabilitate Divinæ Voluntatis, & ex potentiâ auferendi de Vitâ, de quibus *num.* 81. ultrà videtur exposcere, quàm hunc discursum. Tertiò: quia semper apparet durum, non impiicare casum, in quo si Deus produceret hominem, vel non posset proximè eum cōvertere, quò vellet ad honestū, vel homo sine ullo novo beneficio posset à malo abstinere, & abstineret: ut premam *infrà.*

Infrà à num. 96.

Et opinatio Patet Ripaldæ. num. 57.

95 Censeo secundò: Modus adhibitus à Ripaldâ *num.* 57. non satisfacit Augustino: Primò: quia cum ipso stare potest hominem ex ipsâ esse proximè à Deo imprædestinabilem. Secundò: quia potentia, quam Deo indispensabiliter concedit ad prædefiniendum, & prædestinandum est unicè potestas remota, & quæ potuit impediri ab effectu: at potestas, quam innuit Augustinus, est potestas omninò proxima. Tertiò: quia neque sic vitatur illud absurdum, quod nempe non implicet casus, in quo ultra donū Creationis, si poneret hominem Deus, homo sine ullo novo beneficio careret omni peccato.

Discursus P. Quirōs num. 59. non displicet.

96 Censeo tertiò: Modus adhibitus à Quirōs *num.* 59. ut *ibi* explicatur, & illustratur, est valde verosimilis, eòque mihi magis placet, quò universaliter promovet improducibilitatem hominis non solùm, qui prævideatur consensurus omnibus auxiliis, quibus resistere possit, sed etiam qui prævideatur dissensurus. Hoc discursu imprimis componitur, potentia dissentiendi, seu consentiendi omnibus, & singulis auxiliis plenè indifferentibus, seu posse Creaturam prævideri à Deo cum consensu, vel dissensu conditionali omnium auxiliorum plenè indifferentium: deinde componitur practica improducibilitas hominis, qui aliquando non prævideatur vel consensurus, vel dissensurus: nam eòipsò quòd desit ea prævisio, manet improducibilis à Deo. Ratio est: quia ex necessitate Divini Dominii potestas proxima producendi Creaturam Rationalem est prævisio consensūs, aut dissensūs sub aliquâ hypothesi.

Illustratur

97 Talis Dominii natura colligitur ex ipsis locis Augustini *suprà* ponderatis & objectis. Secundò: quia ad supremum Dei dominium attinet, ne sit in rebus Creatura, quæ non debeat agnoscere ut speciale Dei beneficium ultra donum Creationis, assecutionem felicitatis, etiam posita elevatione ad ipsam, atque adeò ipsam non fuisse positam in circunstantiis, in quibus & miseriam incurrisset, & felicitatem amisisset: attinet enim, ne sit ulla Creatura, quæ excusetur à speciali debito gratitudinis ob habitam honestatem. Attinet insuper ne sit ulla Creatura, quam Deus illæsâ libertate non possit pro libito efficaciter perducere ad felicitatem. At hoc nequit per vagam necessitatem consentiendi alicui auxilio conditionaliter, aut conditionaliter aliquando peccandi: ut ex *supra* dictis constat: ergo reduci debet ad Dei dominium, asserendo, esse necessitatem conditionalem non producendi Creaturam, nisi in ipso sit prævisio alicujus consensūs, aut dissensūs conditionalis.

Ex Cardin Sfortia.

98 Tertiò: quia ad dominium Dei pertinet, ne sit universum sine bono suo:

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

at ad bonum universi pertinet felicitas rerum intellectualium: hæc autem maximè pendet ex Scientiâ & notitiâ causarum: causæ noscuntur, & discernuntur ex effectibus: oportet igitur, ne sit in rebus ulla causa, quæ ex modo operandi discerni non possit ab aliâ ordinis planè diversi: nutaret enim argumentum ab inductione, quo nititur maximè Scientia humana: ergo Creatura libera, quæ ex modo operandi non posset dicerni à necessariâ, & fortuitâ, non esset juxta bonum universi: at quomodo discerneres, si semper uniformiter operaretur? exigit ergo universi constitutio, ut ejus Conditor non ponat Creaturas liberas nisi cum difformitate in operando. Quam rationem profundè tetigit Sanctus Thomas 2. 2ae *quæst. 95. art. 5. Corp.*

Et ex S. Thomâ.

Modus num 61. nō videtur sufficiens, esto verus.

99 Censeo quartò: Modus adhibitus *num.* 61. planè convincit impossibilitatem hominis imprædestinabilis pro libito Dei per merita: verùm nondum plenè satisfacit. Prima pars patet ex doctrinis *tract. de Incarnatione* factis: *ubi* dixi libertatem ad actus æquales sufficere ad meritum: & saltem inter inæquales non posse negari hujusmodi sufficientiam. Quis ergo neget Deo potestatem vagè necessitandi inter actus æquales honestos, vel saltem inter inæquales? Secunda probatur: tùm quia hic recursus petitur à Providentiâ valdè extraordinariâ. Tùm quia non obviat absurdo Creaturæ, quæ prævideatur omnibus, & singulis auxiliis consensuræ. Ex quibus sit

Resolutio.

100 Vnica illatio & Conclusio: Creatura, quæ pro libito Dei non possit prædestinari per merita, vel deseri, ut in peccata labatur, non est possibilis: non solùm potestate consequenti, sed etiam potestate antecedente. Constat prima pars de imprædestinabilitate ex quadruplici discursu, & maximè ex tertio, & quarto. Secunda de irreprobabilitate constat ex tertio.

Nota ex Amico.

101 Inferes, quantùm excesserint illi Moderni, de quibus Amicus *tom. 1. disp. 22. sect. 12. nu.* 238. qui in Sanctissimam Virginem Dei Matrem devotè propensi dixere eam esse Creaturam, quæ à Deo nusquam, & sub nullâ hypothesi prævisa est dissentire per Scientiam Mediam auxilio ulli ex infinitis ipsi à Deo conferibilibus. Videatur hic author multiplici-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. R. adm. P. Nost. Ven. P. Vincēt. Carrafa.

ter reprimens hunc excessum pietatis, & afferens censuram jussu R. Adm. P. N. Generalis Vincentii Carrafa confectam à Doctissimis Theologis: ubi statuitur & decernitur, ne in Scholis Societatis quis doceat, esse inter possibiles Creaturas aliquam, de quâ Deus per Scientiam Mediam neque videat unum absolutum conditionalem, neque ullum conditionalem consentium sub aliquâ libertate, aut circunstantiâ.

DISPVTATIO XXXXII.

PRÆDESTINATIONIS RESPECTVS AD Merita.

Quæstio celebris.

102 SVMVS In Quæstione celeberrimâ, multipliciter proponibilitâ, dum de respectu Divinæ Prædestinationis ad Merita, sermo incidit inter Doctores. *Primo*: an Electio efficax ad Gloriam, ut Coronam, antecedat vel subsequatur prævisionem absolutam meritorum? *Secundò*: quinam fuerit in Deo primus actus circa Prædestinatos: an efficax intentio Gloriæ? an potiùs alii? *Tertiò*: an Decretum efficax dandi gloriam habuerit Deus ex directione prævisionis absolutæ de Meritis? *Quartò*: an Deus habuerit tale decretum efficax, mo-

Modi proponendi.

Cur ita Nos?

vente Creaturâ meritoriè per merita absolutè prævisa: his & aliis terminis solet proponi quæstio: & communiores sunt: an Prædestinatio, sive electio sit ante Merita absolutè prævisa? Quos omnes sub universaliori titulo comprehendere volui.

SECTIO I.

CONTROVERSIÆ TERMINI, ET STATUS: Sententiarum varietas: origo difficultatis.

§. I.

CONTROVERSIÆ TERMINI, & status.

Termini.

103 NOro primò: Electionem hîc nō sumi pro actu circa Media contrapositō Intentioni Finis, sed pro actu circa finem Gloriæ præferente hos illis, seligendo ex multitudine hominū, qui vocantur & ordinantur ad gloriam, hos & non illos juxta illud: *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Noto secundò: *Decretum hoc* electivum antonomasticè solere describi in Scripturis per has voces: *Bona voluntas Dei, Beneplacitum Dei, Dilectio, Electio, & Propositum*: Quæ voces in re sunt synonymæ, licèt in sensu præcisivo, & formali possint diversificari. Noto tertiò: Gloriam concipi posse, ut hæreditatem; & ut coronam, præmium, seu bravium. Gloria, ut hæreditas, dicitur respectivè ad Filiationem Dei. Gloria ut Corona, dicitur respectivè ad Merita: dicit enim esse effectum Certaminis, Victoriæ, & Meritorum. Quare tunc confertur Gloria ut Hæreditas, quando datur titulo, & intuitu Gratiæ fundantis jus Filiationis: & sic confertur Parvulis: tunc confertur ut Corona, quando datur propter merita: & sic datur Adultis. Vnde Gloria in esse Coronæ constituitur per id, per quod habet esse effectum meritorum.

Principia supponenda.

104 Fit ex ita notatis, & alioqui certis, primò: Non posse intendi Gloriam, ut Coronam, nullo habito respectu ad Merita: quia Gloria ut Corona est Gloria ex meritis parta, & solō meritorum tramite adeunda. Fit secundò, potiorem

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

mam in præsenti litem nō esse circa Parvulos, sed circa Adultos: quia Parvulis non datur Gloria ut Corona, sed ut Hæreditas. Verùm Quæstio aliquatenus extendi, & applicari potest ad Parvulos: ut enim de Adultis disputatur an prævisio absolutæ Meritorum præcedat ad Decretum efficax dandi Gloriam ut Coronam: disputare potest, an etiam prævisio absoluta decessus in Gratiâ præcedat decretum efficax dandi Parvulis Gloriam, ut Hæreditatem: quare quod de Adultis dicetur, dictum volo proportionatè de Parvulis. Fit tertiò: Nulli Adulto conferri Gloriam, nisi propter Merita: nulli enim datur, nisi ut Corona.

Opinio Catherini.

105 Fit exinde quartò: ita debere disponi ex parte Dei Prædestinationis ordinem, ut *tria* maneant omninò certissima. *Primum*: Eos, qui Prædestinantur ad Gloriam, ut Coronam, manere cum libertate ad meritum & de lege ordinariâ cum potestate consequendi, vel amittendi Beatitudinem. Ratio est: quia sine Meritis non est Corona: & Merita supponunt libertatem aliter operandi. Dixi, *de lege Ordinariâ*: quia ex extraordinario Privilegio fortè nonnulli non est data potestas peccandi, ut piè de Beatâ Virgine Matre dici solet. *Secundum*: Prædestinationis Ordinem non obstare potestati merendi: quia sibi repugnaret. *Tertium*: non opponi cum libertate Prædestinari: quia sine libertate non datur merendi potestas.

Tria excludenda.

Hæresis Calvini.

106 Seponenda sunt igitur *tria* discurrendi genera à præsenti controversiâ. *Primum*, Hæresis abominanda Calvini, dicentis primò, Deum independenter à Meritis, & Demeritis, alios prædestinasse, reprobasse alios, unicè: quia sibi ita placuit. Secundò: Exinde inevitabilem necessitatem utrisque derivari. Tertiò: peccata, Prædestinatis, non imputari: Reprobos ad ea impelli æterno Dei Decreto: Videatur Becanus. Hæc enim, & alia repugnant manifestè Fidei.

Prædeterminātium sensus.

Secundum: Theologia Prædeterminantium: nam licèt ipsi catholicè loquantur in negotio Prædestinationis: tamen ita asserunt prædestinasse Deum homines ad Gloriam, & reprobasse ad pœnam ante prævisa Merita, & Demerita, ut ordo ille juxta Doctrinas nostras, suprà, & præsertim *toto lib.* 3. fusè propositas,

Quæstio.

& ostensas, locum non sinat libertati, nec meritis: quorum utrumque vidimus ad Gloriam ut Coronam requiri. *Tertium*: Opinio Catherini, de quâ inter alios optimè Pater Vazquez *disp.* 90. & *Prædicentis* duplicem esse ordinem eorum, qui salvantur: alterum eximiè dilectorum: & hos vocat Prædestinatos: deque ipsis asserit ante prævisa absolutè meritа prædestinari, tali vi amoris, ut maneant confirmati in Gratiâ, & sine libertate peccandi. Alterum eorum, qui non sunt eximiè justi, & hos dicit salvari sine Prædestinatione, accepisseque auxilia, quibus obvenit in posterum Gloria Hæc, *inquam*, seponenda sunt: *Primum*: ut hæresis: *Secundum*, ut opinio latè rejecta, neque consona Scholæ nostræ: *Tertium*: ut doctrina, quæ apud Doctores malè audit. Restat jam nobis

Ob hæc.

Quæstio.

107 Quæstio intra claustra Scientiæ Mediæ: quæ cum simplici intelligentiâ, ex *lib.* 6. constituit Deum exercitivè liberum circa ea, quæ in Dei Dominium cadunt. Nam omnis ordo Prædestinandi sine recursu ad hujusmodi Scientiam, ut constat ex *lib.* 6. & 7. & inferiùs inculcabitur, salvare non potest ea tria, quæ, ut *num.* 105. diximus, catholicè servare debet ordo Prædestinandi. Quæritur ergo: an sicut reipsâ datur Adultis Gloria, præcedentibus absolutè meritis, & non aliter; utpote moralis effectus eorum: sic etiam efficaciter prædefiniatur, & decernatur, Meritis absolutè prævisis, & non aliter: ita videlicet, ut sicut absoluta existentia meritorum præcedit in tempore causalitate ad executionem passivam Gloriæ: & hæc realiter succedit ad illa; sic absoluta prævisio meritorum in tempore existentium præcedat causalitate directivâ ad primum decretum efficax circa Gloriam: & hoc virtualiter, seu directivè succedat ad illam? *En quæstio*: quę, *ut vides*, non est de meritis conditionatè prævisis, sed absolutè: solùm dubitat de præcedentiâ prævisionis absolutæ: nā Scientiam Mediam ad intentionem efficacem Gloriæ ut Coronæ præcedere, necesse est. Quippe Gloria, ut Corona est Gloria obtinenda per merita: nullus autem prudens intendit efficaciter finem, nisi certus, habere se media, quibus obtineat. Certitudo verò de mediis meritorum nisi per Scientiam Mediam habe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri non potest.

§. II.

VARIETAS OPINANDI.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

Prima Sententia.

108 PRima Sententia docet Electionem efficacem ad Gloriam esse post absolutam prævisionem Meritorum. Sic autem discurrit: In *primo* signo de negotio Prædestinationis ponitur circa homines omnes, quos Deus creare decrevit, Voluntas generalis, quâ Deus inefficaciter, seriò tamen, & verè, vult omnes homines salvos fieri, juxta Apostolum. In *secundo* signo ex illâ voluntate parat, & decernit dare Media ad salutem, quæ in unis prævidet per Scientiam Mediam fore efficacia, & conjungenda cum fine salutis: in aliis prævidet fore inefficacia. In *tertio* signo prævidet absolutè hos benè, & finaliter operari: alios, operari malè: & ex istâ prævisione hos ad gloriam efficaciter eligit: & illos damnat. Ita post Patrem Gabrielem Vazquez multi, & Sapientissimi Doctores: quos inter eminent Lessius, Moncæus, Herize, Martinonus, Amicus, & novissimè Pater Thyrsus. Vide censum apud Herreram *quæst.* 13. *sect.* 1. Sed dissident inter se: nam *aliqui*, inter quos videtur esse Lessius, in secundo signo nolunt uti directione Scientiæ Mediæ, quoad dispensationem auxiliorum. *Alii* frequentius cum Vazquez ejus Scientiæ directionem requirunt. *Alii* demum cũ Herize, & Alarcon in secundo signo ita postulant Scientiam Mediam, ut jam ex tunc ex parte Dei fiat discretio inter Prædestinatos, & Reprobos, & fiat electio, non quidem efficax, sed inefficax: quatenus ex Scientiâ Mediâ directus, & complacens in perseverantiâ finali istorum, eorumque salute conditionatè prævisâ, decernit hæc auxilia, feliciter eventura.

Cũ Vazq. Lessius. Moncæus. Herize. Martinon Amicus. Thyrsus.

Secunda.

109 Secunda sententia docet Electionem efficacem ad Gloriam esse ante absolutam prævisionem Meritorum. Sic autem discurrit. *In primo* Signo Deus instructus Scientia simplicis intelligentiæ, & Mediâ, quibus cognoscit possibilitatem, & futuritionem Beatitudinis, ut Coronæ sub his auxiliis, si ponantur, ex suo mero beneplacito, planè liberaliter ex hominibus, quos creare decrevit, eligit efficaciter certum eorum numerum ad Gloriam, ut Coronam, *id est*, executioni mandandam dependenter à meritis: & in hoc signo circa cæteros homines habet se negativè, seu putè inefficaciter illis volendo gloriam. *In secundo*, Deus, quasi obligatus ex illâ suâ liberalitate ad novam Misericordiam, dispensat seriem efficacium auxiliorum Prædestinatis ex speciali benevolentiâ; aliis verò dispensat, ex animo syncero, sciens tamen incongrua fore. *In tertio* videt absolutè Prædestinatorum merita, & demerita aliorum, horumque finalem impœnitentiam; & pœnitentiam finalem illorum, & exinde in *quarto* signo vult executionem Gloriæ præintentæ; vultque eam ex prævisione Meritorum: & ex demeritorum prævisione decernit alios reprobare.

110 Ita communior sententia post Doctorem Eximium cum innumeris, quos addẽsant Ribadeneyra, & Herrera. Quorum tamen *aliqui* dissident, asserentes Deum in primo signo prædestinasse Deum homines in numero certo, non designando Personas: sed sinendo locum, ut aliquis à Graria excidat, & Coronam amittat, alius substituatur, juxtà illud; *tene quod habes, ne alius accipiat Coronam tuam.* Ita demum Alcazar in eum locum Apocalypsis, plaudente Montoya *disp.* 53. *sect.* 4.

Cõmunior cũ Suarez. Vide Ribadeneyr. & Herrerã.

Alcazar.

Montoya.

Tertia.

111 Tertia Sententia docet innixa Divinæ indivisibilitati in Decernendo, Electionem absolutam, & efficacem ad Gloriam, ut Coronam, neque esse ante, nec post absolutam prævisionem Meritorum, sed omninò simul, simultate prorsus excludente præcessionem omnem intrinsecam, & virtualem. Itaque nulla quasi instantia virtualia, & signa cognoscit in Deo Prædestinante: & *tria* dicit. *Primũ*: Deum pro prioti ad Decretum ullum circa homines Prædestinandos habere comprehẽsionem omnium rerum, quoad naturas, per simplicem intelligentiam: quoad contingentes eventus & combinationes per Scientiam Mediam. *Secundum*: ex vi duplicis hujus Scientiæ diligentis, plenè Scientem Naturas hominum, eorum elevabilitatem ad Gloriam, felicem exitum, si vocentur per hæc, & illa auxilia, indivisibiliter omnino decernere

Explicatur.

nere ipsos, & ipsis Gloriam, propter, & post merita, quæ simul prædefinit, ponendam. *Tertium*: in & ex hoc modo decernendi nullam dari præcessionem prævisionis absolutæ Meritorum respectu Decreti circa Gloriam, sed tantummodò præcessionem Meritorum ad ipsam Gloriam: dari tamen præcessionem prævisionis ad Decretum, quatenus executivum gloriæ relatè ad conceptus nostros, & per negotiationem putè extrinsecam intellectus nostri: & in simili sensu dari præcessionem intentionis circa Gloriam respectu prævisionis meritorum: quia comparando ex imperfectione nostrâ eã indivisibilem energiam actûs divini cum modo intendendi, & præmiandi nostro invenimus equivalentiam omnium actuũ quos in simili negotio nos in nobis experiri solemus. Ita Doctissimus P. Molina, cujus discursum illustrat P. Esparza *quæst.* 31. *de Deo*; & tueri debent omnes quos pro Divinâ indivisibilitate *in tract. de Incarnatione* laudavimus.

P. Molina P. Esparz.

§. III.

CARDO DISSIDII INTER AVTHORES.

Comparãtur Sententiæ.

112 VT istarum Sententiarum dissidium, & dissidii originem probè calleas (id quod ad Sententiæ verosimilioris decisionem, & lucem, maximè faciet) duas differentias inter Deum, & homines in lineâ præmiandi: & alteram inter ipsos in lineâ intendendi finem, adverte ex Esparzâ *loc. cit.* jure pro se laudante Sanctum Thomam. In lineâ præmiandi, Prima differentia est, quòd homo hominem præmiaturus, habet cognitionem meritorum, quam & ipsa Merita causant in præmiante, & quam præmiaturus, veluti expectat ex ipsis meritis ut concausam affectûs præmiativi. Secùs se res habet in Deo: in quo, cùm affectus sint incausabiles, non expectatur causalitas objecti in notitiam sui, tanquam concausa divini affectûs, ut explicabitur paulò *infrà*.

Esparza. S. Thomas.

113 Secunda differentia est: quòd homo hominem præmiaturus, solum est causa præmii, non verò meritorum: unde ordo præmiandi humanus necessariò supponit existentiã alterius causæ, mediâ meritorum suorum existentia integrãtis libertatem præmiativam humanam. At in Deo se res habet omninò secùs: nam Deus non solùm est causa Præmii, sed etiam Meritorum: quippe ex Tridentino *Sess. 6. cap. 16.* fine, non minùs sunt Dei Dona, præmia, quæ metemur, quam merita ipsa, quibus metemur. Vnde necessariò debet ante visionem ipsorum meritorum præcedere in Deo plena, & certissima securitas de ipsis meritis: imò ipsa Dei dispositio necessariò debet esse simultanea visio meritorum, & præmii, quin ille titulus, qui in humanâ Providentiâ convincit præcessionem prævisionis Meriti ad affectum præmiativum, locum habere possit.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante. Trident.

114 In lineâ intendendi maxima differentia est, quòd Creaturæ intendenti finem plerumque deest cognitio perfecta de mediis: unde cogitur, mediâ consultatione, inquirere de mediis. At Deo anticipatò præfulget plenissima comprehensio & Mediorum, & Finis.

115 Ex his nascitur analogia, quâ mens nostra Divinos actus comparat cũ sapore nostrorum, quibus assueta est: & exinde inter Doctores extitit tota origo dissidii. Nam cùm nostra Mens videat in nobis: Primò intentionem finis: Secundò: inquisitionem de mediis: Tertiò: expectationem meritorum ad affectum præmiativum: Quartò: hunc affectum ex ipsis meritis ita prævisis oriundum: assumit ad Deum secum portans has umbras & imperfectiones sui, & adhibitâ potiùs imperfectione, quàm subtilitate præcisionis, divinum actum concipit ut intentionem finis: & factâ comparatione ad nostram, putat & facit extrinsecè priorem, prævisione, & electione meritorum: concipit, ut electionem, & præscientiam absolutam Meritorum: & factâ simili comparatione, putat & extrinsecè facit priorem affectu præmiativo, & satisfacienti juri alieno: Concipit denique ut affectum præmiativũ; & factâ simili comparatione putat, & extrinsecè facit posteriorem prævisione meritorum. Fortè per hos gradus venit inter præfatas Sententias, earumque Doctores tam grave dissidium.

Origo dissidii.

116 Prima. Patris Vazquez consideravit Prædestinationem, ut remunerativam relatè ad affectus nostros præmiativos: & asseruit absolutâ meritorum præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

præviſione poſteriorem. Secunda Patris Suarez conſideravit, ut intentionem finis relatè ad affectus noſtros intentivos: & aſſernit electione, & præviſione Meritorum priorem. Verùm totus hic ordo prorſus extrinſecus eſt, indignus operoſæ diſputationis, cùm res non immutet: *Et inanitas Theologiæ purè ſuperficialis*, ut ait Eſparza. Tertiâ demum rem conſideravit in ſe; & hæc erit noſtra, auditis contra nos, ſeque, & pro ſe Vazquez, & Suarez.

Quomodo cavèdum? Eſparza.

Vazquez. Suarez.

SECTIO II.

ARGVIT PRO PRIMA SENTENTIA Vazquez à neceſſario.

§. I.

PRIMVM ARGVMENTVM EX CAPITE libertatis.

Arguit primò P. Vazquez.

117 ET primò quidem ex capite libertatis: Nam homo non ſolùm eſt liber in Mediis circa finem Gloriæ, ſed etiam circa aſſecutionem ipſius finis: atqui ſi Prædeſtinatio non ſit poſt præviſa merita, homo non manet liber circa aſſecutionem gloriæ: nam ea, quæ Deus decernit efficaciter, neceſſe eſt, ſint: & inſuper efficaciter ex mero beneplacito ſupponitur decreviſſe gloriam Petro: ergo. Confirmatur primò: ſi homo ante præviſa abſolutè demerita poſitivè repelleretur à gloriâ, non eſſet liber in aſſequendo gloriam: ergo ſi homo ante abſolutè præviſa merita repellitur ab oppoſito per electionem efficacem ad gloriam, non manet liber in amittendo gloriam: eadem enim utrobique ratio eſt.

Firmat primò:

Secundò: Confirmatur ſecundò: Nullus præter electos antecedenter ad gloriam, ſalvatur: ſed Reprobus non eſt electus antecedenter ad gloriam: neque habet in poteſtate ſic eligi: ergo nec ſalvatur, nec habet in poteſtate, ſalvari: quomodo ergo increpatur, quòd non ſalvetur?

Tertiò ſpecioſiùs. 118 Confirmatur ſpecioſiùs tertiò: De Reprobo, quem ſuppono in penultimo Vitæ inſtanti cum Gratiâ, & acriter tentatum, tria diſpoſuit Deus in Sententiâ negante Vazquium. Primum; conditionatè: eum intrare in Gloriam, ſi vincat tentationem: nam ſic decedet in gratiâ. Alterum, abſolutè: nullum Adultum, præter antecedenter electos, intrare in Gloriam. Tertium etiam abſolutè: hunc non eſſe antecedenter electum. Iam ſic: ne iſtæ diſpoſitiones Dei ſint irritæ, neceſſe eſt, ut Deus huic homini det auxilium inefficax potiùs, quàm efficax ad vincendam tentationem: ergo ex vi ſuæ diſpoſitionis Deus neceſsitatur ſeligere de induſtriâ auxilium inefficax, præ efficaci: ergo iſte homo tentationi ſuccumbit, peccat, & amittit Beatitudinem ex vi diſpoſitionis ſoli Deo liberæ. Quis non inhorreat?

Solvitur Argumentum ex lib. 7.

119 Reſpondetur: Deum eligere ad Gloriam, non utcumque obtinendam, niſi per merita: quorum eſt ipſa Gloriæ electio, prædefinitio efficax, habita ab ipſo Deo, prælucente Scientiâ Mediâ de Creaturæ honeſtâ, & liberâ determinatione ſub his auxiliis: atque adeò libertatem hominis ad merendum, (cui ex præcedenti *libro* nocere non poteſt Prædefinitio eſſentialiter pendens à Scientiâ Mediâ) eſſe libertatem aſſequendi, vel amittendi Beatitudinem: atque adeò faciendi ne fuerit ab æterno electus ad Gloriam.

Et primæ confirmat.

120 Ad primam confirmationem, nego antecedens, ſi poſitiva repulſa (cujus modò de poſsibilitate non curo) fieret dependenter à demeritis: nam aliud eſt: Gloriam, vel pœnam prædecerni antecedenter ad abſolutam præviſionem meriti, vel demeriti: & aliud, utramlibet prædecerni independètem à meritis, aut demeritis. Cõfundit utrumque Vazquez. Nos diſtinguimus: & aſſerimus præviſionem meriti, vel demeriti non præcedere ad decretum efficax Gloriæ, vel pœnæ: addimus tamen: quia Gloria ut Corona, & malum ut pœna, formaliter imbibunt dependentiam à meritis, & demeritis, prædecerni, utramque, cum eâ dependentiâ, atque adeò per Decretum eſſentialiter pendens à meritis, non quidem exercentibus vim meritoriam in ipſum, ſed medio ipſo in Gloriam, ut explicabimus, & conſequenter per Decretũ evitabile pro libito creatæ libertatis.

Et ſecunda:

121 Ad ſecundam confirmationem, communis ſolutio eſt: Reprobum, licèt nõ habeat in ſuâ manu, antecedenter eligi ad Gloriâ, habere ſalvationem in manu; quia habet in manu impedire, ne

Deus

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædeſtinante.

Deus eam legem ſtatuerit, de ſalvandis ſolùm iis, qui antecedenter electi ſint. Difficilis eſt: nec ipsâ egeo ex Doctrinâ nuper appoſitâ à *num.* 35. quare juxta eam, conceſsâ majori, nego minorem: poteſt enim Reprobus in libertate poſitis, facere ut antecedenter electus fuiſſet ad Gloriam. Vide quæ ibi diximus.

Ex dictis nuper à num. 35. & infrà à num. 228. Tertia, &c.

122 Ad tertiam, dico ſimiliter eam diſpoſitionem à Deo factam, circa Reprobum, oppoſitam facturo, & habituro, ſi reprobus tentationi prævius fuiſſet reſiſtere: non enim eſſet ex non electis. Quare quòd habeat in ultimo vitæ inſtanti auxilium inefficax, ſibi imputet: non enim Deus deſiit eſſe bonus, quia nos ſumus ſervi nequam. Deus quidem prævidens per Scientiam Mediam fore, ut ſi tale auxilium conferât in eo inſtanti, ſuccumbet, noluit retrahi ex tali inefficaciâ, ſed voluit permittere finale peccatum: quod ipſi homini eſt liberum impedimentum Prædefinitionis Divinæ definali perſeverantiâ, & prælectionis ad gloriam: & demum incurſus in æternam damnationem. Et certè, non tam ad horrorem turpiter aggravantem animos, quàm ad Sanctum timorem, & humiliationem, eadem difficultas eſt in omni ſententiâ, cùm venitur ad ultimum vitæ inſtans, in quo ſtatuit Deus ex occultiſs, & valde tremendis judiciis, dare ex auxiliis, ſolùm id, quod prævidit inefficax. Et hoc ſtat optimè cum ſeriâ, & ſyncerâ voluntate ſalvandi omnes.

Solvenda eſt ab omnibus.

§. II.

ALTERVM ARGVMENTVM EX SEquela Poſitivæ Damnationis ante præviſum peccatum.

Arguit ſecundò ab abſurdo.

123 SEcundò arguit ex ſequelâ poſitivæ damnationis ante præviſum abſolutè peccatum: quæ cenſetur communiter inter noſtros, Deo indigna, & impoſsibilis. Et oſtenditur ea ſequela primò: formetur hic Syllogiſmus: *Omnes, & ſolì electi ſunt Prædeſtinati: Iudas non eſt electus: ergo non eſt Prædeſtinatus.* Exinde hic alter: *Omnis non Prædeſtinatus eſt poſitivè Reprobus; ſed Iudas non eſt prædeſtinatus: ergo eſt poſitivè Reprobus.* Iam ſic: Quoties veritas præmiſſarum in bona formâ antecedit ad tertium: neceſſe eſt antecedat veritas conſequentis; ſed veritas earum præmiſſarũ antecedit ad merita, ſeu demerita abſolutè prævisa: ergo, & ad ea ſimiliter antecedit veritas cõſequentis, quæ eſt poſitiva reprobatio. Secundò: Poſitiva neceſsitas habendi Decretum reprobativum eſt poſitiva reprobatio: ut eſt Prædeſtinatio, poſitiva neceſsitas habendi Decretum executivum Gloriæ ut coronæ: ſed lex non ſalvandi niſi electos, & nolitio eligendi eſt poſitiva neceſsitas antecedenter ad demerita, habendi Decretum executivum Reprobationis: ergo & eſt poſitiva Reprobatio ante prævisa demerita. Tertiò: quia electio ſalvandorum ſeipsâ eſt, pro ſigno in quo exiſtit, volitio electos ſalvandi, & volitio neminem præter electos ſalvandi: ſed hæc electio eſt poſitiva ejectio cæterorum à Gloriâ: habeturque pro ſigno, in quo non prævidentur abſolutè demerita: ut patet: ergo. Probatur major: Illa electio ſeipsâ eſt voluntas ſalvandi omnes, qui ſalvandi ſunt: ergo eſt volitio, quòd omnes, qui ſalvandi ſunt, ſint electi: ergo eſt volitio quòd nemo, qui non eligatur, ſit ſalvus. Quartò: Gloria Sancti Petri v.g connexa eſt cum pœnis Iudæ: nam eſt viſio ipſarum, & actuum, quos Petrus pro collato ſibi potiùs, quàm Iudæ Perſeverantiæ Dono, retribuit Deo: ergo ipſa Prædeſtinatio Petri eſt deſtinatio Iudæ ad pœnam: quomodo ergo hæc non antecedat demerita abſolutè prævisa, ſi illa antecedit?

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædeſtinante.

124 Reſpondetur: omiſsâ communi ſolutione recurrente ad virtualem diſtinctionem Reprobationis Negativæ, & Poſitivæ, & actuum Divinorum, nego ſequelam in ſenſu objicientis. Ad primam probationem opus eſt anticipare doctrinam, quæ, cùm ſermo ſit de Reprobatione, aliquantò fuſiùs exponetur. Itaque Prædeſtinatio, & Reprobatio inter ſe comparatæ in hoc conveniunt, quòd utraque coincidit in eundem indiviſibilem actum Dei: unde in ſe, & intrinſecè neutra præcedit, aut ſubſequitur virtualiter prævisionem meriti, aut demeriti. Differunt tamen in eo maximè, quòd Prædeſtinatio, utpotè Prædefinitio Gloriæ, & Meritorum, eſt actus in quo præeminet formaliter voluntas, & prædilectio, quia ex fine Gloriæ dat etiam merita, propter quæ vult eſſe ipſam Gloriam:

Fit ſatis.

Infrà à num. 250.

Reprobationis diſcrimen à Prædeſtinatione.

ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

at Reprobatio est actus in quo præmi-net formaliter præscientia, & intellectus: quia ita vult esse pœnam propter, & post Demerita, ut demeritorum sit pura permissio: quare potiùs est volitio pœnæ quia prævisio est demeriti, quàm prævisio demeriti, quia volitio pœnæ: destinat enim Deus ad pœnam, & excludit à Gloriâ in hac serie libertatum, quasi coactus à demeritis, quæ purè permittit.

125 Vnde idemmet actus Dei, *ut* est Prædestinatio, æquivalet ex suâ energiâ modo intendendi, & decernendi nostro, quo ex intentione finis, & expectatâ notitiâ obsequii, elicimus affectum præmiativum: *ut* est Reprobatio, æquivalet, modo quo nos quasi coacti decernamus pœnam, prævisis delictis. Vnde relatè ad nos, & ad conceptus nostros, juxe explicatur Prædestinatio modo sonanti præintentionem Gloriæ ad prævisionem absolutam Meritorum; & Reprobatio, modo sonante præcessionem prævisionis demeritorum ad Decretum Pœnæ: quin circa Prædestinationem significati aliud posit, & debeat quàm energia affectûs circa Gloriam ut coronam ex Divinâ Inclinatione volente dare merita ex fine Gloriæ, & non nisi pòst, & propter existentiam meriti, Gloriam: & circa Reprobationem, quàm energia affectûs circa pœnam, sine ullâ inclinatione ad ipsam præterquàm ex demeritis hominis, quæ non causat, sed permittit: quare potiùs est damnatio, quia prævisio demeriti, quàm è contrâ. Ex his

Ad formā num. 123.

126 Patet ad formam primæ probationis: stat enim optimè eundem indivisibilem actum esse Prædestinativum, & positivè Reprobativum: & ex suo modo tendēdi esse Reprobativum diversimodè, ac est Prædestinativus. Quare nego majorem Syllogismi *reflexi* super illos duos. Ad secundam probationem dico, nullam aliam dari in Deo necessitatem habendi Decretum executivum pœnæ, quàm Decretum ipsum reprobativum, à quo non differt in se nolitio eligendi: quare de utraque formalitate similiter discurrendum est. Ad tertiam dico ex dictis

Suprà à num. 25.

à num. 25. Deum non posse habere Decretum liberum non salvandi per merita eos, qui non sunt electi: cùm salvari per merita, & non esse electum sit impossibile; unde volitio non eligendi est volitio reprobandi, de quâ jam dictum est, in quo sensu præcedatur à prævisione demeritorum. Ad quartam, dico exinde me convinci, Decretum prædestinativum, & Reprobativum in se esse virtualiter idem: nam dicere cum plerisque, Petrum v. g. prædestinari à Deo ad Gloriam, non determinatam, sed indeterminatam, est apud me indignum Deo: Destinat ergo Deus Petrum ad Gloriam, quam Petrus habebit; atque adeò ad visionem connexam cum pœnis ludæ, quam simul, diversimodè tamen, decernit.

§. III.

ALIA ARGVMENTA DIFFICILIA EX Naturâ, & conditione ipsius Gloriæ.

Arguit tertiò ex conditione Gloriæ.

127 TErtiò arguit ex ipsâ Naturâ Gloriæ. Decretum de dandâ Gloriâ S. Petro, v.g. non fuit Decretum de Gloriâ in communi, sed de hac numerò visione, quam Petrus possidet: Atqui hæc nequit prædecerni efficaciter, nisi post absolutam prævisionem meritorum: ergo. Major patet, & probatur minor: quia hæc numerò visio habet pro objecto multos actus meritorios, quorum effectus moralis est, v. g. Pœnitentiam Sancti Petri, Martyrium, &c. Et ratio est, quia Beatus videt *in verbo*, quæ specialiter ad se pertinent: quid autem magis speciale, quàm actus per quos adeptus est Beatitudinem, quam ipsâ possidet? Atqui talis visio prædecerni efficaciter non potuit ante prævisos absolutè futuros hos actus. Primò: quia similiter prædecerni deberent actus Pœnitentiæ, & Martyrii ante prævisum absolutè peccatum. Secundò: quia objectum, ut tale, præcedit naturâ Visionem: ergo pro signo, quo decernitur visio, jam supponitur prædecretum objectum ipsius. Confirmatur. Vi Decreti circa Visionem intelligitur, & videtur hæc visio existens pro tali differentiâ temporis: ergo intelligitur, & videtur ejus objectum præexistens. Sed non ex vi ejusdem Decreti: ergo ex vi Decreti præcedentis. Probatur minor: quia res decernuntur eo ordine quo eveniunt: ergo si objectum, ut existens præcedit ad Visionem, ita Decretū de objecto

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Vt satis.

ctō præcedit ad Decretum de Visione.

128 Respondetur. Negant aliqui majorem, quod ferre non possum. Ipse nego minorem: Ad probationem concessâ majori, nego etiâ minorem. Ad ejus primam probationem constat ex præcedenti *lib.* falsum assumi. Ad alteram, permisso antecedente, quod est falsissimum: non enim habet objectum præcedere ad Visionem, cujus objectum est, nisi in ipsam influat, nego consequentiam: nam ex præcedentiâ rerum volitarum inter se pessimè infertur similis ordo præcessionis inter volitiones earum. Imò plerumque res, quæ in se subsequuntur ad alias, ante alias decernuntur juxta illud, *quod est prius in intentione, est posterius in executione.*

129 Ad confirmationem, explico cōsequens: intelligitur præexistens, præexistentiâ objecti ad Visionem, concedo: præexistentiâ prævisionis objecti ad prævisionem Visionis, nego. Aliud enim est objectum præexistere ad Visionem: & aliud, objectum priùs prævideri, quàm Visionem. Illud est verum; & hoc, falsum. Prævidetur quidem objectum esse priùs quàm visionem, seu cum prioritate ad Visionem: non tamen priùs prævidetur, quàm visio, seu prioritate prævisionis: ex ordine enim objectorum, malè colligitur ordo inter actus circa objecta: unde nego minorem. Nam licet res eveniant modo, quo ipsas evenire vult Deus, id est, modo volito, quem inter ipsas res servari Deus vult, non eveniunt modo, quem Deus servat in volendo. Sunt enim hæc diversissima.

Arguit quartò ex ratione Coronæ.

130 Quartò arguit ex ratione Gloriæ, ut Coronæ. Implicat exercitè dari Gloriam, ut Coronam: & decerni ante prævisa Merita. Quod ostenditur primò: quia implicat dari exercitè Gloriam, nisi ut decernitur: ergo decerni ante prævisa merita, & dari exercitè post prævisa, implicat. Secundò: quia vel Gloria decernitur ut Corona, vel non? Si secundum: ergo non datur ut Corona meritorum. Si primum: decernitur ergo tanquam effectus meritorum: ergo cum prævisione meritorum ex parte decernentis. Tertiò: Nā, quod datur ut præmium, non datur gratis, sed propter merita: deinde quod decernitur efficaciter antecedenter ad merita, datur gratis: quia datur modo quo decernitur: & gratis decernitur. Atqui Gloriam dari gratis, & non dari gratis, implicat: ergo. Quartò: quia Deus dans gloriam, dat ipsam, *ut justus judex, & ut Coronam justitiæ* ex Apostolo: Id autem implicat cum Decreto circa Gloriam liberaliter habito, & ante merita: sicut pariter implicat, primum Gratiæ auxilium dari à Deo gratis, & liberaliter, & decerni propter merita. Quintò: quia Actio externa, & actus internus eam imperans pertinent ad virtutem eandem: ergo & Decretum conferendi gloriam, & externa collatio gloriæ: imperatur enim hæc ab illo: ergo si illud est gratuitum, & liberale: & hæc: vel contrà, si hæc est remuneratoria, & pertinens ad lineam justitiæ (ut certè est) præcedere debet à Decreto pariter ad justitiæ lineam pertinente.

Et illustrat primò:

131 Confirmātur, & illustrantur hæc omnia, primò: Merita, ut existentia in se, sunt causa Gloriæ, quatenus exercitæ in Adultis: ergo absoluta prævisio Meritorum est causa voluntatis prædestinantis ad Gloriam, ut Coronam. Antecedens est certum: & consequentia probatur primò: quia causalitas Meriti est causalitas purè moralis, & intentionalis: ergo tantummodò exercetur, mediā cognitione ipsius meriti: ergo quatenus meriti cognitio est causa voluntatis conferentis præmium. Secundò: quia voluntas absoluta & efficax aliquid conferendi, sine prævia cognitione absolutā meriti, & juris in ipsum, non habet unde differat à purā donatione, & à liberalitate purè gratuitā: ergo est purè liberalis, & gratiosa: ergo nequit esse præmiativa. Tertiò: quia in Sacris Literis eodem omninò modo, quo significatur Præmium pendere à Merito, & subsequi ad hoc, significatur subsequi voluntatem prædestinativam ad Gloriam ut coronam respectivè ad præscientiam Meritorum, ut apparet, omissis aliis, ex Apostolo: *quos præscivit, & prædestinavit.*

Secundò:

132 Confirmantur, & illustrantur secundò: Gloriam esse moralem effectum meritorum, seu dari propter merita, non est præcisè Merita præcessisse, & post illa esse Gloriam: possunt enim merita præcedere, & subsequi Gloria, quin hæc detur in præmium. Deinde nec est præcisè ita existere Gloriam post merita, ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

nisi præcedentibus meritis non existeret: nam posset Deus ita statuere, & simul velle dare Gloriam ex alio motivo: ergo Gloriam esse moralem effectum meritorum superaddit affectum collativum Gloriæ quasi causatum ex meritis absolutè præcedentibus in prævisione, seu ortum ex absolutâ prævisione meritorum. Et urgetur primò: quia tunc Gloria datur ut corona, quando merita, ut merita, movent ad collationem Gloriæ; sed merita, ut merita, solùm movent quatenus absolutè existentia: nam in statu conditionato non sunt apta meritoriè movere: insuper non movent, nisi mediâ cognitione, & complacentiâ: ergo tunc gloria datur, ut Corona, quando mediâ sui absolutâ prævisione causant affectum Gloriæ collativum. Vrgetur secundò: Deum remunerari merita Coronâ Gloriæ; nihil est aliud, quàm ita velle: *Volo, ut gloriam habeas, quia promeritus es*: at implicat Deum habere hunc actum, nisi dirigente prævisione absolutâ meritorum: nam ex modo tendendi supponit prævideri, quòd promeritus sit.

Communis Solutio cū P. Suarez

133 Communis hujus gravis argumenti solutio petitur à Doctoribus post Eximium ex recursu ad suos ordines Decretorum *Intentivi*, & *Executivi*, asserentibus *Intentivum* esse *gratuitum*: *Executivum*, medio quo merita causant gloriam esse *remuneratorium*, & *onerosum*: illud, præcedere ad absolutam prævisionem meritorum: hoc, subsequi: illud ita tendere in gloriam ut coronam, ut necessariò inferat executivum, ex quo Gloria habet, dari ut coronam meritorum, nam ex ipso habet esse moralem meritorum affectum. Neque sine hac distinctione putant occurri posse objectioni præcipuę Patris Vazquez: unde in eorum ordinum protectionem ex hac difficultate solent insultare contra Nos. Sine hoc recursu, quem jamdiu ex indivisibilitate Divinâ in decernendo, & ex speciali eorum ordinum impugnatione *lib. 6.* factâ præclusimus, argumento satisfaciunt specialiter Granados, Ruiz, & Ripalda, & nos specialissimè satisfecimus cum Sparza, & Avendaño in *Opere de Incarnatione*: Ex multis *ibi* generaliùs discussis, & dictis:

Nobis nocet.

Ex dictis de Incarn. lib. 3. disp 1. tot. & lib. 6. à num. 556.

Solvitur aliter argumentum.

134 Respōdetur & negatur assumptum. Ad primam ejus probationem: distinguo antecedens: implicat exercitè dari Gloriam; nisi, *ut* decernitur, *ly ut* significante modum passivum collationis à Deo decretum, concedo: *ly ut* significante modum habendi Decretum, nego: alius enim est genius, & modus, & ordo, quem in Decretis servat: & alius est genius, modus, & ordo, quem vult in objectis servari: itaque implicat dari Gloriam nisi modo dandi, quem decernit Deus, nempè *in tempore, & post existentiam* meritorum: at hunc modum dandi, decerni modo volendi æterno, & antecedente merita, non implicat. Ad secundam, dico decerni, ut coronam; & concessâ primâ consequentiâ, nego ultimam: nam decernere Deum Gloriam, ut coronam, non est, adinstar nostri, concipere affectus, causatos ex meritis absolutè meritorum, sed velle efficaciter Gloriam esse causatam ex ipsis meritis præcedentibus, ut *mox* explicos: nam, ut optimè Doctor Angelicus. *Deus vult hoc esse propter hoc; non tamen propter hoc vult hoc.*

S. Thomas.

135 Ad tertiam, dico aliud esse, decernere de aternitate rem gratis, & independenter à meritis, seu antecedenter ad merita: & aliud est, antecedenter ad merita, gratis, & independenter à prævia prævisione meritorum decernere dare rem. Illud contingit in auxiliis primis Gratiæ: & ideò sunt purè gratuita *objectivè*, & *subjectivè*, ad est, *in se*, & *in effectu*, quo donantur. Hoc accidit in Gloria, cujus quidem Decretum habet Deus sine antecedentiâ meritorum, & modo liberali; sed ita habet, ut ipso Decreto velit dare Gloriam, non gratis sed cum dependentiâ meritorum, quorum moralem effectum, vult esse Gloriam. Vnde licèt ea Voluntas *in se*, & *entitative* sit liberalis, & gratiosa, quia non cadit in meritum nostrum, tamen *objectivè* non est gratiosa, atque adeò per se differt à donatione purè liberali, & manet intrinsecè præmiativa.

136 Ad quartam, concedo antecedens, & nego ejus veritatem opponi cum Decreto in modo existendi liberali, & in modo volendi remuneratorio, & oneroso. Nam Deus, licèt Decretum habeat, *ut aiebam*, non causatum à meritis, eorumque prævia absolutâ notitia: tamen ita habet, ut ipso Decreto faciat Gloriæ existentiam dependentem ab existentiâ prævia meritorū, volendo Gloriā exequi, nisi no aliter, quā *post, & propter* merita præexistētia, quę simul prędefinit. Qui modus volēdi explicari aliquatenus potest exemplo illius: qui ex benevolentiâ erga amicum rogantem, inclinatur habere volitionem vendendi equum, justo pretio. En ex volitione *subjectivè* benevolā nascitur onerosa traditio equi.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Supra à num. 113.

137 Ad quintam, distinguo antecedens: aliquo saltem modo, concedo: eodem omninò modo, nego. Sensus est: Actio exterior, & interior ita se habent: ut exterior afficiatur, & denominetur ab interiori, nec aliâ gaudeat libertate, quàm libertate interioris: unde necesse est derivari exinde aliquas denominationes: Interior habeat suam honestatem respectivè ad exteriorem, tanquam objectum suum: unde necesse est ex tali respectu anticipari ex exteriori ad actionem interiorem denominationem aliquam: & sub hac comparatione pertinere dicuntur ad virtutem eandem Actio Interior, & Exterior. Contingere tamen potest, ut actio exterior sit apta materia alicujus virtutis: cujus interior actus non sit apta materia: imò, ut actio exterior, vi actionis interioris, accipiat in existendo dependentiam, per quam redditur exercita materia alicujus virtutis: quam tamen dependentiam actio interior in existendo non habet. Tunc autem ad diversas virtutes divesti simè pertinent Actio interior, & exterior.

138 Explico in illo actu ex amici precibus habito de traditione equi justo pretio. Vtraque actio liberalis aliquatenùs est, & aliquatenùs onerosa: sed traditio ob dependentiam à pretio est simpliciter onerosa: actio tamen interior, non ita, ex defectu talis dependentiæ. Ita igitur Voluntas Dei dandi Gloriam, dicitur pertinere, & pertinet ad justitiam denominativè ab ordine justitiæ, quem servari vult in collatione Gloriæ juxta jura meritorum: ex independentiâ tamen à tali jure, dicitur, & est in se liberalis. Vnde nego quæ subinferuntur.

Solvitur prima Cōfirmatio.

139 Ad primam argumenti confirmationem, concesso antecedente, nego consequentiam: nam Merita, ut existentia causare Gloriam, solùm est Deum simul velle dare Meritum, & Gloriam, cum hac dependentiâ, ut non sit Gloria nisi post & propter ipsa merita præexistentia. Neque hærendum est paritati nostrorum Actuum, in quibus sine hoc intrinseco ordine vix explicari potest causalitas meriti in præmium, ut advertì *à num.* 113. Nam in Deo ratione suæ eminentissimæ perfectionis in volendo, res aliter omninò se habet: quippe tota causalitas est quidàm ordo passivus inductus à Decreto in objecta: non verò ordo inductus ab objectis in Actus, ut in nobis accidit.

140 Ad primam probationem, cōcesso antecedente, nego consequentias. Ad secundam, Nego antecedens, voluntas enim dandi jus, & tem dependenter à jure neque aliter exercendam, quàm ex præsupposità conditione juris, & meritorum, non est purè gratiosa, sed intrinsecè præmiativa. Sic autem se habet voluntas Dei circa gloriam: ad quam subinde nos movet, eam proponendo, & promittendo sub onere bonorum operum, & sic eam facit causam finalem ipsorum: & quam demum confert in Coronam, eam exhibendo post exhibitam ex parte nostrâ conditionem bonorum operum, à quibus revelavit se fecisse ipsam ita dependentem, ut aliter non existeret in Adultis. Ad tertiam, dico, in hac & similibus locutionibus Scripturæ, & Patrum explicari Decreta Divina, ad commodiorem intelligentiam nostram, per æquivalentiam ad nostrum modum operandi, & relatè ad ipsum, juxta ea quæ diximus *à num.* 113. sumpto rationabiliter fundamento ex illâ Divinorum actuum mirabili, & supereminentissimâ energiâ *ibi* tactâ, & explicatâ.

Et secūda.

141 Ad secundam confirmationem, dico, ut merita causent moraliter gloriam, non sufficere, ea præcedere, & hanc subsequi, quomodocumque: neque requiri, ut merita concausent affectum dandi gloriam: id enim respectu divinæ voluntatis non habet locum: sed purè sufficere, ut, mediâ voluntate Dei, exerceant vim suam meritivam circa gloriam; tunc autem ea vis exercebitur, cùm Deus efficaciter inducat eam dependentiam in Gloriâ respectu meritorum, ut hæc non existeret nisi sub onere præcedentium

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providit. & Prædestinante.

meritorum, & obsequiorum hominis ad gloriam ordinati per ipsa merita.

142 Ad primam instantiam, nego majorem in sensu objicientis, explicaturus quo sensu vera sit respectu Dei. Ita que Gloria tunc datur, *ut Corona*, quando, mediâ voluntate Dei, quam neque causant, neque ut præexistentia movent, Merita sunt ratio præsupposita sub cujus conditione decernitur existentia Gloriæ: & in hoc sensu solet dici, Merita, *ut merita*, seu *ut existentia* movere Deum, ut conferat Gloriam, non quia Deus quasi exp ctet existentiam meritorum, aut eorum absolutam notitiam (neque enim Deus ex illis est, qui instruuntur *ex factis ad faciendo*, qua es nos sumus) sed quia instructus Scientiâ simplici naturali, & Mediâ, & omninò securus de eo quòd, si velit ipse, erunt merita nostra, & præmium suum, vult indivisibilissimè Merita, & Gloriam, & emanationem istius ab illis. Nec exinde inferas, Merita *ut conditionata* movere: aliud enim est solam Scientiam conditionatam præcedere ad Decernêdum: quod fateor: aliud, decerni Gloriam, dependentem à meritis conditionatis tanquam à conditione, & onere sub quo decernitur: quod nego. Ad secundam concedo antecedens de tali tendentiâ æquivalenter: de tali tendentiâ formaliter, nego ob *suprà* dicta.

Instantiæ diluuntur

§. IV.

ARGVMENTVM QVINTVM EX VOluntate Dei circa omnes.

Arguit quintò ex Voluntate Dei generali.

143 QVintò arguit ex Voluntate generali salvandi omnes, quæ negari non potest in Deo ex Apostolo. Voluntas Divina salvandi omnes homines stare nequit cum electione aliquorum efficaci ante prævisa merita; sed illa voluntas negari nequit: ergo hæc. Major in quâ est tota difficultas, probatur primò: quia voluntas Divina salvandi omnes, arguit in Deo æqualem circa omnium gloriam affectum, quantùm in se est, licèt inæqualia velit auxilia: at æqualitas affectiva Dei circa omnium gloriâ, quantùm in se est, compati nequit cum efficaci affectu circa alicujus gloriam præconcepto ex mero suo beneplacito: ut patet. Secundò: quia si Deus, non expectatâ Meritorum absolutâ prævisione, ex modo suo volendi jam discernit Prædestinatos ab iis, qui non sunt: quomodo dicitur velle Gloriam omnibus, voluntate seriâ, & generali?

144 Tertiò: quia si Deus ante prævisionem absolutam meriti, & demeriti efficaciter hos, & non illos eligit ad gloriam, opùs est, ut, non electis, dispenset auxilia finalia inefficacia, & quidem de industriâ: nam alioquin impossibile est, ut ex tantâ multitudine nullus faciat auxilium finale efficax: hoc autem stare nequit cum seriâ voluntate salvandi omnes. Quartò: quia illa voluntas generalis est sufficiens, ut ex eâ Deus det Reprobis auxilia ex seriâ intentione boni operis, & Gloriæ: si autem eligit Prædestinatos ante prævisa merita, auxilia Reprobis dabit sciens fore inutilia; quomodo ergo dat ex illâ seriâ intentione? Quintò: ex illâ voluntate generali Deus minatur pœnam, & promittit Gloriam omnibus æquè sub conditione: similis autem conventio repugnat cum inæqualitate voluntatis antecedentis: significat enim externa conventio, animum minatis, aut promittentis ex se æquè affectum in singulos.

Illustratur ratio duplicitèr.

145 Confirmatur hæc primò: Deum, quantùm in se est, velle omnes homines salvos fieri, est, quantùm in se est, nihil omittere ex his, quæ ad suam determinationem pertinent circa gloriam, & eâ ipsis nolle negare, non expectatâ eorum dispositione per merita, vel demerita: neque enim aliter videtur explicari posse talis voluntas generalis: at id manifestè repugnat cũ antecedente voluntate, quâ, nondum expectatâ meritorum, aut demeritorum exhibitione, hos efficaciter ad gloriam eligit, & non illos. Secundò: quia voluntas illa generalis est conditionata, nempe damnandi, nisi decedant in Gratiâ: salvandi, si decedant: sed cum illâ voluntate nequit compati voluntas antecedens salvandi hos, & non illos absoluta, & ante prævisa merita; quod ostendo. Tùm quia ineptum est velle aliquid sub conditione certissimè non ponendâ, imò quam ipse excludis: at Deus respectu Prædestinatorum excludit indecessum in gratiâ; nam decretum illud electivum, est prædefinitivum decessûs in gratiâ: aut quid ergo decernit eorum damnationem si

si talis decessus deficiat: aut cur decernit sub conditione decessûs in gratiâ Gloriam Reprobis, si dat auxilia, quæ prævidet inconjungenda cum tali decessu? Tùm etiam quia nemo decernit aliquid sub conditione, nisi pro tunc suspensus de conditionis positione: quomodo ergo Deus habet voluntatem salvandi homines si decedant in gratiâ, volendo simul, quòd decedant in gratiâ, & salventur?

Solvitur argumentum. Infrà lib. 3. a n. 55.

146 Respondetur. Voluntas illa, quâ Deus vult omnes homines salvos fieri (de cujus naturâ, & existentiâ erit *infrà* latior sermo) non est affectus omninò æqualis circa omnes, sed formaliter integratus ex affectu efficaci circa Prædestinatos, & ex inefficaci circa Reprobos, ut bene notavit Pater Ribas *tract. 7. disp. 3. cap. 8. num. 80.* unde jure dixit Apostolus, *Deum velle omnes homines salvos fieri*: quia ab affectu circa Gloriam nemo excluditur, & exinde vocari à Theologis cæpit Voluntas generalis. Vis & energia talis affectûs circa Prædestinatos nota est: circa Reprobos ea est, imprimis affectus, vi cujus eos ordinat ad Gloriam Deus; deinde vi cujus dispensat auxilia, quæ secundùm se, & ex intrinsecâ suâ institutione, & prout à Deo sunt, ordinantur, & ordinant ad Gloriam, habentque posse cum ipsâ conjungi, neque ipsâ conjungi, nisi obstet abusus accipientis: unde affectus ordinandi ad gloriam per hujusmodi auxilia, continentia in se & in suâ ordinatione Gloriæ assecutionem, præscindi nequit ab inclinatione donantis circa Gloriam.

P. Ribas.

147 Quare ea Voluntas *tria* præstat. *Primum*: ordinare Deum homines ad gloriam. *Alterum*: dare auxilia, prout à Deo, ordinata & sufficientia ad ipsam gloriam, neque ipsâ assecutura, nisi obstet abusus accipientis, quem Deus aliquî permittere potest. *Tertium*: necessitatem, ne Deus ex se procedat ad exclusionem Gloriæ, in quam reipsâ inclinat, nisi ratione abusûs, quî ab ipso nullomodo est per se: permittitur tamen, & propter ipsum, alioquin inclinatus ad gloriam Reproborum, eos damnat, & excludit à Gloriâ: idque Deus præstat voluntate virtualiter omninò indivisibili. Ex quâ explicatione

Ad formã

148 Nego sequelam majoris. Ad primam probationem, nego majorem. Ad secundam explicui modum. Et certè nec ipsi Adversarii differi possunt, Deum antecedenter ad merita, vel demerita, discernere jam, conferendo quibusdam auxilia, in quibus donat beneficium perseverantiæ finalis, & aliis auxilia, in quibus negat. Si autem hoc stat bene cum illâ generali voluntate, nescio cur non æquè bene stet Doctrina, quam impugnant: Nam si voluntas illa generalis adeò æqualis est, & propensa in bonum omnium, auxilia dispensare deberet æqualia ex parte Dei conferentis: quod, licèt aliqui ex Adversariis admittant, & contendant, ferri non potest, & de medio tollit specialem benevolentiam Dei, quâ deprædicant Scripturæ, circa Prædestinatos. Ad tertiam nego antecedens: sufficit permissio inefficaciæ.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

149 Ad quartam sapiùs dixi præsciétiam mali eventûs ex parte accipientis donum, non obstare dispensationi doni ex seriâ intentione eventûs oppositi: quod & *infrà* magis explicabitur, & est solvendum & explicandum ab omnibus. Ad quintam: externæ comminationes, & promissiones fiunt à Deo, modo explicandi, & intelligendi connaturali nobis, quorum in gratiam fiunt: non tamen perinde colligenda est in Mente, & in Voluntate Divinâ similis imperfectio sciendi, & volendi. Ratio autem cur ita Dei voluntas nobis manifestetur, ea est, quia verissimum est neminem ex Adultis nisi propter merita admitti ad gloriam, & neminem nisi propter demerita excludi: unde hortatur nos ad merita per propositionem Gloriæ, & à demeritis terret, per comminationem exclusionis ab ipsâ: siquidem Nos statuit in manu consilii nostri. Ad primam confirmationem jam explicui energiam voluntatis illius, quare nego antecedens. Ad secundam dico illam voluntatem formaliter non esse conditionatam, sed æquivalenter: quæ relucet in voluntate salvandi unicè propter merita, & non damnandi nisi propter demerita.

Infrà lib. 9. a n. 179.

§. V.

ARGVMENTVM ALIVD A PRIORI.

Arguit sextò à priori.

150 SExtò arguit à priori pro Vazquez Pater Amicus. Finis principa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Amicus pro Vazq.

cipalissimus omnium operum Dei *ad extra* est sui Gloria: *Omnia enim propter semetipsum operatus est Dominus*: ergo omnia Dei opera ad extra sunt media, respectivè ad Dei gloriâ primariò præintentam. Nunc sic: In serie mediorum versus aliquem finem præintentum, illa sunt priora in ordine intentionis, quæ sunt magis apta, & idonea ad talem finem; atqui respectivè ad Gloriam Dei magis apta, & idonea sunt merita nostra in Dei honorem exhibita, quàm nostra glorificatio: ergo priùs intenduntur à Deo, quàm ipsa gloriticatio nostra: ergo electio ad Gloriam non antecedit, sed subsequitur prævisionem absolutam meritorum.

151 In hoc Syllogismo stat tota vis. Et consequentiæ liquent. Major patet: quia sicut amor finis facit, ut amentur media, facere debet, ut quò medium magis accedit ad finem, eò finis citius, & magis ametur. Minor probatur: quia Deus dat glorificationem *ut, & quia* meremur, & obsequimur: ergo obsequia nostra plus cedunt in Dei honorem, quàm ipsa glorificatio. Tùm quia eò est actio honorificentior, quò plus de obsequente impendit in honorem ejus cui obsequimur: at per merita plus impendimus de nobis in Dei honorem, quàm per glorificationem: ergo illa sunt honorificentiora, quàm hæc respectivè ad Deum.

Fit satis primò:

152 Respondetur. *Imprimis* supponit Arguens, quod negamus: nempè inter actus Divinos dari ullum ordinem intrinsecũ respectivè ad ordinem, quo inter se objecta se respiciunt: quare admisso enimemate, negetur major Syllogismi principalis. *Deinde* aliud est Gloria *secundùm se*, & aliud Gloria *ut Corona*: Gloria, *ut Corona*, dicit præsuppositionem meritorum, atque adeò in ipsâ *ut Coronâ* relucent, & aptitudo obsequiorum ad Dei honorem, & insuper aptitudo intrinseca sui: unde sub eâ distinctione negari potest minor principalis Syllogismi.

Secundò:

Tertiò:

153 Tertiò: in serie eorum, quæ respectivè ad finem universalissimum se habent ut Media, est etiam ordo finis, & Mediorum: & tunc licèt respectivè ad finem universalem eligi debeant, ut Media, non ipsis perinde præjudicium fit à volente, sed ordine suo volendi dat prærogativam finis respectivè ad alia objecta: sic autem se habet glorificatio nostra respectu meritorum: quæ duo, licèt sint in lineâ medii respectivè ad Dei Gloriam, tamen Glorificatio nostra habet prærogativam finis respectu meritorum, atque adeò præcessionem in intentione. Vnde nego iterum majorem.

Quartò.

154 Quartò: quis arbitrari possit an Glorificatio nostra, an potius Merita sint medium aptius in Dei honorem? Nam licèt illam det Deus in præmium, præstat id vel proportione partium ad totum, vel ex mero suo beneplacito. Certè Glorificatio nostra maximè manifestat dominium, majestatem, & supereminentiam Dei, & magis quàm merita nostra: quare negari potest etiam iterum minor.

SECTIO III.

ARGVIT PRO PRIMA SENTENTIA Vazquez à Congruenti.

Arguit à congruenti. Primò:

155 PRimò: congruit enim, ut modus decernendi Gloriam, imitetur modum ipsam exequendi: imò, ut Deus priùs præviderit absolutè, & decreverit, quod absolutè priùs ponitur: Si ergo Gloriam Deus exequitur, *ut Coronam*, & priùs absolutè præcedunt merita: cur hic ordo non servetur in Decretis? aut quomodo rationi congruat, ut primum Gloriæ Decretum præscindat à meritis, & à circunstantiâ Coronæ? *Respondetur*. Incongruum esse fingere Deum ad intra operantem, cum eâ imperfectione, quam ratione suæ limitationis secum important operationes ad extra: & maximè congruum, ut Rationale agens non priùs de medijs cogitet, quàm de fine decreverit. Et id docemus. Quod verò additur, primum Decretum Gloriæ præscindere à circunstantiâ Coronæ, & à meritis respectu Adultorum, falsò imponitur.

Fit satis.

Secundò:

156 Secundò: Cõgruit enim, ut Deus ex se neminem repellat à salute; neve det auxilia hominibus sine sincerâ intentione boni: quomodo autem neminem ex se à salute repellit, si negligit, dum eos, qui salvandi sunt, eligit? Quomodo dat auxilia cum seriâ, & intentione sincerâ boni eventûs, si cogitur ex industria dare inefficacia? Ratio est: quia si non daret ex industriâ, quomodo nullus ex

Et fit satis

ex tantâ multitudine finaliter perseverare? *Respondetur*; eodem Adversarios premi lapide: si enim tam ardenter omnium salutem Deus optat, quomodo ponit hos in auxiliorum serie, in quâ prævidet gloriandos, & non illos? Remittimus hæc omnes ad judicia Dei, juxta quæ dico neminem à Deo ex propriâ inclinatione repelli à salute, sed quasi coactum ademeritis: ut *supra* dixi: & omnibus dare auxilia ex sincerissimo affectu boni: neminì, inefficaciam ex industriâ: cum præscientiâ tamen: quæ diversa sunt: ut explicui *lib. 6. num.* 515. non ex industriâ, quia sonat affectum inefficaciæ: justè, & necessariò cum præscientiâ: quia voluntariè permittit, nullâ lege obligatus ut se retrahat à collatione doni ex abusu præcito recipientis.

Supra num. 135.

Supra lib. 6. n. 515

Tertiò:

157 Tertiò: Congruit enim, ne ante præscientiam absolutam meritorum admittatur prædefinitum tẽpus, & instans mortis, necnon mensura Gloriæ, & Gratiæ, & bonorum operum quoad singulas circunstantias: nam id videtur opponi voluntati Dei manifestatæ, quâ nos hortatur, ut in virtute crescamus.

Et fit satis

Respondetur, & hoc lapide feriri Adversarios: nam Deus ante præscientiam absolutam eligit seriem auxiliorum, quam unusquisque habiturus est. Quare nego antecedens: imò incongruum est, Deus ut quasi expectet eventus absolutos rerum, ut eas disponat providentissimè in numero, pondere, & mensurâ. Crescamus per auxilia, quæ nobis confert, neque enim minus prædefinivit, quàm nos per eadem auxilia prævisi simus operaturi, si haberemus ab ipso Deo.

Quartò:

158 Quartò: Congruit enim, ut talis ordo Prædestinationis existimetur in Deo, ut nulla relict justa querela reprobis; nullaque cæteris existimatio minùs consona de Divinâ Bonitate. At in Reprobis quæ justior querela? Quid mirum, *inquiunt*, quòd alii perseverarent in Gratiâ, si electi sunt, & exinde acceperunt beneficium perseverantiæ finalis: nos ante demerita, neglecti sumus, & despecti, atque adeò Gratias non profuturas accepimus? In aliis quæ existimatio de Deo gigni potest, si videat tam paucos prædestinatos, tam languida opera in ipsis: quis non dicat, si Deus antecedenter ad merita, & demerita sic se gessit, quomodo justè conqueritur de paucitate eorum, qui salvantur; aut de inertiâ, & de tepiditate eorum? Cur non plures eligit; aut majora charismata prædefinivit.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Fit satis.

159 *Respondetur*: eodem etiam lapide premi Adversarios: Si enim Deus antecedenter ad merita, & demerita unis dat seriem auxiliorum inefficaciũ: alijs, efficacium: non est eadem querelæ ansa? cur pluribus non dedit beneficium finalis perseverantiæ? Cur non dedit auxilia uberiora, vel cum uberrimo fructu conjuncta? Reserventur igitur hæc ad arcanitatem Divini consilii justissimè omnia decernentis: *Et dicamus*, Reprobos injustè de Deo conqueri: nam si neglecti sunt; neglecti sunt, quia ipsi sub hac serie auxiliorum, abutendo, fuerunt impedimento ne Deus ab æterno elegisset, necessariò vel non daturus eam seriem auxiliorum, vel electurus, si ipsi pro libito non abuterentur. Nec ex eo quòd non sint electi, vel sint neglecti, accipiunt gratias incongruas: sed accipiunt Gratias permittente Deo incongruitatem & ideo negligente ipsos, & expellente à salute. *Dicamus* deinde, justissimè Deum de Reprobis conqueri, & de Prædestinatis tepidè operantibus: quia utrique dat gratiam ad majora, nec quicquam præfinit in ipsis circa liberos actus, nisi habito respectu ad determinationem ipsorum. *Dicamus* denique tam paucos electos in hac auxiliorum serie, quia in eâ pauci operati sunt benè. Cur non alias series auxiliorum disposuit, in quibus plures salvarentur, Deus scit.

Quintò:

160 Quintò: congruit enim, ne detur hominibus ansa desperandi, fugescendi in zelo animarum, & extinguendi sollicitudinem in quærendâ salute: hæc autem ansa datur, si prædestinatio fiat ante prævisa merita: discurri enim potest sic: vel ego, & hic inclusi sumus in numero electorum: vel non? Si non: quomodocumque operemur, damnabimur. Si sic: etiam salvabimur, quomodocumque operemur. *Respondetur*, ictu eodem percelli Adversarios in præelectione ad gratiam, & finalem perseverantiam, antecedenter ad merita, quare dicendum, eam argumentationem stultam esse: nam qui electus est, inclusus est in numero electorum dependenter ab ope-

Et fit satis

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providt. & Prædestinante.

operibus bonis, quæ facit: quæ, si non facit, ut potest, nunquam ab æterno erit electus: oportet ergo operati bene, & bene operando non impedire prælectionem. Qui non est electus, similiter non est in eo numero dependenter à demeritis, quæ, si non faceret, ut certè potest, non impediret in tempore, quominus ab æterno electus esset: oportet ergo non peccare: sed cum timore, & tremore nostram salutem operari. Legantur Augustinus, & Prosper: ille *de Bono Perseverantiæ cap.* 16. & 17. Hic *l.b. 2. de voc. Gent. cap.* 25.

Augustin. Prosper.

Sextò:

161 Sextò: Congruit enim, ut voluntas Dei de conferendâ Gloriâ, sit qualis colligitur ex promissionibus externis Dei: debent enim istæ conformari cum Decretis internis, quorum signa sunt. Atqui Promissiones externæ, quæ de Gloriâ extant, sunt conditionales, non & absolutæ: nempè si homines moriantur in gratia: ergo similiter voluntas, quæ circa Gloriam à Deo concipitur antecedenter ad prævisa merita, solùm est condirionalis, & non absoluta. *Respondetur:* Promissiones non debere conformari cum Decretis internis quoad modum essendi, & entitativè, sed quoad veritatem, & firmitatem: unde licèt Decreta sint absoluta, & Promissiones fiant modo conditionato, conformantur inter se maximè. Et ratio est, quia modus volendi Divinus sequitur perfectionem Divinæ Naturæ: modus manifestandi suam voluntatem, & energiam sese attemperat imperfectioni in intelligendo nostræ: Cùm autem Deus, non det Gloriâ Adultis, neque velit dare, nisi præsuppositis meritis, & decessu in Gratiâ: neque neget illi, nisi quasi coactus à demeritis, benè, & optimè explicat hunc modũ prædestinandi per permissiones conditionatas, quâ hortãdo nos ex fine Gloriæ ad honestè operandum, dicit daturum se gloriam omnibus, qui decedãt in Gratiâ: quo innuit neminem repelli à Gloriâ, si finaliter perseveret, & nisi propter demerita, & omnes homines esse in libertate, quâ, si, ut possunt, bene utantur, intrabunt in Regnum Cœlorum, & erunt ex prælectis ad gloriam.

Fit satis.

Septimò:

162 Septimò: Congruit enim neminæ, quibus Deus arcet Prædestinatos à malo, & excitat ad bonum: simulque Reprobos, irritæ sint, & inanes: ut filæ: *Damnaberis, nisi mercaris gloriam, & ingratiâ decesseris*: at forent inanes, & irritæ, si Deus jam antecedenter ad prævisa merita elegisset ad Gloriam. *Respondetur* negando minorem: illæ enim minæ sunt utiles & verissimæ. Vtiles: quia Deus Decrevit Gloriam obtinendam per merita ex hujusmodi minis occasionaliter orũda. Verissimæ quia denotant ita Prædestinatos fuisse electos, ut nunquam fuissent electi, nisi meterentur, & decederent in gratiâ: quia statutum est, ne Gloriâ habeant nisi causatam à meritis, & ut Coronã: Reprobos verò ita neglectos fuisse, & reprobatos, ut nunquã fuissent, nisi malè operando impedirent in tempore æternam sui prælectionem: & utrosque manere in libertate, nullo accepto præjudicio à Divinâ voluntate Prædestinante, vel reprobante.

Et sit satis

Octavò

163 Vltimò: Vel Prædestinatio facta est ante prævisum Originale, vel post prævisum: & neutrum congruit. Non primum: quia vel Deus ante originale prædestinavit eos solùm homines, qui modò salvantur, vel alios? Si hoc, mutatum est decretum: si illud: non cohæret cum his quæ de facto contingunt: multi enim salvantur, qui tunc non salvarentur: & reprobantur multi, qui tunc salvi fierent. Non secundum: quia sic habuisset Adamus primam Gratiam, & non habuisset ut effectum Prædestinationis, & ex intentione efficaci finis à Deo voliti, qui Gloria est: quo præsertim fundamento nituntur Sanctus Thomas, & Suarez contra Vazquez. *Respondetur.* Imprimis neque ante neque post prævisum originale prædestinatos homines, sed simul: deinde prædestinatos cum conditionali præscientia originalis, & eorum, quæ modò contingunt, atque adeò eos prædestinatos esse, qui reipsâ salvantur in hac lege: & quidem, si aliter prævidisset Deus, aliter, & alios forsan elegisset. Quare licèt ante prævisum absolutè peccatum originale, prædestinaverit Deus, prædestinavit tamen pro statu peccati originalis; & non pro statu innocentiæ, quem præscierat non duraturum, si poneretur, ut positus est: quare cessant absurda, quæ timebantur.

S. Thomas. Suarez. Vazquez. Et sit satis

SEC-

SECTIO IV.

ARGVIT PRO PRIMA SENTENTIA Vazquez ab Authoritate.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providt. & Prædestinante.

Arguit P. Vazquez ex Scripturâ.

164 ET primò quidem Scripturæ. *Primus* locus est Matth. 25. ubi dicitur ad Prædestinatos: *Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.*

Matth. 25.

Et subdit rationem ex meritis: *Esurivi enim, & dedistis mihi manducare, &c.* Notetur primò: duo distingui à Christo, possessionem Regni: quæ est executio: & præparationem; quæ est electio: & utriusque, datur ex meritis præcedentibus, ratio. Notetur secundò: simili omninò modo circa prædestinatos dari ex meritis rationẽ, ac circa Reprobos datur ex demeritis ad inflictionem pœnæ, & ad ejus præparationem: ergo ex hoc loco manifeste fit Prædestinatio post prævisa merita. Vnde glossat Chrysostomus: *Quia sciebam vos hujusmodi futuros, hæc à me præparata sunt.* Quid clariùs? *Secundus* locus ex ejusdem Matth. 25. ubi confirmat idem Christus *parabolâ talentorum*: ubi ratio ad ingressum regni sumitur ex absolutâ notitiâ meritorum: *quia in pauca fuisti fidelis, &c. Tertius* locus est ex Apostolo ad Rom. 8. ubi ait, *quos præscivit, & prædestinavit*: ubi significat præscientiæ præcessionem ad Prædestinationem: Præscientia autem, de quâ Apostolus est absoluta notitia meritorum ex Hieronymo, Ambrosio, Prospero, & Augustino apud Amicum. *Quartus* ex 2. Petri 1. ubi dicitur: *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis*: ergo electio expectat merita, ut certa sit: ergo antecedenter ad ipsam, nõ est electio certa, seu efficax. *Quintus* ex Apocalypsis 3. ubi dicitur: *Tene quod habes, ne alius accipiat Coronam tuam*: ergo electio ad Coronam succedit ad prævisionem meritorum. *Sextus* est sylva *testuum*, ubi Gloria proponitur unicè ut *Merces, Brabium, & Corona.*

Chrysost.

Matth. ibi

Roman. 8.

Hieronym. Ambros. Prosper. Augustin.

2. Petr. 1.

Apoc. 3.

Fit satis: & explicantur Scripturæ in genere.

165 Respondetur. Et imprimis generatim: ex his, & similibus locis unicè fieri, quod verissimum est, nempe Gloriam Adultis dari, ut Coronam & effectum meritorum; neminemque ex his, cã potiturum, nisi præcedentibus meritis: unde significatur æterna Dei dispositio de Gloriâ, ut dependente à meritis, & eorum effectu: dispositio verò circa gloriã ex præcedenti meritorum prævisione absolutâ, nullo modo significatur. Quòd si modus explicationis, oppositæ existimationi ansam alicubi præbet, corrigenda ea est ex præsuppositâ cautione: quòd Scripturæ se conformant modo, & imperfectioni in intelligendo nostræ, & æternas Dei Dispositiones explicant, qualiter nos facientes retatè, & cum sapore ad conceptus, & modum nostrum.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providt. & Prædestinante.

Singulatim.

166 Iam ad singula loca. Ad primum dico monesieri per ipsum nos, Neminem ingredi ad Gloriam, nisi viâ meritorum, neminemque electum ad gloriam nisi prout ab ipsis meritis dependentem: loquendo de Adultis. Et penès hæc sumi potest paritas à verbis circa Reprobos: nam aliunde à nobis sumitur magna disparitas: videlicet ex subjectâ materiâ, & aliis locis. Chrysostomus interpretãdus est vel de præscientiâ conditionatâ: vel in sensu formali, quatenus retatè ad conceptus nostros explicare voluit catholicam veritatem nuper expositam, de nemine coronando nisi præsuppositis meritis. Eodem modo dicatur ad secundum. Ad tertium dico primò: loqui Apostolum de præscientiâ conditionatâ, à quâ descendit directivè Prædestinatio: quem sensum mihi commendat ordo Apostolicarum vocum. Secundò: sumi præscientiam pro dilectione, sensu apud Apostolum & Augustinum obvio. Tertiò: Præscientiam, & Prædestinationem esse idem omninò; unde nihil mirum, si pro electione ponatur utraque vox ab Apostolo. Quarto: Apostolum loqui, attemperando se ad communem loquendi, & intelligendi nostrum. Ad quartum sensus est, non posse nobis certum esse, quòd electi simus, nisi ex bonis operibus, quia nemo ex Adultis independenter ab eis electus est. Quintus, solùm significat dependentiam Coronæ nostræ à nostris operationibus, modo vulgari intelligendi, & loquendi nostro. Ad sextum patet ex primâ responsione generali.

Chrysost.

Paul. & Augustin.

Arguit ex Patribus: præsertim Augustin.

167 Secundò ex Authoritate Augustini. Primus, & illustrior locus est ex *lib. 1. ad Simplic. quæst. 2.* ad illud Pauli *ad Rom. 9. cum nondum nati essent, &c.* ubi hæc habet: *Non ergo secundùm Electionem Propositum Dei manet, sed ex Proposito Electio*: idest, *non quia Deus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

invenit opera bona in hominibus, quæ eligat, ideò manet propositum justificationis ipsius, sed quia illud manet, ut justificet, ideò invenit opera, quæ jam eligat ad regnum Cœlorum. Nam nisi esset electio, non essent electi, nec rectè diceretur: quis accusabit adversus electos Dei? Non tamen Electio præcedit justificationem, sed electionem justificatio. Nemo enim eligitur nisi jam distans ab illo, qui rejicitur. Unde quod dictum est, quia elegit eos Deus ante mundi constitutionem, non video quomodo dictum sit, nisi præscientiâ. Qui locus videtur omninò continere, & explicare Sententiam Patris Vazquez.

168 Alter locus est ex *lib. de Prædest. cap. 3. Ex præscientia igitur offensionis ultionem, ut justus judex, prædestinavit: sicut ex præscientia Virtutis Prædestinatio solet fieri Remunerationis.* Tertii ordinis loca eò tendunt, ut ostendant Prædestinationem non sumi ab Augustino pro electione ad Gloriam, sed ad gratiam: Audiatur præsertim *cap. 10. de Prædest. SS. Inter gratiam & Prædestinationem, hoc tantùm interest, quòd Prædestinatio est Gratiæ præparatio: Gratia verò ipsa Donatio.* Vnde cum Augustinus ait, Prædestinationem esse ante prævisa merita, manifestè loquitur de electione ad Gratiam, non verò de Electione ad gloriam: quâ satis docet esse post prævisa Merita, cùm passim doceat Adultos non eligi ad gloriam, nisi habitâ ratione Meritorum. Legatur potissimùm *cap. 7. de Corrept. & Gratia, & lib. 83. qq. quæst. 68.* & aliis locis, quæ congerit, & expendit Pater Vazquez, hoc discursu maximè nixus, & confisus.

Fit satis. Augustin. mens.

169 Respondetur. Ad primum *multi* multa dicunt. *Alii* interpretantur per ordines Intentionis, & Executionis. *Alii* per Electionem strictè, & cōpietè sumptam, prout dicit eligere unum, & excludere positivè alterum. *Alii* cum Bellarmino ajunt, in posterioribus tractatibus Augustinum retractasse sententiam *ibi* traditam. Primi non placent. Alii non satis explicant. Tertii probabiliter sentiunt, sed succumbunt. Ego aliter intelligo Augustinum cum Esparzâ, & Antonio Perez. Noto primò: Electionem seipsâ formaliter, sumptam pro æternâ Dei dispositione, de quâ loquimur, esse discretivam electi, à rejecto, & formalem

Ex Bellarmin.

Ex Esparz Ant. Per.

distantiam unius ab alio, inductivam meritorum in uno, quibus alius caret. Noto secundò: Electionem & præscientiam esse virtualiter unum & idem: unde quod de electione dicitur sub nomine electionis, dici etiam poterit sub Nomine Præscientiæ. Noto tertiò: præscientiam, ut *suprà* innui, apud Augustinum sonare plerumque specialem dilectionē. Noto quartò: electionem sumi posse activè, & passivè; activè sumpta, significat actum æternum Dei. Passivè sumpta, significat actionem segregationis, quâ exercicè segregabantur ab hædis Agni.

Augustin. Exponitur.

170 Iam dico primò: Augustinū, dum dicit elegisse Deum ante mundi constitutionem, *præscientiâ*, loqui de electione activâ, quam Præscientiam jure vocat. Dico secundò, dum dicit, neminem eligi, qui jam non diceret, loqui de diliantiâ formaliter inductâ, per actum eligendi. Dico tertiò, dum dicit electionem subsequi ad justificationem loqui de electione passivâ. Tùm quia id fit ex ipsis verbis Augustini, tùm quia electionem sumit eo proportionali sensu quo sumunt justificationem: & hanc passivè sumit. Tùm quia justificatio non præcedit tempore, & in se electionem æternam Dei: quâ de subsecutione loquitur Augustinus. Maneat ergo nihil ex eo loco fieri contra Nos. Aliter non censetur Augustinianus à Montoyâ. Quidquòd ille modos loquendi sumptus est ad explicationem ex modo solito remunerationis, scilicet inter nos, ut verba significant. Ad tertium, licet *lib. de Prædestinatione Sanctorum* Augustinus pro electione ad Gratiam sæpè sumat Prædestinationem, sumitur ab ipso pro electione ad Gloriam: Tùm *eo lib. cap. 19.* Tùm *cap. 7. de Correp. & Gratiâ*, tùm aliis locis videndis apud Montoyam *disp. 4. & 10.* Vnde cùm utrobique asserat generaliter Prædestinationem æternam non esse ex meritis, sed ex eâ esse merita, de utraque electione proportionatè intelligēdus est.

Montoya.

Argum. ex aliis Sanctis Patribus.

171 Tertiò ex Authoritate aliorum Patrum. Prosper ita loquitur *ad artic. falsò impositos* Augustino, scilicet *ad 12. Quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati; essent autem Prædestinati, si essent versuri, & in Sanctitate, ac virtute mansuri.* Ambrosius *lib. 5. de Fide. cap. 2.* Sic ait expressè: *Non enim ante præ-*

Prosper.

Ambros.

destinavit, quàm præsciret, sed quorum merita præscivit, eorum præmia prædestinavit. Idem *in illud Roman. cùm nondum nati fuissent, &c.* sic glossat: *Præscientiam Dei flagitat in causis, sciendo enim quid unusquisque eorum futurus esset, dixit: hic erit dignus, qui erit minor: & qui major, indignus. Nam neminem damnat antequam peccet: & coronat antequam vincat.* In sensum eundem loquuntur Hieronymus, Damascenus, Fulgentius, Sedulius, & alii apud Lessium, & Vazquez.

Hieronym. Damascen. Fulgent. Sedul. Lessius. Vazquez. Fit satis. Mens SS. PP. Suprà nu. 124.

172 Respondetur. Ad Prosperum, eum circa Reprobationem usum fuisse causali; & meritò, ob discrimen *suprà* tactum: circa Prædestinationem verò non esse usum eâ causali, sed conditionali, ex quâ notum est, non inferri legitimè causalem. Imò Prosper causalem oppositam expressit in Prædestinatione circa merita, dum dixit: *Ac per hoc Prædestinatio Dei multis est causa standi, nemini labendi.* Ad Ambrosium, dico ex ejus verbis solùm inferri, nemini Adulto dari Gloriam, nisi ut coronam, & partam ex meritis, quod est verissimum; vel solùm insinuari comitantiam essentialem Prædestinationis cum præscientiâ Meritorum: quare pro nobis est. Ad alios omnes Patres (& sit solutio generalis) dicatur ipsos solùm significare Decretum Gloriam, ut coronam, & ab Adulto nullo possidendam, nisi sub conditione meritorum ad ipsam præcedentium. Quòd si alicujus præscientiæ præcessionem insinuant, eos ita facere, titulo tuendæ libertatis, atque adeò eam præscientiam non esse præscientiam Absolutam, sed Mediam. Videatur Aldrete *disp. 6. sect. 5. 6. 7. & sequentibus.*

Aldrete.

SECTIO V.

SENTENTIA DOCTORIS EXIMII ARguit contra primam, & Nostram.

§. I.

ARGVMENTA DOCTORIS EXIMII EX Scripturâ, & Patribus.

173 TRiplex etiam locus est, ex quo disputat: *Authoritas, Congruū, Necessarium.* Et citea singula loca, ferè immensi sunt Montoya, & Aldretus. Seligam quæ sufficiant, & speciosiora videbuntur. Et primò quidem ex *Authoritate.*

Montoya. Aldrete.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Arguit Suarez primò ab Authoritate Rom. 1.

174 Primus locus sit ex Scripturâ, nempè Pauli ad Romanos 1. *Diligentibus Deū omnia cooperantur in bonum hos, qui secundùm propositum vocati sunt Sancti.* Nota primò: *Propositum* hîc esse *Prædestinationem*: unde procedit Apostolus: *Quos prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & justificavit: quos autem justificavit, illos & glorificavit.* Nota secundò: Hoc *Propositum*, seu *Prædestinationem* esse propositum Gloriæ. Id enim habet expressè Augustinus *cap. 7. de Correp. & Gratiâ*, dicens: neminem ex vocatis *secundùm propositum*, perire: *quia electi sunt ad regnandum cum Christo. Et ibidem: Electi autem sunt: quia secundùm propositum vocati sunt*, & idem habet *cap. 7. de Prædestinatione Sanctorum.* Nota tertiò: Hoc *propositum* non esse qualecumque, sed efficax. Tùm quia ex Augustino, & communi sensu, Propositum est voluntas efficax alicujus rei. Tùm quia ex illo Proposito infert Augustinus perire neminem: ergo est efficax. Ex his ita arguitur: Prædestinatio hominum est, vel importat Propositum efficax Gloriæ, ex quo vocatio, justificatio, & glorificatio tanquam ex fonte fluunt: sed hoc propositum est voluntas efficax Gloriæ: ergo Prædestinatio est, vel importat voluntatem efficacem Gloriæ, ex quâ tanquam ex fonte fluunt Vocatio, Justificatio, Glorificatio: ergo non subsequitur ad merita, & justificationem, sed præcedit ut radix: ergo.

Iuxta Augustin.

Rom. 1.

Iuxta Augustin.

Secundò: Ephes. 1.

175 Secundus sit ex ipsâ Scripturâ, nempè Pauli ejusdem *ad Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus Sancti, & immaculati in conspectu ipsius.* Vt vis rationis ex hoc textu emicet juxta mentem Pauli, & Augustini, noto primò: Loqui hic Paulum de electione ad Gloriam. Tùm quia id fit ex ipsis verbis Apostoli, *immaculati in conspectu ipsius.* Tùm quia immediatè sequuntur hæc: *qui prædestinavit nos, &c. secundùm propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ.* Tùm ex eodem Apostolo *ad Timoth. 2. Omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum Gloria Cœlesti.* Tùm demum ex Augusti-

Iuxta Augustin.

2. Timoth. 2.

Ex Aug.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

noi qui *cap. 7. de Correp. & Gratiâ*, de prædictâ electione dicit esse ad regnandum cum Christo. Nota secundò: loqui hic Paulum de electione efficaci propriâ Prædestinatorum. Tùm quia inquirit de electione *secundùm propositum*, quæ juxta Augustinum, & communem sensum est electio non carens effectu, sed efficax. Tùm quia loquitur de electione ex quâ infert Augustinus perseverantiæ donum, & vitam æternâ. Nota tertiò loqui Paulum de electione aliquatenus gratuitâ, nempè subjectivè: tùm quia *per hebraismum* à Paulo dicitur electio gratiæ, quasi diceret electionem gratuitam: Hebræi enim usurpant substantiva pro adjectivis. Tùm quia id habet manifestè Augustinus *loc citato, & cap. 18. & 19. de Prædestinatione Sanctorum.* Ex his ita arguitur: Paulus circa Prædestinatos adstruit efficacem electionem: ea electio est ad Gloriam, utpote importans efficax propositum Gloriæ: est causa meritorum, & sanctitatis, nec onerosè præsupponens ad existentiam sui merita, & opera: ergo ex mente Pauli negari nequit electio efficax ad Gloriam ante prævisa merita.

Tertiò: Act. 13. Juxta Augustin.

176 Tertius sit ex ipsâ Scripturâ, nempe *Actuum* 13. *Crediderunt quotquot erant præordinati in vitam æternam.* Audiatur super hæc Augustinus *cap. 6. de Correp. & Gratiâ. Quis in æternam vitam potuit ordinari, nisi perseverantiæ dono? Quandoquidem qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit: quâ salute, nisi æternâ?* Nota primò, Augustinum loqui de ordinatione ad Gloriam: id enim manifestè sit ex verbis Augustini: Tùm quia perseverantiæ donum non est medium ad Gratiam, sed ad Gloriam. Nota secundò, loqui de ordinatione, non qualicumque, sed efficaci: nam ea ordinatio, quæ non est efficax, non parit perseverantiæ donum. Nota tertiò: Perseverantiæ donum sumi à Deo juxta Augustinum ut Medium ad Salutem æternam eorum, quos in ipsam præordinat. Hæc enim est mens Doctoris. Ex his ita arguitur: Iuxta Augustinum ex Scripturâ citatâ discurrentem, datur efficax ordinatio ad Gloriam, ex quâ derivatur perseverantiæ donum, tanquam medium ad consecutionem Gloriæ: ergo ea efficax ordinatio non est post prævisionem meritorum, & finalis perseverantiæ: ergo qui hanc unicè ponit, & illam negat, manifestè resistit Augustino.

Quartò: Ex Aug.

177 Quartus locus sit ex eodem Augustino *cap. 14. de Correp. & Grat.* ubi hæc habet: *Deo volenti salvum facere, nullum hominum resistit arbitrium. Sic enim velle, vel nolle tu volentis, aut nolentis est potestate, ut Divinam Voluntatem non impediat, nec superet potestatem. De his enim, qui faciunt quod non vult, fiet ipse quod vult.* Notentur hic duo. Primum: circa Gloriam Prædestinatorum dari in Deo juxta prædicta Augustini verba Decretum efficax; cui nempè nequeunt Voluntates humanæ resistere: est enim insuperabile ab arbitrio humano. Alterum: hanc Decreti insuperabilitatem redari ab Augustino ad hoc, ut ipse Deus habeat in potestate merita hominum, quæ necessaria sunt ad executionem Gloriæ, ut coronæ. Itaque non reducit eam efficaciam ad potestatem dandi Gloriam, potiùs ab homine meritis, sed ad potestatem dandi homini merita ipsa.

Formatur argumentum.

178 Ex his ita arguitur: Deus circa Prædestinatos habet voluntatem efficacem, quâ vult eos salvos facere, cui voluntati nullus hominum resistere potest, & inde resistere nemo potest, quia est voluntas collativa meritorum, & finalis perseverantiæ, scilicet, quia est voluntas potentis facere, quòd homines benè velint. Hæc est mens Augustini. Nunc sic: Voluntas istiusmodi efficax necessariò antecedit merita, & finalem perseverantiam: nam Voluntas efficax dàdi Gloriam habita ex prævisione meritorum, non eget ad sui efficaciam, quòd sit collativa meritorum, & quòd sit à potente dare merita ipsa: ergo juxta Augustinum voluntas efficax dàndi Gloriam non est ex prævisione meritorum.

Quintò ex Concil. Valentin.

179 Quintus locus sit ex Concilio Valentino, Provinciali, sed magnæ authoritatis, ubi consensus Gallicanorum Antistitum hoc habet *Can. 3. Fideliter fatemur præelectionem electorum ad Vitam, & perditionem impiorum ad mortem: In præelectione tamen salvandorum Misericordiam Dei præcedere meritum boni: in damnatione autem perituorum meritum malum præcedere justum Dei judicium.* Vbi *duo* pende: ex quibus manifestè

Vazquez.

festè rejicitur opinio Patris Vazquez. *Primum*: non solùm eligi, sed præeligi eos, qui salvantur, juxta illud: non vos me elegistis, sed ego elegi vos. *Secundum*: ita præeligi, ut Misericordia Divina præeligendo sit causa meritorum, quorum statuit coronam esse ipsam Gloriam ad quam præeligit. *Tertium*: omninò se habere diversimodè in concipiendo Decretum salvationis, ac Decretum Reprobationis: Decretum enim Reprobationis habet quasi ex exigentiâ demeritorum, & subsequenter ad ipsa: Decretum verò Prædestinationis habet ut radicem ex quâ descendunt ipsa merita bona, quorum vult esse moralem effectum, gloriam, ad quam præeligit. Quo nihil clarius dici potuit pro Suarez. Et hæc ab Authoritate sufficiant.

Suarez.

§. II.

A CONGRUENTI.

Arguit Suarez à congruenti. Primò:

180 Secundò arguit à congruentiis. Prima sit, & mihi magni ponderis: quia apud Scripturas, & Patres amor Dei circa Prædestinatos describitur maximus, & ardentissimus & maximè favorabilis: & ex eo amore arguitur circa Prædestinatos specialis beneficientia Dei, modò *possillum suum gregem* consolantis, *quia complacuit dare illi regnum*; modò propter electos *breviantis dies pressuræ*: modò conferentis specialissima beneficia: quis autem hunc amorem non faciat fontem omnium gratiarum, quæ sunt in Prædestinatis: aut quis faciat præcisè inefficacem, Reprobis etiam communem? Si autem talis amor arguitur ex Scripturis, primus & efficax affectus circa Gloriam nò supponit prævisionem meritorum.

Secundò:

181 Secunda sit: quia Deus Prædestinatos maximè diligens, confert ipsis Gratiam finalem, prævidens esse finalem, & ex intentione benevolâ vult Prædestinati mortem cum dono perseverantiæ: quis oppositum credere, aut opinari possit? at si vult gratiam ita conferre, non id præstat sine fine præfixo transferendi eum, quem ita diligit, ad Gloriam: ergo ex intentione gloriæ dat perseverantiæ donum: quis autem rationabiliter eligit medium ut conjunctum cum fine, sine efficaci amore finis? Atqui hæc media Deus ita præeligit sine præcessione absolutâ meritorum: ergo & sine ipsâ præintendit efficaciter Gloriam.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

182 Tertia sit: quia si Deus non conferret Prædestinatis auxilia, quia efficacia sunt, & quia perducunt ad gloriam, non esset erga electos tam specialis Benefactor, quàm esse describitur in Scripturis circa ipsos: si autem ex eâ speciali beneficientiâ ita se gerit in conferendis auxiliis; non est verosimile, electionem ipsam, reipsâ efficacem, non esse fontem omnium eorum beneficiorum, & donorum: unde meritò dixit Augustinus: *Iustificamus ergo vocationem, quâ sunt electi, non qui eliguntur, quia crediderunt, sed qui eliguntur, ut credant.*

Tertiò:

Augustin.

Quartò:

183 Quarta sit: Deus antecedenter ad merita intendit ardentissimè Gloriâ hominum: & ex eâ intentione dispensat auxilia sufficientia ad talem finem: ergo & amat omnem utilitatem, quam videt in mediis circa talem finem. Consequentia maximè urgetur à congruenti: quis enim dicatur ardenter velle finem, si utilitatem, quam in medio quod eligit in ordine ad ipsum, maximè necessariam, despicit? Sed Deus circa prædestinatos videt in auxiliis quæ dispensat utilitatem sufficientiæ, & efficaciæ, atque adeò conjunctionis effectivæ cum Gloriâ: ergo ex eâ intentione gloriæ fertur in ea media prout sic utilia: & hæc antecedenter ad merita dispensat Deus: nemo autem, salten regulariter, ita vult media conjuncta cum fine, ex hujus amore, quin ea velit ex amore efficaci finis.

§. III.

A NECESSARIO.

Arguit Suarez à necessario. Primò: Ex lib. 6. à num. 527 & ex nu. per dictis à num. 31.

184 Tertiò arguit à necessario per rationes efficacissimas. Prima sit ex *lib. 6. à num. 527.* & ex præsenti *à num. 31.* in hunc modum: Voluntas collativa auxiliorum efficacium ad finalem perseverantiam antecedit prævisionem absolutam meritorum: Perseverantiæ quippè donum est maximè gratuitum: deindè est intetiva Gloriæ: dat enim Deus donum Perseverantiæ hominibus, ut salvi fiant demum: ita confert ea auxilia ut conferat ex speciali benevolentiâ, & quia ef-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

efficacia sunt, atque adeò manet connexa cum dono perseverantiæ, & cum ipsâ Gloriâ. Omnia hæc satis ex *præced.* constant. Nunc sic: implicat eligi medium præcognitum ut efficax ad finem, sine efficaci intentione finis: ergo implicat eligi medium præcognitum ut efficax ad Gloriam sine efficaci intentione Gloriæ. Atqui donum finalis perseverantiæ eligitur à Deo præcognitum ut efficax ad Gloriam: ergo implicat nō esse, vel oriri ab intentione efficaci Gloriæ. Ea electio medii non supponit, ut patet, prævisionem absolutam meritorum: ergo neque illa intentio: ergo electio ad Gloriam non subsequitur ad absolutam prævisionem meritorum.

Secundò:

185 Secunda ratio sit: Deus antecedenter ad prævisionem meritorum eligit ad finalis perseverantiæ donum: ergo similiter efficaciter eligit ad coronam Gloriæ. Antecedens patet, & omnium esse debet: donum enim finalis perseverantiæ est maximè gratuitum, & specialissimum beneficium. Consequentia urgetur: quia velle finalem Perseverantiam est velle ipsam Gloriam: tùm quia Perseverantia finalis est connexa cum existentiâ Gloriæ. Tùm etiam: quia finalis Perseverantia datur ut medium ad Gloriam, & præcognoscitur ut inductivum efficax Gloriæ: & ut tale eligitur: alioquin non exerceret Deus specialissimam benevolentiam in collatione talis doni. Quis autem prudens eligat medium efficax ad finem non efficaciter præintentum? Vnde & ab *Authoritate, & à Congruenti, & à Necessariò* præferri debet sententia asserens Deum sine præcessione absolutæ notitiæ meritorum intendere efficaciter Gloriam, & ad ipsam prædestinare, & eligere ut coronam.

SECTIO VI.

IVDICIVM DE PRÆFATIS SENTENTIIS: & explicatio Nostræ.

Authoris Mens: &

186 ARbiter inter Suarez, & Vazquez, P. Suarez subscriberem: & ejus opinionem authoritate, cōgruentiâ, & ratione præponderantem amplecterer. Vnum enim efficaciter probat P. Suarez, quod alioquin negari nec potest, nec debet, & quo stante, stare nequit opinio Patris Vazquez; nempe: Electionem efficacem ad Gloriam, & ipsam Prædestinationem esse fontem, & originem meritorum, & omnis boni, quæ in Prædestinatis sunt respectivè ad Reprobos: id unum convincit ex illo triplici loco P. Suarez: Patet indidem Actum præelectivum non posse esse post absolutam meritorum prævisionem, ut contendit opinio Patris Vazquez.

187 Nihilominùs Pater Suarez nihil ultrà probat: Nam licèt ista Prædestinatio sit radix omnium meritorum, non sit exinde præcedere ipsam ad absolutam meritorum præscientiam: quòd si, facto respectu ad modum intendendi, & eligendi nostrum, contendas, intentionem Gloriæ, præcedere ad electionem efficacem meritorum, eorumque præscientiam absolutam: ea consideratio extrinseca est, & nihil immutans naturam indivisibilissimam Divinæ voluntatis in decernendo. Quare standum est Sententiæ, quam ex Patre Molinâ posuimus *nu.* 111. eaque est explicanda per sequentes Conclusiones.

Sententia, est Molinæ ex nu. 111.

Explicatur quadruplici cōclusione.

Prima:

188 Prima Conclusio: Efficax electio ad Gloriam, ut Coronam non subsequitur ad absolutam meritorum prævisionem: atque adeò non est Prædestinatio post merita absolutè prævisa. Est contra primam Sententiam P. Vazquez: & sensus est, inspectis rebus secundùm se, & quoad intrinsecum modum essendi. Ratio est primò, ex fundamentis *sect. præcedenti* propositis pro Patre Suarez: ex quibus manifestè fit, efficacem electionem ad gloriam non esse effectum meritorum, sed potiùs radicem eorum: ergo nequit esse post absolutam eorum notitiam. Secundò, ex indivisibilitate Dei in decernendo: vi cujus Decretum circa auxilia, & circa Merita nequit ullâ intrinsecâ distinctione secerni à Decreto circa Gloriam: ergo nequit in eâ dari ulla præcessio. Tertiò: quia eum, qui simul & perfectissimè comprehendit & Finem, & Media, quantum opus est, ad intentionem illius, & istorum electionem, non decet ulla cunctatio: & saltem à levitate vix excusari potest: imò valde præposterum est, priùs de mediis statuere, quàm de Fine eum, qui utraque in potestate habet, & utriusque simultaneam habet comprehensionem, qualis est Deus.

Se-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Secunda:

189 Secunda Conclusio: Efficax electio ad Gloriam ut Coronam non præcedit ad absolutam prævisionem meritorum, inspecta secundùm se: atque adeò neque est ante merita absolutè prævisa. Est contra secundam Sententiam Patris Suarez. Ratio est, primò: quia licèt Intentio finis, & Mediorum Electio, regulariter in nobis distinguantur, id provenit ex purâ limitatione: venit enim vel ex irresolutione, & levitate, vel ex defectu notitiæ. At ineo, qui ante omnem voluntatis determinationem præhabet perfectissimam comprehensionem & Finis, & mediorum, quoad singulas circunstantias tàm intrinsecas, quàm extrinsecas, tàm essentialiter quam contingenter obventuras, qualis est Deus, nulla supperit ratio sejungendi determinationem ad unum à determinatione ad ut-que. Secundò: quia ut *ai b* expositum est, Nullæ terminationes Divinæ liberæ inter se distinctæ possunt coëxistere sibi: ergo una indivisibilissimè sine ullâ distinctione, aut præcessione tangit omnia. Tertiò: Terminationes Divinæ liberæ sunt unica virtualitas: ergo nequit ulla alteram præcedere secundùm se.

Suprà lib. 4. num. 357. & à num. 582.

Lib. 1. à nu. 85. & à nu. 182.

Tertia:

190 Tertia Conclusio: Prædestinatio, seu absoluta efficax electio ad Gloriam, ut Coronam, intrinsecè, & virtualiter, idest, inspecta secundùm se, neque est prior, neque posterior, quàm præscientia Meritorum absoluta, sed purè concomitans, & indistincta; atque adeò per eandem indivisibilissimam virtualitatem est electio ad Gloriam, ut coronam; prædefinitio meritorum, & voluntas collativa auxiliorum efficacium, & doni perseverantiæ finalis, & circa hæc singula, absoluta notitia, & Visio, cum eâ tamen energiâ, quam *num.* 112. & *num.* 115. explicuimus. Quare Electio ad Gloriam ut coronam nec est antè, nec pòst merita absolutè prævisa, sed omnimodè simultanea prævisio meritorum.

Suprà à nu. 112. & à num. 115.

191 Probatur assertio Authoritate Magni Augustini, qui *cap. 10. de Prædestinatione Sanctorum* sic ait: *Prædestinatione quippè Deus ea præscivit, quæ fecerat ipse facturus.* Loquitur de Gratiâ, deque meritis, quorum utrumque necessarium est ad finem Prædestinationis. Iam fieri nequit Deus Merita, & Gratiam, quorum utrumque facturus est Deus ex vi Prædestinationis, ipsâ Prædestinatione præscire, quin ipsa Prædestinatio sit ipsa Præscientia meritorum: at juxta Augustinum ipsâ Prædestinatione præscit Deus, ea, quæ facturus in homine est: ergo. Deinde ex Augustino multis locis *supra* cum Suarez expensis, ipsa Prædestinatio est radix meritorum, & primaria discretio Prædestinatorum à Reprobis: ergo ipsa Prædestinatio est præscientia meritorum. Denique quid apud Augustinum clarius, quàm illud, quo Vasquisæ exultant *ex lib. 1. ad Simplicianum, quæst. 2.* ubi discrètè concludit Augustinus, *Deum oleo esse ad Gratiam, & Gloriam, ipsâ præscientiâ?*

Augustin.

192 Probatur insuper ratione. Tùm generali, ex summâ terminationum liberarum simultaneitate, & indivisibilitate, desumptâ. Tùm ex discrimine inter Deum, & homines quoad intendendum, & præmiandum, expenso *supra num.* 113. Tùm demum: quia objecta ad invicem separabilia, necessariò decernuntur per terminationes Dei liberas ad invicem inseparabiles, & simul per terminationes æquè inter se, & à Decretis inseparabiles prævidentur, ut patet: Terminationes autem Divinæ Liberæ adinvicem inseparabiles, habent inseparabilitatem summam, atque adeò sunt unica simplicissima virtualitas, ut fusè ostendi *in Opere de Incarnatione.* Nunc sic: Gloria ut corona, & finalis Perseverantia meritorum sunt objecta ad invicem inseparabilia: ergo terminationes liberæ quoad ipsa, tam quæ ad voluntatem pertinent, quàm quæ ad Intellectum, sunt unica virtualitas repugnans mutuæ distinctioni, aut præcilioni non mutuæ. Antecedens probatur: quia Gloria ut corona essentialiter est reflexio supra merita, & finalem perseverantiam, quorum est moralis effectus: merita ut conjuncta cum finali perseverantiâ, pendent à Fide de Deo remuneranti eos, qui mereantur Gloriam, & finaliter perseverent: cùm autem utraque cognitio sit essentialiter vera, sit, utramque, positâ finali perseverantiâ, esse ad invicem connexam, & inseparabilem, atqueadeò & objecta, quæ tangunt: ergo.

Suprà à num. 113.

Lib. 3. de Incarnat. disp. 1. totâ.

Vltimalo quitur cū Suarez.

193 Quarta Conclusio: Formaliter tamen extrinsecè, & respectivè ad modum concipiendi & intendendi nostrum, ele-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

electio formalis ad gloriam præcedit ad prævisionem absolutam meritorum: atque adeò in hoc sensu Prædestinatio dici potest ante merita absolutè prævisa. Sic convenio cum Sententiâ Patris Suarez. Et ratio est: quia factâ comparatione ad modum intendendi nostrum, priùs invenimus in nobis intentionem, quacum possit fieri comparatio Prædestinationis Divinæ, quàm alius actus circa media: unde per hanc comparationem extrinsecam, & ex modo nostro cōcipiendi, prior est intentio Gloriæ, quàm electio meritorum, eorumque absoluta notitia. Nec iste modus concipiendi caret fundamento: quia Prædestinatio est actus Divinus, in quo præeminet potiùs voluntas, quàm intellectus; dilectio, quàm præscientia: quia ex fine gloriæ vult dare merita, propter & post quæ decernit esse ipsam gloriā, & non aliter singula. Satis suprà explicata sunt vel proponendo Sententiam tertiam & explicando: vel satisfaciendo objectionibus Patris Vazquez.

SECTIO VII.
QUÆSTIONES ANNEXÆ.

Quæstio prima:

194 PRima: Quis ordo intrinsecus, & ex parte objecti sit inter actus Divinos versantes circa finem Gloriæ, & ipsa merita? Respondeo, nullus. Constat ex præcedentibus: unde eadem terminatio est electio, & simul prædefinitio meritorum, & activa collatio Gloriæ, & absoluta prævisio singulorum.

Secunda:

195 Secunda: an simul in Deo sit voluntas inefficax circa Gloriam eorum, qui prædestinati sunt? Respondeo negativè cū Ribas: Deus enim dicitur velle, & reipsâ vult omnes homines salvos fieri: sed diversimodè: nec eâ confusione, quā nos explicamus: Prædestinatos efficaciter: inefficaciter, Reprobos. Dicitur autem voluntas generalis in Deo esse circa omnes: quia nullus est, quem Deus vel efficaciter, vel inefficaciter non velit salvum facere. Vt quid enim inefficaciter vellet, quod aliàs efficaciter velle supponitur? Adde id juxta nostra principia esse impossibile.

P. Ribas.

Tertia:

196 Tertia: ad quam virtutem pertineat electio ad Gloriam? Multa hic multi: illa & hos vide apud Aldretum *disp. 7. sect. 5.* Respondeo, eam electionem prout respicit, & decernit gloriam (inter alias virtutes: nam ad totidem pertinebit, quot ex formali ratione decrevit esse Gloriam) esse *subjectivè* liberalem; *formaliter, & objective*, atque adeò simpliciter onerosam, & ex virtute justitiæ. Dicitur *subjectivè* liberalis, quia habetur à Deo non causata à meritis, nec ex prævisione, aut exigentiâ præcedentium meritorum. Dicitur onerosa simpliciter, & ex virtute justitiæ: quia tendit ad Gloriam, volendo, quòd non sit, nisi juxta mensuram meritorum. Quâ distinctione occurritur satis his, quæ addensat Suarez, & implentur Scripturarum locutiones, ubi modò gratuita, modò onerosa proponitur electio ad Gloriam.

Aldrete.

Suarez.

Quarta:

197 Quarta: an Deus priùs decreverit certum numerum, quam designatet Personas? Multa in id contra Montoyam Pater Aldretus *d. sp. 8.* Respondeo Deum non elegisse vagè priùs Personas aliquas, neque certum numerum ante designationem Personarum, sed determinatè se gessisse quoad numerū, & quoad Personas in individuo. Ratio nobis est promptissima: tùm ex indivisibilitate Dei decernentis. Tùm ex repugnantiâ disjunctionis in Voluntate Divinâ. Vtrumque *alibi* satis præmunitum est. Quæ contra sunt, præoccupavimus respondendo P. Vazquez *sect. 4.*

Montoya. Aldrete.

Quinta:

198 Quinta: an sit possibilis electio Gloriæ, præcisim à ratione coronæ, quam subsequenti Decreto obtineat de ipsâ ut corona meritorum? Citant pro tali electione, nonnulli ducti ab Arrigâ, P. Suarez, sed seducti. Suarez enim non stat pro eo genere eligendi. Respondeo, eam electionem implicare ex generaliori principio, ex quo omne genus distinctionis intrinsecæ, aut cunctationis à Divinæ libertatis exercitio repulimus. Tùm ex ils quæ in simili diximus *de Prædefinitione præscindente lib. 7. à num.* 252. Video tamen discrimen: Nam licèt ex permissu hujusmodi decernendi tenore non censeam, ut contendit multis Rubadenyra *disp. 24. cap. 5.* Gloriam manere posse amissibilem, vi secundi Decreti, quo Deus eam decernat in coronā: tamen potò eam gloriā esse amissibilem quoad coronæ circumstantiam, licèt ex alio titulo necessaria sit vi primi decreti. Sed his, & similibus invitus hæreo, & immoror.

Suarez.

Rubaden.

DIS-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

DISPVTATIO XXXXIII.

PRÆDESTINATIONIS CAVSÆ, ET Effectus.

Methodi ratio. Montoya. Herize.

199 MVLTA hìc post Montoyam, & Herizem multi; intrusis huc, quæ *in Tractatibus de Auxiliante Gratia, de Merito, & de Incarnatione*, propriam sedem obtinent. Nos, præmissis jam disputando *de Incarnatione*, quæ concernunt ad Christum Dominum in ordine ad Prædestinationem nostram; & annexuri post hæc, *Disputationes de Auxiliante Gratia*, indicando potiùs, quàm differendo, percurremus hanc rem. Illud adverto; dum inquiruntur Prædestinationis Causæ, non inquiri physicas causas, sed Morales in genere impetrationis, dispositionis, & meriti: neque sumi Prædestinationem, quoad Dei Actum, sed quoad Effectus: id est, pro Auxiliorum Serie, quibus homo dirigitur ad Beatitudinem, & assequitur.

Tract. 3. à lib. 10. Termini.

SECTIO I.

PRÆDESTINATIONIS CAVSÆ Morales.

Conclusio prima:

200 PRima Conclusio: Nequit dari Causa Moralis Prædestinationis per ulla opera Naturalia. Est certa contra Pelagium, ejusque Reliquias ex Aransicano *Can. 3. & 17.* & ex Tridentino *Sess. 6. cap. 5.* Ratio prima est, quia Nullus actus naturalis habet ex se proportionem cum Dono Superno: ergo nullus potest esse causa moralis Prædestinationis, quoad seriem beneficiorum, & auxiliorum Dei supernaturalium. Secunda est: quia series Prædestinationis objectivæ est series Gratiæ: ergo non est ex operibus: Gratia enim, quæ datur ex operibus, jam non est Gratia, juxta Paulum. Proderit de utràque ratione legere Ripaldam, & Cardinalem de Lugo: hunc specialiter de Primâ, *disp. 12. de Fide.* Illum *de utraque tom. 1. de ente Supern.* Redibitque sermo, cùm de *Causis Moralibus Auxilianti Gratiæ* disputetur.

Aransic. Trident.

Ripalda. Card. Lug. Infrà lib. 13. à num. 25.

Replica Prima:

201 Dices primò: Rationi Gratiæ, & Gratuiti simpliciter, non obstat præcedentia Meriti Congrui: ergo secunda saltem ratio invalida est. Antecedens patet ex Tridentino: nam *Sess 6. cap. 8. Justificatio dicitur dari gratis, quia nihil eorū, quæ præcedunt ad ipsam, promeremur.* Iam sic: licèt à Tridentino fiat exclusio meriti Condigni, non fit exclusio meriti Congrui: sed, non exclusō merito congruo, Justificatio dicitur dari gratis: ergo rationi Gratuiti, & Gratiæ simpliciter non obstat alicujus meriti præcedentia. Respondetur, omissis apud P. Martinonum, aliorum Solutionibus; distinguendo *duo* genera eorum, quæ dantur gratis. *Alia* sunt quæ purè, & simpliciter gratis dantur; & *alia* quæ dantur simpliciter gratis, sed non purè. Sensus igitur Tridentini est, Justificationem dari simpliciter gratis, sed non purè: unde, licèt excludat meritum condignum, non est cur excludere debeat Congruum. At series auxiliorum, præcipuè quoad primum, datur à Deo simpliciter, & purè gratis: unde repugnat ulla præcedentia meriti naturalis, etiam congrui.

Ex Trident.

Aranda de Deo.

Solvitur. Martinon.

Replica secunda: Solvitur ex lib. seq 9.

202 Dices secundò: Quid ad axioma celebre: *Facienti quod est in se Deus non denegat Gratiam?* Respondetur, Axioma explicandum à nobis fore *lib. seq.* Interim *duplex* esse potest axiomatis sensus: *alter* omninò sanus, nempe, Facienti quod est in se viribus Gratiæ præceptis, non denegare Deum Vberiores, quibus homo magis diriscat in spiritu. *Alter* sensus est etiam sanus, & à Theologis magis intentus, nempe, Deum ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

suâ misericordiâ, Facienti quod est in se viribus naturæ, assistere per auxilia; non quia ea opera naturalia sint aut meritum, aut dispositio ad auxilium, sed tantùm pure temporentia prohibens: uberiùs explicabitur disputando *de Generalitate Divinæ sufficientiæ*, quo ex loco, Pelagii, & Massilienſium, adversus præsentem veritatem, insultus, constabit irritos fuisse, & omninò vanos.

Conclusio secunda:

203 Secunda Conclusio: Per opera supernaturalia nullus Prædestinatus de facto extitit causa suæ Prædestinationis, quoad omnes effectus in ullo genere meriti, tàm Remunerandi, quàm Solutivi: neque potuit. Quoad factum probatur prima pars: De merito remunerando: Nam primum auxilium à quo ex parte Prædestinati, incipit tota series Prædestinationis objectivæ, nulla præcedit Supernaturalis operatio: ergo non est ex ullo merito Remunerando. Probatur secunda de merito Solutivo: Nam omnia opera nostra bona, condignissimè exæquantur per remunerationem, & præmia subsecuta: ergo nullus est locus anticipationi donorum in præmium. Adde primum saltem auxilium dici simpliciter Gratiam: ergo ex nullis operibus. Terminos, per quos assertio loquitur, claros

De Incarn. lib. 3. disp. 3. à nu. 39.

habes in Opere *de Verbi Incarnatione lib. 3. disp. 3. sect. 2.*

204 Quoad posibile prima pars de Remunerando probatur: quia Meritum Remunerandum, necessariò, non prævisione tantùm, sed etiam re, præcedere debet ad Præmium, ut multis contra

Ibidem.

Multos *loco citato* expensum est. Secunda etiam pars de merito Solutivo probatur: quia tam in genere Meriti Remunerandi, quàm in genere Solutivi, Præmiũ distingui debet à merito: id autem in præsenti est impossibile: nam primum Auxilium vel moraliter, vel physicè importatur in ipso merito sub circunstantiâ libertatis. Vide *loc. citatum* de Incarnatione: *ubi* latè de his.

Conclusio tertia:

205 Tertia Conclusio: Nulla pura Creatura (exceptâ Deiparâ, de quâ mox) fuit, aut esse potuit Causa Prædestinationis alterius, quoad omnes effectus: potuit tamen quoad effectus omnes, qui ex parte Prædestinati incipiunt. Assertio tres partes habet, easque seorsim explico, & probo. Primam, quia non est sufficiens fundamentum ad oppositum. Secundam: quia licèt aliquis (puta Stephanum Paulo juxta Augustini dictum,) alteri promeruerit primum auxilium; non promeruit tamen ipsum sui meritum, & gratias ad ipsum: atqui ex his incipit tota series effectuum Prædestinationis alterius: ergo, &c. Tertiam: quia totam seriem Auxiliorum, etiamsi primo, per quod aliquis incipit à Deo vocari, non videtur, contrà ipsi promereri non possit.

Augustin.

Conclusio quarta:

206 Quarta Conclusio: Christus Dominus fuit causa Prædestinationis omnium, quoad omnes effectus, à se distinctos: & quidem Prædestinationis, non solùm quoad effectus, sed etiam quoad actum Dei; nec istius solùm, ut Dilectio est, sed etiam ut est Electio. Assertionem, & singulos ejus terminos latè posui, & expolui in Opere *de Verbi Incarnatione: lib. 5. disp. 4. sect. 3.* Rationem sumpsi tum ex illo Primatu, quem gerit Christus Dominus in ordine Prædestinationis, & Gratiæ: tùm ex illâ dignitate Supremi Capitis, sine cujus influxu, nihil boni usquam, aut unquam est. Vide *ibi.*

De Incarn. lib. 5. disp. 4. à num. 110.

Conclusio quinta.

207 Quinta Conclusio: Virgo Deipara extitit etiam Causa Prædestinationis omnium, quoad effectus distinctos à seipsâ. Ita etiam posui *disputando de Causis Gratiæ*, cum Alarcon, Salazar, Aldrete, Ribadeneyrâ, & aliis, ductus eis elogiis, quæ Sancti Patres in Deiparam passim pleno calamo congerunt, ipsam appellando *Mediatricem*, & *Corredemptricem* Humani Generis cum Filio: quæ voces, saltem veritatem nostræ Cõclusionis evincunt. Ratio sumitur ex ipsâ Dignitate Matris Dei, cui deneganda non sunt, quæ simul & decere, & non disconvenire competeris, ex multis quæ *in Marianâ suâ* Noster Vega, & Cardenas *in Gemino Sydere.*

Alarcon. Salazar. Aldrete. Ribaden.

Vega. Cardenas.

SECTIO II.

PRÆDESTINATIONIS EFFECTVS.

Dubia decidenda: & ex quo principio

208 SEptem dubia reducuntur ad titulum: eaque facilis solutionis, si semel constet *de conditionibus* requisitis, ut aliquid dici possit, & debeat Prædestinationis effectus. *Quatuor* esse video indispensabiles, & sufficientes. *Prima* est: ut

ut fit à Deo volére: Ratio est evidens: quia cũ Prædestinatio sit specialissimus actus Dei volentis, nequit esse Prædestinationis effectus, quod non sit à Deo volente. *Secunda* est: ut spectet ad ordinem gratiæ, saltem ex extrinsecâ Dei ordinatione ad Beatitudinem: & ratio est: quia cùm Prædestinatio sit specialis dilectio destinans ad Beatitudinem; quod ab ipsâ oritur, ut tali, nequit non manere ordinatum ad ipsam Beatitudinem. *Tertia* est: ut fluat ab efficaci intentione Gloriæ: hæc enim est voluntas singularis Dei Prædestinantis. *Quarta* est, ut aliquomodò conducat ad Beatitudiné reipsâ obtinendã: ad quid enim induceretur ab intẽtione Gloriæ, nisi quod cõduceret aliquomodò. Vides quatuor has conditiones assignari solitas, reduci satis bene ab Amico ad priores duas. Ex his patet, peccatum non esse posse Prædestinationis effectum. Et manet suus locus septem illis dubiis.

Primum.

209 Primum est: an Gloria sit effectus Prædestinationis? Et affirmandum est sine dubio contra

Durandus

Durandum: & ratio est, nam quaternarius ille numerus Conditionum, Gloriæ maximè competit. *Dices:* Prædestinatio non est de Fine, sed de Mediis. *Respondetur* facilè, Prædestinationem sumi dupliciter ex dictis *suprà.* Primò: ut est species Providentiæ. Secundò: ut est formalis Electio. Et permisso quod assumitur in primo sensu, negatur in secundo. *Dices* aliter: Prædestinatio est voluntas dirigens ad Beatitudinem, tanquam ad Terminum quem: ergo effectus non est terminus ipse, sed gressus ad illum. *Respondetur* distinguendo: tanquam ad terminum quem, utcumque, nego: tanquam ad terminum quem, producendum, & consequendum, concedo: quis autem hujusmodi terminum non cognoscat effectum intentionis, vi cujus ponitur: non minùs, ac sanitas est effectus intentionis, vi cujus applicantur Media ad ejus assecutionem?

Secũdum.

210 Secunda est: an etiam Gratia, non solùm Finalis, sed etiam peccato interrupta? Affirmo cum

Suarez. Vazquez.

Suarez de utrâque contra Vazquez & Asseclas excipiẽtes secundam, ideſt, interruptam peccato. De primâ, nempe de Finali, & continuatâ cum ipsâ Gloriâ, non potest esse lis, quia constat ipsi quadrare conditionem illam quadruplicem. De interruptâ, probatur: quia interruptio non obstat, ne data fuerit ex intentione gloriæ, neve cum ipsâ conjungatur, postmodùm revivíscens per pœnitentiam. *Dices* primò: ergo solùm restauratio est effectus Prædestinationis. Nego consequentiam: licèt enim Gratiæ, nisi quæ restaurabitur, oriri non possit à voluntate Prædestinativâ, tamen, quæ restaurabitur, primitùs ab illâ orta est. *Dices* secundò: Gratiæ interrupta etiam est Reprobis communis. Sed quid inde? non est communis, Gratia postmodùm restaurata. *Dices* tertiò: ergo aliquid, quod non sit ex meritis Christi, potest esse Prædestinationis effectus. Probatur consequentia: quia Gratia peccato interrupta in Adamo esse non potuit ex Christi Meritis, utpote decreti post Adami peccatum. Nego cõsequentiam, & probationem, & quod in ipsâ assumitur. Christus enim decretus

De Incarn. lib. 3.

est Primus, & Princeps Omnium, ut *in Opere de Incarnatione* dictum est.

Tertium:

211 Tertium est: an etiam actus supernaturales, quà vitales, & à libero Arbitrio? Et affirmandum est cum Patre

Suarez. Molina.

Suarez contra Molinam aliter loquentem, non sentientem aliter, ut reor. Ratio autem est: quia actibus supernaturalibus, quà vitalibus, & à libero arbitrio, competunt illæ quatuor enumeratæ conditiones. Neque enim ista reduplicatio præcisiva, excludit supernaturalitatem, & ordinationem ad Beatitudinem: imò Beatitudo, & ejus intentio requirit in supernis actibus hasce formalitates.

Quartum:

212 Quartum est: an omnia, & singula auxilia Gratiæ, tam inefficacia, quàm efficacia? Et affirmo de utrisque

Suarez. Valentia. Becanus.

cum Suarez contra Valentiam, & Becanum excipientes inefficacia. Prima pars de efficacibus negatur à nemine. Probatur altera de inefficacibus: quia licèt auxilia inefficacia, quoad inefficaciam non conducant ad Beatitudinem; conducunt tamen in effectibus occasionaliter exinde deductis, nempe, Gratitudinis, humilitatis, & id genus aliis: *Diligentibus* enim *Deum*, ut Apostolus ait, *omnia cooperantur in bonum.* Vnde ipsa auxilia

Ribaden.

inefficacia, ut bene norant Ribadeneyra, & Munièssa, præterquàm quòd

Munièssa.

emolliunt animam, ne resiliat, & obdurescat; etiam rejecta juvant excitando sui experimento gratitudinem; & sui

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

despectu postmodùm cognito humilitatem, & pœnitentiam. Sed quid, si nullus ex his fructibus enascatur? Hypothesim, non facilè credam: facit enim in Bonis Deus *de tenebris splendescere lumen suum.* Quòd si verifices; nō erit, auxilium ineficax, de quo vera sit hæc hypothesis, Prædestinationis effectus.

Quintum:

213 Quintum est: an etiam extrinsecæ Gratiæ, & Auxilia extrinseca, v. gr. Incarnatio, Prædicatio, Dei Protectio, Sacramenta, Miracula? De omnibus affirmat Pater Michaël de Avendano *disp. 15. cap. 2.* cum Montoyâ: ego cum Suarez Incarnationem excipio: & affirmo de cæteris. Ratio exceptionis est: quia Incarnatio potiùs est causa, quam effectus ordinis Prædestinativi, juxta principia mihi vera in Opere *de Verbi Incarnatione.* Asserti ratio est: nam omnibus, & singulis illis auxiliis extrinsecis competunt enumeratæ conditiones ad Prædestinationis effectum.

Avendañ. & Ruiz. Suarez.

Sextum:

214 Sextum est: an etiam Dona Naturalia? *Tres* sunt classes eorum. *Prima* spectat ad intrinsecam Naturæ constitutionem, v. g. Substantia Prædestinati, Creatio, & Proprietates. *Secunda* spectat ad constitutionem accidentalem, sive naturalem, sive liberam: v. g. Complexio, ingenium, artes, Scientiæ, & mores boni. *Tertia* spectat ad externas circunstantias, v. g. Nobilitas, Educatio, Opes, Amici. Per variationem donorum hujusmodi variant Authores in opinādo. Alii de triplici negant cum Ochamo. Alii cum Vazquez negant de bonis primæ classis, & affirmant de reliquis. Alii cum Amico magis limitant ad ea solùm bona, quæ per modum medii, aut dispositionis aliqualiter conferunt ad obtentionem Beatitudinis. Doctor Eximius nullam bonorum classem excipit, affirmatque de singulis: & hæc opinio est magis communis, & mihi vera.

Ochamus. Vazquez. Amicus. Suarez quem sequimur:

Ex hac ratione.

215 Ratio est: tùm ex illo Pauli: *Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.* Qui textus cùm excipiat nihil, complectitur omnia. Tùm etiam quia hæc omnia, & singula ordinantur à Deo ad Beatitudinis finem, & ex eo fiunt. Tùm insuper, quia ex vehementi Dei amore erga Prædestinatos facilè colligitur, eos non utcumque creatos, & ornatos à Deo variis donis naturæ ex fine Beatitudinis, sed specialiter ex efficaci hac intentione: quod si ita est, omnia bona ex intentione Prædestinativâ descendunt, & dirigunntur ad hunc finem. Assumptum verò inde probatur: quia omnis homo creatus à Deo est ad finem Beatitudinis: ergo Prædestinatus ita creatus ad hunc finem est, ut ex speciali, id est efficaci volitione, ad hunc finem fuerit à Deo creatus. Tùm demum: quia repugnat in Deo Decretum prædestinativum, non præcedente præcognitione omnium, & singulorum eventuum hypotheticè contingentium, si homo prædestinatus producatur: & æquè repugnat Decretum productivum non præcedente hujusmodi plenâ præcognitione. Hæc omnia ex supradictis vera sunt. Modò sic: ergo productio, & bona naturalia hominis Prædestinati nequeunt non esse ex Decreto præsupponente Scientiam de eventibus adusque assecutionem Gloriæ, quam efficaciter præintendit: ergo nequit non esse ex præintentâ efficaciter Gloriâ, hîc, & nunc: quid ergo restat ad effectum Prædestinationis?

Replica ex Vazq. Meratio.

216 Oppones primò: Substantia Prædestinati non est ex meritis Christi, quippè prædecreta in Adamo ante peccatum, ante quod non est Decretus Christus Dominus; atqui omnis Prædestinationis effectus est ex meritis Christi: ergo. Secundò: quia Creatio, & dona naturalia non sunt de ordine Gratiæ, neque ex Christi meritis, quales sunt omnes effectus Prædestinationis. Tertiò: Nam primus effectus Prædestinationis est prima vocatio supernaturalis Gratiæ: tùm quia ita fit ex Patribus, contra Pelagiū, apertè docentibus non dari ex parte nostrâ causam nostræ Prædestinationis, quia non datur auxilii primi. Tùm etiam: quia iidem Patres contra Pelagium docent non dari ex parte nostrâ Prædestinationis causam: at Pelagius solùm requirebat causam ex parte nostrâ respectu primi auxilii, non verò respectu Creationis, & existentiæ. Tùm demum, quia nihil naturale potest esse occasio, vel ratio, ex quâ deriventur alii superni effectus adusque consecutionem Gloriæ: ergo neque primus Prædestinationis effectus: nam ex primo cæteri derivantur. Quartò: quia Prædestinatio utpote mediorum præparatio ad finem Gloriæ præsup-

Fassol. & Arrubal.

Solvitur.

supponit Creaturam, ut existentem. Hæc latè exaggerant Vazquez, Meratius, Fassolus, & Arrubal.

217 Respondetur. Ad primum, negetur major, & suppositum quod assumit contra latè disputata *lib. 3. de Incarnatione.* Nec obest quòd Christus hon dicatur mortuus, pro hominum creatione, ne creatio dicatur, & sit ex Christi meritis: non enim dicitur mortuus pro his omnibus, quę ex ejus meritis habentur: Nam Christus in Scripturâ, & apud Patres dicitur mortuus pro his ad quæ primariò, & principaliter est ordinata mors Christi Domini: nempè pro Humanâ Generis Redēptione, Iustificatione, & Glorificatione. Ad secundum dico, ad effectum Prædestinationis satis esse quòd aliquid sit de ordine Gratiæ extrinsecè, & quoad modum, si cætera non desint. Ad tertium: inter effectus Prædestinationis, sunt aliqui in ordine supernō simpliciter primi: sunt alii in ordine Prædestinationis, absolutè etiā primi. In ordine superno est primus effectus, prima vocatio: & in hoc ordine intelligendi sunt Patres contra Pelagium: in ordine Prædestinationis, alii effectus possunt esse priores. Neque id est contra mentem Patrum unicè contendentium, ordinem supernum Gratiæ non cadere in ullum meritum, quantumvis exiguum, virium purè naturalium. Neque inde fit Substantiam Prædestinati, & naturalia bona esse rationem, aut occasionem, unde sequantur supernaturales effectus Prædestinationis, sed tantùm deservire tanquam subjectum efficiens, & recipiens: neque enim de conceptu effectus, intra seriem Prædestinationis, est esse medium per se conducens ad ordinem Gratiæ. Ad quartum negetur assumptum: non enim præsupponit, sed inducit.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Septimum

218 Vltimum dubium est: an etiam peccati Permissio dici, aut esse possit Prædestinationis effectus? Iuxta nostra principia, latè suprà stabilita, dum sermo fuit de Prædefinitione Pœnitentiæ, similiumque, non antecedente absolutâ Prævisione peccati, nequit hic ulla manere difficultas. Igitur affirmativè Respondeo: quia ex *ibi* dictis Peccati permissio potest à Deo haberi ex fine Beatitudinis, & dirigi in ipsam. *Dices*: Permissio nequit esse Gratia per Christum. Distinguo: entitativè, & intrinsecè, concedo: extrinsecè, & quatenus ordinata ad majorem fructum, & gloriam peccatoris, nego. *Sed instat* ergo poterit Christus à Patre petere permissionem peccati nostri & exinde, etiam Nos. Concedo primam consequentis partem, de Permissione, non quidem ut cum peccato conjungendâ, sed quatenus proficuâ ad bonum exinde resultans homini cui fit permissio. Nego verò secundam partem consequentis de nobis: quia qui omnimodè tenemur evitare peccata, petitionem hujusmodi sine aliquâ in peccatum pronitate non videmur elicere posse. Vide in hæc, plura, si vis, apud Suarez, Montoyam, & Avendañum.

Lib. 7. à num. 420.

Suarez. Montoya. Avendañ.

DISPVTATIO XXXXIV.

PRÆDESTINATIONIS ATTRIBVTA.

219 TRIA potissimùm numerantur: Necessitas, Certitudo, Contingentia. De Necessitate jam *suprà disp. 40. sect. 3.* quod satis est. Modò de certitudine & contingentiâ: unde emergit illa quæstio celebris: unde potissimè sumatur discretio Prædestinati à Reprobo, & salutariter consentientis à dissentiente?

Suprà à num. 23.

SEC-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECTIO I.

VNDENAM CERTITVDO PRÆdestinationis.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

220 PRima Conclusio: Non venit ab immediatâ Decretorum efficiētiâ, nec ab intrinsecâ Mediorum efficaciâ. Ita tenet contra Thomisticam Scholam, Vniversa Nostra Societas, Illustrium Doctorum, Academiarum, & Religionum consensu protecta, ut videre est apud Paulum Leonardum, Gabrielem Henaum, & Reverendissimum Thyrsum Nostrum, *tom. 4. select.* Id quod nos præ- *Lib. 3. latè & lib. 10. & 13.* stitimus breviter *in tract. de Deo scientiæ*, & iterum *in tractatu de Auxiliante Deo* peragemus. Ratio sumitur ex eisdem omninò capitibus, ex quibus Decreta Prædeterminantia, & appendicem qualitatem exclusimus *lib. 7. & tractatu de scientia Dei* latissimè *lib. 3.*

221 Secunda Conclusio: Certitudo Prædestinationis venit *formaliter* ab ipsâ efficaciâ Decretorum, essentialiter attemperatâ Scientiæ Mediæ; *radicaliter* *Lib. 6. & 7.* ab ipsâ Scientiâ Mediâ. Omnia constant ex *lib 7.* ubi Prædefinitionum Divinarum Naturam, Possibilitatem, & Necessitatem exposuimus; & *ex libro 1.* ubi pro necessitate Directionis Scientiæ Mediæ, lato calamo, militavimus. Oportet tamen Recentium Thomistarum, ex Goneto, Godoy, & Contenson, objectionibus occurrere. *Gonet. Godoy. Contenson.*

222 Objicies primò: ergo Certitudo Prædestinationis solùm est Certitudo Præscientiæ, & non causalitatis contra mentem apertam Sancti Thomæ. Respondeo: mentem Angelici Præceptoris nunquam fuisse, Prædestinationis certitudinem esse certitudinem causalitatis *Mens Angelici Doctoris.* præjudicantis libertati, id est, determinantis, sed causalitatis specialiter benefacientis: quod & nos asseruimus. Itaque Sanctus Thomas 1. *part. quæst. 22. art. 4. & quæst. 23. art. 6. & quæst. 6. de veritate, art. 3.* ubi citatur contra nos, unicè dixit in Deo certitudinem Prædestinationis non sumi formaliter *à Scientiâ purè speculativâ, qualis est Scientia Visionis*; sed sumi *à Præordinatione Divinæ Voluntatis*, attemperatâ tamen arbitrio nostro, per Scientiam directivè causantem, quæ est Scientia Media.

223 Instabis: semel existente Decreto conferendi auxilium, de quo verè enuntiabatur, coëxiturum merito, si existeret; desinit esse jā status conditionatus, & transit in absolutum: ergo desinit etiam esse Scientia conditionata, quam Mediam dicimus. Respondetur ex latè *Lib. 5. à num. 42.* discussis *in tractatu præcedente*, negando antecedens: neque enim ille quasi transitus ad statum absolutum est exclusivus conditionati, sed præsuppositivus: si enim reipsâ meritum coëxistit auxilio *A*, verū est, quòd coëxisteret auxilio *A*, si poneretur auxilium: igitur existentiæ conditionis, præstare potest, ne status conditionatus maneat: purè conditionatus: non tamen potest præstare, ne maneat: nam ipse existente, & datur conditionatus, & absolutus.

224 Objicies secundò: Non obstat libertati nostræ, Divinæ intentionis efficacia intrinseca, ex quâ juxta nos sumitur aliqua certitudo causa itatis: ergo nec obstat intrinseca efficacia Gratiæ prævenientis. Cōsequentia urgetur: quia causa mediata nequit esse efficacior respectu sui mediati effectûs, quàm immediata, à quâ effectus oritur, & quâ mediante, mediata concurrit: ergo ut mediata sit efficax ab intrinseco, debet esse ab intrinseco efficax; causa immediata. Hæc est Gratia prævenies: ergo Gratia prævenies est ab intrinseco efficax, & prædeterminans: ergo. Discussus ille *Ioann. à Sancto Thomâ. Lib. 7.* est Ioannis à Sancto Thomâ, non satis assecuti Sententiam nostram. Igitur concesso antecedente, nego consequentiam, ex latè dictis disputando *de Prædefinitionibus Divinis*: nam efficacia Divinæ Intentionis, non est ex titulo inducēdi consensum, ipsumque determinandi, & exequendi, sed ex titulo præsupponendi determinationem ipsius consensûs, cui se plenè attemperat, ex prædirigente Scientiâ Mediâ: nihil autem simile potest excogitari in Gratiâ prævenienti, immediatè causante, & exequente consensum. Ad probationem: distinguo antecedens: nequit esse efficacior, efficaciâ determinationis, & inductionis, concedo: infallibilitatis, & præsuppositionis, nego: causa enim mediata præsupponere potest, quod ipsa immediata faceret, si poneretur: quæ essentialis præsuppositio immediatæ causæ effectûs alioquin libe-

ri repugnat.

225 Objicies tertiò: In hoc statu absoluto, *Petrus consentit sub auxilio A*, non solùm datur infallibilitas desumpta ab ipso exercitio consensûs, sed alia præsupponitur desumpta à prævisione consensûs sub auxilio *A*: ergo in hoc statu conditionato: *Petrus consentiret, si vocaretur auxilio A*, non solùm datur infallibilitas desumpta à consensu conditionato, sed alia præsupponitur aliunde: nempe à Decreto, unde sumi debet primaria infallibilitas: ergo. Concedo antecedens, in sensu nostræ Scholæ, aliam infallibilitatem præsupponentis, non in ordine determinationis, sed durationis, & directionis: & nego consequentiam: quia licèt de ratione veritatis absolutæ sit præsupponere conditionatam: si enim Petrus consentit sub auxilio *A*, verum est, quòd consentiret, si daretur auxilium *A*: at de ratione veritatis conditionatæ, non est præsupponere aliam, maximè quoad effectus liberos, respectu quorum repugnat ulla agentis externi prædeterminatio, & quorum est determinare sui existentiam, & omnes nexus secum ipsis, qui ex perfectione debent anticipari in Agente supremo, citra læsionem arbitrii.

226 Objicies quartò. Vt detur infallibilitas de consensu absoluto ex auxilio *A*, sufficit purificare conditionem auxilii, sub quo prævisus est consensus absolutus: sed hæc cōditio non est Scientia, sed auxilium *A*: ergo ut detur infallibilitas, non requiritur Scientia, sed sufficit ponere auxilium *A*: ergo. Æquivocatio potiùs quàm argumentum. Distinguo majorem: sufficit quantum attinet ad hypothesim, concedo. Simpliciter sufficit, nego: sicut non sufficit positio unius partis ad ponendum totum, ni fiat præsuppositio alterius partis. Sic in præsenti, præsuppositâ veritate conditionali, sufficit positio conditionis: quia sola illa deest: non verò quia sola illa sufficit: unde concessâ minori, negetur consequentia.

227 Objicies quintò: licèt Prædestinatio antecedat ad consensum absolutum, non obstat ipsius libertati in statu absoluto: ergo licèt antecedat ad consensum conditionatum, non est cur obsteret ejus libertati in quovis statu: ergo potest antecedere ad omnem statum, & summi ab ipsâ certitudo sine recursu ad Scientiam Mediam. Hæc objectio etiam oritur ex impenetratione nostræ Doctrinæ. Concesso antecedente de antecedentiâ, citra vimullam determinandi, explicatâ jam fusè *lib. 6. & 7.* nego consequentiam: quia sine respectu posteriioritatis ad statum conditionatum, non potest manere vitabilis, prout oportet, ad servanda jura libertatis in utroque statu. *In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.*

228 Objicies sextò: hunc concordiæ modum per recursum ad Scientiam Mediam, esse novum, & Augustino profsus incognitum, & Ecclesiæ. De hoc diximus aliquid disputantes *de Scientiâ Dei*, & aliquid addemus *tractatu sequenti*, ut *Lib. 5. nu. 115. & infrà lib. 13. à num. 127.* palàm fiat, utra Schola magis sensu sit cana, & antiqua, & utra, potiùs cum Augustino sit. Negetur igitur, quod assumitur. Vox aliqua potest esse nova; non, Res.

SECTIO II.

QVOMODO STET CVM LIBERTATE Certitudo Prædestinationis, & in manu nostrâ, Prædestinari?

229 VIdes dubia duo: & utrumque cōcernit Prædestinationis contingentiam. Thomistæ sibi consulent; quod non est facile. Nos facilem paravimus exitum ad utramque dubium. *Duo dubia*

230 Et primi resolutio pendet ex ipsâ origine Certitudinis. Cum enim hæc neque veniat à prædominativâ connexione Mediorum: ea enim sunt entitativè indifferentia; neque veniat à despoticâ Decretorum efficaciâ: tota enim efficacia est per attemperationem ad Scientiam nobis liberam, & non Deo; neque veniat ab ullâ suppositione inevitabili à nobis per ipsa principia, per quæ sumus, & dicimur liberi; non est unde parari possit libertati nostræ præjudicium ex summâ certitudine Prædestinationis Divinæ. Hæc Concordia est fructus ex toto *lib. 6. & 7.* colligendus, perque eadem capita, per quæ directionem Scientiæ Mediæ, Prædefinitionum Divinarum efficaciam, & necessitatem ad actus honestos, cum eorum libertate compegimus; *Resolutio primi.* *Ex lib. 6. & 7.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. P. Suarez

mus; Prædestinationis nostræ cum libertate nostra Concordia sartatecta esse debet, adversus Lutherum, Calvinum, & alios Sectarios nostri temporis, ruptiter ratos, Prædestinationis effectum esse nostræ libertatis interitum. Legatur Eximius Doctor *lib. 3. de Prædestinatione cap. 9. & 10.*

Resolutio secundi.

231 Secundi dubii resolutio pendet ex Doctrinâ *suprà* firmatâ de necessitate Prædestinationis. Vnde supponenda sunt aliqua; & alia, quæ sunt certa, superaddenda, ad quæstionis facilem exitum. Suppono primò: Prædestinationem sumi dupliciter, primò, ut præcisè est efficax intentio Gloriæ. Secundò: ut est species Providentiæ. Prima Prædestinatio dici potest, Prædestinatio Regularis, & Scholastica. Secunda Augustiniana.

Suprà à num. 23.

Terminos habes *suprà à num. 23.* Suppono secundò: tantam esse necessitatem Prædestinationis, etiam formalis, id est, involventis, & dicentis intentionem Gloriæ, ex quâ Media ad ipsam præparantur, ut implicet, aliquem reipsâ salvari, & non esse Prædestinatum, Prædestinatione etiam formali. Hæc suppositio, fuit asserta conclusio *loco citato.* Suppono tertiò: Non posse hominem habere in manu suâ, Mediis Divinis auxiliis, salvum fieri, seu salvari, quin eo ipso habeat in manu suâ, Prædestinari, etiam Prædestinatione formali: quia salvum esse, seu salvari, dividi nequit à beneficio accipiendi auxilia ex intentione formali Gloriæ, quam fructificant: ut *loc. cit.* dictum est. Hæc ex *ib.* firmatis. Deinde

Ibid.

232 Certum est primò: Hominem per auxilia Divinæ Gratiæ habere in manu suâ assecutionem Gloriæ, seu salvari, quod est perinde. Ratio est: quia per auxilia Divinæ Gratiæ, habet in manu salutarem effectum, atque adeò auxiliorum ipsorum efficaciam, quâ decedere potest sine peccato, & in statu justitiæ; cùm autem decessus in statu justitiæ, inseparabilis sit, ex Divinâ promissione, à Gloriæ assecutione; sit, hominem per auxilia Divinæ Gratiæ habere in manu suâ, assecutionem Gloriæ, seu salvari. Certum est inde secundò: Cùm nulli hominum desit sufficientia ad salutem, vel proxima, vel remota, ut explicabitur *lib. 9. cùm de Generalitate sufficientiæ* sermo sit, nullum esse hominem, qui pari gradu, non habeat in manu suâ, salvum fieri. Certum est tertiò: Prædestinationem, prout electio est, & damnationem, prout est destinatio ad pœnam, impediblles esse à quolibet hominum, vel Prædestinato, vel reprobo. Ratio est: quia utraque præsupponit essentialiter Scientiam simpliciter ab homine evitabilem, & quâ non præsuppositâ, neutra fuisset. His ita positis, sit jam

Infrà lib. 9. à num. 71.

Conclusio Generalis.

233 Conclusio generalis. Nullus est hominum, tam ex reprobis, quàm ex Prædestinatis, qui non habeat in manu, esse Prædestinatum, etiam Prædestinatione formali. Ratio est: Nullus est hominum, qui vel proximè, vel remotè non habeat à Divinâ Providentiâ, sufficientiam ad salutem: ergo qui pari gradu non habeat in manu, salvum fieri. Hæc patent ex præsuppositis. Sed *salvum fieri* est impræscindibile à *Prædestinatum esse*, prædestinatione formali: ergo nullus est hominum, qui ex Divinâ Misericordiâ non habeat in manu, Prædestinatum esse, prædestinatione formali. Omnia sunt consectaria Doctrinæ superiùs præstitutæ cum Suarez hoc ipso *lib. à num. 23.* quibus otiosum est aliquid addere.

Suprà à num. 23.

SECTIO III.

DIFFICVLTAS EMERGENS, DE DISCRETIONE Prædestinati à Reprobo, & Salutariter consentientis à dissentiente.

Termini.

234 ANticipo terminos. Imprimis *Discretio* sonat differentiam: & discretio Prædestinati à Reprobo est caput, unde ille habet infallibiliter, perseverare finaliter, & salvari; & non, iste; sed econtrà: Consentientis salutariter à dissentiente est caput, unde infallibiliter habet ille Consensum; & non, iste. Deinde *Discretio* potest esse in actu primo, & in secundo: & insuper esse potest Intrinseca, vel extrinseca. Discretio in actu primo debet esse aliquid antecedens operationem, & actum secundum, cum eisdem ita connexum, ut illatio valeat: quod enim est indifferens Prædestinato, & Reprobo; Consentienti, & dissentienti, non discernit. Discretio in actu secundo est per ipsam Operationem. Iam extrinseca discretio consistit in aliquo extrinseco: & in aliquo intrinseco, intrinseca. His positis

Positio prima.

235 Censeo primò: Discretio intrinseca, & in actu secundo consistere nequit formaliter nisi in actione liberâ salutariter consentientis. Ratio est: Omnia intrinseca, salutariter consentienti, præter, & ante actionem salutariter consentiendi, sunt indifferentia ad dissentiendum, & consentiendum: ergo intrinseca discretio formaliter incipit ab actione: nam ab aliquo, quod indifferens est, & commune, venire formaliter nequit discretiva differentia: sed actio formaliter sufficit ad discernendum: ergo formaliter consistere nequit nisi in actione. Consequentiæ bene sequuntur ex antecedente, quod in Scholâ nostrâ, contra Thomistiam modernam, certum est ex latè disputatis *tract. 1. lib. 3. 4. & 5.*

Suprà lib. 3. 4. & 5. Alterat.

236 Censeo secundò: Ista intrinseca discretio in actu secundo tota est Dei, & tota est hominis: unde potest homo dici, discernere se à dissentiente; & Deus discernere, Hominem. Prima pars, quòd tota sit Dei, atque adeò quòd Deus discernat hominem, ostenditur: quia omne bonum conducens ad vitam æternam, est donum Dei, ut frequenter habet Augustinus, & definitum est ab Ecclesiâ contra Pelagium: Sed Salutaris consensus, in quo formaliter stat actualis ista Discretio, est bonum positivè conducens ad vitam æternam: ergo est Dei Donum: ergo. Secunda pars, quòd tota sit etiam hominis, & quòd homo possit dici, se discernere, ostenditur multipliciter. Primò ex Scripturis, exhortantibus homines, ut se separent ab injustis; & tribuentibus emundationem à peccatis, & progressus in virtute. Secundò ex Augustino id expressè testante *cap. 34. de Spiritu & litt.* ubi asserit *esse propriæ voluntatis consentire vocationi Dei*: & acutè vocat, Consensum, respectivè ad Creaturam, *acceptionem* Divini Doni; & respectivè ad Deum, *Donationem* boni. Tertiò & à priori: quia ea actio est à Creaturâ se cum Gratiâ determinante, & pro libito suo se & gratiam, cæteraque Comprincipia applicante ad operationem.

Augustin. Arausic. & Trid.

Scripturæ.

Augustin.

Tertia Positio.

237 Censeo tertiò: ista intrinseca discretio, licèt sit Dei & hominis, in uno genere est solius hominis, & in altero, solius Dei, sine præjudicio alterutrius ad totam discretionem. Tertia pars liquet ex præcedenti asserto. Prima pars, juxta nostram Scholam, & omnem, evidens debet esse: quia in genere viventis, merentis, & determinantis, ista discretio solùm est hominis: non enim Deus per operationem Creaturæ vivit, nec meretur, nec determinat, sed homo solùm: tò solùm non excludente consortium Cooperationis, & Principalitatis in agendo. Secunda pars est etiam evidens: quia Cooperatur ex virtute propriâ, & à nemine præacceptâ; quod solius est Dei: cooperatur ut Agens Principale: cooperatur, ut donans omnia, quæ in toto negotio discretionis interveniunt: hæc autem prærogativa cooperandi, solius Dei est.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Quarta.

238 Censeo quartò: licèt ista intrinseca discretio, in genere determinativo, sit aliquomodò Creaturæ cooperantis Deo, & non Dei; simpliciter dicenda est, citra determinationem, esse magis Dei, quàm Creaturæ, juxta illud Augustini *de Corrept. & Grat. cap. 14 magis habet in suâ potestate voluntates hominum, quàm ipsi suas.* Ratio est primò: quia Dei sunt Omnia & singula, quæ interveniunt in toto negotio Discretionis, à primo adusque ultimum: Creaturæ verò non ita; nam Creaturæ est agere, quod simul est Dei: Dei verò est dare Omnia & singula, quibus eget ad agendum Creatura, & in ipsis ipsum etiam agere. Secundò ex *innumeris* ferè titulis, quibus Deus respicit actionem salutarè Creaturæ, & facit suam. *Primò*, intentionis specialis. *Secundò*, suasionis. *Tertiò*, potestatis. *Quartò*, Congruitatis. *Quintò*, Cooperationis. *Sextò*, donationis, & *aliis* multis: unde necessariò est magis Dei, citra determinationem, quàm Creaturæ determinantis.

Mens Augustini.

Quinta.

239 Censeo quintò: extrinseca Discretio & in actu primo (quæ primaria discretio dicitur) aliqualiter tribui potest Creaturæ, simpliciter tamen est Dei & à Deo. Ratio est: Primaria Discretio, & quasi in actu primo est illa prima Ratio, ex quâ valet illatio ad consensum hominis præ dissensu, & ex quâ bene discernis inter Consensurum & dissensurũ: sed hæc prima Ratio, licèt aliqualiter tribui possit Creaturæ consentienti, simpliciter est Dei, & à Deo: ergo Primaria hæc discretio in actu primo, Dei simpliciter

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

ter est, & à Deo, licèt aliqualiter tribui possit Creaturæ. Major constat ex explicatione terminorum. Minor ostenditur: quia licèt ad hujusmodi discretionem requiratur & interveniat aliquid attribuibile Creaturæ, nempe Scientia Media (per quod patet satis prima pars assertionis;) tamen solius est Dei, determinantis & volentis, sequi beneficè ductum hujus Scientiæ, & ponere absolutam illationem Consensûs salutaris: si enim Deus, ex speciali beneficientiâ, non ita vellet; Omnia manebant indifferentia ad absolutam illationem: ergo Prima ratio, ex quâ absolutè discerni potest inter cõsensurum & dissensurum, est simpliciter Dei, & à Deo.

Illatio prima:

240 Inferes ex his, primò: Discretionem Prædestinati à Reprobo, & salutariter Consentientis à dissentiente, Primariò sumptam, principaliter, perfectè, & integrè, tribuendam esse simpliciter soli Deo tàm in actu primo, quàm in actu secundo. Ratio est: quia hæc attributa in discernendo Prædestinatum à Reprobo, & Salutariter operantem à non operante, nempe, Primariò, Principaliter, Perfectè, & integrè, soli Deo competere possunt. Primum: quia Dei sola determinatio, est æterna prior absoluta ratio inferens hunc Consensurum, & non illum. Secundum: quia Deus est Principalis author Omnis boni salutaris. Tertium & quartum: quia solus est Deus cui debentur omnia quæ in toto negotio Prædestinationis, & discretionis interjacent.

Secunda:

241 Inferes secundò: De homine, se discernere sive quoad salutariter consentire, sive quoad Prædestinatum esse, dici debere semper cum limitatione, & in actu secundo, modo loquendi solùm intẽdente libertatis determinationem, actionem, & usum: nullatenus verò excludente Cooperationem indivisam Dei, ejus Principalitatem, & Specialem Beneficientiam. Patet ex *supra* dictis: quæ quia aliter, ac sunt Calami, & Mentis Scholæ nostræ, sonare solent in auribus Adversariorum, multa congeruntur, quæ modò solvemus, omissis aliquibus ab

Lib. 10. à num. 100.

Authoritate Scripturæ, quæ soluta dabo *tract. seq.*

SECTIO IV.

DEFENDITUR DOCTRINA præcedens.

Objectio prima ex 1. Corinth. 4.

242 Objicies primò: illud Pauli 1. ad Corinth. 4. *Quis enim te discernit? quid autem, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis.* Ex quibus verbis arguitur primò: Discretio tribuitur à Paulo soli Deo: ergo & intrinseca, & extrinseca est solius Dei: ergo non consistit formaliter in cõsensu: ergo præcedit ad Consensum, in Decreto prædeterminante, & in Gratiâ connexivè operante: ergo homo non se ipsum discernit. Secundò: ratio Apostoli, cur discretionem tribuat Deo, est, quia homo nihil habet quod à Deo non acceperit: ergo & Consensum accipit: ergo Deus donat. Sed donatio dicit connexionem cum existentiâ doni: ergo & donatio Dei cum existentiâ consensûs: ergo præcedit ex parte Dei connexio donans Consensum: ergo & Prædeterminatio: ergo sine hac intelligi nequit catholica discretio. Tertiò: Gloriari possumus in eo, quod habemus ex nobis, ex propriâ determinatione citra prædeterminationem Agentis Superioris: sed juxta Apostolum, de Consensu salutari gloriari non possumus: ergo quia non habemus citra Prædeterminationem Dei: ergo.

Solvitur.

243 Respondetur, ex loco Pauli peti non posse contra nos validum argumentum: peti verò contra Prædeterminatistas, inefractabile. De primâ parte, videri potest Annatus *disp. 3. de Scientiâ Mediâ: cap. 1. num. 12.* De secundâ Pater Ruiz *de Prædestinatione disp. 34. sect. 1.* & post ipsum, Pater Ribadeneyra *de Prædestinatione: disp. 21. cap. 2. à num. 10.* Ipse ad primam speciem argumenti: distinguo antecedens: Discretio primaria, principalis, & integra, concedo: Discretio intrinseca, & in actu secundo: subdistinguo: in genere determinantis, nego: in genere Principalis Agentis & dantis omnia, concedo antecedens, & hoc sensu intelligendus est locus Apostoli, qui negare non potest aliqualem modum in homine discernendi seipsum, cooperando Deo, & Divinæ Gratiæ, nisi negetur usus arbitrii. Id quod apertè tradit Augustinus loco & verbis citatis.

Annatus. Ruiz. Ribadeneyra.

Ad

244 Ad secundam, concessis omnibus, usque ad minorem subsumptam, eam distinguo: donatio dicit connexionem cum existentiâ doni, destructivam doni, quod confert, nego: id enim ex terminis implicat: connexionem attemperatam naturæ Doni, quod confert, concedo. Igitur connexio attemperata doni, quæ est electio Creaturæ, solùm potest esse connexio ex suppositione liberâ Creaturæ, quæ Scientia Media est, quâ prælucente de consensu sub conditione, Deus liberè ponens conditionem, & libertatem, donat ipsum consensum: & juxta mea principia, ex affectu efficaci consensûs. At connexio prædeterminans esset per se destructiva talis doni: ex innumeris, quæ in *loco* concessimus. Ad tertiam, distinguo majorem: gloriati possumus, tanquam de bono non accepto à Deo; nego: consensus enim ipse est Dei donum: tanquam de bono nostro ex donatione Dei, concedo: & distinctâ conversò minori, nego consequentiam. Non enim prohibet sobriam gloriationem, sed docet modum, teste Bernardo *Serm. de verbis Apostoli*, qui præmonet: *Qui gloriatur, in Domino glorietur.*

Lib. 3. & 7.

Bernard.

Objectio secunda:

245 Objicies secundò: si homo se discerneret, & Deus hominem; ille, præveniendo per gratiam; ille se determinando cum gratiâ, esset partienda discretio inter Deum & Hominem: sed hoc repugnat Apostolo dicenti ad Romanos 9. *Nõ volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*: ergo non est ita partienda discretio: ergo in omni genere tàm præveniendi, quàm determinadi est Dei solius. Minor probatur ex discursu Augustini in *Enchirid. cap. 32. Ideò dicitur non esse volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, quia Deus per suam Gratiam nos prævenit, quin ipsi nos conatibus nostris præveniamus Deum, & Gratiam:* Sed nos etiam determinamus Deum, & Gratiam, juxta præcedentia principia Scholæ nostræ, quin Deus, & Gratia nos determinet: ergo pari jure potest dici discretio, non miserentis Dei, sed currentis, & volentis.

9. Rom.

Augustin.

Solvitur.

246 Vegetur primò, ex Augustino clarè dicente *cap. 7. de Corrept. & Gratiâ: Discernuntur autem non meritis suis, sed per Gratiam Mediatoris*: ergo talis Gratia est ab intrinseco discretiva: ergo non est indifferens. Secundò: ex illo Ezech. 36. *Faciam*, ait Deus, *ut in præceptis meis ambuletis: & alibi: Faciam ut faciatis.* Id quod stare nequit, quin Deus determinando faciat. Tertiò: & est ratio præcedentium: Magis est operatio, illius, qui determinat, quàm filius, qui extra determinationem, cooperatur determinatus: sed juxta nos, nos determinamus, & non Deus: ergo magis est nostra, operatio, & discretio, quàm Dei. Vnde videtur infirmari veritas illarum Scripturarum: *Ioann. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit.* Item *Ioann.* etiam *6. Omnis, qui audierit, & didicerit, venit ad me.* Ezechiel. 36. *faciam, ut in præceptis meis ambuletis.* Item *ad Rom. 8. Quicumque Spiritu Dei aguntur, &c.*

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Ezech. 36.

Ioann. 6.

Et 6. & Ezech. 36

Et Rom. 8.

Solvitur.

247 Respondetur. Distinguo majorem: esse partienda discretio, exceptivè inter Deum, & hominem, nego: participativè, concedo majorem. Constitit enim, totam, si de intrinsecâ firmo fit, esse Dei solius, & Hominis: imò magis Dei, quàm Hominis. Et nego simpliciter minorem: quia ratio cur Apostolus dicat, non esse volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, non est sola cooperatio, sed prærogativa dantis omnia, sibique profunde facientis debita omnia, quæ in toto negotio Prædestinationis, & discretionis intervenium. Quòd enim Creatura, determinare se posset, & determinet se; Dei sunt dona concatenata cum aliis plurimis, quæ solius Dei sunt, & non sunt volentis, neque currentis, sed Dei miserẽtis. Vnde patet ad probationem.

Augustin. Mens.

248 Ad primam instantiam ex Augustino, dicitur primò, Augustinum solùm voluisse excludere merita respecta Gratiæ, quâ homo vocatur. Secundò solùm voluisse dicere quòd merita, ita cõsideranda sunt, ut censeantur & sint specialia Dei dona. Quid inde contra nos? Ad secundam, ea loca veritatem habent ex modo, quo misericorditer vocat Deus, & ex affectu quo vocat: nempe quomodo scit congruere, & affectu sequenti Scientiâ de congruitate: sic enim donat agere, & facit, ut faciamus. Ad tertiam: major est vera, si cætera sint paria: at inter Deum & hominem, imparia sunt incomparabiliter cætera, ex supra dictis, ex

Infrà lib. 10. à num. 100.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Ruiz.

quibus stat veritas eorum textuum, quos disputando *de Auxiliante Deo*, singulariùs attingemus. Videatur de his omnibus, & innumeris aliis Pater Ruiz ad miraculum doctus *disp. 27. 28. & 29. de Prædest.*

Objectio tertia:

249 Objicies tertiò: Deus suo decreto discernit Prædestinatum à Reprobo, & salutariter consentientem à dissentiente: sed non alio decreto, quàm prædeterminante: ergo hoc. Major patet, quia alioquin referti non posset ad Dei voluntatem, ista discretio. Probatur minor. Primò: quia si seponas Decretum Prædeterminans, cætera sunt indifferentia, & communia: Discretio autem fieri nequit per id quod est indifferens, & commune. Secundò: quia discretio sumitur à determinatione: ergo vel non discernit Deus, vel prædeterminat. Respondetur negando minorem: quia respectu Prædestinati, & salutariter consentientis habet Deus speciale Decretum, indifferens illud quidem, indifferentiâ, contrapositâ determinationi, non verò contrapositâ connexioni, ex præsuppositâ Scientiâ Mediâ, cui se conformat ex animo benefaciendi, & ex modo volendi. Unde patet ad primam probationem minoris. Ad secundam distinguo: discretio intrinseca sumitur à determinatione vel datâ, vel elicitâ, concedo: discretio extrinseca, subdistinguo: à determinatione, intentâ, concedo: formaliter factâ, nego. Itaque discretio formalis intrinseca stat in determinatione: hæc tamen determinatio, licèt non sit actio, quâ Deus determinet, est Dei donum ex multiplici titulo. Discretio verò primaria, & extrinseca, licèt sit per respectum ad determinationem, solum est connexio cum ipsâ citra ullam prædeterminationem: quare neganda est consequentia.

Objectio quarta:

250 Objicies quartò: Inæqualitas, & discretio consentientis, & dissentientis provenire nequit à causâ, in quâ sunt æquales: sed consentiens, & dissentiens, in viâ Scholæ nostræ, sunt æquales quoad Decreta, Gratiam, & actum primum: ergo talis inæqualitas, & discretio, in viâ Scholæ nostræ, non est possibilis: ergo ut possit defendi, defendi debet inæqualitas ex parte causarum per influxum, aut qualitatem prædeterminantem. *Solvitur.* Distinguo majorem: provenire formaliter nequit, sumingenerè causæ formalis, ab æquali causâ, concedo: efficienter, & in genere causæ productivæ, nego majorem: & præmissâ minori, (falsissimâ: nam consentiens, & dissentiens sunt maximè inæquales in beneficio, quod tamen, datâ libertate, habere utere, que in manu,) nego consequentiam. Hæc enim est prærogativa Agentis liberi, se nempè benè determinare cum eisdem omninò principiis, quibus aliter liberè abutitur.

Objectio quinta.

251 Objicies quintò: Vel qui salutariter consentit, præ dissentiente, habet aliquid præter consensum, vel non? Si secundum: ergo tota discretio consistit in ipso consensu: ergo antequam homo se determinet, & velit consentire, non est ulla discretio, contra Doctrinas suprà positas. Si ergo primum: vel hoc aliquid se habet ex parte Creaturæ, vel ex parte Dei? Si ex parte Creaturæ; nisi cum Semipelagianis asseratur aliquid ex parte naturæ, nequit hoc esse aliud, quàm Gratia ab intrinseco discretiva, id est, prædeterminans. Si ex parte Dei, vel est decretum prædeterminans, & habetur intentum; vel specialis voluntas benefaciens: ex quâ sic arguitur: vel ista requiritur ad consensum, vel non? Si secundum: ergo sine ipsâ stare potest discretio consentientis salutariter à dissentiente: ergo potest salutariter consentiens discerni sine speciali beneficio. Si ergo primum: ergo qui dissentit, non habet omnia quæ requiruntur ad actu consentiendum: unde vertuntur contra nos arma, quæ jecimus contra ipsos Prædeterminantes. Hæc objectio resumit omnia, quæ contra nos ad homines jactant Moderni Thomistæ, ex incurioso introspectu, ut opinor, Scholæ Nostræ.

Solvitur.

252 Respondetur. Et ad primum dilemma dico, eum qui consentit, quoad intrinseca, nihil aliud habere præter consensum, præ dissentiente: quoad extrinseca plurimum. Igitur quoad intrinseca, sola disparitas est consensus: quo tamen Deus discernit hominem, quin determinet, multò magis perfectè quàm homo se ipsum, se determinando, propter rationes suprapositas: ipsa enim determinatio, quâ homo cum Deo, & Gratiâ, se determinat, & Deum, & Gratiam, est singulare Dei Donum. Quoad extrinseca, plurimum habet non ex parte Creaturæ, sed ex parte Dei erga ipsam Creaturam, nempè animum benefaciendi, affectum ponēdi auxilium ex fine ipsius consensûs, & affectum ita illativum consensûs, ut cum ipso, ex modo volendi attemperato, Scientiæ Mediæ, connexus sit. Fateor, respectu dissentientis hæc abesse: sed absunt, ex abusu ipsius impediente Deum, ut habuerit in Scientiâ Mediâ necessitatem vel non ponendi auxilium, vel ponendi ex speciali beneficientiâ: imò ita absunt, ut dissentiens sit in potestate faciendi ne abfuerint: ista enim prærequisita sunt impedibilia, vel acquiribilia pro libito Creaturæ, ut explicatum est *lib. 6* cùm de directione Scientiæ Mediæ. Quid his simile in Scholâ Prædeterminante?

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

DISPVTATIO XXXXV.

DE REPROBATIONE.

Ratio disputationis Lib. 6. & præsent. num. 2. & à nu. 124.

253 NON minùs constat ex Fide Reprobatio, quàm Prædestinatio: & quoad illius constitutionem, nihil est necesse superaddere disputatis *lib. 6. & præsenti de Providentiâ* in Communi, *& de Prædestinatione* præsertim *à num. 3.* & ad punctum magis *à nu. 124.* ubi Decreti Reprobativi energiam, & respectum ad Demerita ponderavimus. Addemus tamen, methodi gratiâ, aliqualem elucidationem eorum: nequis istam in Nobis disputationem, solitam à reliquis separari, desideret. Illud noto, *principaliora* Difficultatum hìc occurrentium *Capita*, de Voluntate Dei circa Salutem Omnium, deque effluente exinde ad omnes sufficientiâ generali, ac de modo ipsam singulis dispensandi, supponenda ex *libro sequenti*; in quo singula, pro rei, apud me gravissimæ, dignitate tractabuntur. *Lib. 9. tot.*

SECTIO I.

REPROBATIONIS CONDITIO, ET RESpectus ad Demerita.

§. I.

REPROBATIONE DIVISA, QVÆSTIO ponitur: & Opinandi varietas.

Reprobatio quotuplex?

254 SOlemnis apud Theologos Reprobationis divisio est in *Negativam, & Positivam.* Negativa, est omissio favendi per specialem Providentiam, quâ positâ, de facto, & infallibiliter Gloria obtineatur. Positiva est Formalis Volitio ejiciendi à Gloriâ propter peccatum. Hùc recidunt aliæ vulgares explicationes. Discrimen inter utramque patet. Nam Negativa, licèt inferat ejectionem, & exclusionem passivam à Gloria, non tamen imbibit Formale Decretum excludendi, & ejiciendi, sed præcisè consistit in modo Providentiæ, cessantis à benefaciendo per speciales gratias, & unicè conferentis auxilia sufficientia, nolentisque alia efficacia superaddere, per quæ Gloria obineretur. Positiva verò hujusmodi Providentiæ superaddit Formale Decretum excludendi à Regno, & à Gloriâ.

255 Notanda sunt pro tollendis æquivocationibus aliqua. *Primum*, adversus aliquos Schoristas, Negativam Reprobationē non ita dici ex puriâ omissione Actuum Divinorum circa eum, qui nega-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. 1. 2 Tract. de Allib.

negativè dicitur reprobari. Hæc enim pura omissio libera nullibi possibilis est, ut latè dicetur *in tract. de Allib. Alterū*: in negativâ Reprobatione necessariò importari Præscientiam, & Præparationem Mediorum, secundùm se sufficientium ad salutem: solùmque dici Reprobationem ex nolitione dandi Media alioquin efficacia, prævisaque conjungi cum Gloriæ assecutione: & exinde connexa consequenter cum passivâ exclusione ab ipsâ gloriâ. *Tertiùm*: in hac nolitione dandi media alioquin efficacia, non importari affectum ullum erga ineffaciâ, aut affectum dandi ineffacia auxilia, quia ineffacia sunt. Hujusmodi enim affectus repugnant ex latè positis *lib. 6. Quartum*: circa Positivam Reprobationem, multipliciter excogitari posse ejectionem à Gloriâ. *Primò*, in pœnam, propter peccata. *Secundò*, tanquam à Dono aliàs indebito, præcisim à culpâ. *Tertiò*: in ostensionem justitiæ suæ. *Quartò*, in specimen absoluti Dominii. *Quintò* demum, antecedēter ad omnem præscientiam de peccatis, tàm absolutam, quàm conditionatam. His ita positis

Quæstio: 256 Quæstio est de positivâ Reprobatione, tam de facto, quàm de possibili: an nempè Deus de facto ante prævisa demerita habeat Decretum Reprobativum? Quòd si de facto non habeat: an id sit ex naturâ rei, an solùm ex ipsius Dei libito, potentis alioquin aliter reprobare? Quibus annexæ sunt aliæ quæstiones, quæ juxta præexplicatos dicendi modos possunt excogitari.

Prima sententia Thomist. 257 Prima sententia tuetur, etiam de facto positivè, Deum reprobare, quos reprobat ante demerita prævisa, destinando positivè ad pœnam. Ita communiter Thomistæ, præsertim Prædeterminantes, sed nec ipsi gradiuntur unâ viâ: Nam eorum aliqui cum Gonet ita rem temperant, ut Primum Decretum Reprobativum, respiciat Gloriam, à quâ excludit, tanquam indebitum Beneficium: non verò respiciat ejus exclusionē, ut pœnam: quam ita statuet, prævisis absolutè demeritis. Alii consequentiùs cum Godoy, Primum illud Decretum Reprobativum, etiam ponunt intentivum exclusionis à Gloriâ, in pœnam, per destinationem ad consequentes pœnas damni, aut sensûs.

Gonet.

Godoy.

Secunda: 258 Secunda sententia de facto negat positivam hujusmodi reprobationem haberi à Deo antecedenter ad prævisa demerita: admittit tamen haberi à Deo posse in aliâ providentiâ ex fine ostendendi justitiam suam vindicativam. Ita aliqui ex Nostris cum Granado, Ruiz, Arriaga, & Hizquierdo: professis tamen, necessariò prærequiri Scientiam Mediam de peccatis, quæ proinde necessitatur permittere ex vi Decreti præconcepti Reprobativi.

Granado. Ruiz. Arriaga. Hizquierdo.

259 Tertia sententia, positivam hujusmodi exclusionem à Gloriâ possibilem admittit, etiam ante absolutè prævisa peccata, tanquam ab indebito Beneficio: imò & Decretum destinativum ad cruciatus alioquin æternos, etiam Innocentis, in specimen Divini Dominii: ita Recentes alii, post Herize: quos dogtè protegit, sequiturque Ripalda *contra Basum d. sp. 12 sect. 12.*

Tertia: *Herize. Ripalda.*

260 Quarta sententia, simpliciter impossibilem censet Positivam Reprobationem ante prævisa absolutè demerita: atque adeò æquè negat de facto, ac de possibili. Ita Nostri communiter cum Patre Suarez: quorum aliqui etiam impossibilem censent illam destinationem Innocentis ad cruciatus æternos, cum Arriagâ fortiter dimicante *tom. 3. disp. 55. sect. 3.* quem Hizquierdo, Avendaño, Thyrsus, & Munièssa sequuntur. Alii, impossibilem censent positivam Reprobationē ante demerita absolutè prævisa: non tamen ideò tenent esse debere post demeritorum absolutam prævisionem: has enim antecessiones, & posterioritates inter Divinas terminationes contingentes, impossibiles judicant ex indivisibilitate virtuali earundem: ita post Patrem Ludovicum de Molina Magistri Doctissimi secuti Patrem Martinum de Esparza; pejùs, ac deberent, acceptì à Patre Aldrete *tom. 2. in primam partem disp. 23. sect. 1. num. 2.*

Quarta: *P. Suarez. Arriaga. Hizquierdo. Avendañ. Thyrsus. Munièssa. Molina. Esparza. Aldrete.*

§. II.

CONTROVERSIA DIRIMITUR QUOAD Possibile.

Prima Conclusio. 261 PRima Conclusio: Reprobatio Positiva ante prævisum omninò, id est conditionatè, & absolutè demeritum, & in pœnam istius, simpliciter implicat. Hæc conclusio generalis, non tam respicit factum, quàm possibile: & unicè contra Thomistas est. Eaque habet pro se tot probationes, quotæ militant contra Decreta Prædeterminantia. Ulteriùs ostendi potest primò: quia posito tali Decreto antecedenter ad omnem usum Arbitrii tam absolutum, quam conditionatum, non apparet, quomodò maneat, aut manere possit in libertate Reprobi evasio pœnæ, & consecutio Gloriæ. Et ratio est evidens: quia, supposito independenter à libero arbitrio, impedimēto efficaci, & ineluctabili illius evasionis, & consecutionis: non potest esse in manu liberi arbitrii evasio, & consecutio: sed Decretum illud est impedimentum efficax, & ineluctabile evadendi pœnam, & consequendi gloriam, alioquì præsuppositum in viâ Thomisticâ independenter à libero arbitrio: ergo.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Secunda Conclusio. Concilium Valentin. sub Lothar. Augustin.

262 Ostenditur specialiter secundò: Reprobatio positiva sic habita, necessariò foret procurativa peccati; amor ipsius; & inductiva auxiliorum inefficacium, propter eorum ineffaciam: quæ singula sunt planè absurda, & millenis scatentia inconvenientibus contra sinceritatem Scripturarum, & Catholica dogmata. Sequela verò probatur sic: Reprobatio sic habita ex objecto efficaciter volito, & intento est necessitas, ut peccatum sit: sed necessitas, ut aliquid sit, si aliunde non præsupponitur existens, aut prævisum existere, est inductiva illius, ut patet: nam illa necessitas, ut aliquid sit, est indefectibilis in se, si semel existat: ergo habet vim inducendi quidquid requiritur ne ipsa deficiat, si aliunde non supponitur existens, aut prævisum existere. Modò sic: Peccatum ita requiritur ad existentiam Positivæ Reprobationis, ut hæc esse non possit, nisi ipsum subsequatur: sed ipsum neque præsupponitur existens ad ipsam, neque prævidetur existurum aliunde: ergo ea necessitas secum affert necessitatem inductivam peccati. Quomodo ergo excusari potest à procuratione peccati? Ab ipsius amore? Ab ineffaciæ volitione? Et exinde ab incompossibilitate cum animo serio, ne sint peccata; & ut salus æterna sit? Vide P. Avendañ. Avendañum latè, & pulcrè hæc singula pōderantē *disp. 16. quæ de Reprob. est. cap. 2.*

263 Secunda Conclusio: etiam suppositâ Scientia Mediâ de peccatis alioquin conditionaliter existuris, simpliciter implicat Positivâ Reprobatio in pœnam ante prævisum absolutè demeritum. Hæc etiam est conclusio generalis, concernens *ad posse*: & jam ferit aliquos è Nostris: & mihi videtur ex mente Scripturarum, Concilii Valentini sub Lothario *cap. 3.* & Augustini: quam ita pondero. Quoties *factum* excluditur *per terminos de possibili*: non solùm excluditur res *quoad fieri*, sed *quoad posse*: sed ab Scripturis, Concilio præcitato, & Augustino, *Factum* Positivæ Reprobationis in pœnam ante prævisum absolutè peccatum, excluditur *per terminos de possibili*: ergo non solùm ab ipsis excluditur ea Reprobatio *quoad fieri*, sed etiam *quoad posse*. Minor autem patet: quia tam Scriptura, quàm Concilium, & Augustinus dant Facti motivum, ipsam Dei justitiam; Divinam Rectitudinem, & inclinationem erga salutem, odiumque circa peccata, & mala exinde otiunda: quæ motiva æquè militant *de possibili, ac de facto*. Audiatur Augustinus: *3. contra Iulianum; cap. 18. Bonus est Deus: justus est Deus: potest sine bonis meritis liberare, quia bonus est. Non potest sine malis meritis damnare, quia justus est.* Pende motiva, æquè *factum* excludentia, ac *possibilitatem*.

264 Ratio autem communis est efficax, si benè proponatur. Eam sic instruo: Positiva Reprobatio in pœnam ante prævisum absolutè peccatū est efficax præintentio pœnæ ante prævisum absolutè peccatum: hæc Deo repugnat: ergo & illa. Minor ostenditur: Talis præintentio efficax pœnæ secum imbibit labem sævitiæ, & crudelitatis: Sed hæc Deo repugnant ex infinitâ Benignitate, & Bonitate: ergo & efficax illa præintentio. Major, in quâ est tota difficultas, probatur multipliciter. Et primò quidem: quia sicut largitas in præmiando secum imbibit speciem liberalitatis: ita & labem sævitiæ largitas in puniendo: sicut autem præintentio præmii ante prævisa absolutè merita est quædam largitas in præmiando: cur pariter non sit aperta largitas in puniendo præintentio pœnæ? Secundò: executio pœnæ ante demeritum est crudelis largitas in puniendo, sicut executio præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

mii ante Merita, est benefica largitas in præmiando: ergo sicut præintentio præmii ante absolutam prævisionem meritorum est largitas in præmiante laudabilis; ita præintentio pœnæ ante absolutam prævisionem demeritorum est in puniente vituperabilis. Et ratio est, quia prodit intentionem, & animum puniendi eum, quem pro eo signo non videt pœnæ reum.

Tertia Conclusio.

265 Tertia Conclusio: Factâ semel elevatione Naturæ ad Beatitudinem, tanquam ad finem consequendum ab ipsâ, si velit, implicat in Deo Decretum positivè exclusivum ab ipsâ, etiam ut ab indebito Beneficio, ante prævisum absolutè peccatum. Vt conclusio solidè probetur, supponenda sunt ex præcedentibus *duo*, quæ videntur innegabilia. *Primum*: Providentiam elevativam Naturæ ad Beatitudinem, necessariò secum importare ex parte Dei seriam volitionem dispensandi Naturæ Media sufficientia ab obtentionem illius; atque adeò volitionem seriam, ut non stet ex parte Dei, quominùs Natura Beatitudinem assequatur. Hoc principium videtur evidens: quia alioquin illa destinatio, & elevatio ad Finem Beatitudinis esset otiosa, & imprudens, ex Naturæ impotentiâ, nisi per indebita Media juvetur, ad ejus assecutionem. Patet autem, cum, qui ex modo, quo se habet ad aliquem finem, necessitatur ponere Media sufficientia, ne desit, seriò velle, quantùm est ex se, ut finis sit. *Secundum.* Volitionem illam seriam, quâ Deus fertur in Beatitudinem omnium, quos ad ipsam elevat, estò permittere possit Beatitudinis inassecutionem, talem esse debere, ut Deus ex se non possit eam impedire. Hoc principium etiam est evidens ex conditione talis volitionis expensâ *lib. 3. à num. 206.* & accuratiùs *infrà libro sequenti à nu. 55.* Ex his

Suprà lib. 3. à num. 206. & in frà lib. 9. à num. 55.

266 Probatur efficaciter Conclusio: Repugnat cum seriâ volitione, ut aliquis assequatur Beatitudinem, Decretum positivè exclusivum ab ipsâ, etiam ut ab indebito beneficio, ante prævisum absolutè peccatum; sed sine seriâ volitione, qualem descripsi, repugnat destinatio, & elevatio Divina ad Beatitudinem: ergo cum tali destinatione, & elevatione, repugnat Decretum illud exclusivum à Beatitudine, etiam ut ab indebito Beneficio. Minor præsupponitur *ex numero antecedenti*: & consequentia est bona. Major probatur. Quia positivè excludere à fine, stare non potest cum serio velle, ut finis existat, quantùm in te est: plus enim præstas ex te, circa finis impeditionem, quàm circa ejus existentiam: qui autem ex se plus præstat circa finis impeditionem, quàm circa ejus existentiam, nequit habere seriam volitionem, ut finis existat.

Quarta Conclusio.

267 Quarta Conclusio: Neque Deus potest ad ostensionem dominii sui pœnis æternis Innocentem addicere: neque potest positivè reprobare ante prævisum absolutè peccatum in ostensionem justitiæ suæ. Duas partes habet assertio. Secunda probatur ex illo principio generali, quòd Finis bonitas non repurgat irrectitudinem Medii: si enim in medio detur oppositio cum aliquâ particulari virtute; non exuet eam oppositionem ex honestate præintentâ virtutis alterius; atqui prædecernere pœnam ante prævisam culpam imbibit oppositionè cum Clementiâ, & sævitiam quandam animi præoccupantis delicta suppliciis, ut nuper dicebamus: ergo non potest honestari ex fine justitiæ: ergo in ostensionem justitiæ nequit Deus positivè prædecernere pœnâ ante prævisum absolutè peccatum. Et ratio est: quia nequit fieri virtutis ostensio per actum qui ex oppositione cum aliâ virtute necessariò desinit esse actus Omnis Virtutis.

Divini Dominii comparatio ad aliquale nostrum.

268 Prima pars probatur mihi, primò, ex ipsâ conditione Divini Dominii, ex quâ alii negant. Sic eam formo: Dominium divinum, ut à Creato contradistinctum, tale est, ut sit ordinatissimum, nec exerceri possit nisi per actus plenè honestos, & nulli virtuti oppositos. Patet hujus principii veritas ex discrimine ad Nos. Nos ex Dominio possumus uti re pro libito: cùm autem sphæra libiti nostri, sine læsione alieni juris, sit licitum, & illicitum ex conditione subjecti, in quo Dominium est; hinc est, quòd citra injustitiam possimus exercere Dominium per actus jam præcipites, jam temerarios, jam crudeles, jam illicitos ex aliis capitibus valde divertis. In Deo nequit esse Actus Dominii, utpote ordinatissimi, actus præceps, temerarius, crudelis, vel aliàs inhonestus: quia nequit esse Divinus, actus Virtuti oppositus. Atqui Innocentis æterna Cruciatio, est actus inclementiæ, sævitiæ, & temeritatis, ut patet in nobis, bestiolas, alioquin innocuas, minutim cruciantibus, & igne torrentibus; ergo Innocentis æterna cruciatio nequit esse actus Divini Dominii.

Privilegium Innocentiæ.

269 Secundò mihi probatur: quia Naturale privilegium Innocentiæ videtur esse favor in Principe: nec videtur rationi consona Innocentis cruciatio, nisi ex fine meliorandi fortunam Innocentis, ut ex ipsâ Cruciatione lucidiorem Coronam obtineat: quis enim dicat rationi Consonum, Principem alioquin ordinatissimum se cum Innocente velle gerere, ac si non esset Innocens, id est, ex suo jure immunis à cruciatu: & gaudens quasi foro clementiæ? Modo sic: sed in æterna Cruciatione non est possibilis finis meliorandi fortunam Innocentis, cùm ipsa æternitas, quæ supponitur, obstet meliorationi fortunæ: ergo æterna Innocentis cruciatio non est Possibilis Principi Ordinatissimo: ergo non est Deo possibilis, qui summè ordinatus est Princeps. Hæc mihi sufficiunt: quæ satis intercipiunt acumina Patris Ripalda *loc. cit.* ingeniosè disputantis.

Objectio prima: Sap. 12.

270 Objicies contra primam & secundam Conclusionem: Primò *ex Sapiet. 12.* ubi dicitur, neminem debere quærere à Deo de his, quos perdidit: & additur: *Ipsum, quoque, qui non debet puniri condemnas, exterum æstimas à tuâ virtute.* Secundò ex Paulo *Rom. 9.* ubi hæc habetur: *Quòd si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, &c.* ecce fines, Justitiam, & Potentiam, ad reprobandum! Tertiò: quia non est cur saltem affectu Conditionato non possit statuere Deus ante prævisum absolutè peccatum exclusionem à Gloriâ, & damnationem, nempe, si homo non decedat in gratiâ. Reliquum est, ut ad primum: dici quidem optimè non esse quærendum à Deo de his, quos perdidit, quia causa perditionis in suis cujusque flagitiis patet. Ad verba, quæ superadduntur, dico ea pro nobis esse juxta codices emendatos jussu Sixti Quinti: sic enim habent: *Ipsum quoque qui non debet puniri condemnare, exterum*, id est, absonum, *æstimas à tuâ virtute*: Ecce sententiam nostram. Ad secundum dico, sensum Apostoli esse, Deum patienter sustinere eos, quos suis vitiis, & impœnitentibus cordibus videt effici vasa iræ: in quos demum vult ostendere iram, & notam facere potentiam suam, non quidè ante prævisa delicta, sed quia prævidet. Ad tertium, cum actum conditionatum aliunde implicare: quia nititur divisibilitate virtuali terminationum liberarum Dei, quam ego impossibilem reputo.

Rom. 9.

Solvitur.

Mens Apostoli.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provident. & Prædestinante.

271 Objicies contra tertiam Conclusionem. Quia Deus ex se, & independenter ab ullâ suppositione, potest negare quod aliàs indebitum est: sed gloria est indebita, etiam ex suppositione elevationis: ergo potest Deus habere Decretum positivè exclusivum ab ipsâ, independenter ab ullâ suppositione. Respondetur. Distinguo majorem: si non supponatur aliqua conditio impediens, concedo: si supponatur, nego: & concessâ minori: nego consequentiam: quia conditio elevationis, licèt non faciat debitam Gloriam, impedit, ut cum ipsâ componat Deus, ipsius Gloriæ impeditionem, quantum est ex parte ipsius Dei. Vide *num. 265.*

Objectio secunda:

Solvitur.

272 Objicies contra quartam Conclusionem primò: Potest Deus annihilare Innocentem: ergo & æternùm cruciare. Secundò: Pejor est status peccati, quàm cruciatus æternus: sed potest Deus æternum relinquere statum peccati: ergo & cruciatum æternum innocentis. Tertiò: quia Deo possibilis est modus, quo & innocentem æternùm cruciet, tamque præserver à rabie, imò & ab impatientiâ: & voluntati suæ conformem. Quartò: quia Deus, utpote absolutissimus Dominus, non est cur non possit cruciare in æternum, etiam Innocentem? Respondetur. Ad primum, admisso antecedente, rebus secundum se inspectis, & exclusâ suppositione imbibente Promissionem in oppositum, nego consequentiam: quia annihilatio non est tormentum; ut cruciatus est. Ad secundum, concessis præmissis, nego etiam consequentiam: quia status culpæ læthalis secum affert indignitatem, ut remittatur. Ad tertium, admisso quod supponitur, negetur quod subinfertur ex doctrinâ *numeri 169.* Ad quartum satis est dictum *numero 168.*

Objectio tertia:

Solvitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

§. III.

CONTROVERSIA DIRIMITVR QVOAD Factum.

273 Conclusio prima: Neque Deus reprobat positivè ante peccata absolutè prævisa: nec pòst: imò nec potest ante, nec post, antecessione vel subsecutione positiva, reprobare. Hæc conclusio, terminis explicatis, nullam habet specialem difficultatem: Nititur enim in doctrinâ speciali, negante Terminationum liberarum de facto denominantium distinctionem, & divisibilitatem virtualè. Cùm autem positiva antecessio Prævisionis absolutæ ad Decretum Reprobativum: & istius subsecutio positiva ad illam, aliquam intrinsecam imbibat virtualem distinctionem: negatâ semel inter liberas terminationes de facto denominantes omni distinctione, fit, Decretum Reprobativum esse non posse positivè priorem, nec posteriorem absolutâ prævisione peccatorum.

274 Secunda Conclusio: nihilominùs rectè dici potest, & dici debet, neminem à Deo positivè reprobari, nisi post absolutè prævisa peccata. Sic loquimur, & sentimus cum Cõcilio Valentino, & Sanctis Patribus absolutè pronuntiantibus, Deum homines non damnare, nisi quasi coactum à culpis ipsorum, nolleque ipsorum mortem, nec in eorum perditione delectari. Et ratio est: quia, ut Deus simpliciter dicatur, positivè reprobare post absolutè prævisa demerita, & nõ ante; nõ requiritur positiva præcessio Prævisionis absolutæ demeritorum ad Decretum reprobativum, sed sufficit in Decreto, & in Prævisione talis energia, & modus habendi se, ut Deum indicent, & reipsâ faciant, potiùs reprobantem: quia delicta prævidet, quàm prævidentem delicta, quia reprobat: Atqui sine ullâ virtuali distinctione inter Decretum, & prævisionem componi hæc possunt, & reipsâ componuntur: ergo sine ullâ virtuali distinctione inter Decretum Reprobativum, & præscientiam absolutam demeritorum, atque adeo sine ullâ positivâ antecessione, vel subsecutione inter ipsos actus, rectè dici potest, & dici debet, Neminem à Deo positivè reprobari, nisi post absolutè prævisa peccata.

275 Tota vis rationis stat in veritate præmissarum. Et major est evidens: nam sine vllâ distinctione intrinsecâ inter actus necessarios Dei, intelligendi, & volendi, dicimus Deum velle, quia præcognoscit, & non è contrà: ly *præ* significante directionem, & energiam actuum, & tendentiarum: & similiter sine ullâ distinctione intrinsecâ inter tendentiam ad objectum formale, & ad objectum materiale, rectè dicimus, amari objectum materiale, quia datur amor circa formale: ly *quia* non significante positivam præcessionem amoris ad amorem, sed energiam actûs, potiùs æquivalentis ex modo tendendi, & imitantis complexum amoris, quorum alter oriatur ab altero, quàm è contra.

276 Probatur jam minor. Nam imprimis ad directionem, non requiritur intrinseca virtualis distinctio inter formalitatem dirigentem, & inter formalitatem directam, ut nuper constitit: & latè vidimus *lib. 1. à num. 174.* Deinde, ut insinuavi *suprà à num. 124.* circa demerita, & circa pœnam se habet Deus modo plane diverso, ac circa Gloriam, & circa merita. Circa Gloriam, & circa Merita, sic se habet, ut ostendat in modo tendendi esse pariter dona ipsius, & Gloriam, & Merita, ideque causam Meritorum, & Gloriæ: unde relucet in eo illo modo Divino respiciendi Merita, & Gloriam, Divina Voluntas, potiùs, quàm Intellectus: Volitio, potiùs, quàm Præscientia: atque adeò Divina causalitas pènes utrumque. Circa Pœnam, & Demerita se gerit diversimode. Nam ex modo respiciendi, nullum miscet, nec miscere potest affectum circa peccata, nec pœnam eligit, nisi propter ipsa peccata, quæ alioquin vulnerent; unde pœnam vult, quasi coactus à peccatis, quæ ponuntur à Creaturis, alioquin abterritis ab eorum commissione per minas, per consilia, per præcepta. Vnde cùm in illo modo se habendi circa pœnam, solùm sit volitio, ex motivo, quod Deus alioquin seriò nollet habere, inde est, in eo modo respiciendi, potiùs Præscientiam præeminere quàm volitionem; potius intellectum, quàm voluntatem: atque rectè dici posse ac debere, Deum reprobare quasi coactum, & post peccata absolutè prævisa.

Suprà lib. 1. à num. 174. & lib. hoc 3. à nu. 124.

Ter-

277 Tertia Conclusio: ly *pòst*, dum dicimus, Deum reprobare post absolutè prævisa demerita, unicè sonat energiam, & modum, per quæ Deus se exercet circa demerita, & pœnam, plane diversa, ab energiâ, & modo, quibus se exercet circa merita, & gloriam. Patet ex præcedenti: nam ly *pòst*, significante non potest ullam antecessionem, vel subsecutionem intrinsecam, sed modum respiciendi pœnam, exclusivum affectûs circa motivum illius, & præcisè insinuativum affectûs erga illam ex, & in suppositione non gratâ Deo: secùs ac se gerit Deus circa Gloriam, & circa Merita. Revide *cit. num. 124. 125. & 126.*

Suprà à num. 124. & seqq.

SECTIO II.

REPROBATIONIS CAVSÆ, ET EFFECTVS: ubi de numero Reproborum.

278 Triplicem, ut vides, quæstionem amplectitur Titulus. Vide, si placet, singulas lato circuitu pertractatas, in Montoya, & Avendano. Ipse à causis incipio, præ oculis habitâ distinctione Reprobationis duplicis, Negativæ, & positivæ, de quibus *num. 251.*

Montoya. Avendan.

Causæ Reprobationis Negativæ.

279 Prima Conclusio: Reprobationis negativæ causa plerumque est peccatum originale: frequentiùs verò, inscrutabile judicium Dei. Probatur prima pars, quæ videtur esse Prosperi, & Augustini, locis à Petavio citatis: quia Peccatum Originale est ratio sufficiens movere Deum, ne velit benefacere per efficacia auxilia, & ut velit permittere peccata, quæ fortè aliàs non permisisset. Quò facit illa Doctrina, quam *in Opere de Incarnatione* tenuimus cum Martinono, nempè, nulla fore peccata permittenda, si diutiùs perseverasset Adamus in Innocentiæ statu. Secunda pars probatur. Quia licèt Originale sit Deo sufficiens ratio, ne velit conferre auxilia efficacia, potissimùm tamen reduci id debet ad inscrutabilia judicia Dei. Tùm quia Originale Peccatum, est malum commune: & cessatio ista à benefaciendo non est ita generalis: cur ergo his potiùs, quàm illis æquè infectis originali, benefacere desinit Deus? Ecce judicia Dei inscrutabilia! Tùm etiam: quia, in his, quæ sunt unicè miserentis Dei, & ad quæ neque promissione tenetur, nec ullo pacto, frustrà recurritur ad alia motiva, præterquàm ad investigabilem arcanitatem judiciorum Dei.

Martinon. De Incarn. lib. 3. disp. 2. à num. 220.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Et Positivè.

280 Secunda Conclusio: Reprobationis Positivæ solum est causa, Peccatum Mortale, quo quis decedit, sive Originale sit, sive Actuale, sive utrumque. Ratio est: quia causa Reprobationis Positivæ ea est, & dicitur propter quam fert Deus Sententiam æternæ damnationis: sed sententiam hujusmodi, Deus fert propter illud peccatum, quo quis decedit, sive multiplex sit, sive unicum, sive sit Personale, sive solùm Originale: ergo Reprobationis Positivæ causa, solùm est Mortale peccatum, quo quis decedit, quod illud eumque sit.

Dubium speciale.

281 At hìc rogas: an peccata Lethalia jam remissa, vel etiam peccata Venialia, possint aliquomodo influere in Damnationem æternam? Respondeo primò: Nec illa, nec ista posse in damnationem influere positivè ut causam. Est de Fide. Nam remissa, nequeunt esse remissa, sine remissione Reatûs æterni: Venialia verò non sunt dignitas ad pœnâ æternâ. Respondeo secundò. Licèt Peccata Remissa nõ possint esse causa Damnationis, nec item Venialia: tàm Venialia, quàm Lethalia remissa esse possunt occasio Reprobationis, & damnationis. Ratio est: quia possunt esse occasio, ut Deus alioquin benefacturus, cesset à benefaciendo; & per puram cessationem à beneficiis, quæ aliàs conferret, permittat vel graviora peccata, vel alia quæ alioquin non permisisset. Et in hoc sensu intelligo illud Scripturæ: *De propitiato peccato noli esse sine metu.*

Reprobationis effectus.

282 Tertia Conclusio: & circa Reprobationis effectus unica, sit: sed trimembris: Effectus Reprobationis, solùm est, in Parvulis pœna damni: in Adultis, pœna damni, & sensûs: nunquam verò peccatum, nec peccati permissio. Prima pars probatur: quia Pœna damni infligitur Parvulis à Deo, ut à Iudice, ex decreto Reprobationis. Secunda probatur: quia similiter Adultis infligitur pœna damni, & sensus. Tertia probatur, imprimis quoad peccatum, quia peccatum in nulla suppositione esse potest à Deo, nec effectus Dei, etiam ut reprobantis. Deinde, quoad permissionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

(quod difficilius est,) quia ut aliquid fit, & dicatur effectus Reprobationis, debet esse ex intentione Dei, quâ reprobantis, & quia reprobantis: sed permissio peccati non ita est à Deo: ergo nec est, nec dici potest effectus reprobationis. Minor probatur: Nam Deus, estò liberè peccata permittat, nunquam permittit ex fine reprobandi, nec ex fine nō eligendi ad gloriam: istæ enim intentiones non quadrant cum Divinâ Inclinatione, ut omnes gloriam assequamur.

Dubium alterum.

283 Rogant hic aliqui, an subita mors, aut mors ex ictu fulminis, similive accidenti, aut amentia, vel induratio, & consequens impœnitētia dici possint, & sint effectus Reprobationis. Ego pro aliquo casu extraordinario affirmo: ordinariè tamen loquendo, negādum reor. Hoc secundum: quia nulli Deus negat sufficientiam, ut salutem obtineat, saltem interiter resipiscendo, si velit, ut *libro sequenti* dicetur. Primū: quia potest Deus propter peccatum acceleratre mortem, & ipsum amentiā vel physicā, vel morali fic velle punire, ut pœna reprobationis incipiat ab his ipsis accidentibus, de quibus quæstio loquitur.

An plures Prædestinati, quā Reprobi?

284 In fine rogas: an Prædestinati sint plures, quàm Reprobi? Ambigua, & ardua quęstio, de quâ increpati sunt olim à Christo Domino Apostoli in Evangelio. Censeo primò: Id ex solâ revelatione Dei posse certò cognosci; nam id pertinet ad arcana Divinitatis: licèt enim ex moribus Humani generis colligi possit aliqua conjectura: certitudo haberi non potest. Censeo secundò: ex Angelis plures fuisse Prędestinatos, quàm Reprobos. Ratio sumitur ex Apocalypsis 12. ubi *tertia pars stellarum*, nempe Angelorum, *rapta* dicitur *cauda Draconis*. Censeo tertiò: ex hominibus plures esse Reprobos, quàm Prædestinatos. Ratio, generaliter sic loquendo, sumitur ex Infidelium, & Hæreticorum multitudine, quæ demum adjuncta pravis Fidelium moribus, facilè suadet, loquendo generaliter, ex Hominibus plures perdi, quam prædestinari.

Apocalyp 12.

285 Censeo quartò: ex Fidelibus tàm parvulis, quàm adultis, plures prædestinari, quàm perdi. Videndus de hac assertione Montoya *disp. 54 de Prædest.* Ratio mihi est, ex multitudine parvulorum, qui suscepto baptismate rapiūtur ante annos discretionis: quæ multitudo tanta est, ut numerum omnium Adultorū fortè adæquet; aut saltem tanta, ut exiguam Adultorum partem requirat, ut æquet.

Montoya.

286 Censeo demum cum Suarez, Granado, & Eminentissimo Sfortiâ Cardinali Palavicino, etiam ex Fidelibus Adultis plures esse Prædestinatos, quàm Reprobos. Ita me piè sentire cogit summa Dei benignitas, & patientia, nec vocare cessantis, nec cessantis benefacere, temporibus præsertim opportunis, emolliendo sic pro suâ misericordia, ingratâ, & lapidea Hominum corda, & colligendo pro suâ benignitate fructum Redemptionis Filii sui in his, qui gloriati sunt habere talem & tantum Redemptorem. Sed ingratitudo, quâ vivimus, respondemusque misericordiis Domini, jure debet ingenerare formidinem: ut *cum timore, & tremore vestram salutem operemur*, ut monet Apostolus ad Philippenses.

Suarez. Granad. Card. Palavicin.

Ad Philipens.



In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

LIBER NONVS

DEVS GENERALITER PROVIDENS, ET Benefaciens: seu de Generali Providentiæ Divinæ Beneficientia.

Libri præsentis Scopus.

1 PRÆCEDENTIBVS de Deo Providente, & Prædestinante Controversiis annecti necessariò debuit ista Dissertatio, quæ viam aperiat sequēti Tractatui *de Auxiliante Deo*. Tùm quia ex modò discutiendis, & stabiliendis, faciendo gradum indidē ad considerationem Auxiliorum, per quæ benefacit Deus, accipient præjactæ Doctrinæ suum quasi complementum & ornamentum: Tùm quia præsens de Generalitatæ Divinæ Beneficientiæ punctum, plures, easque graves juxtà, ac utiles Quæstiones amplectitur, quæ aliò importunè rejicerentur, ut ex ipsarum discussione constabit. Quia tamen Beneficientiæ Generalis Divinæ tàm erga Prædestinatos, quàm erga Reprobos, vastæ molis negotium est, ut est videre apud Doctorem Eximium *part. 2. de Gratiâ: lib. 4. ferè toto*, & apud Patrem Didacum Ruiz de Montoyâ *de Prædestinatione à disp. 39.* opùs *est methodo, plurima paucis fortasse, sine claritatis dispendio, complexurâ.*

P. Suarez

P. Moioy.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

DISPVTATIO XXXXVI.

OSTENDITVR GENERALITAS DIVINÆ Beneficientiæ quoad Creationem.

Materiæ distributio.

2 GENERALITATEM Divinæ Beneficiētiæ, circa substantias intellectuales, quas Beneficientia Dei, ejusque Prædestinatio respicit, contineri video penès *tria*. *Primum* est, existentia: quò reducuntur Beneficia Creationis, & Conservationis. *Secunda* est, Finis Creaturæ Rationali à suo conditore præfixus: quò spectat Beneficium elevationis ad Beatitudinem. *Tertium* est, Media, quibus Deus eam instruit ad præfixi finis consecutionem: quò pertinent graves difficultates de Generalitate sufficientiæ, de sensu Communis Axiomatis *Facienti quod est in se, &c.* de collatione auxiliorum inefficacium, in circunstantiâ prævisæ inefficaciæ, nec retardantis collationem, nec impedientis Beneficium, & aliæ similes. Si quoad *hæc tria*, nempe, *quoad existentiam, quoad finem, & quoad Media*, ostendatur Deus tàm erga Prædestinatos, quàm erga Reprobos universaliter Benefaciens, *Obstructum* erit *os loquentium iniqua*, & sole clarior illucesceret Beneficientia Generalis Divinæ Providentiæ: juxta illud: *Suavis Dominus universis, & miserationes ejus super omnia opera ejus.* Incipio ab Existentiâ & Creatione.

Psalm. 62.

Psal. 144.

SECTIO I.

RATIO VERITATIS PROPOSITÆ.

3 EXistentiam, Creationem, & Conservationem esse singulis creaturis per se beneficas, res est facilis, & omninò certa. Primò: Quod habenti est bonum, & citra injuriam alioqui negabile, est ipsi beneficium; sed Existere, Creari, & Conservari est singulis Creaturis bonum, & citra injuriam alioqui negabile: ergo est etiam beneficium. Major patet ex descriptione Beneficii: *Actio Benevola, gaudium tribuens accipienti.* Minor est etiam evidens quoad partem utramque: quoad primam: quia singulæ Creaturæ innatè appetunt conservationem sui, & innatè refugiunt sui interitum: ergo existere, creari, & conservari est ipsis bonum: neque enim appetitus iile innatus est frustrà, neque deordinatus. Quoad secundam: quia Deus ex supremo Dominio jus habet Vitæ, & Mortis ad esse, vel non esse rerum.

Seneca.

4 Secundò: quia Deus res producit, & creat actione Benevolâ: ergo benefaciendo: ergo existere, crearique est ipsis beneficium. Consequentiæ patent, & antecedens constat: quia eas producit, & creat ex vi dilectionis, juxta illud: Sapientiæ 11. *Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti.* Unde sic arguitur: Qui operatur, non ex odio, sed ex amore, operando benefacit; sed Deus producendo, & creando, operatur, non ex odio, sed ex amore, ut habetur *loc. cit. Sapientiæ*: ergo operando benefacit. Major ex eo patet: quòd amor est activus ex se in bonum ejus, in quem est amor: ergo amor, ex quo Deus res producit, & creat, ex se zelat bonum earundem rerum: ergo.

Sapientiæ 11.

5 Tertiò: quia si Existere, Creari, & conservari non esset singulis beneficium, per se, posset aliqua Creatura excusari à debito gratitudinis, & actione gratiarum erga conditorem: nam gratitudo, & gratiarum actio unicè respondent accepto Beneficio: sed id nequit dici: ergo existere, creari, & conservari, manifestum est esse singulis Beneficium.

In-

6 Infero duo, in quibus offendi solet, & quæ argumentorum solutione, & *infrà* disputandis clariora fient. Primum est: Creatio, & Conservatio, etiamsi adjunctæ permissioni peccati, sunt & manent Beneficium accipienti. Ratio est. Primò: Nam alioqui Prædestinatis, v.g. Divo Petro, & aliis, quibus permissum peccatum est, non fuisset Beneficium, existere, & creari; majusque eis bonum fuisset non existere ne peccassent, quàm extitisse, & esse conditos cum permissione peccati: quod, teste Montoya, procul est à mente omnium Theologorum.

Montoya.

7 Secundò & à priori: quia licèt peccatum sit majus malum, quàm sit bonum, existere, & creari; tamen peccatum non est malum oriundum ex bonis Creationis, usuque eorum, quatenus à conditore collatis, & provenientibus, sed ex abusu solo accipientis: abusus autem accipientis donum, nequit obstare beneficientiæ Largitoris. Tùm quia peccatum, licèt sit majus malum moraie, minùs nocet Creaturæ, quàm prosint actus meritorii ad quos Conditor vocat: & consequenter eligibilior est homini spes acquirendi summum Bonū per actus suos, quàm sit ineligibile periculum amittendi per suos actus peccaminosos, ut infrà pōderabo. Tùm demùm quia licèt peccatum esse majus malum, quàm sit bonum existere; reddat complexum ex existentiâ, & ex peccato majus malum, quàm simpliciter non existere, vel annihilari, ac ita reddit majus malum respectivè ad electionem liberam Creaturæ, obligatæ, ut malit potiùs annihilari, (si detur optio) quàm existere cum peccato: quia tenetur omnia bona postponere ne Deum offendat: at respectivè ad Conditorem justè permittentem, & ea quæ creatura accipit à Conditore, non reddit malum; cùm à Deo nihil mali accipiat, sed vires fugiendi ab ipso malo: ergo ex permissione peccati nequit Creatio amittere rationem Beneficii.

8 Secundum: Creatio, & conservatio, etiam adjuncta reprobationi, est, & manet Beneficium Reprobo accipienti. Ratio est, primò: quia major est peccati miseria, majusque malum, quàm malum & miseria pœnæ: at peccatum obstare non potest, ne creatio, benefica maneat: ergo nec reprobatio. Secundò: & ratione à priori à *num.* 24. magis elucidandâ; quia præterquam quod Reprobatio non oritur ex bonis Dei, ut est evidens, nec est à Deo intēta per se, in ipsis etiam Reprobis præponderat spes ad summum Bonum, periculo amittendi ipsum bonum; item finis ad quem Conditor eos primariò destinat, malo quo punit: ergo inspectis iis quibus etiam Deus reprobos instruit, ad eorū creationem, eligibilior ipsis est Creatio, quàm non creatio. Quod si ipsi abuti velint donis Conditoris, culpa Beneficiarii ingrati non est cur obstet sinceritati Benefactoris.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Infrà à num. 24.

SECTIO II.

OCCVRRIT ALIQVIBVS OBIECTIONIBVS.

9 OBjicies primò. Cui melius fuisset non nasci, quàm nasci, is nullum beneficium accipit in nascendo: sed hujusmodi sunt omnes Reprobi, juxta illud Christi Domini de Iudâ: *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille*: ergo Reprobi saltem nullum accipiunt beneficium in nascendo: non ergo tam universalis, ut asseritur est, Beneficientia Dei. Major patet: quia de ratione Beneficii est, ut bonum præponderet privationi. Confirmatur. De ratione Beneficii est, ut non conferatur rationabiliter invito, id est, non conferatur ratione electuro, nec electuro, si detur optio: Sed nullus ex Reprobis, si daretur optio, rationabiliter eligeret seriē creationis, deducentis ad inferos: ergo Reprobis nullum Deus Beneficium confert in eā serie creationis annexæ reprobationi. Major cōstat ex termino. Et ostentioni. Major cōstat ex termino. Et ostentioni. Major cōstat ex terminis. Et ostentioni. Major cōstat ex terminis. Et ostentioni. Major cōstat ex terminis

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædeinante.

ctare usum liberum accipientis; penès ea dona quæ à Benefactoris manu, & bono animo fluunt, ut vel ex accedenti bono usu, bona sortiantur rationem Beneficii, vel ex ingrato processu amittant: esset id absurdissimum, & valde præposterum: esset enim per ingratitudinem velle excusari à debito gratitudinis, extinguendo beneficium. Stet ergo, rationem Beneficii censendam esse penès ea quæ à largitoris voluntate, & actione proveniunt, quidquid sit de his, quæ à Beneficiarii abusu superveniunt. Penès hæc autem, quæ à Deo veniunt, melius est Reprobo nasci, quàm non nasci. Iudæ fuisset non nasci melius, nō ratione rei acceptæ, sed ratione voluntariæ suæ damnificationis, mediâ culpâ; cujus ipse solus author fuit.

11 Ad confirmationem, concessâ majori, rebus præcisè spectatis, prout à Benefactore proveniunt: Distinguo minorem: Nullus ex Reprobis eligeret eam seriem creationis, prout à Conditore provenientem, nego: prout adjunctam voluntario nocumento, quod beneficio superaddit: subdistinguo: nullus eligeret ex ineligibilitate creationis, nego: ex obligatione fugiēdi ab omni affectu erga peccatum, concedo, & nego consequentiam. Itaque in serie creationis adjunctâ reprobationi, duo sunt valde independentia. Primum: ea bona, quæ à conditore proveniunt cum adjunctâ obligatione, & viribus ut præcaveatur omne malum tam culpæ, quàm pœnæ, & simul cum spe adipiscendi summum bonum. Secundum. Ea mala, quæ voluntas Reprobi superaddit bonis à Deo collatis, quæ malâ solâ sponte Reprobi supervenium illis bonis. Igitur Reprobus eligere potest, & gratificari debet eam bonorum seriem, utpote sibi proficuam, & bonam, eamque separare à malo voluntario culpæ, & consequentis pœnæ: nam in eâ, & ex eâ bonorum serie nihil est mali: at, datâ optione, circa eam seriem bonorum prout adjunctam peraccidens malis culpæ, & pœnæ, tenemur eligere non existere potiùs, quàm existere cum iis malis. Hæc tamen obligatio præligendi non existentiam, non indicat defectum beneficii in serie creationis, sed omnimodam ineligibilitatem voluntariam offensæ Divinæ, in quâ aliquo affectu raperetur, qui datâ optione mallet existere cum certitudine offensæ secuturæ, quàm non existere. Quare mala culpæ, & pœnæ, ex abusu ipsius Beneficiarii adjunctâ Creationi, nequeunt obstare Benefactori, ne, justè permissis illis malis, quæ vitare non debet, simpliciter creando beneficiat. Instabis, &

Objectio secunda.

12 Objicies secundò: Licèt malum culpæ sit malum unicè voluntarium Reprobi, & voluntariè ab ipso superadditum bono creationis, præponderat tamen ipsi bono creationis, & cæteris bonis, quæ creatura sperare posset ex serie creationis: *Quid enim prodest homini, &c.* Ergo creans hominem Deus cum prænotitiâ tanti mali, evacuat omnem illam rationem boni, quam series creationis importat. Quis enim dicendus est benefacere, qui dat bonum quod præscit fore in ruinam majoris incomparabiliter mali, undecumque provenientis? Confirmatur primò: quia saltem, licèt præcisè creando beneficiat Deus Reprobo, non apparet quomodo ipsi melius esse possit creari, quàm non creari: Ratio est: quia si creatio illi esset melior, quàm non creatio, esset ratione potestatis, & spei, quas à Deo accipit, fugiendi à malo, & assequendi summum Bonum. Sed hæc potestas, & spes neque præponderat malo in quod incurret, neque periculo ipsum incurrendi, quod habet: ergo nullo ex latere potest esse Reprobo melius creari, quàm non creari: ergo neque potest ipsi dici beneficia creatio. Consequentiæ patent. Et minor probatur: quia spes, & potestas comparatur cum periculo, sicut bonum speratum cum imminenti malo: at malum imminens est incomparabiliter majus sperato bono: ergo. Confirmatur secundò: quia quantumvis spes ista sit major periculo mali imminentis, at malum est incomparabiliter majus omnibus bonis, circa quæ datur spes: ergo permissio mali incomparabiliter majoris, & ferè summi, dum confertur bonum, corrumpit respectu accipientis, omnem æstimabilitatem boni, quod accipit: ergo & rationem beneficii. Consequentis ratio est: nam de ratione beneficii est præponderantia boni quod confertur, omnibus undecumque consideratis.

Solvitur.

13 Respondetur, advertendo doctrinam maximè notandam in præsenti, ex

Pa-

P. Esparz Mira Doctrina.

Patre Esparzâ, qui duplicem rationem malitiæ considerat in peccato. Altera est purè moralis, & in lineâ turpis, & inhonesti, respectivè ad objectum, quod contemnit, & offendit: altera est quasi physica, & in lineâ nocivi, & incommodi, relatè ad subjectum, cui consequenter gignit incommoda pœnæ. Inter has rationes malitiæ est magna diversitas, factâ comparatione cum bonis quæ à Deo recipimus, & considerato modo quo contingunt in Peccatore.

14 Imprimis certum est peccatum in ratione turpis, & inhonesti præponderare omni bono, quod accipit à Deo pura creatura: nihil est enim in toto cumulo bonitatis finitæ, quod ipsam creaturam possit reddere æquè bonam, & placentem Deo, ac reddit ipsam displicentem, & malam unicâ tantùm offensâ lethali, ut

De Incarn. lib. 2. disp. 3. à num. 176.

dictum est *disputando de Incarnatione*. Verum hæc linea malitiæ *duo* habet. *Primum*: posse honestè, ac justè permitti à Conditore, tùm ratione boni regiminis: tùm quia alioqui non posset existere, ut

Et suprà lib. 6. à num. 5.

notatum est *lib. 6. num. 5. Secundum*: unicè existere ex causalitate, determinatione, & influxu ipsius creaturæ: quin Deus, ullumve ejus donum provocet, seu inclinet ad existentiam tanti mali: imò cōtrà pugnantibus donis Dei. Deoque per ipsa peccatorem avocante & retrahente. Quare si peccatum existit, existit quidem resistendo inclinationi Dei, donisque Divinis cò collatis, ne peccatum esset.

Actus Boni, & Mali comparantur in ratione Nocentis, & Commodi.

15 Deinde mihi est etiam certum peccatum in lineâ nocentis, & incommodi minus esse malum, quàm actus boni, ad quos Creaturam Conditor inclinat & vocat. Et ratio est: quia possessio Summi Boni, quam fructificant actus meritorii, & ad quam elevavit Conditor substantias rationales, incomparabili excessu præponderat privationi ipsius Summi Boni, quâ patiantur damnati ratione peccati. Major enim est felicitas gloriæ, obtenta per merita, quàm infelicitas pœnæ inflicta demeritis: unde recte cohigit

Leonard. Lessius.

Pater Lessius *lib 2. de Summo Bono cap. 27. num. 137.* Deum, non esse summum Reproborum malum, ut est summum Bonum Beatorum. Sed de hac ratione ejusque fundamento *disputatione sequenti*. Infer exinde, spem adipiscendi Beatitudinem esse eligibiliorem, periculo ipsam amittendi, collatis spe, & periculo penès suos præcisè terminos, qui sperantur, vel timentur.

16 Tertiò: ex his nascitur clara demonstratio Divinæ Beneficientiæ quoad omnes, & singulas Substantias rationales. Nam ad statuendam rationem beneficii, ex parte Dei, considerandæ sunt bona quæ recipimus ex ejus Providentiâ, & comparanda cum malis quæ ex ipsâ nascuntur quatenus permissivâ peccatorum. In eâ Bonorum lineâ sunt omnia bona, quæ sunt in nobis tàm in ordine naturæ, quàm in ordine gratiæ, ita ut ipsi actus meritorii nostri sint dona ipsius Dei; & insuper ex Dei serjâ voluntate, quâtum in se est, involvitur quoad omnes Substantias rationales possessio Summi Boni. In lineâ mali sosùm sunt mala pœnæ; nam mala culpæ non veniunt, neque contingunt ex dispositione Divinæ Providentiæ, sed ex vitio Creaturæ abutentis acceptis bonis. Imò ipsa mala pœnæ sunt quasi coactè ratione peccatorum, à quibus serio creaturam suam avocat Deus. Cùm igitur Bona, quę Deus confert, & ad quæ vocat, præponderent malis, quæ insligit adhuc in pœnam: & aliunde quantum in se est, impediant malum ipsum peccati, quod solâ peccatoris, & Reprobi voluntate contingit, fit Providentia Dei quoad singulas Creaturas etiam reprobas esse manifestò beneficam. Ex quibus

In formâ.

17 Ad argumentum, distinguo antecedens: in lineâ nocentis, & incommodi, nego antecedens: in lineâ turpis, & inhonesti, concedo antecedens, & nego consequentiam. Tunc enim prænotitia mali aliunde obvenientis potest corrumpere rationem Beneficii, quando prænotitia corrumpit animum donātis, præintendendo malum Donatarii; vel quando datur in donante obligatio vitandi ipsum malum; vel tandem quando cessat justus tituius permittendi. Nihil autem eorum verificari potest in Deo, nec intendente malum, sed potiùs retrahente, nec obligato vitare, imò justissimè permittente: quare illa prænotitia nequit evacuare rationem Beneficii. Sume planam rationem. Si Deus sine eâ prænotitiâ provideret, certè beneficaret, cùm multum bonidaret, nihil mali. Quòd autem Deus ab æterno præsciat eventus

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædeinante.

Divinæ Beneficientiæ, non anda consideratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

absolutè futuros ex dispositione rerum, perfectio est Dei, non emendicantis in tempore notitias rerum existentium, sed anticipantis totâ æternitate notitias eorum, quæ sunt in tempore? Quis autem putet perfectionem Divinitatis obstare usui plenissimo Divini Dominii, aut perfectionem largitoris evacuare beneficientiam ejus ex abusu quem Beneficiarius superextruit donis, & quem, licèt largitor præsciat, non tenetur impedire?

18 Ad primam Confirmationem, negetur assumptum: ad instantiam concessâ majori: pro claritate minoris, nota, duplex esse malum cum quo comparari possunt bona cœlestia, eorumque spes: primum est peccatum: & hoc est prorsus ineligibile: unde comparatio nulla fieri potest. Deinde non est compatibile cum bonis æternis, quorum est spes. Tertiò est malum, unicè contingens ex libito Creaturæ potentis ex donis Dei ipsum evitare, & impedire. Secundum est malum ipsius periculi, & pœnæ incurrendæ: hæc autè mala minora sunt bonis æternis, atque adeò spes assequendi summum bonum cum potestate, & spe evitandi pro libito peccatum & consequentia mala, in prudenti judicio præponderat periculo mali minoris, licèt incurrendi per culpam, evitabilem à Reprobo, si velit. Quare nō est, cur ipsi melius non sit Creari, quàm non creari, licèt ex omnimodâ ineligibilitate peccati, & summâ obligatione ipsum evitandi, non possit eligere statum annexum cum peccato: sū enim solùm est: quia comparatio tunc non fit inter extrema liberè ab ipsò eligibilia. Ad secundam Confirmationem patet ex doctrinâ solutionis ad argumētum. Urgebis tamen, &

Objectio tertia.

19 Objicies tertiò: Qui per suam operationem exponit majori periculo, quàm spei, non benefacit Operando; sed, *rebus ut nunc*, Deus per Creationem exponit Substantias Rationales majori periculo, quàm spei: ergo creando nō benefacit. Minor probatur primò: quia illud censetur periculum majus respectivè ad spem, quod plures pertrahit in ruinam, quàm sint ii, quos à ruinâ liberat ea spes. Sed *rebus ut nunc*, plures sunt, qui incedunt in ruinam æternam quàm qui salvantur, ut habes apud Ruiz *disp. 54. de Prædest.* ergo. Secundò: quia bona Temporalia sunt efficaciora, utpote notiora, ad ruinam, quàm sint æterna ad salutem, utpote nota minùs, & aliquando vix nota: ergo majus est periculum amittendi, quàm sit spes assequendi summum bonum. Confirmatur: quia saltem respectu Parvulorum, qui sine baptismo decedunt, non apparet quomodo Deus possit dici beneficus in creatione. Nullum enim potest excogitari beneficium, quando nulla est felicitas, neque felicitatis pars, neque possibilitas consequēdi felicitatem, ut contingere videtur in Parvulis.

Ruiz de Montoya.

Solvitur.

20 Respondetur, omissâ majori, negetur minor, pro cujus falsitate res ipsctandæ sunt in *duplici* statu. *Primus* est status Primi hominis, è quo pependit fortuna nostra. *Secundus* est status inductus ex peccato. In *primo* statu negari non potest, majorem fuisse spem periculo: quis enim timeret lapsum in homine, vallato tot gratiis naturalibus, & supernis, & insuper gaudente subjectione appetitus ad rationem? Deus autem ex intentione suâ huic statui nos destinavit: quare beneficentissimè se gessit. In *secundo* statu, do, majus esse periculum: ne periculi excessus non provenit ex iis quæ tangit objectio, sed ex proclivitate nostrâ ad peccandum oriundâ ex ipsō peccato nostro: quis autem ex ingratitudine Beneficiarii penset rationem beneficii, & laudem Benefactoris? Non ergo Deus ex se exponit creaturas substantiales majori periculo, quàm spei.

21 Ad primam probationem minoris, transeat major, & distinguo minorem: plures sunt ratione peccati originalis, concedo: aliunde, nego tanquam omninò probabilius. Patet autem quoad peccatum originale majorem fuisse spem quàm periculum. Quòd cum ordinem Providentiæ pertulerit originalis culpa, nos pertulimus qui peccavimus in Adamo; non, Deus. Ad secundam, nego assumptum: quia excessum cognitionis, quâ temporalia provocant, compensant abundè æterna motiva magnitudine suæ bonitatis. Quidquòd in Adamo, in cujus capite suspensa est fortuna Posterorum, perfectior fuit cognitio æternorum bonorum, quàm temporalium.

22 *Dixi*, omitti majorem: Quia fortè est falsa, ob hanc rationem. Nam cùm possessio boni præponderat jacturæ, spes etiam minor periculo eligibilior est præ periculo, ut patet ex sortibus, & sponsionibus mutuis: ubi ratione lucri excedentis damnum quod timetur, eligitur spes minor lucri majoris, præ periculo minoris damni. At possessio summi Boni incomparabiliter est major damno pœnæ per peccatum inductæ: ergo etiam minor spes tāti lucri esset eligibilior majori periculo damni minoris. Sed *mox* de his.

Mox à nu. 24. De Parvulis infrà à nu. 94.

23 Ad confirmationem dicemus *infrà*, cùm de generalitate sufficientiæ sermo sit. Nunc pro defendendâ generalitate Divinæ Beneficientiæ, *duo* sufficiunt quoad ipsos Parvulos. *Primum* ex parte Adami, in quo habuerunt ipsi Parvuli plenissimam libertatem adipiscendi felicitātem: quòd autem impediti ab ipsâ sint, non est ex Deo Conditore. *Alterum* ex parte Christi: cujus etiam meritorum universalitas, & efficacia, quantum in se est, extēsa fuit ad istos Parvulos: quòd si eâ usi non sunt; contigit id ex impedimento causarum secundarum vel physico, vel morali, non inducto, sed justè permisso à Conditore Deo, ductu recti regiminis. Redibimus ad hæc *infrà*.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

DISPVTATIO XXXXVII.

OSTENDITVR EJVSDEM DIVINÆ BENEficientiæ generalitas quoad Finem.

24 FINEM singulis substantiis Rationalibus à suo conditore præfixum constat esse præstantissimum: est enim possessio Summi Boni. Vt tamen apertè colligatur generalitas Divinæ Beneficientiæ quoad hunc finem, alioqui maximum; oportet *nonnulla* prævièt disputare. *Primum*: an Summi possessio Boni, qui finis est, præponderet ejus privationi; quo in periculo creantur homines? Si enim miseria est major, quàm felicitas, non videtur benefica elevatio ad finem cum annexo periculo majoris mali. *Secundum*: an, & qualiter Deus ferò velit assecutionem hujus finis Summi respectu omnium, etiam Reproborum? *Tertium*: quos effectus habeat, hæc Voluntas generalis Dei? Ex quibus ritè discussis descendet demonstratio Generalis Divinæ Beneficientiæ quoad Finem, sine ullâ acceptione Personarum.

Disputationis sedes.

SECTIO I.

BONVM FELICITATIS ÆTERNÆ EST incomparabiliter majus malo æternæ miseriæ: & spes illius eligibilior, quàm sit timendum periculum istius.

25 THesis bimembris est, & quoad partem utramque defenditur ab Esparzâ *quæst. 35. de Deo*, & insinuatur satis à Lessio *lib. 2. de Summo Bono: cap. 27. num. 147.* &

Esparza. Lessius.

26 Prior pars, de præponderantiâ felicitatis æternæ respectu æternæ reprobationis, ostenditur. Gaudium Beatorum ex statu suo est incomparabiliter majus quàm tristitia damnatorum ex suo: ergo Bonum felicitatis æternæ est incomparabiliter majus malo æternæ miseriæ. Consequentiam probo, posteà probaturus antecedens. Iusta mensura Boni, & Mali est penès gaudium & tristitiam, rationabiliter inde provenientia. Cujus est ratio: quia, quantumcumque sit in se bonum, tantum est respectivè, quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

tum exercet in subjecto rationem boni; & quantum sit cumque malum in se, tantum est respectivè, quantum in subjecto percipitur sub ratione mali; atqui neque bonum exercet ratione boni respectivè, nisi ad mensuram gaudii, neque malum percipicitur sub ratione mali nisi ad mẽsuram tristitiæ: ergo penès gaudium, & tristitiam stat justa mensura boni, & Mali. Hinc malum, de quo videt, non debere se valdè tristari, nullus æstimat grande malum: neque Bonum, de quo videt leve fore gaudium, nullus æstimat grande Bonum. Imò inde Scriptura, & Sancti Patres frequenter pro explicandâ Beatitudinis præstantiâ recurrunt ad Gaudium, eoque illam appellant nomine: & pro explicatione æternæ miseriæ, recurrunt ad tristitiam & fletum, eoque illam nomine repræsentant, ut obvium est.

27 Antecedens igitur entimematis primi probatur: præmisso, quòd Deus ipse est Bonum à Beatis possessum, & amissum à damnatis; atque adeò Bonum possessum ab his, & ab his amissum est idem & Summum: quod nemo negat. Sic arguo: Gaudium de Bono possesso, & tristitia de eodem amisso taxantur ex augmento, & diminutione cognitionis repræsentatis Bonum aut possessum, aut amissum; sed cognitio de Bono possesso in Beatis est incomparabiliter major quàm cognitio quæ habetur & compati potest cum statu damnatorum: ergo gaudium in Beatis est incomparabiliter majus, quàm sit tristitia damnatorum. Consequentia est bona. Et major evidens: qui enim gemmam amisit, ratus esse vitrum, vix tristatur: qui autem vitrum amisit, ratus gemmam, maximè dolet: & econversò: ergo. Minor verò non est evidens minus: nam cognitio, quam habent Beati de Summo Bono, est intuitiva, immediata, & perfectissima: imò possessio Summi Boni stat in perfectissima intuitione ipsius: cognitio verò, cujus de Summo Bono capax est status Reprobi est incomparabiliter minor, abstractiva videlicet, & per species Creaturarum valde imperfectas: est ergo inæqualiter cognitus, inæqualitate vix ferente mensuram, Deus possessus & non possessus: ergo causat eodem gradu inæqualitatis in Beatis, ac in Damnatis gaudium, & tristitiam: ergo.

28 Posterior pars de præponderantiâ spei respectu periculi quoad eligibilitatẽ illius, & rejicibilitatem istius: Ostenditur: quia spes, & periculum æstimari debent ex lucro, & damno, ita ut ex excessu lucri sperari præ damno imminenti (si liberè saltem caveri potest) sopiatur timor periculi, & maneat spes eligibilior etsi conjuncta cum periculo jacturæ: ut videmus in Sortibus, sponsionibus, & contractibus, quibus foventur humana commercia: atqui lucrum æternæ felicitatis est incomparabiliter majus, damno reprobationis, ut probatum nuper est: ergo si detur optio, eligibilior est spes cum eo periculo conjuncta, quàm evasio certa periculi cum defectu spei tanti lucri.

29 Objicies contra primam partem. Privatio Boni tantò est maja, quantum est bonum quo privat; atqui eorundem bonorum, quorum gaudent possessione Beati, premuntur privatione Damnati: ergo tanto malo premuntur, quanto gaudent bono Beati. Consequentia tenet: minor autem est certa. Et probatur major: quia apud omnes jactura centum aureorum, tanta censetur in ratione damni, quanti æstimantur centum aurei in ratione lucri. Ergo ex hac parte æqualis est miseria æterna, æternæ felicitati. Probatur autem felicitatem excedi à miseriâ: quia præter eam privationẽ Summi Boni, quâ jactura evadit æqualis lucro, miseria damnationis superaddit pœnam sensûs, ex innumeris tormentorum speciebus, vix justè, præ magnitudine æstimabilem. Æqualia, si ipsis insuper impariliter aliquid accrescat, redduntur inæqualia; sed possessioni Summi Boni, ejusdemque privationi, secundùm se æqualibus, accrescit excessus pœnæ: ergo manent inæqualia: ergo major est miseria damnatorum, quàm Felicitas Beatorum.

30 Respondetur. Distinguo majorem: in eo rerum genere, in quo æquè benè noscuntur possessæ, ac amissæ, cõcedo: in illo rerũ genere; in quo necessariò datur inæqualitas cognitionis earum, si possessæ, aut amissæ sunt, nego. Nam justa mensura Bonorum, & malorum necessariò est cognitio mediâ quâ bona pariunt gaudium, ut possessa; & ut amissa, tristitiam: cùm autem sub identitate Boni possessi, & amissi, sit in Beatis cognitio ejusdem Boni incomparabiliter major, & perfectior eâ, quam damnati possunt habere, inde possessio summi Boni necessariò est majus Bonum, quàm sit malum amissio ejusdem Boni summi. Ea regula, quam major assumit, tenet in Bonis, quæ æquè cognoscuntur amissa, ac possessa, qualia sunt temporalia, ex quibus nascitur æquivocatio. Ex his non est cur æstimetur instantia de pœnâ sensûs. Si enim major pœna damnatorum est pœna damni, & hæc est incomparabiliter minor æternâ felicitate: quid momenti addat comparationi pœna sensûs? Quidquòd Beati fruentur delectationibus sensuum, non minoribus eâ pœnâ sensûs. Instabis, & simul

31 Objicies contra secundam partem. Æterna miseria non solùm involvit malum pœnæ, sed malum culpæ; atqui malum culpæ simul, & pœnæ præponderant æternæ felicitati: ergo miseria damnatorum est major quàm felicitas Beatorum. Jam sic: spes & periculum taxantur ex bono lucri, & malo damni; atqui periculum in quo creantur homines, est periculum ad malum utrumque pœnæ, & culpæ, excedentium bonum lucri spei: ergo periculum illud magis est timendum, quàm sit eligenda ea spes. Confirmatur. Spes lucri conjuncta cum periculo, & contingentiâ amissionis, & mali majoris, eò redditur minùs eligibilis, quò malum cujus est contingentia est majus, & amissio lucri magis contingens; atqui malum, cujus est contingentia, est majus, nam est culpa omninò fugienda; & insuper contingentia amittẽdi lucrum est major quàm sit ejus spes: ergo ea spes non est magis eligibilis, quam sit timenda ea contingentia.

32 Respondetur. In æternâ miseriâ fateor involvi malum culpæ, & malum pœnæ, sed diversissimè. Nam malum pœnæ involvitur, ut inflictum à Supremo Judice ratione culpæ, & ut constitutivum status æterni. Malum culpæ involvitur, ut dignitas ad eum statum æternum, unicè inducta à peccatore contra voluntatem Supremi Judicis, ideò vindicantis offensam æternitate pœnæ. Quare status æternæ miseriæ, ut à Deo depositus contra peccatores, non taxatur ex culpâ, sed ex pœnâ. Et in hoc sensu concessis præmissis, negari debet consequentia. Ad objectam instantiam, Distinguo majorem: Ex bono lucri, & malo damni, immediatè liberis, & voluntariis lucratori, nego. Ex bono lucri, & malo damni consequẽtibus negotiationem lucratoris, concedo majorem. Itaque mala, quæ evitare facilè potest negotiator, & quæ unicè existunt quia ipse vult, non æstimantur in parte periculi: nullum enim esset periculum, si ipse negotiator vellet: periculum autem, & spes taxantur ex bono lucri, & malo damni consequẽtibus negotiationis inducti: cùm autem factâ comparatione inter hæc bona, & mala, lucrum præponderet damno, fit, spem esse eligibiliorem.

33 Ad Confirmationem, veràsolùm potest esse major, quando majus est malum purè consequens, & non est in manu lucrantis ejus evitatio; & in eo sensu permissâ, distinguo minorem. Malum est majus, malum purè consequens, de quo suprà, nego: malum malæ negotiationis, subdistinguo: est majus, & omninò existens pro libito operantis, concedo: est majus, & existens ex alieno influxu, & suasione, nego. Deinde distinguo alteram partem. Contingentia est major, contingentiâ inducta ex vitio lucratoris, concedo: inducta à conditore, nego. Relegantur, quæ *supra* dicta sunt ad hæc, quæ facilis sunt applicationis.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Provid. & Prædestinante.

SECTIO II.

DEUS OMNES HOMINES, ETIAM Reprobos, vult salvos fieri, voluntate veri, propriâ, seriâ, & Benepláciti.

§. I.

VERITATIS OSTENSIO.

Catholica Veritas.

34 ITa sentiunt, & sensisse Apostolum 1. *ad Timoth.* 2. censent communiter Sancti Patres, & Theologi, quorum ènumero cum fructu legentur Ruiz *disp.* 19. & 20. *de Voluntate*: Petavius *tom.* 1. *Theolog. dogm. lib.* 10. *cap.* 3. Ripalda *tom.* 2. *qui contra Baium est disp.* 83. *sect.* 17. apud quos invenies censum

1. Timoth. 2.
Ruiz.
Petavius.
Ripalda.

Au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Authorum, & testimonia Patrum suffragantium; & paucos ex Thomistis, aliisque refragantes. Ante veritatis assertæ demonstrationem

Termini.

35 Explicandi sunt termini. *Voluntas signi*, ea in Deo dicitur à Theologis, quę formaliter, & propriè non est in Deo secundùm prædicatum, & vim affectûs. Tribuitur tamen ipsi Deo ratione effectuum, qui denotare solent in nobis aliquem proprium affectum. Vnde bene vocatur *Voluntas signi*, aut existens *per modum signi*, seu *signata voluntas*, non verò voluntas exercita, & formalis. Sic permissio peccati, quòd faciè posset vitare Deus: dicitur, voluntas signi circa peccatum: quia in nobis permissio eorum, quæ facilè vitare possumus, est signum alicujus affectûs circa id quod permittimus. *Voluntas Beneplaciti*, ut ex nomine patet, est illa quæ in Deo formaliter existit secundùm gradum volitionis, quâ objectum verè, & propriè placet Deo: & hanc Voluntatem asseruimus. Hæc *Voluntas Beneplaciti* à Theologis, vel *antecedens*, vel *consequens* ulteriùs dicitur. *Antecedens*: vel quia sponte, & ex se à Deo habita, & non quasi coactè propter abusus nostros. Vel quia inevitabiliter, & independenter ab arbitrio nostro concepta. *Consequens*: e converso, vel quia eam habet Deus quasi coactus abusu nostrorum operum, vel evitabilem, & dependentem ab arbitrio nostro. Vtroque sensu voluntas illa Beneplaciti, quâ asserimus amare Deum verè, sincerè, & propriè conversionem, & salvationem omnium, etiam Reproborum, est, & dici debet, antecedens voluntas Beneplaciti. Iam

Probatio prima:

36 Ostenditur primò: quia Scriptura, & Patres diserè docent, omnibus, & singulis hominibus velle Deum, & conversionem, & salvationem, testante clarissimè Apostolo 1. *Thimoth.* 2. de Deo, qui *omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*: ubi vides & conversionem, & salvationem distinctè volitas à Deo omnibus hominibus, id est, singulis, ut apertè ostendunt

Ex 1. Timoth. 2.

Iustinian. Montoya.

Pater Iustinianus in præsenti loco Pauli, & Pater Ruiz *loco citato de Voluntate*. Iam sic: Hæc communis Scripturarum vox potest intelligi de voluntate Beneplaciti: ergo debet. Consequentia patet ex illâ celebri Augustini Regulâ, quod

Augustin.

verba Scripturæ propriè, & in rigore vocis sumenda sunt, si non obstet manifestum inconveniens. Tùm quia si voces Scripturæ, & Patrum, quæ possunt retinere rigorem proprii sensûs, detorquere liceat in improprios, nihil tutum esset in Sacrâ Paginâ, quod est absurdissimum.

Confirm.

37 Iam verò antecedens probatur primò, ex calculo communi Patrum apud Ruiz: sic enim eam vocem interpretantur. Secundò: quia si ea vox non posset intelligi de voluntate beneplaciti, maximè quia non impletur: Deumque dedecet voluntas, quæ non impletur. Atqui dari in Deo voluntates, & affectus, qui non implentur, est possibile, & necessarium. Possibile: quia solùm debet impleri voluntas efficax absoluta: cur ergo repugnet Deo affectus per modum simplicis desiderii? Necessarium: quia dum peccamus, opponimur alicui voluntati Dei: ergo est aliqua in Deo voluntas, quæ non impletur: ergo nullo ex latere repugnat, quòd ea vox Apostoli, & Patrum intelligatur de voluntate Beneplaciti.

Confirm.

38 Confirmatur. Iubemur orare pro Conversione, & Salute singulorum hominum, & quidem ex motivo conformandi nos Deo, cupienti eorum conversionem, & salutem: ergo Deus verè & propriè vult & amat omnium hominum Conversionem, & Salutem, voluntate Beneplaciti. Probo consequentiam: Nam alioqui petere juberemur à Deo, quod Deus ipse propriè non desideret; atqui hoc nec est idoneum, nec credibile: ergo Deus propriè & verè, ac voluntate beneplaciti fertur in singulorum Conversionem, & Salutem. Major constat: quia si Deus voluntate signi fertur in hominum Conversionem, & Salutem, eatenùs dicitur eas velle quatenus vult elevationem ad Beatitudinem, & præstat sufficientiam: at homines non petimus à Deo elevationem, nec sufficientiam, sed ultrà, Conversionem, & finem elevationis: ergo petere jubemur ultrà quàm Deus propriè vult. Vnde patet etiam minor: quoad primam partem: quia non est idoneum medium conformationis Nostri cũ Deo, sequi motivum quod non amat propriè Deus: ipsique pro exorandis bonis petitis, proponere desiderium quod non habet.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

bet. Quoad secundam: quis enim credat, proponi ab Scripturâ, à Patribus, & ab Ecclesiâ pro Motivo Fidelium, ut orent, voluntatem Dei, quæ reipsa voluntas nõ sit? Antecedens autem primi entimematis patet ex loc. Pauli 1. *ad Timoth.* 2.

1. Timoth. 2.

Item ex praxi Ecclesiæ, de quâ audiendus est Chrysostom. *in 1. Timoth. 2. hom. 7. Imitare Deum: si omnes ille vult Salvos fieri, pro omnibus oportet orare: illius & tuâ concorda voluntati.* At Orationes Fidelium non fiunt, ut Deus det sufficientiam, sed ut ultrà superaddat Conversionem, & Salutem æternam: quomodo ergo potest inde sequi concordia Voluntatum, si in Deo ea non est voluntas?

Chrysost.

Probatio secunda.

39 Ostenditur secundò assertæ veritas: Deus omnes homines elevavit ad finem vitæ æternæ: pro omnibus providit media necessaria ad finem eundem; proque ejus assecutione, pro omnibus Christus fudit Sanguinem, & mortuus est: hæc sunt certa de Fide. Exinde nascitur hæc alia veritas: Deus impiis dat sufficientiam ad Conversionem, & simul sufficientiam ad assecutionem æternæ Salutis. Et in hoc consistit apud Authores refragantes voluntas signi: quia dispensatio sufficientiæ est signum voluntatis circa id, ad quod sufficientia datur, non quòd Deus propriè velit Conversionem, & Salutem in seipsis, sed quòd eas velit in causâ, id est in sufficientiâ, quam omnibus hominibus dispensat. Sic igitur argumentor. Atqui ista voluntas signi stare nequit sine voluntate beneplaciti: ergo vel nulla est circa Salutem omnium voluntas in Deo, vel est voluntas, quam intendimus, Beneplaciti.

40 Minor subsumpta, in quâ difficultas est, ostenditur: Deus eam sufficientiam dispensat, & vult, ut sit conversio, & salus: ergo verè, propriè, & voluntate beneplaciti fertur ad Conversionem, & Salutem prout in seipsis: ergo ea voluntas signi stare nequit sine voluntate beneplaciti. Hæc secunda consequẽtia patet, & probo primam: Implicat velle, ut existat finis in seipso, & nullo affectu velle finem in seipso, ut ex terminis patet. Tùm quia velle ut existat finis, est aliquid præstare ex motione, seu affectu erga finem. Tùm etiam quia non aliter Deus dicitur velle propriè media erga finem, nisi quia vult existentiam eorundem. Tùm demùm: quia motivum affectus, primitias affectûs sibi vendicat. Ergo si Deus media dispensat ut sit conversio, & salus omnium hominum, verè, propriè, & voluntate beneplaciti fertur in omnium hominum Conversionem, & Salutem.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

41 Antecedens, ex quo istæ duæ consequentiæ deductæ sunt, clarius est, quàm ut probari debeat. Sume ipsi in *Ezech. 3. Nolo mortẽ impii, sed ut convertatur impius, & vivat.* Tùm quia nemo ratione ductus, adhibet media ad finem, nisi ut existat finis: ergo si Deus dispensat omnibus sufficientiam, eam dispensat ut sit omnium conversio, & salus. *Dices.* Dispensare Deum eam sufficientiam, ut sint conversio, & salus, non quidem in se, sed in causâ. Contra: quia esse conversionem, & salutem in causâ est esse causam, & sufficientiam conversionis, & salutis: ergo Deus dispensaret Media sufficientiæ ad conversionem, & salutem, ut essent ea Media: quis hæc ferat præterquàm in agente ineptissimo? Quis enim dat media, ut media existant, cùm de ratione mediorum sit existere, & dari, ratione finis? Maneat ergo non posse in Deo negari circa omnes, & singulos homines voluntatem beneplaciti, quâ sincerè vult ipsos salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Ezech. 3.

§. II.

DEFENDITVR AB OPPOSITIS.

Objectio prima: ex Augustin.

42 Objicies primò: Authoritatem Augustini, conantis variis in locis nullam esse in Deo voluntatem, quę non impleatur; ac proinde voluntatem, de quâ Paulus, *triplicitèr* explicantis: *Primò* sic: ut dum Paulus ait: *Vult Deus omnes homines salvos fieri*, intelligendus sit accommodâ distributione, quasi nullus ex omnibus, qui salvi fiunt, salvetur, nisi quem voluerit Deus salvum fieri. *Secundo*: sic ut Paulus intelligi possit non de singulis generum, sed de generibus singulorum; quasi de omni genere hominum, Gentilium, Indæorum, &c. salvi fiant. *Tertiò*: ut Paulus solùm significet Deum velle, quia vult, ut omnes velimus salutem omnium, oremusque pro eâ. Ergo Augustinus stat pro voluntate

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

tate tantùm signi contra nos. Et urgetur primò: quia perperàm nos extendimus cum locum Pauli ad Omnes, cùm Paulus indivisim loquatur de agnitione veritatis: quæ pars de solis adultis intelligi potest. Secundò & à priori: quia voluntas Dei semper impletur: neque enim est *qui possit Dei resistere voluntati*, ut habetur *Esth.* 13. At hæc voluntas non impleretur: ergo nulla est in Deo in lineâ beneplaciti. Tertiò: quia imbecillitatis est velle finem, quem non obtineas; at Deo repugnat imbecillitas.

Esth. 13.

Solvitur: & Explicatur Augustin. Mens ex Suarez. Vazquez. Molina. Soto.

43 Respondetur. Agnosco eas expositiones Augustini, easque defendunt Vazquez, & Molina, præeunte Dominico Soto Dominicano *in cap. 9. ad Roman. Duo* autem adverto ex Magno Suarez *lib. 4. de Prædestinatione: cap. 1. num. 5. Primum*: præter eas expositiones admitti ab ipso Augustino & nostram *lib. de Spirit. & litt. cap. 33.* ubi super ea verba Apostoli fatetur dari in Deo voluntatem, cui resistitur, & quæ non impletur: verba sunt: *Infideles contra Voluntatem Dei faciunt, cùm ejus Evangelio non credunt.* Loquitur autem Augustinus de voluntate, quâ, juxta Apostolum, *vult Deus omnes homines salvos fieri. Secundum*: illis tribus expositionibus Augustini, turbatos, & offensos aliquos Catholicos, & ob id ab Augustino mutatam esse Sententiam suam calamo Prosperi, ut videri potest apud ipsum Prosperum *ad objectiones Vincent. respons.* 2. Ex quibus patet Augustinum non resistere sententiæ nostræ. Adde, posse eas expositiones Augustini existimari ad hominem excogitatas, & quidem acutissimè adversus aliquem, qui contenderet loqui Apostolum de voluntate efficaci: cui, dato, & non concesso disputationis casu, benè satisfecit Augustinus. Vel absolutè Augustinum intellige de voluntate consequente, & efficaci, ut ipsum interpretatur Angelicus Doctor *in 1. dist. 46. quæst. 1. art. 1. ad 1.*

Prosper.

S. Thomas.

44 Ad primam confirmationem, dico primò: Si agnitio veritatis sumatur cum Augustino pro Visione beatâ, locum Pauli esse universalissimum. Dico secundò: intelligi debere cum Suarez juxta capacitatem subjectorum: ita ut Deus velit omnes, utpotè capaces omnes, salvos fieri, velitque eos, qui capaces agnitionis sint, ad eam agnitionem venire. Ad secundam, dico, Voluntatem Dei, quæ semper impletur, & cui resisti nequit, esse voluntatem efficacem, & absolutam. Nos verò de inefficaci loqui, sincerâ tamen, & omninò seriâ. Ad tertiam: imbecillitatis fateor esse velle finem, & non obtinere ex defectu potentiæ: at velle finem, quem non obtineas, quia liberè vis facere dependentem ex arbitrio alieno, cui te attemperas, non est imbecillitatis, sed dominii, quo ita vis tendere in finem, ut per te non desit, desiturus ex parte arbitrii, cui jure permittis lapsum, & ruinam. Instabis ad hæc, &

Suarez.

Solvitur.

45 Objicies secundò: saltem seriò non videtur velle finem, qui cùm facilè posset assequi, non assequitur: at Deus facilè posset assequi conversionem, & salutem omnium etiam Reproborum, & non assequitur: ergo non vult eas seriò. Minor patet. Major probatur: quia amor ex se activus est: ergo qui potens operari, & assequi finem, non operatur, nec assequitur, convincitur non velle seriò finem. Confirmatur: non est animi serii intendere finem, quem hic, & nunc præscit non assequendum, & per media quæ præscit fore casse, & frustranea; sed Deus præscit salutem Reproborum non assequendam; & Media, quæ adhibet, fore frustranea: non ergo potest seriò velle eam salutem, sub his præsertim mediis, & cum tali præscientiâ.

Objectio secunda.

46 Respondetur. Distinguo majorem: obligatus alioqui velle efficaciter finem, ipsumvè ponere à parte rei, concedo. Quisenim obligatur ponere finem, & non ponit Media assecutura finem, quæ habet in manu, potiùs ludit, quàm vult. Deobligatus velle efficaciter finem, cum pleno dominio permittendi jacturam, finisque assecutionem finendi arbitrio alieno, nego majorem. Sic autem est Deus: qui circa finem ita rendit: Primò: ut eum velit pendere ex libertate nostrâ. Secundò: ut eum nolit inducere ex propriâ determinatione. Tertiò: ut justè possit permittere jacturam ipsius, non provenientem ab ipso Deo, sed à nostri arbitrii desidiâ, & abusu. Qui autem non tenetur ponere finem, eumque vult poni ex meritis alienæ libertatis, seriò tendit in ipsum finem per affectum attemperatum arbitrio alieno, dummodò nihil omittat eorum, quæ ad ipsum pertinent ex ea finis assecutionem. Quòd autem Deus posset sortiora media adhibere, aut media, quæ prævidet efficacia, & nolit, non est argumentū affectus judicii, & laudis, sed affectus partè simplicis, & inefficacis: quem ex libito exercet, nolens favere quantùm posset. Id enim non debet.

47 Ad Confirmationem, distinguo majorem: non est animi serii, intendere sic finem, affectu efficaci, & absoluto, concedo: affectu simplici, & inefficaci, sufficienti ponere, quantum ad Personam intendentem spectat, nego. Præscientia enim ingratitudinis frustratur animum Benefactoris, sicut non extinguit bonitatem Boni intenti, neque cognitionem ipsius; ita nec potest impedire serium affectum erga ipsam Bonitatem in Benefactore, facientem ex animo serio, ut eam bonitatem assequantur homines etiam Reprobi, quantum debet in lineâ prudentissimi Provisoris, non obligati impedire jacturam suis simpliciter intenti, neque abusum Beneficiarii: imò ex titulo Supremi Domini potentis ea permittere, & ex titulo Boni gubernatoris, quasi debentis finere res naturis suis: quin perfectio anticipandi notitias eventuum, propria Divinitatis, possit obstare, ne res constituat à parte rei, conformes propriis exigentiis. Esset enim reddi ex perfectione Dominii minus Dominum; neque posse res ponere juxta suas exigentias à parte rei, ex perfectione eas prævidendi abusuras donis acceptis: quod est absonum. Tunc autem intendere finem, quem vides inassequendum, non est animi serii, quando teneris eum ponere à parte rei, neque potes jure permittere jacturam: & ex prudentiâ obligaris prævidere eventus improsperos, quos præcaveas. Sed de *his infrà*, latiùs.

Infrà d. num. 182. Objectio tertia.

48 Objicies tertiò: Voluntas, quâ Deus intenderet Salutem Reproborum, vel *in eam* tenderet sumptam *secundùm se*, vel *in eam, ut possibilem*, vel, *ut futuram*, vel tandem *ut existentem*: sed nullo ex his quatuor modis potest: ergo nulla est. Major à sufficienti partium enumeratione constat. Minor per partes ostenditur. Quoad primam: quia salus æterna secundùm se non est objectum actûs contingentis: nec affectus excedentis lineam amoris pure simplicis. Qui ad secundam: quia tradè salus, quà possibilis, non est objectum aptum actui contingenti, ut communis Theologia fert. Tùm quia Deus supponit salutem esse possibilem, non optat: neque libertatem confert, ut fit possibilis. Quoad tertiam & quartam: quia salus æterna Reproborū non est futura, nec unquam existens: ergo nequit Deus in eam tendere prout futuram, aut prout existentem.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

49 Urgetur exinde argumenti vis. Si daretur voluntas in Deo circa Salutem Reprobi, tenderet in eam, prout futuram, aut existentem; sed hoc repugnat: ergo & ista voluntas. Minor probatur. Nequit Divina voluntas seriò in Salutem Reprobi prout futuram, & existentem, quin ab æterno Divino proponantur ea salus futura, & existens: tenderet enim in incognitum; atqui salus æterna Reprobi proponi nequit Deo ut futura, & existens: Deus enim est impotens deeipi: ergo. Major autem primi Syllogismi probatur sic: Ea voluntas tendit in Salutem æternam Reprobi, & est ineffica: ergo tendit in eam juxta statum aliquem ejus contingentem, cujus cum carentiâ talis voluntas componi potest. Patet hæc consequentia: nam si voluntas Divina non haberet posse componi cum carentiâ sui objecti prout amati, nō esset inefficax circa tale objectum prout amatum ab ipsâ. Nunc sic: atqui ea voluntas componi nequit cum carentiâ salutis æternæ Reproborum prout possibilis in se, & in causis: deinde status contingens, cujus cum carentiâ componi potest solùm est absoluta futuritio, & existentia: ergo ea voluntas tendit inefficaciter in Salutem æternam Reprobi prout futuram & existentem absolutè: quod repugnare visum est.

50 Hæc Objectio maximè Thomistas *Valde difficiliis in viâ Thomistica.* creciat, si stent *duobus* principiis Scholæ suæ. *Primum* est de repugnantiâ affectus circa Creaturas possibiles in se ipsis. *Alterum* est: de necessitate notitiæ absolutæ, & visionis ad affectum circa existentias rerum. Communis ergo Thomistarum Solutio est: Eam voluntarem Dei tendere in Salutem Reprobi prout futuram, non quidem simpliciter, & completè, sed incompletè, inchoatè, & secundùm *Thomistarum Solutio:*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

quid. Dant rationem: quia ex vi Divinæ voluntatis salus æterna Reprobi, non est nec manet simpliciter, & completè futura, sed futura inchoatè, & secundùm quid. Quòd si roges, quid sit incompleta, & inchoata futuritio? dicunt ex Albeldâ, & Goneto, esse auxilia sufficientia, quæ præstat Deus ex eâ voluntate generali: quæ auxilia, cùm sint quædam inclinationes ad existentiam salutis æternæ, fit, ut salus æterna, prout ex, & in vi talium auxiliorum, non maneat purè possibilis, sed aliquomodò futura, quatenùs est aliqua habitudo ejus ad existentiam in auxiliis sufficientibus.

Explicatur ex Albeldâ, & Goneto.

Impugnatur.

51 Hæc est tota Substantia Thomistæ ex Solutionis: In quâ ipse nihil video præter voces. Imprimis non video, quomodo Goneto uti hac solutione possit, qui *de Prædestin. quæst. 5. art. 5.* docet negari multis, etiam adultis, à Deo auxilia sufficientia ad assecutionem Salutis æternæ?

Primò ad hominem.

Secundò absolutè:

Secundò: ea auxilia sufficientia, absolutè, & impropriè dici futuritionem, sic probo: Eatenùs auxilia sufficientia dici possunt inchoata futuritio Salutis æternæ, quatenùs auxilia sufficientia sunt aliquid conducens ad existentiam, & futuritionem absolutam Salutis æternæ, & ad eas necessariò præsuppositum; atqui id non sufficit, neque ad rem est: quod ostendo: nam & possibilitas rerum est conducens ad absolutam existentiam, & necessariò ad ipsam præsupposita; existentia Dei, & Divinæ Omnipotentiæ; existentia voluntatis respectu suorum actuum: quis autem dicat, res, ex præcisâ sui possibilitate, vel ex existentia Dei, & causæ secundæ jam esse inchoatè futuras?

Tertiò principaliter.

52 Tertiò sic arguo: Ordo ad existentiam compossibilis cum carentiâ existentiæ non extrahit rem ex statu præcisè possibilis; atqui totus ordo, quem auxilia dicunt ad existentiam Salutis est ordo compossibilis cum ejus carentiâ: ergo non extrahit ipsam à præcisè possibili. Sed juxta Thomistas nequit affectus tendere ad res, quà præcisè possibiles: ergo Solutio nulla est. Major patet. Tùm quia ordo compossibilis cum carentiâ existentiæ inest ipsi possibilitati. Tùm quia esse purè eminentiale rerum non differt à purè possibili; atqui totus hic ordo, ad summum, non excedit esse purè eminentiale: ergo. Ex his

53 Confició hoc argumentum. Vel illa voluntas præcisè sistit in eâ futurizione inchoatâ: vel transit ad exitè etiam & futuritionem, cujus est inchoata futuritio? Si secundum: stat tota vis argumenti propositi: & expectatur Solutio paralogismi apud Thomistas valentissimi, de tendentiâ affectûs in rem prout existentem absolutè sine absolutâ notitiâ Visionis. Si primum: contra est primò: quia ea voluntas est ipsamet inchoata futuritio, ut à quâ deficiendi tota sufficientia: ergo voluntas sistit in seipsâ: ergo dum dicitur eam voluntatem tendere ad Salutem Reprobi prout futuram inchoatè, solùm est dicere tendere ad seipsam, prout tendentem ad Salutem Reprobi. Quid hoc circulo ridiculum magis? Secundò: quia sic ea voluntas non tenderet in Salutem Reprobi, in se, sed in alio: hæc autè non est voluntas beneplaciti, sed tantùm signi. Delerunt ergo Thomistæ conclusionem principalem, quam nobiscum & Apostolo tuebantur. Tertiò: quia sic ea voluntas non est inefficax: inducit enim inchoatam futuritionem: si ergo solùm amat Salutem Reprobi prout inchoatè futuram, amat efficacissimè: nam facit, quod amat. Ultimò: nam, voce decorticatâ, amare Salutem Reprobi prout inchoatè futuram, solùm est amare sufficientiam ad Salutem; vel ergo vult exequi eam sufficientiam ex amore Salutis, & ex affectu circa futuritionem, & existentiam absolutam, vel non? Si primum: Sumus iterùm in argumento. Si primum: solùm erit voluntas puri signi: imò, ut dicebatur *supra num. 41.* planè inepta, & irrationalis.

Solvitur Objectio.

54 Respondetur igitur argumento alioquin facili. Et dico, affici Deum seriò & verè circa Salutem Reprobi prout futuram & existentem absolutè, volendo inefficaciter futuritionem absolutam, & absolutam existentiam, non quas habet, aut habebit æterna salus reprobi, sed quas habere potest & haberet, nisi ipsius Reprobi obstaret abusus. Sic ægrotus, salutis temporalis existentiam absolutâ, quam non habet, desiderat; quin opus sit eam præhabere, aut judicare jam habitam: id enim est opùs ad affectum gaudii: ad affectum verò per modum desiderii non requiritur, sed officeret. Ad confirmationem, concessâ majori, (quæ probata con-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

cõtra Thomistas est optimè.) nego minorem. Ad cujus probationem: distinguo: quin proponatur, ut existens & futura, per visionem, aut modo cognoscendi, quòd jam est. Nego. Per simplicem intelligentiam, & modo cognoscendi, quòd potest esse, concedo. Sic autem plenissimè cognoscit Deus existentias rerum, nec ulterior cognitio requiritur ad affectum erga ipsas. Sicut nec in ægroto requiritur ad affectum temporalis salutis imò nec in Deo ad suorum decretorum determinationem.

SECTIO III.

PRÆDICTÆ DIVINÆ VOLUNTATIS attributa, & effectus: ubi qualem Thomistæ existiment cum Goneto?

§. I.

REIECTIS THOMISTIS, VERITAS aperitur.

M. Goneti Doctrina.

55 AB hoc incipio: Igitur Goneto *de Voluntate disp. 4. art. 3. §. 2.* ut explicet eam Voluntatem Divinam circa salutem reproborum: *Asserit primò*, esse voluntatem Beneplaciti. *Secundò asserit*, tendere in eam salutem, non quà precisè possibilem, neque ut absolutè futuram, & existentem, sed quà futuram imperfectè, & inchoatè, ut ex Albelda nuper explicabamus. *Tertiò asserit*, Deum eâ voluntate velle salutem Reprobi, consideratam secundùm se, non verò quà impeditivam ostensionis Divinæ justitiæ. *Quartò asserit*, eam voluntatem esse conditionatam; non quasi pendeat à consensu voluntatis humanæ, quem expectet: sed quia vult eam salutem, nisi repugnare; suæ justitiæ, & manifestationi suorum attributorum. *Quintò docet*, ex vi hujus voluntatis, teneri Deum, non quidem dare omnibus, ne adultis quidem, auxilium proximè sufficiens, sed offerre. Nam apud hunc Authorem, contingit plerumque, ut multi sufficienti auxilio careant, etiam premente præcepto, quod sine auxilio sufficienti observare nequeunt.

Expenditur, & explicatur.

56 Sed per hæc placita non tã explicari videtur voluntas Beneplaciti, quam negari. Eo per singula. *Primum* stare non potest cum ejusdem secundi placiti. *Ut secundum à vero aberroit, quod utrumque sect. præc. manifestum est. Tertium* abs re est; quia velle salutem Reprobi, non quà impeditivam Divinæ justitiæ, sed quà bonam Reprobo, solùm est, non movere Deum ad affectum salutis ex oppositione cum Divinâ justitiâ. Ad quid, hoc *Quartum*: imprimis opponi videtur Scripturis, ut manifestè convincit inductione P. Ruiz de Montoya, non apponentibus aliam conditionem voluntati generali Dei circa salutem omnium, quàm arbitrii creati gratâ responsione: nempe, *si volueris, nisi peccaveris*, &c. Deinde si Deus gatenus amat salutem Reprobi, quatenus nõ opponitur Divinæ justitiæ, & pro casu quo non opponatur, rogo: vel *omnes salvari* opponitur Divinæ justitiæ, vel non? Si secundum: stat, quòd omnium salutem amet; & est impertinens ea conditio. Si primum: rursus rogo: vel *salvari omnes* opponitur ex se, & ex suis intrinsecis cum ostensione Divinæ justitiæ, vel solùm extrinsecè, & ex divinâ dispositione? Si hoc primum: ergo Deus non vult seriò, neque velle potest omnes salvari. Quod enim no est possibile, nisi sub conditione chymericâ, amari seriò non potest. Si secundò: erit dicere: vellem, nisi aliud voluissem, quocum stare non potest omnium salus: quis autem hoc audiat de Divinâ Misericordiâ? Deinde velle objectum sub conditione, quam ego rejicio, est simpliciter nolle objectum; sed per te Deus solùm vellet salutem Reprobi sub conditione, quam ipse impedit: ergo simpliciter non vult salutem Reprobi. *Quintum* verò tãgit difficultatem de Generalitate sufficientiæ, de quâ *disputatione sequenti*.

P. Montoy.

57 Censeo primò: Voluntas Divina circa salutem omnium, libera Deo est. Hoc est primum ejus attributum. Et ostenditur primò: quia ea voluntas à Patribus, & Theologis pertinere dicitur ad lineam Beneficii: ergo libera est: per id enim quod necessarium est, nemo dicitur benefacere. Secundò: quia ea voluntate ordinatur Creaturæ Rationalis ad Beatitudinem: quæ ordinatio est cõtingens, & planè liberalis. Tertiò: quia ea voluntas versatur, ut supra vidimus circa existentiam salutis, & cõversionis omnium,

Pars prior.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante. Legionensis.

& est inductiva mediorum ad utramque: id autem opus est planè contingentissimum. *Dicit* ex Basilio Legionensi. Actus Divini liberi complentur extrinsecè per aliquid à Deo distinctum; sed in casu præsenti nihil est assignabile, quod extrinsecè compleat actum cum Divinum: ergo non est liber. *Nego* in primis majorem. Libertas enim actuum Divinorum omnino est intrinseca Deo. Deinde, si complenda foret extrinsecè, actus iste compleretur per actionem aliquam, aut modum specialem, quo auxilia hominibus dispensarentur.

Lib. 1. à num. 74.

Pars altera.

58 Censeo secundò: Prædicta voluntas est conditionata: Conditio verò sunt Opera bona, & Perseverantia finalis: & sub hac conditione efficax est. Et alterum ejus attributum, Efficacia Conditionata. Ostenditur ex Divinis Promissionibus, quas passim inculcant Scripturæ, & quæ promittunt hominibus gloriam, sub conditione bonorum operum & finalis Perseverantiæ. Exempli gr. *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Qui perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit.* Iam sic: Promissio significat in promittente Serium animum implendi promissum: nec hîc animus deesse potest nisi in Promittente capaci fraudis, fictionis, & doli: ergo Promissiones istæ divinæ necessariò denotant in Deo voluntatem efficacem circa Salutem omnium, sub adjectâ conditione bonorum operum & finalis perseverantiæ. Legatur Pater Ruiz

P. Mötoy. *disp. 20. de Voluntate.*

Pars tertia.

59 Censeo tertiò: Prædicta voluntas circa Salutem Omnium, etiam Reproborum, eorumque Conversionem, non est omninò inefficax, sed etiam efficax, quantum est ex parte Dei. Hoc est tertium Attributum voluntatis generalis Dei. Et ostenditur prima pars: quia affectus omninò inefficax non excedit lineâ simplicis complacentiæ, neque sufficit ad Seriam procurationem finis intenti: at hæc voluntas excedit gradum Simplicis Complacentiæ, & inducit media sufficientia ad Salutem, & Conversionem omnium: imò determinat Deum, ne, quàtum est ex se, impediat eam Conversionem, & Salutem omnium: ergo non est affectus omninò inefficax.

§. II.

PRÆDICTÆ VOLUNTATIS PLENIOR Explicatio.

Varia genera Affectûs.

60 UT tamen explicetur energia, vis, & efficacia prædictæ voluntatis, *Triplex* affectus distingui debet. *Primus*: affectus simpliciter inefficax. *Alter*, affectus simpliciter efficax. *Tertius*, affectus semiefficax, seu efficax quantum est ex parte volentis. Affectus simpliciter inefficax vix excedit lineam simplicis complacentiæ: & componi potest cum efficaci holitione, & seriâ detrectatione rei, quam vult. Talis est affectus, quem experiris circa dignitatem oblatam, quam alioqui efficaciter rejicis, & detrectas seriò.

Simpliciter Inefficax.

Simpliciter efficax.

61 Affectus simpliciter efficax est ille vi cujus manet voluntas intèdentis cum existentiâ finis, atque adeò ex modo volendi determinata, ne patiatur, vel permittat ullum efficax impedimentum rei, quam vult. Talis est affectus, quem experiris circa motum potentiæ subditæ, cùm motum imperas: & talis est affectus Dei circa salutem eorum: quos ab æterno prædestinavit.

Semiefficax.

62 Affectus non omninò inefficax, nec efficax omninò, sed quantùm est ex parte volentis, & semiefficax, duo habet ex modo volendi. Primum: posse conjungi cum inexistentiâ finis, ex alienæ voluntatis impedimento, atque adeò sinere locum, ut volens permittat impediri rem volitam. Secundum: determinare volentem, ne, datâ operâ, & quantùm in se, & ad se pertinet, impediat existentiam rei, quam vult. Unde affectus iste, licèt efficax non sit quoad inductionem rei, utpote compatibilis cum permissione impedimenti provenientis ex arbitrio alieno, à quo facta est dependens, justis de causis, existentia rei volitæ; tamen est efficax ex suo modo tendendi, ad inducendam in Deo necessitatem consequentem (indistinctam ab ipso) ne finis existere desinat, ex defectu proveniente ab ipso Deo; neve Deus impediat rei volitæ existentiam, ex se, & quantum in se est.

Qualis Dei Voluntas circa Salutem Reproborum?

63 Igitur Voluntas Dei circa salutem, & conversionem omnium, etiam Reproborum, est hujusmodi semiefficax. Quod

Quod ostendo primò: quia sic, & non aliter implentur voces Scripturarum, & Patrum deprædicantium serium, imò & vehementem affectum Dei circa salutem, & conversionem omnium hominum: implentur Divinæ Promissiones, attestantes ruinam impiorum non esse, nisi ex solo abusu hominum nolentium audire vocem Dei clamantis, & pulsantis ad ostium. Secundò, & à priori: fiat nequit aliquem velle seriò existentiam rei, & simul ex suâ determinatione, præstare efficacissimè, ne res existat; sed Deus ex vi voluntatis Beneplaciti, quâde loquimur, seriò vult existentiam salutis, & conversionis omnium hominum: ergo ex vi talis affectûs manet necessitatus ne ex suâ determinatione præstet efficacissimè, ne ea salus, & conversio desint. Sed Deum seipsum ex se determinare ad impedimentum efficax earum, est præstare efficacissimè, ne sint: ergo affectus Divinus erga salutem, & conversionem omnium est saltem efficax ad excludendum ne Deus ex se impediat earum existentiam, neve Deus ex se ipso se determiner ad impedimentum efficax earum. Hæc omnia benè sequûtur ex primo Syllogismo: cujus major nota est ex terminis. Minor verò ex Scripturis, & divinis Promissionibus certa est.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

64 Explicatur ulteriùs: Velle rem seriò, necessariò importat hanc veritatem: volo rem existere, quantum est ex parte mei: sed veritas hujus locutionis necessariò petit in affectu vim, & energiam, ne volens, datâ operâ, rem impediat: ergo rem velle seriò, necessariò importat efficaciam affectûs sufficiêtem facere, ne volens, datâ operâ, rem impediat: neve res desinat existere ex defectu eorum, quæ ad voluntatem pertinet ponere ad existentiam rei. Sed Deus seriò vult Reproborum conversionem, & salutem, eo affectu beneplaciti: ergo affectus ille, licèt non sit omninò efficax, non est tamen omninò inefficax, sed semiefficax, energiæ, quam nuper explicui.

Suprà lib. 3. tot. Montoya. Mox à nu. 70.

Prædictæ Voluntatis Effectus.

65 Liquet ex his, qualis esse debeat Effectus prædictæ voluntatis. Is enim necessariò esse debet, in omnibus, & singulis hominibus, Possibilitas obtinendi vitam æternam: Id est, auxiliorum sufficientium dispensatio, in quibus consistit ea possibilitas: imò & gratuita prævention omnium donorum, quorum existentia nò est in manu Creaturæ sic vel aliter constitutæ in rebus, sed privativè venit à Divino dominio, & alioquin est necessariò requisita ad actù converti, & actû salvari. Ratio est ex dictis, quia alioquin per Deum stabit ne actu sint conversio, & salus omnium: quæ veritas cum energiâ prædictæ voluntatis est incompossibilis. Quid ex hoc corollario fiat contra Thomisticam Scholam, satis vides, & ego latiùs expressi *disputando* contra physicam Prædeterminationem. Sed de hoc Effectu Sufficientiæ Generalis *Disp. sequenti.* Vide Doctissimum Montoya *de Prædest. à disp. 39.*

SECTIO IV.

COLLIGITUR INTENTA VERITAS DE generalitate Divinæ Beneficientiæ quoad fines, & repellitur suspitio de acceptione Personarum.

Illatio generalis.

66 BEneficientiæ Divinæ generalitas erga omnes, & singulas Substãtias Intellectuales quoad finem, ex dictis, liquidò demonstratur. Nam ex unâ parte omnes, & singulæ destinatæ sunt ad Felicitatem æternam, qui finis est omnium optimus, & nulli earum debitus. Ex alterâ præponderat incomparabiliter æternæ miseriæ, quam, unicè ex abusu donorum Dei, periculum est, quòd incurrant. Tertiò, spes assequendi tantum bonum etiam cum mentione periculi est valde desiderabilis, & eligibilis. Demum hunc finem omnibus, & singulis seriò vult Deus voluntate Beneplaciti, & adeò benevolâ ex parte Dei, ut se liberè præimpedierit, ne unquam verificari possit, deesse finem ex parte Dei, sive ex defectu eorum, quæ ad eum pertinent: Quis autem non videat apertissimè quoad omnes Substãtias intellectuales universalissimam Beneficiêtiam Dei in ordine ad finem?

Deus provisul ab acceptione Personarum.

67 Occurrit tamẽ scrupulus *duplex*, qui amovendus est. *Primus* est. Nam videtur Deus alioqui Beneficentissimus, quoad finem salutis æternæ, procedere cum acceptione Personarum. Sic obganniebant olim contra beneficentissimam Dei Providentiam Massilienses, & eo prætextu: quòd, cùm omnes homines

sint

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

sint in naturâ, & in elevatione ad finem pares, posintque omnes, & singuli ita gubernari, ut nullus pereat: cur Deus ipsâ suâ dispositione eos ita discriminet, ut hos potiùs, quàm illos salvet; hos potiùs, quàm illos mediis efficacibus perducat ad finem? Id autem olere videtur vitium acceptionis Personarum. *Alter* est. Nam videtur Deus, alioqui prodigus sui, in excellentiâ finis omnibus, & singulis præfixi, procedere immisericorditer in raxâ pœnæ. Nam quis dicat stare cum misericordiâ Principis, pœnæ, & odii æternitate punire momentaneam delectationem peccantis?

68 Nihil tamen horum obstat Divinæ Beneficientiæ. Non primum: Nam acceptionis Personarum vitium cadere potest in ea dona, quæ alioquin Princeps debet. Duo autem sunt genera donorum. Alia, quæ sapiunt aliquid justitiæ, sive ratione pacti, sive ratione contractus, sive ratione recti regiminis. Alia sunt puræ gratuita, quæ Princeps nec determinatè, nec indeterminatè debet. Penès bona primi generis cadere potest vitium acceptandi Personas: non verò quoad bona secundi. In re nostrâ clamat dilectè Deus, Isaiæ 5. *Quid ultrà debui facere vineæ meæ, & non feci?* Debet Deus ex voluntario pacto, & ex anticipato beneficio elevationis sufficientia auxilia, communes leges, & patriformitatem præmii, & pœnæ, ad opera hominum. Hoc autem debitum, voluntarium, solvit exuberantissimè. Quoad alia bona specialis Beneficii, quæ secundi sunt generis, in capax est acceptandi Personas; quia nulli debet. Procul igitur à Deo est vitium acceptandi Personas. Lege Montoyam *de Prædest. disp.* 18.

Isaiæ. 5.

69 Nec secundum obstat. Nam in peccato, duo sunt, Momentanea delectatio, & offensa Divinæ Majestatis posthabitæ, momentaneæ delectationi. Igitur Deus non punit æternitate pœnæ, & odii momentaneam delectationem, aut propter ipsam homines, sed punit offensam suæ Majestatis, delectationi momentaneæ, posthabitæ: quam autem justa, & infra condignitatem offensæ, sit æternitas pœnæ, visum multipliciter est *disputando de Incarnatione*. Unde necessariò fatendum est, etiam dum punit, exercere Deum suam cum justitiâ misericordiam. Lege *loc. cit.*

Et planè misericors & justus.

De Incarn. lib. 2. disp 3. à n. 148.

DISPVTATIO XXXXVIII.

OSTENDITVR DIVINÆ BENEFICIENTIÆ generalitas quoad Media.

Disputationis Assumptum, grave.

70 REPVGNARE videntur generalitati Divinæ Beneficientiæ quoad Media gravissimæ difficultates, ortæ ex duplici capite. Primum est: necessitas Divinæ Gratiæ ad assecutionem Salutis æternæ, ad declinandum à malo meritoriè, & meritoriè faciendum bonum: (quæ sunt Media proxima ad Finem vitæ æternæ:) cujus divinæ gratiæ, etiam sufficientis, de quâ potissimùm loquimur, assistentia nec videtur frequens nec generalis. Sine generalitate verò sufficientis auxilii (quidquid obganniant cum suo Principe Ianseniſtæ, quasi nos falsò supponamus,) stare nequit Divinæ Beneficientiæ generalitas quoad Media. Alterum est, Necessitas, quam *lib.* 6. defendimus in Divinâ Præscientiâ, quoad præcedentiam ad dispensationem cujusvis auxilii. Fieri enim exinde videtur evacuari Divinam Beneficientiam circa Reprobos & alios, quibus, cum prænoritiâ improsperi eventûs, dispensat auxilium alioqui sufficiens. Vt ergo demonstretur

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

tur Beneficientiæ Divinæ generalitas quoad Media, vincendæ sunt difficultates, quæ ex hoc utroque capite emergunt. Quæ ex secundo, ratione præscientiæ, vincentur *disp. seq.* Quæ concernunt auxilii sufficientis generalitatem, in præsenti dispurabuntur.

Infrà num. 179.

SECTIO I.

PRÆVIA LVX AD RESOLVTIONEM.

Auxilio-rū diversitas.

71 IN re satis obscurâ oportet prævia luce procedere, præmittendo nonnulla, sine quibus haberi non potest in hac re gravissimâ, Doctrinæ claritas, quam desidero.

72 Primum est: Inter Media ad Salutem æternam, alia sunt extrinseca; & alia, intrinseca. Extrinseca sunt, Redemptio Christi, Baptismi, aliorumque Sacramentorum institutio, Prædicatio Evangelica. Intrinseca sunt, illæ interiores Vires, seu Gratiæ sufficientes, quibus prævenit Deus corda hominum, ut declinent à malo, & faciant bonum: quæ veniunt nomine Auxilii sufficientis. Illa extrinseca Media possunt considerari dupliciter. Primò: quoad institutionem, & valorem. Secundò: quoad applicationem. Quoad institutionem, & valorem, certum de Fide est, esse generalissima, & ad omnes & singulos homines extendi ex intentione Dei. Quare de his Mediis non est quæstio, nec resolutio nostra. Applicatio mediorum generalium reducitur ad intrinseca Media, seu ad lineam Auxilii sufficientis: eorum enim Mediorum generalium applicatio fit in Adultis, per intrinseca hæc Media in se recepta à Deo; in Parvulis per eadem intrinseca Media, à Deo recepta, non in se, sed in Parentibus, seu qui vice Parentum sunt. Vnde tota quæstio, & resolutio nostra respicit hæc intrinseca Media, quæ veniunt nomine Auxilii sufficientis.

Suarez & Montoyæ Mens.

Sufficiens qualet.

73 Secundum est: Auxilium sufficiens ad Salutem, tale esse debet, ut ex vi ejus *proximè*, *vel remotè* ponatur in manu hominis accipientis ipsum, assecutio salutis æternæ; & ex vi ejus verificetur, non stare per Deum, quominùs, homo qui accipit, assequatur vitam æternam. Ratio videtur evidens: Tùm quia si ex vi auxilii non manet in accipientis manu, assecutio salutis æternæ, nequit Auxilium dici sufficiens: non enim sufficit id, quo posito manet adhuc indigens ulterioris auxilii ad assecutionem finis. Tùm etiam: quia si ex vi auxilii non verificatur, non stare jam per Deum quominùs homo assequatur vitam æternam, non videtur Deus seriò velle salutem hominis: Igitur Auxilium sufficiens, debet esse quale descripsi. Dixi, *Proximè, vel remotè*: qui sunt termini, per quos in præsenti se explicât Magni Theologi Pater Suarez, & Pater Ruiz de Montoya, quos nollem siniſtrâ interpretatione traduci: Mens eorum, & ex Præsuppositis nostris

Quotuplex?

74 Tertium est: Auxilium sufficiens est in duplici differentiâ. Vel enim est *proximè*, vel est *remotè* sufficiens. Auxilium *proximè sufficiens* est illud, quod continet omnes causas, & conditiones ex parte principii requisitas ad eliciendam Actûs, quo immediatè disponimur ad justificationem. Eodem sensu potest sumi proxima sufficientia ad perseverâdum in gratiâ, & ad quoscumque alios actus. Auxilium *remotè sufficiens* est, quod confertur ad eliciendam alicujus actûs, qui remotè se habet ad gratiam justificationis v. g. & quem si homo eliciat, de congruo meretur ulteriora, per quæ ad ipsam justificationis gratiam accedat.

Notanda.

75 Nota hic bene. Primò: Auxilium *remotè sufficiens*, dici *respectivè*; in se verò *proximum* etiam esse. Dicitur remotè sufficiens, *respectivè* ad actum, quem vi talis auxilii immediatè non ponit homo: sic auxilia, per quæ prævenimur ad actus prævios circa justificationem, & ad ipsam se habentes instar remotæ dispositionis, sunt auxilia remotè sufficientia ad justificationis gratiam. Est verò proximè sufficiens in ordine ad aliquem alium actum, quo posito, habebit homo, ulteriora auxilia, quæ simpliciter dicuntur proximè sufficientia. Nota secundò: ex vi auxilii remotè sufficientis simpliciter poni jam in manu ipsum accipientis, terminum, respectu cujus dicitur auxilium remotè sufficiens. Ratio est: quia ex vi talis auxilii habet jam proximam facul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

facultatem comparandi sibi ulteriores vires, & auxilia ad assecutionem illius finis.

Auxilii sufficientis sphæra subjectiva.

76 Quartũ præmissum est: cùm sphæra subjectiva, & quasi objectiva auxilii sufficientis, sit summa varietas: Nam ex parte subjecti vel sunt Parvuli, vel Adulti: ex Adultis, vel sunt Fideles, vel Infideles: ex Fidēibus, vel sunt Iusti vel Peccatores: ex his vel sunt obcæcati, vel tantùm peccatores nondum obcæcati. Ex parte vero termini respectivè proximi, cum quo debet sufficientia comparari; juxta varietatem subjectorum, quoad Parvulos est susceptio Baptismi: quoad omnes adultos est observantia legis saltem naturalis; & ex Adultis, quoad Fideles est resistentia Tentationum, & observatio legis Positivæ divinæ; quoad Infideles, est vocatio ad Fidem, istiusque susceptiõ; quoad justos est profectus in virtute, & perseverãtia in gratiã: quoad peccatores est resipiscentia, & Iustificationis obtentio: quoad obstinatos est depositio voluntariæ cæcitatis, & pœnitentia. Cùm ergo tanta sit, in sphæra auxilii sufficientis, varietas tam ex parte subjecti, quàm ex parte termini

Punctum Quæstionis.

77 Quæstio & resolutio de generalitate auxilii sufficientis intelligenda est accomodè juxta subjecti capacitatem, & statum respectivè ad terminum, quem proximè respicit pro assecutione Salutis æternæ. Quæ observatio nisi præ oculis habeatur in præsenti, neque potest assignari Regula generalis, neque potest disputari sine maximo dispendio claritatis. Ratio autẽ præmissi est, quia juxta subjectorum capacitatem & statum, per auxilium sufficiens ad terminum sibi proximiorem, manet in ipsorum manu assecutio Salutis æternæ: quod requiri diximus ad rationem auxilii sufficientis.

Magis explicatur.

78 Vltimum præmissum est: dum in præsenti controversiã solemus dicere, Deum homini dare, quantum est ex se, auxilium vel proximè, vel remotè sufficiens ad assecutionem salutis æternæ, non ita est intelligendum, ut Deus continuò det: (quod infrà falsum esse videbimus:) sed ita intelligendum, ut Deus nemini deneget; det autem omnibus, *tempore opportuno*, de quo *infrà*, juxta subjecti capacitatem, & materiæ qualitatem decidendum erit. Vtdem præmissi rationem, noto, aliud esse, rem *non dare*; aliud, *rem denegare*. *Non dare rem*, solùm est cessare à benefaciendo; stat autem optimè cum animo parato conferre, cùm opus sit; id est, opportunè, opportunitate metiendã ex necessitate, & indigentiã Beneficiarii. *Rem denegare*, non solùm est cessare à Benefaciendo, sed ex proposito non dare, fugiendo occasiones benefaciendi. Quod stare nequit cum animo parato ad Benefaciendum, cùm opportunum sit. Ratio autem Præmissi jam est facilis, quia Deus ex voluntate, quã vult omnes homines salvos fieri, unicè tenetur, dare quantum in se est, auxilia sufficientia, seu non impedire ex parte suã assecutionem salutis æternæ; sed ad hoc illa duo sufficiunt, nẽpè quòd nemini deneget, & opportunè det omnibus auxilia sufficientia, modo explicato: ergo. Iuxta hæc præmissa intelligẽda erit resolutio nostra de Præmissis videndi potissimùm erunt Pater Suarez, & Pater Ruiz: ille *part. 2. de Gratiã lib. 4. à cap. 7.* hic *de Prædestinatione à disp. 39.* Quorum doctrina, hac nostrã methodo, fortasse clarior apparebit.

Suarez. Montoya.

SECTIO II.

REGVLA GENERALIS PRO GENERALitate sufficientis Auxilii.

Regula Generalis.

79 EA est: Omnibus, & singulis respectivè dispensat, quantum est in se, Deus auxilium sufficiens ad assecutionem salutis æternæ. Hæc regula neminem excipit: an verò patiatur exceptionem aliquam, ex objectionum solutione constabit. Intelligenda verò, juxta doctrinam modò præmissam, cui nunc addidi ly *respectivè* juxta sensum *num. 75. & 76. sectionis præcedentis*. Iam verò Regula Generalis, quoad Adultos, est communis inter Sacros Interpretes, SS. Patres, & Theologos tã Antiquos, quàm Modernos: singulorum censum, & loca dabit desideranti Eruditissimus Pater Ruiz de Montoya *de Prædestinatione disputatione totã 40.* Quoad Parvulos sunt plures, qui exceptionem opponant, de quã *sectione sequenti*. Ipse regulam pro omnibus, & singulis generalem

Communis apud Ruiz.

Ostenditur ex Scripturis.

80 Ostendo primò: Testimoniis Sacræ Scripturæ. Primum, & princeps sit Apo-

1. Timoth. 2.

Apostoli 1. *ad Timoth. 2.* ubi ait: *vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*. Ex quo sic arguo: locus hic neminem excipit, & comprehendit Omnes, quos definit velle Deum salvos fieri: ergo negari non potest voluntas in Deo, quã vult Omnes, nemine excepto, salvos fieri. Iam sic: Voluntas quã Deus vult omnes homines salvos fieri, est voluntas ita universalis, & seria, ut ex vi illius non stet per Deum, quominus omnes salvi fiant: ergo omnibus & singulis respectivè dispensat Deus auxilium sufficiens ad assecutionem salutis æternæ. Antecedens latè firmatum est *disp. præced.* & definitur 2. *Petri 3.* ubi disertè inducitur Deus nolens aliquos perire: vellet autem Deus perire aliquẽ, si per Deũ staret, quominus assequeretur vitam æternã. Consequentia verò probatur: quia sine sufficientiã ad vitæ æternæ assecutionem est respectivè impossibilis assecutio vitæ æternæ: ergo per illum stat inassecutio vitæ æternæ, per quem stat defectus sufficientiæ ad ejus assecutionem: nam per illum necesse est, ut ster impossibilitas assequendi. Atqui defectus sufficientiæ stare potest unicè per Deum, cujus est unicè eam dispensare: ergo nisi dispenset auxilia sufficientia ad Salutẽ, stat per ipsum inassecutio: ergo nisi dispenset, non vult omnes homines salvos fieri.

2. Petri 3.

Fuga

81 Dices: Locum Pauli generalissimè quoad omnes, & singulos sumptum, intelligi debere de primaria voluntate, quã Deus ex æternitate suã voluit omnes salvos fieri, pro priori ad lapsum Adami: pro eo enim priori habuit eam voluntatem generalissimam, & ex eã provadit omnibus, & singulis auxilia sufficientissima in Adamo, tanquam in omnium Capite: nam in ipso, omnibus, quantum in se est, contulit originalem justitiam, cum auxiliis planè sufficientibus. Post lapsum verò ratione peccati justè punisi nos, etiam privatione sufficientis auxilii, quin salsificari possit generalis assertio Pauli de Voluntate, quã Deus vult omnes homines salvos fieri.

Intercipitur: primò

82 Contra est primò. Nam hæc evasio rationem Apostoli reddit planè inefficacem, & inutilem: ergo Mens Apostoli non solum est de voluntate circa salutem omnium pro priori ad lapsum, sed etiam circa salutem omnium post lapsum. Cõsequentia est bona: necesse enim est, ut Apostoli ratio efficax sit, & utilis. Antecedens probatur: quia ex contextu Paulus Obtecraverat, ut oratio fieret pro Salute hominum; *hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult Salvos fieri*. Ergo eos omnes vult Deus Salvos fieri, pro quibus Apostolus fundi Orationem ad Deum obtecrat: alioquin ratio Apostoli inefficax esset. Atqui Oratio fieri debet ex consilio, & obsecratione Pauli pro omnibus, & singulis hominibus etiam pro posteriori ad lapsum: de iis enim loquebatur Apostolus: ergo pariter omnes, & singulos homines vult Deus salvos fieri, etiam consideratos post lapsum.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

Secundò:

83 Contra secundò: ex verbis ipsius Apostoli, mox subnexis: *Vnus enim Deus, unus & mediator Dei, & hominum, homo Christus Jesus, qui dedit Redemptionem semetipsum pro omnibus*. Quasi diceret: sicut Deus voluit omnes salvos fieri; ita omnibus providit Mediatorẽ, & qui pro illis quos salvos fieri voluit, redẽptionem offeret: ergo eadem sphæra est illius voluntatis Dei circa salutem, ac est illius Redemptionis: sed pro singulis hominum, etiam lapsis, *mortuus est Christus Dominus, & fudit sanguinem*, ut est de Fide: ergo & singulos hominum, etiam lapsos vult Deus ex Apostolo salvos fieri.

Innoc. cõtra Iãsen.

Tertiò.

84 Contra tertiò: Nam si ea voluntas generalis Dei respexisset homines pro priori ad lapsum, nec extenderetur ad ipsos etiam lapsos, non dixisset Apostolus, *vult*, sed *voluit*: nam licèt in Deo voluisse, sit semper velle, ratione suæ æternitatis, & immutabilitatis; tamen Scripturæ se conformant nostro modo loquendi: ut Voluntates Dei, quæ non habent effectum, sed habuissent pro aliã rerum serie, non enuntientur de præsenti, sed de præterito, quasi Deus destitisset à volendo, cùm desistat ab effectibus orjundis à voluntate, de quã loquuntur. Atqui non de præterito, sed de præsenti loquitur, & enuntiat voluntatem circa salutem omnium: ergo ea voluntas omnes, & singulos respicit etiam pro statu præsentis lapsûs. Ex quibus

Illustratur.

85 Illustratur argumenti vis. Si in Adamo, ut in Capite omnium, non de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

disset Deus omnibus, & singulis hominibus, tam parvulis, quàm Adultis auxilia sufficientia ad conservationem innocentiæ, & præcautionem peccati, non potuisset Deus dici voluisse omnes homines salvos pro tunc fieri: ut omnes fatentur: ergo vel non potest Deus dici seriò velle salutem omnium, etiam post lapsum (quod nemo audebit dicere,) vel negari non potest, omnibus, & singulis dispensari à Deo, quantum in se est, auxilia sufficientia ad assecutionem salutis æternæ, etiam post lapsum. Et hæc de primo Testimonio Scripturæ.

Ex 1. Corinth. 15.

86 Alterum sit ex 1. *Corinth.* 15. ubi Redemptionis Dominicæ exuberantiam commendans Apostolus, hæc habet: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* Deinde 2. *Corinth.* 5. hæc: *Si unus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus.* Item *Rom.* 5. hæc: *Non sicut delictum, ita & donum: si enim unius delicto multi mortui sunt; multò magis Gratia Dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundavit:* & infrà: *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem; sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationē vitæ.* Hucusque Apostolus. Ex quo

2. Corinth. 5.

Roman. 5.

87 Sic arguo: Non minùs extenditur Redemptio Christi Domini in generalitate Remedii, quam primi Parentis patuit prævaricatio in generalitate damni. Id enim habet Apostolus: ergo omnes, & singuli, qui in primo Parente mortui sunt, sunt vivificati per Christum, quantum in se, & in Deo est. Patet consequentia: Tùm quia generalitas Redemptionis fuit in justificationem, non minùs ac generalitas prævaricationis fuit in condemnationem. Tùm etiam quia Apostolus apertè comparat mortem originalis culpæ, cum vitâ justificationis: ergo si non est inepta comparatio, necesse est, ut quantum est ex parte Christi Redemptoris, & Dei per ipsum volentis salvum facere quod perierat, collata sit omnibus vivificatio qui mortui sunt. Atqui vivificatio collata non est omnibus quoad efficaciâ: ergo collata minimū est quoad sufficientiam. Probatur hæc consequentia: quia si ex vi Redemptionis non est collata sufficientia ad vivificationem, quomodo stare potest dictum Apostoli, quòd omnes in Christo vivificabuntur? Si autem sit collata sufficientia, vivificati sunt omnes à Christo quantum in se est: ergo omnibus, & singulis dispensat Deus sufficiētiam ad assecutionem salutis æternæ.

Fuga

88 Dices, Redemptionem Christi fuisse generalissimā tam Parvulis, quàm Adultis, sensu tamen longè diverso. Nam generalis fuit omnibus quoad sufficientiam valoris: pretium enim Sanguinis Christi sufficiens ex se fuit ad remedium singulorum. Verùm, valor adeò generalis ex se, vel non est oblatus à Christo pro singulis; vel, quāvis à Christo pro singulis oblatus sit, & paratus applicari singulis, non tamen singulis applicatur: ita Deo justissimè disponente, qui pro aliquibus acceptare valorem voluit, & pro multis noluit.

Intercipitur: primò

89 Hæc solutio non est consona Divinæ Misericordiæ, quâ Deus clamat *nolle se mortem impii, sed ut convertatur, & vivat.* Contra primò: Vel valor Redemptionis oblatus est à Christo pro singulis hominum, vel non? Si secundum? Quomodo 1. Ioann. 2. dicitur: *Ipse est propitiatio propeccatis nostris; non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi?* Deinde quomodo dici Christus potest absolutè Redemptor omnium? Quid enim prodest, quòd habeas pretium Redemptioni sufficiens, si non offers pro Redemptione? Insuper est inverosimile, quòd Christus non se conformaverit in offerendo Voluntati Patris; at voluntas Patris est circa salutem omnium, nullo excepto: ergo & oblatio Christi. Si ergo hoc primum: quomodo pro singulis oblatus est, si nullum effectum fecit, quantum in se, omnibus, & singulis communem ex valore Redemptionis? ergo necesse est, ut aliquis effectus promanaverit singulis ex Christi Redemptione: hic autem alter esse nequit quàm assistentia sufficientis auxilii.

Secundò:

90 Contra secundò: quia ex eâ ipsâ Voluntate, quâ Deus *vult omnes homines salvos fieri*, acceptavit Deus Redemptionem Christi, juxta illa: *Sic Deus dilexit mundum.. Et Deus est salvator omnium*: ergo sicut ex eâ voluntate manet Deus ita seriò affectus in salutem omnium, ut

dici nequeat, stare per ipsum, quominùs omnes, & singuli assequatur vitam æternam: ita ex eadem voluntate manere debet adeò affectus in salutem eandem omnium ex vi Redemptionis, ut nequeat stare per ipsum, & Redemptorē, quominùs omnes, & singuli assequantur, mediā Redemptione, vitam æternam. Sed nisi ex vi Redemptionis dispensetur omnibus, & singulis, quantùm in Deo est, auxilium sufficiens, stat per ipsum inassecutio vitæ æternæ, & Redemptionis evacuatio, ut suprà ponderatum est: ergo. Confirmatur. Nam Christus instauraturus omnia in seipso, ut loquitur Apostolus, necesse est, vellet à Patre, quæ Pater omnibus voluit, & quantum in se fuit, & voluntati Patris congruit, vellet omnibus applicari Remedium Redemptionis: Neque enim aliud de Christi in nos amore cogitari potest: sed conforme fuit, & est voluntati Patris, quòd omnes, & singuli habeant sufficientiam ad assecutionem salutis æternæ: ergo.

Ostenditur à Ratione.

91 Ostendo secundò Regulam illam generalem, rationibus Theologicis. *Prima* sit: Deus neminem deserit, nisi prius deseratur ab ipso: Sed si Deus denegaret alicui auxilium sufficiens, prius desereret, quàm desereretur: ergo Deus nulli denegat auxilium respectivè sufficiens: ergo stat Regula nostra generalis. Minor primi Syllogismi probatur: quia nulla major desertio excogitari potest, quàm denegatio sufficientis auxilii. Tùm etiam quia sine auxilio sufficiente non est possibilis accessus ad Deum; deinde auxilii sufficientis dispensatio, Divini solùm dominii est: ergo planè deseritur à Deo ille, cui denegat auxilium sufficiens, priùs quàm homo Deum deserat. Probatur ista consequentia: quia desertio quam expectat Deus, ut deserat, est ingrata desertio hominis alioqui potentis stare cum Deo: ergo est desertio præsupponens auxilium sufficiens: ergo si aliqui Deus denegat auxilium sufficiens, ille priùs à Deo deseritur, quàm ipse Deum possit desererē. Major autem est Authoritas Augustini *lib. de Nat. & Grat. cap.* 26. quam laudant Prosper, Fulgentius, & alii, definita tandem à Tridentino *Sess.* 6. *cap.* 11. & 13.

Augustin. Prosper. Fulgent. Trident.

92 *Secunda* ratio sit: Deus Omnes, & singulos homines, cum Parvulos, quàm Adultos elevavit, & ordinavit in vitam æternam, eosque ex intentione hujus finis creavit. Iam sic: Qui vult seriò finem, necessitatur eā ipsā intentione, non impedire per se finem, ut patet: alioqui convinceretur ludere circa finem, non velle: ergo necessitatur ponere media sufficientia, quantum in se est. Patet hæc consequentia: nulla enim est major aut potior impeditio finis, quàm carentia mediorum ad finem. Sed ponere media sufficientia, solùm ad Deum pertinet in casu præsenti: Non est enim hominis sumere sibi vires sufficientes ad Salutē: neque enim sumus sufficientes ex nobis quasi ex nobis: ergo necessitatur Deus ponere media sufficientia ad assecutionem Salutis æternæ; vel non vult seriò finem.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

93 Nec dicas, id esse verum de intentione absolutâ & efficaci, non verò de inefficaci, & per modum complacentiæ. Contra enim est primò: *ex suprà dictis disp. præced. sect. 2. & 3.* Secundò: quia aliter se habet Deus circa Salutem omnium hominum, etiam post lapsum, ac circa restaurationem Angelorum post lapsum, ut est evidens: sed circa eam restaurationem negari Deo nequit Complacentia: est enim objectum amore dignum, utpote pulcherrimum: ergo circa Salutem hominum omnium, plus habet Deus, quàm complacentiam: ergo habet affectum, quantùm in se est, inductivum sufficientis auxilii. Videamus modò, an hæc Regula generalis patiatur aliquam exceptionem: id quod, nobis objiciendo, præstabimus.

Suprà à nu. 34. & 55.

SECTIO III.

OBIECTIO PRIMA VERSUS PARVULOS.

De Parvul. s.

94 Objicies primò: Non apparet quomodo Parvulis provisa sit respectivè sufficientia ad obtentionem Salutis æternæ: ergo falsum circa ipsos fieri debet exceptio à datâ Regulâ generali. Ut antecedens probetur & magis pateat difficultas, tria genera Parvulorum distinguenda sunt. Primum est eorum, qui moriuntur in Vtero matris, vel oppressione, vel ex humorum redundantiâ, vel ex debilitate Matris ipsius. Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

cundum, eorum, qui nati, pereunt sine baptismo ex penuriâ aquæ, etiam conantibus & volentibus Parentibus accelerare Baptismum. Tertium eorum, qui inter Infideles nascuntur, aut ex Parentibus inculpatè Fidem Baptismi ignorantibus; & intereunt. Iam antecedens ostenditur

Vazquez. 95 Primò: Authoritate plurium Theologorum, quos allegat P. Vazquez *in p. 1. disp. 96.* asseverans esse communem sensum Veterum Doctorum. Secundò: Authoritate Augustini, qui *lib. de Dono perser. cap. 12. & lib. de Grat. & liber. Arb. cap. etiam 12. & lib. de Naturâ, & Gratiâ: cap. 8. & epist. 105. & 107.* iteratò *tria* dicit expressè. *Primum*: aliquos parvulos perire sine Baptismo, quia aliud esse non potuit. *Secundum*: Perire aliquos Parvulos, conantibus, & volentibus Patribus accelerare Baptismum, Deo nolente, ut detur, & rapiente ante Baptismum. *Tertium*: expirare aliquando Parvulos, justo Dei judicio, antequam ipsis possit ministrari Baptismus. Et consonat Prosper *de Ingrat. cap. 20. & 21.* At cum his tribus quomodo stare potest sufficientia respectu Parvulorum, *vel in se*, vel in voluntate Parentum?

Augustin.

Prosper.

96 Ratione denuò probatur antecedens: nam vel hæc sufficientia provisa est Parvulis immediatè, & in se; vel mediatè, & in voluntate Parentum, seu quasi Parentum? Non primum: quia Parvuli, præsertim nondum nati, quid possint? Non secundum: quia eatenùs potest dici provita sufficientia Parvulis in voluntate Parentum, quatenùs applicatio Medii alioquin universalis, pendere potest à Parentum diligentiâ: sed hoc non contingit plerumque: tùm quia Parentum diligentia non se extendit ad casus impossibiles. Tùm etiam quia eatenùs pendere potest à Parentum diligentiâ applicatio Medii alioquin universalis, quatenùs Parentum diligentia præcavere potest parvuli mortem; sed plerumque non potest: quid enim potest *in* fortunâ oppressione infantis? *in* humore intra uterum præfocante? *in* debilitate Uteri materni non potentis emittere? Et Confirmatur: vel applicatio Remedii alioquin generalis est semper possibilis Parvulis, vel non? Si secundum: quid prodest valor medii: si manet inapplicabilis: certè pro Dæmonum salute sufficiens est ex se Christi Domini passio: nihil tamen prodest, quia non est possibilis applicatio. Si primum: præterquàm quod non appareat via, esset semper in culpâ parentum inapplicatio talis medii: quæ culpa cùm sit in re gravi, non potest non esse gravis. Tribuere autem Parentibus, eorumque negligentiæ, & culpæ, Infantium præcoces obitus, & eorum sine baptismo decessum, nimis durum, & inverosimile est.

Quoad auxiliũ sufficiens.

97 Ob hæc, sic, vel aliter proposita, mordicùs contra Doctorem Eximium docuit *loco cit.* Pater Vazquez, excipiendos à Regulâ generali sufficientis Auxilii aliquos & plures Parvulos, contentus dicere, dari quidem ex Christi meritis in Ecclesiâ, media, quæ si applicarentur, valerent etiam Parvulis ex affectu simplici ipsius Christi: ea tamen ex Deo aliter res disponente juxta secretissima judicia sua, mansisse respectivè inutilia, & inapplicabilia, atque adeò insufficientia. Verùm iste discursus præoccupatus est *suprà* formando Regulam generalem: neque consonat Divinæ Misericordiæ, & pio Fidelium sensui: Quare

Mens Nostra cum Suarez.

98 Respondetur cum Patre Suarez, quem Theologi communiter sequuntur, negando antecedens. Ad ejus probationem, admisso illo triplici genere infantium dicatur, Authores illos quos allegat pro se Pater Vazquez, aliter sentire; ut ostendit post accuratum examen Pater Herize *disp. 35. cap. 1.* eosque, quidquid de mente sit, benignè esse interpretandos pro sensu magis pio, & in quem magis inclinant Sacræ Scripturæ *suprà* ponderatæ.

Herize.

Explicatur Augustinus.

99 Ad Augustinum, cujus loca videntur esse difficilia, dicatur imprimis, scopum ipsius in eis locis solùm fuisse, probare contra Pelagium duo, nempe Peccatum Originale: & gratiam non dari ex meritis: & ad id utitur optimè exemplo Parvulorum decedentium sine Baptismo. Quid facit ad hunc scopum, an medium Baptismi esset ipsis Parvulis, qui rapiuntur, approximabile ex hac, aut illâ conditione, quam non excludit Deus? Dicatur deinde, Augustinum, dum dicit, nihil aliud fieri potuisse aliquando, Deum aliquando nolle, surripi ante copiam ministrationis, etiam volentibus & conantibus in oppositum Parentibus, loqui, inspectis solùm rebus ut nunc, earumque naturali dispositione, quam Deus non vult miraculosè invertere: non tamen loqui de Deo, deque rebus comparatis ad inspirationes Parentibus infusas, ex quarum usu bono redderetur Parvulis applicabile proximè Baptismi Remedium, ut *mox* explico. Stat autem optimè, rem aliquam sub unâ consideratione impossibilem extrinsecè dici; & esse sub aliâ possibilem: & sic censeo Remedium Parvulorum, ut *jam* dico.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providet. & Prædestinante.

Ratio in oppositum solvitur.

100 Ad Rationem probativam antecedentis, respondeo eam sufficientiam provisam esse Parvulis, non immediatè, & in se, sed mediatè, & in Curâ Parentum. Itaque hæc sufficientia tria dicit. Primum: Valorem in medio. Alterum, physicam potestatem in causis ad ejus applicationem. Tertium: Parentum, seu quasi Parentum obligationem, & munus. Valor in medio certus est, & quantum est in voluntate Christi extensus ad Parvulos, pro quibus etiam mortuus est. Physica potestas in causis ad applicandum, per se sufficiens, etiam est certa, licèt aliquando peraccidens impediatur ex occursu Naturalium Agentium in oppositum, vel ex defectu alicujus prærequisiti peraccidens adveniente, quod est perinde. Munus & obligatio Parentum, seu quasi Parentum, liquet ex ipso nomine: & ex istorum culpâ, vel negligentiâ, fit, ut res, Deo finente res peragere cursus suos naturales, ita occurrant, ut impediatur Baptismi ministrario. Præcavi autem potest à Parentibus per pigres, per jejanit, per frugalitatem, & per attentionem ad munus suum, occursus ille, qui videtur fortuitus: nec est verisimile, non infundi à Deo inspirationes ad hæc, si Parentes velint advertere: quòd, si vel non advertere velint, vel oscitanter advertant, non est Deo tribuendus casus Parvuli decedentis sine Baptismo. Qui enim Medium instituit in Remedium: & insuper addit physicam potestatem ad ejus applicationem, & denùò per se non impedit, sed potiùs commendat alteri, qui moraliter est idem ipse, qui acceptaturus beneficium est, eumque opportunè docet & instituit per interna consilia, seriò vult, quantum ipse est, Remedium Parvuli. Ita autem se gerit Deus. Unde Remedium Parvuli nunquam est inapplicabile, & impossibile, nisi ex causâ datâ, quam alioqui permittit Deus.

101 Ad impugnationem secundæ partis dilemmatis, quam amplexi sumus, concessâ majori, nego minorem: ad ejus probationem, dicatur imprimis, impossibilitatem plerumque nasci ex oscitantiâ Parentum, nunquam ex Deo: qui si finit res peragere cursus suos, id facit, datâ prius causâ à Parentibus, non satis attentis ad munus suum, neque curantibus bonũ Prolis. Quid enim magis obvium, quàm aqua elementaris? Quid magis scitum, quàm sectio uteri matris, seu vivæ, seu mortuæ? Quid magis cõmune, quàm Parentum oscitantia? Dicatur insuper præcaveri à Parentibus posse aut Parvuli mortem, aut ejus mortem sine Baptismo, cùm videtur præcaveri non posse. Et ratio est: quia plerumque, dum res dicimus impossibiles, tales, nos ipsi fecimus ex causâ datâ. Id quod in Parvulis magis obvium est: nam Matres non adeò curant, ac debent: student enim voluptati, gulæ, & aliis, quæ si vitarentur, vitaretur & parvuli mors.

102 Ad confirmationem, dico Remedii istud semper esse applicabile Parvulis, quantum est ex parte Dei, multis, & variis viis: quòd si per accidens manet inapplicabile, id provenit ex culpâ datâ ab his, qui moraliter sunt idem cum ipso Parvulo, ut jam diximus. Quid autem sentiendum sit de quantitate culpæ in Parentibus, colligendum est ex advertentiæ quatitate. Certè res est ex se gravis: sed plerumq; vel non advertitur, vel non advertitur plenè: aut non timetur tantum malum. Maneat igitur Parvulis promissam esse sufficientiam, neque esse cur eos à Regulâ Generali teneamur excipere. *Videantur* Suarez, & Herize: iste *disp. 35. ille tom. 1. in primam partem, lib. 4. de Prædest. cap. 4.*

Suarez. Herize.

SECTIO IV.

OBJECTIO SECUNDA: VBI DE ADVLtis in Genere, & maximè de Reprobis.

De Reprobis: Objectio.

103 OBjicies secundò. Nam neque Adultis videtur provideri semper

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

per Auxilii sufficientis copiam: quod ita suadetur. Primò: quia qui conciones habent ad Populum, assumunt tanquam certum, Deum aliquos, adusque certum numerum peccatorum, sustinere patienter, eosque eo numero semel exacto, planè deserere, vel ex decreto universali non assistendi eum qui toties ipsum offenderit, vel ex particulari non ultra permittendi aliquem, sed deserendi: hæc autem desertio explicari non potest, nisi per denegationem auxilii sufficientis. Secundò, ex paritate parvulorum: sicut enim his negatur proxima sufficientia, ex occursu causarum, quidni & Adultis? Tertiò: quia si ex aliquo capite colligeretur extensio ad omnes Adultos generalis sufficientiæ, maximè ex Voluntate Dei generali salvandi omnes: sed non ex istâ: ergo non est unde colligatur. Major est commune fundamentum Theologorum. Minor probatur: quia ad emphasim, & energiam prædictæ voluntatis sufficit apponere causas universales sufficientes, nempè Redemptionem Christi, Institutionem Sacramentorum, & Apostolorum Prædicationem: id quod urgetur ex Apostolo, recurrente ad has causas universales: imò plerosque hominum onerante, quòd Deum per mutas voces Providentiæ naturalis beneficæ, jam pluviæ, jam fructuum, jam aliorum beneficiorum, alloquentem, & vocantem non audierint, meriti proinde tradi in reprobum sensum.

Et Innoda turprimò:

104 Augetur difficultas in Reprobis: quia Deus non vult salvare Reprobos: ergo neque ipsis provider Media sufficientia. Consequentia patet: neque enim Deus dispensat media, nisi iis quibus finem intendit. Antecedens autem probatur primò ex Augustino, qui locum Pauli de Deo, qui vult omnes homines salvos fieri, intelligendum ait accomodâ distributione, id est, ex omni statu, eos qui salvi fiunt. Sic habet multis in locis, disputans contra Pelagium abutentem hoc textu ad errores suos, per expositiones alias aliter extendentes dictum Apostoli. Secundò: qui potest apponere media congrua ad finem, & liberè definit apponere, nō censetur seriò velle finem; atqui respectu Reproborum potest Deus apponere media congrua, & non apponit: ergo censendus est nō velle seriò salutis finem. Tertiò: quia qui seriò vult aliquid, vult quantum est in se: sed Deus respectu Reproborum non videtur velle, quantum in se est, utrum quia qui vult quantum in se est, facit quantum potest. Tùm etiam quia alioquin sunt inutiles preces, quibus Deum fatigamus, ut omnibus assistat ad Salutem: si enim ex illâ voluntate generali se necessitavit Deus ad assistendum: ad quid preces nostræ?

Secundò:

105 Innodatur ulteriùs difficultas. Si Deus Reprobis dispensaret auxilium sufficiens, esset ex amore, quo ferretur in eorum Salutem; atqui ex tali amore dispensare non potest: ergo non dispensat. Minor probatur: Auxilium potius nocivum, quàm favens accipienti, nequit ei conferri ex amore: amor enim per se nō nocet ei, erga quem est amor: nam amare est velle bonum alicui: Atqui auxilium sufficiens potiùs est nocivum, quàm favens Reprobo: ergo nequit ipsis ex amore conferri. Minor probatur: nam Reprobus ex auxilio sufficienti non subit onus ad justam increpationem, à quâ excusari posset, si careret auxilio sufficienti: sed id, ex quo potiùs subitur onus, quàm percipitur fructus, magis est nocivum, quàm favens: ergo.

Sectarii: & Iansenistæ.

106 His amantur contra certam veritatem Sectarii Nostri Temporis, quibus adhærere Iansenitæ dicere ausi neque Christum pro omnibus mortuum esse, neque Deum velle omnes salvos fieri, sensu supra à nobis explicato, & exinde colligentes deesse multis auxilium etiam sufficiens: & tantummodo accedunt his aliqui Doctores Catholici. Verùm neque argumenti difficultas est tanta ut ad id cogat, neque veritas est tam obscura, ut negari possit, ut patet ex probatione nostræ Regulæ Generalis: igitur

107 Respondetur: & nego sequelam, in sensu, quem ad sequentem difficultatem magis explicabimus. Ad primam probationem, nego assumi doctrinam veram ab iis Concionatoribus, qui hæc assumunt tanquam certa principia: aliud enim est, quòd detinat benefacere per collationem auxiliorum efficacium, nobis planè demerentibus & per ulteriora peccata augentibus indignitatem nostram: aliud, quòd ante mortem deferat ex quovis numero peccatorum: hoc neque verosimile est, benè perceptis Scripturis; ne-

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

neque consonum Dei bonitati, semper excitantis Filios suos Prodigos, qui voluntariè à Paternâ domo recedunt, etiam cùm magis adhærent deliciis suis. Ad secundam est valdè prolixus Pater Ruiz de Montoya in quærendâ, & illustrandâ disparitate. Eâ tamen ipsi non egemus, falsi Parvulis sufficientis remedii copiam, ut nuper vidimus. Ad tertiam, admissâ majori, negatur minor. Constat enim ex suprà discussis, emphasim, & energiam seriæ Voluntatis Divinæ circa salutem omnium impleri non posse, nisi in omnium manu ponatur salus ipsorū, quantum est ex parte Dei. Qui autem non habet sufficientiam ad obtentionem salutis; hanc non habet in manu: sed ratione illius, cujus est dispensare quod sufficit, caret obtētione salutis. De Gentilibus, de quibus Apostolus, dicetur *infrà*.

Montoya.

Infrà à num. 131.

108 Ad primum cōfirmationem, formatam ex errore Iansenii, ejusque doctrinis hærentibus Luthero, & Calvino, negetur antecedens: Deus enim omnes homines vult salvos fieri, voluntate seriâ, & beneplaciti: estò non omnes velit salvos fieri, voluntate æquali per omnia; nam aliquos vult salvos fieri, voluntate specialiter benefică, dispensativâ Gratiæ non solùm sufficientis, sed efficacis: omnes tamen, voluntate dispensativâ Gratiæ sufficientis, quâ si benè uti velint, abundè possunt. Ad primam Probationem ex Augustino, quâ Iansenius maximè nititur, fateor Augustinum sic intellexisse locum Pauli: sed certum etiam est, ipsi placuisse generaliorem interpretationem, quam nos defendimus. Quòd si ea, à Pelagianis, & Semipelagianis adhibita, displicuit Augustino: non displicuit, quòd voluntas Dei diceretur extensa ad salutem omnium, sed displicuit modus quo defendebatur extendi, nempè quasi salus æterna obtinenda esset per vires naturales, ut volebat Pelagius, vel per operationes, quibus proluderet suis conatibus ipsa Natura, ut volebant Semipelagiani. Ad secundam: nego majorem: qui enim seriò vult, solùm tenetur facere quantum in se est, ne prudenter dici possit, finem deficere, ex defectu suo. Ad tertiam, concessâ majori, in sano sensu, nego minorem. Facere enim in ordine ad finem, quantum in se est, non est facere quantum potest; sed quantum sufficit, ne dici possit, finem deficere, ex defectu eorum, quæ ad te pertinet ponere. Deinde preces nostræ semper utiles sunt ad exoranda auxilia congrua: tum ad exoranda vividiora, tum ad exorauda magis conformia ad genium nostrum.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

109 Ad secundam confirmationem concessâ majori, nego minorem. Ad probationem, distinguendum est in auxilio, quod à Deo est, & quod est à Creaturâ: à Creaturâ abutente, est ingratus abusus auxilii, quo fit nocivum in actu secundo: à Deo benefaciente, est sufficientia ad benè operandum, quæ quidem nequit esse nociva, prout à Deo est. Inde concessâ majori, distinguo minorem: potius est nocivum, secundùm id quod à Deo est, nego minorem, ejusque suppositum: secundùm id quod à Creaturâ superadditur, concedo minorem. Ad minoris istius probationem, negetur major. Nam ex auxilio sufficienti non accrescit accipienti, nisi vis ad honestè, & supernè operandum: quòd si ex abusu talis auxilii manet reus justæ increparionis, non venit onus ex auxilio, sed ex abusu.

SECTIO V.

OBJECTIO TERTIA: UBI DE CONTINUITATE *sufficientiæ Auxilii.*

Continuatas sufficientiæ.

110 OBjicies tertiò: Nam si Deus cunctis assisteret per dispensationem auxilii sufficientis, vel assisteret continuò, per momenta singula, & actus, vel per intervalla certa temporum: neutrum dici potest; & deberet utrumque dici, si cunctis Deus dispensaret auxilium sufficiens: ergo non ita cunctis dispensat. Major ipsa sui explicatione patet. Minor probatur quoad primam partem impugnando continuitatem.

I. Primò: quia Gratia ista consistit in actibus Vitalibus Intellectus, & Voluntatis: ergo cadere potest in experientiam. Sed experientia talis Gratiæ non est continua: ergo nec assistentia talis Gratiæ. Secundò: quia Distractio in nobis ad res alioqui diversas, ad negotia, ad studia, ad lites, ad bella, ad lucra, & ad alia innumera, est valde frequens, & valdè vehemens: quis autem mitto animo distractus ad hæc judicia, attendere po-

test

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

test ad Cœlestia ? Nam verissimum est illud : *Pluribus intentus minor est ad singula sensus.* Tertiò : nam vel advertitur continuò hæc assistens Gratia, vel non. Primum experimento constat esse falsum. Si ergo secundum : est quasi non esset : quod enim non advertitur, non sufficit hominem convertere. Quartò quia Deus se accommodat Naturæ genio : sed naturæ nostræ genius, est, per intervalla temporum cessare etiam ab his, quæ maximè concupiscit : ergo Deus etiam per intervalla temporum dispensat auxilia. Quintò : nam ista interpolata gratiarum dispensatio conducit, homines ut sint vigiles, & agnoscant famem suam, siquæ mitæ cadunt de mensâ Domini. Sextò : quia isti indesinentiæ, & continuitati repugnat Ecclesiæ sensus, Patrum, & Fidelium. Ecclesiæ sensus, orantis, ut Deus nos excitet. Patrum sensus, clarè clamantium, stare Deum ad ostium, & pulsare : quis autem prudens stet semper ad ostium & pulset. Fidelium sensus, recurrentium ad Deum, ut eos vocet. Vide

Montoya. Ruiz de Montoyâ *de Prædest. disp.* 47.

112 Minor autem probatur quoad alteram partem, impugnando interpolationem. Primò ex Scripturis, Conciliis, & Patribus, quorum loca addensat

Ripalda. Pater Martinez de Ripalda *tom.* 2. *de Ent. supernat. disp.* 20. ubi manifestè dicitur, Deũ *semper in promptu esse, nullumque esse momentum, in quo Deus non stet ad ostium, & pulset* : imò quotidie *per tempora, per dies, per momenta, per atomos.*

Orosius. Id Paulus Orosius : Illud Concilium

Senonens. Senonense. Et conveniunt in hoc modo loquendi cæteri Patres : quis autem eo clarior esse potest ? Secundò : quia si quâ horâ, vel in quo momento deesset auxilium Gratiæ, Peccator non posset in quâlibet horâ, & in quolibet momento Pœnitentiam agere : id est falsum : ergo. Sequela patet : quia sine auxilio Natura est impotens. Minor probatur. Tùm quia in quacumque horâ promittitur ab Scripturis remissio Peccatoribus, si velint resipiscere : ergo supponitur in ipsis in quacumque horâ resipiscendi potestas.

Lateranẽs. Secundò ex Lateranensi *cap. firmiter de summâ Trinitat.* statuente, hominem post lapsum semper posse : ergo sæpe possunt. Tertiò : quia alioquin in aliquo instanti esset homo extra statum salutis, cùm esset ad illam impotens.

Sensûs Nostri, & Veri

113 Difficultas objectionis, optimè discussa à Patre Suarez 2. *part. de Grat. tib.* 4. *cap.* 10. & à Patre Ruiz *loco jam citato*, nos cogit breviter aperire modum, quo Deus promptus est auxiliari creaturis. Igitur supponenda sunt aliqua ad resolutionem. Primum est : Nunquam homini deesse sufficientiam ad non peccandum, si peccare potest. Ratio est, quia nemo peccat in eo, quod vitare non potest. Hæc autem sufficientia potest esse merè naturalis. Alterum : urgente vel tentatione, vel periculo, vel præcepto semper adesse sufficientiam vel evadendi, vel implendi. Ratio est : quia Deus non præcipit impossibilia : & aliunde, ut nuper dicebam, nemo peccat in eo quod vitare non potest. Vnde duplex auxilii genus distinguam in tractatu *de Necessitate Gratiæ*, aliud est auxilium ad non peccandum : aliud, ad superè mèrendum. Illud est continuum, & indesinenter assistens, quoties advertimus : & potest esse merè naturale. Hoc est supernum : & de hoc inquiritur ; quàm sit assistens Creaturæ.

Tract. mox seq.

Pars prima.

114 Censeo primò : Deus non ita continuò dat auxilium sufficiens supernæ Gratiæ, ut det indesinenter ; nunquam tamen denegat, quantum est ex se, habens semper in promptu, prout opus fuerit Creaturæ. Assertio duas partes habet facilè perceptibiles ex doctrinâ nuper datâ *num.* 77. & secunda probatur : quia rem denegare quantum est in se, non solùm dicit, cessare à benefaciendo, sed ex proposito non dare, fugiendo etiam occasiones dandi : atqui Deus non se ita habet : nam qui paratus est dare, & nemini deficit quantum in se est, non fugit occasiones benefaciendi : ergo Deus nunquam, aut nemini denegat auxilium sufficiens. Prima autem pars, convincitur ex probationibus suprà positis in argumento. nec est, cur quidquam addatur.

Pars altera.

115 Censeo secundò : ita Deus habet in promptu supernæ Gratiæ auxilium, ut det in tempore opportuno. Ratio est : quia non habet animum seriò paratum benefaciendi, qui deficit in tempore opportuno : nam qui paratus est benefacere, ex parte suâ, non deficit, quando opus est ut faveat ; atqui opus est ut faveat, in tempore opportuno : ergo in tem-

Pars tertia.

tempore opportuno non deficit.

116 Censeo tertiò : Opportunitas temporis, seu tempus opportunum, præter casus tentationis urgentis, gravis periculi, & præcepti prementis, est tempus Prædicationis Evangelicæ, lectio Sacra, Tribunalis, aspectus rerum caducarum, fortuiti casus monentes nos de novissimis nostris, mortis articulus. Ratio est : quia ex his aliqua sunt media à Deo instituta ad excitandam animam, qualia sunt, Exempla Sanctorum, Lectio, Tribunalis, & Prædicatio : alia sunt articuli magnæ necessitatis : non est autem verosimile Deum deesse in magnâ necessitate : neque vacua relinquere ea media, quæ ipsemet ad animam excitandâ instituit.

Pars quarta.

117 Censeo quartò : hæc assistentia Divinæ Gratiæ, in tempore opportuno, cum illo Dei animo non deficiendi ex parte suâ, sufficit, ut dicatur, ex communi modo loquendi, Deum continuò, & semper assistere per sufficiens auxilium cunctis hominibus. Ratio est : quia adverbium, *semper*, ex communi modo loquendi tàm Dei in Scripturis, quàm hominum in humano commercio, unicè refertur ad tempora, singulis actionibus convenientia & opportuna : atqui Deus opportuno tempore assistit : ergo potest verè dici, quòd semper & continuò assistit. Minor patet ex præcedentibus. Major ostenditur inductione, quam exhibet Eruditissimus Ruiz *disp. cit. nu.* 24. nam de Abtemiis dicimus, *semper aquam bibere*, id est, *opportunis bibendi temporibus* : quem loquendi modũ renuit *Matth.* 2. Item *de solito aliquid facere*, dicimus, *semper id facit* : nempe tempore congruenti : quem etiam modum tenuere *Marcus cap.* 15. *Ioann. cap.* 18. *& Lucas.* Nihilque magis obvium apud Sacros, & prophanos Scriptores. Ex quibus

Matth. 2. Marc. 15. Ioann. 18.

Solutio Objectionis.

118 Respondetur ad objectionem, concessa majori, negando minorem : per intervalla certa temporum, quæ jam designavimus, assistit Deus ; non tamen continuò physicè, licèt moraliter semper & continuò : ut explicatum est. Ad impugnationem secundæ partis, quam præferimus : dico ad primam : Scripturas, Patres, & Senonense loqui, prout communiter nos ipsi loquimur, juxta sensum primæ, & quartæ assertionis nostræ, si loquantur de supernâ Gratiâ : si enim de auxilio ad non peccandum, præcisè loquantur, etiam physicam continuitatem jam concessimus. Ad secundam dico, supponi potestatem vel proximam, vel remotam, quæ quidem proxima esse potest, si peccator attendat ad priores exciationes, quas sæpè contemnit. Et quidem proximam haberi semper quantum est ex parte Dei, parati semper assistere : & in actu haberi continuò, moraliter loquendo : quo fit satis ad Lateranense : neque unquam dici potest, quòd homo viator est extra statum salutis, quia vel habet gratiam, quâ resipiscere possit, vel potest habere, nisi ex contemptu rejiciat : si autem datam respuat, & ultrà non accipiat & moriatur, peccatum finalis impœnitentiæ fuit in illo contemptu, quo respuit Gratiam. An autem imputari possit ad peccatum novum omissio pœnitentiæ, quia propter sua peccata privatus est gratiâ sufficienti, decidetur in *difficultate sequenti.*

In Primã par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

SECTIO VI.

OBJECTIO QVARTA : VBI DE OBCÆcatis, & Obduratis.

De Obduratis, & Obcæcatis

119 Objicies quartò : Nam Obcæcatio, & Obduratio, quâ aliqui Peccatores dicuntur tradi in reprobum sensum, est innegabilis in Scripturis : atqui hæc obduratio, & obcæcatio solùm stare potest in defectu auxilii sufficientis : ergo saltem quoad hos fieri debet exceptio à regulâ generali. Major constat ex Pharaone, ex Palæstinis, & ex Iudæis. Minor autem probatur : tùm ex Augustino satis indicante variis in locis : tùm ex illo loquendi modo, quo aliquando dicit, neminem à Deo deseri, nisi prius deseratur ab ipso : ubi particula *nisi*, ut acutè notat Pater Vazquez, significat aliquos à Deo deseri, in pœnam præviæ desertionis suæ. Tùm quia aliter nõ satis intelligi potest obduratio & obcæcatio : si enim etiam obdurati, & obcæcati habent gratiam sufficientem, in quo differunt à reliquis ?

Difficultas

Augetur primò.

120 Augetur difficultas primò : quia status obcæcationis, & obdurationis, ut patet ex Scripturis, & ex ipso nomine, est status cæcitatis, & impossibilitatis ad bonum : ergo est status constitutus per ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

carentiam Gratiæ sufficientis. Antecedens constat: dicuntur enim *cæci, & duces cæcorum*: dicuntur *oculos non habere*, & esse *sine lumine*, & *in tenebris ambulare*. Et ipsis dicitur *esse impossibile, quòd aliquid faciant boni*. Consequentia autem probatur: quia Gratia sufficiens in Scripturis, & Sanctis Patribus dicitur possibilitas, lumen & illustratio animæ, imò & ipsius animæ oculi: ergo qui dicitur cæcus, impotens, & sine oculis, dicitur esse sine gratiâ sufficiente.

Secundò:

121 Augetur secundò: quia sicut se habet in bono, Confirmatio in Gratiâ; ita se habet in malo, obcæcatio, & obduratio; atqui Confirmatio in gratiâ dicit impotentiam peccandi: ergo obduratio, & obcæcatio, impotentiam faciendi bonum. Minor à multis defenditur satis erudite. Iam sic: sed qui habet sufficientiam ad bene operandum, non est impotens ad bonum: ergo obcæcatus & obduratus non habet gratiam sufficientem.

Tertiò:

122 Augetur tertiò difficultas: si propter aliquam rationem status obdurationis, & obcæcationis non deberet constitui per carentiam Gratiæ sufficientis, maximè quia regressus ab eo statu, & finalis impœnitentia non esset deinceps imputabilis: sed hæc ratio nulla est: ergo. Major est fundamentum commune.

Augustin. S. Thomas. Gonet.

Minor probatur primò ex Augustino, & Thomâ, apertè tenentibus, apud Gonet *de Prædest. disp. 5. art. 6.* ubi docet ex ipsis, imputari ad culpam posse præcepti transgressionem ei, qui reipsa non habet auxilium sufficiens ad ejus adimpletionem, si eo auxilio privatus est in pœnam peccatorum præcedentium: id quod Thomistæ satis multi docent, & non satis negat Nostter Herize *disp. 34. cap. 6. num. 35.* ergo si obdurati, & obcæcati priventur in pœnam, lumine gratiæ sufficientis; non est cur ipsis non maneat imputabilis etiam sine sufficienti auxilio, permanentia in ipso statu. Secundò: quia ad imputationem culpæ sufficit culpa carēdi gratiâ sufficienti in eo qui obduratur, & obcæcatur, ex suâ culpâ, carer gratiâ sufficienti: eâ enim privaretur in pœnam: ergo ei qui obduratur, & obcæcatur, imputatur ad culpam, omissio pœnitentiæ etiam sine sufficientiâ ad ipsam. Major probatur: quia tunc datur libertas in causâ: Libertas autem in causâ sufficit

Herize.

ad imputationem: tùm etiam quia qui lumen extinguit, definit legere pro ubitor: & etiam lumine extincto, imputatur omissio lectionis.

Dissipatur

123 Respondetur: ad Argumentum concessâ majori, nego minorem: obcæcatio enim, & induratio est status, qui imputatur ad culpam, & in quo *juxta impanitens cor thesaurizatur iræ Dei*, ut Paulus loquitur: quomodo autem ad culpam imputari potest, quod quasi necessariò quis patitur: aut quomodo potest quis thesaurizare sibi Divinam iram, id est, eam augere resistendo, si non est vocatio, cui resistat, aut si non est sufficientia ad evadendum: *nemo* enim *peccat in eo quod cavere non potest*, ut est solemnis veritas Augustini? Nequit ergo status obdurationis, & obcæcationis in privatione sufficientis Auxilii consistere. Consistit in privatione Gratiæ efficacis, aut gratiæ uberioris, & vividioris, vel magis consonæ genio ipsius, qui peccando seipsum indignum reddidit ulteriori beneficio. Adhæc, addit hic status, pravæ consuetudinis, & vitiorum pondus, ità animam aggravans, ut vix finatur oculos mentis aperire veritati. Quare obcæcatio, & obduratio præter peccatum ejusque pravam consuetudinem, quæ vergit in alteram quasi naturam, solum dicit ex parte Dei, cessationem à beneficio speciali efficacis auxilii quoad actum: quoad posse, verò negationem auxilii vividioris, & activioris: nunquam verò negationem auxilii simpliciter sufficientis, vel remotè, vel proximè. Dixi vel *remotè*, vel *proximè*: nam aliquando definit Deus favere, retardando auxilium proximum: nunquam tamen ita Creatura deseritur, ut remotum non habeat, & in remoto vim assequendi proximum, orando, petendo, & à malo fugiendo, &c. Legatur Eximius Doctor *part. 2. de Gratiâ lib. 4. cap. 18.* ejusque Sectator Eximius, Cardinalis de Lugo, qui rem in hanc incidens *tom. de Pœnitentiâ, disp. 8 sect. 1.* pulcra de hac re disputat: multisque luminibus ornat Suaristicâ hanc explicationem *à num.* præsertim 35. citans Suarez eundem *tom. 4. in 3. part.* (qui est *de Pœnitentiâ*,) *disp. etiam 8. sect. 1.*

Quid Obduratio & Obcæcatio?

P. Suarez

Cardin. de Lugo.

124 Ad primam probationem minoris ex Augustini Doctrinâ desumptam, di-

Ex mente Augustin.

dico ex eodem Suarez, qui est lectu dignissimus de Mente Augustini *eo citato* nunquam Augustinum sensisse obdurationem, & obcæcationem per privationem auxilii sufficientis debere constitui. Quòd si alicubi ambiguè loquitur, Locutus est juxta triplicem sensum, quem nuper apposui, nempè, vel de privatione auxilii congrui, & uberioris: vel de effuscatione passionum & consuetudinis pravæ; vel de negatione auxilii proximi, sufficienter parati in Remoto. Ad secundam, dico eam desertionem intelligi, de Gratiâ habituali, vel de Gratiâ congruâ, vel de Gratiâ vividiori, vel de Gratiâ proximè sufficienti: nunquam intelligi posse de Dei desertione quoad sufficientiam, quâ Creatura habeat in manu regredi ad Deum, quem deserit. Ad tertiam, nego quod assumitur. Satis enim aptè explicata jam est Obduratio, & Obcæcatio.

Ulterior explicatio

125 Ad confirmationem primam, concedo antecedens, & nego consequentiam. Tria enim solet afferre status obcæcationis, & obdurationis: impossibilitatem resipiscendi, cæcitatem mentis, & summam animæ debilitatem, & quasi potentias emortuas. Tria hæc componi possunt cum auxilio sufficienti: nam impossibilitas est moralis, sumpta ab ingenti difficultate, quam parit adulta prava consuetudo vertia in quandam quasi naturam. Cæcitas est maxima distractio ad motiva delectabilia, quam passionum, & vitiorum exuberantia generat. Summa illa debilitas, est intentio pravæ consuetudinis: quæ singula, & omnia, benè componuntur cum physicâ potestate evadendi statum illum miserum: licèt exponderet passionum, & consuetudinis non finatur efformari spes evadendi.

126 Ad secundam confirmationem, permissâ majori, juxta debitam, & accommodam distributionem, negetur minor. Licèt enim confirmatio in Gratiâ, aliquando ad gradum ita eximium accedat, ut neque labendi potentiam secum patiatur, ut de Beatissimâ semper Virgine censeo, tamen communiter serum patitur labendi potentiam, & unicè dicit impeccabilitatem extrinsecam consistentem in extrinsecâ protectione, & speciali providentiâ dispeiandi auxilia congrua: unde argumentu nullum est. Deinde permissâ majori, & minori, nego consequentiam. Nam impotentia labendi non opponitur cum statu viæ: opponitur verò cum ipso impotentia non labendi, seu impotentia resurgendi à lapsu, qualis esset, si obdurati, & obcæcati carerent auxilio sufficienti.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

127 Ad tertiam, concessâ majori, nego minorem. Ad cujus primam probationem, dicatur, imponi Sanctis Doctoribus, Augustino, & Thomæ, imputari posse cuiquam quod evitari non potest: quid enim magis solemne apud Augustinum, quàm illud catholicissimum proverbium: *Nemo peccat in eo, quod vitare non potest?* Evitabile ergo esse debet quod imputatur ad culpam, eo gradu, quo imputatur ad culpam. Si enim imputatur ad culpam novam, distinctam, *inquam*, à culpâ, quâ redditus est indignus Divinâ Beneficientia, ideò imputatur ad culpam novam, quia præter liberam potestatem, quâ amplexus est statum indignitatis, habet potestatem liberam se melioriandi, & non vult. Nam si culpa nova non est, non est quæstio. Quòd si Doctores Sancti alicubi insinuatur oppositum, intelligendi sunt, de carentiâ auxilii sufficientis proximi, retento tamen auxilio sufficiente remoto, quo quis proximè potest assequi plenam sufficientiam, quâ caret, & evitare peccatum.

SS. PP. Augustin. & Thomæ Mens.

128 Quare illa Doctrina Goneti, ex Veteribus aliquibus Thomistis hausta, nempè contingere posse, quòd homo prematur præcepto, & nihilominùs carens, in pœnam peccatorum præcedentium, auxilio sufficiēti ad observationem, peccet, non est audienda: quia coincidit cum Propositionibus damnatis Michaëlis Baji, & Iansenii; & apertè juberet Deus impossibilia, contra Concilium Tridentinum, & Rationem Naturalem. Ratio premitur hoc Syllogismo. Ei, qui non habet sufficientes vires ad observandum præceptum, inobservatio secundùm præsentes, quas habet vires, est necessaria, & observatio impossibilis: atqui imputari non potest ad culpam, inobservatio secundùm præsentes vires, ex respectivâ impossibilitate præcepti necessaria: ergo neque imputari potest ad culpam ei, qui non habet vires sufficientes ad præceptum observandum. Major est evidens ex ipsis terminis. Minor est definita in Tri-

Gonetus Carpitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Greg. XIII Innoc. X. M. Lumb.

dentino, & insuper contra Bajum à Gregorio XIII: & ab Innocentio X. contra Ianſenium. Conſequentia benè ſequitur. Videatur Magiſter Lumbier in *ultimâ Editione hiſpanica Prop. damnat. ab Innoc. à num. 966.*

129 Ad ſecundam minoris probationem, quâ fortè deluſi ſunt aliqui, diſtinguo majorem: aliud eſt carere, ratione culpæ dantis occaſionem, auxilio ſufficiente ad deinceps operandum: & aliud eſt, peccare in carendo auxilio ſufficiente, ad cujus carentiam occaſionem dediſti peccando, & peccare in omiſſione operationis ſecurâ ad carentiam auxilii ſufficientis. Dato quòd primum accidat, & ſit verum, tota malitia eſt in peccato dante occaſionem ad carentiam auxilii ſubſequentis ad opera ulteriora: quæ carentia ſi prævisa ſit in causâ, augebit malitiam operantis, & dantis eam occaſionem: & erit quaſi effectus peccati, ipſumque aliquomodò complens. At ſecundum, imperceptibile eſt, & omninò parallelum Ianſenio, & Bajo.

130 Igitur applico diſtinctionem: ad imputationem culpæ, dantis occaſionem, & quaſi cauſalis, ſufficit culpa, &c. concedo. Ad imputationem novæ culpæ, quoad ea quæ ſubſequuntur ad carétiam auxilii ſufficientis, ſufficit culpa carendi eo auxilio, ſubdiſtinguo: ſi caret auxilio, ex mero libito, id eſt. potens proximè illud habere, & nolens, concedo: ſi in pœnam purè caret, nego majorem: ad cujus probationem dico libertatem in causâ ſufficere ad imputationem culpæ, dú eſt ea libertas: pro inſtanti enim, quo deſinit eſſe libertas in causâ, deſinit titulus ad novam imputationem eorum quæ ſubſequuntur ex causâ etiam damnabiliter datâ. Ad illud de lumine, patet libitum extinguendi non naſci à lumine tanquam à poteſtate talis libiti. Maneat igitur Obduratos, & Obcæcatos non carere ſufficientiâ ad videre Cœleſtia, & exinde ad lucra Divinæ Miſericordiæ, aliquando, juxta inſcrutabilia ſua judicia, vocantis fortiùs, qui minùs digni vocatione ſunt redditi.

Illatio tenenda.

SECTIO VII.

OBIECTIO QUINTA; VBI DE Infidelibus.

De Infidelibus. Difficultas valde gravis:

131 OBjicies quintò: Saltem Barbaris, & Infidelibus non apparet quomodo diſponeret Deus auxilia ſufficientia ad Salutem: ergo ſaltem quoad hos non tenet noſtra Regula Generalis. Antecedens probatur primò: quia ſunt Infideles, & Barbari, qui nunquam acceperunt auxilium ſufficiens ad credendum: ergo neque ad ſalutem. Patet conſequentia: quia fundamentum ſalutis eſt Fides: quis autem habeat Fidem, ſi credere non poteſt? aut quis poteſt credere, ſine ſufficientiâ ad credendum? Aſſumptum verò ſuadetur: quia Fides ex auditu, teſte Paulo: ſunt autem qui non audierunt, & quibus neque affulſit lux Evangelii, neque hoc unquam annuntiatum eſt. Secundò: quia ex Scripturis patet, ſicut aliis miſit Prædicatores Deus, negatos à Deo aliis. Sic habes *Actorum* 8. in facto Eunuchi & *Actor.* 16. in detentione Pauli, & Barnabæ, ne irent in Aſiam, & in Bythiniam: ergo his Deus negavit ſufficientiam ad ſalutem, eâ negatâ ad credendum impediendo prædicationem. Tertiò: quia ſolemne eſt Auguſtino recurrere ad ſcrutabile Dei judicium, cur uni Nationi dentur prædicatores, & vocetur: & non alii; neque vocetur: ergo eſt in eâ Sententiâ, ex Infidelibus plures à Deo deſeri, ſine ſufficientiâ ad ſalutem. Quartò: quia vel omnes Infideles peccant, in non credendo, vel ſaltem in non recedendo ab Infidelitate: vel non? Si ſecundum: ergo excuſantur ex impotentiâ: qui enim poteſt, & alioqui tenetur, non excuſatur facere quod tenetur. Si primum: videtur datus iſte ſenſus juxta illud Chriſti, Ioann. 15. *ſi non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent*: quem locum ita exponit Auguſtinus *tract. 89. in Ioan.* loquitur de illo peccato, quo non crediderunt in Chriſtum.

Secundò:

Ioann. 15.

Actor. 8. & 16.

Augustin.

132 Et augetur difficultas primò: ex Proſpero, & Sancto Thomâ ſecutis Auguſtinum. Ille *de Vocat. Gent. cap. 13.* manifeſtè docet *aliquos à Deo præteriri*: & quid autem eſt hoc, niſi accipere nihil? Deinde *ad cap. Gall. object. 4.* probat *Iudæos* fuiſſe homines, qui ſine Evangelii cognitione tranſierint, & qui poſſint dici non vocati. Quid clarius? Sanctus Thomas *2. 2. quæſt. 2. art. 5. ad 1.* manifeſtè docet, citans pro ſe Auguſtinum, non dari auxilium nullis in pœnam peccati præcedentis, ſaltem originalis. Vbi loqui non poteſt Angelicus Doctor de Efficaci, (eſſet enim otioſa exceptio;) ſed de ſufficiente.

Et augetur primò: Ex Prosp. & Augst & Sancto Thoma.

Secundò:

133 Augetur ſecundò: quia ſine frequenti miraculo non apparet, quomodo omnibus, & ſingulis Barbaris affulgeat veritatis lux: nam vel hæc debet eſſe, per externa Media Prædicationis: & hæc ſine frequenti miraculo extendi nō poſſunt ad omnes & ſingulas Gentes. Vel internâ inſpiratione: & hic modus non videtur cohærere cum ordine communi Providentiæ ſupernæ, ſic Eccleſiam architectatæ, ut à Viſibili Capite, per Epiſcopos & Prædicatores, membra reciperent influxum ſuum. *Addet*, ſicut in ordine naturali, ſunt neceſſaria ad vitam, cibus, operimentum, & medicina: ſic in ſupernaturali, ad Salutem ſunt neceſſaria auxilia ſufficientia: *Atqui* illa pluribus ſinit Deus inevitabiliter impediri: quidni ergo & iſta? *Adde* inſuper, mirum fore, & incredibile, nullum ex innumerâ Infidelium multitudine pervenire unquàm ad fidem, ſi ſinguli per auxilia ſufficientia vocarentur.

Tertiò difficulter.

134 Augetur tertiò, & quidem implexè, & difficulter. Omne auxilium ſufficiens vel præbet Juſtificationis initium, vel ſupponit: ſed Infidelibus & barbaris plerumque tale initium non eſt poſſibile: ergo nec ſufficiens auxilium. *Major* eſt certa: & probatur *minor*: quia primum juſtificationis initium eſſe non poteſt per actus merè naturales: nam iſti nihil valent ad obtinendam gratiam auxiliantem: ſed neque in barbaris eſſe poteſt per actus ſupernaturales: nam iſti, unidenam in hominibus, planè remotiſſimi à motivis ſupernis, & ambulantibus *in tenebris, & in umbra mortis*?

Cardo difficultatis. Suarez. Montoya. Ripalda. Tria certa Primum:

135 Hæc difficultas, de quâ operosè diſputant Magnus Suarez, & Montoya, & poſt ipſos ſingulariter Pater Ripalda, magnas turbas in Scholâ non ſemel excitavit, ex facili relapſu ad opiniones, quæ videantur favere Semipelagianis, & Maſſilienſibus. Illud ſtatuendum eſt primò: Infidelibus, quantumvis Barbaris, ita Deum aſſiſtere per diſpenſationem auxilii ſufficientis, ut per ipſos ſtet, & nō per Deum, ipſorum perditio, & inacceſſus ad Salutem. Id planè colligitur primò: ex noſtrâ Regulâ generali. Secundò: ex voluntate Divinâ, quâ Deus vult omnes homines ſalvos fieri. Tertiò: ex inexcuſabilitate, quam Paulus attribuit Gentilibus. Quartò: ex Divinâ Miſericordiâ ſe comparante, cum ſole, cum pluviâ, cum luce, & cum aliis cauſis univerſaliſſimis. Et conſpirant in hunc ſenſum Patres videndi apud citatos.

In Primã par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Alterum:

136 Secundò ſtatuendum eſt: hoc genus auxilii ſufficientis non ſtare præciſè in cauſis univerſalibus, alioqui ſufficientibus, & peraccidens impeditis. Primò: quia ſic plures ex Gentilibus eſſent plenè excuſabiles: ſicut excuſabilis eſt à morte voluntariâ, qui non poteſt applicare medicinam ſibi hic, & nunc impoſſibilem: alioqui ſufficientem. Id autem eſt contra textum Apoſtoli. Secundò: quia ſicèt auxilia ſufficientia negari poſſint in pœnâ peccati originalis, opera ſubſequentia non manerent imputabilia: ſicut imputari non poteſt, quòd non currat, ei qui præciſi ſunt pedes in pœnam. Quare

Tertium:

137 Tertiò ſtatuendum eſt: hoc genus auxilii ſufficientis, importare internam illuminationem ſupernam, quâ, ſi velint, poſſint ita venire ad agnitionem veritatis, ut per ipſos ſtet non venire, & non per Deum, paratum dare, ſi velint accipere. Primò: quia ſine hac interna illuminatione ſupernâ, ad manum, & in promptu parabili, non eſt ſalus in manu Gentilium: quid enim profint cætera, externè propoſita, & ſonantia, ſi deſit internus vigor ad ſalutem? Secundò: quia aliter impleri nō poſſunt Scripturæ, de luce illuminante omnem hominem venientem in hunc mundum, & de Divinâ Miſericordiâ, ſine exceptione, ſtante ad oſtium cordis, & pulſante. Tertiò, id ſuadetur ex cuſtodiâ Angelorum, & ex illuminationum ſupernarum indepenentiâ ab homine. Manere ergo debet, ita etiam quoad ſufficiens auxilium à Divinâ Providentiâ, Gentilibus conſuli, ut per ipſos ſtet, ipſorum perditio, & non per Deum paratum aſſiſtere, ſi velint, vel mittendo Prædicatores, vel excitando

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

do per Angelos, vel vocando per se ipsum. Quid contrà hæc opponi possit, citò videbimus. Modò ad objectionem initio propositam

138 Respondetur negando antecedens. Ad cujus primam probationem, distinguendum est antecedens: qui nunquam acceperunt auxilium proximè sufficiens ad credendum: concedo: auxilium remotè sufficiens, vi cujus haberent in manu auxilium proximè sufficiens, nego antecedens. Itaque nullus est adeò Barbarus, qui non acceperit à Deo quantum est opùs, ut per ipsum unicè steterit non credere. Ad id autem non requiritur, quòd singulis adsit auxilium proximè sufficiens: sufficit, quòd adsit illustratio supernaturalis de vanitate erroris, in quo est, & de inquirendâ veritate: quæ illustratio nulli deficiet, nisi velit occludere oculos mentis, & cordis. Ad probationem, fateor, fidem *esse ex auditu*, ut Paulus loquitur: eos verò qui non audierunt, licèt non acceperint auxilium proximè sufficiens ad credendum, accepisse remotè sufficiens ad fidem, vi cujus proximè sufficientis ad inquirendam veritatem, habuerunt in suâ manu proximam sufficientiam etiam ad credendum: neque enim Deus eget multo molimine ad annuntiandam veritatem his, qui voluntariè non sectantur tenebras suas.

Solvitur difficultas

139 Ad secundam probationem, fateor etiam, aliquibus provisum esse à Deo auxilium proximè sufficiens ad credendum; & aliis non datum: omnibus tamen, & singulis censeo esse paratum, & in promptu: quòd si Asianis, & Bythiniis impedivit, id est, non dedit illos Prædicatores, non ideò eos sine auxilio sufficiente reliquit: ipsi enim satis lucis habebant ad inquirendam veritatem: & mansere rebelles lumini. Quidquid Beda, & Gregorius Magnus in eâ mente sunt, ut censeant impeditam, ex favore, prædicationem: quia sciebat Deus, Asianos, & Bythinios eâ abusuros in majus sui præjudicium.

Suarez de Mente Augustin.

140 Ad tertiam ex Augustino, de cujus mente proderit, & placebit legere Magnum Suarez *part. 2. de Gratia l. b 4. cap. 18.* Dicendum est primò: sæpè Augustinum loqui de auxilio efficaci, & congruo: quod Deus ob inscrutabilia sua judicia concedit, & negat. Secundò: sæpè de abundantiori. Tertiò, sæpè de auxilio proximè sufficiente ad credendum. Nunquam verò loqui de auxilio simpliciter sufficiente, vi cujus sit omninò verum, per homines stare, & non per Deum, quominùs convertantur, & denuò credant. Et legendus Augustinus specialiter *lib. 3. de libero arbitrio, cap. 19.* ubi satis denotat nulli deesse facultatem adhibendi diligentiam pro veritate quærendâ.

141 Ad quartam, dico, Infideles, quibus non est annuntiata internè, vel externè veritas credenda, sed ejus habent incogitantiam, vel ignorantiam invincibilem, seu quasi invincibilem, non peccare peccato infidelitatis in non credendo, seu in non recedendo ab infidelitate: non tamen exinde colligi, deesse ipsis auxilium remotè sufficiens ad credendum, & proximè sufficiens ad non se opponendum veritati, vel ad non opponendum obicem vocationi, vel ad inquirendam aliqualiter veritatem, à quâ exulant. Unde hi, scilicet sint in impotentiâ proximâ ad credendum, & ex hoc capite excusentur à culpâ infidelitatis, non excusantur à culpâ omittendi eos actus, ad quos potentiam proximam habent: quos si ponerent juxta vires quas ad ipsos habent plenè sufficientes, non deesset ipsis auxilium ad credendum. Quare, de primo ad ultimum, per ipsos stat sæpè, non vocari, nec credere.

Prosperi Mens: & S. Thom.

142 Ad primam confirmationem ex Prospero, & Augustino, dico, Properimentem pro asserta generalis sufficientiæ veritate clariorem esse, quàm ut possit dubitari: Nam 2. *de Vocat. Gent.* passim distinguit auxilium congruum, & purè sufficiens, & *cap.* 25. expresè ait: *Deo autem placuit hanc* (nempè gratiam efficacem) *multis tribuere: & illam* (nempè sufficientem) *nemini denegare.* Unde cùm Sanctus Prosper negat Infidelibus Gratiam à Deo provisam, loquitur de efficaci, aut abundantiori, vel denuò de auxilio proximo ad credendum per explicitam annuntiationem Evangelicæ Veritatis: nunquam verò loquitur de gratiâ sufficiente, quam capiscimus, & quam apertè concedit. Et in hoc etiam sensu intelligendus est Angelicus Doctor.

143 Ad secundam, de quâ videbitur cum

Montoya.

cum fructu, & voluptate P. Ruiz multiplicem solutionem exhibens, & multipliciter exornans *disp. jam cit. 46. sect. 8. num.* 10. respondeo negando sequelam: non enim opùs est multiplicatione miraculorum, ut Deus, si per ipsos homines non stet, velit eos per auxilium proximè sufficiens ad credendum. Primò: nam ipsa ingratitudo Barbarorum impedit eam frequentationem miraculorum, si opùs esset. Secundò: quia si Barbari per culpabilem resistentiam non opponerent obicem vocationi, facile esset vel per Angelum, vel per aliquem Prædicatorem, sine magno miraculo, eos instruere.

Montoya.

Tertiò: quia sine magno molimine posset Deus specialiter aliquem instruere pro quovis Regno: & ostendit eruditè Ruiz eâ Deum usum providentiâ, ut semper

Bonavent.

verum haberet illa sententia Bonaventuræ *in 3. dist. 25. articulo 1. quæst. 2. Semper fuerunt aliqui famosi Dei cultores ab initio mundi, ad quorum aspectum, & exemplum alii poterant erudiri.* Id quod citatus Theologus eruditissimâ inductione per sæcula, & ætates mundi convincit.

144 Ad primam instantiam, concessis præmissis, negatur consequentia. Disparitas est primò, ex inæqualitate bonorum. Secundò: quia media ad vitæ conservationem finit Deus ordinationi causarum sese mutuò impedientium: at media ad salutis æternæ consecutionem dispensantur à Deo, imputante amissionem ipsius; atque adeò necessitaro præoccupare legitimam excusationem per dispensationem auxilii sufficientis vel proximi, vel remoti: vi cujus vera sint duo & à Deo seriò optari salutem omnium: & à nemine salutem amitti nisi ex culpâ datâ. Ad alteram, dico primò, non constare nobis quid inter immensum infidelium gregem ubique contigerit. Unde quis planè affirmet id non contigisse? Secundò, in novissimis Historiis Indiarum Occidentalium, & Orientalium

Montoya. Herize.

occurrisse casus hujusmodi: ut testantur Ruiz, & Herize, & Historiarum tenor.

145 Ad tertiam, quæ certè difficilior est ob gravissima puncta, quæ concernit, distinguo majorem: omne auxilium sufficiens ordinis naturalis, nego majorem: omne auxilium sufficiens ordinis supernaturalis, subdistinguo: vel proximè, vel remotè præbet justificationis initium, vel supponit, concedo: proximè semper præbet, nego majorem. Itaque in re gravissimâ, quæ concernit ad justificationis initium, & ad necessitatem Fidei (de quâ videndi sunt contra Ripaldam specialiter Cardinalis de Lugo, & Pater Oxea, uterque de Fide, ille *disp. 12. sect. 3.* & hic *disp. etiam 12.*) distinguenda est duplex Gratia, seu duplex auxilium cum Patre Suarez: & ordinis naturalis, quam gratiam philosophicam voco disputando *de Auxiliante Gratiâ*; & ordinis supernaturalis, quam voco Gratiâ Theologicam. Illa Gratia philosophica sufficit ad actus naturales honestos, & ad evitanda peccata, ut *loco citato* videbitur: nunquam tamen sufficit ad initiandam justificationem: quia id sonat congruitatem, quæ non potest convenire actui naturali respectu supernaturalium. Solùm igitur initiare potest Justificationem auxilium supernaturale: sed hoc auxilium potest initiare proximè, vel remotè: remotè, tanquam aurora, & crepusculum Fidei, disponendo ad illuminationem Fidei, per congruam orationem, & inquisitionem veritatis: proximè, tanquam illuminatio Fidei, sine quâ non contingit justificatio. Et hæc de majori.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante. Reipalda. Card. Lug. P. Oxea. P. Suarez Infrà lib. 10.

146 Nunc negetur simpliciter minor. Nam licèt infideles non semper habeant auxilium supernaturale proximè sufficiens ad justificationem, imò neque remotè sufficiens: quia neque habent fidem, neque ipsius illa crepuscula, consistentia in illustrationibus supernis excitantibus ad orandum pro Fidei illuminatione; tamen utrumque paratum habent à Deo, dispensaturo, nisi per ipsos staret; & utrumque desinunt habere ex culpâ, quâ obicem opponunt Divinæ vocationi. Si enim infideles, quod est in se, facerent, utendo benè ratione naturali, illuminarentur à Deo per illam quasi auroram Fidei, quæ crescceret usque ad perfectum diem, id est, usque ad Fidem expressam, & perfectam. Hinc ad probationem minoris, concessâ majori, negetur minor: multipliciter enim potest homo quantumvis Barbarus supernaturaliter illustrari, Spiritûs Sancti Magisterio, dummodo ipse non sit rebellis cœlesti lumini. Sed ecce

SEC-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

SECTIO VIII.

OBIECTIO SEXTA: VBI SENSVS *Axiomatis: Facienti quod est in se, Deus non denegat Gratiam.*

Axioma: Facienti quod est in se, &c.

147 OBjicies sextò: Eatenùs Infideles, & Barbari manent inexcusabiles, licèt semper in actu non habeant auxilium supernaturale vel proximè, vel remotè sufficiens, quia ex datâ culpâ desinunt habere, habituri, si vellent: quia Deus pararus est dare, nisi per ipsos stet. Hæc est Doctrina nuper posita. Ergo ut Deus donet auxilium Supernaturale tam proximè, quàm remotè sufficiens, expectat aliquid ex parte donatarii. Surgunt exinde plures difficultates. *Prima*: quid istud est, si Supernaturale non est? *Altera*: in quo genere Deum movet ad donationem? Si enim præcedit ad omne auxilium Supernaturalis Gratiæ, ex parte naturæ dabitur vis aliqua merendi justificationis initium, aut se disponendi ad illam: qui error est Massilienfium? *Tertia*: quanto tempore Deus expectat? *Quarta* demum: undenam constat hujusmodi Divina voluntas dispensandi Omnibus auxilia, nisi per ipsos stet? Ergo nihil expectat Deus ex parte Donatarii ad dispensationem auxiliorum Supernaturalium. Id quod videtur definitum in Arausicano *Can.* 4. sic dicente: *Araufican* *Siquis, ut à peccato purgemur, voluntates nostras Deum expectare contendit, resistit ipsi Spiritui Sancto.*

§. I.

ALIORVM IVDICIA CIRCA SENSVM Theologici Axiomatis.

Ratio difficultatis.

148 HVjus Solutio Objectionis, quæ valde difficilis est & gravissima; pendet ex vero sensu Axiomatis illius Theologici: *Facienti quod est in se, Deus non denegat Gratiam.* Quod Axioma videtur admissum ab omnibus, tanquam Principium per se notum in Theologiâ: redditum tamen est intellectu, & explicatu difficile ex contentione Theologorum. Nam vel *illud facere quod est in se*, sumitur contrapositè ad *facere ex gratiâ*, vel non? Si secundum 1. in quod Magni Theologi inclinant ex Modernis, quos protegit novissimè Pater Aldrete *de Prædestinatione disp. 16. sect. 7. §. 4.* *Aldrete.* iur contra communem sensum omnium ferè Scholasticorum, tribus ab hinc sæculis, aliter axioma exponentium, nec expeditur ulla via ad tuendam generalitatem Divinæ sufficientiæ, in quam collimare ex communi Doctorum sensu videtur axioma. Si ergo primum, exardescit difficultas ex improportione Naturalis ordinis ad supernum: ex independentiâ istius ab omni conatu Naturæ, nisi detur pactum, lex, aut promissio Dei, de annectendâ Gratiâ, Naturæ conatibus: at ubinam Scripturæ de hac lege? Et permissâ lege, quæ causalitas exercetur à Naturâ conante circa Gratiam? Quomodo liber erit calamus à lapsu Massilienfium? Ecce difficultatem: quæ quanta ea fit, apparebit magis, brevi perpensis expositionibus talis axiomatis.

149 Prima est hæretica, utpotè Massilienfium, & Semipelagianorum, in eo turpiter inter alia errantium, quòd Naturæ, suis viribus, vel se disponenti, vel imperranti, vel alleganti meritum aut perfectum, aut imperfectum, tribuerent justificationis initium, & coram æconomiam Gratiæ. Sed hic error damnatus est in Concilio Arausicano, fere per *omnes Canones*, & in Tridentino *Sess. 6. cap.* 5. Et de eo proderit legere inter alios P. Vazquez *tom. 1. in 1. p. disp. 89. & 91.* P. Suarez *de Prædest. lib. 2. cap. 1. & 6.* & *part. 1. de Gratiâ* latissimè, & Patrem Didacum Ruiz de Montoyâ *de Providentiâ tract. 3. disp. 14. & seqq.*

Hæretica expositio. *Rejecta ab Arausican Tridentin.* *Vazquez. Suarez.* *Montoya.*

150 Secunda, licèt plurium Catholicorum, vix differt à præcedenti, dum *facienti quod est in se viribus Naturæ*, alligat consequentiam auxiliantis & justificantis Gratiæ, tanquam illam mercenti de congruo per naturales vires. Ita ad hoc usque sæculum, *per annos ferè trecentos*, Theologi primores, inter quos Angelicus Doctor, & Bonaventura, vix excusabiles in literâ, nisi ex temporis inadvertentiâ, & incuriâ legendi Antiquiores Patres, & evolvendi Concilia contra errores Pelagii, & Massilienfium. Debent tamen isti Theologi, (quorum syllabam vide apud Ripaldam *tom. 1. de Superna. disp. 17. sect. 1.* & apices sensumque Doctrinæ apud Ruiz *de Provid. tract. 3. disp. 21. à sect. 2.*) studium & affectum ipsos excu-

Altera expositio Veterum Theolog.

Eorum sententia.

excusandi eruditissimo Patri Ruiz de Montoyâ *disp. nuper citatâ sect. 1.* Verùm Doctrina tribuens Naturæ meritum Congrui ad Justificationis Initium, & ad Gratiam auxiliantem, excusari non potest ab errore Massilienfium, quia ejus nucleum continet. Neque enim Massilienses Meritum condignum in opere naturali, respectu Gratiæ voluerunt, sed contenti sunt congruo, ut apertè demonstrant ipse Ruiz *disp. 14. sect. 3.* & Ripalda *tom. 1. cit. disp. 17.*

Ripalda. Montoya.

151 Tertia, ut se præcaveat ab errore Massilienfium, ita sumit illud *facere quod in se*, ut unicè intelligat de *faciente quod est in se* per vires Gratiæ: quasi bene utenti primis Divinæ Gratiæ auxiliis, Deus cóferat ulteriora & uberiora, crescendo ab aurorâ primæ supernæ lucis, illustrantis lumen rationis, adusque perfectum diem. Hac se protegunt expositione Moderni Thomistæ cum Alvarez; & ex Nostris aliqui, quos nuper secutus est Aldrete. Nostri, ut videre est, ex zelo fugiendi à Massilienfibus: Thomistæ verò, ex contentione carpendi Molinam, & Nostros. Sed Axioma aliter sonuit inter Thomistas: & vel eundum est contra omnes ferè Doctores Catholicos, per annos ferè trecentos in Scholâ, in suggestu, & in throno versatos, vel axioma intelligendum est de faciente quod est in se per naturales vires. Oportet ergo retinere sensum axiomatis, ejusque sanitatem inquirere, ne cogamur asserere, sensum erroneum universaliter à Doctoribus Catholicis per trecentos circiter annos in Ecclesiâ, traditum, tanquam de trinâ veram, ut advertit Herize *tract. 3. disp. 27. cap. 2. num. 11.* Quidquod ex hoc exponendi modo, nullus appareat exitus præsentis nodi de generalitate sufficientiæ: quam ex hoc axiomate Catholici Doctores tutati ubique sunt.

Tertia expositio Thomistarum ex Alvarez. Aldrete. Molina.

Herize.

152 Quarta igitur ita sumit illud facere quod est in se per naturæ vires, ut Gratia non subsequatur ad *facere naturale*, sed præveniat: quia ex Dei lege infallibili, & ex pacto cum Redemptore, vel, si mavis, ex Divinâ Misericordiâ, statuit Deus, *vel ita* prævenire per gratiam omnem honestam operationem, ut nunquam sit in homine libertas ad honestè naturaliter operandum, dissociata à libertate Supernaturali, seu à libertate

Quarta expositio P. Molina P. Ripalda

Prior modus.

Aranda de Deo.

ad operandum *insimul* Supernaturaliter; *vel ita* præoccupare per gratiam operationem naturalem, ut homini aliàs operaturo per naturæ vires (quod prævidet Deus per Scientiam Mediam) inserat Gratiam, ut, operaturus aliàs naturaliter, Supernaturaliter operetur. Ita *faciendi quod est in se, Deus non denegat Gratiam*, procul ab omni suspicione Semipelagianismi: nam hic, *inquiunt*, non datur gratia ex intuitu operis naturalis: nec hoc facit ullam vicem aut meriti, aut dispositionis, aut conditionis. Ita discurrunt Molina, & Ripalda, quibus novissimè accessit Herrera *de Prædestinatione quæst. 14. sect. 2. à num. 23.* & quocum incedere video Magistrum Graven: cum hoc magno discrimine à Molinâ, & à Ripaldâ: quòd Herrera, & hic Magister tantâ universalitate loquuntur, ut negent usquam, aut ullibi fieri, aut factum, Actum honestum Naturalè. Molina verò non id audet, nec ausus est; nec Ripalda. Sed neq; hi duo conveniunt. Nâ Ripalda, ex *nuper* assignatis, primum discurrendi modum amplectitur: Molina, secundum. Uterque procul ab impostoris, & conviciis, quibus a thomisticis calamis, manuductis ab Alvarez, & ex se satis pronis, lacerari Molina injustè soler.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Posterior modus. *P. Herrer.*

153 Sed in neutro discurrendi modo subsistere potest hæc expositio. Imprimis generalis ille discursus Ripaldæ de indissociatione libertatis utriusque honestæ, Naturalis, & Supernæ, ex placito Dei, non est conformis Scripturæ, nec Patribus, nec Rationi tàm philosophicæ, quàm Theologicæ, ut infra *disputando de Deo Auxiliante*, latè evincetur adversus ingeniosissimum hunc Theologum. *Ibi* specialiter deferetur iste discursus, ex inutilitate pro tuendâ Præsentis Axiomatis veritate: nam hoc nó est esse paratam Gratiam, *facienti quod est in se*, sed *potenti facere*: unde nec ullus excessus, aut favor est in *faciente præ non faciente* culpabiliter, cùm æquè uterque possit. Quis hanc credat esse mentem Theologorum in hoc axiomate? Vide me *ibi*. Deinde contra Patrem Molinam est primo, quòd theologica hæc præmia loquitur de Gratiâ sufficienti; ipse autem unicè intelligit de Gratiâ efficaci. Secundò: quia non satis discessit à modo loquendi Massilienfium, dum tetigit ad opus

Repellitur *Infrà lib. 11. à num. 149.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

naturale conditionatè prævisum, pro dispensandis auxiliis. Tertiò: nam libertas constituta per cognitionem naturalem, & libertas constituta per Gratiam, etiam circa idem objectum sunt diversæ libertates: undenam ergo ex unius recto usu, colligitur paritotmis usus in altera?

P. Herrer. P. Munieſſ. Infrà lib. 11. à num. 215.

De generali dicto P. Herrera, & accedentis Magistri, dicam clarè, quod sentio, *Tract. 3. lib. 11. à num. 215.*

Quinta expositio Apud Ripalda. Suarez. Valentia. Vazquez. Herize.

154 Quinta expositio ita sumit axioma, ut *facienti quod est in se* per vires Naturæ, alliget, & annectat Gratiam, tanquam se disponenti ad illam non tamen merenti. Itaque hic dicendi modus distinguit Dispositionem à Merito: & quidem discrimen dispositionis à merito, quamvis negatum à magnis Theologis, Suarez, Valentiâ, Vazquez, & Herize, firmat multipliciter P. Ripalda *disp. 18. sect. 1.* tùm ex conceptu Obsequii, quem non requirit dispositio; & meritum imbibit. Tùm ex modo respiciendi donum; nam Meritum respicit donum indifferenter tribuendum vel operanti, vel alliis: dispositio respicit donum ut sibi dädum. Tùm ex modo se habendi erga donum: nam Meritum quasi exigit; non ita dispositio. Tùm demum quia meritum importat causalitatem positivam: Dispositio, non ita. Hoc igitur posito discrimine, censet hæc opinandi classis, exclusum esse à Concilis, & Patribus contra Massilienses omne genus Meriti tam condigni, quàm Congrui, nō verò genus Dispositionis Moralis per opera honesta naturalia: unde facienti quod est in se per naturales vires, tuta videtur, inquiunt, alligatio Divinæ Gratiæ. Sic discurrunt inter alios veteres, Sotus, Zumel, & Medina, quos insequuntur aeriter Ruiz, & Herize: hic, *disp. 26. de Prædest. cap. 2.* ille, *tract. 3. de Providentiâ, disput. 20.*

Sotus. Zumel. Medina.

Rejicitur.

155 Sed iste sentiendi modus adhuc hæret ad Scopulos Massilienſium. Primò: vel illa dispositio Moralis habet congruitatem intrinsecam ad movendum Deum ut ita se disponenti potius Gratiam conferat, quàm se non disponenti; vel non habet? Si primum: differre non potest à Merito congruo. Et quamvis, sub hac aut illâ præcisione differat, sufficit ut Natura dicatur inchoare Justificationem, per se posse conducere ad salutem, & facere satis ex suis viribus, ut ipsi tribuatur æconomia Gratiæ: qui erat scopus Massilienſium. Si secundum: undenam habet energiam dispositionis, actio naturalis honesta? Si enim dicas, habere congruitatem extrinsecâ ex indole Gratiæ, exigentis in subjecto actiones naturales honestas, ut præludium sui, sine exigentiâ tamen in illis ad inferendam, vel afferendam ipsam Gratiam; contrà est: Tùm quia hæc exigentia grätis fingitur in ipsâ Gratiâ. Tùm etiam quia sive exigentia ſiet ex parte gratiæ, sive ex parte actionis naturalis, si gratia præexquirit ad existentiam sui; actionem naturalem honestam; qui hanc ponit naturæ viribus, viribus naturæ inchoat æconomiam Gratiæ: quod Semipelagianum est. Secundò: quia sive congruitas sit intrinseca ex connexione actionis naturalis honestæ ad existentiam Gratiæ, sive extrinseca ex decore Gratiæ illam, ad existentiam sui, præexigentis; incidimus in sensum Cassiani ducis Massilienſium: cujus sunt illæ voces: *Ita semper Gratia Dei nostro in bonam partem cooperatur arbitrio... ut nonnunquam etiam ab eo quosdam conatus vel exigat, vel expectet:* Ita *collat. 13. cap. 13.* Ob hæc

Sexta expositio.

156 Sexta expositio, negatâ ratione meriti, dispositionis, & impetrationis ad Gratiam in operibus Naturalibus; ex lege Dei, & ex pacto cum Redemptore contendit opera honesta naturalia esse conditionem à Deo liberè prædispositam ad dispensationem Gratiæ: unde *facienti quod est in se* per naturæ vires, *Deus non denegat Gratiam*: non quia Naturæ vires præstent aliquid in genere meriti, dispositionis, aut impetrationis; sed quia Deus, qui suorum donorum Dominus est, voluit ex meritis Redemptoris istam conditionem apponere. Sed hæc lex infallibilis ita generalis nec placere potest, nec vera est. Non est verè: quia plerumque Deus sceleratissimis dispensavit auxilia sufficientia: ergo illa alligatio Gratiæ ad opera honesta naturalia non est generalis. Tùm etiam quia Arausicanum secundum *canon. 6.* citra mentionem meriti, aut dispositionis, etiam damnat hanc annexionem Gratiæ ad Naturam ex se conantem. Placere non potest. Tùm quia lex ista asseritur sine textu: Placitum autem Dei unde constare potest, si revelatio

Excluditur.

latio non extat? Tùm etiam quia ista lex colligitur à defensoribus à ratione: ergo opera Naturalia honesta possunt esse ratio ad colligendam annexionem Divinæ Gratiæ. Ecce Massiliæ labem!

Septima P. Herize.

157 Septima expositio distinguit inter dare gratiam facienti quod est in se, *quia facit*: & facienti quod est in se, *quando facit*. Primum importat aliquam causalitatem respectu Gratiæ: non secundùm quia solùm dicit coincidentiam operationis honestæ Naturalis, & Gratiæ. Est ergo sensus axiomatis: facienti quod est in se, Deus non denegat Gratiam, non quia det Gratiam, quia facit quod est in se, sed quia voluit dare, quando faciat quod est in se. Quòd si quæras: an operatio naturalis honesta quidquam conferat ad subsecutionem Gratiæ: respondet, moraliter conferre nihil: physicè verò conferre: sicut physicè confert Natura Rationalis præ Irrationali ad existentiam Gratiæ. Ita Pater Herize. Sed contra primò: nam manifestè relabitur in expositionem præcedentem: nam vel est quasi casualis ista conjunctio, vel nō? Primum dici non potest: ergo debet dici secundum: ergo Deus confert Gratiam directus à prævisione operis honesti naturalis. Quid ergo deest, ut dicatur Deus conferre Gratiam, quia facit? Secundò: quia ut bene notat Ruiz *de Provid. disp. cit. 20. sect. 2. num. 14.* dispositio physica in ordine Naturali circa gratiam dissonat Patribus Ecclesiæ, & consonat Massilienſibus: quia sive dispositio dicatur physica, sive moralis, aliqua proportio supponitur inter dispositionem, & formam. Tertiò: quia si actio naturalis honesta semel dici potest dispositio circa gratiam, nequit non esse moralis dispositio: est enim actio moralis, & libera: neque conducens nisi ex liberâ honestate, quam affert.

Rejicitur.

Octava P. Vazquez.

158 Octava expositio est P. Vazquez, qui distinguens duplicem Gratiam, aliam entitativè Supernaturalem, & aliam entitativè naturalem consistentem in cogitatione Congrua; ratus utramque esse Gratiam dogmaticè sumptam, & Gratiâ Christi, quam Patres contra Pelagium adstruxere, procedit dicere: facienti quod est in se, per vires Gratiæ pertinentis ad ordinem naturalem, præstò esse à Deo Gratiam ordinis Supernaturalis: & quidem ex merito congruo, non tamen præstito nisi per Gratiam cogitationis congruæ, quæ simpliciter est Gratia per Christum. Sed hæc expositio mille scatet incommodis. Imprimis doctrinam assumit summè difficilem in puncto de dogmaticâ Gratiâ, & quam susè rejiciâ, cū de ipsâ sit sermo *in seq. lib. 10.* Deinde, sub speciosis vocibus, retinere videtur subsantiam erroris Massilienſium: nam ista, quâ Gratiam vocat cogitationis cōgruæ naturalis, eatenus est Gratia, quatenus dicit actum secundum: ergo ex parte actûs primi nihil habet, quod simpliciter appellari debeat entitativè Gratia: ergo Natura per vires omninò suas elicit actum secundum: sed iste actus secundus habet in hoc modo discurrendi vim meritivam gratiæ: ergo Natura per vires omninò suas habet vim meritivam Gratiæ. Quid aliud dixere Massilienſes?

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. Rejicitur: Infrà lib. 10. à num. 218.

§. II.

EXPOSITIO DOCTORIS EXIMII, MENS Nostra; & Solutio totius difficultatis.

P. Suarez Laus. Ejus expositio sex puncta cōtinet.

159 REm hanc variis in locis tetigit Eximius Doctor, P. Franciscus Suarez, nempe *lib. 3. de Auxil. cap. 2. à num. 6. & 1. p. lib. 2. de Causâ Prædest. cap. 18.* Sed eam contra novos Impugnatores tàm Domesticos, quàm Externos, quos ruit sus aggressus est elucidare *part. 2. de Grat. lib. 4. à cap. 12.* Id quod video tàm mirabili comprehensione, & eruditione perfectum, ut solùm possit displicere, nolenti legere, & meditari. Mentem tanti Doctoris repræsentabo primum: deinde si quid adversus eam insurrexerit, adjiciam judicium meum.

Primum:

160 Prima Doctoris Eximii Assertio est: Deum, ex pacto cum Redemptore, exque ejus meritis, statuisse dare omnibus, & singulis auxilium sufficiens, ut possint credere, & fieri Filii Dei, & assequi vitam æternam. Hæc lex convincitur ex voluntate Salvandi omnes, ex Christi satisfactione, & Redemptione, & ex Scripturis satis firmantibus interveniſſe pactum onerosum inter Deum & Christum Dominum, de redintegrandis hominibus in ordine ad ultimum finem, positâ morte Domini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

161 Secunda assertio est: hanc legem de dispensandâ generaliter hujusmodi sufficientiâ, non fuisse omninò absolutâ, sed sub aliquâ conditione. Ratio est evidens à posteriori: quia constat experimento, non adesse vel adfuisse singulis proximam sufficientiam ad Credendum: ergo quia lex de eâ dispensandâ non est absoluta promissio, sed facta est, ex placito pacisicentium, pendens ab aliquâ conditione.

Secundam:

Tertium:

162 Tertia assertio est: Conditionem hujusmodi esse aliquid non requirens ad sui existentiam, positionemque, auxiliū Gratiæ dandum ex vi promissionis. Est etiam evidens: quia si conditio debet impleri, ut Promissio censeatur obligare; conditio nequit esse effectus auxilii, quod dispensandum est ex vi promissionis obligantis: debet enim esse priùs impleta conditio, quàm sit res promissa.

Quartum:

163 Quarta assertio est: Complementum hujus conditionis non esse necessarium, ut Deus det supernaturalem Gratiam suam: esse tamen necessarium, ut Deus non deneget, seu ut Deus ex vi pacti quasi teneatur dare. In hac distinctione, quam facit P. Suarez, & quam aliqui nolunt advertere, vertitur tota res. Prima pars patet: quia Deus plerumque vocat eos, qui vocari merentur minùs, juxta illud Isaiæ 65. *Inventus sum à non quærentibus me.* Secunda probatur: quia licèt Deus plenè sit liber in dādis auxiliis etiam non facienti quod in se est, & positivè indignis; tamen se voluit obligare ad non denegandum facienti quod est in se. Vnde duo fiunt, notanda maximè. Primum: ad habendum à Deo Divinum auxilium, non esse necessariam conditionem, ut homo benè utatur suâ libertate naturali, ut volebant Massilienses. Secundum: promissionem conditionatam ex pacto cum Christo esse ad non denegandum. Quare non ideò, quòd facienti quod est in se Deus non deneget Gratiam, valet èconversò, negandam Gratiam, non facienti quod est in se.

Quintum:

164 Quinta assertio est: conditionem hujusmodi, necessariam ex pacto, ut Deus non deneget, non habere vim meriti vel condigni, vel congrui, aut dispositionis positivæ in ordine ad gratiam. Ratio est: quia id asserendum, & assertum voluere Patres Arausicani contra Semipelagianos. Tùm quia concepta meriti, & dispositionis stare nequit sine proportione respectu formæ, vel præmii: hæc autem proportio inter actiones naturales honestas, & ordinem Gratiæ, nulla est.

Sextum:

165 Sexta assertio est: Eam conditionem, sub quâ Deus ita obligare se voluit ex meritis Christi, solùm esse negativè intelligendam, id est, si homo liberè non opponat impedimentum Divinæ Vocationi. Ratio est præter Authoritatem Patrum, & Theologorum, quia semel exclusis ab actionibus naturalibus circa Gratiam, propter improportionem, rationibus meriti, & Dispositionis proportionatæ, solùm restat, ut conditio faciendi quod est in se, negativè, & ad summum purè materialiter sumatur, quatenus homo nō ponit obicem, & per actiones naturales honestas, minuit ineptitudinem subjecti ad recipiendū lumen Divinę Vocationis. Vnde *ly facere quod est in se*, nunquam est ratio obtinēdi Gratiam: est tamen conditio, quâ ab homine positâ, per Christum habebitur Gratia. Quare circa Gratiam totum illud, quod per vires naturales facit homo, ut verum sit facere quod est in se, unicè confert in genere removentis prohibens, aut per modum materialis dispositionis subjectivæ, excutiendo torporem, cavendo peccata, & minuendo subjecti ineptitudinem, ut magis explico cum eodem Suarez disputando *de Auxiliante Deo.*

Infrà lib. 13. à nn. 32 Illario:

166 Ex his sex assertionibus multâ eruditione fundatis colligit denique Doctor Eximius intelligentiam Axiomatis Theologici: *Facienti quod est in se, Deus non denegat Gratiam*: ita, ut non sit sensus, quòd Deus alligaverit Gratiæ sufficientis auxilia, Facienti, quod est in se, nō daturus, homini non facienti: hic enim sensus est planè falsus: sed ita, ut sensus sit, quòd Deus voluerit ex pacto cū Redemptore manere cum obligatione dandi Gratiæ sufficientis auxilia, facienti quod est in se, id est, non ponenti voluntarium obicem, nec augenti ineptitudinem per nova peccata: unde facere quod est in se, non habet vim ullam meriti, aut dispositionis moventis ad existentiam Gratiæ, sed pūrè conditionem removendi prohibens: id quod sufficit, ut nullus Divinâ Gratiâ careat nisi ex culpâ;

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

pâ; & ut omnibus adsit vel remotè, vel proximè sufficientia, ut salvi fiant, si velint: per hominem enim abest, & non per Deum, paratum assistere, nisi positivè resistat homo.

Authoris judicium.

167 Hæc est Mens Doctoris Eximii. Sed restare videntur tria. *Primum*: quid, & quantum præstare debeat homo, ut dicatur impleta conditio facientis quod est in se? *Alterum*: quomodo id, quantulumcumque sit, præstare debeat homo, si solùm est per modum removentis prohibens; an liberè, an necessariò? *Tertium*: quantum differre possit Deus, posità semel conditione, dispensationem auxilii promissi?

Ratio primæ dubitandi:

168 Et contra primum est ratio dubitandi. Primò: nam si non constat de quanto faciendo per vires naturales ponitur incerta conditio: quis autem certam obligationem adstruat sub incertâ conditione? Secundò: quia si conditio solùm est non ponere obicem, imprimis restat dubium de quantitate temporis, nam longo tempore non peccare, est sine Gratiâ ardunm: imò & moraliter impossibile: quis autem conditionem moraliter impossibilem adstruat? Deinde fit, eum qui peccavit semel, jam posuisse obicem efficacem: unde manere debet sine spe habendi à Deo sufficiētiam, ut salvus fiat: Quis autem est, qui statim ab usu rationis non delinquat? Ergo conditio, sub quâ promissio dicitur facta, est conditio inutilis, & illusoria.

Ratio secunda dubitandi: Cardinal. Sfortia.

169 Contra secundum, est ratio dubitandi: nam vel ista remotio prohibentis, & objicis, debet esse libera, vel necessaria? Non necessaria: nam, ut benè notat Eminentissimus Sfortia, hæc remotio prohibentis purè dicens innocentiam vitæ negativam habetur ab amente, & ab infante: ergo his deberetur illustratio per Gratiam. Tùm etiam: quia si innocentia vitæ solùm negativè considereretur prout mera exclusio mali, est conditio, quæ dormienti competit, & quæ dormiendo potest impleri. Quis autem credat sub hac conditione promissam à Deo sufficientiam, & quidem ex pacto cum Redemptore? Si ergo debet esse libera, instat Eminentissimus Author, accedente Patre Augustino Herrera: vel est pura remotio libera præscindens ab honestate, vel non? Si secundum: ergo attenditur honestas naturalis ad collationem Gratiæ: ergo attenditur actio naturalis, non ut putè removet prohibens, sed etiam ut prædisponit, & honestat operantem: ergo attenditur ut moralis dispositio positiva contra doctrinas rejectas. Si ergo primum: ad quid requiritur in conditione libertas, si honestas, & laudabilitas non attenditur?

P. Herrer.

Tertia ratio dubitandi:

170 Contra tertium est etiam ratio dubitandi: quia vel tenetur Deus ex lege dare mox Gratiam, simulatque conditio est impleta per hominem, vel non? Non primum: quia repugnat experientiæ: & esset valde mirum, quòd in totâ gentilitate vix esset, qui conditionem implevērit, & vix est qui dicatur auxilium recepisse. Non secundum: quia si semel Deus differat, homo sine Gratiâ in nova peccata ruet, per quæ redditur jam indignus vocatione, & amissum est illud quasi jus ex meritis Christi ad habendam Gratiam, posità semel conditione, sub quâ ex pacto promissa Gratia est?

Evasio Cardinal. Sfortiæ Palavic.

171 Ob hæc Eminentissimus Sfortia citatus *Assert. Theologic. lib. 2. cap. 5. à num.* 100. peregrino discursu contendit Opera bona naturalia, per quæ facit homo quod est in se, esse conditionem aliquomodo positivè conducentem ad collationem supernaturalis Gratiæ sufficientis, sine ullius ratione meriti, etiam congrui: & hanc esse Mentem Angelici Præceptoris, & Theologorum quos deseruimus *num.* 150. nec esse posse contra mentem Arausicani, & Patrum, qui dum oppositum videntur loqui, loquuntur de Gratiâ congruâ, & efficaci, quam dari ex meritis præcedentibus Semipelagiani contendebant, ne Deus alioquin esset acceptor Personarum: non verò de Gratiâ sufficienti.

Ingeniosa:

172 Discursus est hujusmodi. Si non fuisset redempta Natura post peccatum originale, possent homines, potestate non solùm physicâ, sed etiam morali, evitare pœnam sensûs æternam: ergo possent per opera honesta naturalia mereri liberationem à periculo incurrendi in ipsam, vel merendo à Deo, vitæ abruptionem, & accelerationem mortis, vel merendo liberationem à periculo committendi peccatum mortale. Ratio entymematis est: quia cùm pœna sensûs æterna non sit pœna peccati originalis, durissimum

Exponitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

mum esset, ut Natura etiam post peccatum originale, non posset per vires suas, & operationes honestas evadere hanc pœnam. Iam sic: ex Beneficio Redemptionis non est occasionatum ullum nocumentum hominibus; sed esset occasionatū aliquod nocumentum, si ad operationes honestas naturales, per quas aliunde posset homo mereri vitationem Inferni, non succederet Gratia supernaturalis ex meritis Christi, & ex pacto cum ipso: ergo quoties homo facit operationes honestas naturales, per quas mereretur in Naturâ lapsâ vitationem inferni, ex pacto cum Christo, & ex ipsius meritis, habet infallibiliter à Deo Gratiam sufficiētē. Et hoc modo intelligitur benè pactū, & certitudo cōditionis, & obligatio Dei, citra ullum meritum etiam congruum ex parte hominis naturaliter operantis.

173 Difficultas est in proximo Syllogismo. Et major est evidens: quis enim credat homini per maximum beneficium Redemptionis, obvenisse aliquale nocumentum, etiam de peraccidens? Minor probatur: quia redintegratâ per Redēptionem elevatione, vitatio inferni mansit in Adultis infallibiliter ex lege Dei conjuncta cum consecutione vitæ æternæ: ergo impotens mereri vitam æternam, mansit impotens ex accidenti beneficio mereri vitationem inferni: ergo nisi Deus illis operibus naturalibus alligasset Gratiam sufficientem, saltem de peraccidens esset occasionatum hominibus nocumentum ex beneficio Redemptionis. Sic intelligo discursum Eminentissimi, & ingeniosissimi Authoris.

Sed deseritur.

174 Verùm iste discursus, quamvis subtilis, placere non potest. Primò: quia communis Theologorum persuasio est, ex multis, quæ *locis citatis* congerit Pater Ruiz de Montoya, non solùm Gratiam efficacem, sed etiam sufficientem fuisse scopum Arausicani, & Patrum, negantium contra Massilienses, Gratiam subsequi ad conatus humanos merè naturales, non solùm merentes, sed ne disponentes quidem. Secundò: tota discursûs speciositas eluditur, admissâ in naturâ lapsâ, facultate morali non peccandi lethaliter: eo enim ipso datur in eo statu potestas evadendi pœnam æternam sensûs. Tertiò: quia nullum est nocumentum in homine elevato ad supernaturalem finem, sterilitas operum naturalium etiam ad ea, ad quæ alioquin valere possent, si status elevationis affert sufficientiam ad meliora. Non enim nocet, qui parum demit, ut plus donet. Quartò: quia, quæcumque fiat consideratio, repurgari non potest actio naturalis ab improportione circa supernum ordinem. Quamvis igitur iste discursus assumi posset in aliqualem regulam; termini, per quos loquitur, probandi non sunt. Vt ergo fiat satis tribus illis quæstionibus, quæ contra Sententiam Doctoris Eximii negotium facessere possunt, incipiendo à tertiâ, sic

Montoya.

Primum asserum Nostrum.

175 Censeo primò: Deum, positâ semel conditione, sub quâ pactus est cum Filio Redemptore dare primum auxilium Divinæ Gratiæ, facienti quod est in se, statim conferre à positâ, & impletâ conditione: Ratio est: quia nulla est ratio differendi; & est in morâ periculum. Est in morâ periculum: quia, ut benè tangitur in ratione dubitandi, si Deus differret: homo ex occasionibus occurrentibus se præberet indignum Misericordiâ Dei, quam ex meritis Redemptoris fecit jam quasi suam. Nulla insuper est ratio differendi: quia præterquàm quòd Dei proprium est misereri semper, & parcere, merita Redemptoris, propter quæ dispensantur auxilia, exigunt ne dilatio fiat cum præjuditio illius cui favendum est. Et per hæc occurritur rationi dubitandi circa tertium illud punctum. Dixi suprà, *primum* auxilium: nam circa alia non videtur esse necessitas non differendi collationem. Video Doctorem Eximium, non satis conformem huic resolutioni nostræ *parte illâ 2. de Gratiâ, lib. 4. cap. 16. numero præsertim 19.* sed quæ in oppositum, prudenti licèt calamo, scribit, non me movent.

Suarez.

Secùndum.

176 Censeo secundò. Hæc conditio faciendi quod est in se, præstari debet ab homine liberè. Ratio est: quia finis requirendi aliquam conditionem ex parte nostrâ ad obligationem dispensandi auxilia Gratiæ, est, ut ex unâ parte cognoscamus indigentiam, & sterilitatem Naturæ Nostræ, & ex aliâ, nulla sit excusationis legitima ratio, etiam dum caremus auxiliis Gratiæ: ex illâ, ut agamus Gratias Deo, & Redemptori: ex istâ, ut verum sit, non stare per Deum, sed

sed per nos, si salvi non sumus: Atqui ad hunc finem necessariò requiritur libertas apponendi conditionem, ut per se patet: ergo conditio faciendi quod est in se debet importare libertatem. Nota verò, ut occurratur rationi dubitandi circa hoc punctum, non requiri libertatem in conditione, quasi laudabilitas operis attendatur ut motiva: licèt enim honestas operationis requiratur aliquādo ad conditionis adimpletionem, quia aliter removeri non potest obex peccati juxta qualitatem præceptorum occurrentium: semper tamen honestas se habet de materiali: requiritur verò de per se libertas, quia aliter ex vi conditionis appositæ non haberet in manu, quoties homo vellet, auxilia Gratiæ. Vnde Sfortiæ, & Herreræ responsum est.

Herrera. Sfortia. Tertium.

177 Censeo tertiò. *Quantum* hujus conditionis de faciendo quod est in se, ita esse mensurandum, ut homo perpensis occurrentiis præceptorum, & occasionum se à peccato præcaveat, attentus legi naturali, & rationi, quanto tempore potest, potestate morali sine supernâ Gratiâ, abstinere à peccato. Tunc autem homo dicitur posse potestate morali, si liberè præcavere à peccato, quando simili potestate alii innocentiam conservavere. Quantitas hujus conditionis certa est, nec condilelo est difficilis, neque supra moralem potestatem, & sic occurritur rationi dubitandi propositæ circa punctum primum. Ratio autem resolutionis est: quia non est verosimile Deum ita res disposuisse, ut salus æterna maneret unquam hominibus simpliciter moraliter impossibilis: ergo conditio sub quâ promittuntur auxilia prima, non potest esse impossibilis moraliter: ergo tunc, juxta pactū intelligetur homo fecisse quod est in se, quando se à peccato continuit, toto eo tempore, quo sine Gratiâ moraliter potuit. Quòd si intra illud tempus peccet homo, & obicem opponat, desinit gaudere jure acquisito per merita Redemptoris erga Gratiam, non tamen exinde est cur evacuetur ejus spes habendi deinceps Gratiam, quia licèt Deus non teneatur illam dare ex illo pacto, paratus est ex liberalitate donare, sicut sceleratissimis etiam, & multis indignissimis dedit.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

178 Ex hucusque discussis manet, meo videri, satis expedita mens Doctoris Eximii circa sensum Axiomatis: *Facienti quod est in se*: & patet solutio objectionis principalis *num.* 147. Concesso enim antecedente, juxta Doctrinas præcedentes, nego consequentiam. Nam expectare voluntatem hominis sonat expectare aliquid meriti, vel dispositionis positivæ, per quæ moveatur Deus ad dispensandam sufficientiam. Id cum Arausicano negamus contra Massilienses. Patemur aliquando requiri ex pacto cum Redemptore, ne Receptus Gratiam, opponat obicem: non tamen expectat quidquam; quæ sit ex parte hominis ratio ad obtinendam Gratiam. Dat enim Deus multis, alioquin indignissimis; etiō non facienti quod est in se, non sit ex pacto obligatus dare. Ad reliqua quæ tangit objectio, suo jam ordine respondetur.

Et retinetur sub his expositio Par. Suarez. & Solvitur Objectio num. 147.



DIS-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

DISPVTATIO XXXXIX.

AN EX PRÆSCIENTIA DEI PARETVR præjudicium Divinæ Beneficientiæ quoad Media?

Assumpti Disputationis val de grave.

179 HÆC difficultas, quæ per se gravis est, acrior insurgit ex doctrinis toto tractatu præstituris. Nam, si ad omne Decretum Divinum, indispensabili necessitate, præcedit eventûs sive prosperi, sive improsperi certa præscientia sub conditione auxilii, quomodo stare potest seria in Deo voluntas rectæ operationis, conferens auxilium, quod prævidet inefficax ad ipsam, certò conjungendum cum malâ operatione? Quomodo stare potest ratio Beneficii ex parte doni plùs nocentis, quàm faventis: & ex parte conferentis ratio benevolæ voluntatis? Quomodo denique juxta doctrinas nostras debentur gratiæ Deo pro auxilio purè sufficienti? Quibus & alia annecti possunt. Versant hæc inter alios, studio exquisitiori, in *suo* quisque *tract. de Prædestinatione*, Ribadeneyra, Aldrete, Quirós, Herrera, & Avendaño. Nos breviter ex usu præcedentium rem absolutam dabimus.

Ribaden. Aldrete. Quirós. Herrera. Avendaño

SECTIO I.

Conclusio Nostra. *CVM INEFFICACIÆ PRÆSCIENTIA stat in Deo, auxilium conferente prævisum inefficax, sinceritas, & serietas Intentionis, desiderii, & suassionis erga rectam operationè.*

Ostenditur. 180 OStenditur sic: Sinceritas, & serietas intentionis, & desiderii, etiam per consilia procurantis effectum, solùm exigit ex parte volentis, affectum, vi cujus, effectûs existentiam ita promoveat quantum in se est, ut volens maneat necessitatus ponere, quæ ad ipsum attinent in ordine ad effectum, & non impedire ipsius existentiam per ea quæ ponit: Atqui cum præscientiâ improsperi eventûs, secuturi si detur auxilium, seu inefficaciæ, stat optimè affectus talis energiæ: ergo stat optimè sinceritas, & serietas intentionis, & desiderii, etiam per consilia procurantis effectum in casu nostro. Consequentia bene sequitur. Et major constat *ex suprà* anticipatis circa seriam, & sinceram Dei voluntatem circa salutem Reproborum.

181 Et rursus urgetur: Affectus volentem ita determinans circa effectum, ut necessitet ponere, & facere quantum debet, & insimul impossibiliter impedire ex parte suâ, nequit non esse serius, & sincerus affectus circa effectum: imò & ejus procurativus: ergo de veritate majoris non potest dubitari. Et clarescit magis: quia talis energia affectûs unicè sinit volenti, ex vi affectûs, possibilem, & liberam permissionem, ne succedat effectus ex libito alienæ voluntatis, à quâ insolidum etiam pendet; sed possibilitas, & libertas permittendi non existentiam effectûs, componitur optimè cum affectu serio, & sincero, imò & cum suassione circa talem effectum: ergo.

182 Minor igitur, ad quam manet devoluta difficultas, probatur: Nam præscientia de improspero eventu ex ingratitudine donatarii tam abest, ut impossibilitet affectum hujusmodi ut, potius ipsam exigat omninò possibilem: nam neque potest esse ista præscientia, quin ex parte Dei conditionatè, seu ex parte hypothesis prævisum sit quantum est ex parte Dei, & omninò expedita facultas per omnem exclusionem necessitantis, & impedientis: ergo præscientia componi potest optimè cum hujusmodi affectu. Confirmatur: Neque improsper eventus auxilii, neque præscientia possunt opponi cum consilio de rectâ operatione, neque cum his quæ Deus ex munere Primi Agentis quasi tenetur ponere:

re: ergo neque possunt opponi cum affectu serio, & sincero Dei circa rectam operationem. Et omnium ratio est: quia consilium solùm est notificatio de præponderantiâ commodi, & honesti in recto usu auxilii præabusu: Deinde quod ad Deum attinet, est facultas proxima ad bonum neque necessitata, neque impedita ad operandum pro libito creaturæ: quid ad hæc obest Dei præscientia de improspero eventu libertatis creatæ, & de abusu auxilii?

Objectio prima:

183 Objicies primò: Videns auxilium *A*, v. g. infallibiliter conjungendum esse cum dissensu, si existat, videt eòipsò non esse conjungendum cum consensu: nam, si non existat, certum est, & evidens non esse conjungendum: & videt insimul hoc ipsum, etiam si existat. Iam sic: Nemo sincerè, & seriò potest suadere id quod prævidet non futurum: atqui Deus, præcedente ad collationem auxilii præscientiâ de improspero eventu, prævidet non futuram conjunctionem auxilii, & consensûs: ergo nequit illam sincerè, & seriò suadere: ergo nec velle. Minor est clara: & major videtur certa: quis enim seriò suadeat id, cujus suassionem certò videt esse frustrandam? Confirmatur à paritate Orationis. Pro evêtu, quem certò præscit non futurum, nemo prudens potest orare Deum: ergo nec suadere, nec seriò velle. Consequentia probatur: tùm quia suassio est genus quoddam petitionis, orationis, & precum. Tùm etiam: quia quod aliquis seriò vult, potest procurare, & petere. Antecedens probatur: Tùm quia non ob aliam rationem, nemo pro damnatis orat. Tùm quia videtur id dici ab Augustino, & contineri in aliquibus Scripturis, ubi prohibet Deus orare pro derelictis, & præscitis. Tùm demum, quia oratio non funditur, impossibili spe: sed de effectu, qui prævidetur non futurus est impossibilis spes: ergo.

Solvitur. 184 Respondetur. Concesso quod assumitur: negetur major Syllogismi principalis: quia consilium, & suassio consistit unicè in notificatione præponderantiæ honesti, & commodi in unâ operatione præ aliâ: quæ veritas cum non impediatur à præscientiâ pravæ electionis, conditionatè prævisæ in creaturâ, notificari seriò potest etiam à prævidente pravam electionem. Ad confirmationem, negetur etiam antecedens: Oratio enim, ut benè explicat Doctor Eximius *tom. 2. de Relig. lib. 1. cap. 15.* est insinuatio serii desiderii circa bonum, pro quo funditur. Desiderium autem etiam serium, haberi potest circa bonum, etiam quod prævidetur non futurum: rendit enim in bonum absens. Retardari potest efficacia desiderii: non verò ratio desiderii, quod inefficax potest esse, licèt alioquin serium imò oratio sine desiderio fundi potest: nam ut dicetur disputâdo *de Actibus*, solùm videtur esse, significatio facta superiori de voluntate nostrâ, sive per amorem strictum, sive per desiderium tendente in ipsum bonũ. De præteritis alia est ratio, de quâ satis dictum est *in tractatu de Incarnatione*. Ad primam antecedentis probationem, est eadem ratio, quæ de præteritis: pro quibus oratio implicat. Ad secundam ex Augustino, dico, mentem ipsius esse contra eos qui putabant Decreta Dei esse revocabilia, Deumque posse mutare sententiam, ut nos quotidie facimus: idque inquit Augustinus non esse materiam Orationis, quia est res impossibilis. Vide quàm longe sit Augustinus à casu præsẽti. Quòd si Deus in Scripturis prohibet circa aliqua Servis suis fundere preces, id facit, ut ostendat voluntatem suam efficacem in oppositum: vel quia verus, & magnus Dominus non vult Servorum suorum preces irritas esse. Ad tertiam negetur major: orari enim potest, pro eo, quod speratum non potest, ut *mox* dicemus.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante. *Suarez.* *1. 2. Tract. de Actib.* *De Incarn. lib. 4. disp 4. à num. 145.* *Mens Augustini.* *Mox à nu. 186.*

185 Objicies secundò: Cadere nequit in desiderium prudens, quod evidenter noscitur non futurum: sed Deus evidenter noscit non futurum consensum, si detur auxilium: ergo suppositâ tali præscientiâ, consensus cadere nequit in desiderium. Ergo suppositâ tali præscientiâ, nequit Deus auxilium conferre ex desiderio consensûs: ergo neque ex fine consensûs. Finis enim, qui desiderari non potest, intendi non potest. Confirmatur à paritate spei, quæ ex evidentiâ de consecutione non futurâ redditur impossibilis. Exaggerat hæc multis P. Aldrete *de Prædestin. disp. 21. per totam.*

Objectio secunda: *Aldrete.*

Solvitur. 186 Respondetur. Negetur major: Licèt enim, quod præcognoscitur non futurum, cadere nequeat in desiderium effi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

efficax; at potest in desiderium prudens, & serium, quantumvis ineffica. Sic quamvis sciamus non omnes homines salvandos esse, neque omnes se à peccato præservaturos, optamus, & desideramus utrumque prudentissimè. Et ratio est: quia non-extituritio non tollit à bono rationem boni, & simpliciter possibilis. Ad confirmationem, concessâ impossibilitate spei ex evidentiâ rei non exituræ, negatur paritas: nam spes est desiderium fiduciale circa bonum: patet autem fiduciam componi non posse cum evidentiâ quòd res non erit: est enim affectus per se ortus ex notitiâ saltem probabili, quòd res erit: at desiderium, secundùm se non importat fiduciam, neque conceptum ullum incompossibilem cum præcognitione de eo, quod res non erit.

Objectio tertia:

187 Objicies tertiò: Impossibilis est conatus in finem, quando præcognoscitur frustrâ circa ejus consecutionem: atqui quando finis præcognoscitur non futurus, conatus præcognoscitur frustrà circa ejus consecutionem: ergo in tali casu est impossibilis. Major patet: quia qui sic se gerit, videtur similis desperanti: ac nemo desperans de fine, operatur. Nunc sic: atqui conferre auxilium ex fine consensûs est conatus circa consensum: ergo cum præscientiâ de consensu non futuro sub auxilio est impossibilis: ergo Deus conferre non potest auxilium ex fine consensûs, si præscit pro signo libertatis conferendæ, consensum nō futurum.

Solvitur.

Respondetur. Distinguo majorem. Conatus efficax, concedo: inefficax, nego. Igitur collatio Divini auxilii in circunstantiis inefficaciæ, conatus quidem est circa consensum: est enim dispositio per se ad illum destinata: non tamen est conatus efficax, quia est conatus non determinans, sed excitans ad positionem consensûs, & quoad sortiendum effectum, in quem conatur, pendens ab alieno arbitrio, cujus est determinare ejus entitativam indifferentiam. Quid his obstat præscientia de recalcitratione arbitrii alieni, ne Deus seriò faciat, quod in se est?

Instantiæ

188 Vrgebis primò: Implicat ex intentione inefficaci apponi medium in ordine ad finem: qui enim operatur circa finem, finem vult efficaciter: nulla quippè operatio oritur ab affectu inefficaci. Secundò: quia conatus erga finem, saltem importat non adhibere medium quod præscit certò frustrandum: quis enim prudens, adhibito medio aliàs inutili, & inani, dicetur seriò conari in finem, per hujusmodi medium? *Intercepta.*

Respondetur: & ad primam instantiam negatur assumptū. Licèt enim qui progreditur ad media, habeat volitionem aliquam efficacem, non tamen eâ efficaciâ quâ tendit in media, teddit finem pariformiter volitum: quia solùm appositio medii efficaciter inferentis, & inducentis finem est inseparabilis ab intentione efficaci ipsius finis, ut distinximus loquendo *de Providentiâ lib. 6. à nu. 527.* Ad secundam dicendum est, cum qui conatur ad finem, teneri ponere Media, quæ secundùm se sufficiant: si autem ex circunstantiâ redduntur inania, sicut ea circunstantia non tollit à Mediis sufficientiam intrinsecam, ita neque tollunt serietatem in conante: qui enim ponit quod sufficit, & quantum ad se attinet, seriò conatur in finem. Et exinde prudentiæ ratio est in Nobis, ac in Deo, valde dispar. Nos enim obligati ponere finem, tenemur præcavere circunstantias, ex quibus media redduntur frustranea: at Deus non obligatus ponere finem, sed ita se gerere, ut per ipsum non stet finis defectus, non tenetur præcavere circunstantias alienæ ingratitudinis: jam enim ponit quod, & quantum ad se pertiner. Ex quo patet etiam clara disparitas ad ea, quæ sibi Pater Herrera, opponit *quæst. 4. sect. 2. à num. 26.* *Suprà lib. 6. à num.* *Herrera.*

SECTIO II.

CVM INEFFICACIÆ PRÆSCIENTIÆ stat ex parte auxilii Ratio Beneficii: & ex parte Dei Ratio Beneficientiæ.

Ostensio Conclusionis.

189 VTraque pars ostenditur hoc discursu. Circunstantia neque tollens à Dono, nec à Donante, ne Donatarius ex vi Doni notabile bonum accipiat, & nihil mali, tollere nequit à dono rationem beneficii, & à Donante rationem Beneficientiæ: sed præcedentia Præscientiæ de inefficaciâ auxilii est circunstantia hujusmodi: ergo talis præcedentia nequit tollere â dono Auxilii rationem Beneficii, nec à Deo donante rationem Beneficientiæ: ergo cum hujusmodi præscientiæ præcedentia fiat benè utraque pars asserta conclusionis. Discursus est legitimus, & major evidens: nam id vi cujus Donatarius crescit in bonis, & nihil habet mali, est per se materia gaudii: est pignus gratiarum actionis: est denique ex terminis magnum bonum accipientis, & nullum malum: ergo non potest non esse beneficium, tale bonum; nec collator potest non esse beneficus.

Ribaden.

Montoya.

190 Minor, in quâ est difficultas, probatur sic: quod habet homo à Deo in circunstantiâ talis præscientiæ, est sufficientia ad rectam operationem, adjungenda peraccidens cum peccato, v. g. nempè ex vitio accipientis, à quo illa sufficientia per se avocat, destinata per se, ex suâ naturâ, & prout à Deo, & ex istius intentione ad commodum accipientis. Iam sic: Circunstantia præscientiæ præcedentis de inefficaciâ, nequit tollere, ne sit à Deo auxilium, quatenus est sufficientia & destinatio ab bonum: & nequit facere ut sit à Deo, vel ab auxilio vitium, & abusus accipientis: ergo talis circunstantia tollere nequit à dono, & à donante, ne Donatarius ex vi doni notabile bonum accipiat, & nihil mali. Consequentia patet: quia eatenùs ea circunstantia obesse poterat, quatenùs abusus obveniens, quia præcognitus, inficere poterat donum, & animum Donatoris. Antecedens autem quoad primam partem est evidens, quia ea præscientia non mutat indolem auxilii. Secunda tam est certa, quàm certum est ex generali principio de voluntario, & involuntario, me permissione mali præcogniti, quod aliàs evitare non teneor, non reddi ex præcognitionis circunstantiâ, authorem mali. Sed Deus evitare non tenetur abusum, & aliàs præstat accipienti, quantum ex parte Dei opùs, est ut ipse sit bonus: ergo. Videatur alia apud Ribadeneyram *disp. 7. de Prædestinatione*, & innumera apud Ruiz *de Volunt. Dei, disp. 27. 28. & 37.*

Objectio prima.

191 Objicies primò: Beneficium est actio benevola gaudium tribuens accipienti, ex communi definitione: sed auxilium sufficiens ex circunstantiâ inefficaciæ, nequit esse benevola actio gaudium tribuens accipienti: ergo neque beneficium. Minor probatur: quia gaudium de tali auxilio in eâ circunstantiâ esset gaudium de peccato. Quod urgetur multipliciter: Primò: Non benefacit qui Donum porrigit intrinsecè nocivum: ergo neque qui donum porrigit nocivum extrinsecè. Secundò. Qui præscit se magis nocere, quàm faver, per donum, non benefacit; atqui in circunstantiâ præviæ inefficaciæ Deus præscit, magis homini noceri, quàm faveri: ergo non benefacit. Tertiò: Materia Beneficii non est materia prudentis contemptûs, sed materia gratitudinis: atqui auxilium in circunstantiâ inefficaciæ potiùs est materia prudentis contemptus, quàm gratitudinis: ergo. Quartò: Præscientia de efficaciâ auxilii auget beneficientiā: ergo econtrà.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

Solvitur:

192 Occurrere tentant hisce Moderni ingeniosissimi per subtilitates valdè difficiles, & difficilè placituras expendenti. Magis enim difficilis esse solet doctrina solutionis, quàm argumentum. Igitur omissis apud Herreram solutionibus Aldreti, & Ribadeneyræ, respondetur, concessâ majori, loquendo per se: sic enim intelligi debet illa definitio, negetur minor: abusus enim doni, pro libito accipientis donum, impedibilis, & dono superadditus ex proprio vitio contra ipsam indolem avocantis doni, nequit tollere rationem gaudii de tali dono, prout donum est: quidquid enim superadditur est ex vitio accipientis, & non solùm præter, sed etiam contra omnem affectum donantis. Ad probationem negetur assumptum: gaudium enim de potestate non peccandi, etiam à peccante, potest haberi sine gaudio de peccato quod facit.

Aldrete. *Ribaden. apud Herrera.*

193 Ad primam confirmationem, concesso antecedente, distinguo consequens; neque nocivum extrinsecè: damnum extrinsecum occasionetur ex vi doni, aut aliàs evitari debeat à donante, omitto: Si damnum extrinsecum neque sit ex vi doni, neque à donante debeat evitari, nego consequentiam. Sic autem contingit in Deo, dum præscius peccata permittit: non sic in nobis, obligatis adinvicem ex lege multiplici ad præcavenda peccata Proximi, illiusque damna. Ad secundam, concessâ majori, distinguo similiter minorem: ex vi doni, nego: ex abu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

abusu, quem vitare non tenetur Deus, omitto: & nego consequentiam. Ad tertiam, concessâ majori, distinguo minorem: auxilium prout à Deo, nego: prout habet adjunctum abusum accipientis, concedo: sed quid inde contra Benefactorem, à quo nullo modo est abusus? Ad quartam, concesso antecedente, nego consequentiam: quia præscientia de efficaciâ est necessitas vel non ponendi auxilium, vel superaddendi auxilio donum usûs boni, quod Dei, & à Deo multipliciter est. At præscientia de inefficaciâ solùm est necessitas vel non dandi auxilii, vel simul abusum permittendi.

Instantia prima:

194 Instabis primò: Deus conferens inefficax auxilium cum prævisione inefficaciæ, confert cum necessitate vel permittendi peccatum, vel non dandi tale auxilium: ergo non benefacit dando. Probo consequentiam, primò: necessitas vel permittendi peccatum, vel non dandi auxilium, est necessitas negandi majus, aut minùs bonum: sed necessitatus ad negandum majus, aut minus bonum, non benefacit negando majus: ergo necessitatus vel permittere peccatum, vel non dare auxilium non benefacit permittendo peccatum, & dando auxilium. Major est certa: quia ita necessitatus, necessitatur ad unum è duobus, nempè ad negandam impeditionem peccati, vel sufficientiam peccandi: sed majus est bonum homini, impeditio peccati, quàm peccandi sufficientia, ut per se patet: ergo. Iam probatur illa minor: nam qui necessitatus negare majus, aut bonum, negat majus, facit quod minus potest, & præstat ex bonis quod negare nõ potest: ergo non benefacit. Secundò: qui necessitatus est vel eligendi permissionem, vel non habendi auxilium, tenetur ad eligendum non habere auxilium: ergo qui necessitatur eligere vel permissionem peccati, vel non dare auxilium, non benefacit permittendo peccatum, & dando auxilium: non enim quis benefacit per id quod Donatarius tenetur non eligere, si optio fiat.

Dissipatur

195 Respondeo, concesso antecedente de necessitate non inductâ à Deo, sed à Creaturâ, neque à Voluntate Dei, sed à pravâ Creaturæ: est enim indistincta à Scientiâ Mediâ de abusu auxilii, si detur; nego consequentiam. Ad primam ejus probationem, distinguo majorem: est necessitas negandi majus, aut minus bonum positivum, nego majorem. Negativum: subdistinguo: est necessitas libera Donatario, & non Deo, concedo: libera utrique, nego. Et grande discrimen inter membra distinctionis. Qui enim necessitatus est dare unum è duobus, dando minus, dat quod negare non potest: si positiva sint bona: & necessitas non inducta per ipsum Donatarium. Si verò necessitas inducta sit à Donatario, per abusum doni positivi, & bonum majus sit negativum bonum consistens in impeditione abusûs, ita necessitatus non desinit benefacere per collationem boni positivi, quia per ipsum ponit in manu Donatarii ipsam impeditionem mali, quam alioqui permittit. Quòd si Donatarius sibi nocere vult, & inducit in donante necessitatem, vel non utendi libertate circa donum, vel abuti propriâ, vitio sibi vertat. Donatarii enim sibi volentis nocere culpa est, & nõ doni, nec Donatoris. Ad secundam concesso antecedente, nego consequentiam: qui enim obligatus non peccare, eligit quòd sibi peccatum permittatur, peccare vult: at Deus necessitatus vel permittere, vel non dare auxilium, dando auxilium favet, quia dat sufficientiam ut peccatum caveatur, nec exinde peccatum inducit. Deus igitur dando auxilium, & permittendo peccatum, benefacit dando, licèt non benefacit, quantum aliis solet, permittendo. Sed non tenetur Deus ad majus beneficium.

Alia Instantia:

196 Instabis secundò: Non potest esse beneficium, elargitio rei, cujus carentiam Donatarius prudenter præferre deberet; atqui carentiam auxilii inefficacis prudenter præferre debet accipiens: ergo elargitio talis auxilii non potest esse beneficium. Respondetur: distinguo majorem: cujus carentiam præferre deberet ex circunstantiis oriundis ex destinatione talis elargitionis, concedo: ex circunstantiis ex vitio suo privativè adjunctis, nego majorem: & distinguo minorem: carentiam auxilii inefficacis secundùm se, debet præferre, nego: carentiam auxilii inefficacis ut talis, subdistinguo: ex circunstantiâ quam tenetur nec velle, nec ponere, concedo: ex circunstantiâ per se oriundâ ex tali elargitione,

Solvitur.

tione, nego minorem, & consequentiam. Itaque auxilium inefficax, licèt importet inefficaciam, & in eâ rationem impræferibilis, sumptum reduplicativè, ut specificativè sumptum, & ut à Deo, est præferibile, suo contradictorio, & ita præferibile, ut ab eo teneatur homo separare circunstantiam, ex quâ videri potest impræferibile. Donum autem, secundùm se, præferibile suo contradictorio, vitari non potest, nec amittere præferibilitatem sui, ex circunstantiâ, à quâ Doni ipsius destinatio per se avocat, & quæ solùm superadditur ex vitio accipientis. Tunc enim impræferibilitas solùm est illius circunstantiæ, quæ à donante non datur, non verò Doni, quod datur: cur ergo accipientis malitia tollere debeat à debo rationem Beneficii, & Beneficientiæ rationem à donante?

Tertia Instantia:

197 Instabis tertiò: Sed Deus excusari non potest à dare circunstantiam inefficaciæ, si semel ex prævisione ipsius donet auxilium: ergo nulla est Solutio. Minor probatur. Ponenti ultimam partem Complexi, tribuitur complexum: sed ex his, inefficaciæ prævisæ sub auxilio, & auxilii, ultima pars est auxilium, & Deus ponit: ergo tribuitur complexũ auxilii & inefficaciæ. Sed malum est inefficacia: ergo excusari non potest Deus, ne ei tribuatur ipsa inefficacia: ergo nec excusari potest à dare simul cum auxilio inefficaciam.

Dissipatur

198 Respondetur, negando minorem. Ad probationem distinguatur, *clarioris gratiâ*, major: ponenti partem complexi ultimam, ordine determinativo ad existentiam complexi, concedo: ultimam, nomine: subdistinguo: si partes sint ad invicem inconnexæ, transeat: si sint inconnexæ non mutuò, nego majorem. Accipe Doctrinam, & applica. Hoc complexum prævisæ inefficaciæ & auxilii, sic est, ut partes sint connexæ non mutuò: nam auxilium non infert inefficaciam: inefficacia verò infert auxilium: unde ordine determinationis, ut sit complexũ, non potest esse pars ultima auxilium, quia secundùm se neque supponit inefficaciam, neque infert: pars prima & ultima in eo genere inefficacia est, quæ de suo supponit auxilium, & determinat ad esse inefficax. Quare non ex eo quòd ponat Deus auxilium, ponit partem, ex quâ faciat, ut possint tribuuntur complexum: nihil enim ponit, quod omninò non sit indifferens ad complexum, & quod ad existere complexam in ordine determinativo, non sit quasi nihil.

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providèt. & Prædestinante.

199 Objicies secundò: si auxilium etiam in circunstantiâ prævisæ inefficaciæ esset beneficium Dei, etiam esset beneficium Dei, auxilium ita debile, ut ob necessitatem moralem peccandi conjungeretur; sed hoc est impossibile: ergo & primum. Minor probatur: quia auxilium ita debile, ut etiam absorbeatur à necessitate morali in oppositum, est quasi non esset auxilium: quis autem hoc putet beneficium? Tùm etiam quia, auxilium ratæ debilitatis est constitutio, unde potiùs desperari debeat bonus eventus, quàm sperari: sed constitutio, unde desperati bonum debet, non potest esse beneficium: potiùs enim est ruina quàm gratia. Tùm insuper: quia talis libertas independenter ab usu, vel abusu accipientis est prudenter contemptibilis: ergo non est benefica. Tùm demum quia necessitas moralis peccandi est status, in quo infallibiliter peccatur: sed status, in quo infallibiliter peccatur, nequit esse beneficus per collationem auxilii non minuentis eam infallibilitatem: ergo. Major autem ostenditur: quia semper militat pro ratione beneficii ex parte auxilii, quantumvis debilis, destinatio ipsius ad bonum, & inimputabilitas nasi ad Deũ, quantumvis ex tali libertate sequatur. Hoc dubio se cruciant, justò magis, Card. de Lugo, Alliete, & Ribadeneyra.

Objectio secunda:

Cardinal. de Lugo. P. Aldret Ribaden.

200 Respondetur, juxta mea principia facilè. Duplex enim distingui potest necessitas moralis: alia, ex defectu physicæ potestatis ad oppositum, vel ex tanta tenuitate potestatis, ut moraliter negetur dici potestas physica, ex pondere in aliam partem, ita deprimente physicè, ut ferè extinguat. Alia, ex infallibilitate eventûs, ut dici solet moralis necessitas peccandi venialiter. Illa necessitas apud me est necessitas physica: & in ordine superno impossibilis: neque enim Deus ita dat parcè, ut quasi nihil det. Ista secunda necessitas, solùm est necessitas extrinseca & in cognosci; unde non lædit physicas vires libertatis, ut latè dicetur disputando *de Necessitate Divinæ Gratiæ.*

Solvitur.

Infrà lib. 11. à num. 352.

201 Ex his distinguatur major, & negan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. tract. 2. de Deo Providēt. & Prædestinante.

gando suppositum in sensu primæ necessitatis; concedenda erit propositio in sensu secundæ, & negetur minor: quia necessitas moralis, quæ cum auxilio jungi potest, semper est extrinseca, & in cognosci, quæ non minuit physicas vires libertatis constitutæ per ipsum auxilium: consistit enim in judicio de abusu sub tali auxilio, ex experientiâ communis abusus sub simili libertate, quæ experientia non sinit aliter judicare prudenter: verū talis experientia non tollit quidquam intrinsecæ bonitatis ab auxilio, nec est circunstantia quæ ipsum minuat in ratione Beneficii, neque ab ipso occasionata, vel oriunda. Probationes minoris negatæ non sunt ad rem, quippe fundatæ in existimatione non verâ de Morali necessitate.

Objectio tertia.

20a Objicies tertiò: Sæpè Deus negat auxilium efficax in pœnam peccati præcedentis; ergo confert auxilium ineficax, ex affectu puniendi: ergo confert secundùm id, quod importat de malo, & disconvenienti. Sed quod de malo, & disconvenienti importat est inefficacia; ergo confert etiam inefficaciam: ergo talis voluntas nequit esse benefica. Hæc objectio contra omnes est: deque ipsâ latè dictum est *supra*. Respondeo ex *ibi* dictis: aliud est non benefacere quantum quis potest: aliud, simpliciter non benefacere. Deus dum negat auxilium efficax, desinit facere beneficium majus; non tamen desinit benefacere: igitur punire potest per cessationem à majori beneficio, non verò per collationem Auxilii, etiam præviſi ineficacis: quia ineficacia est malum, quod sibi sumit accipiens; non verò est malum, quod infligat Deus: quidquid enim dat Deus, bonum est; ipsi autem bono, quod dat Deus, adjungit ex vitio suo maximum malum homo. Vide *locum citatum*. Et hæc de generali Divinæ Providentiæ Beneficientiâ.

Solvitur ex dicti lib. 7. à nu. 414.

TRA-

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliāt.

TRACTATVS TERTIVS
DE DEO AVXILIANTE.

Ratio Tractationis.

QVM *Divinæ Scientiæ, quâ Deus ab æterno nos respicit, & cum oculatissimæ Providentiæ, quâ nos gubernat, & dirigit ad Vltimum Finem, speculatione Tractatu duplici præmissâ: In hoc, Mediorum, per quæ misericorditer ipse Deus in tempore, infirmitati nostræ subvenit, providetque, considerationem jure cōnectimus. Et, præter exemplum eruditissimi Theologi P. Didaci Ruiz de Montoyà, ita se mutuò juvant ambæ, & comitantur, ut ad sui complementum, alteram altera desiderare reciprocè videatur. Hæc autem Media, ex sublimitate Finis, sunt Auxilia Divinæ Gratiæ: quæ toties in* Præcedentibus *salutavimus. Et Auxilia Divinæ Gratiæ, (quibus adeò nostra infirmitas indiget,) infestis adeò mentibus, & calamis insecuta semper est Hæreticorum manus, ut necesse habuerint Romani Pontifices, Concilia Sancta, Patres Ecclesiæ, Theologiæ Principes in ejus defensionem incumbere, quasi in verâ, & Orthodoxâ, de Gratiâ Auxiliante Doctrinâ, totius Fidei, ac Theologiæ cardines voluerentur. E Romanis Pontificibus excellùere Innocentius Primus, Zosimus, Bonifacius, Cœlestinus, Sixtus, Leo Magnus, Gelasius, Ormisda, Gregorius Magnus, Leo Decimus, Paulus Tertius, Pius IV. & V. Gregorius XIII. Vrbanus VIII. Innocentius X. & Alexandri, VII. & VIII. E Conciliis, Diospolitanum, Carthaginen-*

Ex Mōtoy.

Ejus Magnitudo: & pondus. Tractatores.

Innoc. 1. Zosimus. Bonifac. Cœlestinus Sixtus. Leo Mag. Gelasius. Ormisda. Greg. Mag Leo X. Paul. III. Pius IV. & V. Greg. XIII Vrb. VIII. Alex. VII. & VIII. Innoc. X.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2.Tract. 3. de Deo Auxiliât. Concilia Diospolit Carthagin Melevit. Ephesin. Arausic. Valentin. Mogunt. Senonens. Trident. Theologi Magni S.Thomas, P. Suarez

ginensia tria, Melevitanum, Ephesinum, Arausicanum, Valentinum, Moguntinum, Senonense, & Tridentinum. E Patribus, omnium hac in re Princeps, Augustinus, cujus postmodùm non pauca de Gratiâ Propositiones transierunt in articulos Fidei, decernente Cœlestino. E Theologis prater innumeros cum Magistro in 2. dist. 27. & 28. *cum Angelico Thomâ* 1. 2. quæst. 109. *& speciatim in singularibus voluminibus, quorum seriè dabit Eximius Doctor* proleg. 6. de Grat. *omnium locupletissimè idem ipse Doctor Eximius per quinque justa volumina. Hinc est effectum, ut inter Theologicas Disputationes, sicut nulla est utilior, evaserit certè nulla pugnacior, nulla dignior calamis Theologorum. Ipse tamen, ut sæpè monui,* ad Punctum de Efficaciâ Gratiæ *non transiliam disputando, attentus ad Edicta Pontificia, contentusque, exemplo Gravium Theologorum, qui recentissimè scripsere, Divinæ Gratiæ Auxiliantis Quidditatem, Excellentiam, ac Necessitatem expendere.*

LIBER DECIMVS

NATVRA, ET EXCELLENTIA AVXIliantis Divinæ Gratiæ.

1 NATVRAM, & Excellentiam Auxiliatis Divinæ Gratiæ, ex quadruplici capite, aggredimur: ex consideratione Naturæ, quam juvat, & superat: ex luce suorum Prædicatorum: ex umbris errorum, quos circa illam damnavit Ecclesia Sancta; & ex sublimitate gradûs, in quo ipsa est. Hanc sublimitatem inquirimus: ut ad Divinæ Gratiæ disquirendam Necessitatem, aditus sit facilior. Incipimus verò à generalioribus principiis: præmittendo, Naturæ status, Gratiæ Acceptiones, & adversùs eam, deliria errorum.

DIS-

In Primâ par. & in 1.2.Tract. 3. de Deo Auxiliât.

DISPVTATIO L.

DE NATVRA, GRATIA, ET LIBERO Arbitrio.

2 HÆC tria, totidem *Prolegomenis* eruditissimè versat Eximius Noster, reducens ad hæc capita Veterum & Recentium Hæreticorum errores; quos & insinuabimus ipsi breviter; adductis semel, quæ de Naturâ, Gratiâ, & Libero Arbitrio pro sequentium luce prælibanda videbuntur: Nam nec moras in his longas nectere patitur excrescentis voluminis moles: nec Intentionis Nostræ, Scholasticæ nunc potiùs, quàm Polemicæ, videtur esse fusior de hisce disputandi circuitus. Dicemus breviter, quæ sufficiant. Cætera Polemici calami dabunt *in Controversiis* Bellarminus: Ripalda *contra Bajum*: Dechamps, *de Hæresi Ianseniana*: *in Anti-Ianseno*, Martinonus: &, in *citatis Prolegomenis*, omnia, Pater Suarez. *Suarez.*

Bellarm. Ripalda. Dechamps Martinon

SECTIO I.

DE MVLTIPLICI STATV NATVRÆ.

§. I.

EXPLICATIO TERMINORVM.

Status Naturæ, quid? & unde?

3 NAturæ, (quam nec *Physicè* pro *Principio Motûs*, nec *Theologicè* pro *complexo entium* contraposito ad supernaturalia, sed *Ethicè* pro Naturâ Rationali, & liberâ, *ut* nempe *principium est actuum moralium præmio, vel pœnæ imputabilium*, sumimus;) *Status*, dici solet *modus habendi se in ordine ad finem ultimum* secundùm Divinæ Providentiæ dispositionem. Qui modus cum necessario multiplex esse possit, multiplex inde Naturæ status exurgit, locutione proportionatè ductâ ex jure canonico, & civili: in quibus conditio Personarum, vel forma vivendi aliquatenus immobilis, status dicitur. In re nostra

Status Puræ Naturæ.

4 Primus status dicitur *Naturæ Puræ*; qui *duo* dicit, *alterum* Positivum; Negativum *alterum*. De *Positivo* Perfectionem essentialem naturæ connaturaliter debitam, nempe Essentiam, Proprietates, concursum Dei ad actiones naturales, & proportionatam tali rerum ordini Providentiam. De *Negativo*, exclusionem Elevationis ad Supernum finem, & peccati, & reatûs exinde consequentis. Secundus status dicitur Naturæ Integræ, qui perfectionibus Naturæ Puræ addit dominium partis superioris in inferiorem; istiusq; subjectionem ad illam, vi cujus appetitus rationi obedit, vel quia contra illam non movetur; vel quia non illam prævenit, manente exinde Naturâ cum viribus expeditis ab omni impedimento fomitis, & effrænatæ concupiscentiæ, ad operandum integrè juxta rationem: unde vocatur integra, sensu longè diverso ab eo, quem exoticè secutus est Durandus *in* 2. *d.* 28. confundens statum utrumque. *Naturæ Integræ.* *Durand.*

5 Tertius status dicitur Innocentiæ, qui perfectionibus integræ Naturæ addit primò: Elevationem ad finem Supernum. Secundò: Gratiam Sanctificantem. Tertiò: consequentes Virtutes infusas. Quartò: Privilegia immunitatis à culpâ, errore, deceptione, morte, &c. Quartus status dicitur Iustitiæ Originalis, qui supra Naturam integram, & prærogativas Innocentiæ addit privilegium hæc omnia in Posteros transfundendi ex ordinatione Divinâ. *Innocentiæ* *Iustitiæ originalis*

6 Quintus status dicitur Naturæ lapsæ, seu corruptæ, qui supponit vel includit lethale peccatum, sive Personale, sive Originale; subjacetque Naturâ malis inde suboritis auferétibus prærogatis *Naturæ Lapsæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

vas Innocentiæ, & Integritatis. Nam rebellante in Deum voluntate Incredit in pœnam, corporis in animum, & appetitus in rationem rebellio: spoliaturque Natura Donis, quibus ornaverat eam Deus, Integritatis, & Innocentiæ. Vnde

Cajetan.

solent cū Cajetano Theologi, Status hos Puræ, Integræ, & Lapsæ Naturæ comparare cum homine nudo, vestito, & spoliato, sic interpretati Christi Parabolam

Luc. 10.

Luc. 10. de homine *descendente à Hierusalem in Hiericho*, Lapso in Latrones, & pœ Domones, vel motus Concupiscentiæ; & inde spoliato, vulnerato, semivivo relicto.

Reparatæ.

7 Sextus status dicitur Naturæ reparatæ, qui ex Christi meritis restauratæ gratiam Sanctificantem, & in ipsâ liberationem à peccato, jus ad gloriam, & reparationē à malis ex peccato relictis; non tamen omnibus. Addi possent status Naturæ Beatæ, & Naturæ damnatæ, noti satis ex terminis; rei verò nostræ non necessarii.

8 Ex sex illis, quos ita explicui, ut sine ulteriori comparatione videndâ cum

Suarez.

fructu apud Suarez *Prolog. 4.* eorum facilè discrimen appareat, (dempto primo, qui nusquam extitit,) reliquos omnes ex

Eccles. 7.

illo *Ecclesiastæ cap. 7. Deus fecit hominem rectum*; & speciatim illum Integritatis ex Tridentino

Trident.

Sess. 5. asserente concupiscentiam ortam ex peccato, eamque cum Paulo, *quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat*, appellante, *peccatum*, in Adamo Patente nostro agnoscit melior

Suarez.

Theologia cum ipso Suarez *de Op. sex dierum*, nempe secundum, tertium, & quartum ex indulgentiâ Dei constituentis Adamum in Caput Humani Generis, atque adeò prærogativis hujusmodi decentissimè coronantis. Quintum ex abusu suæ libertatis. Sextum denique ex Gratiâ Redemptoris. In quo, & in ejus Matre Virgine singulariter agnosci solet, & debet Integræ Naturæ Perfectio.

§. II.

AN STATVS TVRÆ NATVRÆ SIT aliquomodo repugnans?

Duplex Quæstio:

9 SEd ecce nodum *duplicem* hic solvendum *alterum*: an repugnet status Puræ naturæ, sine elevatione ad finem Supernum? *alterum*: an saltem repugnet, sine subjectione Concupiscentiæ ad rationem? quod est quærere: an Deus condere possit status Puræ, & Integræ, & Innocentis Naturæ, reparatis, & locupletiùs potiùs Elevatio, & Integritas sint de connaturali conditione Naturæ? Statuum Puræ Naturæ in utroque sensu possibilem negant, affirmantque dona Integritatis, & Innocentiæ esse debita naturali constitutioni Naturæ, Plurimi Lovanienses post Michaëlem Bajum, & hodie Jansenistæ; à quibus non satis ex parte discrepant Ingeniosi Magistri, putantes Providentiam Dei Naturalem stare sine supernaturali non posse.

Propos. Damn.

10 Oppositum dogma jam est Fidei, vel Fidei proximum ex Constitutionibus Pii V. & Gregorii XIII. damnantium inter alias, Propositiones hujusmodi Bajî: *Deus non potuisset ab initio creare talem hominem, qualis nunc nascitur. Integritas primæ conditionis non fuit indebita Naturæ Humanæ exaltatio, sed naturalis ejus conditio. Absurda est eorum Sententia, qui dicunt, hominem ab initio quodam supernaturali, & gratuito dono super-naturæ suæ conditionem exaltatum, &c.* quæ Propositiones Lutherum sapiant, & Calvinum, ex eisque facilè quis posset suscitare Pelagianismum: nam si hæc omnia dona debita sunt Naturæ, Natura posset ex viribus sibi debitis salutares actus, Gratiæ, & Gloriæ fœcundos, efficere. Vide censum Theologorum, & Patrum apud Ripaldam *tom. 1. de Supernatural. lib. 1. disp. 8. sect. 1. à num. 11.* multa ingeniosè expendentem, & disputantem.

Ripalda.

Veræ Doctrinæ contra Bajum.

11 Sit prima Conclusio: Status Puræ Naturæ, sine elevatione ad finem supernum possibilis est, imò connaturalis ipsi naturæ. Ostenditur primò: quia elevatio supernaturalis ex ipsis terminis est excessus supra naturam: ergo nequit esse Naturæ debita. Confirmatur. Nequit esse debitum sine jure proportionato; atqui in Naturâ nullum jus præcedit ad elevationem: quod sic premo: nam vel est jus morale meriti, vel physicum exigentiæ: non primum: quia talis elevatio præcessit omne meritum. Non secundum: quia tam esset elevatio debita, quàm debiti sunt gemini oculi; ex quo non teneremur magis esse grati Deo propter elevationem, quàm propter alia bona naturalia, quibus monstrosè carere possumus. Tùm etiam; quia debitum ex merito operum repugnat Gratiæ per Apostolum: ergo debitum ex inclinatione Naturæ.

Conclusio prima:

Suarez.

12 Ostenditur secundò: Supernaturalis Elevatio, status est cui sit annexa, & connaturalis, possessio Dei consistens in Visione Beatificâ; sed possessio Domini nequit deberi servo; cujus potiùs est obsequi, quàm frui Domino: ergo nequit deberi servo status elevationis: at servitus inseparabilis est à conceptu Naturæ. Ex quo pater finem hujusmodi, connaturaliter impossibilem esse; atque adeò indebitum Naturæ. Sed, ut colligit eximiè Noster Eximius *Prolog. 4. cap. 1. num. 11.* quando finis est indebitus, indebita sunt media, atque adeò ordinatio ad talē finem necessariò connexa cum mediis: ergo & indebita est elevatio in tali ordinatione consistens.

13 Tertiò ostenditur ex sequelâ Pelagianismi: nam si supernaturalis elevatio, est debita Naturæ: ergo posset ex viribus sibi debitis, suisque simpliciter, actus elicere fœcundos Gratiæ, & Gloriæ. Imò minores Deo deberet Gratias pro elevatione, quā pro ipsâ creatione; quod absurdissimum est, & ostendo sequi: nam creatio, ut quæ non supponit Naturam, nec jus illius ullum, est Deo liberrima; passiva saltem supernaturalis elevatio, ut quæ supponeret Naturam exigentem, esset ex ejus præsuppositione, necessaria Deo: ergo.

Conclusio secunda:

14 Sit secunda Conclusio: Status puræ Naturæ sine subjectione concupiscentiæ ad rationem, possibilis est: imò connaturalis ipsi Naturæ. Ostenditur primò: Non est in potestate hominis sibi relicti, quòd non occurrant bona delectabilia, & quòd occurrentia sensui non rapiant appetitum, quantumvis rationi disconvenientia: ergo nec est in hominis potestate prædominium rationis supra appetitum: ergo appetitus sensitivi rebellio contra rationem, naturalis est homini. Consequentiæ liquent, & antecedens probatur. Nam appetitus sensitivus habet ex se vim necessariò appetitivam boni delectabilis, cadentis in sensum internum: ergo non est in hominis potestate, quòd objecta delectabilia occurrentia

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

sensui, non rapiant appetitum. Antecedens pater, alioqui si appetitus sensitivus ex se non haberet vim appetitivam hujusmodi, eam haberet post peccātum specialiter à Deo conferente Naturæ virtutem supernam, & indebitam, ut turpia appeteret: quod quis insanus dixerit?

15 Ostenditur secundò: Voluntas ex se non potest sibi subdere appetitū quoad inordinatos motus, nisi vel impediendo, ne surgant; vel extinguendo, si surrexerint; vel excitatos sopiendo, ne vexent; nullo ex his modis potest. Non primo: quia præveniunt omnem voluntatis affectum, ex objectis necessariò occurrentibus in sensus externos, & inde in internum. Non secundo: nam inpeditio, vel extinctio solùm potest esse nolitio, ut perseverent; nolitio autem, depellere nequit, nisi subtracto concursu, quem, cùm à nullâ volitione sit ortus, subtrahere nolitio non sufficit. Non tertio: quia dum persistant, non possunt non pugnare cum ratione, movereque ad objecta, quæ tangunt: ergo voluntati connaturalis est ista rebellio. Et urgetur. Nam motiva honestatis, minùs vividè tangunt animum, quàm motiva delectabilia: hæc perfectiùs patent, quàm illa: illa enim per alienas species apparent: hæc per propriās: ergo necessariò debet inesse naturæ major inclinatio erga ista, quam erga illa: ergo necessaria est in Naturâ secùm se inspectâ rebellio appetitûs contra rationem.

16 Ostenditur tertiò, ex incommodo *duplici* satis gravi, Theologico, & Philosophico. *Primum, & Theologicum* sit: Gentiles, quia ex naturali lumine possunt admirari, & venerari Sapientiam, & Providentiam Creatoris, facti sunt, ex Apostolo, inexcusabiles: atqui si rebellio appetitûs contra rationem, aliæque miseriæ, in quibus nascimur, non essent connaturales homini, fierent excusabiles, nec possent agnoscere Sapientiam, & Providentiam Creatoris, lumine naturali: ergo. Probatur minor: Rebellio appetitûs, aliæque miseriæ, nisi forent homini connaturales, forent injustæ per vos, nisi in peccati pœnam: ergo si non sunt connaturales, nec peccatum est notum lumine naturali, rectè colligitur injustitia conditoris; Atqui peccatum originale lumine naturæ non constat: ergo non

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

non habent Gentiles, unde possint excusare Naturæ conditorem ab injustitiâ. Injustus Naturæ cõditor, nec est gratiis, nec cultu dignus, quia nõ apparet Deus: ergo reddèrentur excusabiles, &c.

17 *Alterum, & Philosophicum* sit: Tota Philosophia Naturalis nititur experientiis, quas habemus de operationibus Agentium; atqui per vos operationes hujusmodi non proveniunt à Naturâ, sed sunt accidentalis pœna peccati, quo non posito aliter operarentur ex intrinsecis Nos, & in Nos Agentia: ergo falsæ sunt consecutiones, quas ex experientiâ Philosophus elicit in evidentia principia Philosophiæ. Hæc autem sunt absurdo majora: ergo rebellio appetitûs in rationem, eique annexæ miseriæ connaturales censendę sunt homini.

§. III.

ASSERTA VERITAS DEFENDITUR.

Objectio prima ex appetitu ad Beatitudinem.

18 OBjicies primò contra primam Conclusionem. Finis ultimus hominis est æterna Beatitudo; nequit autem à Deo condi homo, nisi ordinatus ad suum ultimum finem: ergo nec nisi ordinatus ad æternam Beatitudinem. Atqui ordinatio ad æternam Beatitudinem est status elevationis: ergo nequit homo condi nisi in statu elevationis. Consequentia cum subsumptis legitima est. Probatur major. Tùm quia finis ultimus hominis est aliqua Beatitudo; sed nulla Beatitudo est, nisi æterna; nulla enim alia potest stabilis esse, & à timore amissionis libera: ergo finis ultimus hominis est æterna Beatitudo. Tùm etiam: quia cætera præter Deum sunt finitum bonum; sed finitum bonum nequit esse ultimus finis hominis; posset enim illud homo juste præferre bono infinito: ergo.

19 Probatur minor Syllogismi principalis. Tùm quia nequit Deus hominem condere, nisi propter aliquem finem ultimum: ergo nequit nisi propter finem homitis ultimum. Tùm etiam quia homo non ordinatus ad suum finem ultimum, est monstrosè dissormis propriæ perfectioni; atque adeò non decens ordinatam Sapientiam conditoris. Tùm demum quia naturaliter appetit homo suum ultimum; & quidem innatè; at si conderetur sine ordinatione ad finem hujusmodi, esset, & non esset ordinatus à conditore; esset per concessam homini nativam inclinationem in ipsum; non esset per nolitionem adimplendi Naturæ quòd appetit: ergo.

20 Urgetur aliter, & confirmatur argumentum primò: Nequit homo condi à Deo, inspectis dignitate Creaturæ Rationalis, & Conditoris munificentiâ, sine aliquâ Beatitudine saltem naturali. Nunc sic: Nequit Beatitudo concipi, si sit annexa periculo miseriæ maximæ, quòd ex terminis videtur evidens: ergo nequit homo condi sine ordinatione ad statum, cui non sit annexum periculum miseriæ maximæ. Sed status hujusmodi est status elevationis: ergo. Probatur subsumpta minor. Status cui non sit annexum periculum miseriæ maximæ est status cui non sit annexum periculum peccandi, mors, morbi, &c. Sed hic status, elevationis est: quippè peccati periculum, aliæque miseriæ minores, sunt de constitutione naturæ juxta secundam Conclusionem: ergo. Confirmatur secundò: Nequit homo condi, nisi in statu in quo præferri possit bonum infinitum finitis omnibus, illudque amare super omnia: ad id enim obsequium teneri videtur homo ex jure creationis, & naturæ; atqui amor Dei super omnia, est supernaturalis: ergo nequit homo condi, nisi elevatus ad supernaturalia. Quò facit argumentum eorum, qui contendunt Naturalê Providentiâ sine Supernaturali in Deo stare non posse. Vertatur tandem materiam argumenti Reverendissimus Noster Thyrius *tom. 4. disp. 1. à num. 44.*

Refutatur P. N. Thyrs.

21 Respondeo ipse ad argumentum primò: Duplex in homine distinguendus est appetitus, innatus, & elicitus. Innatus est nativa propensio, & inclinatio in bonum naturaliter assequibile: est enim Naturæ velut pondus in id, sine quo nequit esse benè, & sine violentiâ constituta. Elicitus est Rationalis affectio in bonum apparens ex prævia luce cognitionis: quæ cùm repræsentare possit bonum etiam naturaliter inassequibile, fundat elicitum appetitum illius. Cum proportione ad appetitus hujusmodi, distinguitur potest duplex ultimus finis; alter appetitûs innati; & hic solum potest esse pertfectio naturaliter debita. Alter appetitus

Solvitur primò:

tûs elicitij; & hic potest esse indebita perfectio virtibus appetentis.

22 Hinc distinguo majorem: finis ultimus hominis quoad appetitum innatum; nego majorem: quoad elicitum; concedo majorem. Et distinguo similiter minorem: non potest homo condi sine ordinatione ad finem appetitûs innati, concedo; sine ordinatione ad finem ultimum appetitûs eliciti, nego minorem: cujus discriminis ea est ratio, quòd finis appetitûs elicitî ultimò satiativus est naturaliter indebitus, ne nisi beneficio Creatoris specialissimo possit gloriari Creatura quòd simpliciter felix sit: finis appetitûs innati, utpote de complemento naturæ, debitus. Tenetur autem providus Naturæ Author, dum eam facit, intendere quod ipsi debetur: non autem quod ipsi non debet. In primâ probatione minoris, miscetur æquivocatio. Deus omnia ordinat ad finem ultimum, quia omnia operatur propter se; non autem omnia ordinat in fines ultimos appetitionis rerum, quas facit. Secundæ probationi fieri satis ex distinctione hôium, quam apposui. Ad ultimum, nego antecedens contra Schotistas, quibus ibi jurè favet Ruizius noster *disp. 1. de Voluntate, sect. 2.*, videndique Suarez Schotistas acutè redarguens inconsequentiæ *cap. 2. Tenetur 4. etiam.*

Schotistæ. Ruiz de Montoya.

Solvitur secundò:

23 Respondeo secundò, distinguendo majorem: finis ultimus ex ordinatione liberali Dei, concedo: ex jure naturali Deique Debito, nego majorem in terminis implicantem ex ratione primæ conclusionis nostræ. Patet autem, si ordinatio sit omnimò liberalis, eam esse Deo omnimò liberam; etiam ex suppositione creatæ Naturæ. Ad primam probationem majoris, distinguo similiter: majorem ex limitatione juris naturæ, nego majorem; ex liberali Dei ordinatione, concedo: & permissâ minori, distinguendum est similiter consequens. Ad secundam ejusdem majoris probationem, concesso antecedente, solum fit, pendere à Deo finem ultimum statuere creaturæ, ex se indifferentiæ, vel manere, cum ex se notitiæ, quam de suo habet, vel cum felicitate indebitâ, quam ex beneficio Conditoris potest habere. *Dices*: quinam esset finis ultimus in creatione nostrâ, si non elevaretur? *Respondeo*: vel quæritur de fine ultimo Deo creandis; vel de fine ultimo, in quo sisteret Natura creata Deo fidelis ultimus esset ipsa sui Bonitas: Naturæ vel esset ipsemet Deus, in cujus amore deberet sistere, vel alter: huic non oppositus cui destinaret eam Deus: sufficiens enim servi felicitas est, Obsequium Domini, quo nullus potest esse melior.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

24 Ad primam confirmationem, nego *improximè* suppositum. Sentio enim, & defendo 1.2. *tract. de Attribut.*, nullam esse Beatitudinem, quæ supernaturalis non sit; tùm ex ratione, quam in argumento, & confirmatione sattis præsi; tùm quia nullum mihi videtur inconveniens, quòd homo sibi relictus sit necessariò non felix, solùmque possit ex Gratiâ Conditoris esse felix. Sed permittatur eam communi sententiâ aliqua Beatitudo naturalis, de cujus constitutivo satis disputant Theologi 1.2. *quæst.* 3. & dicatur secundò: statum Beatitudinis naturalis debere esse liberum ab imperfectionibus miseriæ, cui subjacemus. Negandaraine est subsumpta minor: ea enim immunitas à miseriis possit, gratiosè tamen, dispensari ab Authore Naturæ; cujus activitatis fines non ita sunt limitandi, ut non possit hominem eximere à rebellione carnis in spiritum, morbi, mortis, &c: nisi exemptionis supernaturalibus donis. Ad secundam confirmationem permissâ majori, quam discutiemus *infrà*, neganda modò est minor: Licèt enim amor Dei super omnia salutaris, Gratiæ & Gloriæ terminus, haberi non possit sine Theologicâ Gratiâ, haberi tamen potest non ita perfectus, & ex naturali Dei cognitione profectus ex solâ Gratiâ philosophicâ intra limites creationis.

1.2. *lib. de Sum. Bon. & Tract. de Supern.*

Infrà lib. 11. à num. 246. & præcipuè num. 290.

Objectio secunda ex Augustin.

25 Objicies secundò, adversus eandem conclusionem, ex Augustino, pluribus locis: nempè *lib. 1. contra Julian. cap. 3. libro 3. cap. 12. lib. 5. cap. 11. lib. 6. cap. 4. libro 1. ad Bonif. cap. 12. lib. 2. cap. 2. lib. 1. de Trin. cap. 30. lib. 3. cap. 39. item quæst. ad Orth. cap. 3. & q. nihil 1. & 6. Op. imperfect.* videndis singillatim apud Ripaldum *disp. 8. à num. 80.* ibique capite, *infantum sore venia*, si Parvuli sine Baptismo privatos vitio nostri, nullo præcedente peccato? Ita de fide arguit: Nequit esse in infinita quies nisi ex denegatione alterius debitæ? ergo ex

Ripalda.

Au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primâ par. & in 1. 2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Augustino Deus esset injustus ex denegatione Visionis Parvulis innocentibus: ergo quia Parvulis innocentibus debita est Dei Visio: ergo, &c. Et ratio Augustini potuit esse, quam insinuat *serm. 14. de Verbis Ap. cap. 6. Non potest Deus addicere Creaturam Rationalem æternæ miseriæ absque culpâ*; Sed privatio Visionis, & Regni Dei est æterna miseria: ergo nō potest justè tali privationi creaturam innocentem addicere.

Solvitur ex mente Augustini

26 Respondeo, Divum Augustinum per hæc contendere Dogma Peccati originalis in Parvulos transfusi, locutumque vel ex hypothesi catholicâ elevationis, & Promissionis libertimè habitæ; vel ad homines contra Pelagianos asserentes in naturâ, suis præcisim inspectis viribus, dari jus ad æternam vitam. In *utraque* hypothesi foret Deus injustus, seu infidelis, in casu argumenti. *In primâ*: quia non staret promissis. *In secundâ*: quia faceret contra jus naturaliter à Pelagianis inditum in Naturâ. Ex quo patet ad argumentum. Ad rationem subjunctam, Privatio Regni Cœlestis est miseria naturalis, annexa conditioni creaturæ, quam pateretur creatura inelevata, non titulo supplicii, & pœnæ, sed titulo imperfectionis, quam præcavere non tenetur Author Naturæ. Vnde neganda est major, si phrasis non sonet addictionem pœnalem, ut videtur. Et quidem Augustinus, ad homines loquitur, arguitque contra Pelagium ex concessis.

Cōtra Ianſenium.

Objectio tertia aliquorum Recent.

27 Objicies tertiò, adversus eandem conclusionem. Stat benè, quòd Deus non posit non elevare Creaturam Rationalem ad supernum finem, & quòd nullum in creaturâ præcedat jus ad elevationem hujusmodi: ergo necessitas hujus elevationis defendi catholicè potest. Consequentia patet, quia ratio negandi præcipua erat, quòd Gratia deneret esse Gratia, utpote debita creaturæ ex jure naturali. Et confirmatur inde, quòd non repugnat Gratiæ, ratio debiti ex jure quod sit in ipso Deo: debetur enim singulis in hac lege auxilium sufficiens ex jure Divinæ Promissionis. Suadetur igitur antecedēs: Potest in Deo dari necessitas operandi erga creaturam ex præciso titulo munificentiæ suæ, suæque decentiæ; quod ex genio animi liberalis, & regii videtur evidens; atqui necessitas hæc operandi ex præciso titulo, & decentiâ operantis, salvari potest, & debet sine ullo jure creaturæ, cui, sic operando, benefacit: ergo bene stat, quòd Deus non possit non elevare creaturam ad supernum finem, nullo supposito jure in creaturâ ad elevationem hujusmodi. Si autem catholicè defendi possit, quòd & debeat, sic probo: Tùm quia nulla manet absurdi ratio. Tùm etiam quia non potest aliter ostendi liberalitas Dei summa, cùm omnia bona præter ipsum non possint satiare Creaturæ Rationalis animum, relinquendum alioqui, sine ullo peccato, absque suo fine ultimo, qui Deus est.

Solvitur.

28 Respondeo negando antecedens: vel enim teneretur sic operari Deus necessitate absolutâ, vel conditionatâ. Non absolutâ, quia ut absolutè non tenetur Deus hominem condere, ita nec ipsum elevare. Non conditionatâ: quia deberet esse conditio, ipsa positio creaturæ, quod sine jure inseparabilitatis in ipsâ non potest intelligi. Ad probationem distinguo majorem: in donis intra lineam creationis, concedo, vel permitto; in donis supra lineam creationis, & donis maximis, nego majorem: neque enim eò debet extolli liberalitas Dei, ut faciat quasi vilipendium donorum, quibus majora non habet; faceretquè profectò si ita operaretur ut non posset ostendere in eorum dispensatione parem suæ liberalitati libertatem. Est quidem Deus summè liberalis; sed ex ipsâ decentiâ Summi Principis debet habere in suâ potestate beneficia maxima, quæ ex nullo titulo debeat creaturis. Et quidem argumentatio retorqueri posset in bonis Hypostaticę Vnionis, quorum Natura Rationalis, licèt aliunde sit capax, elevationem nullo titulo postulat.

Objectio quarta.

29 Objicies quartò, & contra secundam Conclusionem primò: Status Naturæ cum rebellione carnis in spiritum est status connexus cum peccato: Sed Deus nequit esse Author status connexi cum peccato: ergo neque status Naturæ cum rebellione carnis in spiritum. Minor liquet: quia cò ipsò esset Author peccati. Probatur major: Status Naturæ cum rebellione carnis in spiritū, secluso beneficio gratiæ, est status in quo nequit adimpleri tota lex; vincique tentationes omnes saltem graves; atqui status, in quo ne-

nequeat adimpleri tota lex, vincique tentationes omnes saltem graves est status connexus cum peccato: ergo. Minor est Omnium Patrum contra Pelagium. Modò sic: Atqui si Deus nullo præcedente peccato conderet hominem in statu puræ naturæ excludente subjectionem appetitûs ad rationem, esset author status Naturæ cum rebellione carnis in spiritum: ergo.

Confirmatur.

30 Confirmatur primò: Major est instigatio concupiscentiæ ad impellendam voluntatem in malum, quàm suasio gratiæ auxiliantis in bonum; sed quia Deus est author auxiliantis gratiæ, dicitur Author boni: ergo si sit author concupiscentiæ, dici debet author peccati. Confirmatur secundò: repugnat status, qui ex ipsis Dei donis sit magis odibilis, quàm ipsum nihil, ut ex terminis patet; atqui status cum solutione concupiscentiæ esset contra rationem esset magis odibilis, quàm ipsum nihil, ex Dei donis. Secunda pars patet: quia esset odibilis ex concupiscentiâ causatâ à Deo. Prima probatur: quia status cum morali necessitate damnationis, & æternæ miseriæ magis odibilis est quàm ipsum nihil; atqui status cum solutione concupiscentiæ esset moralis necessitas damnationis, & æternæ miseriæ: ergo.

Solvitur:

31 Respondeo negando majorem: ad cujus probationem negetur etiam major. Licèt enim secluso beneficio Gratiæ contra Pelagium à Patribus assertæ non possit salutariter adimpleri lex tota; imò nec pars illius, ut *infrà* videbimus; tamen adimpleri potest per actus insæcundos Gloriæ, & Gratiæ ex sufficientiâ debitâ puræ Naturæ eam constituenti in morali potestate bene operandi contra insultus concupiscentiæ: neque alia Providentia decet Naturæ conditorem, nihil eorum, quæ fecit, habentem odio ex *Sapientiæ* 10. Deus ergo decentissimè est Author status Naturæ subjectæ cōcupiscentiæ motibus; non tamen sunt ab ipso motus isti rebelles, sed ab imperfectione connaturali Naturæ; sic rubigo ferri non est ab ejus causâ, sed ab imperfectione effectûs producti. Ad primam confirmationem: Ideò Deus est Author boni per interna auxilia suasi, quia nec ex debito, & ex intentione boni dispensat; concupiscentiam verò producit ex debito, nec ejus motus permittit ex intentione mali, sed potiùs opponendo suâ suasione in bono. Deinde aliud est vis concupiscendi, seu motus concupiscentiæ, in quibus rebellio consistit; illam producit Deus, Naturæ aptatam; ita fluunt è Naturâ, non ut à Dei dono, sed à limitatione ejusdem. Auxilia verò sunt Dona specialia Dei, & ex se destinata ad Bonum. Vnde nego consequentiam. Ad alteram confirmationem, negetur minor argumenti, & probationis, ex *supra* explicatis in argumenti solutione.

Infrà à num. 289. & lib. 11. à nu. 262.

Et confirmatio.

In primâ par. & in 1. 2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Objectio quinta, sexta, & septima:

32 Objicies quintò, & contra Secundam conclusionem secundò: quia Augustinus præcipuè peccatum originale probare nititur contra Iulianum ex rebellione carnis in spiritum: si ergo connaturalis est homini: quæ vis esse potest consequentia? Tertiò, contra rationem est, quòd inferior superiori non subsit: concupiscentia autem pars inferior est, & superior ratio: ergo contra rationem est, quòd concupiscentia rationi non subsit. Sed quod contra rationem est, utpote malum, nequit esse naturale, nec Deum ordinatissimè operantem, Authorem habere: ergo. Quartò: Laudabile est repugnare concupiscentiæ: non est ergo Dei donum; Dei enim dona erubescere, eisque resistere non est laudabile.

Solvitur.

33 Respondeo ad secundam, optimam esse consequentiam Augustini, non arguentis ex rebelli concupiscentiâ peccatum originale, nullâ factâ suppositione, sed hypothesi factâ Providentiæ notæ per Scripturas, quas non negabant Pelagiani, ut Manichæi, exinde cogentes, aliter Augustinum arguere. Cum autem ex præsente lege *Eccl.* 7. homini concesserit Deus prædominium rationis contra concupiscentiam, rectè colligitur istam rebellionem esse pœnā: sunt enim Dei dona sine pœnitentia, nec semel data subtrahit nisi in peccati pœnam. Ad tertium: contra rationem est quòd inferior superiori non subsit (loquor in nostro casu, nam in moralibus alia est ratio) quoad actiones impeditivas ultimi finis, nempe quoad dominium consensûs, & operis; non verò quoad actiones non impeditivas ultimi finis, nempe quoad sensum unicè; in quo peccatum non est. Ista enim dissonantia, est imperfectio

Universidad de Deusto
Biblioteca

fectio naturalis ex se comitans constitutionem Naturæ, neq; ipsi tollens, quantumvis rebellis, dominium principale. Ad quartum, Dona Dei non æqualia sunt; se plerumque excedunt: unde respectivè minùs æstimabilia sunt, non quia Dei sunt dona, sed quia habent defectum bonitatis lucentis in aliis: qui defectus oritur ex limitatione, non causæ, quia illimitata est; sed effectûs. Et ex hoc latere possunt esse materia humiliationis, resistentiæ, & erubescentiæ.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliâr.

Objectio octava.

34 Objicies adversus eandem quintò: Impossibile est quòd Natura peccans maneat impunita: ergo & quòd Natura non peccans sit subjecta miseriæ. *Non est* ista consequentia quæ debuisset inferri, sed ista: ergo neque puniri debet Natura non peccans. Et est verissima: quia nequit esse justa punitio sine culpâ. Sed negetur antecedens, si enim Deus potest condonare partem pœnæ, ut facit: nam citra condignum punit, quidni omnem? Deinde si condonare potest culpam & pœnam, ut facit Pœnitentibus, cur non poterit solam pœnam? Culpa enim, & pœnæ remissio majus est beneficium. Non autem Deus, dum beneficia præstat, tenetur ad majus.

Solvitur.

Objectio nona.

35 Objicies denique: Non potest Deus justè Innocentem addicere æterno cruciatui: ergo neque temporali; at miseriæ, in quibus nascimur, cruciatus est ipsâ morte plerumque acerbior: ergo. Videndi sunt de antecedente Ripalda, & Arriaga: ille *tom. 3. contra Bajum disp. 12. sect. 13.* iste *tom. 3. disp. 55. sect. 3.* Negat ille antecedens; concedit iste: uterque probabiliter. Ille nititur supremo dominio Dei, cui non deerunt media, per quę etiam se possit conformare Divinæ Voluntati qui sic crucietur. Iste nititur: quia hujusmodi providentia sapit crudelitatem; & quidem miscere miraculâ in hunc finem, majoris crudelitatis videtur species. Semper inclinat animus, ut cum Arriaga de Deo penès hoc sentiam. Unde concesso antecedente, negatur consequentia; quia istæ miseriæ sunt naturæ imperfectiones connaturales ex se miseriæ, & exsilici.

Ripalda. Arriaga.

Solvitur. Suprà lib. 8. à num. 267.

SECTIO II.

DE LIBERO ARBITRIO: UBI QUALE manserit post peccatum?

§. I.

IMAGO LIBERI ARBITRII SEcundùm se.

Liberum Arbitrii, quid? Suprà lib. 3. 6. & 6. & 1. 2. Tract. de Actib. Nissenus.

36 NOn est animus Liberi Arbitrii Naturam hic ex professo expendere; sine coloribus picturam apponam, illuminatam satis ex dictis *lib. 3. 6. & 7. & in 1. 2. suis numeris absolvendam, in Tractatu de Actibus Humanis.* Liberum ergo arbitrium (*honor Divino æqualis in homine* juxta Nissenum) est facultas voluntatis dominativa, & electiva suorum actuum. Quod in eo consistit, quòd voluntas instructa sufficienter ad existentiam actûs pro suo libito, id est, non aliunde determinata, sed ex libito vel ponat existentiam actûs, se, suaque comprincipia conjungêdo cum actu; vel omittat, se, suaque comprincipia non conjungendo cum Actu.

Lib. 6. à nu. 411. & à nu. 606. & lib. 7. à nu. 112.

37 Unde fit primò, libertatem arbitrii, consistentem in hoc speciali dominio voluntatis; essentialiter dicere potestatem, & sufficientiam ad actum, & omissionem ejus, sive positivam, sive negativam, quod modò non curo. Ratio est: quia nequit esse dominium, aut materia electionis, nisi detur *posse* ad usum, & non usum. Fit secundò: libertatem necessariò dicere omnia, & singula prærequisita per se ad actum, & omissionem ejus, vel vim acquisitivam eorum, modo, quo *libro 6. à numero 411. & à num. 606. & lib. 7. à num. 112.* explicatum est, occasione directionis Scientię Mediæ, & Prædefinitionum Divinarum. Ratio illationis est: quia nequit dari potestas, & sufficientia ad actum, & omissionem, sine his, quę prærequirit necessariò utriuslibet existentia.

Latè in Tract. de Actib. & Suprà lib. 7. à num. 30. & 340

38 Fit tertiò, libertatem gaudere debere *munere determinandi se* ad actum: nam ubi alterius est determinatio, alterius est etiam jus, dominium, & electio in actionem, quæ determinatur. Hinc quartò fit, libertatem excludere omne genus determinationis, quæ sibi præripiat munus determinandi; quæ dupliciter

ter contingere potest, *ex additione*, vel *ex defectu*. *Ex defectu*, si non habeat potestatem ad utramque partem; quæ dici solet indifferentia incomplementi. *Ex additione*, si superaddatur voluntari vel intrinsecè, vel extrinsecè vis aliqua prædeterminans, vel connexio cum alterâ parte libertatis inimpedibilis, vel inamovibilis pro libito voluntatis. Et hæc est *necessitas antecedens* libertati noxia juxta Theologos omnes ex Anselmo *de Concord. cap. 1. & 2.* Scio catholicos aliquos ita loqui, ut penès rem Calvino faveant, & Iansenio. Videatur Suarez *Prolog. 1. cap. 6.* Bellarminus, & Stapletonius.

Quid necessitas antecedens? Anselmus Suarez. Bellarm. Stapler.

39 Fit quintò: non impediri libertatem arbitrii per connexionem cum alterâ parte libertatis, si impedibilis, vel amovibilis sit ab ipsa voluntate per actum dominii sui: & ratio est: quia talis connexio relinquit voluntati jus omne se determinandi, quò velit. Et hæc vocari solet necessitas *consequens*, contrapositè ad necessitatem antecedentem explicatam *numero præcedenti*. Vocaturque *consequens*, non quia rigorosè fiat, aut oriatur ex voluntatis libito: odi enim semper hos loquendi modos plenos imperfectionis, nec rarò obvios in Scientiâ Mediâ, Visione, & Divinâ Providentiâ, sed quia condescendit, & attemperatur ad libitum voluntatis, posteriorate quadam purè determinativi: quasi ab eo oriretur, aut fieret. Sed hæc satis expensa sunt *lib. 3. & lib. 6. ac 7.* Fit sextò: non sufficere libertati, quam de Fide asseruimus, libertatem à coactione, sed libertatem à necessitate, qualem explicui *nu. 36.* Illatio de fide est contra Iansenium, & Bajum. Contra quos vide, si placet, in hoc argumento de Re Catholicâ præclarè meritos, Ripaldâ *tom. 3. à disp. 14.* Petavium *tom. 1. lib. 5. cap. 3.* & præcipuè *tom. 3. lib. 4. per totum.* Annatum *in Augustino vindicato lib. 2. cap. 6.* Item *de Hæresi Iansenianâ, nomine Antonii Richard.* & Moraines, seu Martinonum *in Antiiansenio suo.*

Lib. 3. à num. 104. & 445. & lib. 6. & 7.

Ripalda. Petavius. Annatus.

Dechamps Martinon

40 Fit septimò: hanc esse differentiam inter voluntatem, & reliqua principia libertatis: quòd principiorum, non est determinare potentiam voluntatis, sed complere; nec eorum est, in extremum utrumque concurrere: unde nec penès ipsa residet jus dominii, in quo consistit arbitrium liberum; Voluntatis autem est concurrere in utramque partem, seque & comprincipia determinare; eorum alia ut agant; alia ut actioni coëxistant. Unde penès ipsam est jus, & dominativa libertas Arbitrii: quod in Nobis & ex Fide, & Evidenti ratione suppositum adhuc brevi per hæc ex multis, quæ *Prolegom. 1. per totum* veriat uberrimè Doctor Eximius, & luculenter elucidat *à disp. 14. de Actibus* Ingeniosus Ribadeneyra: quocum ipse in eodem *Tract. de Actibus*, curabo nota facere, quæ hic suppono. Ex quibus omnibus jure colligit Doctor Eximius, bene describi Potentiam liberam: *Quæ positis omnibus prærequisitis ad agendum potest agere, & non agere.* Vide, quæ dicta sunt *lib. 3. à num. 104.*

In Primâ par. & in 1. 2. Tract. 3. de Deo Auxiliâr.

T. Suarez

P. Ribad. Author 1. 2.

Ex suprà lib. 3. à num. 104.

§. II.

QUALE MANSERIT POST PECCATUM

Quid consequens?

41 TRiplex hic difficultas occurrit. Prima: an in Naturâ Lapsâ manserit libertas Arbitrii? Secunda: an ita læsâ manserit, ut nisi ex Gratiâ Christi distinctâ à Gratiâ creationis, non detur in hominibus libertas ad actus naturales honestos? Tertia: an tàlem debilior manserit in lapsâ Naturâ, quam in Purâ foret ad bonum. Authores, qui pro Nobis, aut contra Nos sint, dabimus, resolvendo. Unum anticipo Magistrum Thyrsum, qui novissimè *tom. 4. Select. disp. 3.* retriam ex professo quæstionem aggressus, pro Debilioritate Naturæ lapsæ, pugnat acerrimè ex multiplici capite.

Quæstiones resolvendæ.

R. adm. P. N. Thyrs.

42 Sit prima Conclusio: De Fide est mansisse post peccatum libertatem Arbitrii. Ita sancitur in Tridentino *sess. 6. cap. 5.* contra Lutherum, & Calvinum asseros dicere liberum arbitrium in nobis esse *rem de solo titulo*, seu *titulum sine re*. Occasio errâdi, præter malitiam fraudulentam animi, fuit ignorantia, quâ legebant, & interpretari sunt Augustinum, cujus mens adeò est clara, ut quantumvis supinè legatur, nullam possit ingenerare suspicionem erroris. Videatur Petavius *tom. 3. lib. 4.* per totum. Quòd si Augustinus alicubi libertatem amissâ do-

Prima Conclusio, Ex Trident.

P. Petav. Augustin. mens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

dolet, *vel* intelligendus est *de Supernaturali*, quâ gauderet homo, nisi peccasset: *vel* eo sensu accipiendus, quo dicitur visum amittere, qui laborat infirmitate, vel debilitate potentiæ. Fortè *liberum* contraponit *servituti*, quam per peccatum incurrimus: quâ libertate liberi, sine Gratiâ Christi, non sumus. Cæterùm libertatem, quam Fides docet, nec inficiatus est unquam Augustinus, & convincit plurima, & evidens ratio ex *Rationalitate*, ex *Præceptis*, ex *Suasionibus*, & *Consiliis*, ex *Precibus*, & *Minis*, & *Objurgationibus*, & *Laudibus* efficaciter petita à Bellarmino, legendo cum fructu *tomo* 3.

Cardinal. Bellarmin Secunda Conclusio.

43 Sit Secunda Conclusio: Libertas ad actus naturales honestos etiã in Naturâ lapsâ non est ex Gratiâ distinctâ à Gratiâ creationis, nec eget Gratiâ conferente potentiam. Ita omnes Theologi præter duos, Gregorium, & Capreolum, *in* 2. *dist.* 28. nequidquam suum excusante Godoy 1. 2. *disp.* 41. §. 1. *num.* 2, quibus non parùm favet, expendente Oviedo *controv.* 3. *de Grat. part.* 1. §. 1. Pater Vazquez: favit aperte, quod miror, ex Oviedi calamo P. Gaspar Hurtado, non semel scripto, & voce tutatus sufficientiam ad bonum opus, etsi naturale, esse ultra Naturæ debitum, & ex Gratiâ; unde necesse est, assereret libertatem ad bonum etiam naturale, quæ sine tali sufficientiâ est inintelligibilis ex *nn.* 37. & 38. extinctam in nobis esse per peccatum, & ex Gratiâ esse: quod excusare vix possum ab errore Bajanorum. Contra quos, & alios ex Academiâ Salmanticensi citatos à Ripaldâ *disp.* 104. *de Ent. supern. sect.* 2. quem omnino etiam vide contra Bajum, & Bajanos *tom.* 3. *de Supern.*

P. Vazq. Gaspar Hurtad. P. Ripald.

Contra Greg. & Capreol. Godoy. Ovied. P. Vazq. Gaspar Hurtad.

Probatio prima conclusio ex damnatione Propositionum Baji, & Iansenii.

44 Probatur primò Conclusio ex damnatione Baji, quam habes apud Ripaldam, & Suarez, & in quâ damnantur ab Ecclesiâ Propositiones hujusmodi: *Liberum arbitrium sine Gratiæ Dei adjutorio, non nisi ad peccandum valet. Cum Pelagio sentiunt, qui boni aliquid naturalis, id est, quod Naturæ solis viribus ortum ducit, agnoscit.* Ex quibus argumentor sic: Nequit non esse verum, liberum hominis arbitrium non nisi ad peccandum valere; oriri que non posse ex sensis naturæ viribus aliquid boni, seclusâ Gratiâ, nisi seclusâ Gratiæ adjutorio insit arbitrio sufficientia ad non peccandum constituta per vires Naturæ debitas ad aliquid bonum; atqui illud non potest esse verum, salvo tenore catholicorum dogmatum: ergo neque quòd desit arbitrio sufficientia ad non peccandum constituta per vires Naturæ debitas ad aliquid bonum. Quæ arguendi ratio præclusit effugium Vazquii, de quo *alibi*.

Vazquez. Infrà lib. 11. à num. 140.

45 Confirmatur ex errore Pelagii: qui admittebat in arbitrio libertatem ad bonum, & cogitationes sufficientes honesti: At in eo reprehendebatur à SS. Patribus, quòd ea adderet convenire Naturæ ex Gratiâ: Dicente non semel Augustino, quòd gratis foret facta Redemptio, si ad obtinêdam hujusmodi Gratiam intercessisset: quia ea libertas, morte Redemptoris non intercedente, maneret: ergo ea libertas non est ex Gratiâ Redemptoris.

Et firmatur ex errore Pelagii.

Probatio secunda.

46 Probatur secundò Conclusio: Libertas ad peccandum est naturalis homini, nec ex ullâ Gratiâ: ergo libertas ad non peccandum: ergo & libertas ad bonum. Antecedens negatur à nemine. Prima Consequentia manet expressè definita, quia est contradictoria Baji: & est evidens: quia implicat libertas ad peccãdum sine potestate ad oppositum: ergo si illa libertas non est ex Gratiâ, neque etiam erit potestas ad oppositum. Probo secundam consequentiam, primò: Nequit dari libertas ad peccandum, & non peccandum sine cognitione legis, & malitiæ: sed hæc cognitio sufficit ad affectum honestum, sive amplexivum legis, sive malitiæ detestativum: ergo. Secundò: implicat enim quòd cogitatio retrahens à peccato semper sit purè indifferens, & nunquam honesti consistativa. Tertiò: Libertas ad non peccandum necessariò supponit Providentiam Dei sibi proportionatam: Sed Providentia Dei est connexa cum præcepto de lege naturali obsequendi Conditori, & cum suasione ad bonum honestum: ergo supponit necessariò Providentiam præceptivam, & suasivam honesti. Sed Providentia præceptiva, & suasiva honesti necessariò connectitur cum possibilitate practicâ honesti in eo, cui suadet, aut præcipit: quis enim nisi irrationabiliter, & per apertam implicantiam terminorum, ut acutè premit

P. Esparz.

mit Esparza *quæst.* 2. *de Gratiâ, art.* 3. præcipere, vel consulere possit impossibilia? ergo.

Confirmat.

47 Confirmantur hæc omnia. Impossibile est, quòd homo sit unquam in statu, in quo ex his, quæ à Deo accipit, ut conditore Naturæ, excusetur, illi gratias agere. Videtur evidens: quia ipsa elargitio bonorum naturalium fundat debitum gratitudinis Naturalis; atqui si libertas ad peccandum separari posset à libertate ad bonum, eòipsò excusaretur homo sic liber, Deo gratias agere, ex ipso libertatis dono quod accipit: ergo libertas ad malum separari non potest à libertate ad bonum. Sed libertas ad malum non est ex Gratiâ, ut præmisimus, & patet in damnatis, in quibus juxta Sanctum Thomam 1. *part. quæst.* 64. *art.* 2. & 4. *contra Gentiles cap.* 52. nulla est Gratia; datur tamẽ peccandi libertas, ut probat Suarez *lib.* 3. *de Angelis, cap.* 7. & *lib.* 8. *cap.* 9. ergo neque libertas ad bonum.

S. Thomas. Suarez.

48 Minor primi Syllogismi probatur. Tùm quia qui non habet vires sufficientes ad bonum, excusatur à gratitudinis actibus, qui boni sunt. Tùm & efficaciùs: quia libertas ad peccandum sine libertate ad honestum, eòipsò definit esse accipienti benefica: ergo eòipsò excusatur accipiens, gratias agere. Patet consequentia: neque enim debitum gratitudinis oriri potest ex actione non beneficâ. Probatur antecedens. Libertas ad peccandum hujusmodi, non est accipienti bona: ergo neque benefica. Probatur antecedens: quia ex illâ libertate solũ potest homo peccare, & non peccare, summumque lucrum quod possit hauriri est non peccare. Nunc sic: illâ libertate seclusâ, lucrum non peccandi certum haberet homo sine ullâ contingentiâ illud amittendi: ergo ex illâ libertate solùm habet contingentiam amittendi lucrum inde contingens, quod aliàs certum habebat. Sed collatio rei non ex alio lucrò bonâ quàm quod erat ante se certum, & fit ex ejus positione contingens, nequit esse bona, & benefica: plus enim tollit, quàm dat; quia loco boni, cujus certitudinem tollit, dat solùm contingentiam ipsius: ergo.

49 Dices: Libertatem esse necessitate perfectiorem. Contra: non peccatum libertum, nihil dicit admixtionem boni, si præcisè sistamus in non peccato liberos; ergo non potest esse melius non peccato necessario: quia excessus comparativus supponit positivum qualitatis, in quâ fit.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

50 Sit tertia Conclusio: Natura lapsa debilior est ad bonum respectivè ad statum innocentiæ, & Integritatis, quæ mansissent, Adamo non peccante. Sic omnes ex *Tridentino*, & communi locutione *Patrum*; *illo*, definiente libertum arbitrium viribus attenuatum, & debilitatum in peccati pœnam: *his*, docentibus, Vulneratum in naturalibus hominem ob peccatum. Et ratio est: quia ex peccato successit rebellio carnis in spiritum antè prædominantem appetitui; & amissio donorum supernaturalium, valde soventium vires etiam naturales arbitrii ad bonum honestum: quæ amissio cum divisio sit donorum ab animo, *vulnus* non incongruè dicitur. Unde notabis obiter contra Thyrsum ex Concilio, Patribusque, non posse sumi argumentum ad quæstionem nostram, Naturam aliter comparantem.

Tertia Cõclusio communis.

R. adm. P. N. Thyrs.

51 Sit quarta Conclusio: Natura lapsa non est intrinsecè per se debilior, quàm foret pura, quoad vires intrinsecas sibi debitas. Probatur: quia hæc major debilitas vel substractione fit, vel appositione; sed neutro modo: ergo nullo. Major est evidens. Probatur minor quoad primam partem: Nam si fieret substractione: vel esset diminutio vires animæ, vel tollendo: non primum: quia sunt incapaces intẽsionis, cùm sint identificatæ cum Animâ. Non secundum: quia nequeunt ob eandem rationem tolli vires hujusmodi, manente Animâ cum potentiis. Et urgetur: quia ex peccato originali, nullum defectum experimur in sensibus quoad vires sibi proportionatas, & debitas: ergo neque in potentias, ex peccato, defectus ullus irrepsit: & rationem assignat Angelicus Doctor ex magno Dionysio 1. *part. quæst.* 95 *art.* 1. quia scilicet pœna peccati sola fuit substractio gratuitorum.

Quarta Conclusio.

S. Thomas. S. Dionys.

52 Probatur minor quoad secundam partem: quia si appositione fieret, esset apponendo qualitatem aliquam per modum habitûs inclinantis ad malum, & retrahentis à bono; cujus tamen est in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

asignabilis causa; neque enim foret ipsa Natura, utpote non natæ sibi nocere: neque foret peccatum: nam peccatum Adæ non est, cum nascimur, aut concipimur. Neque foret Deus: quia Deus nequit esse hujusmodi qualitatis Author, quin sit Author mali: ergo non est, unde proveniat major ista debilitas in Naturâ post lapsum. Confirmantur hæc omnia: Peccatum originale non tollit Naturam; neque jus naturale fundatum in ipsâ: ergo neque tollit Providentiam Naturæ proportionatam: ergo neque vires Naturæ debitas, quibuscum ipsa connectitur Providentia. *Providentia enim non est Naturam corrumpere, sed salvare*, loquitur Theologorum Apex

Dionys.

Dionysius *de Divinis Nominibus cap.* 4. Dixi *per se*: nam *per accidens* ex habitu vitioso ex peccato actuali relicto, & ex deordinatione actualis peccati, nec est quæstio, nec ipse dubito.

Quinta Conclusio.

53 Sit quinta Conclusio: Natura lapsa præ pura non est debilior quoad ea bona, quæ ex determinatâ causarum exigentiâ fluunt. Est illatio præcedentis, & patet: quia ea bona sunt Naturæ debita; sed quoad dona debita non est inæqualitas inter Naturam lapsam, & puram: ergo. Confirmatur: quæ sunt extra hominem, sive ipsi faventia, sive nocentia, eodem modo fluunt post lapsum, quàm præcisim ab ipso fluerent, juxta suâ unûquodque conditionem, quam in operando sequitur: alioquin sequitur inconveniens frustrandæ, & illudendæ Philosophiæ, juxta *num.* 17. ergo ratione lapsûs nequit inæqualitas esse penès bona inde determinatè fluentia.

Suprà nu. 17.

Sexta Conclusio.

54 Sit sexta Conclusio: Neque extrinsecè debilior est lapsa Natura præ purâ ex debito carendi cogitatione honestâ congruâ; neque ex potestate Dæmonis; neque ex indignitate Naturæ augente beneficium in donante. Tres sunt assertæ partes. Probatur prima: Tùm quia talis pœna non est viatorum, sed damnatorum. Tùm etiam: quia ut egregiè ponderat ex Suarez Cardinalis Sfortia, Infantes decedentes sine baptismo nullam cogitationem honestam congredim, atque adeò nullum actum honestum haberent per totam æternitatem; illis quippe nulla pœna remittitur ex Christi meritis. Tùm etiam quia pœna neque debet

Suarez. Sfortia.

esse omninò per se voluntaria punito; neque involuntaria punienti, ut privatio cogitationis honestæ congruæ secùs se habet. Videatur Sfortia *in Assertion. Theolog. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 11. Probatur secunda pars: Tùm quia hæc miseria subjacendi Dæmonum incursibus videtur aliquibus connaturalis homini; nec omninò dissentit Sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 165. *art.* 1. *in corp.* Tùm etiam: quia vel ea servitus debet compensari Naturæ per Angelos bonos, vel non? Si primum: majus bonum ab Angelis bonis nobis venit, quàm malum infligatur à malis. Si secundum: non videtur congrua pœna peccati originalis: quia videtur durior, quàm pœna sensûs, ista servitus sub hoste potentissimo, & ad nocendum animæ paratissimo. Probatur tertia pars: quia collationem doni essentialiter majus beneficium ratione indignitatis in accipiente, non facit hunc debiliorem, nisi dono privetur; sed per te (sic enim Ripalda supponit *disp.* 104. *sect.* 3. *num.* 29.) Natura lapsa non privatur his bonis in pœnam lapsûs: ergo non est debilior, quàm esset pura.

S. Thomas.

Ripalda.

Septima Conclusio.

55 Sit septima Conclusio: Natura Lapsa debilior est intrinsecè, & extrinsecè quoad ea bona, quæ pendent ab indeterminatâ causarum exigentiâ; quæ, cùm pauca non sint, dicenda est post Lapsum absolutè debiliori, quàm esset in statu puritatis. Sic Esparza, & opinor, ipse Ripalda; nec Suarez contrarius est. Explico Conclusionem & probo. Naturæ bona sunt in duplici genere: alia sunt determinatè debita, quia vel insunt ipsi, vel proveniunt ex determinatâ causarum exigentiâ citra miraculum inimpedibili: alia sunt solum indeterminatè debita, & citra miraculum negabilia, quia proveniunt ex exigentiâ indeterminatâ causarum in operationis determinatione pendentium à Supremis Agentibus; quorum est determinare sic vel aliter causas. Hanc determinationem sequitur plerumque longa catena commodorum, & incommodorum, & magna diversitas affectionum in homine ex variâ applicatione causarum ad passum. Ecce ergo fontem, unde fluant plura beneficia Dei, ne author est Naturæ: decet enim ut sibi reservet ex titulo causæ Supremæ plures ex his eventibus, unde citra ipsius violationem

Esparza. Ripalda. Suarez.

nem possit vel favere, vel nocere Naturæ: neque enim quoties favere vidit, aut punire, decet, ut recurrat ad miracula, ut dictum & explicatum est *suprà lib.* 6. *à num.* 60. His ergo bonis secundi generis privatam esse ratione lapsûs, indeque debiliorem factam esse naturam præ pura, sic probo:

Suprà lib. 6. à num. 60.

56 Deus devinciens Adami voluntati dona Supernaturalis Ordinis, devinxit etiam dona Ordinis Naturalis citra jus conferibilia, & citra miraculum negabilia: ergo si illa amisit ratione lapsûs; etiam ista. Consequentia patet: quia si utraque fecit hæreditaria, utraque fortunæ ejusdem esse debebant. Probo antecedens: Neque enim videtur rationabile quòd Deus fecerit hæreditarium cumulum bonorum extra sortem & ordinem Naturæ, donorumque intra naturæ ordinem cumulum non faceret hæreditarium: quicenim dat quod plus est, rectè colligitur dare velle, quod minus est: ergo utraque bona devinxit Adamo, derivanda, ni peccaret, in Posteros. Atqui homo ex bonis hujusmodi fortior, & robustior esset ad bonum: ergo ex eorum amissione factus est absolutè debilior etiam in naturalibus. Nunc sic: In purâ Naturâ nihil esset, quod obstaret divinæ beneficientiæ, ne in his eventibus faveret Deus potiùs Naturæ, quàm noceret: ergo haberet plura dona, quibus intrinsecè & extrinsecè Natura pura instituere tur ad bonum, quàm Lapsa Natura: ergo absolutè etiam in naturalibus est hæc illâ debilior.

§. III.

OBJECTIONES IN CONTRARIVM.

Objectiones contra secundam.

57 OBjicies contra secundam Conclusionem primò: Patres asserentes ratione Lapsûs amissam sufficientiam, & libertatem ad bonum. Audi hîc Cœlestinum Papam, seu Prosperum *in Epist. ad* Episcopos Galliæ. *In prævaricatione Adæ omnes homines Naturæ impossibilitatem, & Innocentiam perdiderunt.* Secundò: Eosdem asserentes ex Arausicano *can* 22. *Nemo habet de suo nisi mendacium, & peccatum.* Tertiò: Servitus peccati dicit peccandi necessitatem; nam servus non est liber: at homo ratione lapsûs est sub servitute peccati: ergo cum necessitate peccandi: ergo cum impossibilitate bene operandi. Hucusque Jansenistæ. Quartò: Opus honestum, est opus Naturæ sanæ; cujus vires non sunt in infirmâ: qualis ex lapsu manet: ergo Natura lapsa non habet vires ad bonum honestum: ita Capreolus, ut putat, ex S. Thomâ. Quintò: non est opus honestum sine ordinatione ad ultimum finem: quæ impossibilis est sine gratiâ. Sic Gregorius Ariminensis. Sextò: ratione lapsûs amissa est cogitatio sufficiens ad bonum: ergo libertas ad bonum solùm habetur ex Gratiâ. Consequentia bene sequitur ex antecedente, quod probant: quia ratione lapsûs, fit homo indignus omni bono, ejusque privatione dignissimus: sed cogitatio sufficiens ad bonum, bona est: ergo. Sic nonnulli Catholici ex Academiâ Salmanticensi, teste Ripaldâ: & sic etiam Jansenistæ.

Cœlestin. Prosper. Ex Jansenistis.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Ex Capreolo.

Ex Greg. Arimin.

Ex MM. Salmatic.

58 Respondeo ad primum ex *nu.* 42. ubi sinceram interpretationem consultò præmisi. Mens Cœlestini, & Prosperi, non est *de naturali sufficientia, & libertate*, sed de *Possibilitate* connaturali statui Innocentiæ, ubi nulla erat pugna, & naturæ corruptio, ex quibus oritur difficultas Operandi bene. Hanc Possibilitatem, quâ Homini erat connaturalis, & sine impedimento, Operatio secundùm rectam rationem, cum Innocentiâ amissus in Adam. Ad secundum: Arausicani, Patrumque sensus, de quo plurima, mirabili comprehensione, Pater Suarez *toto cap.* 21. *lib.* 1. *de Gratia*: Catholicissimus est: quia ita malum existit, ut solius sit Creaturæ, non Dei. Secùs bonum, cujus est principalis causa, Deus. Unde bene de suo mendacium habet, ly *de suo* solam notante imputabilitatem creaturæ, & excludente Dei influxum: quia *perditio tua ex te; tantummodò ex me auxilium tuum: Oseæ* 13. Ad tertium, perversè confunditur peccandi necessitas cum servitute peccati. Hæc solùm dicit reatum culpæ, consequentem subjectionem ad pœnam jus in Deo punitivum, &c. quacum libertas oppositia non componitur. Illa est omninò in terminis impiorum. Ad quartum: Opus honestum supernaturalis honestatis est opus sanæ Naturæ; non autem omne opus honestum: & sic interpretor Doctorem Angelicum. Ad

Solvuntur Cœlestini Mens.

P. Suarez Arausican & Patres Mens.

Oseæ 13.

S. Thomas

quin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

quintum: certè cognitio Dei, ut est Author Naturæ, connaturalis est homini: unde & possibilis est ordinatio ad ultimum finem, sine speciali gratiâ. Quid, si negetur assumptum: satis enim salvatur honestas ex motivo virturis, ad quam pertineat? Ad sextum: negetur antecedens: ad probationem dupliciter fieri potest satis. Primò distinguendo sic: fit indignus omni gratuito, concedo: quia demeretur, ut amicè tractetur: bono naturali, nego antecedens, quia privatio horum bonorũ induci non solet à Deo in pœnam, ut neque destructio peccatoris. Secundò, concedo majorem, & minorẽ, & nego intentum: quia non ea omnia, quorum factus est indignus ob lapsum homo, in pœnam amisit. Vide de his *infrà à num.* 75.

1. 2. lib. de ultim. Fin.

Mox à nu. 75.

Objectiones contra tertiam.

59 Objicies contra tertiam Conclusionem. Tùm quia peccatum dicit aversionem voluntatis à bono: ergo debilitat vires ad bonum. Tùm etiam quia peccatum relinquit voluntatem minùs aptam ad ea, quæ sunt ad bonum: ergo reddit intrinsecè debiliorem. Tùm etiam quia Natura purà posset mereri aliquid naturale apud Deum: non, lapsa: ergo minùs hæc posset. Respondeo: ad primũ: Peccatum actuale, concedo; Habituale, cujus naturam imitatur in nobis originale, nego: & nego consequentiam in arguentis sensu. Ad secundum: dicatur, peccatum relinquere naturam minùs aptam dum physicè manet vel in se, vel in habitu: quos casus jam exclusimus *num.* 52. Ad tertium: distinguo consequens: facere, nempe per vires alioqui debitas, nego: mereri, concedo. Ratio verò discriminis non est inæqualitas virium: sed statuum: nam ad meritum requiritur, quòd operatio non sit ab inimico.

Solvuntur

Objectiones contra septimam.

60 Objicies contra septimam Conclusionem: primò: Peccatum originale plus nocet in termino, quàm in viâ: saltem non plus nocere potest in viâ, quàm in termino: cùm in termino privet aptitudine ad regnum, quâ non privat in viâ. Sed peccatum originale non privat, in termino, bonis, quibus frueretur Pura Natura: ergo neque eisdem privat in viâ: ergo in utroque statu Natura est æquè felix in hujusmodi bonis: ergo & æquè fortis ad bonum. Minor ostenditur: quia Parvuli decedentes sine baptismo fruentur felicitate naturali, quâ fruerentur in purâ Naturâ: id quod dubitat nullus ferè Theologus. Secundò: quia Adamo non peccante, Posteri non essent melioris conditionis in bonis Naturæ: ergo neque sunt deterioris, quia peccavit. Consequentiam suadet æquitatis ratio, paria momenta constituens commodi, & incommodi ex Innocentiâ, & peccato. Tertiò: Manentibus eisdem causis, manent iidem effectus; at ex peccato non fit in causis ulla diversitas: ergo neque in effectibus: ergo neque in iis, quæ ab affectuum, & causarum eventibus pro nostræ libertatis bono dependent.

Solvitur.

Bellarmin.

Respondeo: ad primum: Parvulorum decedentium sine Baptismo conditio, quâ nititur tota argumenti ratio, res est nimis obscura. Ipse cum Bellarmino *tom. 4. Controversia 2. libro 6. cap. 2. & 3.* consulendo diligenter, censeo eos esse absolutè damnatos, atque adeò evacuandos utraque Beatitudine supernaturali, & naturali, deteriorisque fore sortis, quàm in purâ naturâ. Unde concessâ majori, negetur minor, & suppositum Probationis. Ad secundum, negetur assumptum ex ratione conclusionis nostræ. Ad tertium, verum est majoris assumptum, si maneant causæ cum eadem determinatione, & applicatione; eâ tamen variatâ, non est verum: quæ variatio cùm satis arguatur ex pacto, quod suadere conati sumus *num.* 56. diversitatem infert etiam in effectibus, & exinde in libertate nostrâ. Alia possent urgeri, quæ premit ingeniosè Pater Esparza *quæst. 9.* sed ex nostris probationibus benè penetratis fiet omninò satis.

Esparza.

SECTIO III.

ACCEPTIONES GRATIÆ, ERRORES circa ipsam, & dogmata.

§. I.

GRATIÆ ACCEPTIONES.

61 OMissis iis acceptionibus Gratiæ, quæ nostræ curæ non sunt, quibus nempè pro Perfectionibus, amorem conciliantibus, Gratia sumitur, qualis est *elegantia vultûs, & linguæ* juxta illud Proverb. 31. *Fallax Gratia, & vana*

Prov. 31.

Psalm. 44

na est pulchritudo. Et Psalm. 44. *Diffusa est Gratia in labiis tuis: Gratia* præsiùs accepta sumitur primò pro *Gratitudine:*

2. Reg. 2.

sic 2. *Regum* 2. *Ego retribuam Gratiam.* Secundò pro *interna benevolentiâ, & amore,* quo quis erga alium afficitur: sic

Luc. 1.

Luc. 1. *Invenisti Gratiam.* Tertiò pro *Dono gratis collato* nempe ex nullo debito

Rom. 12.

præcedente: Sic *Rom.* 12. *Si autem Gratiâ jam non ex operibus, alioquin Gratia non est Gratia.* Inter has gratias talis est ordo, ut præcedat affectus: inde collatio doni, cui fiat ex Gratitudine compensatio. Tres habent locum in Deo, sed diversimodè: Prima solùm passivè, seu objectivè; secunda quasi activè, & passivè; Tertia solùm activè. Ratio est apertissima: quia Deus, incapax cùm sit accepti beneficii, gratias nulli debet; cùm sit potentissimus, dare potest. Unde patet, Impossibilem esse Deo obligationem, seu donationem antidoraiem, ut Juristæ loquuntur *Lex. sed etsi* 27. §. *consulvit*, ff. *de Petitione Hæred.* Nos verò de *Gratiâ* tertiò acceptâ cum Theologis, & Patribus locuturi sumus: exinde enim *Gratia* dicitur, quia gratis datur, ex Augustino passim, præcipuè *Serm.* 61. *de Verb. Domini, cap.* 1. *& in Psalm.* 49.

Leg. 27. ff. de Pet. Hared.

Augustin.

Gratia Quotuplex.

62 Gratia igitur accepta pro beneficio, seu dono gratis collato, dici solet *Naturalis, & Supernaturalis.* Naturalis amplectitur omnia dona, quæ in ordine creationis à Deo accipimus: & est subinde *duplex*: alia donorum, quæ non supponunt Naturam, vel si supponant, ipsi debentur: Talis est *Essentia, & Existentia*; tales *Proprietates* connaturales: & hoc sensu dicitur aliquando à Patribus, & Conciliis, Hominem gratiâ Dei esse hominem; Angelum, Dei gratiâ esse immortalem: insinuaturque Dei libitum, concessa conservantis, nec volentis annihilare. Alia donorum, quæ supponunt naturam; ipsi tamen determinatè non debentur; tales sunt eventus, quos attigi *num.* 55. *Vtraque Gratia* apte dicitur à plerisque *Philosophica.* Supernaturalis amplectitur omnia dona, quæ Naturæ superant vires acquisitivas, sivè physicè, sivè moraliter, atque adeò Divini ordinis; & Naturæ, quam supponunt, indebita. Et est etiam *duplex*, Supernaturalis *quoad substantiam*, & *quoad modum*: *quoad substantiam*, si ratione suæ entitatis, & excellentiæ, fundat excessum supra Naturam: quoad modum, si ratione sui alioqui non indebita, excedat in modo quo confertur. Hæc presse dixi, accuratiùs evolvenda *tractatu singulari in* 1. 2. Vtraque dicitur *Theologica*; quia hæc est illa Gratia, quam ex Conciliis, & Patribus asserit Theologus contra Pelagium, conatum ex Gratiæ, quam dixi Philosophicam, vel altetius acceptione, Patrum vires eludere, & errorem subdolè simulare.

Philosophica.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. 1.2. Tract. de Supern. Theologica.

Late de his, cit. tract. de Supern.

63 Gratia Theologica dividi solet primò in Increatam, & Creatam. Secundò in internam, & externam. Tertiò in gratis datam, & gratum facientem. Increata est Perfectio Dei communicata nobiscum; & in hoc sensu dicitur à Conciliis Spiritus Sanctus Dei donum: dicitur Gratia respectu Humanitatis Personalitas verbi; & illa inhabitatio Trinitatis in nobis à Christo promissa, dum dixit: *ad eum venientes, &c.* & hoc etiam sensu dicitur Gratia, decretum Dei de supernis donis. Creata est donum à Deo gratuitum, & ab ipso distinctum. Interna est Donum Dei gratuitum inhærens nobis: quales sunt Habitus infusi, Sanctæ cogitationes, Gratia justificans, &c Externa est Donum alioqui gratuitum, sed non inhærens nobis: quales sunt, Incarnatio Verbi, Revelationes factæ Prophetis, Prædicatio, Sacramentorum institutio, exempla, & his similia. Gratis data, sumpto pro specie Genere, est Donum à Deo collatum præcipuè ad aliorum utilitatem. Gratum faciens, est donum à Deo collatum directè & præcipuè in accipientis Sanctificationem & bonum. Sic ex Sancto Thomâ, Noster Eximius plura disputans *proleg. & cap.* 4. & addens *cap.* 5. explicationem ubertimam Gratiarum, quæ *ex Apost.* 2. *Corinth.* 12. novem numerantur, & vocantur gratis datæ. Eâ tamen explicatio ad secundam secundæ pertinet, ubi de *Virtutibus in particulari* disseritur.

S. Thomas. P. Suarez

Gratia Habitualis.

64 Gratia Gratos faciens non est unicè, quæ justificet, sed amplectitur omnia illa dona ordinata *per se* ad sanctificationem accipientis: unde subdividitur in Habitualem, & Actualem. Habitualis est: *Qualitas permanens, inhærens, elevans, & complens vires animæ ad actus virtutum.* Talis est Gratia sanctificans,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

cans, & Virtutes supernæ: de quibus in propriis *tractatibus* erit sermo. Actualis, Scopus *hujus tractatûs tertii*, est, Auxilium supernaturale intrinsecum, quo Deus animę vires, certis quibusdam temporibus, excitat, & movet ad operandum: Tales sunt apud nos Illustrationes, & Affectiones Sanctæ: Physicæ Prædeterminationes apud Thomistas. Vnde patet discrimen inter utramque Gratiam. Habitualem, & Actualem. Aliter ultrà discrimino primò: quia illa confertur Adultis ex dispositione prævia: hæc, saltem in radice, id est, saltem prima, omne meritum antevertit. Secundò: quia illa non aufertur sine culpâ nostrâ: Hæc plerumque evanescit ex Dei libito. Tertiò: quia illa vel ex se, vel ex lege non componitur cum peccato: hæc plerumque componitur. Quartò: quia illa confertur etiam Parvulis; hæc, ratione utentibus. Ex quo facilè colligi potest definitio Auxiliorum Gratiæ, quorum explicationem aggredimur. Ea placet: *Auxilia Gratiæ sunt, Actualia, & facilè fluentia subsidia interna, collata divinitùs Creaturæ Rationali, quibus ejus vires roborantur, & augentur ad opus, ad quod per se non sufficit.*

Compară-tur.

Et definitur Auxilians.

Quæ subjectum est.

65 Hæc ergo Actualis Gratia, & interna, & creata auxilians ad operationes salutares est subjectum tractationis nostræ, deque eâ tota lis olim inter Augustinum, & Pelagium: Dixi *internam*, contrapositè ad illam divisionem, quam attingit Ovied. *controv. 1. part. 3. nu. 22.* Gratiæ actualis in gratiam internæ inspirationis, & protectionis externæ, consistentis in extrinsecâ remotione impedimentorum ad operandum benè. Ex quo patet, eũ, qui *quæstionibus S. Thomæ* de hoc puncto præfixit hunc titulũ: *De exteriori principio Humanorũ Actuũ*, scilicet *Gratiâ* Dei, vel attendisse potiùs ad Authorem Gratiæ, quàm ad ipsam; vel mendosè inscripsisse; vel, quod opinor, locutum de Deo, addito medio, per quod Deus nos excitat, & adjuvat: nam subtilitas Illustrissimi Godoy locum habere nequit, cùm innitatur falso principio *disputatione sequente* diruendo. Et hæc de acceptionibus Gratiæ: de quibus plura legi possunt apud Oviedum *controvers. 1.* Ripaldam *totâ disputatione* 101. Et Doctorem Eximium *toto Proleg. 3.* Suc-

Ovied.

S. Thomas.

Godoy.

Ovied. Ripalda. Suarez.

cedebat expendere divisiones principaliores Gratiæ actualis in *Prævenientem*, seu *Excitantem*, & *Adjuvantem*; in *Antecedentem*, *Comitantem*, & *Subsequentem*; in *Operantem*, & *Cooperantem*; in *Sufficientem*, & *Efficacem*. Verùm hæc singula commodiùs explicabuntur *lib. 13. à num. 14.*

Infrà lib. 13 à nu. 14

§. II.

ERRORES CIRCA DIVINAM GRATIAM

De Erroribus patet Suarez. Error Clerimi.

66 DE Erroribus circa Divinã Gratiam agit utilissimâ diffusione Suarez *toto Proleg. 5.* Nos breviter. Primus fuit Iudæorum, duo ex Cherinto cõtendentium, nempe Gratiam Christi non sufficere ad Salutem sine legis veteris observatione; & Gratiam Evangelii non esse communem omnibus Gentibus, sed specialiter datam esse Iudæis. Contra quem errorem scripsit Apostolus *ad Galatas, & ad Romanos.*

Pelagii Error.

67 Alter error fuit Pelagii, qui Natione Britannicus, Professione monachus, & famâ virtutis aliquando celebris, totum Orientem obscuravit. Videatur Baronius *tom. 5. Aug. hæres. 88.* Vazquez *disp. 196.* Suarez *Proleg. 5.* Ruizius de Montoyâ *de Prædest.* Koninch *disp. 4. de Actibus Supernaturalibus dub. 4.* & Recentes Authores, dum *de Prædest.* disputant. Ex quibus, ut Pelagianus error intelligatur; quę certa sint, prius exponam, additutus postmodum, quæ incerta sunt.

Quis Pelagius ex Baronio. Augustin. Vazquez. Suarez. Montoya. Koninch.

68 Imprimis negavit Pelagius omnem gratiam: posteà verò in Palæstino Concilio, censuris coactus est fateri Gratiam: hac tamen voce subdolè simulavit errorem suum: quippe nemine Gratiæ solùm intellexit bona naturalia, & vim arbitrii liberi. Constat ex August. *hæres. 88. epist. 95. 106 & 107.* & ex Hieronym. *1. contra Pelag. epist. 139. & epist.* Patrum *Concilii Carthag.* ad Innocentium, quæ est *nona* inter *Epistolas Augustini.* Secundò asseruit Pelagius Gratiam Auxiliantem dari, ob merita nostra. Hic enim est *octavus articulus* damnatus in Palæstino, & ab Augustino relatus *epist. 106.* Quam propositionem cùm retractaret Pelagius in eo Concilio, postea asseruit se locutum in retractatione, non de gratiâ internę inspirationis & illustrationis,

Erroris initium.

Augustin. Hieronym.

Concilium Carthag. Progressus. Concilium Palæstin. Augustin.

Augustin. nis, ut cogebatur à Concilio loqui, sed de donis creationis. Constat ex *August. epist. 105.* ex quo patet Pelagium veram rationem gratiæ denegasse. Tertiò asserunt, solis naturæ viribus posse ab homine servari totam legem, vincique tentationes. Constat ex Augustino *epist. 9.* & ex *art. 11.* relato in Concilio Palæstino. Quartò asseruit, Gratiam non esse necessariam ad bona opera; eamque, si detur, non esse ad simpliciter, sed ad facilius posse. Constat etiam ex Augustino *de Hæresib. ad Quodvult Deus, & hæres. 88. & lib. 1. de Christo cap. 26. & 27. & lib. 2. contra duas Epist. Pelag. cap. 8. & epist. 105, 106. & 107.* & hæc sunt certa de errore Pelagii.

Id. Aug. Concil. Palæstin.

Non fuit Pelagii error, Prædeterminationis denegatio. Alvarez. Navarret. Cabezud. Bañez. Gonet.

68 Incerta sunt primò: an negaverit omnes internas gratias Illustrationis, & affectionis immissas ab Spiritu Sancto? Alvarez, Navarretus, Cabezudus, Bañez, & Gonetus opprimissimè disputans *disp. 1. de Hæresi Pelagian. art. 2.* censent admissam à Pelagio internam gratiam sufficientiæ, quæ det posse; negatam efficaciæ prædeterminantis, quæ det actum. Nostri cum Suarez tenent, & cõvincunt oppositum; idque mihi est certum ex multis, quæ ponderat Herize, post Suarez, *disp. 25. cap. 2.* Vt enim habetur apud Augustinum *in Gestis contra Pelag.* iste nomine Illuminationis, & Gratiæ, intelligebat externam illuminationem consistentem *in propositione legis, & Doctrinæ.* Vnde nunquam fuit Augustino lis cum Pelagio de Efficaci Gratiâ: imò Gratia, quam Pelagius admisit ad posse, solùm juvabat possibilitatem; non dabat: ergo neque admisit Gratiam sufficientiæ prævenientis, & excitantis: quæ non utcumque juvat, aut supponit, sed dat *posse*. Quod diligenter nota contra Recentes Thomistas, qui cum Goneto sit explicant in hanc partem Pelagium, ut nos accusent Pelagianismi: de quâ calumniâ diximus *supra lib. 5. à num. 179.* & ultrà dicetur *lib. 13.* Secundò: an negaverit Gratiam remissionis? Affirmat Vazquez, negat Suarez: ipse utrumque compono, dicendo, vel negatam à Pelagio, vel ita admissam, ut propriis naturæ viribus acquiri posset. Nec de consequentiæ filo curandum in hæretico est; & hanc esse puto mentẽ Magni Suarez non hallucinati, ut impudenter loquitur Gonetus *art. cit. in fin.* sed profundè meditati Concilia, & Augustinũ. Tertiò: an negaverit necessitatem immediati concursûs Generalis Dei? Negant Recentes excusatum Durandum: pro quo pugnat acriter P. Aldrete *disp. 15. de Prædest. sect. 4.* & Gonetus *eo art. 3. concl. 1.* Affirmant Bellarminus, & Arriaga, quos post Antonium Perez, sequitur, & illustrat Mi Thyrsus *tom. 4. disp. 5. dub. ult.* Dubius hæret Eximius Noster. Ipse in Bellarmino inclino, quia est consequẽtia legitima in errore Pelagii. Tùm ex ipso errore, quem totum brevissimè proposuit Faustus Rhegiensis in hæc verba: *Dicit Pelagius quòd ad obtinendam salutem, natura hominis sibi sola sufficiat. Si autem sibi sola sufficit, non eget divino concursu comitante.* Et hæc de mente Pelagii.

Suprà lib. 5. à num. 179.

Quâ Gratiâ Remissionis admiserit? Vazquez. Suarez. Gonet.

Aranda de Deo.

69 Tertius error est Prædestinantium; de quo Suarez *proleg. 5. cap. 15. num. 1.* omnia tribuentium Divinæ Prædestinationi, & Gratiæ, unde & Libertatem negabant, & nulla prodesse bona opera, aut nocere mala.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

An immediatum cũ cursu Dinkendus. Aldrete. Gonetus. Ant. Per. Mi Thyrs. Bellarm. Arriaga. Suarez. Mens nostra.

Faustus Rhegiens. Error Prædestinantium. Ex Suarez.

Quartus error est Semipelagianorum inde dictorum, quòd partim Pelagio adhæserint, partim repugnarint. Repugnant Pelagio, admittendo necessitatem internæ gratiæ. Adhærebant Pelagio, admittendo initium Gratiæ ex nudis naturalis arbitrii viribus. Vnde docebant, Deum uni præ altero, gratiam suam infundere ex eo, quòd iste præ illo ex naturæ viribus præhabuerit bonum usum arbitrii; sive per modum orationis, sive per modum imperfectæ fidei, seu affectûs credendi; progressi demum dicere, cùm premerentur instantiâ parvulorum, quorum alii sine culpâ propriâ pereunt, alii sine meritis baptizati salvantur, illos ex demeritis à Deo conditionatè prævisis perire; hos salvari ex meritis conditionatè prævisis. Quare Scientiam Mediam. Valde tamen diversam ab eâ, *quam nos Deo concedimus*, agnovere, & eâ abusi sunt, ex *duplici* capite. *Alterum* est, quia ex eâ arguebant in purè cõditionatis eventibus rationem meriti, atque demeriti. *Alterum*, quia ex his meritis omninò naturalibus, nec ex gratiâ habitis sumebant initium salutis, & Gratiæ: unde Gratiam fecere *Naturæ pedisequam, & subjectam.* Longè aliter ac co-

Error Semipelagianorum.

Suprà lib. 5. à n. 190.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Prim. par. & in 1. 2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

natur Ioannes à Sancto Thomâ, & Gonet. Sic ille *tom. 2. in 1. p. d. disp. 30. art. 4.* hic *disp. 4. de Haeresi Semipelagi.* sic explicantes errorem Massilienſium, ne nos, Semipelagianos faciant, uplicæ labitur in carte in *quartam propoſitionem* Ianſenii, ut opponit Pater Quinos *tom. 2. disp. 5. ſect. 7.* generatim videndus. Dixi jamalia quæ *lib. 6. num. 189.* & alia in præſenti à *num. 112.* ut ab hac impoſturâ erroris Semipelagiani nos liberem. Vide etiam *libro 3.* Qui errorem Caſſiano Collatore, à illiſque Monachis Galliæ aſſoquth piis, quia propè Maſſiliam ortus eſt qui dicitur errorem Maſſilienſium; de quo videre potes Ruizinm *diſp. 14. de Prædeſt.* Herize *diſp. 25.* Aldrete *diſp. 5. de Prædeſt. à ſect. 5.* & omnino Suarezium *cap. 5.*

Error Lutheri, & Calvini & Bernard

Massilienſes Cassianus. Ruiz. Herize. Aldrete. Suarez.

Bajus quis? error. Reſipiſcentia.

70 Quintus error eſt Lutheri, & Calvini ita ſubdolè faventium Gratiæ, ut tollant arbitrii libertatem; quidni cum Gratiæ neceſſitate, & efficaciâ componendam neſciverunt. Vndes pater ortum diſſonitas inter Pelagianos, & Lutheriſtas ille enim tollebat Gratiam, ut Arbitrium extolleret; iſte tollebat Arbitrium, ut extolleret Gratiam. Verè Bernardus: *Tolle arbitrium, & non erit quod ſalvetur, tolle Gratiam, & non erit unde ſalvetur.*

Sextus error. Reſipiſcentia.

71 Sextus error eſt Michaëlis Baji Doctoris, & Decani Lovaniensis complectens 79. *Propoſitiones*; quarum aliæ in Pelagianiſmum, aliæ Lutheranismum continent, aliæ viam aperuere ianſeniſmo. Eas recitant Suarez, & Ripalda: ille *prælect. 6. cap. 2.* ille *tom. 3.* Quas ſingulas à Gregorio XIII. damnatas retractavit catholicè Bajus ipſe, non conferente parum Eminentiſſimo noſtro Toleto, hac cum legato ex Vrbe Lovanium.

Suarez. Ripalda. Toletus.

Ianſenii Propoſitiones damnatæ: ab Innoc. X. & Alex. VII.

72 Septimus error eſt Cornelii Ianſenii Iprenſis Epiſcopi, contentus his quinque propoſitionibus, quas damnavit Innocentius X. & Alexander VII. Prima eſt: *aliqua Dei præcepta hominibus juſtis volentibus & conantibus ſecundum præſentes, quas habent vires, ſunt impoſſibilia: deeſt quoque illis Gratia, quâ poſſibilia fiant.* Secunda eſt: *Interiori Gratiæ in ſtatu naturæ Lapſæ nunquam reſiſtitur.* Tertia eſt: *Ad merendum, & demerendum in ſtatu Naturæ Lapſæ non requiritur in homine libertas à neceſſitate, ſed ſufficit libertas à coactione.* Quarta eſt: *Semipelagiani admittebant præventricis Gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium Fidei; & in hoc erant hæretici, quòd vellent eam gratiam talem, cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare.* Quinta eſt: *Semipelagianum eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut Sanguinem fudiſſe.* De quibus videndi Doctores, quos laudavi *num. 30.*

Idea Ianſeniſmi.

73 Propoſitiones iſtæ quinque ſunt baſes Ianſeniſmi centris: & ipſæ ſubdolè formatæ ſunt ad ſuſcitandas omnes, & ſingulas Propoſitiones Michaëlis Baji ut videre potes in Ripaldâ contra Bajum & Bajanos, *tom. ſingulari*, qui eſt 3. *de Supernat.* in *Alex. Seville*, in *Antianſ.* Martinoni, & in Annato *variis in locis* Ianſeniſmum coaſodiente, & vindicante Auguſtinum.

Ripalda. Seville. Martinon Annatus.

Ianſeniſmus nuper damnatus: ab Alex. VIII.

74 Octavus, & ultimus error eſt Ianſeniſtarum, qui, Baji Propoſitionibus, & Ianſenii ſcriptis damnatis, adhærentes, ſub ſpecie pietatis, mira ſuſcitant errorum monſtra, & inter ipſa, Lutherum, & Calvinum, ut apertè convincit in ſuo Antiianſenio, Moranes, id eſt, P. Martinonus, præſertim in Anciſtate à legendus. Eorum, nempe Ianſeniſtarum, triginta una Propoſitiones, quarum multæ lacerant Gratiam Chriſti, & abhorrent à Gratia ſufficiente, nuper ad Alex. VIII. videlicet, *die 7 Decembris anni 1690.* damnatæ ſunt. Decretum affert Mubieſſa *tom. 3.*

Martinon. Moranes. Mubieſſa.

§. III.

DOGMATA VIRIDIAN DIVINÆ GRATIÆ Auxilia pro ſtatu Naturæ Lapſæ intrinſecè differant ab Auxiliis Integræ Naturæ Collatis?

Dogmata Catholica Ex Aug.

75 DIvinæ Gratiæ Dogmata enumerat Auguſtinus *Epiſtol. 107.* quæ *ad Viralem* eſt, paulò poſt medium. Ex verò probius eſt colligere per ſenſum contradictorium ex præfatis erroribus juxta Definitiones Conciliorum, & Decreta Pontificum, quorum Nomina, nuperi, & in tractatu *Theologo* dedimus. Dat Arriaga Compendium eorumdem Dogmatum *tomo 4. diſputatione 35. ſectione 6.*

Arriaga.

Quæſtio cum Ianſeniſtis.

Vnum hic expedit endum eſt pro coronide præcedentium, & luce ſequentium,

tium, ut plenè conſtet de Scopo Tractatûs: *nempè*: an pro diverſitate Statuum Naturæ, Integræ, & lapſæ, ſit facienda diverſitas inter auxilia Gratiæ: ita, ut pro Naturæ lapſæ ſtatu ſint alterius generis, & conditionis intrinſecè diverſæ, ac pro ſtatu Innocentis, & Integræ: Quæſtioni dedit occaſionem, primò Michael Bajus; deinde Ianſenius, fundans in hac diverſitate hallucinationes ſuas: ſed ante utrumque (quod diſimulavit uterque,) Calvinus variis in locis, ductus eiſdem planè teſtimoniis Auguſtini: ex quibus contra Theologos, gloriatur inaniter, & falsò Ianſenius, etuiſſe, quaſi de tenebris, ſe, diſcrimen iſtud Auxiliorum, vocans ex Auguſtini phraſi, Aliud, *Auxilium ſine quo non*: & aliud, *Auxilium Quo*: quas voces in Libellis ſuis pluſquam ſeptuagies ſupra centies repetit, notante Dechamps.

Ianſenius Calviniſat.

Ianſeniſtarum errores.

76 Itaque, præcuntibus, ut videre potes in *Antiianſenio Martinoni diſp. 22. ſect. 2.* Luthero, Calvino, Melanctone, aliiſque ſectariis, *docet* ex damnatis Propoſitionibus ſui Magiſtri Baji Ianſenius, & ex ipſo Ianſeniſtæ, Gratiam ſanitatis (ſic vocant auxilia, & adjutoria Divinæ Gratiæ pro ſtatu Naturæ integræ, & ſanæ, qualia habuit Adam, & Angelus) eſſe ſpecificè diverſam à Gratiâ Medicinali, quam vocant Auxilia pro ſtatu Naturæ Lapſæ. *Docent ſecundò*: Diverſitatem in eo eſſe, quod Gratia ſanitatis det *poſſe indifferens* ad operandum benè, ſi velis: Gratia verò Medicinalis det ipſum velle, & ipſum operari, per prædeterminationem ad velle, & ad opus non ſinendo locum indifferentiæ Arbitrio, aliàs ita debili ex lapſu, ut laberetur, niſi gratia indeclinabiliter ageret, & determinaret. *Docent tertiò*: ea duo genera Gratiæ eſſe ea duo genera Adjutorii, quæ diſtinxit Sanctus Auguſtinus *de Corrept. & Grat. cap. 11. & 12.* quorum aliud, nempè collatum Primo, & Angelis, vocat Adjutorium *ſine quo non* fit res: id eſt, dans *Indifferens Poſſe*: aliud, nempè collatum ex meritis ſecundi Adam, videlicet Chriſti Salvatoris, vocat Adjutorium *quo* res fit, id eſt, *dans* ipſum fieri. Ex his *colligunt primò*: Gratiam, quam Scholaſtici vocant ſufficientem, & indifferentem, pro ſtatu, in quo ſumus, fugiendam, *ut quoddam monſtrum. Secundò colligunt* plauſum ingenii, quaſi ipſi in Auguſtini Libris viderint, quod nulli ante ſuos oculi penetrarunt de diſcrimine illius duplicis Adjutorii, *Quo*, & *ſine quo non*.

In Prim. par. & in 1. 2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Inanitas Ianſenii.

77 Sed in primis hic Ianſenii plauſus, æquè falſus, ac vanus eſt. Viderant cum eodem abuſu diſcrimen Auguſtini, Calvinis, Melancton, Bajus, Videlant, & catholicè ex Auguſtini mente contra eoſdem explicuerant Pighius, Pennotus, Horantius, Malderus, & Suarez. Nec ſunt Theologi, qui, rem iſtam *de Auxiliis* commentati, non viderint. Vide, ſi placet, (præter noviſſimos Scriptores, qui contra Ianſenium ſcripſere, nempè Annatum, Dechamps, Ripaldain, Moraines, ſeu Martinonum, Aguirre, & Reverendiſſimũ Noſtrum Thyrſum, qui *tom. 4. diſp. 5.* nihil non movet ex hoc loco contra Ianſenium, & pro Scholâ Noſtrâ contra Prædeterminantes; vide, inquam, Noſtrum Eximium *part. 2. de Gratia, lib. 4. & præſertim 5. cap. 2. & 3. & part. 3. lib. 10. cap. 9.* ubi ſatis pro quæſtione præſenti, & Auguſtini mente Ianſeniſtarum deliramenta præoccupat.

Pighius. Pennotus. Horantius Malderus. Suarez. Annatus. Dechamps Ripalda. Moraines. Aguirre. Thyrſus.

Certa Cõcluſio.

78 Statuendum igitur eſt, Auxilia Divinæ Gratiæ non eſſe ita intrinſecè diverſificanda pro ſtatuum diverſitate, ut non fuerint ejuſdem generis pro utroque ſtatu Naturæ, tam integræ, quàm lapſæ: fatendumque catholicè, in utroque ſtatu dari locum Auxiliis ſufficientibus, & efficacibus: nec ratione lapſûs ita ſubveniri Naturæ per Gratiam, ut non relinquatur Indifferens, & plenè ſufficiens ad operandum; nec ratione integritatis, ita benè valere Naturam, ut non egeret Auxilio efficaci, ſi ſalutariter operaretur, ut clarè *definit* Araufican um *cap. 19.* Ita Catholici ſentimus, & ſentire debemus, & maximè poſt Tridentinum, & Senonenſe, & poſt Decreta Gregorii XIII. & Pii V. *contra Propoſitiones Baji*; & poſt Decreta Innocentii X. Alexandri VII. & VIII. *contra Ianſenii, & Ianſeniſtarum Propoſitiones.*

Araufican. Ex Trident. Senonenſ. & Definit. Pontific.

Vnde oſtendenda?

79 Reſolutio, quâ totus Ianſeniſmus ruit, Primò conſtat ex præcitatis Definitionibus. Secundò: quia Propoſita Ianſenii, tota eſt Calvini, & aſſeclarum ejus, ſcribentium contra Concilium Tridentinum, & Bellarminum. Verba Calvini, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2.Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Ministrorum ejus habes apud Moraïnem, seu Martinonum *in Antijansenio, disp. cit. 22. sect. 2.* Tertiò constat ex omnibus illis Scripturis, quibus *lib. 3. 4. & 5.* probatum est ex Adjutorii Divini necessitate non præjudicari liberi Arbitrii Indifferentiæ. Quartò, & à fortiori ex illis omnibus, quæ *lib. 3. toto* adversus physicè prædeterminantes, latè congesta sunt. Quintò denique ex illis, ex quibus *lib.13.* pro utroque Naturæ statu divisionem Gratiæ Sufficientis, & Efficacis, catholicè propugnabimus.

Infrà lib. 13.

Augustin.

80 Sed quid de Augustino? Iansenistæ, plura movêntes ex *Scripturis*, ex *PP.* ex *Dei prædominio*, ex *conditione Causæ secundæ*, & *Naturæ lapsæ*, ac ex *proprietatibus Divinæ Gratiæ* secundùm Scripturas inspectæ, quibus omnibus abundè satisfactum est *lib. 3. à num. 361.* exarmando physicè Prædeterminantes, cum quibus arma, mente planè diversâ, consociant; tandem quiescunt in Augustino: ex quo duo potissimùm loca producunt tanquâ Palmaria suæ Doctrinæ Monumenta.

Lib. 3. à num. 361. suprà.

Primus locus est ex *lib. 1. de Gratiâ Christi, cap 25. & 49. de Conflictu, & Controversiâ* Augustini cum ipso Pelagio. *Sed quia* hunc etiam lapidem movere contra Nos Prædeterminantes, & ipsum amovimus semel, & iterum, tùm *nuper*, tùm etiam *lib. 5.* tùm denique *lib. 13.* de ipso nihil modò dictum volo, contentus advertere contra Iansenium, ipsum eo loco jugulari ab Augustino. Nam, cùm Pelagius distinxisset tria *Possibilitatem, Voluntatem, & Actionem*, concludit Augustinus finitam inter ipsos controversiam, si consentiat, *non solùm divinitùs* (id est per Divinam Gratiam) *adjuvari, Possibilitatem in homine, etiam si nec velit, nec agat benè; sed ipsam quoque Voluntatem, & Actionem, id est, ut benè velimus, & bene agamus. Audis?* Ergo admittit Augustinus Gratiam sufficientem, quam habent ex Nobis etiam illi, qui *nec bene volunt, nec bene agunt*: alioquin non distingueret Gratiam *Possibilitatis*, à Gratiâ Voluntatis, & Actionis. *Insuper*: ergo admittit etiam in Nobis Auxilium Sufficiens, & Auxilium efficax: alioquin ii ipsi, qui *nec volunt, nec agunt bene*, cùm ex Gratiâ *possint*, bene vellent, & agerent. *Præterea*: ergo singulis etiam Actibus bonis requirit Auxilium Efficax: alioquin non requireret semper Gratiam *Actionis. Demum*: ergo admittit etiam post lapsum Auxilia Gratiæ, quæ sinunt hominem indifferentem, & quibus Homo liberè, *nec bene volendo*, nec bene agendo, actû resistit: & consequenter supponit Augustinus non periisse per peccatum in Homine Arbitrii Indifferentiam: En ex Augustinî loco, quo gloriatur Iansenius, ruinam Iansenismi?

Tro nobis est contra Iansenium

Palmarius locus Iâsenii ex Augustin. proponitur.

81 Alter locus, quo primò, & maximè Iâsenius nititur, est *ex lib. de Corrept. & Grat. cap. 11. & 12.* Distinguit Augustinus duplex Adjutorium Divinæ Gratiæ: aliud vocat Adjutorium *sine quo non*: & aliud Adjutorium, *quo*. Adjutorium *sine quo non*, est illud, quo posito non est necesse ut sit res; non tamen sine ipso erit res: & hac phrasi significat Augustinus Adjutorium, quod homo à Deo accipit, ut possit operari si velit, relinquendo ipsum indifferentem, ut velit. Adjutorium *quo*, est illud, quo posito, res est: & hac phrasi significat Augustinus, Adjutorium, quo Deus donat homini ipsum velle, & ipsum operari. Procedit deinde comparando Primum Hominem ante lapsum: & Posteros lapsos: & ait Adamo datum esse, ad Perseverandum, Adjutorium primi generis, id est, *sine quo non*: non verò datum Adjutorium *quo*: Posteris verò dari per Christum, Adjutorium *quo* velint, *etiam indeclinabiliter, & insuperabiliter*: idque Adjutorii genus, necessarium esse pro Infirmitate Naturæ lapsæ: unde concludit *potentiorem* esse Gratiam, quam per Christum habemus, quàm eam, quam habuit Primus Homo.

Quot, & quanta inferant Iâsenistæ.

Ex hac Doctrinâ Augustini, *contendit* primò Iansenius, faciendam esse differentiam intrinsecam inter *Gratiam sanitatis, & Gratiam Medicinalem*, seu inter Gratiam datam Naturæ Integræ, & inter datam lapsæ: & eas, esse duo illa Adjutoria *sine quo non, & quo*. *Contendit*, secundò: Differentiam inter utramque Gratiam in eo consistere, ut Gratia sanitatis det posse sufficiens, relinquendo arbitrii Indifferentiam: Gratia verò Medicinalis, non relinquat indifferentiam Arbitrii, sed indeclinabiliter, & insuperabiliter faciat operari. *Contendit* tertiò: Eam indeclinabilitatem esse efficaciam intrinsecam irresistibilem, & prædeterminativam, consistentem non in emortuâ qualitate, (ut Thomistæ communiter dicunt,) sed in Affectu indeliberato efficaci, (ut dixit ex Thomistis Albelda,) & ex hoc excessu connexionis vocari ab Augustino Porentiorem, & indeclinabilem Gratiam. *Contendit* quartò: eas Gratias ita esse privativè proprias statûs, ut non se compatiantur pro statu eodem. Vnde infert primò, Adamum habuisse Gratiam cum indifferentiâ compositam, & talem, ut si perseverasset, fecisset sine Adjutorio quo, id est sine Gratiâ Efficaci. Infert secundò: Gratiam illustrationis; & sistentem in intellectu esse Possibilitatê pure Pelagianam: Gratiam verò Augustinianam pro statu lapsûs unicè pertinere ad Voluntatem, eam sic applicando ad Agendum, ut reipsa agat. Infert tertiò: Lapsos ita mansisse infirmos, ut sine indifferentiâ Arbitrii ad bene operandum, manserint, atque adeò Gratiam lapsorum propriam ex Christi meritis non componi cum indifferentiâ. Quartò demum, nulli unquam Gratiæ in statu Naturæ lapsæ resisti posse. Hæc Iansenius, & Iansenistæ.

Quid apud Augustin. Adjutorium sine quo non: & quo?

Singula contra Augustinum.

82 Omnia, & singula contra Mentem Augustini. Augustinus enim, *primò* non comparat Adamum cum omnibus Posteris lapsis, ut supponit falsò Iansenius: nam unicè comparat Adamum potentem perseverare in statu integritatis, & non perseverantem, cum Prædestinatis, & Electis Posteris, in Gratiâ perseverantibus, & decedentibus, ut liquet ex litterâ. *Secundò*, non comparat Adamum, ut vult Iansenius, cum posteris lapsis, quoad omnes Actus salutares, sed præcisè quoad donum Perseverantiæ, quod ait à Deo accipere Prædestinatos, & Adamum non accepisse: habuisse tamen sufficientiam, quâ posset perseverare, si vellet. *Tertiò*, fateor, Augustinum distinxisse Adjutorium *sine quo non*: & Adjutorium *quo*: & significasse per Adjutorium *sine quo non*, Auxilium plenè sufficiens, & quod dat Posse: & per Adjutorium *quo*, Auxilium Efficax, & quod dat Velle, & Actum. Hæc fateor. Sed undenam inferunt Iansenistæ primò, Ea Adjutoria mutuò se excludere? Nam Augustinus utraque manifestè componit. Audi *cap. 12. Nunc Sanctis in Regnum Dei, per Gratiam Dei Prædestinatis, NON TANTVM tale Adjutorium,* (id est, *sine quo non,*) *Perseverantiæ datur, sed tale* (id est, *quo*) *ut eis Perseverantia ipsa donetur ergo datur hîc unde.* Audi rursus *cap. 11. Quibus autem datur* (scilicet Adjutorium, *sine quo non*) *tantò amplius datur* (etiam in Naturâ lapsâ) *ut NON SOLVM ad sine quo permanere NON possumus, etiam si velimus; verùm etiam tantum, ac tale sit, ut velimus: est quippe in nobis per hanc Dei Gratiam in bono recipiendo, & perseverantèr tenendo non solùm posse quod volumus, verùm etiam velle, quod possumus: quod non fuit in Homine Primo. Vnum enim horum in illo fuit, alterum non fuit.* Ergo ex Augustino datur etiam in nobis Hoc, & Illud. Et quis ferat in Augustini Logicâ, per Actû excludi ipsum Posse? Aut Posse, conjungi non posse cum Actu? Secundò: per quam Logicam ex uno casu singulari colligit conclusionem generalem ad omnes, ut facit Iansenius, colligens ex Providentiâ speciali, quam fatetur Augustinus circa Prædestinatos, eumdem Providentiæ tenorem circa omnes? Tertiò: per quas regulas infert ex eventu qui accidit in Adamo non perseverante, quid esset in casu quo perseverasset: cùm per ea præcisè, per quæ desiit perseverare, repugnet quòd perseverasset? Quartò: undenam infert, illam *indeclinabilitatem, insuperabilitatem, invictissimam* affectionem, & *majorem Potentiam* Gratiæ datæ per Christum, esse plusquam indeclinabilitatem infallibilitatis, præscientiæ, & beneficæ Providentiæ, *quâ certissimè liberantur, quicumque liberantur*, ut ait ipse Augustinus, & *quâ Deus sic eum vocat, sicut fieri ei congruere, ut vocantem non respuat*, ut ipsemet Augustinus se explicat, & Nos latè jam *lib. 3. anum. 509.* Quidquòd, esse *Gratiam Potentiorem*, non dicitur semper, ex *majori virtute*, & *intrinsecâ efficacitate*, sed ex effectu: sic dicimus Amicum plus apud alium posse: ejusque preces esse fortiores, & potentiores, ex effectu quem obtinent, quàm extraneum, æquales preces, & fortè vividiores fundentem. Sonant hæc plerumque *Potentiam, & Efficaciam Consequentem*: sicut & Impotentiam Consequentem aliquâ, per quæ dicimur etiam cum Augustino, ex mentis inconstantiâ, vel operis difficultate, vel ex pravâ consuetudine in oppositum,

In Primâ par. & in 1.2.Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Suprà lib. 3. à num. 509.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

sirum, plerumque non posse quod difficulter possumus. Vide locum nuper citatum. Adde in Naturâ lapsâ, necessariò forè vividiora, & fortiora Auxilia, per quæ perseveramus: quia, ut notat ipse, sunt hostes intùs, & extrà majores; frequentiores pugnæ, & magis diuturnum militiæ tempus: quid tamè inde, pro discrimine entitativæ connexionis essentialis cum opere?

Augustin. expositio legitima.

83 Mens igitur Augustini in eo loco clara est, & pro Nobis aperta contra Ianſenium: solùm enim asserit, Adamum in eo beneficio Integritatis accepisse beneficium sufficientiæ, proximæ, & expeditæ ad perseverandum: non autem accepisse beneficium Perseverantiæ, quod ex vi plenæ sufficientiæ habebat in Manu: Electos verò, qui perseverant, non accipere solùm à Deo Beneficium sufficientiæ, sed etiam ipsum Beneficium Perseverantiæ per collationem Auxiliorum Efficacium, ex Divinâ Præscientiâ, & speciali beneficientiâ, hominem stabilientium, ut, non obstâte rebellione Carnis, & Passionum, indefectibiliter faciant ipsum perseverare. Vnde plus accipiunt isti, quàm accepit Adã, ex Christi meritis, tàm ex parte Actûs primi, quàm ex parte Actûs secundi: *Plus ex parte Actûs primi*, quia accipiunt Gratiam, domitricem *hostium, quibus carebat Adam in illo lato statu: quo ex titulo dicitur ab Augustino, Potentior Gratia*: Plus ex *parte actûs secundi*, quia etiam accipiunt, ex speciali Providentiâ, quod Adam non accepit; nempe, *ipsum actû perseverare*: Quæ singulari Providentia nisi ita faveret, foret, ex incursu Passionum, ut non tot perseverarent, nec possent, utique impotentiâ consequenti. Tres scrupuli restant in textu. Primus: quo sensu dixit Augustinus: *Nunc autem, quibus deest tale Adjutorium, (* nempè, sine quo non, *) jam pœna peccati est*: ergo ex Augustino deest aliquibus in pœnâ peccati, etiam sufficiens Gratia. Respondeo, loqui Augustinum de Auxilio proximè sufficiente ad justificationem, vel ad Fidem, quod negat meritò Deus homini, *nolenti facere, quod est in se*, datum, si benè uteretur his, quæ præhabet, & per quæ habet in manu ipsum auxilium proximè sufficiens, quo caret, ut explicui *lib. 9. à num. 72.* Alter est: Quo sensu dixit idem Augustinus: eam, (nempe felicitatem,) quæ *futura erat Homini meriti Meriti, nunc per peccatum peditâ bonâ, meritò in his qui liberantur, factum esse donum Gratiæ, quæ Meriti meriti futura erat?* Respondeo, sensum genuinum esse, Felicitatem, & antecedentem Gratiam, quæ nos faceret Justos, habendam à Nobis, si perseverâsset Adam, dependenter ab ejus bono Merito: nunc autem haberi, ex Redemptione Salvatoris: unde ex omni latere considerari debet ut donum Gratiæ: videlicet tam ratione sui, quia Supernaturalis est, quàm ratione status, in quo sumus, quia deseruimus in Adam. Alii aliter explicant, quasi dixerit Augustinus, ea, quæ in statu Innocentiæ faceret Adam; attentâ tranquillitate illius status, & inindigentia ulterioris Adjutorii, deberé tribui magis Homini, utpote egenti minùs, quàm nunc: ubi ex lapsu, & relicta exinde rebellione Carnis adversus Spiritum, quidquid est boni in Homine, habetur ex Gratiâ Redemptoris; atque adeò magis debere tribui Deo, gratioſè faventi, quàm Homini, positivè indigno, cui faveretur. Lege Ripaldam *contra Baſ. disp. 5. à nu. 46.* Vtraque interpretatio est bona: sed ad mentem Augustini, Primam præfero. Tertius est: quo sensu dixit idem Augustinus, *non esse Nostrum bene operari* maximè in bono perseveranter, *cùm non sit Currentis, neque Volentis, sed Dei miserentis*: alicubi addendo, liberum Arbitrium lapsu deperditum? Respondeo de libero Arbitrio dictum *suprà à nu. 42.* Quoad alia dico, Augustinum loqui, & optimè, respectivè ad futuram Operationem, & tenorem in posterum, quam & quê dare, Dei est, dando libertates quas vidit congruas: non verò loqui de Operatione præsenti, ad quam jam habemus Auxilium, ut dixi *lib. 3. à nu. 479.* Hæc est clara mens Augustini: ubi nec timula manet Consequentiis Ianseniſmi. Maneat igitur pro sequentium methodo non esse faciendam Auxiliorum Gratiæ intrinsecam differentiam pro statuum Naturæ lapsæ, vel Integræ diversitate.

DIS-

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

DISPVTATIO LI.

DE NATVRA AVXILIANTIS GRATIÆ.

Disputationis scopus.

84 IMERSI jam è tenebris errorum, lucem Divinæ Gratiæ, securè videbimus in ejus physicâ Quidditate, & Excellentiâ. Ista spectat ad Gradum, & Ordinem, in quo est, supernum, vel naturalem: illa, ad speciem Qualitatis, in quâ est, aut Vitalis, aut Emortuæ. Excellentiam speculabimur *disputatione sequenti*: Quidditatem, & speciem, *in præsenti*; non curando delirium Ianseniſtarum, ex Augustini siniſtrâ interpretatione dispariliter discurrentium de Auxiliorum conditione pro statu lapsæ Naturæ comparativè ad statum Integræ: prorsus immeritò: ut colligitur ex *num. 42. & 43.* & rursus evincetur *lib. 13. num. 59. 68. & 74.*

Mox à nu. 206.

SECTIO I.

VTRVM AVXILIANS GRATIA ADÆquatè consistat in actibus Intellectus, & Voluntatis.

Zumel. Albelda.

§. I.

AVTHORVM SENSVS.

Quid certum? Ripalda.

85 CONveniunt Catholici Doctores, quos refert longo censu Ripalda *disp. 102. & 103. de Supernaturalit.* Catholicè nõ posse negari Gratiam auxiliantem consistentem in actibus Intellectûs, & voluntatis. In eo differunt, an admittenda sit aliqua vera ratio auxiliantis Gratiæ, quæ non consistat in actu Vitali.

Sententia Prima Thomist. & P. Sal.

86 Prima Sententia inter Thomistas valdè communis affirmat, (apertè suffragante de nostris P. Salas *tom. 1. in 1.2. quæst. 3. tract. 2. disp. 5. nu. 70.*) Qui omnes aliqua Gratiæ actualis Auxilia in emortuâ qualitate consistuunt, de quâ dicunt primò, eam esse motionem puræ physicâ, immissam Potentiis à solo Deo, illasque non intentionaliter inclinantê, sed physicè per modum impulsûs. Secundò, eam esse de genere qualitatum suapte naturâ fluentium, atque adeò evanescentem, deficiêtibus actibus ad quos movet. Tertiò eam effectivè juvare potentias ad operandum.

87 Sed nec omninò conveniunt hi Doctores: *Sunt* qui solummodò auxilia sufficientia sic constituant: ita Zumel, & Gonzalez de Albeldâ. *Sunt* qui per hujusmodi Qualitates solum explicent auxilia primùm prævenientia, & excitantia, ea, quæ, dum habitus infusi absunt, requiruntur ad actus eorundum in peccatore: & quæ requiruntur in justo agente ultrà intensionem ipsorum habituum: ita Pennotus, & Salas Noster quibuscum sentire pòst video Cardinalem de Lugo, & P. Aldrete: illum *disp. 9. de Fide sect. 3. num. 54.* Hunc *tom. 2. de Incarn. disp. 50. sect. 3. nu. 15. Sunt* qui & sufficientia, & efficacia sic universa iter explicent, eo discrimine; quòd ad sufficientiam unicè requirantur qualitates istæ indoles connexæ cum opere: ad efficaciam verò requiruntur ex suis intrinsecis connexæ cum opere: ita cum Alvarez *disp. 74. de Auxiliis* Thomistæ communiter, reclamantibus cum, & pro Sancto Thomâ Ledesma, Gonzalez, & Araujo. Videatur Ripalda *disp. 104. sect. 1.*

Pennotus. & Salas. Card. Lug. Aldrete.

Alvarez. Ledesma. Gonzalez Araujo. S. Thomas

88 Secunda Sententia magis inter nostros communis, quàm inter Thomistas opposita, nullam Gratiam auxiliantem internam agnoscit distinctam ab actu vitali. Imò Thomisticam illam qualitatem, non otiosam modò, sed etiam impossibilem reputant Ripalda *disp. 104.* Esparza *quæst. 15.* & insinuat satis Eximius Noster *lib. 3. de Gratiâ, cap. 2. 3. & 4.*

Ripalda. Secunda Sententia Nostra.

Ripalda. Eduarza. Suarez.

§. II.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2.Tract. 3. de Deo Auxiliât.

§. II.

CONCLVSIONES VERÆ SENTENTIÆ.

Conclusio prima: Iuxta SS. PP.&CC.

89 Sit prima Conclusio: Gratia Actualis auxilians, in actibus Intellectûs, & Voluntatis plerumque consistit. Probatur primò: Auxilia Gratiæ communiter exponuntur à Patribus,& Conciliis per *illuminationes,& illustrationes* intellectûs, per *Sanctas cogitationes*, per *Affectiones pias, Cõsolationes, Suavitates, & Sancta desideria*; Sed hæc solis competunt actibus Intellectûs, & voluntatis: ergo Actibus intellectûs, & voluntatis negari non potest Auxiliantis Gratiæ ratio. Minor est evidens, & consequentia liquet. De veritate Majoris, præterquàm dubitare non potest vir alioqui catholicus; Videndi sunt Ripalda *disp.* 102. & 103. Suarez 2. *de Gratiâ lib.*3. *à cap.* 1. adusque *septimum*: Ruizius de Montoyâ *disp.* 29. *de Providentiâ num.* 21. *& totâ disp.*30. & tandem Esparza *quæst.*14. *de Gratiâ.*

Ripalda. Suarez. Montoya.

Esparza.

90 Probatur secũdò: Auxilia Actualis Gratiæ sunt interna subsidia facilè fluentia, quibus ultra exigentiam homo juvatur ad opera salutis æternæ; atqui Actus intellectûs, & voluntatis se plerumque sic habent: ergo numerandi plerumque sunt inter Auxilia Gratiæ. Minor ostenditur: quia voluntas operatura salutariter, & meritoriè, id est,supernaturaliter, & ultra exigentiam, debet proportionatè præveniri per actus intellectûs illuminantes, & voluntatis afficientes ad opus; sed hi actus proportionati operationi salutari sunt interna subsidia facilè fluentia, quibus ultra exigentiam homo juvatur ad opera salutis æternæ: ergo. Confirmatur. Si Pelagius admisisset hujusmodi GratiamActualem, damnari non posset à Patribus tanquam eversor Auxiliantis Gratiæ, ut patebit expendenti libros Augustini contra Pelagium: ergo quia negari nequit his actibus Gratiæ Auxiliantis ratio.

Conclusio secunda:

91 Sit secunda Conclusio: Omnis Gratia Actualis Auxilians consistit in Actibus intellectûs, & voluntatis. Probatur primò: Omnia Attributa, per quæ Gratiam Actualem internam explicant Scripturæ, Concilia, & Patres, solis conveniunt Actibus intellectûs, & voluntatis: ergo solis his convenit ratio Actualis Gratiæ. Consequentia est bona, quia cùm omnis Doctrina de Gratiâ, ex solâ Dei revelatione descendat ad nos per os Sanctorum, ne voces quidem usurpare, nisi temerè, possumus alienas à Patribus, & Conciliis. Antecedens ostenditur: omnia Attributa Actualis Gratiæ reducuntur ad *illuminationem mentis, & inspirationem voluntatis*: Sed illuminatio mentis, & inspiratio voluntatis sunt actus utriusque potentiæ; neque enim illuminatur mens, nisi intelligendo; neque nisi per actus suos voluntas afficitur: ergo omnia Attributa, per quæ Gratiâ actualem, &c. Probatur major. Attributa Divinæ actualis Gratiæ sunt, *pulsare, vocare, invitare, delectare, tangere, regere, emollire*, & his *similia*: hæc autem unicè vim exprimunt illuminationis, & affectionis, per quas pulsat Deus, tangit, invitat, & suaviter trahit ad bonum Animas, definiente Tridentino *sess. 6. cap.* 5. *Tangit Deus cor hominis per Spiritûs Sancti illuminationem*: ergo.

Ex CC. & PP.

Trident.

Confirmatur.

92 Confirmatur, & illustratur argumenti vis. Modus movẽdi Divinæ Actualis Gratiæ, Insinuatus à Patribus, est purè intentionalis; nullibique apud ipsos de purè physicâ motione fit mentio; sed modus movendi purè intentionalis solis convenit actibus intellectûs, & voluntatis: ergo. Minor est evidens, pro majoris veritate audi Milevitanum, quod, exponere dum vult Naturam, & munia Gratiæ, solùm definit: *Per Gratiam revelari nobis intelligentiam mandatorum, darique simul, scire quid agere debeamus; & diligere, ut faciamus.* Audi Divinæ Gratiæ vindicem Augustinum *cap.* 7. *de Peccator. meritis: Cùm autẽ ab illo illius adjutorium deprecamur ad faciendam, perficiendamque justitiam, quid aliud deprecamur, quàm ut aperiat quod latebat, & suave fiat, quod non delectabat.* Hæc quidem purè intentionalia sunt, deprecaremurque quid aliud, si daretur aliquod genus Gratiæ præter illuminationem, quæ sola menti res aperit; & inspirationem, in quâ consistit illa suavitas voluntatis: Quod dici nequit, quin defectuosa reddatur Doctrina Milevitani, & Augustini. Audi Cœlestinum Papam, qui in *Epist.* 1. *ad Episcopos Galliæ cap.* 8. *Præparatur*, ait, *voluntas à Domino. Et ut*

Milevit.

Augustin.

Cælestinus

ut boni aliquid agant, Paternis inspirationibus, suorum ipse tangit corda Fidelium.

In Primâ par. & in 1.2.Tract. 3. de Deo Auxiliât.

93 Confirmatur ulteriùs, & ad homines urgentissimè. Siqua esset Auxilians actualis Gratia non consistens in actu vitali, maximè prima, quâ prævenimur, & excitamur in justificationis exordio; sed hæc etiam consistit in actu vitali: ergo & omnis. Major est Adversariorum Doctrina, non aliter explicari posse contendentium elevationem animę ad primos supernaturales motus, quam per elevationem qualitatis intrinsecæ. Probatur minor primò: Prima Gratia, unde sumitur justificationis exordiũ, est *vocatio Dei*, definiente Tridentino *sess. 6. cap.* 1. per hæc verba: *Declarat, Justificationis exordium in adultis à Dei per Christum Iesum preveniente Gratiâ sumendum esse, hoc est, ab ejus vocatione*: Sed hujusmodi *vocatio* est actus vitalis *illuminationis, & inspirationis*; includit enim formaliter & quidditativè ex parte intellectûs productionem notitiæ, quâ vocatus intelligat; ex parte voluntatis, affectionem, quâ velit vocanti non resistere: quæ omnia demum explicat expressissimè Tridentinum per *tactum cordis* in *illuminatione*, & *inspiratione* consistentem: ergo. Secundò probatur minor: quia Gratia primò præveniens est illa, quâ homo de dormiente fit vigilans, juxta illud Apostoli *Eph.* 5. *Exurge qui dormis, & illuminabit te Christus*; atqui per solum actum vitalem homo de dormiente fit vigilans: qui enim tantùm versatur in habitu est quasi dormiens ex Aristotele: ergo Gratia primò prævenies consistit in actu Vitali.

Tridẽtini Mens.

Aristotel.

*S.Thomas. Ioann.*6.

94 Probatur secundò conclusio, per rationem à priori, quâ sumo ex Sancto Thomâ *Ioann. 6. lect.* 5. *v.*3. *quæst.*1. sic argumentor: Motio Divinæ Gratiæ debet esse proportionata Creaturæ Rationali quam movet; atqui motio purè intentionalis est solùm proportionata Creaturæ Rationali: ergo solùm hujusmodi motio est motio divinæ Gratiæ. Major patet, & ostenditur minor, primò: quia motio purè physica est propria rerum usu vitæ carentium; nos autem aliter à Deo trahimur: quippe *in ejus odorem currimus; non vi, non unco, raptamur*, ut habet Senonense *can.*15. Secundò ostenditur ipsa minor: quia motio purè physica, & per modum impulsûs, eatenus intelligi potest, quatenus vel potentiam physicè complet in actu primo, vel determinat ad secundum: alius enim modus inclinandi non est intelligibilis in qualitate non vitali; sed neuter ex his modis movendi, est, modus movendi Divinæ Gratiæ. Non primus: quia purè complere potentiam in actu primo, non est motio, nec vocatio: aliàs quotiescumque posſemus, vocaremur. Non secundus: quia determinatio purè physica ad operandum, fieri nequit sine connexione antecedenti cum actu; sed hæc connexio antecedens cum actu nõ est motio proportionata Creaturæ Rationali: quippe ejus, in actiones, dominium præripit: ergo. Tertiò: modus movendi Creaturę Rationali proportionatus in Divinâ gratiâ sentitur ante ipsam operationem ad quâ movet, ut experientiâ patet: at motio purè physica sentiri non potest ante operationem, cùm in ipsâ actione consistat: ergo. Quartò: Nam imprime, quas velis, qualitates voluntari, & intellectui, nec actum ullum infundas: nequit dici vocatus homo, quia nondum percipit quicquam: ergo prævenions Gratiâ vocationis solùm potest in actu vitali consistere: ergo.

Concil. Senonens.

Conclusio tertia.

95 Sit tertia Conclusio: Qualitas emortua, qualis admittitur à Thomistis in Gratię Actualis constitutivum, non est conformis Patribus; est otiosa nobis, & absolutè repugnans. *Tres partes* habet Assertio posita. Probatur *prima*: quia vocibus Patrum unicè significantibus Attributa intentionalia Gratiæ, appingit significatum omninò contrarium. Tùm etiam quia sequitur inde, Gratia subsequens, ante liberum consensum voluntatis; quod repugnat apertè Patribus appellantibus Gratiam subsequentem, eam, quæ sequitur consensum liberum, virtute Prævenientis elicitum, aut certè quæ cooperatur ad ipsum. Sequela ostenditur; nam si primam illustrationem mentis, & indeliberatam voluntatis affectionem prævenit emortua Qualitas: hæc erit prima Gratia; & illæ, secunda: ergo hæc erit Gratia præveniens, & illæ subsequens: sed illustratio, & indeliberata affectio nec sequuntur, nec semper cooperantur ad liberum consensum vo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

luntatis: sequitur ergo absurdum, quod intendi.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

96 Probatur *secunda pars*. Tùm quia *duo* sunt in Nobis Auxiliantis Gratiæ munia; *aliud*, quoad intellectum, *aperiendi quod latebat*; *aliud*, quoad voluntatem, *faciendi suave quod non delectabat*: quæ sumo ex August. *lib. 2. de Baptism. Parvul. cap. 17.* Sed ad hæc munia inutilis est emortua Qualitas; cùm apertio rerũ, in intellectu, sit notitia; & suavitas, in voluntate, sit amor: ergo otiosa nobis est emortua Qualitas. Confirmatur: quia id jure otiosum est in nobis, quo etiam posito, caremus effectibus, ad quos deberet poni. Tùm etiam quia corroboratio & elevatio potentiæ naturalis ad supernaturales motus explicabitur melius per extrinsecum auxiliũ Dei, admittẽdum *infrà* cõtra Thomistas *lib. 12. à num. 120.* ergo penitùs est otiosa qualitas ista mortua.

Augustin.

Infrà lib. 12. à num. 120.

Suarez.

97 Probatur *tertia* pars Assertionis argumento, quod ex Suarez *lib. 3. de Auxiliis cap. 4. & 2. part. de Grat. lib. 3. cap. 8. &* 18. urget bene Ripalda *disp. 104. sect. 2.* Sic formo: Vel ista qualitas esset ex se connexa cum effectu, vel independens ab ipso? Si primum: Ecce *primam* illationem, firmandam ex latè positis contra Prædeterminantes connexiones, *toto lib. 3.* suprà: *& lib. 5. & 7.* Ergo nequit esse prærequisita, etiam ad actum liberum. En *alteram*: ergo repugnat per hujusmodi qualitatem, (*ut factitis,*) constitui meram sufficientiam in actu primo. Utraq; consecutio valet: & secunda patet ex ipsis terminis: Eget enim per vos Potentia constituta sufficienter in actu primo ulteriori connexione cum opere, qualis est Physica vestra Prædeterminatio. Si secundum: ergo non est Qualitas transiens. Probo consequentiam: Qualitas independens ab effectu, permanere potest etiam sine effectu: sed hujusmodi qualitas nõ potest esse transiens; id enim deberet habere ab operatione transeunte quam efficit: ergo Qualitas Thomistica nõ est transiens. Implicant ergo Thomistæ Contradicentes terminos, dum ex unâ parte fit transiens ista Qualitas, & ex alterâ debet admitti, ex inconnexione cum opere, Permanens.

Ripalda.

Suprà lib. 3. tot. & lib. 5. & 7.

Ioannes de Salas.

98 Dicere verò cum nostro Salas, & Nonnullis Thomistarum, eam qualitatem inde transeuntem esse, quia pendet ab antecedenti mentis advertentiâ, cujus imitatur naturâ transeuntem, est addere terminos contradictionis: sic urgeo: ergo datur sine gratiâ advertentia, cui annexa sit Gratia: ergo & advertentia supernaturalis sine præcedenti qualitate, quam necessariam ducitis, & negatis. Deinde dependentiam ab actu intellectûs, præterquàm in specie, vel habitu, vel actu voluntatis, quis admisit?

99 Confirmatur Assumptum Probationis. Qualitas non vitalis suapte naturâ transiens est qualitas cum positivâ exigentiâ sui interitûs, seu sui non-esse; atqui qualitas cum positivâ exigentiâ sui interitûs, & sui non-esse repugnat: ergo repugnat qualitas non vitalis ex se transiens: ergo & qualitas ista Thomistica. Minor patet: tum ex Augustino *lib. 11. cap. 27. de Civit. Dei. Refugit Natura non esse.* Tùm quia nulla res exigit, quod sibi nec esse potest proportionatũ, nec bonum; atqui non esse, utpote rei contradictorium, nulli potest esse proportionatum, aut bonum: ergo nec exigit. Probatur major: quia qualitas ista ex aliquâ exigentiâ petit; nulla potest assignari, quàm propria. Non contrarii, quia nullum habet. Non causæ subjectivæ, quia est Animus æquè capax istius Qualitatis ac habitûs: Nec causæ efficientis, quia est Deus, nec Donorum cum pœnitentiâ extinctor ex mero beneplacito, nec contursum suspendens nisi ex exigentiâ præcedenti: ergo &c. Videatur Ripalda *disp. cit. sect. 3. &* P. Quirós *disp. 51. de Ang. &* in cursu Philos. *disp. 92. sect. 3.* Sed rursus ad hæc ipsa Nos *lib. 12. à num. 179.*

Augustin.

Quirós.

Ripalda.

Infrà lib. 12. à num. 179.

§. III.

ALIQVIBVS THOMISTARVM ARGVmentis, præsertim ab Authoritate, fit satis.

100 Objicies primò: Gratia Prævenies fit *in Nobis à Deo sine nobis*; sed actus vitalis non fit in nobis sine nobis: ergo Gratia Prævenies non est actus vitalis. Minor patet ex verbis Philosophiâ non explicante sine activo viventis influxu vitalem immanentiam in creatis. Major ostenditur multiplicitèr. Primò ex Scripturâ, *Psalm. 120. Auxilium*

Objectio prima:

Psal. 120.

xilium meum à Domino, qui fecit Cœlum, & terram: quod ideò videtur additum, glossat ingeniosè Suarez, ut appareat non minùs à solo Deo esse in nobis auxilium, quàm à solo Deo factum est Cœlum; & terra, condita. Secundò, ex Arausicano 2. *canone* 20. sic definiente: *Multa in homine bona fiunt, quæ non facit homo*: quod potissimè dictum est à Concilio de Gratiâ præveniente, conspirantibus in id Patribus, quos latè recenset Eruditissimus Ruiz de Montoya *disp. 29. de Providentiâ; sect. 1.* Tertiò, ratione: quia aliter justificationis initium reduceretur tam in naturam, quàm in Deum, quod sine Semipelagianismo non dicitur.

Suarez.

Arausican

Montoya.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. Ex Aug.

Ezechiel 11.

Et ex Apostol. Roman. 7.

Matth. 10.

Bernardus

Confirmatur.

101 Ex quibus urgeri sic potest adhibenda solutio: Gratia prævenies non potest in nobis esse à solo Deo, nec sine nobis, nisi excludatur ex parte nostrâ concursus non solùm moralis, sed etiam effectivus: ergo debet uterque negari; & ex consequenti, vitalitas in auxilio. Antecedens ostenditur: Consortium solius effectivi concursûs sufficit, ut dicatur homo non posse peccare sine Deo; nec operari solus, qui utitur ebrietate, manu, & ense alicujus ad occisionem alterius: ergo &c. Ob hæc, concessâ majori, negavit minorem Vega *lib. 6. in Tridentinum, cap. 8.* secutus non paucos Authores apud eundem Ruiz *disp. 33. sect. 1.* putantes debere corrigi ex regulis bonæ Theologiæ Philosophiam. Sed timor omninò vanus, Philosophiæ nocere non debet. Quare

Vega apud Ruiz

Solvitur.

102 Respondeo distinguendo majorem, quâ nititur unicè tota vis argumenti: *fit sine nobis physicè concurrentibus*, nego; *imputabiliter*, aut *meritoriè concurrentibus*, concedo majorem. Itaque particula *sine nobis*, *triplicem* cooperationem nostram posset excludere *Physicam, Liberam, & Meritoriam*: ex quibus Gratia prout à Patribus, & Conciliis usurpatur, *Meritoriam semper* excludit; *Liberam aliquando*; nunquam: *Physicam*. Semper excludit *Meritoriam*, si enim datur ex operibus, ex Apostolo *non est Gratia*: aliquando *Liberam*, quia prævenit omnem usum libertatis nostræ; nunquam *Physicam*, quia id omninò est impertinens ad mentem Conciliorum, & Patrum.

Dissipantur Probationes.

Araus. can. 25.

Ratio solutionis.

103 Et ratio est duplex. Prima, quia per hujusmodi locutiones unicè contendebant Patres contra Pelagium repugnare Gratiæ præcedentiam meriti nostri; non verò coëfficientiam nostram. Audi Augustinum *epist. 105. Quod promisit Deus, non facit nisi Deus*: ecce similem locutionem objectæ, sed quæ non excludat à nobis *Physicam*, sed *meritoriam* cooperationem: promisit enim Deus nobis actus ipsos salutares, Ezechielis 11. *Auferam cor lapideum de corde eorum, & dabo eis cor carneum*. Secunda: quia ea quæ nec imputabiliter, nec meritoriè habemus, quamvis physicè fiant à nobis, absolutè non habemus à nobis, nec à nobis dicuntur fieri; quia absolutè nostra non sunt, nisi quæ possunt imputari, vel tribui nobis: cætera non facimus humano modo, nec quâ homines sumus. Audi Apostolum 7. *Rom.* de motibus inordinatis animi, prorsus indeliberatis: *Si autem, quod nolo, illud facio: jam non ego operor illud*. Ecce concursum activum in *facio*, & exclusivam operationis in sequentibus. Similia sunt quæ habentur *Matth.* 10. ubi dicitur Apostolis: *non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*: ecce exclusivam operationis in re, in quâ concursus activus non excluditur. Nec abludit Bernardus, *de Gratiâ, & libero Arbitrio* sic locutus: *Deus tria, hæc ipse, cogitare, velle, & perficere, operatur in nobis; primum profectò sine nobis*, &c. Ecce dicitur fieri sine nobis ipsum cogitare, quod nobis physicè concurrentibus fit etiam juxta Thomistas. Non ergo officit physicus concursus noster, ut dicatur Excitans Gratia absolutè fieri sine *nobis*, & à solo Deo.

104 Ex his patet ad probationes. Ad primam: Textus ille non est comparativus; unicèque commendat Dei, quem Creatoris epitheto laudat, principalitatem in causandis auxiliis. Ad secundam: Intelligendi sunt Patres de causalitate morali, quæ propria est hominis, quâ talis, *ut nuper expli.* Ad tertiam, negetur assumptum, & sequela Semipelagianismi, contendentis non quidem coëfficientiam nostram, sed aliquale meritum ad justificationis initium. Audi Arausican. *can. 25. Confitemur, quòd in omni opere bono nos non incipimus.* Sequitur sic explicat, mox addendo: *Sed ipse nobis,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

Et Cassim.

Montoya.

Instantia

ex Apoc. 3

Solvitur.

Tridentin

Psalm. 84

Psalm. 94

Suarez.

Alvarez.

Infrà lib. 12. à num. 161.

Objectio secunda:

nullis præcedentibus meritis, & fidem, & amorem suipsius inspirat. Ad confirmationem adjunctam, negetur antecedens, & probatio: ut enim consortium effectivi concursûs non sufficit, ut nobis tribuatur effectus, sic nec sufficit, uc dicatur fieri sine nobis: Sensus enim moralis est: in quo operatur, solus homo dum peccat, non Deus, nec ipse quo abutitur ad actionem. Vide Ruizium *de Voluntate disp. 26.* & pro solutione sacram illam antithesin expende: *Perditio tua ex te: ex me tantummodo auxilium tuum.*

105 Instabis: Gratia vocationis, & primò excitans est illa, quâ Deus pulsat ad ostium cordis, juxta illud *Apocalyp. 3. Ego sto ad ostium, & pulso, &c.* Atqui pulsatio solùm physicè fit à pulsante: ergo & Gratia vocationis, & primò excitans. Respondeo, distinguendo minorem: pulsatio materialis, & externa, concedo: spiritualis, & interna, nego minorem, & consequentiam. Spiritualiter autem à Deo cor tangitur, & vitaliter quidem ex Tridentino *juxta numerum 91. & 92.* Quare necessarius est concursus noster, ut pulset Deus. Cujus pulsationem ipsi dupliciter audire dicimur. Primò, per consensum liberum ad ea, ad quæ nos vocat Deus: & sic distinguitur ab auditione vocatio, juxta illud: *Audiam quid loquatur in me Dominus.* Psalm. 84. Et sic frequentissimè loquitur Sacra Pagina. Secundò: per solam perceptionem, & receptionem inspirationis, juxta illud: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra,* &c. Psalm. 94. & sic ipsemet actus, ut à Deo est in nobis, est vocatio, & pulsus in corde; ut tamen est, aut fit à nobis physicè solùm concurrentibus, est auditio nostra. Vide Suarez *lib. 3. cap. 3. num. 8.* Non tamen inde fit, (ut operosè disputat Alvarez *disp. 74. num. 5.*) eliciendos esse supernaturales hos actus à Naturâ inelevatâ per Gratiam: elevat enim eam Deus, saltem extrinsecè, applicando specialiter Omnipotentiam; sufficitque hoc genus auxilii extrinseci, quod explicabimus *infrà* contra Thomistas, coactos exinde ad hanc Doctrinam: pro quâ

106 Objicies secundò, ex illo Pauli *ad Roman. 8. Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi sunt Filii Dei.* Nunc sic: *Pro-*

cul dubio plus est agi, quàm regi; atqui regi Filios Dei est moveri moraliter per illustrationes, & affectiones: ergo agi nõ est per hujusmodi affectiones, & illustrationes moveri: ergo est moveri per modum ab omni actu vitali distinctum: ergo per qualitatem emortuam provenientem à solo Deo. At Filii Dei non tam reguntur, quàm aguntur ex Paulo: ergo. Major est Augustini *cap. 3. de Gestis* contra Pelagium. Minor, & consequentia videntur *ipsius*, subjungentis: *Qui enim regitur, aliquid agit: qui verò agitur, agere aliquid ipse vix intelligitur; & tamen tantùm præstat voluntatibus nostris Gratia Salvatoris, ut non dubiter Apostolus dicere: quotquot Spiritu Dei aguntur,* &c.

Falla à Calvino, Nec Thomistis satvet.

107 Sic etiam Calvinus arguit, ut libertatem tollat. *Tria* Thomistæ notent: *Primum*: hoc argumento probari solùm in justis physicam qualitatem prædeterminativam, siquam probat: unde qui justi non sunt, nec Filii, sine Prædeterminatione regentur. *Alterum*: haberi solutionem ipsis contrariam in Sancto Thomâ, textum Apostoli declarante 4. *contra Gentes cap. 22.* ubi Thomistas Prædeterminãtes satis eruditet Ferrariensis suus, si legeretur in commentario lectu dignissimo. *Tertium*, ex ipso Augustini testimonio convinci aliqualem concursum in nobis, ut agamur à Deo. Iam

S. Thomã.

Ferrariens.

Solvitur.

108 Respondeo, non aliter agi justos à Deo, quàm per illustrationes, & inspirationes immissas ab ipso. Iam id constitit ex Patribus, & Conciliis. Audi modò Chrysostomum *hom. 14. ad Rom. 18. Quicumque Spiritu ducuntur, id est, quicumque omnem vitam, eo Spiritu, vivunt,* &c. Locutio est omninò vitalis. Vnde petì non potest efficax contra nos argumentum ex Apostolo. Dicuntur igitur justi à Deo per easdem illustrationes, & *agi*, & *regi*. *Regi*, quia suaviter indemni libertate per ipsas invitantur ad bonum: *agi*, quia subitò, & sine nobis meritis, infunduntur. Sed quid ad phrasim Augustini? Respondeo, eum loqui contra Pelagium ausum dicere: homines voluntate propriâ sine Deo reguntur. *Quod absit à nobis* (inquit Augustinus) *nam proculdubio plus est agi, quàm regi.* Vbi comparat *regi Pelagianum solis naturæ viribus, cum agi Divini Spiritus illu-*

Chrysost.

Quid sit Agi, & Regi à Deo?

Mens Augustini.

illustratione, & amore. Quo sensu certè plus est agi, quàm regi. Non tamen Augustinus negat in alio sensu, justum eoipso agi, quo regitur; eoque ipso, regi, quo agitur: nam ita subdit: *Spiritu Sapientiæ, non viribus propriæ voluntatis reguntur, & aguntur Filii Dei.* Ex quibus satis patet ad formam argumenti: de quo legendus Suarez *part. 2. de Gratia lib. 5. cap. 47. num. 2.* si quæritur evidentia solutionis.

Suarez.

Instantia:

Ex Ioann. 6.

Augustin.

109 Instabis: Auxilio Gratiæ potiùs à Deo trahitur homo, quàm ducitur ex illo *Ioann. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum*: ergo Auxilium Gratiæ non consistit in actu vitali. Probatur consequentia; *trahi*, & *duci*, diversa sunt, ut patet, tùm ex vulgari acceptione; tùm ex Augustino *lib. 1. contra duas Epistolas Pelagii, cap. 19.* sic expendente verba textûs objecti: *Non enim, ait, duxerit, ut in illis aliquomodo intelligamus præcedere voluntatem: quis trahitur, si jam volebat?* Atqui *duci* est moveri moraliter suasione, consilio, cognitione: ergo *trahi* per oppositum constitui debet: ergo per impulsum extrinsecùs impressum, & non vitalem.

Solvitur.

110 Respondeo: transeat antecedens, & nego consequẽtiam. Ad probationem, Præmissis admissis, distinguo cõsequens: *trahi*, per oppositum constitui debet penès id quod de intrinseco dicit, nego cõsequentiam: penès id quod de extrinseco dicit, concedo istam consequentiam, & nego ultimam. Itaque si *trahi*, & *duci* diversa sunt, sunt in eo diversa, quòd *trahi* sit ad rem, cujus in oppositum ire volumus; *duci*, sit ad rem, ad quam vel ire jam volumus, vel non resistimus: unde ab occurrente voluntatis, vel potentiæ affectu, eadem vocatio dicetur *trahere* nos, vel *ducere*. Dicimur ergo potiùs *trahi*, quàm *duci* per Gratiam, quia per eam inclinamur ad bonum, à quo per internas Naturæ rebellis concupiscentias fugimus: non quia vitalis non sit, ut patet ex Senonensi *can. 15.* (ut alia omittam) quod, cùm auxilium declarasset per internas inspirationes, adjunxit: *nec tale est hujusmodi Dei trahentis auxilium*, &c. Augustino alia fuit distinguendi ratio contra Pelagium dicentem voluntatem credendi præhaberi ex suis viribus à Naturâ sine Gratiâ præveniente: contra quem oppotunè sumit Augustinus Christi verba; neque enim in rigore sermonis trahitur homo, si supponitur velle jam ire. Dixi *transeat* quia *trahi*, & *duci* promiscuè sumitur à Patribus in motione Dei per Gratiam, ut constat ex his quæ sparsim attigimus. Vide Ripaldam *disp. 104. sect. 7. dnum. 62.*

Quid sit trahere, quid ducere?

Senonens.

Lege nuper nu. 94 Mens Augustini.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

Ripalda.

§. IV.

INSTANTIA GONETI CVM ALIIS melioris speciei.

Instantia M. Gonet.

111 VRgebis ex his, quæ Gonetus inculcat post Thomasium *disp. 2. de Hæresi Semipelag. art. 3.* Qui negatâ prævià Qualitate, solùm admittit Gratiam indifferentem illuminationis, & affectionis, *etiam ad incipiendum*, Semipelagianis per omnia convenit: ergo eorum non discedit ab hæresi. Antecedens habetur ferè formaliter apud Ioannem à Sancto Thomâ *loc. cit. disp. 1. num. 62.* & contenditur multis, ex Francisco Macedo Franciscano, à Goneto, qui triplicitèr ulteriùs urget. Primò: quia ratio Semipelagiana negandi gratiam prævenientem ad initium fidei, erat timor fatalitatis in opere; sed à gratiâ indifferenti illuminationis, & affectionis nulla poterat timeri fatalitas, nec ulla læsio libertatis: ergo ab ipsis Semipelagianis non est negata prævenitio Gratiæ indifferenter illuminantis, & afficientis, *etiam ad incipiendum*: ergo qui solam hujusmodi gratiam in nobis admittit, Semipelagianis per omnia convenit.

EIM. Ioan. S. Thomã.

F. Macedo

112 Secundò: quia Gratia moraliter, & indifferenter movens, non determinat voluntatem ad opus: ergo Determinatio à voluntate est, & non à gratiâ: ergo stat cum hujusmodi Gratiâ Semipelagianismus. Tertiò: quia Gratia catholica præveniens, debet dare sufficientiam, *etiam ad initium Fidei*; sed Gratia indifferens illustrationis, & affectionis non dat sufficientiam *ad initium Fidei*: ergo non est Gratia catholica præveniens: ergo. Minorem probat ex multis, quæ *tract. de Actib. Hum. disp. 6. art. 2. §. 7.* congerit, in hunc modum: Vt reddatur voluntas sufficiens ad bonum, debet fieri potens ad ipsum bonum: quod autem per hujusmodi Gratias, non possit reddi sic potens,

M. Gonet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

tens, ostendit: quia nequit voluntas ex impotente fieri potens sine physicâ mutatione; sed hujusmodi Gratiæ non immutant voluntatem physicè, sed moraliter: erga.

Redargutio ex Damnatione Iansenii.

113 Respondeo Assumptum Arguentis non esse sanum: nam clarè continet *Propositionem quartam* Iansenii damnatam ab Innocentio X. quod sic ostendo: Per vos, non effugit hæresim Semipelagianam, qui licèt gratiam prævenientem internâ admittat ad singulos actus, *etiam ad incipiendum*, seu *ad initium Fidei*, eam tamen indifferentem admittat, nempe cui voluntas possit vel resistere, vel obtemperare: id enim est esse gratiam indifferentem: ergo hæresis Semipelagiana est, quòd admittatur Gratia præveniens ad singulos actus, *etiam ad initium Fidei*, si talis admittatur, *cui voluntas resistere possit, vel obtemperare.* Ecce consequens legitimum, & damnatum. Vnde sic procedo: ergo Gratia præveniens catholicè admittenda, talis esse debet, ut ei voluntas possit inobedire. Id enim videtur definiri per oppositum ab Innocentio. Sed vestra qualitas Prædeterminans, talis non est, ut ei possit voluntas inobedire: nam inobedire est componere actum resistentiæ cum prædeterminatione: quis enim inobediat præcepto, si non sit? ergo vestra qualitas Prædeterminans, non potest numerari inter auxilia Gratiæ prævenientis. Quare

Solvitur Objectio.

114 Nego antecedens, unicè confictum in convicium Sententiæ nostræ Hæresis ergo Semipelagiana in eo potissimùm stat, quòd in Naturâ ponerent meritum aliquod naturale, quod vocabant *salutis initium*, cui postmodum succedebat Divina Misericordia, & Gratia. Vnde Gratia non relinquens locum ullum antecessioni Naturæ merentis, Semipelagiana non est. Quòd si alicubi Cassianus insinuat *Prævenientem Gratiæ ad omnes actus*, (quo videtur exultare Gonetus cũ Macedo,) *vel in eo* peccavit, *quòd* Præventionem voluit componere cum antecessione Naturæ, ad eum fortasse modum, quo Thomistæ moderni per mutuam prioritatem conantur in Prædeterminatione, quod *lib. 3. à num. 300.* impugnavi; *vel in eo, quòd* talis Gratia non admittebatur interna, sed externa: quod

Explicatio errore Semipelagianor. & Cassiani.

Contra Gonet, & Macedo.

Thomistæ lib. 3. à num. 300.

Herize.

Herize promovet; *vel in eo, quòd* in præventis hujusmodi non agnoscerent libertatem, ut Cassianus insinuat per verba *compellendi*, & *cogendi*, quibus utitur: *Vel in eo, quòd* ea Gratia putabatur ipsa libertas naturalis, ut habetur ex Prospero; *vel in eo, quòd* in Parvulis Gratiam subderent meritis purè conditionatis: quam, *phantasiam*, vocat ipse Prosper ad Augustinum. Quæ si advertisset Macedo, *Achillem suum* invenisset, potiùs *in Lycomedis Regiâ fractum, quàm in troico pulvere invictum.*

Prosper.

Augustin. Macedo.

Probationes Gonetti dissipantur.

115 Ad primam probationem antecedentis, verum est à Gratiâ indifferenti non debuisse timeri fatalitatem in opere, si benè intellexissent; quid tamen ex pravâ eorum intelligentiâ contra nos? Sic etiam ex cõcursu simultaneo timuit Durandus, (fortasse cum Pelagio) læsionem libertatis, nec ipsum perinde negamus: Id ipsum damni timuit Pelagius in Gratiâ Augustinianâ; non tamen perinde deferitur. Ad secundam, concedo antecedens de physicâ determinatione electivâ; & nego consequentiam. Neque enim voluntas se determinat sine Gratiâ, cùm se determinet per actionem procedentem ab ipsâ Gratiâ. Dicitur autem voluntas determinare seipsam, non quia antecedat ejus usus ad Gratiam, (ut Thomistæ sinistrè capiunt, & Semipelagiani contẽdebant,) sed quia penès ipsam est dominium, quod sine Gratiâ non exercet, nec potest, cùm compleatur, & elevetur ad superna per ipsam Gratiam. Ad tertiam ostendetur *infrà* fieri posse sine intrinsecâ mutatione voluntatem ex impotẽte potentem per Omnipotentiam extrinsecùs assistentem, & specialiter applicatam. Negetur deinde Minor ex duplici capite. *Primum est*: quia licèt Gratia illustrationis, & affectionis, moraliter moveat, voluntatem intrinsecè immutat in quâ recipitur, ipsamque complet in ratione principii physici: concurrit enim efficienter ad opera subsecuta. *Alterum*, quia licèt ipsi negaretur concursus effectivus, annexam habet specialem applicationem Divinæ Omnipotentiæ, per quam sufficienter instruitur voluntas ad operandum. Vide *infrà lib. 12.*

Infrà lib. 12. à num. 161.

Instantia melior.

116 Replicabis: ergo datur auxilium Gratiæ distinctum ab actu vitali. Probatur consequentia: quia per nos virtus Om-

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Omnipotentiæ specialiter applicatæ, potest facere vices auxilii: & elevare potentias ad operandum; sed virtus hujusmodi distinguitur ab omni actu vitali nostro, ut est evidens: ergo. *Respondeo*: Replicam abs re esse. Quæstio solùm est de Gratiâ actuali intrinsecâ, quam contra Thomistas ab actu vitali distingui negamus: deque eâ solùm fuit lis Augustino, cum Pelagio, principalis. Non perinde negamus per Omnipotentiam sic extrinsecùs applicatam salvari à nobis plura, quæ per qualitates emortuas Thomistæ componunt: Nunquam tamen munia, quæ Gratiæ actuali Sancti Patres attribuunt, *suadendi*, & *excitandi*, per hujusmodi concursum explicamus, contendimusque nec posse per has emortuas Qualitates.

Solvitur.

Augustin. lis cum Pelagio.

Quid de concursu, vel specia li, vel generali?

117 Rogas tamen: An hujusmodi cõcursus *Specialis*, vel etiam *Generalis* ad omnes actus: vel *Generalis* saltem ad actus salutares, debeant dici Gratia? Respõdeo, concursum illũ specialem, per quẽ supplet Deus absentiam intrinseci comprincipii Naturam elevantis, Gratiam esse, licèt non internam; satis tamen agnosci, & explicari à Patribus *per Spiritum Sanctum inhabitantem in nobis*, *per subministrationem Spiritus, & virtutis*, & per locutiones hujusmodi. De Generali concursu ad omnes actus, (quicquid sit, an negaverit ipsum Pelagius, & asseruerit Augustinus, dẽ quo *suprà nu. 74.*) non potuit esse lis principalis Augustini cum Pelagio: quia non ea fuit de Gratiâ Creationis, & *quâ homines sumus*, ut protestatur Augustinus *Epist. 95. & 105.* indirectè tamen probabatur ab Augustino, non tamen ut Gratia, de quâ nunc loquimur. De Generali concursu ad actus salutares placet judicium Patris Esparzæ, eam esse Gratiam indistinctam ab auxiliis internæ Gratiæ, quibus debetur ille concursus, non minùs, ac libertati naturali, naturalis, & communis.

Augustin.

P. Esparz.

Alia Instantia.

118 Replicabis ulteriùs: Non est contra mentem, aut locutiones Cõciliorum, & Patrum, admittere Gratiam ad ipsas illustrationes, & affectiones præviam, cui non conveniant intentionalia munia, per quæ Gratiam prævenientem intrinsecam explicant: ipsi enim admittimus Omnipotentiam specialiter assistentem, & applicatam: ergo neque potest esse contra Concilia, & Patres admittere qualitates intrinsecè prævias ad illustrationes, & indeliberatas affectiones, quibus prævenimur à Deo. Hinc autem sic procedo: Connaturalius est, ipsique Catholicæ Doctrinę cõformius complere, & elevare Naturam per vires intrinsecas, quàm per extrinsecas: ex eo enim principio admittuntur à Patribus internæ Gratiæ, & à Theologis Virtutes infusæ: ergo si potẽtiæ nostræ possunt per hujusmodi vires instrui ad ipsas Gratiæ illuminationes, & affectiones, & etiam debent. At posse convincit assumpta ratio.

Quibus faveat instantia?

119 Fateor probabilitatem discursûs, qui tamen Patri Salas, & Nostris *num. 87.* relatis, favet unicè; non, Thomistis: quia isti ita prævias qualitates defendunt, ut in ipsis velint constituere gratiam prævenientem explicatã à Patribus & Conciliis, adeò ut ad singulos actus nostros, ipsæ præcedant, quantumvis illustrationes, & affectiones prævenerint potentias nostras. Hoc ipse specialiter improbo, licèt admittam, Gratiam actualem explicatam à Patribus, requiri ab ipsis ad opera quæ subjacent arbitrio nostro: non disputantibus, an ipsæ illustrationes, & affectiones ex aliâ motione internâ processerint; indicantibus tamen satis, eas elici virtute supernaturali, dum Magisterio, & virtuti Spiritus Sancti per antonomasiam tribuunt; quod & ipsi fatemur. Peccat tamen argumentum in duobus. *Primum* est: quòd falsò supponat qualitatis intrinsecæ transeuntis possibilitatem, quâ nititur. *Alterum* est, connaturalius esse potentiæ per intrinseca, quàm per extrinseca elevari: quod falsum ostendemus inferiùs de Auxilio extrinseco disputantes.

Solvitur.

Infrà lib. 12. à num. 191.

§. V.

ALIA ARGVMENTA THOMISTICA.

Objectio tertia ex multiplici capite.

120 Objicies tertiò: Gratia prævenies debet esse prædeterminans; sed Gratia Prædeterminans nequit esse vitalis: ergo neque prævenies Gratia. Probatur major primò: quia si Gratia Divina, & per ipsam Deus non prædeterminaret voluntatem, voluntas

Deum

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Deum determinaret, & Gratiam; quod implicare ostenditur: nam determinans debet præcedere ad illud, quod determinatur: sed implicat, quòd voluntatis consensus præcedat ad Dei concursum: ergo. Secundò: quia vel Deus per suam Gratiam efficit determinationem Creaturæ, vel non? Si secundum: ergo habet aliquid Creatura, quod immediatè non sit à Deo. Si primum: ergo determinat Creaturam: ergo prædeterminat, quia præcedit æternitate Deus cum volitione talis determinationis. Tertiò: quia si Deus per Gratiam præveniente non prædeterminaret voluntatem; illa foret *primum Liberum, & Determinans*; quod primatui libertatis Divinæ repugnat. Quartò: quia à principio *indifferenti*, ut *indifferenti*, nequit oriri determinatio; sed voluntas secundùm se est indifferens, nec sunt minùs indifferentes Gratiæ illustrationis, & affectionis: ergo. Quintò: quia volûtas se determinat ad suos actus ratione dominii, quod in illos habet; sed majus est dominium Dei in actus voluntatis, quàm ipsius voluntatis: ergo Deus ad illos prædeterminat. Hæc sunt momenta Thomisticæ Scholæ contra nostram, latè jam discussa, & disjecta *lib. 3. à num. 362.*

Cui jã est satisfactũ Suprà lib. 3. à num. 362.

Solvitur iterum.

121 Respondeo, negari firmiter à Thomistis nobilissimis juxta *num. 87.* quod præfidenter in Minori subsumitur. Ipse tamen cum Theologis nostris ex Tridentino, Arausicano, & Senonensi, & Innocentio X. nego majorem. Ad primam probationem, concedo sequelam, nempè quòd voluntas cum Gratiâ, & Deo concurrente se determinat, & Deũ, & Gratiam: unde ea ipsa determinatio non est à Naturâ, seorsim à Gratiâ, ut somniarunt ex Alvarez *disp. 96. de Auxiliis* Thomistæ non pauci, sed à Naturâ per Gratiam, ut ostendit Eximius Noster, omninò se vindicans *lib. 5. de Gratiâ, cap. 27. num. 14. & tom. posth. de intelligentiâ verâ Auxilii efficacis cap. 3. & 4.* Nec determinans debet esse prius Determinato, ut pater in determinatione, quâ se determinat Deus ad actus liberos, & quâ voluntas se determinat ad actionem consensûs. Et ratio est: quia determinare solùm dicit esse potius electionem formalem hujus, quàm alterius: quod in duobus simul concurrentibus intelligitur facilè, quin detur ulla in ipso concursu divisio, aut præcedentia.

Ex Trid. Araus. Senonens. & Inn. X.

Prima Probatio.

Alvarez.

Suarez.

Suprà lib. 3. à num. 376.

Secunda Probatio.

122 Ad secundam: efficit quidẽ Deus determinationem Creaturæ; nempè determinationem, non quâ Deus determinet Creaturam, sed quâ Creatura, juvãte Deo, determinat Deum. Nec inde sequitur, quòd Deus ipse quoque determinet. Ratio est, quia ejus tantummodò est formalis determinatio, cujus est formalis electio; cùm ergo actio, quam in Creaturâ liberâ facit Deus, non sit electio Dei, (quia nec ipsius est vitalis actio,) ita nec esse potest determinatio, quâ Deus determinet Creaturam: cujus ulterior est ratio: quia Deus ex æternâ præelectione suâ voluit voluntatem ponere *in manu consilii sui*, ipsamque constituere principium electivũ hujus actionis: quo decreto sibi liberè præimpedivit specialem hunc usum dominii. Deus quidem priùs prælegit, & se determinavit, quia tulit ab æterno liberè legem non impediẽdi in tempore liberum exercitium Creaturæ Rationalis: imò voluit, & decrevit etiam ab æterno, accommodando se Creaturæ Rationali, dare ipsi in tempore sufficientiam per auxilia, & ipsam actionem, quâ se determinaret, & ipsum Deum, per concursum simultaneum. Ex quo manet cum primatu Determinationis, & libertatis Deus contra tertiam probationem. Adde ex Oviedo *Controv. 10. Physic. part. 3.* ex eo Deum præ creaturâ debere dici *Primum liberum, & Primum Determinans*, quia libertatis, & constitutionem, & determinationem, aut usum à se habet, & independenter ab alio.

Fide suprà lib. 3. à nu. 370. & late tom. seq. in 1. 2.

Tertia Probatio. Oviedo.

Quarta Probatio. S. Thomas.

123 Ad quartam, Distinguo majorem ex Sancto Thomâ 1. *contra Gent. cap. 82.* ab indifferenti *indifferentiâ incomplementi*, quam Sanctus Doctor vocat *ex parte sui*, concedo: *indifferentiâ libertatis, & dominii*, quam vocat Sanctus Doctor, *ex parte ejus, ad quod dicitur*, nego. Quid enim magis connaturale Principio completo sufficienter in indifferentiâ dominativâ, & electivâ plurium, quàm eligere unum ex illis pluribus? Id autem est determinare se ipsum ad unum è multis. Terminos distinctionis satis expressi *super à num. 361.* & latiùs *lib. 3.*

Quinta Probatio.

124 Ad quintam, nego consequentiam. Neque enim excellentia Divini Dominii in actus nostros eget prævia qualitate; sicut nec excellentia Divini dominii in ipsam præviam qualitatem, eget aliâ, & sic in infinitum. Supersunt alii tituli potioris excellentiæ. *Primus*: quia quidquid habet circa actus nostros, non habet à nobis; nos etiam ipsos actus habemus à Deo dante possibilitatem, suadente, & præveniente, & simul concurrente. *Secundus*: quia ea æterna determinatio ponendi, vel non ponendi, impediendi, vel non impediendi nostram determinationem temporalem habet à se, nec fit à nobis: nostram verò temporalem determinationem dat ipse multipliciter nobis, & nobiscum facit plerumque sine nobis. *Tertius*: quia ponere circunstantias, in quibus scit ponendos, aut non ponendos actus nostros, penès ipsum unicè stat; non verò penès nos. Nec desunt in infinitum alii.

Privativa Dei circa Actus Nostros.

Instantia Thomistica.

125 Instabis: concursus causæ primæ est prior concursu causæ secundæ: ergo hanc illa physicè prædeterminat. Consequentia liquet, quia simultaneus concursus, cùm sit communis utrique, nequit esse prior, & posterior: unde nequit in ipso concursu simultaneo, si semel neges prædeterminativum, admitti posterioritas ulla. Antecedens ergo suadetur primò: quia concursus causæ secundæ pendet à concursu causæ primæ. Secundò: Nã vèl quia voluntas operatur, operatur Deus, & dat illi gratiam, vel non? Si primum: loquimur cum Pelagio. Si secundum: ergo non determinat operationem voluntas, sed Deus. Videri debet pro solutione Magnus Suarez *lib. 5. cap. 27.*

De quâ latè Nos lib. 3.

Suarez. Solvitur.

126 Ipse nego antecedens, vel distinguo: concursus causæ primæ *præparativè* acceptus est prior, concedo: *executivè*, nego antecedens: *quod est dicere*, Divinam attemperationem, quâ Deus exhibet suam Omnipotentiam ad concursum simultaneum cum creaturâ, esse priorem ipso concursu; quod Physicam Prædeterminationem neutiquam promovet. Ad primam probationem admittatur illa locutio solùm logicè, & in subsistendi consequentiâ, ut pendere dicitur Rationale ab animali. Secunda probatio æquivocationibus est magis obnoxia: ista causalis, aliæque similes: *quia voluntas operatur, Deus dat illi* Gratiam,

Ex lib. 7. à nu. 170.

Nota Doctrinam.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxil. ãt. Davila. Cabrera. Zumel. Alvarez. Suarez.

nec nostræ sunt, ut *calumniantur* Davila, Cabrera, Zumel, & Alvarez, nec sunt tolerabiles, *ut ante Suarez*, quia significant antecessionem Semipelagianã Naturæ ad Gratiam: illa, aliæque similes: *Quia voluntas operatur, operatur Deus*, admitti possunt, si debitè intelligantur. Nequeunt intelligi bene, *ly quia* denotante causalitatem, & prioritatem operationis nostræ respectu Divinæ: catholicè tamen intelligentur; *ly quia* denotante in ipsâ operatione Creaturæ, & Dei, tantùm se habendi modum potiùs erga Creaturam, quàm erga Deum, ut sit electio potiùs Creaturæ, quàm Dei, potiùsque sit libitum, quo creatura finitur à Deo determinare seipsam, juvante Deo, quàm Dei actio prætipiens, aut impediens ipsi Creaturæ dominium. Neque aliter mihi videor posse loqui, si servanda libertas sit.

Objectio quarta principalis ex Axiomatis Sancti Thomæ.

127 Objicies quartò plura Axiomata ex *variis locis* Sãcti Thomæ desumpta, quæ sine prævio concursu, & prædeterminativâ qualitate nequeunt satis intelligi. Nempe: *Causæ secundæ subordinantur primæ in operando: Deus movet causas secundas ad agendum: Deus applicat causas secundas ad actum: Causæ secundæ agunt in virtute primæ: Creaturæ sunt instrumenta causæ Primæ: Deus dat etiam causis ipsum operari.* Quam longè fuerit Angelicus Doctor à prævijs hisce Qualitatibus emortuis ostendit Dominicanus Araujo *tom. 2. in 1. 2. quæst. 111. art. 5. dub. 6. num. 41.* ostendit Dominicanorũ Generalis Magister Turcus apud Henaum *de Scientiâ Mediâ Historicè propugnatâ event. 8. pag. 59.* ostendit novissimè Iosephus à Vitâ Dominicanus, latè pugnans, ut liberet Angelicum præceptorem à factione Prædeterminationum physicarum: ostendit Suarez *lib. 3. cap. 38. 44. & 49. & lib. 5. cap. 49.* ostendit Ruiz de Montoyâ *de Scientiâ Dei, & alibi* passim ostendit Ripalda *disp. 104. sect. 8.* ostendit luculenter Henao *suprà event. 17.* ostendit Avendaño *in singulari tract.* ostendit in speciali volumine Petrus à Sãcto Iosepho *Cisterciensis*, & ostendit novissimè, & omnium diligentissimè vir Doctissimus Henricus de Cerf *in speciali volumine*, quò remitto Lectorem.

Mens S. Thomæ ex Araujo. M. Turco. Ios. Vitâ. Suarez. Montoya. Ripalda. Henao. Avendañ. Pet. à S. Iosepho. Henric. Cerf.

128 Axiomata quidẽ facilem habent explicatum sine physicâ prædetermina-

Explicantur Axiomata

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

tione, quem ex ipsis Thomistis antiquis, id est, imprædeterminatis, edisco. *Subordinantur causæ secundæ, Primæ in operando*: primò, ratione concursûs simultanei. Secundò, ratione virtutis à Deo alioquin independenti derivatæ, acceptę, & conservatæ: sic se explicat Angelicus Doctor *in 2. dist. 1. quæst. 1. ad 4. & q. 3. de potentiâ art. 7. ad 2. Deus movet causas secundas ad agendum*: Primò: quia dat esse & posse cum eâ ordinatione: sic Ferrariensis Thomista *3. contra Gent. cap. 89.* Secundò: quia est finis omnis operationis: sic se explicat Sanctus Thomas *1. part. quæst. 105. art. 5.* Tertiò: ratione illustrationum, & affectionum excitãtium, & suadentium *1. 2. quæst. 9. art. 6. ad 3.* Quartò: ratione concursûs simultanei juxta Cajetanum, & Sotum: illum *1. part. quæst. 19. art. 8. §. ad primam rationem Scoti.* Istum *lib. 1. de Naturâ, & Gratiâ cap. 16.*

Ex Dominicanis, & ex S. Thomâ.

Ferrariẽs.

Cajet. & Soto.

129 *Deus applicat causas secundas ad agendum*: Primò: quia præstat omnia prærequisita, sic se explicat Angelicus Doctor *3. contra Gentes cap. 64. num. 4.* Secundò: quia per concursum simultaneum eas conjungit effectui, *quæst. 3. de potentiâ art. 7. 0.* Sic etiam Cajetanus *1. part. quæst. 19. art. 8. §. etsi quidem: Causæ secundæ agunt in virtute causæ Primæ*: Primò: quia per virtutem acceptam à Primâ causâ, *3. contra Gent. cap. 66.* Secundò: ratione concursûs simultanei juxta Cajetanum, & Sotum *suprà. Creaturæ sunt instrumenta Causæ Primæ*: Primò: quia Deus per illas, & cum illis producit effectus præintentos: Sic se explicat Sanctus Thomas *3. contra Gent. cap. 64. nu. 2.* Secundò: quia à Deo pendent in esse, & operari; unde locutio S. Thomæ est analogica, & metaphorica; legatur *3. contra Gent. cap. 100. num. 2. & quæst. 24. de ver. art. 1. ad 5.*

Ex S. Tho.

Ex Cajet.

Et Soto.

S. Thomæ.

130 *Deus* deniq; *dat causis etiam operari*: Primo: quia dat virtutem & ultimò complet per exhibitionem sui concursûs. Secundò: ratione concursûs simultanei. Non ergo ex his probari potest Physica Prædeterminans Qualitas ex mente Sancti Thomæ: qui demum, ut id nolim omittere, *in proprio loco*, nempè *1. 2. quæst. 110. art. 2.* quæstioni: an Gratia sit Qualitas? Habitualem dicit esse qualitatem; Actualem verò negat, & dicit esse *motum quendam animæ*, nempè vitalem actum ipsius animæ: quo ipsa movetur, interprete Thomistâ Conrado. Sed revide *librum 3. à num. 361.* ubi hæc, & alia, quæ pro se Thomistæ congerunt, latè disjecta sunt.

S. Thomas.

Conradus.

§. VI.

OCCVRRITVR SPECIALITER Adstruentibus Possibilitatem Qualitatis ex se transeuntis: Vbi Mens Nostra de Dominio Dei quoad destructionem rerum.

Aliquorũ ex Nostris Opinio.

131 HVcusque cum Thomistis lis habita. Nostri, quos *num. 87.* laudavi; alter, & speciosiùs discurrunt, ut saltem his illustrationibus, & affectionibus, in quibus non negant rationem Auxilii prævenientis, connaturale principium anticipent in qualitate supernaturali transeunte. Fundamentum est: quia assignanda sunt his vitalibus, & supernaturalibus actibus principia, à quibus connaturaliter fluant; at connaturaliter fluere non possunt à principio extrinseco: ergo ab intrinseco: ergo in absentiâ Habituum, per quos intrinsecè posset elevari potentia ad supernaturaliter vivendum, assignari debet qualitas contradistincta ab habituum permanenti naturâ, atque adeò suo de genio transiens. Quid censeam de minori, dicam *lib. 12. à num. 191.* Persisto nunc in negando supposito. Quod ut probent

Mens Nostra. Lib. 12. à num. 191.

132 Disputant primò: Non repugnat cognitio supernaturalis, quæ destructionem sui prænuntiet futuram in instanti determinato: ergo non repugnat qualitas cum exigentia sui interitus: ergo neque transiens suapte naturâ. Antecedens ostenditur: Nam decernere posset Deus suspensionem sui concursûs ad omnes actus supernaturales pro instanti determinato; & hæc veritas revelata credi posset assensu Fidei, eoipso sui, resquorumque omnium supernaturalium actuum destructionem prænuntiante. Probo jam consequentiam primam. Talis assensus ex supernaturalitatis titulo esset essentialiter verus: ergo cum sui destructione connexus: ergo pro instanti immediatè antecedẽte ad illud, quo prædecreta est omnium destructio, exigeret non

Prima contrariã Ratio.

non minùs interitum sui, quàm sui esse; cùm esse suum sit veritas in interitu subsequente consistens.

Ex Ripalda, multis arridens. In multis materiis.

133 Delectat hoc genus arguendi non paucos post Ripaldam, inde conantes in quacumque materiâ, prætextu supernaturalitatis, proprios sensus intrudere, *vel pro* indefectibilitate essentiali Visionis: *vel pro* merito salutari unicè pendente, & essentialiter à notitiâ naturali: *vel pro* merito impræmiabili: *vel pro actu* supernaturali essentialiter exigẽte principium intrinsecum, vel extrinsecum; *vel pro* actu essentialiter alligato uni, vel pluribus instantibus. Ipse cum Antonio Perez *de Voluntate Dei disp. 1. à nu. 59.* futilissimum, & vanissimum judico, nec egere solutionibus, quas in simili conantur ingeniosè Pater Herize *disp. 11. cap. 3.* Ripalda *disp. 104. nn. 30. & disp. 49. nu. 41.* Ovicdus *controv. 5. de Animâ part. 6. & alibi*, Quirós, Aldretus, Munièssa, & qui nunc scribunt: quia est modus arguendi perens manifestè principium. Quæstio est de qualitate sui interitum exigente. Ego negavi ob assignatam repugnantiam. Probas ipse, quia non repugnat actus, qui ita se habeat ex suppositione quam non probas, & ipse negavi, dum negavi quidquid assertionem positam falsificare potest.

Mens Auctoris eũ Ant. Per.

Herize. Ripalda. Ovied. Quirós. Aldrete. Munièssa.

Apta Solutio. Complutẽses Mag. apud Herreram Card. Lug.

134 Solutionem tamen aliam pro his, & aliis materiis communem juxta Magistros Complutenses, quos suppresè laudat Pater Herrera *quæst. 1. de Volunt. sect. 2. à nu. 55.* offert, & elucidat *tract. de Char. Doctus Professor* ex Lugo vix insinuante *disp. 3. de Fid. nu. 3.* quæ mihi jamdiù placet. Iuxta quam nego antecedens. Ad probationem, nego etiam antecedens. Deus enim nequit decernere suspensionem sui concursûs ad omnes actus Supernaturales pro determinato instanti, & simul decernere revelationem credendam assensu Fidei. Ratio est: quia hic assensus Fidei nequit esse terminus primi decreti: Vnde vel primum illud decretum ad omnes actus Supernaturales se extendit, vel excipit assensum quo credi posset hæc revelata veritas? Si primum: est impossibile Deo tale decretum. Si secundum: nulla vis argumento manet. Cur tamẽ, *inquies*, impossibile tale decretum est? Respondeo: quia non est de Termino cadente in Dei libertatẽ, atque adeò nec in Dei decretum: Decretum enim Dei cùm sit liberum, est de re, de quâ possit id ipsum non decernere: cùm ergo assensus esset necessariò defectibilis pro eo instanti, quo decernit Deus liberè destructionem, decerneret Deus liberè rem omninò necessariam: ac si liberè decerneret non producere chymeram, quod impossibile est. Vide alia *in Opere de Incarnatione lib. 5. disp. 3. à num. 98.*

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

De Incarn lib. 5. disp 3. à nu. 98

135 Disputant secundò. Impetus lapidi impressus, sonus, species intellectuales diù acquisitæ, Habitus, & id genus entia sunt naturæ per se fluentis, & lubricæ, cùm sine contrario pereant, nec ex defectu causæ: ergo non repugnat qualitas ex se transiens. Nego antecedens: ex his enim singula vel exigente contrario pereunt, vel ex defectu causæ. *Impetus* perit ad exigentiam gravitatis inclinantis in oppositum; ut perit calor in aquâ recuperante se paulatim ad statum connaturalem frigiditatis. *Dicis*: id benè est de impulsu sursum; at impulsus deorsum qui perit? Qui etiam perit impulsus rectus; aut volutus in orbem; cùm ex impulsu grave corpus eodem sit semper in centro? *Respondeo*, impulsum deorsum evanescere ex exigentiâ, & aëris obstantis divisioni, & aliqualis levitatis, quæ mixta est corpori non gravi in summo. *Deinde* circularem impulsum, aut rectum ex exigentiâ ipsius aëris semper obstantis, & ex exigentiâ corporis quietam gravitatem petentis. Et hæc *de impulsu. Sonus* perit ad defectum impulsûs in aëre percusso, à quo dependet. *Species intellectuales* vel semel acquisitæ, perseverant, nec infrequens excitatio argumentum est jam periisse: vel pereunt ex contrarietate cũ erroneâ specie: vel ex impotentiâ facultatis ad conservationem omnium: vel ad absentiam materialium plurimo ex capite deficientium: solo tamen otio nunquam. *Habitus* similiter pereunt ex adventu contrarii. Sed hæc merè philosophica sunt, de quibus præter alios legentur cum fructu Quirós *tract. 6. de A. disp. 92.* & Sylvester Mauri *lib. 2. & 3.*

Secunda Ratio.

Solvitur.

Quirós & Silvest. Mauri.

136 Disputant tertiò: sufficit sola limitatio perfectionis, ut res sine contrario, aut sine defectu causæ definat esse: ergo non repugnat qualitas ex se fugax, & transiens. Probatur consequentia: Si

Tertia Ratio, subtilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

enim ex solâ limitatione perfectionis posit res deficere, non ideò deficit, quia exigat deficere, sed quia non exigit plus durare ex defectu perfectionis: ergo quin appetat sui destructionem (quæ nobis erat negandi ratio) potest esse naturæ fluentis, & lubricæ. Antecedens probatur: quia Duratio per plura instantia appetibilior est, quàm duratio per pauciora: ergo est major perfectio: ergo ex limitatione perfectionis venire potest, quòd res deficiat intra tempus determinatum. Sed negari non potest qualitas imperfectior illis, quas noscimus ex consensu communi: ergo nec qualitas adeò imperfecta, &c. Confirmatur: Potest ex solâ limitatione perfectionis limitare sibi res ubicationem, ultra quam non debeatur extensio connaturaliter: ergo ex solâ ipsâ limitatione perfectionis potest sibi res limitare Durationem. Id quod videtur clarum in luce, & in calore; quorum illa, absente sole, perit; iste, non statim perit; cujus rei ratio non potest aliò reduci, quàm in excessum perfectionis in calore præ luce.

Solvitur. 137 Speciosa argumẽtatio, sed falsax. Primò: quia duratio major, aut minor non venit rebus titulo perfectionis: alioqui materia prima, quæ censetur adeò imperfectum ens, ut cùm nihilo comparetur, æquè perfecta foret, ac Angelus, cùm æquè sit indestructibilis ex naturâ rei: venit ergo ex titulo nõ indigendi cõservativo, qui deficere possit. Secundò: quia sicut ex limitatione perfectionis nulla res est, quæ sibi non limitet ubicationem; nulla res esset, quæ non limitaret sibi durationẽ, cùm nulla sit ex creatis, quæ limitatæ perfectionis non sit.

Et applicatur Doctrina ad Argumẽtum. 138 Respondeo igitur negando antecedens: Ad probationem, dicatur, durationem per plura instantia esse appetibiliorem, non quia est major intensivè perfectio, sed extensivè; id est, eadem perfectio magis fruenda: & negetur secunda consequentia. Ratio est: quia nequit res sibi limitare titulo sui esse minùs perfecti, Durationem, quin exigat interitum sui. Cujus ulterior ea est ratio: quia res omnis, cùm seipsâ sit necessitas excludendi duplex cõtradictorium ab esse suo, atque adeò necessitas aliter essendi quod est, & impossibilitas aliter essendi, seipsâ est exigentia illorum sine quibus à suo esse deficeret; & distingueretur à seipsâ. Cùm autem ulterior duratio, rei sic limitatæ, contradictionem induceret, & distinctionem sui à se, nequit non esse necessitas in ipsa, ut exigat non ultrà durare, atque adeò destructionem sui.

Et ad Confirmationem. 139 Ad confirmationem dat Ripalda disparitatem: quia rem destruere est tollere perfectionem; rem ultra non extẽdero per ubicationem, est non dare perfectionem adhuc non productam. Vt ex naturâ rei tollat Deus perfectionem jam existentem, requiritur exigentia destructionis; ut Deus ex naturâ rei non det perfectionem non existentem, sufficit non exigentia talis existentiæ. Patet ergo grande discrimen. Dat Patet Quiros disparitatem: quia Duratio dicit non mutare statum rerum; Vbicatio dicit positivè mutare: at positivè mutare statum rerum, repugnare videtur Authori Naturæ, non minùs, ac videtur convenire, quòd eum statum non muter. *Vterque autem.* Ipse do aliam, ex dictis, fortè solidam magis. Quia limitatio ubicationis non imbibit appetentiam repugnantem interitûs sui, sed minorem à materialitate, ejusque ab imperfectione discessum: limitatio verò Durationis ab intrinsecis rei necessariò imbibit appetentiam sui interitûs, ut confecimus. Quod additur de calore, & luce, vanum est. Tùm quia mihi perfectior est lux, quàm calor. Tùm etiam: quia lux solis eget ipsò conservatore; non ita, calor.

Discursus Ripaldæ. *P. Quirõs.* *Alius.*

Quarta Ratio. 140 Disputant quartò: quia res sublunares sunt per se corruptibiles, & temporaneæ: ergo etiam deficiente contrario non æternarent: ergo sibi limitant ab intrinseco durationem. Quidquòd ignis ex solo pabuli defectu perit. Confirmatur primò: quia plures causæ sine defectu virtutis, nec urgente contrario cessant à continuatione motûs, & actionis ex solâ imperfectione suæ activitatis, ut patet in corpore gravi, quando moratur. Cur ergo non posit res deficere ex suâ simili imperfectione? Confirmatur secundò: agglomerando exempla plura, in quibus saltem indirectè res appetit sui interitum: Imprimis homo temperamentum exigit cõtrariarum qualitatum, quæ sibi mortis occasio sunt. Deinde spes cõsecutionem boni, quâ perit: demum ipsa duratio successionem, quâ necesse est pereat

reat præcedens pars successivi motûs.

Solvitur. 141 Respondeo, res sublunares ideò dici, & esse naturaliter corruptibiles: quia sunt capaces contrarii, nec ipso carent. Ignis absumit pabulum, titulo generandi sibi simile: eo in absumptu perit: quia, cùm ex suâ naturâ sit tam facilè mobilis, facilè vincitur à contrario, nempè à cinere, aëre, fumo urgentibus expulsionem ipsius. Confirmatio prima videtur difficilis Patri Quiros. Negaret aliquis antecedens, quo facilè solveret argumentum: ratio esse potest: quia discontinuatio actionis non unicè provenit à limitatione activitatis, sed à contrario actionem saltem discontinuante, cùm impedire non possit. Deinde disparitas est: quia Agens de suo aliquid agendo confert: unde non mirum, quòd ex imperfectione virtutis cesset; at effectus in sui conservatione non laborat. Ad secundam confirmationem: nego sui interitum posse vel inditectè à rebus exigi. Nec homo exigit temperamentum, unde mors sua: hæc enim venit ab intensione, vel remissione qualitatum ultra exigentiam inducta à nocivis agentibus. Nec spes perit adveniente fruitione, nisi ex defectu causæ, nempè judicii de futuritione rei, quo spes indiget. Imò fruitionem innatè non appetit. Nec durationũ seriem agnosco possibilem, seipsis, & ab intrinseco succedentium.

Nulla res exigit interitũ sui. *P. Quirõs*

Quinta Ratio. 142 Disputant quintò: quia potest causa secunda, nullo urgente contrario suspendere liberè concursum ad plures effectus, quos liberè conservat: ergo & à fortiori potest suspendere pro libito concursum ad omnes Causa Prima: alioqui minùs liceret causæ primæ sine miraculo, quàm sine miraculo licet causæ secundæ: ergo poterit dari qualitas sine defectu causæ, nec urgente contrario periens, atque adeò fluida. Vrgetur argumenti vis: Titulus productionis est titulus Divini dominii: quomodo ergo fieri potest ut ex ipso titulo, quo res specialiter cadit in dominium Dei, eximatur à jure quod habet Dominus utendi pro libito re suâ, atque adeò destruendi, si jubeat, nullâ factâ cuiquam injuriâ? Vrgetur aliter: prima productio Rerum est omninò gratiosa: nihil autem gratuitum gravat, aut reddit debitorem, authorem beneficii: ergo quòd Deus rem primò produxerit, nequit esse ratio ne possit illam destruere. Vrgetur demùm: quia non apparet cui faciat violentiam Deus tollendo res: quia simul tollit exigentiam, cui posset violentia fieri. Explico vim rationis: sicut se habet in moralibus jus, se habet in physicis exigentia: sicut ergo facere nõ potest injuriam qui rem tollit, si tollat simul jus: non enim manet jus quod ædat; ita pariter facere non potest violentiam, qui tollit rem, & simul exigentiam. Sed Deus destruendo rem aliquam tollit durationem, & rem ipsam: ergo nulli potest facere violẽtiam in destructione rerum.

Difficilis, 143 Hæc objectio difficilis est: non quia probet qualitatem transeuntem, propriique interitûs appetentem; licèt enim Deus pro libito sine præcedente contrario, aut exigentiâ possit suspendere effectum, potest eoipso non suspendere, unde & potest manere qualitas: quæ si destruatur, non fit omninò sine exigentiâ, cùm ipsa Dominii Divini libertas sit vis præponderans ad destructionem, respectivè ad appetitum rebus indicum ne destruantur, ut dicitur in destructione liberâ nostrorum actuum, ubi præponderat libertas nostra. Id quod intelige, cùm non est exigentia positiva vel antecedens, vel consequens ut res conservetur; tunc enim non poterit Deus tem, ut author Naturæ destruere; partim ex lege sibi liberè impositâ per decretum tales exigentias producendi, partim ex dictamine suæ Divinæ Sapientiæ, cui conformatur Deus in productione rerum: quò reducendæ sunt omnes leges naturales quasi passivæ, quas Philosophi vocant exigentias, ut explicui late *in Opere de Incarnatione lib.* 2. *disp.* 2. *à num.* 34. & rursus attingam *à num.* 147.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

Sed victa jã in tract. de Incarn. lib. 2. *disp.* 2. *à num.* 34. *& mox à num.* 147.

Videnam difficultas P. Vazq.

144 Est ergo difficilis Objectio, quia cogit nos decernere de dominio Dei quoad destitionem rerum: quod à paucis attingitur. In quo puncto Pater Vazquez *in* 1. *part. disp.* 182. Censet tale hoc esse Dei dominium, ut ex naturâ rei & sine miraculo omnia sint à Deo destructibilia; unde nullum est ens ex naturâ suâ, sed ex Dei gratiâ incorruptibile. Pater Ripalda econversò censet *ubi suprà*, nullum ens posse à Deo destrui sine miraculo, nisi ad exigentiam entis oppositi. Pater Quiros distinguit, & quoad entia naturalia censet

P. Ripald.

P. Quirõs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

set impossibilem Deo destructionem ex naturâ rei, non mediante in oppositum exigentiâ; quoad entia Supernaturalia non ita censet impossibilem connaturaliter aliquorum desitionem. Nullus omninò placet.

De Dominio Dei quoad rerum desitionẽ quid dicẽdum?

145 Censeo primò: Divinum dominium stare non posse, quin saltem de potentiâ extraordinariâ possit res destruere. Id quod contra Modernos aliquos secutos Arriagam, & Martinonum est mihi evidens: quia titulus dominii, qualis est, vel productio vel conservatio nequit esse titulus eximendi rem à jure Domini in usus sibi pro libito destinandos.

Primò: Arriaga. Martinon

Secundò:

146 Censeo secundò: quotiescumque desit exigentia vel antecedens, vel consequens ab ipsâ rei naturâ inducta, ne res ipsa destruatur, sed perseveret; potest Deus tam in naturalibus, quàm in supernaturalibus entibus sine miraculo rem destruere. *Volo dicere:* quòd entia singula, quæ non supponant exigentiam ut ipsa durent, vel quæ non inducunt operationes ex naturâ rei connexas cum æternitate, vel ulteriori duratione sui principii, potest Deus destruere pro libito, vi dominii cõvenientis Deo ut Authori Naturæ. Ratio est, quia seclusis his titulis, militat efficacissimè ratio libertatis, & divini dominii, ut militat in suspensione liberâ nostrorum actuum. Neque enim Dominus Vniversi ita ligandus est ipsis Naturis rerum, ut usus, quos ipsæ non exigant, denegandi sint: Prævalet enim ipsa quasi naturalis exigentia, ne citra suam libertatem eximantur res à jure Domini potentis naturaliter uti, & abuti, prout libuerit.

Tertiò:

147 Censeo tertiò: Res, quæ supponunt exigentiam, aut quæ talem exigentiam inducunt ex naturâ rei, nequit Deus citra miraculum, & ex naturâ rei destruere tam in Naturalibus, quàm in Supernaturalibus. Sic nequit Natura privari subsistentiâ: quia destructio subsistentiæ esset contra exigentiam, quam ipsa subsistentia supponit antecedenter in Naturâ: Sic nequit corrumpi substantia manentibus accidentibus, quia accidentia sunt exigentia consequens cũ duratione subjecti connexa. Sic nec materia prima nec Anima Rationalis, nec Angelus sunt naturaliter corruptibiles ex exigentiâ consequenti operationum capacium meriti, atque demeriti, atque adeò ex naturâ rei connexarum cum æternitate, vel ulteriori duratione sui principii, vel ad supplicium, vel ad remunerationem.

148 Nec id derogat divino Dominio, quia tota hæc qualiscumque necessitas ptimitùs & quasi activè venit à dictamine Divinæ Sapientiæ, eamque sibi imponit liberè Deus per decretum illi conforme, quasi per legem omninò liberam, intimatam rebus per creationem, & ab ipsis acceptatam quasi passivè per ipsum esse quod accipiunt à Deo, volente sibi non alios usus licere circa res, quas sic disponit. Quem discurrendi modum latè posui, & illustravi *in Opere de Incarnatione lib. 2. disp. 2. à num.* 34. Accipe nunc discursum eundem in Angelico Præceptore *lib. 2. contra Gent. cap. 29.* ubi hæc habet: *In quibus omnibus* (scilicet in implendis exigentiis rerum) *sic rectè attenditur, Deus Creaturæ debitor non dicitur, sed suæ dispositioni implendæ.*

De Incarn. lib. 2. disp. 2. à nu. 34.

Conditio donorum Supernaturalium.

Quartò.

149 Censeo quartò: licèt ut Author Naturæ possit aliqua entia destruere, non urgente in oppositum exigentiâ, in naturalibus; & in supernaturalibus citra novum miraculum in lineâ Supernaturalis Providentiæ, eo usu de facto se privatt unde quòd Deus non posit in rebus prout de facto procedere ad destructionem rerum, sola est necessitas consequens à decreto divino, non necessitas antecedens, nec inductiva miraculi. Probatur de entibus naturalibus: tùm ex communi consensu, & experientiâ quoad desitionem rerum; unde solet colligi modus gubernandi perpetuus in primâ Causâ insinuativus liberæ dispositionis in ipsâ. Tùm quia omnibus experientiis in cõtrarium assignavimus oppositam exigentiam. Tùm demum quia Deus nihil eorum, quæ fecit, odio habet, atque adeò per se non destruit. De supernaturalibus clarior mihi est ratio: Tùm quia *sine pœnitentia sunt Dei dona*, ut Paulus loquitur *ad Romanos*, quasi diceret, dona Dei, quoad ipsum attinet, firma esse & immutabilia. Tùm etiam quia ex Scripturis, & Patribus apertè colligitur, nihil supernaturale deperdi nisi ex vitio, & libertate nostrâ: unde facilè colligitur decretum, penès id, Divinum. Id intellige de Donis Ordinariis Dei; nam de Extraordinariis, qui-

quibus etiam locus est in lineâ supernaturalium entium, alia forsan est ratio: licèt quoad ipsorum desitionem putem attendere Deum imbecillitati Naturæ, nequeuntis sine ulteriori confortatione vim donorum adeò excedentium terream hanc compagem diù ferre.

Corollariũ contra Thomistitas Qualitates.

150 Per hæc factum est satis *quintæ objectioni*, & omni ex parte manet concussa Thomistica Qualitas. Illud addo, quòd, etsi qualitatem transeuntem non vitalem, admitterem: vel ipsam non permitterem supernaturalem; vel saltem, nõ sufficientem, effectivè concurrere ad actus supernos. Quod si verum sit, actum omninò est de Thomisticâ qualitate. Ratio autem mihi efficax est: quia tanta defectibilitas est argumentum maximæ tenuitatis in *esse*; ut enim vera perfectio, quæ Divina est, necessariò dicit indefectibilitatem, unde colligimus independentiam; ita quò magis ens ab indefectibilitate recedit, eò minùs perfectum est: esset ergo qualitas illa (suomet genio) transiens, imperfectissima, & maximæ vilitatis in ratione entis: ergo repugnat esse ens maximè excellens in ratione entis. At ens supernaturale quoad entitatem est ens maximè excellens in ratione entis: ergo repugnat, quòd illiusmodi qualitas, supernaturalis sit. Exinde fit etiam incapacitas, ut contineat excellentiam actuum supernaturalium, qui de se sunt capaces vel æternum esse, vel facere. Quæ sic protraxi, ne glorietur Godoy *tom. 1. in part. 1. disp. 18. §. 3. nu. 48.* adversus qualitates istas defendi solitas à Thomistis, nihil opponi posse, quod probabilitatem præferat.

Excessus M. Godoy.

SECTIO II.

AD QVOS ACTVS INTELLECTVS, ET Voluntatis reducantur Auxilia Divinæ Gratiæ?

§. I.

OPINIONES.

151 Divinæ Gratiæ Auxilia cùm adequatè consistant illustrationibus intellectus, & affectionibus Voluntatis *ex sectione præcedenti*; videndum est, in quibus actibus intellectûs ponendæ sint *illustrationes*? Et in quibus voluntatis affectibus, *Inspirationes*. Et de illustrationibus nullum ferè dissidiũ est, cùm eas in triplici mẽtis operatione cõstituat communis opinio Theologorum apud Ripaldam *disp. 102. sect. 3.*

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt. Ripalda.

152 De *Inspirationibus* major est quæstio. Prima sententia solùm eas constituit in affectionibus indeliberatis, simplicibus, & inefficacibus: & videtur esse communis.

153 Secunda sententia constituit eas unicè per affectiones indeliberatas, absolutas, & efficaces ab intrinseco specialiter immissas à Deo: sic Gonzalez de Albelda Dominicanus (novissimè sequutus à Contensono) *à suis* dissidens, & *à Nostris 1. part. disp.* 58. qui *triplici* conclusione se explicat. *Prima*: Gratiam afficientem, de quâ Patres, & Concilia, non esse affectum inefficacem, & simplicem, sed indeliberatum, simplicem, & ex intrinsecis efficacem. *Secunda*: Eum affectum esse realiter indistinctum ab affectu libero, & meritorio in quem movet, eo solùm discrimine, quòd fiat liber ex modo superaddito, in quem etiam influit, & quo de necessario transit in liberum. *Tertia*: eum affectum probabiliter posse distingui ab actu libero, in quem moveat; at isto posito, necessariò periturum ex adventu judicii indifferẽtis, quocum implicat, & qui relinquit virtutem, ut vicissim concurrat ad actum meritorium. Ex his tribus Propositionibus Albeldæ, Primã, non curando cæteras duas, arripuit Iãsenius, non aliã volens in lapsâ Naturâ Gratiam Christi, quàm Affectionis efficacis indeliberatæ: turpiter ratus contra Nos, Gratiam illustrationis, & affectûs simplicis consequentis esse Gratiam Possibilitatis purè Pelagianæ.

Gonzalez de Albelda. Cõtenson.

Quocum cõveniãt?

Iansenii error.

154 Tertia sentẽtia cum primâ convenit; addit tamen, locum habere inter Gratiæ afficientis Auxilia deliberatos, & efficaces vitutum affectus. Quare *duplex* agnoscit Auxiliorum genus: *aliud* eorum, quæ primò præveniunt libertatem, & nobis infunduntur à Deo sine nobis liberè concurrentibus; & hujusmodi sunt illustrationes, & affectiones indeliberatæ supernæ. *Aliud* eorum, quæ subsequãtur ex Gratiâ primò excitante, & præveniente, nobisque sunt libera, quibus mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Ripalda.

movetur ad ulteriores actus efficaciter à Deo voluntas. Sic Ripalda cum pluribus, quos ipse citat *disp.* 103. *sect.* 4. & post ipsum Ingeniosissimi Magistri.

§. II.

ILLVSTRATIONIS GRATIA NVLLAM mentis operationem excludit.

Conclusio Nostra.

155 ARgumentor sic: Supernaturalitas nullam speciem cognitionis excludit: ergo neque Gratia illustrationis. *Ostenditur.* Ostenditur bonitas consequentiæ: quia nulla potest esse cognitio supernaturalis, quæ mediatè, vel immediatè movere nó possit supernaturalem affectum; sed cognitio supernaturalis, quæ mediatè, vel immediatè moveat supernaturalem effectum est Gratia illustrationis; est enim indebita, atque adeò Gratia, per se conducens ad actus salutares: ergo nulla potest esse cognitio supernaturalis, quæ non sit Gratia illustrationis: ergo si triplex operatio mentis, supernaturalitatis est capax, nulla mentis operatio à conceptu supernæ illustrationis excluditur.

156 Probatur igitur antecedens, primò: quia nulli speciei cognitionis inest prædicatũ supernaturalitati repugnans. Secundò: quia imprimis judicia supernaturalia negari non possunt; Assensus enim Fidei judicium est; piam affectionem credendi præcedit credibilitatis judicium; actus honestos supernos dictamen prudentiæ, quod judicium est. Deinde connaturalius est hæc judicia à supernis apprehẽsionibus, quàm à naturalibus dirigi. *Adde*, plerumque subitò tangi mẽtem hominis supernaturaliter à Deo, unde sequitur indeliberata voluntatis affectio; neque opus est, quòd necessariò per judicium pulsetur humana mens. *Insuper*, sic deliberata mentis affectio se habet in voluntate, ut in mente se habet apprehensio; cur si de facto Divina inspiratio in eâ affectione consistit, non consistat aliqua illustratio in apprehensione? *Denique, in meditatione meâ exardescet ignis*, ajebat David, quasi meditatio, charitatis actus accenderet; at meditatio, Discursus est. Nullam ergo supernaturalitas speciem cognitionis excludit. *Ripalda.* Hùc facit labor ille Ripaldæ pro supernaturalitate apprehensionum, judiciorum, & discursuum *disp.* 49. 55. 60.

157 Objicies contra *Apprehensionem* primò: quia licèt posit dari supernaturalis Apprehensio, de facto tamen admittenda non est: ergo Gratia illustrationis esse nequit Apprehensio. Consequentia benè infertur ex antecedente, quod promovet post Patrem Salas *in manuscriptis de Gratia disp.* 2. *sect.* 17. §. 6. *P. Salas.* & Basilium Legionensem *de Auxiliis, disp.* 3. Eminentissimus de Lugo *de Fide disp.* 9. *sect.* 5. *Bas. Leg. Card. Lug.* Tùm quia nullum est fundamentum ad sic multiplicandos actus supernaturales. Tùm etiam: quia species præviæ ad actus supernos intellectûs sunt de facto naturales: ergo & Apprehensiones ex speciebus subsecutæ, & ad superna judicia præviæ. Secundò: quia Gratia est principium actûs, in quem influit: ergo est perfectior, vel æquè perfecta: At Apprehensio imperfectior esse solet actu, qui sequitur. Tertiò: quia Angelis deneganda non est omnimoda Gratia: neque enim qui perfectioris naturæ sunt, debent esse fortunæ pejoris. At ipsis denegatur Apprehensio: non est ergo Gratia illustrationis Apprehensio.

158 Respondeo: ad primum, negando antecedens: ad cujus primam probationem videnda sunt plura fundamenta apud Ripaldam *citatum*. Illud mihi nunc *Ripalda.* sufficit: quòd à motione apprehensivâ sumitur non rarò justificationis initium. Quidquòd favet Authoritas Conciliorũ, & Patrum: quæ potissimùm esse debet in his materiis fundamentum. Ad alteram sit disparitas, Patrum Authoritas non antecedenti, sed consequenti faventium. Deinde species nõ est ex se inclinativa, & motiva potentiæ, ut est Apprehensio, quæ per se inchoat totum negotium operum subsequentium. Insuper habitus superni, quorum sit, intellectum, instruere ad operationes intellectuales quasi sint superadditæ, & novæ potentiæ; negari non possunt; at non cogimur admittere Supernaturale principium, cui debeatur effectio Supernaturalium specierum. Demum naturales species admitti debent, ut aliqualiter pendeat à Prædicante conversio; at incrementum dat Deus per internas excitationes, & pulsus vitalium actuum. *Infrà* de his. Ad secundum: Partiale principium esse nõ debet æquè perfectum ac effectus. Deinde indeliberata affectio voluntatis, quam immediatè movere potest apprehensio, non videtur ipsâ apprehensione perfectior. Denique inter principium effectivum, & formale posset magna inveniri disparitas. Ad tertium: Non negant Angelis Apprehensiones circa omnia Theologi. Imò, licèt ipsis negaretur Apprehensio, ex eo essent fortunæ melioris, quòd perfectioribus semper gratiis prævenirentur à Deo, quàm homo.

Cur Apprehensiones supernæ sint: & nõ species? *Infrà lib. 13. à num. 16. & 21.*

159 Objicies contra judicium etiam primò: Supernaturalia judicia sunt actus deliberati virtutum: ergo numeranda nõ sunt inter Auxilia Gratiæ. Antecedens patet: reduci enim debent ad actus Fidei, Prudentiæ, similiumque. Consequentia verò non patet minùs: quia actus deliberati virtutum Supernaturalium sunt ab auxilio gratiæ: ergo. Secundò: speculativa judicia, quibus lex proponitur, & honestas objecti, Pelagius non negavit; at negavit Auxilia Gratiæ, de quibus modò loquimur: ergo judicia hujusmodi, vera Gratia non sunt. Pro majori legendus Augustinus *lib. de Gratiâ Christi*: *Augustin.* neq; credendus est usque adeò insaniisse Pelagius, ut putaret legem, & Doctrinam illuminare nos posse sine internis actibus. De Minori diximus *suprà à num.* 68. *Suprà à num. 68.* Tertiò: Assensus Fidei non videtur Auxilium Gratiæ; at movet, & excitat ad virtutum actus, adeò ut probabilior sententia ferat, sine Fide præeunte non fieri quicquam Supernaturalis boni: ergo.

160 Respondeo ad primum: Supernaturalia judicia vel ex evidentiâ objecti, vel ex indeliberato voluntatis imperio posse cum indeliberatione produci: unde negatur assumptum argumenti. Deinde quid officit, quòd ex auxilio sint, ut sint, ad actus subsequentes, auxilia? unde negabitur consequentia. Ad secundum: Pelagius admittebat hos actus ex naturali consecutione, solis viribus naturæ productos, admotâ sensibus lege per doctrinam *extrinsecùs sonantem*: At *Sensus Augustin.* nos cum Augustino Gratiam dicimus ea judicia, quæ ministerio Spiritus Sancti, & viribus Supernaturalibus elevantibus imbelliciratem Naturę, formantur in nobis. Neque quòd speculativa sint, obest. Tùm quia cognitiones hujusmodi, licèt quoad efficaciam non sint practicæ, practicæ sunt ex se quoad sufficientiam, ut distinguebam *suprà*. Tùm etiam quia nõ minori titulo petitur Supernaturalitas in speculativis cognitionibus, quàm in Practicis ad actus salutares, ut videre poteris apud Ripaldam *disp.* 62. *sect.* 1. Ad tertium, neganda est major ex multiplici eruditione, quam afferunt Ripalda *disp.* 102. *à num.* 25. Cardinalis de Lugo *disp.* 12. *de Fide sect.* 2. & demum Oxea *de Fid. disp.* 12. quâ conficitur, ideò apud Concilia, & Patres præveniri nos Gratiâ Dei, quia Fide prævenimur: numeratur ergo intra illustrantis Gratiæ chorum assensus Fidei.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Suprà lib. 1. à num. 317. Ripalda. Card. Lug. Pet. Oxea.

161 Objicies contra discursum etiam primò: Non est ratio, cur de facto debeat admitti conclusio Supernaturalis: ergo neque Gratia discursiva. Secundò: quia illustrationis auxilium est immediatum opus Divinæ Largitatis; atqui non ita se habet Supernaturalis illatio, quippè connaturaliter debita Præmissis, unde nascitur: ergo neque est illustrationis auxilium. Ad primum negetur antecedens, pro quo satis pugnat P. Quirós *disp.* 6. *de Deo* contra Ripaldam *disp.* 55. *P. Quirós. P. Ripald.* Ratio, præter adductam in probatione conclusionis, mihi est connaturalitas, quâ Præmissis Supernis, (quas de facto nemo negat in nobis) debetur ejusdem generis Conclusio. Ad secundum: quòd auxilium Gratiæ debeatur alteri auxilio, non tollit rationem gratuiti, & indebiti; nec minuit largitatem Dei sua beneficia beneficiis cumulantis. Etiam inspiratio necessariò plerumque nascitur ex prævia illustratione, & ex affectione piâ credendi assensus Fidei: quin sequelæ connaturalitas tollat Inspirationi vel Fidei rationem auxilii.

§. III.

INSPIRATIONIS GRATIA AFFECTVM indeliberatum inefficacem numerat, eumque multiplicem.

Altera Conclusio:

162 ARgumentor sic: Suavis illa delectatio, quam Deus operatur in nobis sine nobis, & quâ Deus inspirat voluntati salutarem accessum ad se, est affectus indeliberatus inefficax; atqui Gratia Inspirationis est suavis illa delecta- *Ostenditur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. Montoya. Ripalda.

ctatio, quam descripsi: ergo Gratia Inspirationis est affectus indeliberatus inefficax. Minor patet *ex sect. 1. ove præcedente*, & ex innumerâ Patrum eruditione, quam recitat Pater Ruiz de Montoyâ *de Providentia disp. 30. sect. 2. & 3.* & exinde Ripalda *disp. 103. sect. 1.* Major probatur primò: quia suavis illa delectatio præcedit ad deliberatum accessum nostræ voluntatis ad Deum: ut satis distinguunt Concilia, & Patres ex illo suo modò loquendi, non esse *in potestate nostrâ*, nec *ex nobis*, quòd velimus: ergo est affectus indeliberatus inefficax. Probo consequentiam: nam si esset deliberatus, non præcederet deliberationem nostram; & si esset efficax, tolleret libertatem, ut *infrà* premam. Secundò: quia actus indeliberati simplices, & inefficaces magis apti sunt, ut infundantur à Deo nobis sine nobis: ergo suavis illa inclinatio, & delectatio est affectus indeliberatus simplex inefficax. Consequentia patet: nam Deus etiam in infusione donorum accomodare se solet naturis rerum. Antecedens autem ostenditur: quia affectus indeliberati simplices inefficaces ex nudâ, & simplici propositione objecti ante deliberationem assurgunt in nobis, alioquì expertis despoticum dominium inefficaces, & absolutas volitiones: ergo aprioires ex se sunt illi, ut infundantur à Deo nobis sine nobis.

Infrà à num. 167.

Confirmat primò: ex Act.

163 Confirmatur primò: Conversio Pauli fuit uberrimæ Gratiæ, si unquam alia: *Circumfulsit enim eum lux de Cœlo* non exteriùs modò, sed interiùs per supernas illustrationes, conciditque motibus animi potiùs, quàm stupentis equi. Nunc sic: sensit Saulus affectum in stimulo, contra quem *durum erat ipsi recalcitrare*; sed affectus ille primùm exortus, erat indeliberatus, & non efficax. Non erat efficax, quia extorsisset illi consensum; recalcitravit tamen Gratiæ Dei. Nõ erat deliberatus, quia non esset stimulus, cui dissentiret, sed ipse consensus: ergo sensit ex parte voluntatis affectum Gratiæ, & quidem indeliberatum & inefficacem.

Secundò: à priori.

163 Confirmatur secundò: reddendo rationem à priori. Affectus indeliberatus simplex inefficax ortus ex illustratione supernâ, est motio Supernaturalis ad consensum salutarem: ergo est Auxilium Gratiæ. Antecedens habet *duas* partes: *quòd* Supernaturalis sit, & *quòd* moveat. Secunda patet in actibus primò primis, quibus experimur nos trahi & moveri ad consentiendum objecto, quo primum est affecta voluntas. Prima probatur, quia sicut ex illustratione naturali, naturali consecutione, procedit ante liberam affectionem affectus naturalis; quidni ex illustratione Supernâ Supernus affectus, ut ex radice congener ramus? Hæc mihi sufficiunt.

Multa Tract. de Actib.

164 Dixi, *eum affectum* esse varium, & valde multiplicem; quia sunt valde multiplices modi, quibus inopinatò tangitur animus, ut accedat ad Deum. Iam *lætitia, & gaudii*, juxta illud *Actuum* 13. *Gaviſæ ſunt, & glorificabant Verbum Domini, & credidérunt.* *Act. 13.* Iam *tristitiæ*, juxta illud 2. *Corinth.* 7. *Quæ ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* *2. Corinth 7.* Iam *lacrymarum, & detestationis*, juxta illud *Psalm.* 84. *Dominus dabit benignitatem*, ut exponit Augustinus *de Corrept. & Grat. cap. 2.* Iam *timoris*, juxta illud *Lucæ* 7. *Accepit omnes timor, & magnificabant Deum.* Denique tàm varius est, quàm est varius in homine numerus suorum affectuum: ex quorum varietate sic, vel aliter movet nos Deus, specialiter benèficus, quòd modò Genus hoc eligat, modò aliud, quia prævidet hominem modò huic, modò alteri consensurum. *Psalm. 84 Augustin. Luc 7.*

Albelda, & Godoy objicimus:

165 Objicies ex Albeldâ primò: Affectus indeliberatus & simplex naturaliter ex propositione boni consequitur: ergo naturalis est: ergo non est Gratia. Secundò: quia imperfectior est affectu deliberato: ergo nequit ipsum causare. Tertiò confidentiùs sibi videtur objicere Godoy in re non absimili *tom. 1. in p. p. disp. 18. §. 2. nu. 36.* Auxilio Gratiæ non potest repugnare coëxistentia cum nostro merito; at affectui indeliberato repugnat hujusmodi coëxistentia: ergo & conceptus auxiliantis Gratiæ. Major patet: quia auxilio movente fit meritum. Probatur minor: quia nequit haberi meritum sine advertentiâ tollente indeliberationem; sed cum advertentiâ tollente indeliberationem circa unum objectum nequit cõponi circa ipsum indeliberatio: ergo.

Fit ipsis satis.

166 Respondeo: Ad primum: Affectus, quode loquimur, naturalis erit si per se resul-

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

resultet ex apprehensione, vel cogitatione naturali: si verò præcedat supernaturalis propositio boni, Supernaturalis habebitur. Ad secundum in simili diximus *num.* 158. Ad tertium, negetur minor. Ejusque probationi dupliciter satisfiet. Primò juxta sententiam defendentem actus intrinsecè liberos, quâ & ipse defendo: & juxta quam actus semel indeliberatus, nunquam poterit deliberatè procedere, quia non habet ab intrinseco, quòd sit electio unius motivi præ altero, nec victoria trahentis in oppositum: quare superveniens advertentia impedit indeliberationem subsequentem; antecedentem tam procul abest ut tollat, ut potiùs admittat inter constitutiva libertatis. Secundò juxta sententiam defendentem actus extrinsecè liberos, quam ego aliàs nego; & juxta quam indeliberatus affectus boni propositi, nequit etiâ à supervenienti advertentiâ tolli, quia est necessaria appendix propositionis boni secundùm se; cujus si rationem ulteriorem quæras, eam accipe: quia sicut ex naturâ rei non priùs judicat intellectus, quàm apprehendat, (*simplicia* enim *sunt priora compositis*;) ita nec priùs comparat objecta eligibilia, (quod videtur ad advertentiam requiri,) quàm bonitatem, aut malitiam utriuslibet secundùm se simpliciter attingat; unde sequitur in voluntate necessarius motus vel amoris stricti vel odii, per quem constituta in actu primo voluntas procedit ad liberam electionem: sicut intellectus, ex apprehensionibus, ad judicium. Idque testatur illa experientia, quâ etiam, dum deliberatè ferimur in aliquod objectum, sentimus inclinationem ad oppositum: & ex quâ plerumque nascuntur in timoratis scrupuli de imbecillitate resistentiæ, vel alii similes: Ut videat Godoy tam abesse ab eo, quòd repugnet indeliberatus affectus cum electione, ut aliud ex naturâ rei non contingat. Et quidem adhuc in Deo, circa idem objectum, admittitur à plerisque Theologis affectus necessarius, & liber.

Suprà nu. 158. Latè in Tract. de Actib.

Godoy.

§. IV.

AFFICIENS GRATIA ESSE POTEST Affectus intrinsecè efficax; deliberatus tamen.

167 Duas partes habet Assertio: *alteram*, Gratiam Inspirationis non esse affectum indeliberatum efficacem intrinsecè, ut ajebat Albelda. *Alteram*: esse posse affectum deliberatum intrinsecè efficacem. Ostendo primam, & Albeldam impugno primò: Eandem inseparabilitatem ab opere habet ex intrinsecâ suâ efficaciâ Affectus hujusmodi, quam habet ex suâ connexione Prædeterminatio Physica: ergo habet eadem inconvenientia: Sed ob hæc à te rejicitur Physica Prædeterminatio: ergo rejici debet Affectus indeliberatus hujusmodi. Quæ subsumpsi sunt verissima; & antecedens patet: nam ut est impossibilis coëxistentia Prædeterminationis cum omissione; impossibilis est cum eadem omissione coëxistentia affectûs quoad intrinsecum efficacis. At; cùm est impossibilis coëxistentia unius cum altero, necessaria est inseparabilitas à contradictorio. Probo igitur consequentiam: quia singula inconvenientia, primum, *eversio libertatis*; alterum, *defectus imputabilitatis* in non operante; tertium, *indistinctio gravis tentationis à levi*, & id genus alia, quæ Physicè Prædeterminantibus objicit Albelda, & Nos, fortè pugnacius, opposuimus *lib. 3.* sequuntur ex physicâ Prædeterminatione titulo connexionis inevitabilis: sed hic affectus titulo efficaciæ habet vim cõnexionis eandem; & titulo indeliberationis inevitabilitatem, seu exemptionem à dominio nostro, (quod idem est:) ergo, &c. Vitalitas autem pro disparitate quid refert, si vitalitas non emollit vim illam ineluctabilem inevitabilis connexionis?

Suprà lib. 3. toto.

Conclusio tertia bipartita. Ostenditur prima pars cõtra M. Albeld. Primò:

Secundò: Albelda.

168 Ostendo secundò, agglomerando *specialia* absurda, *ex novitate* Albeldæ, aliàs se profitentis *osorem* omniũ *novitatum*. *Primum* sit: Nam Gratia auxilians componi non posset cum indifferẽti judicio; quia eò ipsò indeliberationem amitteret affectus hic efficax: quod quis catholicè possit asserere, cùm plerumque, urgente tentatione, Deus præstet auxilia, dans escam animæ in tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2.Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

pore opportuno? *Secundum*: quia in statu viæ haberetur actus charitatis erga Deum necessariò, qui Beatis unicè cõcedit à Theologis, ut appendix felicitatis æternæ. *Tertium*: quia affectio pia, quâ Fides imperatur, esset etiam indeliberata: atque adeò sine advertentiâ rationis, quam antevertit indeliberatio, ex intrinsecâ efficaciâ voluntatis habitualis Fides: unde nec meritoriè crederemus. *Quartum*: quia ad peccandum præire deberet indeliberatus affectus, quo fieret Author peccati Deus. Sequela suadetur à pari: si enim determinatio ad bonum haberi nequit sine efficaci affectu indeliberato; cur haberi possit determinatio ad malum? Et si hæc non eget illo genere affectûs; cur non sufficiat ad illam simplex affectus cum illustratione præcedens? Videantur Ripalda *disp.* 103. *sect.* 3. & Magnus Suarez *lib.*5. *cap.*7. pulcrè plurima ponderans *à num.* 9.

Ripalda. Suarez.

Tertiò:

169 Ostendo tertiò: Affectus efficax indeliberatus hujusmodi nec esse potest idem cum deliberato efficaci, ad quem datur, nec esse potest ab illo distinctus: ergo nullus est. Consequentia valet; & ut impugnem duos illos modos, quibus se defendit *Albelda num* 60. Probatur antecedens quoad primam partem: quia Gratia auxilians est principium operis: ergo ab ipso distinguitur. *Dicis*: esse principium operis, quâ liberi, id est libertatis actualis cõsistentis in modo superaddito. Respondeo, nec videtur digna Philosopho, nec Theologo. Non Philosopho: quia prætereà quòd libertas actûs non consistit in *modo*, debet oriri ab habente dominium actûs, nempè à voluntate indifferenti. Non Theologo: quia Sancti Patres, & Concilia non utcumque requirunt auxilia Gratiæ ad modum actûs, sed ad substantiam ipsius actûs: Nam ea requirunt ad Actus credendi, sperandi, & diligendi. Probatur antecedens quoad secundam partem: Affectus indeliberatus efficax vel perit adveniente advertentiâ ad deliberatum necessaria, vel non perit? Si primum: quam habet cum illo connexionem ex efficaciâ, quam apponis, intrinsecâ? Quâ ratione determinat voluntatem, si non existit? Quam habet causalitatem in actum salutarem, si cum ejus productione componi non potest? Si secundum: prætereà quòd opinionem tuam deseris, fieret circa idē objectum ferri liberè voluntatem, quando ferri necessarium est.

Discursus M. Albelda.

Repellitur

170 Confirmatur utraque pars antecedentis: Pone Angelum, vel hominem amantem Deum eo ipso instanti, quo prævenitur Auxiliis Gratiæ. Iam sic: vel idem affectus esset deliberatus, & indeliberatus in eodem instanti, quod implicat; vel in eodem instanti esset affectus indeliberatus cum advertentiâ plenâ, quod etiam implicat; vel non esset in illo instanti Gratia inspirationis prævomens ad actum dilectionis, quod vobis summè displicet: ergo nullo modo sustineri non potest hæc Thomistica novitas.

Altera pars Ripalda.

171 Iam secundam Assertionis partem ostendo brevissimè, remissis apud Ripaldam citatum *sect.*4. multis authoritatibus Scripturæ, Conciliorum, & Patrum, donantium Gratiæ Auxiliantis nomine ipsos actus liberos nostros, quibus ulteriùs movemur ad bonum. Arguo sic: sunt actus liberi, & efficaces supernaturales, quibus suâpte naturâ convenit esse Dei donum internum, & movere ad ulteriores actus salutares: ergo sunt quibus conveniat Gratiæ Auxiliantis, & nomen, & ratio: ergo afficiens Gratia potest esse deliberatus affectus ex intrinsecis efficax. Consequentiæ sunt bonæ. Secunda ex ipsis terminis: prima ex ipsâ definitione Gratiæ Auxiliantis.

Augustin.

172 Probatur antecedens: sunt actus liberi supernaturales, quibus convenit ratio vel intentionis efficacis, vel efficacis imperii respectu subsequentium; ut patet in affectione piâ Eidem imperante; in actibus Charitatis, aliarum virtutum infusarum actiones inducẽtibus vel per modum imperii, vel intentivæ volitionis; sed hujusmodi actibus suapte naturâ convenit esse Dei donum, & movere ad actus salutares. Minor quoad secundam partem non potest esse dubia: quia affectus efficax ex eo dicitur, quòd vim habeat alios inducendi. De primâ non potest etiam dubitare Theologus: *Tum* quia nihil est in nobis salutare, quod Dei non sit, specialiter conferentis (juxta phrasin Augustini contra Pelagium) *Possibilitatem, voluntatem, & actionem.* Tùm etiam quia omnia supernaturalia ex suo conceptu sunt *opus Dei*, specialiter

Philip. 2. Ephes. 2. Augustin. Bernard. Trident.

ter operantis. Tùm demum: quia ipsa merita nostra sunt Dei *dona ex Philip.* 2. *ex Ephes. item* 2. ex Augustin. *epist.* 106. *& lib.* 2. *ad Simplicianum.* ex Bernardo *de lib. Arb.* Mihi superfunt verba Concilii Tridentini *Sess.*6. *cap.*16. hominum *voluit esse merita, quæ sunt ipsius dona.*

173 Dices primò: Auxilia Gratiæ sunt ita propria Dei, ut fiant in nobis *sine nobis* liberè concurrentibus, ut dicebamus *num.*102. & constat apertissimè ex Patribus, & Conciliis attestantibus beneficium, quo vocamur, & excitamur, non esse in potestate nostrâ; alioquin tribuere sibi quis posset, *quòd vocatus sit*; & ipsum moveri ad actus salutares; quod repugnat Augustino *lib.* 83. *quæst. in* 68. Sed actus deliberatus efficax non fit in nobis sine nobis liberè concurrentibus: ergo. Respõdeo distinguendo majorem: Auxilia Gratiæ purè excitantis, & prævenientis, concedo: Auxilia gratiæ excitantis simul, & adjuvantis, nego majorem: Patres autem, & Concilia loquuntur de Gratiâ primò, & purè excitante, quod advertit eximiè noster Doctor *lib.* 3. *de Gratiâ cap.*5. ut satis insinuat exemplum *Vocationis*, quo sic loquentes Sancti Patres utuntur. Non autem opponitur Patribus, quòd ex illâ gratiâ nascentes actus præveniant alios, ad quos, Deo donante, se moveat voluntas: illa enim libera motio, Dei est donum.

Augustin.

Suarez.

174 Dices secundò: Affectus deliberatus, & meritorius est fructus Gratiæ: non ergo numerari debet inter auxilia Gratiæ. Confirmatur: Affectus deliberatus non datur, ut moveat, sed ut effectus prævenientis motûs, in quo voluntas sistat: at Auxilium respectivè tendit ad aliud. Respondeo: sicut Inspirationi non obstat, quòd sit fructus illustrantis Gratiæ, quominùs Gratia sit; ita nec nocet esse fructum alterius Gratiæ, & semen alterius: quod in naturalibus usuvenit. Ad confirmationem, negetur major, si loquatur in universum de affectibus singulis; sunt enim non pauci, quorum natura sit respectiva, & connexiva cum altero.

175 Dices tertiò: Affectus deliberatus efficax tollit libertatem actui subsequenti; ut communiter dicitur de actu efficaciter imperante; & ostenditur: quia efficacia est connexio antecedens ad alium: ergo prædeterminat voluntatem ad illum: ergo non manet ista libera ad actum subsequentem. Atqui auxilia Gratiæ non tollunt libertatem actûs ad quem movet: ergo Affectus deliberatus efficax non est auxilium Gratiæ. Tangit objectio difficultatem, Recentium operâ satis celebrem de libertate actûs imperati. Neutra sententia, sive negantium, sive affirmantium immediatam libertatem, negat imperato sufficientem libertatem ad meritum: qui titulus sufficit ad præcedentis Gratiæ necessitatem.

In Primã par. & in 1.2.Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

176 Respondeatur ergo cum communi sententiâ: distinguendo: immediatam tollit, omitto: mediatam, nego. Et deinde distinguo minorem: auxilia Gratiæ communia, & purè excitantia, concedo: alia; subdistinguo: mediatam, & merito sufficientẽ: concedo; immediatã, omitto. Respondeo secundò cum Suarez, nego antecedens, & distinguo probationem: efficacia est connexio antecedens libitum voluntatis, nego antecedens; antecedens terminum libiti, concedo; at etiam antecedit hunc, actio, quin ea antecedentia tollat rationem formalis electionis: actus ergo imperans est specialis electio, nec impediens potestatem in voluntate ad immediatam suspẽsionem, nec ad positionem immediatam termini, quem per imperium eligit. Quorum ea est ratio; quia principium liberè possibile, vel amovibile non tollit potestatẽ ad ad effectum ipsius, cum eò ipsò connexio illa principii cum effectu, libera voluntati sit, & ponatur omninò liberè. Sed hæc *alibi* satis *late*.

Suarez.

Conclusio

1.2.Tract. de Act.lib. Human.

177 Tria ex his colligit opportunè Ripalda *sect.* 5. *Primum*: admitti debere etiam in Schola Societatis aliquod auxiliorum genus ab intrinseco efficacium; sine præjudicio tamen controversiæ nostræ contra Thomistas; nam neque hujusmodi auxilia Nos admittimus necessaria ad actus salutares, nec ab arbitrio nostro independentia: secùs, illi. *Alterum*: per hujusmodi auxilia explicari posse textus aliquos Augustini, nobis objici solitos à Thomistis, quales sunt illi, *de Gratiâ, & libero Arbitrio cap.* 16. *Ille facit, ut faciamus* præbendo *vires efficacissimas voluntati*: & *de bono Perseverantiæ cap.* 4. *Donum Dei* datum

Ripalda.

Augustin.

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

est *obedienter audire; illis autem, qui sic non audiunt, non est datum. Et de Corrept. & Grat. cap.* 11. *acceperat* (Adamus scilicet) *posse, si vellet; sed non habuit velle, quo posset. Tertium*: non omnes deliberatos affectus esse dicendos auxilia Gratiæ; sed eos, qui movent voluntatem ad ad alios: Quia Auxilia relativè dicuntur. Omnes quidem, Gratia Dei sunt, sed non omnes, auxilia Gratiæ.

SECTIO III.

AN INSPIRATIO SIT BENEFICIVM moraliter etiam ab illustratione distinctum?

Difficultas Opiniones

178 EAs *physicè* distingui, non dubito; cùm *illa* sit effectus; *hæc*, causa; *illa*, voluntatis actus; *hæc*, intellectûs. *Triplex* est opinandi modus. *Primus* negat; & est communis. *Alter* affirmat, & est Granadi. *Tertius* inter utrumque mediat, & videtur esse Gonzalez de Albelda. Aliter medius videtur etiam esse discursus Ripaldæ, pro singulis Authores referentis, & notantis *disp.* 103. *sect.* 6. Quid sentiam ipse, per sequentes assertiones aperio.

Granadus. Albelda.

Ripalda.

§. I.

MENS AVTHORIS.

Conclusio prima Probatur.

179 SIt prima Conclusio: Voluntas illustratione supernaturali præventa necessariò afficitur in objectum, simplici complacentiâ, vel displicentiâ juxta qualitatem illustrationis. Ratio mihi est ex *num.* 166: quia sicut intellectus ex naturâ rei non judicat, nisi præviis apprehensionibus; ita nec voluntas procedit ad electionem, nisi prævio simplici affectu; sed prævius iste simplex affectus non potest esse liber ex naturâ rei; alioqui foret electio: ergo necessariò ex illustratione præcedente subsequitur. *Illustratur* hæc ratio experientiâ duplici. *Prima* est: quia sentimus ante deliberationem, & electionem, aliquando remissam, aliquando vehementem inclinationem ad amplexum objecti, nobis quidem, non liberam; plerumque enim ad malum est, quod aversamur: sed ista inclinatio nó solùm est objecti notitia; eam enim habebat perfectissimam Anima Christi Domini, ejusque Magnæ Matris, sine tali inclinatione, ex defectu appendicis affectûs: ergo est notitia simul, & simplex affectus: ergo simplex affectus, &c. Secunda est: quia sentimus plerumque post ipsam deliberationem aliò quasi discerpi animum in oppositum; sed iste conatus provenire nequit nisi ex simplici affectu, ex ipsâ rei cognitione, necessariò subsecuto: ergo.

Et Illustratur primò

180 Confirmatur secundò à pari. Ex cognitione objecti turpis necessariò volûtas afficitur in objectum simplici affectu: ergo & ex cognitione objecti honesti. Ratio paritatis est: quia non minoris est efficaciæ notitia boni ad persuasionem boni, quàm notitia mali ad ipsius persuasionem. Antecedens autem patet ex illo Pauli *Rom.* 7. *Si autem quod nolo, illud facio; jam non ego operor illud; sed quòd habitat in me peccatum*: quæ verba de motibus indeliberatis animi, exemptis à jure libertatis, explicuere post Tridentinum Innumeri, quos videre potes apud Ripaldam *num.* 57.

Rom. 7.

Ripalda.

Secundò:

181 Confirmatur tertiò & à priori. A determinatâ cogitatione boni, seorsim ab ullâ objecti oppositi cognitione, necessariò subsequitur simplex affectus: Hæc est omnium, & patet in motibus primò primis ex defectu advertentiæ plenæ: ergo necessariò subsequitur ex cogitatione boni, quantumvis accedat advertentiæ plenitudo. Probo consequentiam: quia per accessum advertentiæ non datur in voluntate potestas ad extremum oppositum simplici affectui: quod ostenditur: nam per accessum advertentiæ additur voluntati potestas displicendi simpliciter, & absolutè volendi; sed nec displicentia simplex, nec absoluta, & efficax in oppositum volitio opponitur simplici affectui erga objectum, quod deliberatè rejicimus, ut confeci *num.* 179. ergo. Secundò: quia simplex affectus ex naturâ rei juvat voluntatem ad unam partem electionis; nec alteri efficaciter obstat; sed per accessum advertentiæ solùm ponitur in potestate voluntaris electio, & inde quicquid efficaciter obesse potest utrilibet electionis extremo: ergo simplex affectus non manet in potestate voluntatis per accessum advertentiæ: quod probandum erat. Alia *suo loco* dabuntur.

1.2. *Tract. de Actib.*

Sit

Conclusio secunda Specialis ex hac ratione.

182 Sit secunda Conclusio: Voluntas illustratione supernaturali prævenda, ex naturâ rei non afficitur necessariò simplici complacentiâ, vel displicentiâ supernaturali. Probatur sic: Voluntas naturali illustratione præventa necessariò erumpit in affectum simplicem naturalem: ergo etiam præventa supernaturali illustratione, præscisis inspectis naturis rerum. Probo consequentiam primò: quòd voluntas præveniatur supernaturali illustratione, solùm est applicari supernaturaliter objectum voluntati, ex se determinatæ ad affectionem simplicem boni propositi; sed quòd applicatio supernaturalis sic, non facit, quominùs voluntas ex naturâ rei naturaliter operetur: ut patet in igne: qui semel etiam supernaturaliter applicatus passo, naturaliter exinde comburit. Secundò: illustratio supernaturalis non minuit conatum, & vires animæ naturaliter operaturæ per proportionatos affectus: ergo quantùvis præcedat supernaturalis illustratio, debetur ipsi voluntati concursus ad illos: ergo ex naturâ rei eos efficit. Nunc sic: ergo voluntas etiamsi præventa supernaturali illustratione ex naturâ rei non elicit simplicem supernum affectum. Probo istam consequentiam: quia voluntas necessariò operans, operatur quantum potest: ergo si naturaliter operatur, se totam infundit in operationem naturalem: ergo ex naturâ rei non sequitur ex illustratione supernaturali supernaturalis affectio.

Confirmatur.

183 Confirmatur à pari: Potest intellectus præveniri duplici præmissâ, quarum *altera* sit supernaturalis, quin eò ipsò conclusio debeat supernaturalis inferri: ergo potest etiam supernaturaliter præveniri voluntas, quin eo ipso debeat amare supernaturaliter. Ratio paritatis est similitudo dependentiæ à præcedentibus actibus in intellectu discurrente, & in voluntate amante. Antecedens autem patet in casu, quo præmissarum altera falsa sit; si enim illatio supernaturalis foret, dari deberet actus supernaturalis, & falsus: qui sunt apud Theologos contradicentes termini. Confirmatur aliter, & apriori: Nequit Voluntas necessariò affici, quin supponatur in ipsâ potestas completa; sed illustratio supernaturalis non eo ipso supponit in voluntate potestatem completam ad supernum affectum; benè tamen ad naturalẽ. Secunda pars patet: quia supponit voluntatem se sufficientem ad simplicem complacentiam naturalem boni semel objecti. Prima non patet minùs: alioqui quì potestatem haberet credendi, eoipso haberet potestatem ad amandum super omnia Deum.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

184 Sit tertia Conclusio: attento fine, quo Deus infundit illustrationem Supernã, connaturaliter sequitur supernaturalis simplex affectus. Probatur sic: finis, quem habet Deus, infundendi illustrationem, est electio meritoria: ergo infunditur illustratio, ut voluntatem illuminet, & moveat ad ipsam electionẽ; sed illustratio movere non potest voluntatem connaturaliter ad electionem meritoriam, nisi per complacentiã supernaturalem: ergo ex fine, quem habet Deus infundendi illustrationem, necessariò sequitur supernaturalis affectio. Probatur minor: quia electio supernaturalis connaturaliter exigit moveri, & prævenìri supernâ complacentiâ, sicut naturali, naturalis electio: ergo non potest illustratio movere connaturaliter voluntatem ad hujusmodi electionem, nisi per complacentiam supernaturalem. Ex quo patet infusionem illustrationis connaturaliter inseparabilem esse ab elevatione voluntatis, ut supernaturaliter afficiatur, attento fine, quo Deus ipsam infundit. Hinc

Conclusio tertia etiã Specialis.

185 Sit quarta Conclusio: attentis naturis rerum, distinctum beneficium est inspiratio ab illustratione, moraliter etiam loquendo, juxta Ripaldam *num.* 61. attento tamen fine, quo Deus illustrationem infundit, non est speciale beneficium, juxta Cardinalem Sfortiam *cap.* 4. *num.* 75. Præter dicta, me movent ad id Concilia Milevitanum, & Tridentinum; *illud*, insinuans *loc. cit. disp. hæc ipsa num.* 92. distinctionem beneficii: hoc, insinuans indistinctionem beneficii *sess.* 6. *cap.* 5. Vtrumque benè: *Primum*: quia ex naturâ rei ex illustratione non sequitur necessariò supernaturalis affectio: ergo requiritur novus favor: ergo illustratio, & inspiratio sunt distincti favores elevationis, & distincta moraliter beneficia. *Secundum*: quia attento fine infusionis, ex naturâ finis connaturaliter sequi

Resolutio.

Ripalda.

Cardinal. Sfortia.

Milevit. Trident.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

qui debet ad elevationem intellectûs, ut per illustrationem intelligat, elevatio voluntatis, ut per affectionem simplicem diligat: ergo attento hoc fine non sunt distincti favores illuminatio, & inspiratio.

Ripalda.

186 Per quæ conciliari possunt, vel impugnari modi, quos retuli *num.* 178. ex Ripaldâ: in quo illud specialiter displicet: quòd distinctionem beneficii inter illustrationem, & inspirationem, ex eo probet; quòd plerumque Deus ultra exigentiam illustrationis, vividiorem, & intensiorem complacentiam, vel displicentiam exciter. Videtur enim mihi id esse præter quæstionem, & negatum à nemine. Quæstio est: an inspiratio necessariò subsequatur ad illustrationem, ex eoque desinat esse distinctum moraliter beneficiû: recurrere verò ad specialem illustrationem, & inspirationi, alioquin necessariò aliquam inducenti, non debitam ex speciali titulo, abs re est.

§. II.

OBJECTIONES IN OPPOSITVM.

Cùtra primam Conclusionem.

187 OBjicies contra primam Conclusionem. Primò: simplices affectus, & inefficaces complacentiæ possunt esse peccata: ergo & actus liberi: neque enim sine libertate dari unquam potest peccati ratio. Antecedens patet in delectationibus morosis de re venereâ: in affectu simplici Deitatis, quo prævaricatus est dæmon: aliisque similibus. Secundò: Motus primò primi, accedente advertentiâ, deliberati fiunt: ergo stante advertentiâ nequeunt esse necessarii: ergo ex cognitione boni, vel mali indifferenter illuminante non sequitur necessariò simplex affectus. Tertiò: Non est ratio major, cur ex cognitione boni sequatur complacentia, quàm displicentia ex cognitione mali: sed cognitio sufficiens ad libertatis constitutivum dicit cognitionem utriusque: ergo non est major ratio, cur ex ipsâ sequatur boni complacentia, quàm displicentia mali. Sed utraque sequi non videtur ex naturâ rei: ergo neutra.

Fit satis.

188 Respondeo: Ad primum: distinguendo duplex genus affectuum simplicium, & inefficacium. Alii sunt qui tendunt in rationem boni, vel mali præcisim ab alterâ quavis circumstantiâ actualitatis, & existentiæ: alii sunt, qui tendunt etiam in rationem boni, vel mali, non ita præcisim, ut non sint affectiones erga existentiam ipsius boni, vel mali per modum inefficacis cujusdam desiderii. Hi possunt esse liberi, & peccaminosi immediatè, & in se: illi, nequeunt esse immediatè, & in se liberi; atque adeò nec peccaminosi, nisi in positivo consensu voluntatis; eas cogitationes, un de tales affectus oriuntur, approbantis: vel in consensu interpretativo ipsius voluntatis non distrahentis, nec amoventis intellectum ab origine talium delectationum. Vnde patet ad formam argumenti primi. Ad secundum: Inter motus, qui vulgò dicuntur *primò primi*, potest esse magna diversitas. *Aliquando* per has voces significatur tenuis illa complacentia, vel displicentia, quæ necessariò ex oritur ex imperfectione, quâ solet intellectus instrui ad deliberandum: & istæ nunquam possunt non esse necessariæ, summùmque possunt denominari liberæ in alio, ut nuper ajebam. Vide *num.* 166. *præsentis disp.* & illi *propriè* non dicuntur Motus *primò primi*. *Aliquando* significatur complacentia, vel displicentia per modum desiderii: deeisque jam etiam diximus: & nec istæ sunt *propriè* motus *primò primi*. *Aliquando* significatur affectus secundùm se absolutus, & efficax, v cognitionis intensæ, & passionum extortus. Et hic, qui *propriè* dicitur motus *primò primus*, accedente deliberatione vel fit liber, vel evanescit, & alius fit, juxta diversitatem sentiendi in puncto libertatis. Ad tertium: concesso syllogismo, neganda sunt, quæ liberè subsumuntur.

Nota Doctrinam: de quâ in 1. 2. Motus primò primi Qui?

Contra secundâ Cõclusionem.

189 Objicies contra secundam Conclusionem etiam primò: Complexo ex voluntate, & notitiâ supernâ connaturalis est affectus supernus: ergo ex naturâ rei sequitur ex illo complexo. Secundò: Volûtas illustratione supernaturali præventa, habet vires intentionales, & physicas ad volendum supernaturaliter: ergo manet ad sic volendum elevata per ipsammet illustrationem. Antecedens, si concedatur, actibus intellectûs, concursus effectivus in actus voluntatis, (ut *Nos* admittimus) non potest esse dubium. Tertiò: repugnat potentia intellectiva,

Infrà lib. 12. à num. 8. & 9. & latè in Tract. de Actib.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

ctiva, quæ volitiva non sit: ergo intellectiva supernaturaliter, quin supernaturaliter sit etiam volitiva. Atqui voluntas per supernam illustrationem est supernaturaliter intellectiva: ergo. Quartò: Volitio ex illustratione supernaturali derivata nequit non esse supernaturalis. Quod sic ostenditur: tùm quia connectitur cum aliquo supernaturali dono. Tùm etiam quia contineri non potest intra vires naturales, quod per se à supernaturalitate dependet. Quintò: supernaturalis illustratio inclinat in affectum proportionatum: ergo ex naturâ rei supernaturalem affectum inducit. *Brevissimè* tetigi capita difficultatum *non vulgarium*, quæ *longissimè* protrahi disputando possent.

Fit satis ex notandis Doctrinis.

190 Respondeo: Ad primum, negando antecedens, si vox *connaturalis* significet jus aliquod exigentiæ in illo complexo: Ratio est: quia sola illustratio supernaturalis non est sufficiens titulus privandi voluntatem jure, quod habet in volitiones sui ordinis, ut confecimus. Ad secundum, etiam admisso effectivo concursu actuum intellectûs in actus voluntatis, distinguo antecedens: habet vires physicas per se destinatas elevare potentiam in esse principii physici, nego antecedens: in esse principii moralis, concedo antecedens, & nego consequentiam. Itaque licèt auxilia physicè concurrant in actus voluntatis, præcipuum eorum munus est proponere objectum ipsi voluntati: unde non eoipso quòd infint voluntati, elevant ad supernaturaliter operandum: quia cùm non sint destinata perse ad complendam in genere principii physici voluntatem, non eoipso debetur eorum infusioni concursus elevativus Dei, quo potentia completur ultimò.

Illustratio solutionis & Conclusionis nostræ secundæ num. 182

191 Quod ulteriùs explicari sic posset, augendo vires, & probabilitatem doctrinæ nostræ. Nam sicut illustratio supernaturalis concurrit ad supernaturales affectus: ita ad affectus naturales, Illustratio naturalis, nec fortiorem concursum præstat in suo genere supernaturalis illustratio, quam naturalis in suo: unde perèe hoc, & ex hac parte pares sunt; at ex aliâ sunt longè dispares: nam illustratio naturalis non utcumque supponit potentiam voluntatis ad affectum sed potentiam ex se proportionatam, & proximè activam; at verò illustratio supernaturalis ponitur in potentiâ secundùm se improportionatâ ad supernaturales affectus: quantumvis ergo per illustrationem supernaturalem ponatur in voluntate, quod in ordine ad naturales affectus ponit in ipsâ illustratio naturalis; illa Potentiæ improportio nondum vincitur; atque adeò ut voluntas absolutè possit supernaturaliter amare, eget ulteriori principio.

Ulterior Confirmatio.

192 Quod multiplíciter illustrari posset: nam pone speciem supernaturalem in potentiâ intellectivâ, sine alio cõprincipio: habebit quidem ad operandum supernaturaliter quicquid illi præstat ad naturaliter operandum species naturalis: nondum tamen est sufficienter instructa, quia licèt illi sit quicquid requiritur ex parte objecti, deficit ipsi quod necessarium est ex parte potentiæ. Pone rursus habitum infusum cum naturali illustratione; habebit quidem voluntas ex parte principii physici, quidquid requiritur ad supernaturaliter amandû; erit enim, ut de suo est ad naturales affectus; ex defectu tamen supernaturalis illustrationis non est absolutè potens, nec magis, ac est voluntas cum materiali perceptione ad naturales affectus suos.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

193 Ad tertium, permisso, quod *assumitur*, solum fit Potentiam elevabilem, ut supernaturaliter intelligat, elevabilem esse, ut supernaturaliter diligat: non tamen fit, quòd esse elevatam ad unum, eoipso sit, esse elevatam ad aliud. De Assumpti Veritate dicetur *in* 1. 2. Ad quartum, nego assumptum. Ad cujus primam probationem dici cum *Doctissimis* potest, primò, eam affectionem non oriri per se ex illustratione Supernâ, cùm ei sufficeret abundè præcisio notitiæ naturalis. Secundò dubitant plures Theologi, & aliqui contra Ripaldam (quibus *assentior* ipse,) negant, cõnexionem cum aliquo supernaturali, eximere entia de conceptu Naturalitatis. Ad secundam nego antecedens, fieri enim optimè potest, (& ingeniosè probat Pater Quirós *tract.* 1. *de Deo disp.* 5.) quòd effectus prærequirat aliquid supernaturale, & adæquatè præcontinantur intra vires naturalis agentis: quia potest evenire, ut illud prærequisitum non sit de integrita-

1.2. Tract. de Actib.

Latè in 1.2. Tract. 3. de Supern.

P. Quirós.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

te virium effectivarum : quo solo titulo definit esse supernaturalis effectus. Quidquòd alius negaret dependentiam essentialem hujus volitionis ab illustratione Supernâ: quod tamen, ego probare non possum. Ad quintum : Supernaturalis illustratio inclinat quidem in affectum Supernum, quantum in se est, sed non necessitat ob sæpiùs dicta. Alia possent objici, sed ex penetratione probationum, præoccupata sunt satis.

Corollariũ primum Ripalda.

194 Ex quibus disces ex transcursu resolvere quæstiones illas, quas *disp.48.* ventilat ingeniosè Pater Ripalda : nempe : an actus supernaturalis movere possit ad actum naturalem, & an Deus cognitione supernaturali propositus possit diligi amore naturali? Ex præjactis quippe principiis, sit affirmativa pars, non solùm de motione peraccidens, quam Ripalda defendit, sed etiam de motione per se, quam negat. Et ratio est à priori : quia actus supernaturalis, eùm excellentior sit actu naturali circa idem objectum, non solùm continet perfectionem, quam habet actus naturalis, excitativam amoris erga tale objectum, sed etiam superat: ergo per se potest excitare omnes affectus, quos excitat naturalis.

Alterum Corollariũ

195 Illud placet in calce disputationis advertere pro complemento Doctrinæ traditæ : etiam in Appetitu sensitivo locum habere duplicem Gratiam, *negativam, & positivam.* Negativa, dum coërcentur à Deo motus, Voluntati bonæ contrarii, consistitque in impediendâ excitatione phantasmatum. Et hæc ordinari per se potest ad honestatem actûs voluntatis ; non tamen excedit lineam *Gratiæ extrinsecæ.* Positiva, consistens in excitatione phantasmatis moventis appetitum ad idem bonum, ad quod postmodùm supernaturaliter voluntas afficitur ; & hæc nequit per se ordinari ad bonum ut honestum : quia honestas ut talis est extra sphæram appetitûs; potest tamen esse specialis favor Dei ; non tamen actualis Gratia in sensu Patrum unde Doctrinæ traditæ obesse non potest hæc notatio, quam ex Eximio Doctore *lib.3. de Gratia cap.7. nu. 9.* & Eminentissimo nostro Sfortia *cap. 4. num. 75.* sumo.

Suarez. Cardinal. Sfortia.

DISPVTATIO LII.

DE EXCELLENTIA GRATIÆ CONTRA Pelagium asserta.

Disputationis scopus, & Gravitas.

196 VNVM supponit titulus; inquirit aliud. Supponit assertam catholicè à Patribus contra Pelagium Divinam Gratiam. Inquirit excellentiam : an nempe Gratia Catholica, cujus necessitatem definivit Ecclesia contra Pelagium, & erroris Pelagiani reliquias Massilienses, adeò sit Excellens in ratione entis, ut supernaturalis entitativè sit, an solummodò naturalis in *entitate*, & supernaturalis in *modo* : Videlicet, solùm extrinsecè ex divinâ ordinatione ad Supernum finem ? Quam controversiam celeberrimam, & inter Theologicas penè principem ex appendicibus magni momenti consequentiis, effecere Vazquez, & Suarez diversis animis in utramque partem operosissimè disputantes ; idque non semel. Ex hoc quidem capite totum nascitur inter Doctores de Divinæ Gratiæ necessitate dissidium ad operandum honestè : imò, si Vazquium audias, ad justificationis exordium. Sed sine aliquali Supernaturalitatis notitiâ tutò non possumus aggredi controversiam.

Suarez. Vazquez.

SEC-

SECTIO I.

STATVS CONTROVERSIÆ, ET IVDICia Theologorum.

Excellentia, quam inquirimus.

197 EXcellentia potissima, quam inquirimus, cùm Supernaturalitas sit, ut monui : ex speciali Tractatu, (quem ad Tomum sequentem *in 1. 2.* reservo,) de Voce, deque Re ipsâ, supponenda sunt duo. *Primum* : Vox hæc *Supernaturalis* rarò sumitur à Concilliis; minùs tamen est infrequens apud Patres; apud Scholasticos frequentissima. Non ideò tamè significatum vocis est *novum*; sub novâ enim voce latet antiquissima Entium Excellentia: quam eâ phrasi Patres explicant, ut Theologi coacti sint fingere novam vocem, adunaturi, & expressuri sub unâ, quod multis Patres explicant, & commendant. Haberque jam novæ commendationis, ista vox, quòd approbata, & definita sit ab Ecclesiâ cõtra Bajum in Bullâ Gregorii XIII. contra propositiones ejusdem.

Supernaturalitas quid sonet?

Greg. XIII

198 Vox quidem connotativa, relativa, & respectiva est ; non ideò tamen res significata debet hujusmodi reputari: primò : quia id esset hærere cum vulgo ætimologiis Nominum, quin promoveretur notitia Rerum : quæ sapientis est. Secundò : quia impositio nominum fit à notioribus, & communibus apprehensionibus, per quas plerumque vulgus non excedimus, explicando per extrinseca magis nota ignotas rerum essentias, & proprietates. Tertiò: quia ut habet Sanctus Thomas *1. p. quæst. 13. art.2. ad 2.* aliud est plerumque, à quo venit impositio nominis ad significandum, & aliud ad quoad significandum imponitur. Sic nomen *lapis* imponitur respectivè eò quòd lædat pedem; non tamen ad id significandum imponitur. Vnde metiri non debemus essentias verum ex nomine; quia plerumque non illud habent à conceptu primario.

S. Thomas.

Supernaturalitas Absoluta supponenda.

199 Alterum, quod exinde supponimus, est, à Theologo negari non posse, salvâ reverentiâ Summorum Pontificum, præsertim Pii V. Gregorii XIII. Innocentii X. Alexandri VII. & VIII. *Seriem, & Classem* Entium, ex *intrinseca, absolutâ, & propriâ* Perfectione, & Excellentiâ, Supernaturalium: per quæ Deus, citra allum *debiti* genus, favet, & subvenit Infirmitati Naturæ, illamque supra ejus jura, & exigentiam, elevat in ordinem illum, ex calamo Sanctorum Patrum, planè Deiformem: & quæ veniunt absolutè sub hac voce : *Ens supernaturale*: Quidquid sit, an hæc positiva, & absoluta excellentia, in qua fundatur respectivus excessus ad Naturam; sic conceptus, à Theologis assignatus hucusque legitimè, ut obgarriunt aliqui; an univocè designari possit, ut alii dubitant: an secundariò facilius explicetur. Resolventur spatiosè in *citato tractatu*. Difficultates istæ quæ plerumque subniatæ *excident*, salvare nihilominùs debent *substantiam* rei : quam jure supponimus ad præsentem controversiam.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxil. ãt.

1.2. Tract. 3.

In quo cõsistat Supernaturalitas Authores.

200 In quâ conveniunt omnes penè aliqua. Primò : quòd dentur in nobis multæ cogitationes honestæ, & piæ affectiones entitativè naturales *congruæ*, id est, *cum effectu* nos excitantes ad operandum juxta rationem. Secundò : quòd hujusmodi cogitationes, & affectiones, licèt in se naturales sint, dici tamen possint aliqualiter Gratiæ, quia veniunt à Deo liberaliter donante, cui posset ita res disposuisse, ut vix, aut nulla nobis occurreret *congrua cogitatio* honesta. Tertiò : quòd sint etiam in nobis ex providentiâ plenè gratuitâ cogitationes, & affectiones intrinsecè supernaturales, *ex propriâ excellentiâ* conducentes ad supernum finem. Quartò : quòd illi supernaturales actus, sint, & dici debeant specialiter Gratiæ, quia sunt elevationis ordinis, deque lineâ *meræ Felicitatis*.

Dissidium Controversiæ.

201 In eo maximè disconveniunt : an Gratia *Theologica*, seu *Dogmatica*, ea nempè, quam ex Conciliis, & Patribus assertam agnoscunt Theologi contra Pelagianos, & Massilienses, esse debeat intrinsecè, & entitativè supernaturalis : an etiam illustratio alioquin naturalis in se, honesta tamen, & congrua, dici possit, & debeat *Theologicè, & dogmaticè* Auxilium Gratiæ. Et hic totius controversiæ nostræ cardo.

Prima Sententia.

202 Prima sententia tenet, non omnia Gratiæ *Theologicæ, & dogmaticæ* auxilia, esse intrinsecè supernaturalia; sed admitti etiam debere sub hoc nomine honestas cogitationes, & affectiones congruas, etsi naturales entitativè. Sic acer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. P. Vazq. Torres. Meratius. Granadus. Amicus. Cardinal. Sfortia. Aldretus. Magin. Pagesius.

rimè Pater Vazquez, *variis in locis*, præsertim 1. 2. *disp.* 189. & 190. citans pro se magnum numerum Theologorum cum Sancto Thomâ non, favente parùm: quibus adde Luisium de Torres *opusc.* 2. *de Gratiâ disp.* 4. *dub.* 28. Meratium *tractatu de Gratiâ disp.* 4. *sect.* 4. Granadum *in præf. de Gratiâ, & tractatu* 1. *disp.* 1. *num.* 22. Amicum *in* 1. 2. *disp.* 26. *sect.* 4. Eminentissimum Sfortiam *in Assertionibus, lib.* 2. *cap.* 2. *à num.* 39. & *cap.* 5. *num.* 94. Aldretum ex parte *de Prædestinatione disp.* 14. *sect.* 1. & Recentiores tùm è Toletanâ, tùm è Nostrâ Provinciâ, quos inter eminet Pater Maginus Pagesius *in Manuscriptis* longè doctissimis.

Sed primò Non conveniunt, Vazquez.

203 Sed non est idem in omnibus tenor, & rigor in defensione Patris Vazquez. Primo: Nam Pater Vazquez eam ipsam cogitationem honestam congruam, licèt entitativè naturalem agnoscat, facit tamen supernaturalem in *modo*, seu *extrinsecè*, vel *quia* dispensatur à supernaturali Providentiâ, vel *quia* ordinatur ad supernum finem, vel *quia* datur ex meritis Christi Domini: in quo conveniunt cæteri; *unus* Maginus apertè discedit à Vazquez. Secundò: Nam Pater Vazquez, inde concedit Merito *entitativè* naturali, ex eâ Gratiâ facto, vim impetrandi, & merendi de congruo Fidem, & Gratiam supernaturales ad justificationis initium. In quo discedunt à Vazquez, Torres, Maginus, Granadus, & Aldretus; *illi duo*, quantum assequor ipse, inconsequenter: stant ab ipso fortiter Meratius, & Amicus; nec Sfortia dissentit satis.

P. Magin. Secundò:

Torres. Maginus. Granadus. Aldretus. Meratius. Amicus. Cardinal. Sfortia.

In quo Vazquista convenit?

204 Duo tamen omnibus sunt exinde communia. *Primum*: eam gratiam congruæ cogitationis honestæ esse beneficium à creatione distinctum, & extra ordinem creationis. *Alterum*: nihil sine Gratiâ Theologicâ, & dogmaticâ dari in nobis honesti, & boni etiam naturalis. Dixi, *sine Gratiâ Theologicâ, & dogmaticâ*: nam ex eo, quòd aliquis asserat *nihil dari in nobis honesti, & boni Naturalis, aut dari posse sine Gratiâ aliquâ etiam distinctâ à creationis dono, & extra ejus ordinem*, (quod Esparza tuetur, innuit Pater Antonius Perez, & intendit, opinor, Granadus,) non illicò Vazquista putandus est in præsenti, licèt cum Patre Vazquez in alterâ controversiâ sentiat: quia potest aliunde defendere eam Gratiam, non esse quam dogmaticè, & Theologicè docent Patres contra Pelagium: quod nunc unicè controvertimus.

P. Esparz. P. Ant. Perez. P. Granad.

Secunda Sententia.

205 Secunda sententia cum primâ convenit in eo, quòd cum ipsâ admittit auxilia Gratiæ *Theologicæ* esse auxilia intrinsecè supernaturalia; dissentit in eo quòd hæc, contra illam, aliam gratiam *dogmaticè* non agnoscat præter supernaturalem intrinsecè: unde colligit, Gratiam assertam à Patribus contra Pelagium, eamque *dogmaticam, & Theologicam*, debere esse intrinsecè supernaturalem. Ita Doctor Eximius, *variis* etiam *in locis*, præsertim *in* 1. *part. tom.* 1. *lib.* 2. *de Præd. cap.* 16. & *toto ferè lib.* 1. *de Gratiâ*, quem secuti sunt ex universâ Scholâ Theologi nobiliores. Eam illustrant specialiter Ruiz de Montoya *de Providentiâ disp.* 23. & 40. Ripalda *lib.* 5. *disp.* 105. Arriaga *tract. de Gratiâ disp.* 37. Oviedus *in* 1. 2. *tractatu* 6. *controv.* 1. & 2. Esparza *in quæstionibus de Gratiâ*, & Magistri Doctissimi, quorum nulli secundus est Pater Petrus Oxea *in accuratissimo tract. de Gratiæ Necessitate* ferè per totum.

P. Suarez. Montoya. Ripalda. Arriaga. Ovied. Esparza. Pet. Oxea.

In quo discovenianti?

206 Sed nec penès omnia conveniunt hi Doctores. *Potissima* pars, cum Suarez, fatentur congruam cogitationem honestam naturalem, esse aliquale Dei beneficium à creatione distinctum; negant tamen esse beneficium simpliciter indebitum, & extra ordinem creationis: in quo dissentiunt aliqui. *Alii* Gratiam Theologicam, dicunt eam, quæ datur nobis ex Christi meritis: unde solam Gratiam intrinsecè supernaturalem concedi dicunt ex meritis Christi: in quo non pauci repugnant cum Suarez, ponentes ex generaliori doctrinâ circa Prædestinationis effectus, & ordinem Decretorum de Redemptore nostro, non supernaturalia solùm dari nobis ex Christi meritis, sed etiam naturalia.

P. Suarez

Duplex Gratia.

207 Distinguunt ergo duplex genus Gratiæ: aliud *Gratiæ Theologicæ*, atque *dogmaticæ*; deque hac censent locutos Patres, dicique debere simpliciter *Gratiam per Christum*, & *Auxilium speciale Dei*. Aliud *Gratiæ Philosophicæ*, & de ordine naturali, sic dictæ, notante Molinâ *disp.* 5. *de concord.* quia moralis Philosophiæ dis-

Molina.

discurrentis ex lumine naturæ non superat Cognitionem: & hanc, licèt aliquando detur ex Christi meritis, non putant debere dici simpliciter *Gratiam per Christum, & Speciale Dei Auxilium.*

SECTIO II.

ELIGITUR VERA SENTENTIA.

Veræ Sententiæ cũ Suarez.

208 EA est, quam ex Patre Suarez retuli, & quam ad mentem ipsius, quantùm possim, appositè conabor exponere, ac tueri per sequentes positiones, sine quarum luce perobscurè procederem.

§. I.

COGITATIO NATURALIS HONESTA Congrua non est semper beneficium distinctum à beneficio Creationis, & extra ejus ordinem.

Conclusio prima, & tripartita

209 TRia volo dicere. *Primum*: Cogitationem honestâ congruam semper esse beneficium Dei. *Alterum*: aliquando esse etiam beneficium à Creationis dono distinctum. *Tertium*: frequentiùs esse Dei beneficium intra ordinem creationis, nec moraliter à creationis dono distinctum. *Primum*, de quo Doctor Eximius *lib.* 1. *de Gratiâ cap.* 12. patet: quia *omne bonum desursum est*: & hæc est Natura summi boni, ut nihil sit bonum, quod ab ipso non sit, & pendeat. Tùm etiam: quia bona corporis sunt speciale Dei beneficium; quidni etiam bona potiora, quæ sunt Animi? Tùm etiam: quia congruitas operandi pêdet pleramque à dispositione causarum, & semper ab eo, qui ponit eam cognitionem in circunstantiis, in quibus prævisa est profutura; Dispositio autem causarum, & purificatio conditionis ad congruitatem, Dei gubernantis, & providentis est. Tùm demùm: quia honesta cogitatio congrua dicit acceptationem beneficii, & fructum doni oblati; quâ ex acceptatione, & fructu percepto, procedit, & premit speciale debitum gratiarum; at repugnat speciale debitum gratiarum, sine speciali beneficio ex parte donantis.

Pars prima. P. Suarez

Secunda Pars,

210 Alterum, de quo Doctor idem Eximius *eodem lib. cap.* 24. *num.* 20. & *lib.* 3. *cap.* 10. etiam patet: quia plures sunt cogitationes honestæ, & inter ipsas non paucæ congruæ, quas Deus creationis jure non debet, utpotè exemptas ab omni determinatâ exigentiâ rerum conditarum, & quas sibi reservat Author Naturæ omninò liberè dispensandas, ut dixi *suprà à num.* 55. & *lib.* 6. *à num.* 60. At istæ sunt beneficium à creationis dono distinctum. Tùm etiam quia sine ullâ præexigente dispositione causarum; imò in oppositum contendente, potest Deus speciales cogitationes congruas honestas immittere voluntati: ergo cogitatio naturalis honesta congrua, est aliquando beneficium à creationis dono distinctum. Tùm demùm: quia urgente tentatione, citrà debitum, & præter rerum occursum, aliquando sentitur obortа lux, quæ nobis victoriam parit. Item multæ cogitationes honestæ congruæ naturales excitantur in nobis ex rerum occultu supponentium mysteria Fidei, miracula, prædicationem, Incarnationem, &c. Hæ autem congruæ cogitationes non videntur deberi ex beneficio creationis, nec in ipso contineri. Fateor tamen, loquendo simpliciter, cogitationes hujusmodi numerari posse intrà lineam creationis: Tùm quia sunt beneficia Authoris Naturæ, ut liberalis, & munifici, à quibus attributis in conditore suo simpliciter non præscindit Natura. Tùm etiam, quia sunt dona non excedentia jura creationis, nec excedentia connaturalitatem Naturæ. Tùm demùm: quia possent esse simpliciter debita in aliâ rerum serie omninò naturali.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. P. Suarez

Suprà lib. 6. à num. 60.

in præf. à num. 55.

Tertia Pars difficilis: Probatur primò:

211 Tertium, (in quo tota lis nostra cum Vazquez,) probaturus: Arguimentor sic primò: Iure creationis debetur Naturæ Providentia digna Deo, & proportionata Naturæ; sed Providentia impeditiva omnis actûs honesti liberi, non est digna Deo, nec proportionata Naturæ: ergo nec debetur ipsi Naturæ jure Creationis. Cùm autem ex ipso creationis jure debeatur Naturæ Providentia; nam creationis donum ab aliquâ Creatoris Providentiâ est impræscindibile, fit, deberi Naturæ Providentiam Deo dignam, & ipsi naturæ proportionatam: nempe quæ non impediat omnes actus honestos, sed disponat ità rerum vicissitudines,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

nes, ut sint plures cogitationes honestæ congruæ. Nunc sic: atqui quod præstare debet Deus, attento jure creationis, secundùm rectam gubernationem, & Providentiam, non est beneficium extra ordinem creationis, ut per se patet: ergo cogitationes honestæ congruæ non sunt beneficium extra ordinem creationis, sed in isto dono contentum. Per quæ satis ostensa est vis argumenti, si probetur minor.

213 Probatur igitur minor quoad primam partem: & voco Providentiam impeditivam omnis honesti, eam, quæ ita res disponit, ut nihil unquam honestum fiat; ne sit difficultas in voce. Iam sic: Providentia impeditiva omnis actûs honesti, est contraria fini, quem necessariò intendit; atqui hujusmodi Providentia, digna Deo non est: ergo. Probatur major: finis intentus à Deo in omni rerum Providentiâ est ipsemet Deus laudatus, & glorificatus extrinsecâ saltem gloriâ; atqui Providentia impeditiva omnis actûs honesti est contraria fini laudandi, & glorificandi Deum gloriâ saltem extrinsecâ: omnis enim laus, & glorificatio esset actus honestus, quê impeediret: ergo.

213 Confirmatur primò: Providentia non arguens summum bonum non est digna summo bono, atque adeò nec Deo; sed Providentia impeditiva omnis boni non argueret summum bonum: ergo. Confirmatur secundò: quia Providentia impeditiva omnis honesti dicit quandam affectionem mali, seu nullam promotionem boni, indignam summo, quod Deus est. Confirmatur tertiò: quia studium, ut nulla sit honesta cogitatio quæ sortiatur effectum, ex innumeris, quæ possent seligi, repugnat Voluntati primariæ Providentis: quod ostendo: nam primaria voluntas Providentis Dei præoptat, ut status rerũ sit authori similior, & honorabilior, quàm econtrà; atqui hujusmodi voluntati repugnat studium, de quo loquimur: ergo.

214 Probatur eadem minor quoad secundam partem: Providentia Proportionata Creaturæ Rationali debet esse talis, ut ipsius dici possit potiùs gubernatio, quàm perturbatio; atqui Providentia impeditiva omnis honesti, nequit dici Naturæ potiùs gubernatio, quàm perturbatio: ergo. Probatur minor: Providentia, quâ res non finitur operari ex generali concursu potiùs juxta suum finem, quàm econtrà; potiùs in laudem sui Conditoris; quàm econverso; potiùs est perturbatio rerum, quàm gubernatio; est enim veluti odisse Res, quas facit, & impedire rebus fines, quos alioqui vult sequi; sed talis est providẽtia impeditiva omnis honesti: ergo.

215 Confirmatur primò: Non minùs inclinat ex dictamine rationis ad bonum Natura rationalis, quam in delectabilia ex innatâ concupiscentiâ: ergo contra connaturalem constitutionem rerum, est, quòd impediatur illa inclinatio ad bonum, ut nunquam operetur. Talis ergo status violentus videtur esse Naturæ, atque adeò nec proportionatè provisus. Confirmatur secundò: quia operari aliquando juxta rationem, & honestè, non solùm est Naturæ consentaneum, sed proprium: neque oppositum videtur in tantâ rerum, sese ingerentium sensui, varietate, possibile: ergo Providentia impeditiva omnis honesti tolleret Naturæ, non modò consentanea, sed & propria; fieri ergo non potest, quin violenta sit. Confirmatur tertiò: Providentia impeditiva omnis veri naturalis non est proportionata Naturæ intellectivæ: unde, licèt ex variâ dispositione causarum, possit intellectus errare, poni tamen in eâ, in quâ semper erraret, est omninò violentum, & contra ordinem creationis: alioqui non oriretur homo cum lumine rationis, sed in tenebris: ergo Providentia impeditiva omnis honesti naturalis non est proportionata Naturæ liberè volitivæ: *quod probandum erat.*

Solutio Cardinal. Sfortiæ.

216 Dices ex Eminentissimo Sfortiâ *num.* 44. quòd, licèt sit verum deberi Naturæ aliquam cogitationem honestam congruam ex jure creationis; deberi tamen vagè. Debitum autem vagum non tollit rationem beneficii, nisi quando id quod datur est minimum, quod poterat dari. Deus verò nunquam dat minimum, quod potest: quia, ut habet Sanctus Thomas 1. *part. quæst.* 25. *art.* 3. in omnibus suis operibus exercet misericordiam: unde minus est, quod sufficeret ad servanda jura creationis, eo, quod ex abundantiâ bonitatis suæ dispensat Deus: atque adeò semper benefacit ultra debitum ex jure creationis, cùm inter infinitas

Repellitur Vazquez.

tas cogitationes congruas non det minimam, aut minùs perfectam. *Acutè*, ut solet. Sed contra, quia, præterquam quòd ista solutio contra Vazquez est; licèt debitum vagum non tollat rationem specialis beneficii, quando datur plusquam vagè debetur, tollit tamen in nostro casu, quòd sit speciale beneficium extra ordinem creationis. Probatur assumptum: Determinatio hujus debiti vagi pertinet ad Deum ut creatorem, sive sit per cogitationes honestas congruas, magis, sive minùs nobiles: Creatura enim, cùm ex se non possit determinare debitum, & sibi solvere, jure creationis exigit Creatorem, qui possit determinationem hanc exequi; atqui quicquid exequitur Deus ut Creator respectivè ad jura creationis est intra ordinem, & beneficium creationis: ergo determinatio debiti vagi sive per magis, sive per minùs nobiles cogitationes censetur intra beneficium creationis: ergo & ipsæ cogitationes honestæ congruæ.

Firmatur Exemplo, physico, & Morali.

217 In probationem minoris, *exemplum* est duplex: *Alterum* ex Physicis; ex *Moralibus alterum.* Primum est: Debetur Petro v. g. jure creationis temperamentum, & organizatio ad intelligendum, non tamen hæc, aut illa; bona, mediocris, aut optima: quia tamen hæc determinatio pertinet ad Deum ut Creatorem, licèt determinet in favorem Petri, dando temperamentum, & organizationem optimam, & specialiter benefaciat; non tamen extra ordinem creationis: unde hæc beneficia non distinguunt Patres contra Pelagium à beneficio creationis. *Alterum* est: legat ex testamento Titius Cajo unum è duobus Equis, quorum alter est mediocris, alter optimus, ad arbitrium Antonii, cujus est exequi voluntatem Testatoris. Licèt Cajo satisfaciat Antonius per utrumlibet, & velit benefacere determinando debitum per equum optimum, iste favor nec est legati debitum, nec exceedit legati beneficium, nec munus Executoris. Facit unicè, quòd Antonius sit potiùs benevolus, quàm rigidus executor: ergo similiter, quòd determinet Deus ut creator debitum vagum cogitationis honestæ congruæ per hanc meliorem, quàm per illam minùs bonam, estò beneficium sit speciale, probetque benevolum creatorem, non est beneficium extra ordinem creationis, nec Deum extrahit à munere Creatoris. *In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.*

218 Argumentor secundò: si naturalis cognita cogitatio esset favor extra beneficium creationis, maximè rationis congruitatis, & actionis liberæ adjunctæ ad sufficientiam; sed ratione congruitatis, & actionis adjunctæ non est beneficium ut creationis dono distinctum: ergo. Probatur minor: quia congruitas & actio reddens cogitationem congruam, est fructus dominii naturalis, unicèque perceptus ex bonis debitis jure creationis; ultrà quod esse nequit concursus requisitus ad operandum, posità sufficientiâ. *Probatur secundò:*

219 *Dices:* illa libertas, & dominium, ex quibus oritur operatio reddens cogitationem congruam, etsi naturalia sint, reddi gratiosa ex præscientiâ, ex cujus directione conferuntur: nam posset Deus sic disposuisse res, ut nunquam occurrerent occasiones, in quibus prævisa est honesta cogitatio congrua. Hic discurrẽdi modus, quo nititur Pater Vazquez, admittit necessariam directionem Scientiæ Mediæ: quo ex capite non negat Suarez dari speciale beneficium. Contendimus ultrà, non esse beneficium extra ordinem creationis. Quare *Evasio.* *Quæ nota.*

220 Contra sic arguo efficacissimè primò: Non minùs prævidit Deus dispositionem causarum, vi quarum homo nasceretur cæcus, malæ indolis, & monstruosus, quàm prævidit dispositionem, in quâ non occurrerent cogitationes honestæ congruæ; & utramque dispositionem æquâ libertate non potuit: sed, ex illâ præscientiâ & dispositione rerum impeditâ, non est beneficium à Creationis dono distinctum, ut fatentur Patres; & Augustinus expressè *lib.* 4 *contra Iulianum cap.* 3. quòd homo non sit cæcus, nec pravæ indolis, nec monstruosus: ergo neque quòd occurrant cogitationes honestæ congruæ: & ratio est: quia posita eâ dispositione causarum, quæ non trahscendit jura creationis, & adhibita sufficientiâ ad operandum ex solo concursu generali aliàs debito, pro suo libito conjungit voluntas suam libertatem effectui, vel non conjungit. *Impugnatur primò* *Augustin.*

221 Secundò: quia licèt Deus potuerit ita res ordinare, ut tot cogitationes honestas sufficientes Natura non haberet, quot nunc habet; cogitationes sufficien- *Secundò:*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

cientes non censentur per vos beneficiũ extra ordinem creationis: ergo neque quòd habeat congruas debet esse beneficium à Creationis dono distinctum ex eo, quòd Deus aliter potuerit res disponere. Tertiò: quia hominem in eo tempore, & statu produci, in quibus juvetur his aut illis causis ad operandum, monitis Amicorum & consiliis, imò lege & doctrinâ, & consecutis inde cogitationibus Honesti, nõ censetur à Patribus gratia distincta à beneficio creationis: ea enim omnia jam admisit Pelagius: tamen liberum Deo fuit hominem ponere, ubi tot excitamenta non essent.

Tertiò:

Probatur Tertiò:

222 Argumentor tertiò: Cogitatio turpis cum effectu, non est extra ordinem creationis: ergo neque cogitatio naturalis honesta congrua. Probatur consequẽtia: quia Petro v.g. non minùs indebita est cogitatio turpis cum effectu; quàm honesta; cùm potuerit poni in eâ rerum dispositione, in quâ nunquam occurreret cogitatio cum effectu turpis: ergo sicut id nõ obest, quominùs cogitatio turpis, & cum effectu sit quid eveniens extra ordinem creationis; neque obstet, quominùs cogitatio honesta congrua sit etiam quid eveniens extra ordinem creationis. *Dices:* at cogitatio turpis non potest esse beneficium, sicut honesta est: nulla est igitur paritas. *Verùm* paritas urget maximè intentum, ad quod adducitur. Non nego esse beneficium cogitationem honestam præ turpi; contendo tamen esse debere beneficium intra ordinem creationis, non minùs ac evenit intra ordinem creationis, turpis illa cogitatio.

S. Thomas, P. Suarez

Ordo Creationis quid importet: & quot?

223 Ex quibus fit, donum & beneficium creationis non esse solummodò favorem unum, sed plures; non providentiam unius effectûs, sed etiam plurium: dicit enim productionem Naturæ Rationalis, potentiarum, & proprietatum, creationem Cœlorum, elementorum, & mundi: id totum continet ordo Creationis: unde quicquid ex hujusmodi dispositione causetur, manet in lineâ, & ordine creationis. Patet autem ex hac vicissitudinem rerum cum solo generali concursu connaturaliter excitari plures cogitationes honestas congruas; quam rationem à priori Conclusionis nostræ deductam ex Sancto Thomâ 2. *contra Gent. cap.* 29. red dit optimè Doctor Eximius *lib.* 1. *cap.* 12 & 13. & 14. videndus: Ex quo resumie omnia, quæ non ultrà promovet, & operosè disputat contra Vazquez, *disp.* 1. *de Necess. Grat. art.* 3. §. 5. & 6. M. Gonetus, *illaudato Nostro Magistro*, per quem profecit.

Gonetus inde proficiens.

Objectio prima:

224 Objicies primò: illæsis donis, & juribus creationis negari potest omnis cogitatio honesta congrua: ergo cogitatio naturalis honesta congrua semper est favor à creationis dono distinctus. Probatur antecedens, primò illæsis donis, & juribus creationis liberum Deo fuit ponere hominem in eâ rerum vicissitudine, in quâ nulla occurreret cogitatio congrua naturalis; sicut enim prævidit Deus ordinem rerum, in quo positus homo saltem operaretur aliquando benè; sic prævidit rerum ordinem, in quo nunquam operaretur honestè; vel saltem ex eventibus, quos prævidit incongruos, potuit talem ordinem exequi; atqui in eo rerum ordine negaretur omnis cogitatio honesta congrua naturalis; illæsis donis, & juribus creationis: ergo, &c. Secundò: quia donis, & juribus creationis fit abũdè satis per sufficientiam ad operandum honestè; sed sufficientia ad honestè operandum est independens à congruitate, quam pro libito ponet, vel non ponet ipso libertatis usu voluntas: ergo quidquid specialiter præter sufficientiam datur à Deo, superadditur liberè beneficio creationis: ergo illæsis juribus, & donis creationis negari potest, atque adeò honesta congruitas. Retorqueri posset argumentatio ex bonis corporis, & dotibus naturalibus animæ, quæ negari potuerunt à Deo, nec ideò transiliunt ordinem, & beneficium creationis.

Retorquetur:

Et solvitur.

225 Nego igitur antecedens: jura enim, & dona creationis involvunt rerum conditarum dispositionem: unde quicquid ex ipsis connaturaliter oritur ex generali concursu manet intra beneficium creationis: Nec aliter video defendi posse ingenii acumen, organizationem ultra mediocrem, & his similia in eo beneficio contineri. Ad primam probationem: distinguo quod assumitur: liberum Deo fuit, attento dominio extraordinario, *transeat*: attento solùm Ordinario dominio Creatoris, nego antecedens: Neque enim Deo liberum esse potest, de potentiâ ordinariâ suâ, res vio-

violentè disponere, nullâ insuper inductâ violentiæ necessitate. *Deinde* ordinem texere ex eventibus unicè incongruis, omninò rem judico Gubernatoris improvidi, eo ipso impedientis sibi glorificationem intentam in opere, & occludentis viam, ut argueretur summè bonus. Nego denique prævidisse Deum ordinem, in quo nunquam operaretur homo sibi relictus, honestè: sicut nec prævisus est homo honestè semper operaturus: quia id non patitur mutabilitas hominum diu viventium, quos ex genio tædet vniformitatis in operando, seu benè, seu malè: unde homo qui resistit omnibus cogitationibus honestis non est posibilis; cùm nullus ex posibilibus sit, qui resisteret: patet autem extra omnes posibiles, nullum esse posibilem.

Vide lib. 8 hu. 53.

226 Ad secundam probationem. Dici posset primò, satisfieri per sufficientiam, si non adhibeatur studium in eâ seligendâ, quæ purè sufficientia est: eo enim non adhibito, non eveniet casus nullius cogitationis congruæ. Secundò: Nego majorem pro omni casu: nam nequit dispensari solùm unicè sufficientia, quin ponatur Natura violenter in rebus, quarum occursus parit plerumque connaturaliter cogitationem congruam: à quâ pendet indeterminatè, & à posteriori Natura titulo suæ inclinationis ad bonum ex naturali lumine. Itaque, licèt causæ liberæ constitutio præcisè quoad actum primum satis per sufficientiam aptetur; at causæ liberæ, aliquando operaturæ cum honestate positivâ, constitutio, non satis aptatur per sufficientiam, impedito casu congruitatis; quia impeditur ipsi, quod exigit. Non minùs ac impeditetur violenter intellectui dispositio rerum, in quâ, licèt adhibitâ sufficientiâ ad intelligendum, nunquam occurreret nisi error, & lapsus.

Instant Vazquistæ & Maginus:

227 Instabis primò ex Vazquistis: ergo licèt aliquæ cogitationes congruæ deberentur; non tot, quot habet: ergo saltem plurimæ sunt extra beneficium creationis. Secundò ex Magino, ut putat, urgentiùs impetente Nos: Nulli creaturæ debetur jure creationis cogitatio congrua, urgente gravi tentatione, alioquin sine speciali Gratiâ posset vinci tentatio gravis contra pondus immensum Authoritatis Theologicæ: ergo neque nulla in ullo casu. Probatur consequentia. Nonminùs excitari, potest congrua cogitatio in casu tentationis urgentis ab occursu rerum; utpotè naturalis, & facilis contineri intra Naturæ vires, nec intrinsecè diversa ratione circumstantiæ extrinsecus advenientis, ac excitatur in quovis casu quæcumque congrua cogitatio; at hæc ratio *nobis* probat, ne sit ista extra beneficium creationis: ergo probabit æquè de illâ.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Efficacius Ide Card.

Et Cardin. Pallavic.

228 Tertiò: ex Cardinali Pallavicino: Decretum creationis distinctum est à Decreto de congruâ cogitatione: ergo inter creationem, & cogitationem congruam intervenit diversa donatio: ergo sunt distincta beneficia. Major autem patet, *inquit Sforzia*, tùm quia prius est decernere causam, quàm effectum. Tùm etiam: quia connaturalius est, quod sit res prius, quàm ut bene sit, ut agnoscat dependentiam à summo bono, non solùm *in esse*, sed *in esse bene*. Quarto: quoad speciem efficaciùs: Creatura constituta per sufficientiam, potest honestè agere: ergo penès ipsam est, & omninò liberum, & voluntarium, etiam sufficientiâ acceptâ, non agere: ergo non habere cogitationem congruam, etiam acceptâ sufficientiâ, est, quia ipsa non vult facere congruam: at in eo quod sponte desinit voluntas habere, cum possit, nulla potest misceri violentia. Confirmatur. Non stat per Deum, ne sit operatio libera, semel adhibitâ sufficientiâ: ergo etsi creatura rationalis exigat aliquando benè operari, si nunquam operatur, cùm possit, ipsa sibi violẽtiam infert; non, Deus. Quintò: nulla est assignabilis congrua cogitatio, quæ jure creationis debeatur creaturæ: ergo nulla debetur. Et exultant per hæc aliqui *cum Magino*.

Maginus Pagesius.

Solvitur Instantia. Prima:

229 Ad instantiam primam, post *redargutionem* in bonis corpotis, negetur utraque consequentia quoad cogitationes, quæ ex hac rerum dispositione connaturaliter fluunt: nam licèt ex his singulæ non sint debitæ Naturæ Rationali intrinsecè inspectæ; singulæ tamen debentur Naturæ extrinsecè inspectæ, scilicet prout in hoc rerum ordine positæ: quæ omnia continet beneficium creationis: extra quod non negò dispensari cogitationes aliquas congruas, juxta *jam.*

Nuper ny.

220. *Secundæ:*

Ad secundam erit sermo copiosior in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Dev Auxiliat. De quâ infrà à nu. 289. & à num. 295. lib. 11. à num. 301.

infrà. Nunc reddo disparitatem: quia casus tentationis graviter urgentis est dispositio rerum, inducens moralem impossibilitatem eventûs boni: unde si libertati non superaddantur novæ vires, aut reprimatur origo tentationis ultra debitum, & præter exigentiam rerum; erit nulla congruitas, aut victoria: patet autem vires libertati superadditas ultra debitum, aut repressionem inimici invadentis præter exigentiam rerum, esse donum à creationis dono distinctum; at in casu nullius circumstantiæ obstantis, sufficit ad congruitatem generalis concursus, additâ sufficientiâ Creaturæ ex jure creationis.

Tertia:

230 Ad tertiam *jamdiù* mihi displicet ista partitio, & cunctatio deliberationum divinarum, quasi metiri velimus ex nostrâ imperfectione Perfectionem Summam. *Nego* hic specialiter antecedens: quia decretum de creatione intendit indivisibiliter finem ipsius decernentis laudati, & glorificati; atque adeò & operationes honestas. Deinde quid obstet illa partitio decretorum, si Decreta connexa sint inter se? Probationes nihil à me obtinent. Ad quartam: Consensus patientis non obstat violentiæ, si semel facias contra exigentiam ejus: violentia enim dicitur illata vis appetitui innato, qui non flectitur pro libito ad bonum appetitûs elicibi. Sic quantumvis gauderes tolli à te quantitatem, violenter fieret, licèt non coactè. Quidquòd licèt hic, & nunc non agere, fit voluntarium, & ex me; *nunquam* tamen *agere*, reduci potest, (fortè debet) in eum, qui occasiones nullas mihi providisset agendi benè. Ad confirmationem, nego consequentiam: debenti enim impedire, nec impedienti malum, malum imputatur ex doctrinâ Generali *de voluntario*. Tenetur ergo Deus ex titulo Creatoris providi impedire saltem aliquod malum; cùm Creatura Rationalis exigat operari saltem aliquando non malè. Ad quintam, non est sufficiens ratio in vagè debitis, quòd nulla possit determinari solutio certa: sic nec ullâ actio deberetur Agentibus ex infinitis individuis; quia nulla est assignabilis, quæ determinatè debeatur. Nego igitur consequentiam.

Latè 1. 2. Tract. de Actib.

De Incarn. lib. 3. disp. 1. tord. & sup. lib. 1.

Objectio secunda:

231 Objicies secundò: Iure creationis solùm debetur Naturæ Providentia Generalis; sed ultra Providentiam generalem est cogitatio honesta congrua: ergo & ultra jus creationis: ergo & beneficium à creationis dono distinctum. Probatur minor: cogitatio honesta congrua dicit specialem complacentiam in donante, directo ex præscientiâ statuti eventûs; neque enim existit honesta cogitatio penès ullam circumstantiam non voluntariam Providenti; eaque videtur Natura summi Boni, impleturi celebrem definitionem Anselmi: *quò nihil melius cogitari possit*; ut nihil sit honesti, cujus causa per se non sit. Sed specialis complacentia est ultra Providentiam Generalem, communem omnibus, ut patet ex terminis: ergo.

Anselmus

Confirmat P. Vazq.

232 Vigetur aliter: qui negat specialem Gratiam in honestâ cogitatione congruâ à creationis, & conservationis dono distinctam, negat Divinam Providentiam: qui Atheismus est [illegible] probatur: num in applicatione causarum, unde finit ipsa naturalis cogitatio congrua, & in illius dispensatione præ incongruâ, vel agnoscit libertatem decernentis Dei perfectissimè voluntariam, vel non? Si secundum: vergit in Atheismum. Si ergo primum: ergo dat Deus, & negare potest, & ultrò benefacit nulli debens: ergo misericordiæ Divinæ, ejusque specialis gratiæ tribuenda est cogitatio naturalis honestâ congrua.

Et iterum ardenter idem Vazquez, & Sforzia.

233 Confirmantur hæc omnia. Ex supernaturali Providentiâ non debetur cogitatio supernaturalis congrua; ipsaque distinctum beneficium est à beneficio elevationis: aliòqui deberet Deus auxilium efficax nobis in hoc statu; nec magis benefaceret elevando, quàm efficaciter auxiliando: ergo nec naturali Providentiâ debetur cogitatio Naturalis congrua; ipsaque debet esse distinctum beneficium à beneficio creationis. Hæc acriùs solito, Pater Vazquez *disp.* 189. *num.* 128. & in favorem ipsius Eminentissimus Sforzia.

Quid obstet illo probet?

234 Sed hæc ferire nos nequeunt, & summum probant, cogitationem honestam congruam esse extrinsecè, seu quoad circumstantias nec addentes vires, nec perfectionem intrinsecam, specialè beneficium extra jura creationis; quia modus ille conferendi, vel ex speciali complacentiâ, vel removendo extrinseca impedimenta congruitatis, vel ex ordinatione ad supernum finem, vel ex decreto indivisibiliter constituente Providentiam supernaturalem est simpliciter indebitus, attento præcisè jure creationis; non verò probant cogitationem honestam congruam intrinsecè superaddere quidquam beneficio creationis: cùm ex una parte cognitio sit connaturalis dominio nativo libertatis; & ex aliâ, actio illa, per quam redditur congrua, ita sit naturalis fructus dominii, ut prævisa sit per Scientiam Mediam eventura ex hypothesi, nullam gratiam, aut beneficium à creationis dono distinctum importante: quod sufficit ut simpliciter dici debeat beneficium ex lineâ creationis: alioquin Dona ipsa Naturæ, indoles, acumen, aut obtusio, quæ plerumque sunt effectus Prædestinationis, & dispensantur per extrinsecas circumstantias simpliciter indebitas, ex ipsis extrinsecis, quibus adjunguntur, excederent beneficium creationis: quod ex Theologis placuit Nemini. Iam ergo singillatim

Aliquorũ Solutio.

235 Ad argumentum, sunt qui negent suppositionem: supponit enim necessitatem Directionis ex Scientiâ Mediâ, quam nesciunt multi componere cum libertate nostrâ. Vnde dicunt Deum in dispensatione cogitationum sanctarum, & auxiliorum non attendere ad eventum, sed ad intrinsecam aptitudinem medii ad finem eventûs, qui si sequatur, prævidetur à Deo, & acceptatur, & placet; si non sequatur, prævidetur oppositus, & permittitur. Hi sibi videntur esse extra ictum argumenti, sed per fugam indecoram, ut censeo, Scholæ Nostræ, ut latissimè dictum, & expensum est *lib.* 6. ferè toto. Ex cujus Doctrinâ

Deserta jam lib. 6. ferè toto. Solutio vera.

236 Ipse nego minorem: Providentia enim generalis non est ita vulgariter accipienda, ut nullum excessum respectivum admittat comparativè ad res, quibus providet: nam aliter putanda est circa res carentes ratione; & aliter circa ratione utentes: imò circa utrasque videtur aliquando diversitas sine transgressu Providentiæ Generalis: nam penès res ratione carentes, aliæ sunt, quibus provisus est copiosior pastus, aliæ, quibus omninò tenuis: penès res verò ratione utentes, alia est physica Providentia Generalis, quæ solùm tendit ad rei physicas proprietates; alia, moralis, quæ extenditur ad actiones honestas. Neutra tamen apud me, ut dixi *lib.* 6. *citato*, licèt, ex speciali unaquaque fundamento, præscindi potest à constitutivo Scientiæ Mediæ; nec obinde, ut notavi *lib. cit. num.* 248. transilit lineam Generalis Providentiæ: intra quam, cùm continentur beneficium cognitionis honestæ congruæ, manet etiam intra beneficium creationis, cui debetur illa moralis Providentia: quæ favorabilior his esse potest, quam aliis: semper tamen ex bonis; jura creationis non excedentibus.

Secundum par. & in 1. 2. Tract. 3. de Dev Auxiliat. Ex lib. 6. præsertim à nu. 248.

Fit satis ad hominem P. Vazq.

237 Ad primam confirmationem, negetur assumptum: fatemur Divinam Providentiam, & fatemur beneficium: sed non ideò distinguimus à beneficio creationis: sicut neque Vazquez negat Providentiam Dei circa cogitationes honestas sufficientes, licèt eas neget speciale beneficium extra ordinem creationis: & sicut nõ negat ipse Providentiam Dei in favoribus ingenii, acuminis, & his similibus, licèt eos neget extra creationis beneficium esse.

238 Ad secundam confirmationem, quæ difficilior est; reddit disparitatem Eximius Doctor: quia cogitatio supernaturalis congrua nomen ex nullo debito Naturæ antecedente; sed in gratiâ; quæ cùm gravare non debeat Autorem beneficii, fit; ut etiam suppositâ gratiosâ elevatione, & sufficientiâ, censeri debeat specialis; & distinctus favor, & gratia pro Gratiâ; at cogitatio naturalis congrua oritur penès id, per quod redditur congrua ex debito Naturæ, cùm oriatur ex dominio naturali, & excitari possit ab occursu rerum cadentium in beneficium creationis.

P. Suarez

239 Reddit Amicus: quia respectu efficaciæ supernaturalis se habet Deus ut causa particularis, etiam suppositâ elevatione, quæ solùm exigit posse, satis per sufficientiam constitutum; at supposito beneficio creationis, Deus non se habet ut causa particularis, sed universalis respectu efficaciæ naturalis: unde non potest esse paritas.

P. Amic.

240 Reddit Oxea: quia elevatio consistit in Decreto Dei de hominibus perducendis per media indifferentia ad supernum finem, si per ipsos non stet ipsi-

P. Petrus de Oxea.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

tet autem satisfieri huic dispositioni per sufficientiam : ultra quam quidquid datur à Deo, beneficium est ab elevatione distinctum ; nec cadens in decretum elevationis. At donum creationis præter essentiam agentis moralis, cui ratione propriæ, & innatæ inclinationis ad bonum, debetur aliqua honesta operatio, amplectitur hunc ordinem rerum, in quo connaturaliter excitantur plures honestæ cogitationes alioqui congruæ; quas si vellet impedire Deus, recurreret ad potentiam extraordinariam, & extra debitum creationis : manent ergo intra creationis beneficium. *Singulæ* placent, & sufficiunt.

Mens Nostra.

241 Negare quis posset ulteriùs antecedens : id quod novissimè propugnatum, & illustratum invenio per integram *disp.* 44. ab Illustrissimo Godoy citante non paucos, & inter ipsos Eximium Nostrum. Præterea, quæ ventilet ille, moveor ipse primò: quia nullum mihi apparat inconveniens dari Naturæ elevatæ jure elevationis aliquam operationem honestam : videntur enim id æquè urgere probationes nostræ. Tunc autem potiùs deberet sibi Deus, quàm Naturæ ; quia deberet beneficio suo providentiâ proportionatam : ipsum nempe non frustrà collocandi. Secundò : quia sunt casus in quibus ratione elevationis adjunctæ Naturæ non possit negare Deus cogitationem congruam ex debito quodam connaturalitatis, & moralis exigentiæ.

Ill. Godoy. P. Suarez

Vide infr. lib. 11. à num. 166.

242 Explico me. Ille justus, in quo causæ naturales excitant cogitationem honestam naturalem ; quam ipse redderet congruam : in hoc casu, ut operetur ille justus conformiter ad ordinem in quo est, tenetur Deus connaturaliter excitare supernaturalem illustrationem de eadem honestate ; atqui talis illustratio nequit non esse congrua : quippe justus se determinaturus ad actionem honestâ, applicat se ad actionem juxta vires quas habet ; sed habet, *ut suppono*, vires supernaturales : ergo se applicat ad supernaturalem actionem : ergo si debet Deus supernaturalem illustrationem, debet in isto casu congruam. Dici solummodò potest, posse Deum infundere Supernam illustrationem, & nolle parare concursum ad Supernum affectum. Verùm si id dici posset, nulla potest fieri paritas ab

statu elevationis ad creationis statum : in hoc enim debet Deus cum sufficientiâ concursum indifferentem : quid ergo mirum, quòd in hoc non sit congruitas beneficium à Creationis dono distinctùs ; & in illo sit distinctum à dono elevationis beneficium congruitatis ? Videatur Amicus *disp. 26. num.* 148. Sed id censeo, nec dici posse, nec debere : Deus enim ex se potiùs inclinat ad favendum, quàm ad minuenda beneficia. Vide *infrà lib. 11. à num. 166.*

Amicus.

§. II.

COGITATIO NATVRALIS HONESTA congrua nequit esse dogmaticè Gratia.

Conclusio secunda: Probatur primò:

243 Ostendo primò : Gratia *dogmaticè* talis, seu Gratia *Theologica* est beneficium à creationis dono distinctum ; independens ab externo ministerio creaturarum, & *unctio Sancti Spiritus*, quâ sine strepitu Doctrinæ sonantis, docemur opportunè de omnibus cõducentibus ad vitam æternam ; sed cogitatio naturalis honesta congrua nihil ex his habet : ergo non est Gratia Theologica, nec dogmatica. Consequentia legitima est : & minor *ex præcedenti* §. vera. Major autem assumpta est *ex* 1. *Corinth.* 3. *ex* 1. *Ioann.* 2. ex Augustino *tract.* 3. *in Ioann.* ex Prospero *epist. ad Demetriadem.*

1. Corinth. 3. 1. Ioann. 2. Augustin. Prosper.

Confirmatur.

244 Confirmatur hæc ratio : Talis est excellentia Divinæ Gratiæ, quam Patres asseruere contra Pelagium, ut unicè per se pendeat à Deo, nec à ministratione externâ rerum sensibus occurrentium, nec à propositione externâ legis & Doctrinæ venire per se queat ; sed naturalis honesta cogitatio congrua nec unicè per se pendet à Deo, & venire per se potest ab externo ministerio sensuum, & ab externâ propositione legis, & doctrinæ : ergo cogitatio naturalis honesta congrua non est Gratia, quam Patres asserunt contra Pelagium.

Augustin.

245 Major assumpta est ex ipsis Patribus, & Conciliis : audi Augustinum ad illud Pauli : *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat*, sic interpretantem *epist. 95. Gratia Christianorum est, quæ non auribus sonante doctrinâ, vel aliquo adju-*

adjumento visibili, sicut plantatur quodãmodò, & irrigatur extrinsecùs, sed subministratione Spiritûs, & occultâ misericordiâ, sicut facit ille, qui dat incrementum Deus. Item *cap. 3. de Gratiâ Christi. Hæc gratia si doctrina dicenda est, certè sic dicatur, ut altiùs, & interiùs eam Deus cum ineffabili suavitate credatur infundere : non solùm per eos qui plantant, & rigant extrinsecùs ; sed etiam per seipsum, qui incrementum suum ministrat occultiùs.* Item *tract. 3. in Ioann. Admonere possumus per strepitum vocis nostræ ; si tamen non sit intus qui doceat, inanis est strepitus noster.* Item *lib. 15. de Civit. Dei cap. 6. Spiritus autem Sanctus operatur intrinsecùs, ut valeat medicina, quæ adhibetur extrinsecùs. Alioqui etiamsi ipse Deus utens Creaturâ sibi subditâ in aliquâ specie humanâ ; sensus alloquatur humanos, sive istos Corporis, sive illos, quos istis simillimos habemus insomnis, nec interiori gratiâ mentem regat, atque agat, nihil prodest homini omnis prædicatio veritatis.* Item *alibi : valde remota est à sensibus hæc Schola, in quâ Pater auditur.* Vide Suarez *lib. 3. cap. 10. nu. 14.* per quæ fit manifesta veritas Majoris assumptæ.

Suarez.

246 Minor autem probatur : quia cogitatio naturalis honesta congrua produci potest ex vi nativâ intellectûs provocati per sensus : tùm etiam quia plerumque excitantur in nobis per Angelos bonos. Tùm etiam quia incredibile omninò est, quòd nec ab externâ propositione legis, & doctrinæ, nec à lectione piorum librorum, nec ab optimorum exemplis, nec ab Amicorum hortationibus aliisque rerum eventibus aliquando decernat homo juxta rationem vivere, aut actum aliquem facere rationi consentaneum, accedente præsertim dispositione corporis, quæ non semper abest : ergo Naturalis honesta, & congrua cogitatio nec à Deo per se pendet unicè, nec independet ab externo ministerio creaturarum.

Evasio pellitur.

247 Nec est recursus ad affectionem indeliberatam, quasi in eâ consisteret auxilium speciale in his eventibus. Tùm quia affectio necessariò sequitur ex præviâ cogitatione. Tùm etiam quia non minùs pendet ab externo rerum ministerio voluntatis affectio, quàm cogitatio. Tùm demum quia hæc affectio, positâ semel illustratione, ultrà necessaria non est juxta Vazquez. Nec item est recursus ad specialem vivacitatem, & intensionem, quam superadderet Deus illi cogitationi. Tùm quia jam saltem ad profectum conduceret ex parte, ministerium externum Creaturarum : quod contra Patres est. Tùm etiam quia nec est ratio, cur tota illa vivacitas non posset excitari à naturalibus agentibus ; aut cur cogitatio ad hortationem Amici subsequens sine ulteriori vivacitate sortiri non posset effectum ?

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. Vazquez. Alia reprimitur.

Probatur secundò:

248 Ostendo secundò : Gratia *dogmaticè* talis, seu Gratia *Theologica*, quam asseruere Catholici Patres contra Pelagium, est illa, per quam simpliciter adduntur vires, & sufficientia ad operandum Naturæ ex se simpliciter insufficienti, & impotenti ; sed cogitatio naturalis honesta congrua non est talis, ut addat Naturæ vires, & sufficientiam ad operandum, alioquin insufficienti, & impotenti simpliciter : ergo cogitatio naturalis honesta congrua non est Gratia Theologica, nec dogmatica. Major est evidens evolventi Concilia, & Patres : hi enim, & illa, passim fatentur non modò requiri Dei Gratiam, *ut sanos boni, sed ut possimus esse boni*, juxta illud Apostoli 1. Corinth. 12. *Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto.* Et illud Christi Domini Ioann. 6. *Nemo potest venire ad me* : neque unquam apud ullum è Patribus, aut Conciliis ostenditur locus, ubi dicatur : *sine Gratiâ Dei posse fieri viribus liberi arbitrii quidquâ boni ad salutem proficiens ; de facto tamen sine illâ non fieri.*

SS. Patres

1. Corinth. 12. Ioann. 6.

249 Sed quia momenti maximi est ista veritas, audi de ipsâ Milevitanum : *cap. 5. Si quis dixerit, idèo nobis Gratiam dari, ut tanquam, etsi Gratia non daretur, non quidem facilè, sed tamen possimus etiam sine illâ implere Divina mandata, anathema sit.* Audi Augustinum *lib. de Gratiâ Christi cap. 26. Gratiam Dei, quâ charitas infunditur in cordibus, sic confiteatur, qui vult veraciter confiteri, ut omninò nihil boni sine illâ, quod ad pietatem pertinet, fieri posse non dubitet.* Audi demum ipsum Augustinum *lib. 6. de Naturâ, & Gratiâ cap. 7.* ubi Pelagium distinguentem inter *esse*, & *posse* ; & Gratiam eũ requirentem *ad esse*, non autem

Milevit.

Augustin.

tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

tem *ad posse* reprimit Augustinus per hoc dilemma *cap. 9. vel potuit fieri justus per Naturam, & liberum arbitrium, an non potuit? Si potuisse dicunt: ecce quod est, Crucem Christi evacuare, &c.* Et totus est inde in ostendendo *possibilitatem,& sufficientiam* esse *ex Gratiâ*, & *Gratiam Dei*. Ex quibus patet necessitâtem Divinæ Gratiæ debere reduci ad *operum excellentiam*, & ad *imbecillitatem Naturæ* simpliciter, & antecedenter, nempè ex defectu virium insufficientis, & impotentis ad opus, ad quod requiritur à Patribus Auxilium Gratiæ. Non ergo dubitari potest de veritate majoris.

250 Probo jam minorem, primò: Cogitatio naturalis honesta congrua, ut contradistinguitur à sufficienti, non dat *posse*, sed *actum*; nec pertinet ad *actum primum*, sed ad *secundum*, per quem redditur congrua: sed per vos solùm est Gratia ut contradistinguitur à sufficienti: ergo solùm est gratia, *ut* nec dat *posse*, sed supponit: ergo solùm est Gratia, ut nequeat esse Gratia Theologica. Secundò: Cogitatio naturalis honesta congrua, quâ talis, nullum tollit defectum virium per se indebitarum Naturæ: ergo nullas addit vires, quæ per se Naturæ non sint debitæ: vires enim omnes consistunt in ipsâ cogitatione præcisim à ratione congruitatis. Atqui Naturæ debetur cogitatio præcisim à congruitate: debetur enim ipsa sufficientia, ut evicimus *supra à nu.* 43. ergo seorsim à cogitatione congruâ potest æquè natura bonum ipsum, ad quod requiri dicitur ipsa cogitatio congrua: ergo seorsim ab ullâ gratiâ potest æquè Natura ex sibi debitis bonum ipsum, ad quod requiri creditur ipsa Gratia: quod apertè contradicit Patribus, & Conciliis, & Scripturis. Hinc, opinor, ansam arripuerit Pater Gaspar Hurtado, ut diceret cogitationem ipsam sufficientem naturalem dici debere, & esse Gratiam. Verùm idsatis repressimus *loco citato*, & à nullo Theologo dicendum, jure putat Eximius Doctor.

Suprà in hoc lib. à num. 43.

Gaspar Hurtad.

P. Suarez Confirmatur.

251 Confirmatur, & illustratur argumenti vis, quam censeo summam. Tanta est necessitas Gratiæ, quam Patres asserunt contra Pelagium, ut sine ipsâ nullibi Deus videat sufficientiâ ad opus, ad quod requiritur: alioqui videret posse *Salutariter operari sine Gratiâ*, & esse *sufficientes nos ex nobis*, nec esse sufficientiam nostram ex Deo contra Apost. 2. *Corinth.* 3. Sed sine cogitatione honestâ congruâ videt Deus sufficientiam ad opus, ad quod requiritur: ergo cogitatio honesta congrua nõ est Gratia, quam Patres asserunt contra Pelagium: ergo neque Gratia Theologica. Probatur minor: tum in statu absoluto: in quo ex parte actûs primi præscinditur ab actu secundo, atque adeò à congruitate; præscindi tamen non potest à sufficientiâ ad operandum. Tùm etiam urgentiùs in statu conditionato: in quo videri non potest ex parte hypothesis necessariò dicentis sufficientiam ad opus honestum, quidquam congruitatis, aut specialis beneficii provenientis ex ipsâ Scientiâ Mediâ: alioqui se videret Scientia Media ex parte suæ hypothesis, quod repugnat, ut *lib. 5. & 6.* latè monstratum est.

2. *Corinth.* 3.

252 Illustratur etiam aliter: Talis est necessitas Gratiæ Theologicæ, ut mero libito creaturæ nequeat esse possibile, ut sit sine Gratiâ opus, ad quod ipsa requiritur: sed si cogitatio naturalis honesta congrua esset Theologica Gratia, posset esse ex mero libito Creaturæ possibile, ut esset sine Gratiâ opus ipsum, ad quod requiritur: quod ostendo: nam in sententiâ communiori, & *verâ* Societatis, physicè non est impossibile, quòd homo consentiat omnibus, & singulis auxiliis, & cogitationibus honestis naturalibus, quibus instrui potest ad operandum. Iam sic: si omnis cogitatio honesta futura esset congrua, nulla esset ratione congruitatis specialis Gratia; cum nulla esset electio cogitationis congruæ præ incongruâ; sed physicè ex mero libito Creaturæ non est impossibile, quòd omnis cogitatio honesta sit congrua: ergo neque physicè est impossibile, quòd ex mero libito Creaturæ sit opus sine Gratiâ, ad quod ipsa requiritur Gratia.

Suprà lib. 8. à nu. 53.

Et Illustratur.

253 Ostendo tertiò: Auxilium Gratiæ Theologicæ est donum, quod negabat Pelagius, & contra ipsum asserebant Patres Ecclesiæ: sed Pelagius nõ negabat cogitationé naturalem honestã congruã ad actus salutares: ergo cogitatio naturalis honesta congrua non est auxilium Theologicæ Gratiæ. Probatur minor. Pelagius enim *imprimis* non negavit in nobis cogitationes repræsentantes honestatem

Probatur tertiò: ex errore Pelagii.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

statem virtutis: *Nec* deinde negavit plures à nobis sic illuminatis elici liberè actus virtuosos; *neque* demum negavit eas cogitationes specialiter provisas à Deo ex prædispositio rerum occursu, & ordine: sed qui nihil horum negavit, planè admisit cogitationem honestam congruam: ergo Pelagius non negabat cogitationem naturalem honestam congruã. Minor est evidens.

Ex Aug.

254 Major autem ostenditur. Tùm quia neque credendus est adeò desipuisse Pelagius, ingeniosus alioqui vir juxta Augustinum, ut dixerit amari posse honestatem, non præcedente illustratione; aut rerum dispositionem sine Dei providentiâ, inductam esse fatali quadam necessitate naturæ. Tùm quia testes habet suæ Doctrinæ omni exceptione majores. Habet Augustinum *lib. 1. de Grat. cap. 7.* apud quem inquit: *Adjuvat nos Deus, dum cordis nostri oculos aperit, dum nobis, ne præsentibus occupemur, futura demonstrat: dum diaboli pandit insidias, & nos dono gratiæ cœlestis illuminat.* Et paulò inferiùs: *dum nobis suadet, quod bonum est.* Habet etiam Prosperum *epist. ad Ruffinum*, apud quem dicit: *Gratiam esse Magistram liberi arbitrii per cohortationem, per legem, per doctrinam, per creaturas, per contemplationem.* Habet denique Orosium *in Dialogo*, apud quem inquit, *Gratiam consistere in solo naturali bono, & in libero arbitrio, & in hoc ordine, quem Natura bene institutæ custodit: hoc enim modo Deus elementariis semel cursibus constitutis, facit inde quæ facit.* Hæc Pelagius.

Pelagii verba ex Augustin.

Prospero.

Orosio.

Formatur Ratio.

255 Vnde sic arguo: Cogitatio naturalis, per quam Deus nos illuminat, & suadet nobis, quod bonum est, provisa à Deo per elementarios rerum cursus est, cogitatio naturalis honesta congrua, quam Pelagius admittit ut Gratiam Dei; sed nihilominùs Pelagius negat Gratiam assertam à Patribus; alioqui non fuisset hæreticus, ut damnatur: ergo cogitatio naturalis honesta congrua non est Gratia asserta à Patribus contra Pelagium: ergo neque Gratia Theologica, nec dogmatica. Videre ergo desidero in quo differat à Pelagio discursus Vazquistarum penès hanc naturalem cogitationem honestam congruam.

Prima responsio reprimitur.

256 Respondebis primò: Pelagium non admisisse cogitationes hujusmodi congruas ex Christi meritis, atque adeò nec supernaturales extrinsecè, & quoad modum: Secùs, Vazquez. Contra primò: ergo totam realitatem Divinæ Gratiæ admittebat Pelagius, quam asserebant Patres; totumque perinde dissidium inter Ecclesiam, & Pelagium unicè stetit in nomine, non in re. Vnde quod Theologi modò disputant de bonis creationis, an ex meritis Christi dentur, an secùs; an ex fine gloriæ, an ex alio fine; contendissent Patres contra Pelagium: quod unicè fuisset disputasse de solâ extrinsecâ denominatione: quod incredibile omninò est: alioqui sola hæc extrinseca denominatio redderet bona naturæ Gratiam Theologicam: quod est absurdo majus. Secundò: quia teste Augustino *lib. 1. de Gratia Christi cap. 37. 38. & 39.* non negavit Pelagius denominationes hujusmodi; fatebatur enim, dari Gratiam, quam admittebat, ex Christi meritis, & ex fine gloriæ: ajebat enim: *Nos per Christi Gratiam in meliorem hominem relatos, & ipsius Sanguine ad perfectionem incitatos esse justitiæ.* Non ergo locum habet ista responsio.

Augustin.

Secunda reprimitur.

257 Respondebis secundò: Pelagium non agnovisse in his cogitationibus congruis beneficium distinctum à dono creationis; secus, Vazquez. Contra primò: ergo disputatio totius Ecclesiæ cum Pelagio non excedit terminos catholicæ controversiæ, qualis fuit inter ipsum Vazquez, & Suarez; fatentem illum, cogitationem honestam congruam esse beneficium extra ordinem creationis; hunc, negantem: non ergo fuit, cur Pelagius diceretur hæreticus: quod quis asserat? Secundò: quia vel donum creationis physicè pro actione productivâ sumitur; vel pro donis annexis huic ordini rerum, quem, creationis donum amplectitur. Si primum: semper distinxit ab actione hominis creativâ beneficium cogitationis honestæ Pelagius. Si secundum: falsum assumitur, ut probavimus; nec erat dissidium, in quo doctrina Catholica in discrimen abiret erroris. Nec ergo locum habet ista responsio.

Tertia etiam reprimitur.

258 Respondebis tertiò: Pelagium solùm agnovisse externam gratiam in lege, & doctrinâ extrinsecus sonante constitutam, aut, esto internam admisse-

rit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

rit, eam non agnovisse practicam, sed merè speculativam: Secùs, Vazquez. Contra primò: nam licèt Pelagius non agnoverit Gratiam intrinsecè supernaturalem: at naturalem internè proponentem virtutis honestatem admisit ex *num.* 254 Imò, quod est notandum maximè, ideò dicitur Pelagius negavisse internam Gratiam, quia solùm admisit cogitationes annexas externo rerum ministerio, & connaturaliter subsecutas ex occursu rerum; & elementariis semel cursibus constitutis; quasi talis gratia simpliciter externa sit, nec moraliter ab externâ legis & Doctrinæ propositione dividua *in esse doni*: ergo Gratia, quæ per se potest cadere in exigentiam rerum conditarum, non est Gratia quam requirebat Ecclesia contra Pelagium: ergo solùm requirebatur Gratia non annexa rerum occursibus, sed ex Dei misericordiâ veniens ultra debitum, qualis quidem non est omnis congrua cogitatio naturalis. Secundò: quia cogitatio ita mentis illuminativa, ut suadeat quod bonum est, non est merè speculativa, sed practica; at cogitationem hujusmodi Pelagius concedebat Augustino juxta *num. eundem* 254. ergo nec etiam potest habere locum ista responsio.

Quarta: & probabilior, ex mente P. Vazquez.

259 Respondebis quartò: Pelagium, licèt admiserit cogitationem honestam congruam, in eo erasse, damnatumque, quòd Gratiam entitativè supernam negaverit esse necessariam ad salutem: at Vazquez, licèt eam cogitationem honestam strictè vocet auxilium Gratiæ, non negare Gratiam altioris ordinis ad actus salutares intrinsecè supernaturales. Ista responsio videtur esse verosimiliot, & habere fundamentum in Suarez *lib.* 3. *cap.* 10. nisi consequentiùs explicetur, ut faciam *infrà*. Impugno nunc sic: Si Patres, & Concilia comprehendissent inter auxilia Gratiæ cogitationes naturales honestas congruas, nulla potest ex Patribus probari supernaturalitas Auxiliorum intrinseca: ergo vel cogitatio naturalis honesta congrua non est Gratia Theologica, vel alia non est ex discursu Patrum: ergo nullum potest habere locum ista responsio. Probatur antecedens: Phrases, quibus explicant Patres, & Concilia Auxilia Gratiæ, hinc, & inde colligendas, & repræsentandas

Infrà nu. 268.

Reprimitur ex SS. PP. mête.

num. 264. vel impler cogitatio naturalis honesta congrua, vel non implet? Si secundum: ergo non significatur à Patribus loquentibus de Divinâ Gratiâ, cogitatio naturalis honesta congrua: quod intendimus: si ergo primum: ergo sit satis Patribus loquentibus de Divinâ Gratiâ per cogitationem naturalem honestam congruam: ergo non potest ex Patribus colligi supernaturalitas ulla intrinseca Divinæ Gratiæ.

Replica

260 Dicis supernaturalitas intrinseca aliunde colligitur: nempè ex eo, quòd Patres admittant actus salutares, & meritorios, intrinsecè supernaturales. Contra: quia cùm Patres apertè non distinxerint inter supernaturales actus, & naturales sub his terminis, sed inter actus conducentes, & non conducentes ad salutem; si semel Patribus, communique locutionibus de Divinâ Gratiâ satisfiat per cogitationes entitativè naturales, non est cur actus conducentes ad salutem non sint entitativè naturales: ergo nulla ex parte colligi potest supernaturalitas intrinseca Gratiæ, si semel admittatur, *ut Gratia Theologica*, Gratia naturalis. Antecedens probatur; quia ad actus salutares non requiritur alia Gratia, quam asserta à Patribus contra Pelagium; sed Gratia asserta à Patribus contra Pelagium est entitativè naturalis; cùm per eam fiat satis assertionibus, & locutionibus Patrum, ergo ad actus salutares non requiritur alia Gratia, quàm entitativè naturalis: cur ergo ipsi debeant esse supernaturales? Confirmatur: quia Theologi inde colligunt supernaturalitatem meriti, & habitûs ad ipsum infusi, quòd locutiones Patrum requirant auxilia independentia à causis naturalibus, unicè à Deo pendentia, & specialiter donata ab Spiritu Sancto; qui loquendi modi entitatem supernaturalem insinuant: priùs ergo videnda est supernaturalitas auxiliorum, quàm inferatur supernaturalitas actuum, & habituum. Sed per vos ex locutionibus Patrum de Divinâ Gratiâ colligi non potest ulla Gratia ultra naturalem: ergo nec ullus actus, & habitus ultra naturales: pejor est igitur præcedentibus ista responsio.

Solvitur, & intercipitur.

Probatur quartò ex Absurdis.

261 Ostendo quartò, *per absurda*, quæ declarent quanti momenti sit sententia, quam defendimus. *Primum* sit: Initium humanæ salutis fundandum in solâ Naturâ: quod Semipelagianum est; & probo sequi: nam cogitatio naturalis honesta congrua dat salutis initium, juxta Vazquez; & à Vazquistis nisi cum inconsequentiâ negari nequit: nam quænam alia gratia, necessaria sit ad salutis initium, quàm Theologica? Et quodnam aliud auxilium, quàm quod à Patribus contra Pelagium asserebatur? Atqui naturalis honesta cogitatio congrua fundatur in solâ naturâ: ergo & humanæ salutis initium. Probatur minor: nam cogitatio naturalis honesta congrua non sumit congruitatem ex antecedente auxilio indebito, sed à dominio naturali voluntatis. Vrgetur primò: Cogitatio naturalis præcisim à congruitate, & à prævisione congruitatis est indifferens ad utrumlibet; atque adeò non est indebita Naturæ Rationali, cui ex creationis jure debetur sufficientia ad bonum; atqui congruitas est à potentiâ naturali determinante liberè vires alioqui debitas: ergo tota ratio gratiæ cogitationis honestæ congruæ fundatur in solâ naturâ. Vrgetur secundò: Cogitatio naturalis honesta congrua, si prævisa non esset congrua, esset Naturæ debita, vel saltem non esset indebita: ergo quòd sit indebita, venit à congruitate. Sed congruitas habet originem à Naturâ. Hinc

Primum:

Secundum:

262 *Secundum* absurdum sit: nam saltem in hac Sententiâ homo seorsim ab ullo indebito auxilio habet ex ipso jure Creationis completum, & proximum principium ad inchoandam salutem: contra quod clamant Scripturæ, Concilia, & Patres. Sequela verò patet: quia per vos cogitatio naturalis honesta congrua sufficit ad salutis initium; sed voluntas cum cogitatione sufficienti sibi debitâ, potest eam facere congruam; alioqui non esset proximè libera: ergo potest facere seorsim ab auxilio indebito, quod sufficit ad inchoandam salutem. Nec recurras ad impotentiam consequentem. Primò: quia hæc est impotentia *secundum quid*, & quam Pelagius non negabat. Secundò: quia eam potentiam negant Concilia, & Patres ad inchoandam propriis viribus salutem, quam negant ad assequendam justificationis Gratiam; eodem enim modo loquuntur Tridentini *Sess.* 6. *cap.* 3. &

Trident.

Arausicanum *can.* 7. & 8. atqui ad assequendam justificationis Gratiam negant utramque potentiam antecedentem, & consequentem: ergo & ad Salutem propriis viribus inchoandam.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Arausic.

263 *Tertium* absurdum sit: homo in purâ Naturâ constitutus careret omni actu honesto: quia careret Gratiâ; unde nec diligeret Deum, nec Patriam, nec Parentes, nec Amicos. *Quartum*: Etiam Angeli in purâ Naturâ constituti laborarent hoc malo; cùm alioqui juxta Thomistas & alios concedatur ipsis ratione naturalis excellentiæ impeccabilitas circa finem naturalem. *Quintum*: Neque homo justus, alioqui donis Supernis instructus, sine gratiâ novâ quidquam boni faceret. *Sextum*: Iusti, ac obstinati in malo æquè forent in sensu Patrum debiles ad præcepta servanda, seorsim a novo beneficio: cùm omnibus insit sine congruâ cogitatione debilitas consequens; & illa nemini debeatur. *Septimum*: demeruissemus ob peccatum originale omne genus cogitationis honestæ congruæ: Unde Pueri sine baptismo decedentes, quibus per nullum medium applicatur fructus Redemptionis, nullumque perinde solvitur peccati debitum, carerent in æternum omni cogitatione honestâ congruâ; quod incredibile mihi est, & jam artigi *suprà num.* 54. Patet ergo sententiam tot absurdis obnoxiam, veram esse non posse.

Tertium:

Quartum:

Quintum:

Sextum:

Septimũ.

Sup. nu. 54

§. III.

GRATIA THEOLOGICA, SEV DOGmatica, supernaturalis est quoad substantiam.

Conclusio tertia Principalis. Ex mente, quam per hæc vides, SS. Patrũ.

164 Est illatio legitima ex *hucusque* præmissis: quam ut alterius firmem, repræsentabo loquendi formulas, quibus exponunt *excellentiam* Catholicæ Gratiæ Concilia, & Patres, ut inde sumam *Decretorium* argumentum. Illæ sic habent: Fit *per Gratiam Christi*: fit per *Christi Redemptionem*; fit *per infusionem*; per *inspirationem*; per *illuminationem*; sive *illustrationem*; per *operationem* Dei, vel *Spiritûs Sancti*; per *Gratiam prævenientem*; per *misericordiam prævenientem*; per *vocationem*, aut *exhortationem Dei*; est *donum Dei*, seu *Spiritûs Sancti*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

moventis: non est nostrum: totum est Dei: non redditur nobis, sed *donatur*: non obtinetur *per liberum arbitrium*, aut *per humanos conatus*, aut *per vires naturales*; *absque Gratiâ ad illam actionem eliciendam infirmum, & invalidum*, & non liberum est arbitrium *sine Gratiâ*: *Voluntas præparatur à Domino* dante suavitatem: *Deus præstat ut velimus: non est volentis, nec currentis: nullus se ipsum ab alio discernit per bona opera*: ideò de illis *non est gloriandum*: Deus *bonam actionem operatur in nobis*: agit nos ad illam *per unctionem Spiritûs Sancti*, per *subministrationem Spiritûs*: Non est *ex humanâ Naturâ, sed ex Deo*: nec *ex debito*, sed *ex Gratiâ, & Misericordiâ Dei*; *non est opus humanum, sed Divinum*: non fit *ex sufficientiâ nostrâ*; nec ex viribus, aut conatibus nostris: sed *virtute Altissimi, digito, & dextra Dei*. Non obtinetur per extrinseca subsidia Creaturarum, & dependenter à sensibus, sed *per Spiritum Sanctum*. Per has, & similes locutiones explicant Gratiam Theologicam, & catholicè defensam contra Pelagium, Summi Pontifices, Concilia, & Patres ex Divinis Scripturis. Inde sit

Illustratur primò:

265 Prima probatio Conclusionis: Arguo sic: Vel aliquod entitativè naturale ita implet has locutiones Patrum, ut eo concesso, censeatur esse jam datum, quod significatur à Patribus per illas voces, esse auxilium Divinæ Gratiæ; Vel non? Si primum: ergo donum aliquod entitativè naturale sufficit *ad credendum sperandum, diligendum, & pœnitendum sicut oportet.*, & ad totum augmentum Gratiæ, & meritorum. Probo consequentiam: quia per te per illud donum entitativè naturale, jam est concessum quidquid à Patribus significatur per illas voces, per quas explicant auxilium Gratiæ, quod requirunt: nec apud ullum è Patribus, & Conciliis requiritur altioris ordinis Gratia, quàm significata per illas voces. *Sequela* verò *intolerabilis est*. Si ergo secundum: ergo licèt ponas, concedi quodvis donum entitativè naturale, adhuc non est datum auxilium Gratiæ, quod per illas voces significatur à Patribus: ergo requiritur ab ipsis auxilium altius omni dono entitativè naturali. Sed nec apud Patres, nec Concilia invenitur aliud inferioris Gratiæ genus, quàm quod significatur per illas voces: ergo omnis Gratia, quam significant Sancti Patres, & inde Theologi *Theologicam, & Dogmaticam* vocant, est altior dono quovis entitativè naturali: ergo & quoad substantiam supernaturalis.

Et secundò à priori.

266 Secunda probatio sit à priori, & in hunc modum: Actus salutares sunt apti ex se ad felicitatem æternam Creaturæ Rationalis: ergo sunt de ordine felicitatis extra Deum: ergo sunt supernaturales quoad substantiam. Hæc videntur esse vera, si antecedens constet: quod inde suadetur: quòd sicut Deus ex providentiâ naturali disposuit ad finem naturalem media ex se apta consecutioni præfixi finis; à fortiori disposuerit ex supernaturali Providentiâ, quæ perfectior est, ad supernaturalem finem media ex se conducentia. Nunc sic: Non solùm debent esse proportionata finibus media, sed principia mediis; atqui Fini supernaturali quoad substantiam, qualis est æterna felicitas, solùm possunt esse proportionata media supernaturalia: ergo similiter solùm possunt cum hujusmodi mediis proportionari principia, quæ supernaturalia sint. Et ratio est: quia sicut media in se improportionata cum fine, sunt eò ipsò ad finem impertinentia; ita pariter si principia non attingant proportionem medii, nequeunt ejus in se cõtinere perfectionem, atque adeò nec dare: *nemo enim dat quod non habet*: unde redduntur, & ad media, & ad finem impertinentia. Sed auxilia Divinæ Gratiæ sunt principia maximè pertinentia ad media, quibus assequimur supernum finem: ergo non minùs esse debent supernaturalia, quàm Media, & Finis. Qui discursus eò mihi probabilior est, quò magis exprimit mentem Angelici Præceptoris, ex quo sumo 1. 2. *quæst.* 109. *art.* 5. 0. Multa tem in hanc *in 1. 2. tractatu 3.*

S. Thomas.

267 Ex disputatis hucusque *tria* fiunt. *Primum*: Omnia, & singula auxilia Gratiæ internæ, quæ *Dogmatica* sit, esse supernaturalia quoad substantiam: undefallitur Alvarez, qui contentus supernaturalitate primi auxilii, cætera subsequentia permittit entitativè naturalia in negotio salutis nostræ. Fallitur Amicus, qui cætera subsequentia auxilia supernaturalizat intrinsecè, præter primum.

Corollar. primum:

Contra Alvarez: Amic. & Koninch.

mum. Fallitur Koninch, qui meritum condignum entitativè supernaturale fatetur ex gratiâ supernaturali; congruum verò, naturale, & ex gratiâ entitativè naturali propugnat. Ratio illationis est: quia ex Patribus nulla potest, (nisi liberè) præsumi disparitas, cur in singulis Gratiæ auxiliis, non servetur idem Doctrinæ tenor.

Secùdum:

268 *Alterum*: Non omnia, quæ *ex Christi meritis* dantur, & ex ordinatione ad supernum finem, censeri eò ipsò debere Gratiam *Theologicam, & dogmaticam*. Tùm quia ea extrinseca denominatio non facit dona simpliciter indebita naturæ: nam plura, quæ Naturæ debentur, ut indoles, sufficientia, bonaque alia corporis, & animæ, possunt ex eâ relatione, & fine concedi. Tùm etiam: quia aliàs ipsa creatio, quæ potest esse, & juxta plures quos *lib.* 7. *à num.* 211. secuti nos sumus, est Prædestinationis effectus, esset Gratia Theologica. Unde sunt dona, quæ per se sunt indebita, & per se pendent *ex Christi meritis*, & per se conducunt ad salutem; & hæc sunt *Theologica Gratia*: alia sunt, quæ peraccidens sunt *ex Christi meritis*, & extrinsecè ordinantur ad supernum finem: & hæc quoad se manent vel intra lineam bonorum, quæ ad creationem pertinent, vel in linea *Gratiæ Philosophicæ*: Extrinsecè tamen indebita sunt, supernaturalia sunt, & Gratia Theologica *secundum quid*. Et sic intelligo Patrem Suarez tùm *lib.* 1. *cap.* 24. Tùm 3. *cap.* 10. Licèt enim admittat aliqua dona, & auxilia, *ordinis naturalis*, eaque vocet *Gratiam*, non ea censet *Gratiam Theologicam*, de quâ Patres, sed *Philosophicam*: indebitam tamen extrinsecè *ratione modi*, quo confertur, *simpliciter indebiti toti naturæ*. Sic etiam explico Granadum, dum auxilium requirit ad singula opera honesta, quod vocat *Gratiam Providentem*, seu *providentiæ*.

Suprà lib. 7. à num. 211.

Ex quo explicantur Suarez & Granad.

Tertium:

269 *Tertium*: omnes actus honestos, qui per se requiunt *Gratiam Theologicam*, per se conducere ad salutem: quia cùm Patres in eo sint toti, ut probent Gratiam, de quâ lis erat ipsis cum Pelagio, necessariam esse ad bonum, quod salutare sit; si semel admittas ad aliquem actum honestum, necessariam esse *Gratiam Theologicam*; vel infirmas rationem Patrum, vel teneris dicere eum esse *actũ salutarem, & meritorium*. Vnde inconsequenter è Vazquistis aliqui requirunt ad singulos actus honestos etiam naturales Gratiam Theologicam de necesse, & negant ipsis vim merendi, & impetrandi salutariter. Quare cùm actus entitativè naturales eâ Gratiâ Theologicâ non egeant, nec meritorii esse possunt: nec dicendi sunt egere Gratiâ, ut sint: quia licèt aliquomodò sint ex beneficio Dei, vel ratione cogitationis specialiter immissæ, vel ratione protectionis externæ, vel ratione supernaturalis ordinationis, fiunt tamen sine Gratiâ, quam ita vocant *simpliciter* Patres; atque adeò quidquid sine illâ fieri potest, (ne demus ansam æquivocationibus in re gravissimâ,) fassuri sumus fieri posse sine Gratiâ Dei. Non me latet singularis discursus Montoyæ requirentis ad aliquos actus naturales Theologicam Gratiam, & ipsis vim merendi negantis: de cujus discrimine fortè loquar *libro sequenti*. Nunc eamus obviam incusibus Vazquistarum: quibus non parum præsidii jam præoccupavimus §. 1. *per totum*, & ex corollariis *nuper* attactis.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliar.

Montoya.

Suprà à num. 224. & nuper à nu. 267.

SECTIO III.

FIT SATIS OPINIONI CONTRARIÆ: ubi utra de Divinâ Gratiâ melius senserit, & loquatur?

§. I.

ARGVMENTVM PRIMVM AB Authoritate.

Opponitur Augustin. & Prosp.

270 Objicies primò, Authoritatem Augustini, & Prosperi. Ille *lib.* 83. *q.* 68. sic inquit: *Admisericordiam Dei pertinet vocatio. Nunquid ergo latebat Pharaonem, quantum boni consecutæ fuerint terræ illæ per adventum Ioseph? Illius ergo rei gestæ cognitio, vocatio ejus fuit.* Atqui talis rei cognitio non erat supernaturalis intrinsecè, sed historica, & naturalis: ergo vocatio pertinens ad Dei misericordiam, atque adeò Gratia Theologica potest esse naturalis entitativè. Ipse *quæst.* 2. *ad Simplician.* ait, *gratiæ Dei, & non industriæ nostræ tribuendum, cùm ea menti occurrunt, atque*

Augustin. loco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliâr.

que delectant; quibus proficiamus ad Deū: At hic occurſus objectorum naturalis eſt: naturalis eſt ergo Gratia, quâ proficimus ad Deum. Ipſe *epiſt.* 130. narrans quēdam Gentilem nomine Polæmonem, hortante Xenocrate, *factum ex ebrio cōtinentem*, addit: *Quanquam ergo ille non Deo fuerit acquiſitus, ſed tantùm à dominatu luxuriæ liberatus, tamen ne id ipſum quidem, quod melius in eo factum eſt, humano operi tribuerim, ſed Divino:* ergo Gratiæ Theologicæ. At Gentili infuſa non eſt ſupernaturalis Gratia Chriſtianorum: ergo. Ipſe *de Patientiâ cap.* 27. cùm quæſiſſet: *An Patientia, quâ Schiſmaticus, aut hæreticus pœnas tolerat* pro veritate tuendâ, timore æternæ pœnæ, *ſit Dei donum*, affirmat; & diſtinguit inter Divina dona Chriſtianorum, & Divina dona eorum, qui Chriſtiani non ſunt: ergo licèt Chriſtianorum dona ſupernaturalia ſint, non ideò neganda ſunt dona Divinæ Gratiæ naturalia.

Loca Proſperi.

271 Iam Proſper Auguſtino non diſſonat: nam *lib. 6. contra Collat. cap.* 14. loquens *de tractione per Gratiam*, ait: *Trahit ad Deum contemplatio elementorum, omnium, quæ in eis ſunt, ordinatiſſima pulcritudo... trahit rerum geſtarum cognitio, &c.* At contemplatio elementorum, rerum geſtarum cognitio, & ex his diſcurſus ad Deum, opera ſunt intrinſecè Naturalia. Habent ſuam quiſque Symbolam in argumento Vazquez, Torres, Meratius, Amicus, Granado, & Vazquiſtæ Recentes.

Vazquez. Torres. Meratius. Amicus. Granadus. Alii.

Fit ſatis ex dictis à nu. 243. & ex dicēdis lib. ſeq.

272 Reſpondeo ſatis conſtare mihi de Auguſtini, & Proſperi mente ex diſputatis *ſuprà*, eamque clarius aperiendam ex diſputandis *infrà*. Textus, quibus Objectio nititur, fruſtrà ſunt. Primus Auguſtini non eſt de cognitione naturaliter derivatâ ex externâ ſerie rerū, quæ patratæ ſunt in Ægypto poſt adventum Ioſeph: hæc enim cognitio planè hiſtorica & naturalis, nec perinde diſtincta ab externâ propoſitione rerum, quam Pelagius non negabat, non tribueretur ab Auguſtino ſpeciali miſericordiæ, nec diceretur *divina vocatio*: eſt ergo textus de cognitione altioris ordinis, quam Pharaoni Deus immiſit, externè ſemel propoſitis objectis hiſtoriæ, ſed ab ipſis independenti: ſic enim addit Auguſtinus: *Hæc autem vocatio, quæ per temporum opportunitates operatur, altæ, & profundæ ordinationis eſt*: eſt ergo altioris ordinis, quàm quæ ſubſequitur naturaliter ex occurſu rerum.

Ex ſimili.

In ſecūdo.

273 Secundus textus aut non loquitur de Auxiliante Gratia internâ, ſed de Gratiâ protectionis externæ, quâ Deus Naturam ipſam perficit, offerendo per occurſum rerum cadentem intra Creationis beneficium, cogitationes honeſtas naturales; aut ſi loquitur (quod ipſe reor) de Theologicâ Gratiâ, non loquitur de cognitione naturali, quam in nobis ingenerat ſenſibilis occurſus rerum: hanc enim Pelagius non negabat; ſed de ſupernaturali cognitione, quâ Deus pro rerum occurrentium opportunitate nos vocat, ut proficiendo accedamus ad ipſum.

In tertio ſatis celebri: de quo infrà num. 285. & lib. 11. à nu. 161. & à num. 227. Ripalda. Infrà ſpecialiter lib. 11. à nu. 161. & à nu. 215.

274 Ad tertium textum de Polæmone concedit Ripalda *num.* 76. victoriam illam ebrietatis ſupernaturalem fuiſſe, & ex Gratiâ ſimpliciter Theologicâ. Neque credendum putat negari Gentilibus auxilia ſupernaturalia, quibus, dum aliunde per externas cauſas promoventur ad bonum, ſalutariter accedere poſſint ad Deum. Verùm longè ab Auguſtini mente, qui ſatis innuit, ſi evolvatur attentiùs, eam Polæmonis continentiam nec fuiſſe ſalutarem, nec aliter Deo tribuendam, quàm ut Perfectori Naturæ. Sumit enim Auguſtinus exemplum à bonis Creationis, & inde deducit tribuendam eam Deo: Tùm quia omne bonum à Deo eſt. Tùm ratione ſimultanei concurſūs adjuncti Generali Dei voluntati bonum intendenti: idque contra Pelagium auſum dicere non magis eſſe ex Deo bona, quàm mala. Quare textus iſto nobis nocere non poteſt; imò favet impensè contra Vazquez, cùm inde fateri debeat cogitationem honeſtam congruā: & tamen nullam ex Auguſtino Gratiam Theologicam: quem ſenſum debere me fateor P. Suarez *lib. 1. cap. 7. & 20. nu. 16. nu. 21. & cap. 21. nu.* 8. & Ruizio de Montoyâ *de Voluntate diſp. 36. ſect. 4. num. 8. & 9.*

Nota ex P. Suarez & Ruiz.

In quarto Suarez.

275 Quartus ille textus de Patientiâ ſolùm intendit juxta magnum Suarez etiam in Hæreticis, & Schiſmaticis tribuendas eſſe Deo actiones bonas, eſſeque Dei Providentis dona; longè tamen aliter ac in Chriſtianis; nam in illis ſterilitā

Ripalda

tilia ſunt, atque adeò ex philoſophicâ ſolùm gratia; in iſtis, ex Theologicâ Gratiâ, Salutaria. Ripalda *diſp. 20. ſect. 9. nu. 79. & diſp. 131. ſect. 5.* ſecùs interpretatur: cenſet enim ea bona præſtari ab Schiſmaticis, & hæreticis ex Supernaturali Auxilio, quo ad Fidei, quam deſeruerunt, amplexum vocantur hi Prodigi à Cœleſti Patre. Quòd ſi diſcrimen in donis innuit Auguſtinus, illud eſt, quòd Eccleſiæ Filiis ea bona proveniunt ex hæreditario jure; ſpuriis verò, utpote exhæredatis, dum ab Eccleſiæ clauſtris exulant, alio titulo concedi debent, ut ad deperditam hæreditatem redire poſſint. De fundamento principali P. Ripaldæ dicetur *in loco.*

Infrà lib. 11. à num. 149.

Proſperi Mens.

276 Denique Proſper per omnia cōformis Auguſtino, intelligendus eſt de cognitionibus, quas ad occurſum mundi viſibilis excitat ſpecialiter Deus. Licèt enim creaturæ, quaſi gradus ſint, quibus mens noſtra naturaliter aſcendat ad cognitionem Dei: naturalis illa cognitio nō excedit beneficium creationis; proderitque ut Nativas vires exerat Voluntas in obſequium Conditoris; ut tamen Deum attingat acceſſu ſalutari, non proderit: alia ergo eſt altioris ordinis contemplatio', quâde loquitur Proſper: quæ ex eo cenſetur eſſe Naturalis (cùm alioqui ſuperna ſit) quòd excitatur à Deo ad occurſum rerum, quæ vel excitant etiam, vel excitarent in intellectu per miniſteria ſenſuum cogitationes naturales bonas. Quòd autem hæc Proſperi mens, *ex his, quæ addit*, apertè colligere pronum eſt. Quidquòd cogitationes iſtæ bonæ, licèt naturales, poſſunt *aliquomodò* dici *vocatio Dei*, non quia per ſe conducant ad ſalutem, ſeu quod ut *lib. 9.* dictum eſt *à nu. 154. & 165.* peraccidens illi favent *removendo prohibens*: influunt enim in actum honeſtum, qui, licèt non ſit in ſe ſalutaris, prohibet affectum peccaminoſum, quo ſalutaris omninò prohiberetur.

Suprà lib. 9. à num. 154. & 165.

§. II.

Alia duo argumenta à ratione.

Objectio.

277 Objicies ſecundò: Auxilia Gratiæ Theologicæ ſunt de Fide contra Pelagium; atqui Auxilia intrinſecè ſupernaturalia non ſunt de Fide, ſed merè probabilia: ergo Auxilia Gratiæ Theologicæ non ſunt intrinſecè ſupernaturalia: definiretur enim res certa per incerta principia: quod repugnat. Sic arguit Pater Torres, omninò fruſtrà: poſſeteque in omnibus, quæ Theologicæ diſputationi ſubjacent, ſic ludendo diſcurrere: nam de Fide eſt Prædeſtinationem eſſe; at Prædeſtinationem ex intellectûs, & voluntatis actu conſtitui ſolùm probabile eſt: ergo. De Fide eſt ſecundam Perſonā eſſe Filium; at Filium eſſe ex hoc vel illo modo habendi Naturam, probabile: ergo. De Fide eſt Verbum aſſumpſiſſe Humanitatem; at aſſumpſiſſe per ſuperadditam unionem, probabile: ergo. Itaque ſupponenda eſt rerum exiſtentia ex Fide, quia eam certò revelavit Deus, aut propoſuit credendam Eccleſia. Cæterùm cujuſmodi res iſtæ ſint, Diſputationi relinquitur Theologorum, qui collatis inter ſe rerum prædicatis, quæ ex Fide noverint, Conciliorum, & Patrum, quorum *per ora loquitur nobiſcum Deus*, ſenſibus, & rationibus, illud aſſerant, quod rei, Conciliis, & Patribus magis conforme ſit, atque adeò probabilius. Id quod præſtitimus ipſi in præſenti controverſiâ. Vnde diſtinguo minōrem, æquivocatione pleniſſimam: Auxilia, quæ nos ſupernaturalia probabiliſſimè dicimus, non ſunt de Fide, nego; auxilia, quæ nos dicimus probabiliſſimè ſupernaturalia, non eſt de fide, quòd ſint, qualia nos ipſi dicimus, cōcedo: & nego conſequentiam.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliâr. P. Torres.

Nulla eſt

Scopus Scholaſticæ Diſceptationis.

278 Objicies tertiò: Ad Vincendam gravem tentationem, ad adimpletionem totius legis Naturalis; ad eliciendos actus heroicos virtutum Moralium adquiſitarum, requiritur Gratia Theologica; ſed ad hæc non requiritur Gratia entitativè ſupernaturalis: ergo datur Gratia, quæ Theologica ſit, & quæ non ſit ſupernaturalis entitativè: ergo quæ ſit entitativè naturalis. Conſequentiæ bonæ ſunt: & oſtenditur minor. Ad actus entitativè naturales non requiritur Gratia ſupernaturalis intrinſecè; cùm illa ſit ultra proportionem illorum; ſed Victoria gravis tentationis, adimpletio totius legis naturalis, præſtari poſſunt per actus naturales, in quorum etiam ordine ſunt actiones heroicæ virtutum adquiſitarum: ergo ad hæc non requiritur Gra-

Objectio tertia gravis.

In Primâ par. & in 1.2. *Tract.* 3. *de Deo Auxiliat.*

Gratia ſupernaturalis entitativè. Minor videtur nota : nam imprimis urgente tentatione, quantumvis gravi, victor erit qui naturali ſe diſſenſu cohibeat. Deinde lex naturalis niſi ad actus naturales per ſe loquendo non obligat. Demum actus virtutum planè heroici, præſtiti ſunt nõ ſemel à Gentilibus nulla ſupernaturalitatis luce manuducti ; atque adeò naturales entitativè: ergo per vires entitativè naturales poni poſſunt victoria tentationis gravis, legis naturalis implerio, & actuum heroicorum excellentia : qui ſcopus erat primæ Minoris. Major verò primi ſyllogiſmi eâ Authoritatis Sacræ vi munitur à Vazquez, ut reddat moraliter certam, & exinde argumentum valde difficile : de quo nos plenius *lib.* 11. *ſeq. à nu.*149. Singularem illi ſolutionem apponit Pater Ripalda ex doctrinâ ſingulari ſuâ, de quâ nos *ibi à nu.* 154. & magis inopinabilem, alii, de quibus, etiã in eodem *lib.* 11. *à nu.*215.

Infrà lib. 11. *à num.* 149.

*Ripalda. de quo ibi à nu.*154. *& alii à num.*215.

Notãda ad ſolutionẽ.

279 Vt *ſolutio communis* explicetur, ſupponenda ſunt *duo. Primum* ex Sancto Thomâ : alterum ex communi ſenſu Patrum contra errores Pelagii. *Illud* eſt, quòd ille *propriè vincit peccatum, qui poteſt pertingere ad hoc contra quod eſt pugna peccati*: *hoc autem non poteſt eſſe, niſi in eo, qui opus meritorium operatur: unde talis victoria vitam æternam meretur, & ſine gratiâ non ſit.* Hæc ſunt verba Doctoris Angelici *in* 2. *diſtinct.* 28. *art.* 2. *ad* 6. Ex quibus manifeſtè fit *ex tribus* modis, quibus poteſt homo repellere tentationem, *primo* per actum malum, ut quando ex vanâ gloriâ reſiſtit tentationi luxuriæ; *altero*, per actum naturalem omiſsivum, vel impeditivum peccaminoſi conſenſus: *tertio* per actum ſalutarem, & meritorium ; *ſolum hunc* propriè & abſolutè poſſe dici victoriam tentationis : nam qui peccando reſiſtit, potiùs vincitur malo, quàm vincit ; qui verò naturaliter diſſentiendo ſe habet, reſiſtit potiùs malo, quàm vincit : Quæ ſingula docent ibi poſt Sanctum Thomam Bonaventura, & Richardus ; & confirmat eximiè Noſter Doctor *lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 4. ex illo Auguſtini *lib.* 21. *de Civit. Dei cap.*16. *Tunc vitia vitia deputanda ſunt, cùm Dei amore vincuntur* : Quoniam (ut habet *lib.* 3. *contra duas Epiſt. Pelag. cap.* 4.) *carnalis cupiditas, cupiditate alia non ſanatur.*

Ex Sancto Thomâ, & ex SS. PP.

Triplex modus non cedendi.

Bonavent. Richardus P. Suarez Ex Auguſt

Mens SS. PP. in præſenti.

280 Alterum eſt: Patres requirentes gratiam *pro victoriâ tentationum* non loqui de quovis modo vincendi tentationem : nam ille, quo repellitur actu peccaminoſo tentatio, Gratiam non requirit; ſed loqui de illo modo vincendi, qui poſsit propriè dici victoria tentationis, atque adeò de victoriâ ſalutari juxta *nu. præced.* Qui modus interpretandi *multiplici* conjecturâ firmatur. *Prima*; nã Patres ita requirunt gratiæ neceſsitatem, ut ea ſit ad ſimpliciter poſſe : unde ſine gratiâ debet ex ipſis Patribus colligi talis debilitas in Naturâ, ut phyſicè ſit etiã impotens. At ſolùm ad victoriam ſalutarem eſt impotens phyſicè humana Natura: nam ad aliud vincendi genus ſolùm poteſt dici difficilis : alioqui non peccaret ſuccumbendo. Patres ergo de Victoriâ ſalutari loquuntur. *Secunda*: nam Patres communiter explicare ſe ſolent per illas voces *ad vincendum prout oportet, ſalutariter, conducenter ad vitam æternam* : hæ autem voces planè ſunt de ſalutari victoriâ. *Tertia*; nam Patres ita loquuntur de declinatione à malo, ut fiat bonum : *bonum* autem *ſimpliciter dictum* in ſenſu Patrum, *ſalutare*, eſt quòd *infrà* notabo. Sufficiat modo S. Auguſtinus *lib.* 4. *contra Iulian. cap.* 3. *Scito, nos illud opus bonum dicere, per quod ſolum homo poteſt ad æternum Dei donum, regnumque perduci. Quarta* : quia ut bene ponderat Pater Vazquez, Patres ferè non diſcriminant inter leves tẽtationes, & graves; durumque eſt maximè, velle parem, circa utraſque, Gratiæ neceſsitatem inducere: at juxta hunc ſenſum, durum non eſt, ſed omninò dicendum.

Hinc deducta.

*Infrà à num.*305.

P. Vaſq.

Replica intercepta.

281 Dices: Pelagius negabat neceſsariam eſſe Gratiam ad quamcumque victoriam : ergo requirebant etiam Patres ad quamcumque victoriam : ergo etiam ad victoriam naturalem. Imprimis negari poſſet ſuppoſitum ultimi conſequentis: quia actus naturalis, licèt reſiſtentia ſit, non eſt victoria. Deinde nego conſequentiam utramque. Neque enim Gratiam aſſerebant Patres neceſsariam ad omnia, ad quæ negabat Pelagius ipſam: alioquin & ad genus illud turpe vincendi neceſsariam aſſeruiſſent: ad ea igitur neceſsariam aſſerebant Divinam Gratiam, ad quæ negabat ipſam hæreticè Pelagius, nempè ad victoriam conducentem in vitam

Solvitur Objectio.

tàm æternam. Ex his, in formâ

282 Reſpondetur diſtinguendo majorem : ad utcumque vincendam tentationem gravem, legem implendam, eliciendos actus heroicos requiritur Gratia Theologica, nego : ad hæc præſtanda ſalutariter, & prout oportet, concedo majorem. Et in hoc ſenſu locuti ſunt Patres contra Pelagium : qui ſi aliquando ad aliud operationum genus requirunt adjutorium Dei, loquuntur de Gratiâ Philoſophica, quam non negabimus: cùm, licèt phyſicè ſit in nobis non ſuccumbere tentationi, legem implere, actus heroicos elicere etiam naturales; hæc adeò difficilia ſint, ut communiter aſſeratur in nobis moralis impoſsibilitas ; quam ut vincat Deus, non eget auxilio ſupernaturali, ſed naturale ſufficiet, quo vires ultra exigentiam roborentur, aut ſubmoveatur occurrens tentatio, vel difficultas; imò nec erit opus intrinſeco auxilio, cùm externæ protectionis Gratiæ plerumque ſufficerent ad ſubmovendam arbitrio difficultatem electionis bonæ. Patres verò de Gratiâ loquebantur, ſine quâ nihil poſſumus ad Salutem. Alia enim cõtroverſia de Gratiâ naturali non eſt catholici cum hæreticis, ſed ex mente Magni Suarez *lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 4. *in fin.* utrimque catholica : non parùm tamen à Patribus inſinuata contra Pelagium, ut omnes illi præcluderent latebras doctrinæ non veræ. Quòd ſi de Victoriâ tentationum generatim loquuntur, accipiendi ſunt in ſtricto ſenſu cum Sancto Thomâ. Hinc neganda eſt conſequenter ad diſtinctionem minor. Ad probationem, conceſsâ majori, diſtinguenda eſt minor : præſtari poſſunt per actus naturales utcumque, & ſteriliter, concedo : ſalubriter, & prout oportet, nego minorem ; de quâ etiam *alibi* latiùs.

P. Suarez

In 1. 2. *Tract.* 3.

§. III.

INSTANTIA DIFFICILIS.

Gravis Inſtantia:

283 INſtabis adverſus totam doctrinam ſolutionis omninò difficulter : Concilia, & Patres non modò requirunt Divinam Gratiam contra Pelagium ad *vincendam* tentationem, ſed etiam ad *non ſuccumbendum* tentationi: quæ diſtinctio manifeſtè ponit ob oculos præcluſam eſſe noſtram ſolutionem à Patribus ; atqui Patres, & Concilia non loquuntur niſi de Gratiâ Theologicâ : ergo Gratia Theologica requiritur non ſolùm ad *vincendum*, ſed etiam ad non *ſuccumbendum*. Talis autem Gratia nequit eſſe ſupernaturalis de neceſſe : ergo datur Gratia Theologica naturalis entitativè. Major probatur ex plurimis, quæ Vazquez, quæ Bellarminus, quæ Granadus aggerant in hanc rem. Audiantur Patres Concilii Milevitani *epiſt.* 1. *ad Innocentium Primum*, declarantes illud Pauli : *Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali : ſatis apparet* (inquiunt) *quòd ad non peccandum, id eſt, ad non malè faciendum, quamvis eſſe non dubitetur liberum arbitrium voluntatis, tamen ejus poteſtas non ſufficiat, niſi adjuvetur.* Audiatur Innocentius Primus *in epiſt. ad Concilium Carthaginenſ. Niſi magnis precibus gratia in nos imploratà deſcendat... neceſſe eſt enim, ut quo auxiliante vincimus, eodem rurſus non adjuvante vincamur.* Per quæ manifeſta fit major Inſtantiæ.

In Primâ par. & in 1. 2. *Tract.* 3. *de Deo Auxiliã.*

Vazquez. Bellarmin. Granadus Conc. ile vitanum.

Innoc. I.

284 Minor autem oſtenditur : nam eiſdem omninò vocibus utuntur Patres cùm loquuntur de Gratiâ ad *non ſuccumbendum*, quibus utuntur loquentes de Gratiâ *ad vincendum, & merendum* : vel ergo loquuntur de eodem genere Gratiæ utrobique, vel nullibi. Quòd ſi ſemel admittatur ſub illis Patrum vocibus non venire Auxilia ſtrictæ, & veræ Gratiæ, quam dogmaticè Patres aſſerunt : quæ poterit manere vis noſtris argumentis? Hunc ſcrupulum deponet facilè Ripalda ex ſingulari illâ ſuâ doctrinâ, quam habet *diſp.* 20. Vincit Montoya per aliam verè Theologicam *diſp.* 23. *ſect.* 5. *de Providentiâ. Sed nec* Ripaldæ doctrinam veram *cenſeo*; nec Montoyam ſequi nunc poſſum, quin deſeram communem ſolutionem, pro quâ nunc in gratiam P. Suarez ſtandum eſt.

Ripalda de quo lib 11. *à num.* 149. *Montoya. P. Suarez*

285 *Tria* noto ad plenam ſatisfactionem. *Primum* : Patres, licèt in caſu tentationis ita deprimant naturales vires, non conſque deprimere, ut negent voluntati phyſicam ſaltem potentiam non peccandi, ſeu reſiſtendi : quod ex eo patet, quòd non vocant voluntatem impotentem, ſed imbecillem ; componitur autem cum phyſicâ poteſtate imbellicitas

Notabile primum:

ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

ex magnâ difficultate, tùm quia dum insinuant manere liberum arbitrium etiam sine gratiâ, utique non dubitant in voluntate potentiam ad peccandum, & non peccandum. Vnde fit, ipsos Patres dare locum interpretationi: quam ipsi non sustinent dum de gratiâ ad merendum loquuntur: nam de gratiâ salutari ita intelligendi sunt loqui, ut per ipsam asserant poni physicam possibilitatem ad opus. Loquuntur ergo de diverso genere gratiæ: nam si semel est locus in eorum locutionibus ut intelligantur ex subjectâ materiâ diversimodè, locus etiam est, ut intelligantur de alio gratiæ genere.

Secùdum:

286 *Alterum*: inter alios errores Pelagii, unum esse, negandi gratiam ad merendum: alium, dicendi; æquè esse à Deo malum, ac bonum: nam positis iis quæ jure creationis, & libertatis debentur Creaturæ, non ultrà curabat Deus de actionibus Creaturæ non egentis, ut ageret, Divino concursu: quæ constant ex

Nuper à num. 69.

erroris repræsentatione *nuper* præsuppositâ *à num. 69.* Patres ergo principaliter egere contra Pelagium de primo errore, qui capitalis erat; de secundo verò egere quidem, sed minùs principaliter. Cùm autem ad refutationem secundi, opus nō sit eodē adjutorii genere ac ad primi refutationem; cùm secundus vel ex providentiâ potiùs intendente bonum quàm malum, ex simultaneo concursu, ex anctâ ultra rerum occurrentium exigentiam libertate satis corruat; non est ratio cur in utroque casu de eodem genere gratiæ Patres intelligantur: licèt admitti debeat in utroque ratio beneficii divini sive intra, sive ultra gratiam creationis.

Tertium.

287 *Tertium*: Patres licèt in casu tentationis urgentis, legis implendæ, & his similibus, loquâtur per terminos negativos *non peccandi, non succumbendi, non malè faciendi, &c.* quos dicunt verificari non posse *sine divinâ gratiâ*, non loqui nisi de positivâ victoriâ salutari. Ra-

Nota bene

tio est valde noranda: quia omne *non succumbere, non peccare, non malè facere, non incidere in tentationem*, quod non sit *positivè*, & *salutariter* vincere, comparatione finis, ad quem nos elevavit Deus, & redemit Christus fons auxiliorū Gra-

Joann. 1.

tiæ, *de cujus plenitudine omnes accepimus*; nihil est, & nihili æstimatur: cùm *omne non succumbere*, quod non sit supernaturalis victoria, vel sit per actum peccaminosum potiùs impeditivum, quàm inductivum finis intenti, vel per actum naturalem ex improporrione suâ impertinentem ad finem eundem: cùm ergo Patres loquantur de verâ gratiâ per Christum, & in ordine ad finem, quem ut assequeremur, mors Redemptoris intercessit, loqui debent de positivè conducentibus ad salutem; deque aliis, tanquam nihili æstimabilibus non loquuntur.

288 Quem interpretandi sensum inde confirmo: Nam ipsi Patres loquentes alibi, ut *mox* discuriam, de hominis ad honestum impotentiâ, dicunt sine gratiâ nihil posse hominem nisi peccatum: hoc autem nequit intelligi, ut nequeat homo sine Gratiâ actus naturales honestos elicere; nam definitum id est contra Bajum, *ut videbimus*: debet igitur intelligi respectivè ad finem: quem inducere possunt actus supernaturales honesti; possunt impedire peccata: actus naturales honesti nec impedire possunt, nec inducere: unde *respectivè ad hunc finem*, inquiunt Patres, *nihil potest homo sine Gratiâ, quàm impedire: quia licèt gratia necessaria non sit ad actus naturales honestos, de illis, tanquam de nihilo, non curamus*: sine gratiâ ergo est in libero arbitrio finis impeditio, quod est peccatum; promotio, quod est supernaturale meritum, non est: cætera quasi nihil omninò sunt ad hunc finē. Claudo notationis doctrinam illustri testimonio Patrum Africanorum *epist. 5. August.* in quâ testantur ipsi, fuisse sibi cum Pelagio controversiam de eâ tantum gratia: *quâ Prædestinati vocamur, justificamur, glorificamur*. Adduntque eam solummodò appellari debere gratiam juxta Doctrinam Apostoli, *quâ salvamur, & justificamur ex fide Christi*. Loquuntur ergo Patres semper de supernâ Gratiâ contra Pelagium. Ex his

Mox à nu. 295.

Et à num. 300. & in frâ lib. 11. à nu. 140.

Patres Africani apud August.

289 Respondeo tripliciter. *Primò juxta primam notationem*, concessâ majore, sumptâ divinâ gratiâ, pro favore, & speciali beneficio Dei, & negando minorem. Ad probationem distinguo: tuntur eisdem vocibus sub eodem planè sensu, nego antecedens: sub sensu planè diverso, concedo antecedens: Vnde cùm locus sit ex subjectâ materiâ tali interpretationi, ut Patres diversimodè locuti censeantur de Victoriâ, ac de non lapsu, locus etiam est,

Solutio triplex Instantiæ Primæ.

est, ut censeantur nisi vocibus illis Patres ad significatum genericum Divini beneficii; quo satis insinuabatur infirmitas nostra, & commendabatur recursus ad Deum, urgente tentatione. Non est ergo fundamentum, ut locuti censeantur de Gratiâ simpliciter Theologicâ, & Divinâ, quam contra Pelagium requirebant

Secunda:

ad actus salutares: *Secundo, juxta secundam notationem*: distinguo majorem: requirunt: divinam ejusdem generis gratiam, nego; divinam omninò diversi generis gratiam, nempe aliquale adjutorium Dei indebitum, vel sine violentiâ negabile, concedo majorem: & hoc sufficiebat contra errores appēdices Pelagianorum *ex nu. 286.* quod tamen Divinæ Gratiæ Theologicæ excellentiam non attingit.

Tertia: & melior.

Tertiò, juxta tertiam notationem; & fortè solidiùs, & aptiùs ad sensus Patrum, concesso toro syllogismo, negetur subsumpta minor: nam in sensu Patrum non succumbere, non vinci, non peccare sunt positiva Victoria Salutaris *ex nu præced.* Per quæ videtur satis tuta manere solu-

Infrà lib. 11. latè.

tio, quam adhibui *nu. 282.* Sed *infrà* rursus ad hæc eadem, ex professo.

§. IV.

ALIA ARGVMENTA EX POSSIBILI Salute Gentilium, & ex Gratiâ necessariâ ad merendum.

Objectio quarta etiam gravis.

290 OBjicies quartò: Primum auxilium, quo Gentilis prævenitur ad Fidem, est Gratia Theologica; sed primum illud auxilium est intrinsecè naturale: ergo aliqua Gratia Theologica est intrinsecè naturalis. Major patet: quia dispositio, quâ meretur de congruo fidem, est salutaris: ergo Auxilium, quo prævenimur ad ipsam est Gratia Theologica. Minor ostenditur. Primò: quia auxilium supernaturale debet esse de supernaturali motivo; sed Gentili ante fidem nullum occurrit supernaturale motivū: ergo nullum habet auxilium supernaturale: ergo primum ejus auxilium est intrinsecè naturale. Minor patet, quia supernaturale motivum sine revelatione non scitur. Secundò: quia vel in manu Gentilis est auxilium, ut se disponat ad fidem, vel non? Si secundum: excusabilis est contra Doctrinam Pauli. Si primum: ergo tale auxilium est naturale: nam supernaturale non est in ejus manu. Tertiò: quia si auxilium naturale, & actiones inde subortæ, non sunt conducentes ad Fidem, qui potest esse verum: *facienti, quod est in se, &c.*

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

291 Confirmatur per rationem à priori Doctrinæ totius: quia Auxilium entitativè naturale salvat omnia, quæ dicunt Patres de Divinâ Gratiâ; & deinde connaturalius providet saluti Gentilium: ergo tenendum est in choro Gratiæ Theologicæ. Antecedentis secunda pars liquet: quia eos non extrahit de sphærâ suâ virtutis. Prima probatur: quia ratione intensionis, claritatis, aut temporis, licèt sit entitativè naturale, potest esse indebitum, atque adeò supernaturale respectivè ad præsentem rerum constitutionem: unde dabitur à Deo gratiosè, per infusionem, virtute solius Dei; quæ sunt elogia Patrum de Divinâ Gratiâ. Sic inter alios contendit animosè P. Amicus *disp. 28. sect. 6.*

Confirmatur.

P. Amic.

292 Et urgeri potest ulterior confirmatio ex tribus locis, in quibus figurata videtur Vocatio Gentium. *Primus* locus sit *vocatio Petri, & Andreæ*; *Secundus* Vocatio *Zachæi*; *Tertius* vocatio Gentium intercedente *Philippo, & Andreâ*. Ex quibus argumentor sic: Prima Gratia supernaturalis, quam Deus infundit per Spiritum Sanctum in cordibus nostris, ex Tridentino, est Vocatio ad Fidem; atqui Vocatio ad Fidem supponit in tribus his exemplis aliquos Naturæ conatus accedendi ad Deum: ergo conatus naturæ, quo se disponit ad Fidem, est naturalis: ergo & primum auxilium. Probatur minor: nam Petrus, & Andreas ante vocationem ex voce Joannis concepere desiderium eundi ad Jesum, eumque videndi; sed tunc vocati non sunt: ergo ante primam gratiam supernaturalem, ex voce extrinsecus sonante, concepere affectum, quo se disponerent ad vocationem, & ad Fidem: cur ergo Gentiles ex vocibus Naturæ clamantis non id possint? Deinde Zacharus naturali conatu *ascendit in sicomorum, ut videret Jesum*, ex quo secutus est conjectus oculorum Christi in Zachæum, & inde vocatio: ergo naturalis conatus disponit, ut per suam gratiam respiciat nos Deus, & vocet. Demum Gentiles petierunt ab

Et ultra urgetur exemplis.

Tridentin

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Andreâ, & Philippo subsidium, ut introducerentur ad Ielum: quæ introductio est vocatio: præcesit ergo naturæ conatus: quidni ergo sic contingat in Gentibus?

Solvitur ex lib. 9. à nu. 131. P. Moloy. P. Suarez Solvitur denuò hic.

293 Ad Argumentum (de quo nullus debet esse Theologus, qui non legat Ruizium de Montroyâ *tom. 2 disp. 25. de Providentiâ*) factum est undequaque satis *lib. 9. à num.* 131. præsertim cum Patre Suarez. Hic verò ratione methodi, concedo majorem de primo interno auxilio, quod dispositioni ad Fidem congruæ præit; & nego minorem. Ad cujus primam probationem negari potest major: neque enim videtur opus ad hoc, ut actus supernaturalis sit, supernaturale motivum: cùm vel ex modo tendendi, vel aliunde, possit actus supernaturalis evadere: unde potest, salvâ excellentiâ sui ordinis, ad objecta naturalia solùm tendere: imò his objectis externè propositis, miscet Deus auxilia, quorum ope transcendant ex creaturis ad creatorem Gentiles, quærendo cum, qui *inveniri etiam dicitur à non quærentibus*: quia occupatis hominibus ad hæc externa, quę placent, se Deus ingerit, sic ea repræsentando, ut illa displiceant, & placeat Opifex. Id quod patet in sermone, quem habuit ad Lycaonios Paulus *Actuum* 14. *Act.* 14. ubi nihil non naturale proponit, ut, se dicente, supernaturalia Deus operetur in cordibus, *dans incrementum* Apostolicæ *plantationi, & irrigationi*. Deinde distingui posset eadem major: Auxilium Supernaturale debet esse de supernaturali motivo formaliter, & expressè, nego: virtualiter & implicitè, concedo: hoc autem, quod fortè non abest, non requirit strictam revelationem. Imò ipsa auxilii supernaturalis infusio, quædam Dei locutio est, & revelatio. Vide *loc. cit.*

294 Ad alteram probationem minoris: eadem quidem est ratio de supernaturali, ac de naturali auxilio, si semel hoc dicatur indebitum. Respondeo ergo Auxilia dispensari generaliter à Deo, qui *solem suum oriri facit super bonos, & malos*. Non ergo stat per Deum, quòd tot sint tenebræ; *diligunt enim homines magis tenebras, quàm lucem*, emicantem ex ipsis creaturis per illos suos clamores effectuum, quibus internèse miscet *illa lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Ad tertiam dictum est satis de celebri Axiomate *lib. 9. à nu.* 147. Nunc dicatur, faciente quod est in se per tenues illas illustrationes, non negandas à Deo ulteriores, & uberiores. Vel facienti, quod est in se per vires naturales non ponendo obicem divinæ beneficientiæ per peccata, Deum subventurum per auxilia, quibus se disponat ad lumen Fidei. *Ibi* Rem relege. *Lib. 9. à num.* 147.

295 Ad confirmationem ostendimus *à num.* 264. non posse Patrum de Divinâ Gratiâ locutiones impleri per quidquam naturale. *Deinde* Supernaturalitas respectiva non tollit insitam rebus naturalibus improportionem ad supernum finem. *Denique* licèt auxilium entitativè naturale, sit supernaturale *secundum quid, & ethimologicè*, non ita excellit, ut ab Agente non divino nō possit vel infundi, vel excitari: præstant enim id sæpenumero Custodes Angeli: Gratia verò Theologica solius est Dei meserentis, & volentis benefacere. *Nuper à num.* 264.

296 Ulterior confirmatio posita *nu.* 292. potiùs est Massilienſium, quàm Vazquistarum: nec inde potest opportunum istis venire subsidium. In his omnibus casibus præcessisse Divinam Gratiâ *excitantem* definivit Arausicanum *can.* 25. & explicat eruditione mirabili P. Didacus Ruiz de Montroyâ legendus omninò *de Providentiâ disp.* 24. *per totam*, & præcipuè *sect.* 3. Nos autem, quæ concernunt ad sufficientiâ, quâ redduntur Gentiles inexcusabiles ex Apostolo, dedimus omnia *loco* jam *citato*, id est *lib. 9. à num.* 159. *Arausic. P. Ruiz.*

297 Objicies quintò: Nullus actus meritorius vitæ æternæ fieri potest sine gratiâ Theologicâ; sed fierent multi sine auxilio supernaturali: ergo datur aliqua Gratia Theologica, quæ supernaturalis non sit. Major est certa: Patres enim & Concilia de eâ locuti sunt Gratiâ, quæ requiritur ad meritum salutare. Probatur minor: primò: quia non omnes actus boni, qui fiunt à justo, sunt supernaturales; sed omnes sunt meritorii vitæ æternæ: ipsi enim naturales actus, alioquì steriles, dignificantur, & elevantur à Gratiâ; dantur ergo actus naturales boni, qui sint merita salutaria: ad hæc autem satis proportionata est illustratio naturalis. Secundò: quia si voluntas elevata sit per alia comprincipia supernatura- *Objectio quinta etiam gravis: & quæ Mentem Adversariorum aperit: & sequelas.*

turalia ad esse principii physici, fortè nō eget supernaturali cognitione ad volitionem etiam supernaturalem.

Confirmatur.

298 Confirmatur: quia non omnes actus salutares habent supernaturale motivum: ergo neque egent auxilio supernaturali. Consequentia valet quia eatenùs præsequitur illustratio, quatenùs volumari præluceat de motivo; omne autem motivum, quod supernaturale nō sit, sed naturale, continetur in ambitu potentiæ Naturalis; repræsentarique proportionatè potest per naturalem illustrationem. Antecedens verò probatur: tùm quia *Luc. & Matth.* 10. promittitur æterna Vita observationibus legis naturalis, nullâ factâ expressione motivi supernaturalis. Tum etiam quia Tridentin. *Sess. 6. cap.* 16. definit, Operibus factis in gratiâ, & ex gratiâ per Christum nihil deesse ad meritum vitæ æternæ: at actus motivi solummodò naturalis fiunt à justo in gratiâ, & ex cogitatione congruâ, quæ est gratia per Christum. Tùm demùm quia plerisque bene operantibus, nec in mētem quidem venit supernaturale motivum: durum autem, est maximam partem operum, quæ Fideles etiam justi exercent, evadere inutilem. Id quidem non promoveret opera Pietatis: imò, si vulgaretur, ea exoneret vel desuetudini, vel contemptui. *Luc. & Matth.* 10. *Trident.*

Solvitur.

299 Respondeo negando minorem: ad primam probationem dicetur, nisi omnes actus boni, qui sunt à justo sint supernaturales, (quod valde probabile putat Pater Koninch *disp.* 8. *de actibus dub.* 4. *num.* 63. & de quo dicam ipse quod sentio *lib.* 11. *à num.* 211.) non omnes esse meritorios vitæ æternæ; quia actus naturales elicīti à justo, nec sunt hominis justi ut talis, nec fructus *palmitis, prout à Vite*, Christo, atque adeò non derivant in se *fucum vitis*, id est *Christi per suam Gratiam influentis*. Per eos ergo actus solùm meretur justus, per quos excedit lineam operandi cujusdam Rationalis Philosophi, exercendo Dignitatem, & perfectionem, quam operando potest. Sed hoc negotium est *disparationis* alterius. Vide Ripaldam *disp.* 44. *sect.* 7. Ad secundam probationem satisfiet *lib. seq.* 11. *à num.* 34. Nunc dicatur, saltem ex naturâ rei non posse affectum supernaturalem nisi ex illustratione supernaturali procedere ratione excellentiæ, proportionem in principiis exigentis. Deinde permisso quod assumitur, adhuc sine gratiâ supernaturali non esset affectus ille meritorius, cùm esset ab habitu, vel alio supernaturali principio. *In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.*

Koninch. Infrà lib. 11. à num. 211.

Vide de Incarnat. lib. 4. disp. 2. à nu. 98. & 1. 2. Tract. 3. Ripalda. Infrà lib. 11. à num. 34.

300 Ad confirmationem, omisso *primum* antecedente, nego consequentiam: quia licèt motivum naturale repræsentari naturaliter possit; proportionatè tamen ad supernum affectum non potest nisi supernaturaliter præcognosci. *Deinde* motivum in actu secundo constituitur per actum, medio quo influitur: & in hoc sensu nullus est actus salutaris, qui supernaturali motivo non gaudeat. *Deinde* negari posset antecedens cum Tiphrano *quæst. 9. de Gratiâ ad art.* 1. 2. 3. & 4. & cum Koninch. *ubi supra num.* 69. Nec probationes in oppositum premunt: non primæ: quia eo loci non promittitur æterna vita, nisi operantibus cum aliquali respectu ad Christum, & ad finem placendi Deo, eoque fructuli. Non secundæ: quia exemplum, quo Tridentinum utitur, *palmitis in vite* manentis, satis innuit opera debere esse hominis de Christiani, atque adeò profecta ex *fuco vitis*, id est, Gratiâ Christi: quod stare nequit sine aliquali intentione ad finem Christianorum. Illud beneficium cogitationis congruæ jam vidimus abs re esse, cùm sit quidam humor, & succus assimilatus proveniens in palmites, quam à vite. Non denique tertia: quia vix unquam, aut fortè nunquam Fideles bonum operantur sine aliquali pio affectu, quo vel Deo volunt obsequi, vel ab ipso sperant aliquid, vel attendunt ad statum christianitatis suum. Videantur, quos laudavi. *Esparza. Koninch. Tridentin.*

§. V.

ALIUD ARGUMENTUM EX IMPOtentiâ ad quidquam honestum sine Gratiâ Theologicâ.

301 Objicies sextò: Nullus actus honestus potest haberi sine Gratiâ Theologicâ: sed non omnis actus honestus est supernaturalis intrinsecè: cùm actus proportionati virtutum moralium negari non possint; & hi naturales oportet esse, ad gustum fontis, unde fluunt: et- *Objectio sexta, valde celebris apud Vazquistas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primũ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

Solutio Ripaldæ:

go nec omnis Gratia Theologica est intrinsecè supernaturalis. Negat Ripalda consequentiam, viam asserens, ut dicatur nihil existere naturalis boni sine gratiâ simpliciter Theologicâ; omnemque gratiam Theologicam esse supernaturalem: ratio est: quia necessitas tantæ gratiæ non est entitas actûs naturalis honesti, cui abundè satisfacit illustratio naturalis, sed entitas actûs supernaturalis honesti, quem annectit omnibus, & singulis actibus, quos honestè producimus: idque ex Lege Dei sic providentis, quam latissimè firmat *disp.* 20. & infirmat Oviedus *hic controv. 3. punct.* 1. & omnium, quos viderim, doctissimè discutit, & & impugnat Pater Oxea *disp.* 3. *de necessitate Gratiæ*. Alii conati sunt negare minorem omninò singulatiter, contra quos, & Ripaldam, Ipse rem dirimam *lib.* 11. *à nu.* 149. & 215. Nego nunc majorem, quã ut Vazquistæ probent, nullum non movent lapidem. Et

Ovieda dissentiens & Oxea. Alia. Vid. infrà lib. 11. à nu. 149. & à nu. 215.

Solvitur Objectio.

302 Insurgunt primò, potissimùm ab Authoritate Conciliorum, & Patrum illustribus, & frequentissimis locis videndis apud Vazquez, & Meratium, dissertissimè statuentium primò: *Ad omnia, & singula bona opera semper, & ubique necessarium nobis esse Adjutorium Dei, & Gratiam per Christum.* Secundò: *Sine isto adjutorio, & Gratiâ nihil boni posse ab homine peragi.* Tertiò: *Hominem non esse sine Gratiâ per Christum, liberum ad bonum, sed tantùm ad malum.* Quartò: *Nihil habere de se hominem, præter mendacium, & peccatum.* Quæ singula stare non possunt, nisi vera sit major, quam intendunt Discipuli P. Vazquez.

Instantia prima: à actis SS. PP. & CC.

303 Et confirmatur præoccupando communem solutionem. Quia *exceptio firmat regulam in contrarium*: ergo illa exceptio potestatis solummodò ad malum, & mendacium, id est, ad peccatum, confirmat, quidquid non fuerit malum, mendacium, & peccatum, non cadere in potestatem, & libertatem hominis sine auxilio Gratiæ. Sed Actiones moraliter bonæ, etiam naturales, nec sunt malum, nec mendacium, nec peccatum: ergo neque cadunt in potestatem, & libertatem hominis sine auxilio Gratiæ.

Confirmatur.

304 Respondeo, Patres, & Concilia loqui non de quovis bono morali, sed de bono supernaturali, & meritorio, quæ

Solvitur, ex mente SS. PP.

species boni sine Gratiâ per Christum haberi non potest. Inde tamen sequi non potest, impossibile sine Gratiâ esse genus omne boni, tam naturalis, quam supernaturalis: non enim eò quòd neges speciem, Genus etiam negare teneris: quia longè patentius est. Hanc esse Patrum, Conciliorumque mentem, evincit supra probabilitatem Eximius Doctor *toto cap.* 20. Mihi sufficiunt *tria* fundamenta.

Suarez.

305 *Primum*; Authoritas Augustini, quam habes *num.* 390. *Alterum*: quòd Patres de bis bonis apertè pronuntiant, quibus necesse est præluceat Fides vel inchoata, vel perfecta: patet autem ad naturales actus honestos, Fidei lumen non requiri. *Tertium*: quia apud Concilia, & Patres comparantes bonum ad finem æterni præmii, quæcumque bona supernaturalia, & meritoria non sint, cùm eò ipsò maneant ex se sterilia pro assecutione finis, ratione cujus gratiam requirebant contra Pelagium, *pro nihilo* reputantur ad gustum Apostoli 1. *Corinthior.* 13. *Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*; unde consequentissimè docent *nihil* posse sine Gratiâ per Christum peragi, quod respectivè ad finem, de quo loquuntur dici possit *honestum, & bonum*; quia quod *nihil* est, non potest dici *bonum*.

Ob hæc. Augustin.

1. Corinth. 13.

306 Atqui is est sensus Patrũ de Christianæ Gratiæ necessitate loquentium, valde notandus, & inspiciendus, præsertim in Hieronymo, Ambrosio, & aliis. Quòd si in aliquibus locis se extendant ad omne genus boni, (quod satis insinuat loquendi modus,) non est illis mẽtio de Gratiâ simpliciter Christianâ, sed de adjutorio Dei, vel ratione specialis Providentiæ potiùs intendentis bona, quàm mala, vel ratione generalis concursûs, quem negare Pelagius videbatur. Id quod habet Angelicus Doctor *quæst. 14. de veritate, art. 4.* argumento simili satisfaciens per hæc verba: *Ad ea quæ sunt in cõtrarium, patet solutio; quia vel procedunt de bono meritorio; vel ostendunt, quòd sine operatione Dei homo nullũ bonum facere potest.* Per quæ factum est satis ad tres illas classes Authoritatum, quæ possunt à Vazquistis adduci.

Hieronym. Ambros. S. Thomas.

307 Ad quartam, ubi contenditur *nihil hominem posse nisi mendacium, & pec-*

Suprà nu. 44. & nu. 58.

peccatum, satisfeci *suprà num.* 58. & *ex num.* 44. *disputationis ejusdem* necessariò fit, ne Patres Bajo consentiant, admitti debere interpretationem, quę Vazquistis favere non possit. *Addo* nunc aliam: quæ confirmationem extinguat: Verum est, quòd Patres solùm excipiunt mendacium, & peccatum; & quòd *exceptio firmat regulam in contrarium*, sed intra genus illud rerum, de quibus tractat Regula, & comparativè ad finem, quem Regula intendit, & non extrà.

Doctrinæ tenendæ confirmatio.

Et Mens SS. PP. & Conc.

Cùm ergo PP. & Concilia de illo rerum genere tractent, quæ possunt aliquid circa finem salutis, & æternæ vitæ, vel inducẽdo, vel impediendo; & circa hunc finem, possint peccata plurimùm, impediendo: actiones verò naturales honestę nihil possint, nec enim ipsum vel promovere possunt, nec impedire; fit, hominem sine gratiâ versùs finem æternæ vitæ, *nihil* posse quod peccatum non sit; quia quicquid aliud potest, *nihil* est versùs hunc finem: & *quod est nihil, exceptione non indiget.* Sic dicere plerumque solemus, Testatorem *nihil* hæredibus reliquisse *præter æs alienum*, quamvis reliquerit vestes, attritas alioqui, & contemptibiles adeò, ut nullius valoris sint: quas ideò non excipimus, quia comparatione commercii, & æstimationis humanæ, de quo genere rerum solemus loqui, *nihil* omninò sunt.

Exceptio quando fit mat Regulam in cõtrarium?

Instantia secunda:

308 Insurgunt secundò: Omnis *Gratia per Christum, & ex meritis Christi* collata, est Gratia Theologica: sed nullus actus honestus etiam naturalis fieri potest sine Gratiâ per Christum: ergo nec potest fieri sine Gratiâ Theologicâ. Major patet ex illo Augustini *ep.* 81. *Et enim Christus &c.* Probatur minor: quia nullus actus honestus fieri potest sine cogitatione honestâ congruâ; hanc autem esse Gratiam per Christum, ostendo sic: quia quicquid demeruimus per peccatum, & redonatur nobis, redonatur à Deo per Christum delentem *decretum Chirographi, &c.* atqui demeruimus per peccatum omnes, & singulas cogitationes congruas: ergo omnes, & singulæ sunt ex Christi meritis, & Gratia Christi. Minor probatur, & urgetur aliter argumentum: quia per peccatum meremur statum damnationis; in quo essemus, non intercedente beneficio Redemptoris; sed status damnationis est

Augustin.

Et ex demerito:

status nullius cogitationis honestæ congruæ: ergo ratione peccati demeruimus omnes cogitationes honestas congruas, quas si habemus, unica est ratio intercessio Redemptoris: ergo omnes, & singulæ cogitationes honestæ congruæ, Gratia sunt per Christum. Simili argumento probaretur sufficientiam ad bonum, indolem, & viram, ejusque conservationem fore Gratiam per Christum, quod firmiter Vazquistæ negant. Deinde

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

Nimis probat.

309 Respondeo ex *num.* 268. majorem esse plenam æquivoco; quod excutietur diligenter relegendo, quæ diximus *ibi*: neque enim omne, quod venit *ex Christi meritis*, dici debet Gratia per Christum: Gratia enim per Christum *strictè, & simpliciter* loquendo est quæ potentiæ alioqui insufficienti dat vires, ut salutariter accedere possit ad Deum. Talis autem non est cogitatio naturalis honesta congrua: quæ quidẽ valdè peraciens supponit Redemptionem, & Christi merita, cùm sit ex bonis, quæ sunt fructus dominii naturalis, & extitissent in statu Puræ naturæ. Sic autem omissâ, & explicatâ majori:

Solvitur: ex nu. 268 primo.

310 Nego minorem. Ad probationẽ, in quâ videtur urgeri tota vis argumenti: estò per peccatum demeriti fuerimus in actu primo omnes & singulas cogitationes honestas congruas; earumque privationem inducere Deus potuisset in pœnam (quod fortè non est verum, & negat Eminentissimus Sfortia, quem laudavi *num.* 54.) non tamen eas demeruimus in actu secundo: id est, noluit Deus eam pœnam nobis imponere contentus privatione gratuitorum: ea tamen omnia, quæ connaturaliter fluunt ex bonis naturæ debitis, auferre noluit Deus in pœnam, ut nec auferre noluit vitam, & physicas proprietates, ut poterat. Quorum ea mihi ratio est (ut ex transcursu confirmationi satisfaciam) quia hæc pœna, damnatorum est, non Viatorum: Peccatum autem, licèt nos reos faciat damnationis, non tamen nos ponit in termino viæ, aut in ipsâ damnatione, cui ex illo infinito dolore Damnatorum excitante odium summi boni, & consequenter omnis honesti, annexa est privatio cogitationis omnis honestæ congruæ. Quod exinde confirmo, ni fallor, efficacissimè: nam justi merentur

Secundò.

Ex nu. 54. Cardinal. Sfortia.

Firmatur Solutio.

etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

etiam vitam æternam; qui status est omnis boni, & nullius cogitationis honestæ incongruæ; nec petinde merentur omnem cogitationem honestam congruam. Non ergo per peccatum amissimus cogitationes honestas naturales congruas; atque adeò nec eas simpliciter habemus *ex Christi meritis.*

Instantia tertia celebris.

311 Insurgunt tertiò: Vtiliter petimus gratiam ad quæcumque opera honesta: ergo requiritur ad quæcumque. Antecedens patet ex praxi Fidelium, qui non orarent, & gratias agerent pro singulis operibus bonis etiam naturalibus, si putarent orationem non esse valdè utilem. Probatur autem consequentia: quia ex utilitate orationis intuere contra Pelagium, Patres, & Pontifices, præsertim Innocentius, Cœlestinus, & Augustinus, necessitatem Divinæ Gratiæ ad opera salutaria: vel ergo consequentia Patrum est illegitima; vel est legitima, quam ex eodem antecedente deducit Pater Vazquez.

Innoc. I. Cœlestin. Augustin.

Vazquez. Confirmatio Pat. Magini.

312 Et urgent sic Magistri, quibus, *ut ajunt ipsi*, visa est *à crepundiis Theologiæ suæ* efficacissima hæc ratio: ex eo quòd non esset necessaria gratia supernaturalis ad actus supernaturales meritorios, deducebant Sancti Patres (quos vide apud Vazquez *disp.* 19. *à cap.* 10. censulongissimo) orationem illam Christianam, & salutarem, & supernaturalem, inutilem fore, & fallacem, & stultã: ergo ex eo quòd non sit necessaria gratia ad actus naturales honestos, bene deducitur, orationem, quam ob illos Deo fundimus, inutilem esse, & fallacẽ, & stultam. *Imprimis* actus primus orandi honestus est; & tamen impossibile est, quòd ipsum præcedat oratio: quia non esset primus. *Deinde* utilis est etiam oratio, & gratiarum actio pro bonis Naturæ: non ergo ex utilitate orationis convincitur Gratia Theologica. *Demum* ex utilitate orationis infertur ad summum utilitas Gratiæ: ejus tamen necessitas non video quâ ratione possit inferri?

Vazquez.

Quid probet Instantia?

Solvitur.

313 Respondetur igitur, orationem esse perutilem etiam pro bonis actibus naturalibus: quia miscetur semper aliquis favor Dei vel providentis, & disponentis occursum rerum, unde nascatur cogitatio congrua, vel operationem ipsam intendentis, vel ex alio titulo: qui tamen nunquam sufficit, ut beneficium, quòd petitur, sit Gratia, de quâ Patres. Sic etiam petimus pluviam, serenitatem, & alia bona, quia non ita nobis hæc eveniunt, ut à Deo non pendeant maximè: qui titulus dependentiæ sufficit, ut oremus, & agamus gratias tanto Domino.

314 Sed quid ad Augustinũ, & alios Patres? Respondeo, eos efficacissimè disputasse, longè tamen aliter ac in argumento proponitur. Quod ut explicem, noto *duplex* fuisse Pelagii errorem. *Primum*, negando immediatam Providentiam, & concursum Dei ad opera nostra: unde ajebat, teste Prospero, *Deum esse tantùm spectatorem nostrorum operum*: teste Hieronymo, *dormitare in operibus nostris*, datâ semel liberi arbitrii potestate. *Secundum*, negando meritum salutare esse supra naturæ vigorem. Dupliciter ergo contra duplicem hunc errorem nituntur Patres argumento supèr objecto. *Contra primum*, eâ ipsâ generalitate, quòd oratio sit utilis: & efficacissimè convincit aliquam dependentiam à Deo in operibus etiam singulis: quia alioquì frustranea esset, & inutilis oratio ad eũ, à quo nec pendes, nec cujus ad operandum indiges. *Contra secundum* aliter, & addendo terminos magis particulares, nempè quòd oratio ex fide profectã, & humiliter agnoscens propriam impotentiam sit utilis: de quo legendus est Augustinus *epist.* 89 & efficacissimè convincitur ex modo petendi salutariter Gratiam, tanquam victricem impotentiæ nostræ, & simpliciter requisitam, eam esse simpliciter necessariam. Inde verò quid contra nos, qui non negamus, quæ fatetur Augustinus? Et addimus etiam ad actus naturales esse orationem, & recursum ad Deum valdè perutilem. *Primò* ne, quæ nostra est imbecillitas, pravo fine inquinentur. *Secundò*, ut perseveremus in ipsis. *Tertiò*, ut arceat inimicos nostros, & interne, ac externè nos protegat. Sic etiam argumento, quod à Gratiarum actione peti solet, respondendum est.

Mens, & vis Augustini in argumento.

Prosper.

Hieronym.

Augustin.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

LIBER VNDECIMVS

DE NECESSITATE GRATIÆ Auxiliantis.

Libri Argumentum quàm grave, & latum.

1 ARGVMENTVM Libri quem aggredimur, posset, & solet integrum implere tractatum; & deberet omninò, nisi præjacta principia ad compendium facilè sine levi dispendio prælucerent. Faciet fortasse Methodus, ut immensam penè molem dubitationum, brevis (si rem computes) Disceptationis ambitus amplexetur. Sylva enim est rerum potiùs, quàm disputatio, quam oporteat subinde, recidere potiùs, quàm decidere.

DISPVTATIO LIII.

NECESSITAS GRATIÆ AVXILIANTIS ad Actus Salutares.

Quæ certa? Cõtra Pelagium, ex SS. PP.

2 DVO sunt in hoc puncto certa. *Primum*: ad omnes, & singulos actus salutares, & meritorios (qui juxta dicta *lib. & disp. præced.* Supernaturales esse debent) necessarium esse aliquod auxilium Divinæ Gratiæ sive Habituale, sive actuale: id enim ad minus definiunt Concilia, & Summi Pontifices, dum, ad hos actus, Naturæ negatur activitas sufficientiæ. *Alterum*: hoc auxilium necessarium, non esse Gratiam Sanctificantem: idque contra Lutherum, & hæreticos nostri temporis, somniantes omnia Peccatorum opera, esse peccata. De Fide est ex Tri-

Cõtra Lutherum, ex Trident.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tridentino: à quo hæc sumitur ratio: ante justificationem disponitur homo viribus Gratiæ per actus Supernaturales honestos: ergo fiunt hi sine gratiâ justificante. Videantur Suarez, & Vazquez, explicantes catholicè testimonia, quibus abutuntur hæretici: ille *lib.* 1. *cap.* 5. Hic 1. 2. *disp.* 192. *cap.* 2. Manet ergo lis tota *de Necessitate Gratiæ Actualis.*

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Suarez. Vazquez. Tunctum Controversiæ.

SECTIO I.

DUBIA RESOLVENDA, ALIORUMQUE judicia proponuntur.

Prima Difficultas

3 MVltiplex difficultas occurrit. *Prima*: an ad omnes, & singulos actus salutares necessaria sit Actualis Gratia Illuminationis, & Affectionis supernæ; præter Gratiam adjuvantem, sive intrinsecè per modum habitûs superni, aut per qualitatem aliam infusam; sive extrinsecè per omnipotentiâ supplentem vices habituum, & intrinseci cõprincipii: ut explicabitur *lib.* 12. *a num.* 120?

Prima Sententia. Altera, Vega. Molina. Bellarm. Zumel. Valentia. Ripalda.

4 Affirmant communiter Theologi: Negant, aut dubitant Vega *lib.* 6. *in Trid. cap.* 7. Molina, Bellarminus, Zumel, Valentia, aliique, quos citat Ripalda *disp.* 106. *sect.* 3. Sed diversimodè: nam Vega specialiter negat esse necessariam ad Cõversionem peccatoris: ad illam nempè, quâ Peccator Fidelis convertitur ad justitiam: alii verò, quibuscum etiam sentit Vega, negant esse necessariam ad actus salutares, quos facit homo justus: unde Vega fatetur non esse simpliciter necessariam Gratiam actualem ad actus salutares antecedentes justificationem, & infusionem habituum in peccatore fideli: Alii verò fatentur non esse necessariam ad actus consequentes justificationem, & infusionem habituum: Nemo tamen negat necessariam esse ad Conversionem adulti infidelis ad Fidem.

Secunda Difficultas

Ripalda. Albelda. Montoya. Fulientis. Granadus. Suarez.

5 Altera difficultas est: an saltem sit necessitas ad singulos actus, utriusque simul Gratiæ Illuminantis, & Afficientis? Affirmat absolutè Ripalda citans pro se *sect.* 6. Albeldam, Montoyam, & Fulientem. Granadus *tract.* 5. *de Gratia disp.* 2. *sect.* 5. §. 4. negat necessariam esse Gratiam affectionis ad illos actus, ad quos præcedit infusus habitus in operãte. Pater Suarez *lib.* 3. *de Gratia cap.* 8. *a num.* 31. necessariam esse dicit, sed non pari gradu necessitatis: magis enim pẽdet electio ab illuminante Gratiâ, quàm ab afficienti, quæ multipliciter suppleri potest.

Tertia Difficultas Ripalda. Suarez. Montoya. M. Lorca.

6 Tertia difficultas est: an ita necessaria sint ad singulos actus salutares auxilia singula Divinæ actualis Gratiæ, ut ad plures non sufficiat unum? Affirmat Ripalda *sect.* 8. Negantibus apud ipsum Suarez, Montoya, & Lorcâ.

Quarta Difficultas Granadus & Idem.

7 Quarta difficultas est: An hæc auxilia, quæ requiruntur ad actus salutares debeant actu, & physicè existere? an sufficiat virtualis ipsorum existẽtia in cognitione memorativâ? Illud tenet Ripalda *sect.* 7. Hoc, Granadus, Tannerus, & Montoya. Suarez, quem pro Granado citat ipse Ripalda *ex lib.* 3. *de Auxil. cap.* 4. *num.* 13. se demum explicat *lib.* 3. *de Gratiâ cap.* 8. *a nu* 8. de cognitione, non quidem naturali, sed supernaturali memorativâ: & crederem nihil aliud voluisse Granadum, & alios.

Quinta Difficultas

8 Quinta difficultas est: An ejusmodi auxilia illuminantis, & afficientis Gratiæ debeant esse simul directa de objecto, quod exigendum proponunt; an etiam reflexa de electione ipsâ, quam suadent? Id quod pendet ab illâ quæstione, quam ingeniosè ventilat P. Ribadeneyra *de Actib. disp.* 15. *cap.* 4 & de quâ Nos cum ipso dicemus in eodem *Tractatu*: an nempe omnis electio sit amor sui: quod ipse cum Suarez affirmare se putat; & generaliùs promovet Pater Antonius Perez *in disp. de Charit.*

Ribaden. Ant. Per. Suarez.

Sexta Difficultas

9 Sexta difficultas est: an suppositâ necessitate gratiæ ad actus salutares internos; ad externam etiam executionem rerum, quam plerumque imperant, necessaria sit nova Auxilians Gratia? & Negant Ruardus, & Bellarminus: affirmant eruditissimè Granadus, & Montoya plures pro se laudans: Vide singulos apud Ripaldam, qui medius it *sect.* 10.

Ruardus. Bellarmin. Granadus & Ruiz. Ripalda

Septima Difficultas Kõinch. Tannerus.

10 Septima difficultas: an hæc necessitas Illuminantis & Afficientis Gratiæ sit tantum extrinseca, & ex Lege Dei? quod innuit P. Koninch *disp.* 14. *de Fid. dub.* 8 nec improbant omninò Tannerus, &

Gaspar Hurtad. Pet. Hurt.

& Gaspar Hurtadus: an sit etiam metaphysica, & essentialis? quod docet Pater Petrus Hurtado *disp.* 46. *de Fid. sect.* 2. *n.* 19. & supponunt Magistri Doctissimi cũ Thomistis non paucis. An denique, si non sit metaphysica, ea sit saltem physica, & ex natura rei? quod asserunt Montoya *disp.* 44. *de Providentia*, Oviedo *controv.* 6. *part.* 4. & Recentes communiter ex Ripaldâ generaliùs rem examinante *disp.* 49.

Montoya. Oviedo. Ripalda.

Octava Difficultas

Vltima difficultas est: an hæc qualiscumque necessitas oriatur ratione motivi: quod pendet ab ea quæstione generali: an actus naturalis possit supernaturale motivum habere: quam resolvunt affirmativè Ripalda, Cardinalis de Lugo Herize, Oviedus, Arriaga *locis* passim *obviis* contra Suarez, Tannerum, Antonium Perez, Cardinalem Pallavicinum, Esparzam, & alios. Horum discursuum fundamenta dabimus vel in munimen Resolutionis nostræ, vel in impugnationem ipsius.

Ripalda. Card. Lug. Oviedo. Herize. Arriaga. Suarez. Tannerus. Ant. Per. Cardinal. Sfortia. Esparza.

SECTIO II.

AD SINGVLOS ACTVS SALVTARES necessaria est Gratia Actualis Illuminans, & Afficiens.

§. I.

Conclusio Generalis.

FIRMATVR GENERALIS CONCLVSIO.

Ostenditur primò: ex Concil. Arausic.

11 PRobatur primò Generalis illa Conclusio ex Concilio Arausicano secundo *can.* 7. qui sic habet: *Siquis per naturæ vigorem, bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare, ut expedit, aut eligere, sive salutari, id est, evangelicæ prædicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione, & inspiratione Spiritûs Sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo, & credendo veritati, hæretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Evangelio dicentis: sine me nihil potestis facere.* Vnde sic arguo primò: totâ necessitas gratiæ ad actus salutares reducitur à Concilio ad necessitatem illuminationis, & inspirationis; quæ sunt Gratia illuminans, & afficiens; sed ad omnes, & singulos actus salutares necessaria est Gratia Dei: ergo necessaria est Gratia Illuminans, & Afficiens. Secundò: omnes, & singuli actus salutares sunt aliquid conducens ad vitam æternam, & bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ; sed ad omne, quod sit aliquid conducens ad vitam æternam, & bonum aliquod æternæ vitæ, requiritur Gratia illuminationis, & affectionis ex generalitate Concilii utentis verbis Christi Domini generalissimis, nihilque excipientibus: ergo requiritur ad omnes, & singulos actus salutares: idque convincunt quæ pro se urgebat *lib. & disp. præced.* Pater Vazquez, quæ sunt innumera, nosque exposuimus in hunc sensum: & revideri possunt apud Granadum, Ripaldam, & Suarez *citatis locis.*

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Vazquez. Granado. Ripalda. Suarez.

Ostenditur secundò:

12 Probatur secundò generalis ipsa Conclusio: Omnes, & singuli actus salutares, *vel sunt* aliquod initium vitæ æternæ, *vel sunt* aliquod ipsius augmentum: vel enim sunt primum meritum, vel secundum, aut tertium; atque adeò dant initium, si primi sunt: vel si subsequentes, augmentum: atqui tam ad initium, quàm ad augmentum vitæ æternæ necessaria est Gratia illuminans, & afficiens: ergo & ad singulos actus salutares. Minor ostenditur. Tùm quia non est minus Dei donum, augmentum, quàm initium æternæ vitæ. Tùm etiam quia definiri videtur hoc in Arausicano *can.* 5. per hæc verba: *Siquis, sicut augmentum, ita etiam initium Fidei, &c. non per Dei donum*, id est, *per inspirationem Spiritûs Sancti nobis inesse dicit, Apostolicis dogmatibus adversarius approbatur*: ubi, quod de Fidei definit initio, de augmento supponit.

Arausic.

Ostenditur tertiò:

13 Probatur tertiò sub eadem generalitate Conclusio: Ad primum actum salutarem, elicitum in absentiâ habituum infusorum, & Gratiæ sanctificantis necessariâ est Graria actualis auxilians per modum illuminationis, & affectionis: ergo etiam ad alios actus salutares elicitos in præsentiâ suorum habituum: ergo ad omnes, & singulos actus salutares. Hæc secunda consequentia bona est, & antecedens datur ab omnibus, fassis id (ad minus) definitum ab Arausicano, & Tridentino. Probatur prima consequentia. Concursus effectivus habituum in actus salutares totus suppletur à Deo in eorum absentiâ per auxilium extrin-

Arausic. Tridentin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

secum Omnipotentiæ suæ specialiter applicatæ, ut explicabitur *lib. seq. à num.* 120. Nunc sic: non est minùs physicè potens voluntas ex auxilio extrinseco, quàm ex habitu infuso, cùm iste non sit illo robustior, aut potentior: ergo non habet voluntas ex extrinseco auxilio minores vires, quàm ex habitu: si ergo suppletâ perfectissimè absentiâ habitûs, manet adhuc necessitas illuminationis, & affectionis, quidni maneat ipsa necessitas in præsentiâ habituum infusorum?

Ostenditur quartò: Infrà à num 34.

14 Probatur quartò ipsa Conclusio generalis per rationem à priori pressiùs examinandam *infrà*: Omnis, & quilibet actus salutaris est electio meritoria, atque adeò affectus liber supernaturalis: ergo supponit ex parte intellectûs cognitionem objecti quod eligit, & ex parte voluntatis simplicem affectionem ejusdem objecti. Prima pars consequentis extra dubium est ex communi Philosophiâ. Secundam ostendimus *lib. præced.* 10. Sed cognitio, & affectio, præviæ ad supernaturalem electionem debent esse supernaturales: exigit enim supernaturalis electio, titulo excellentiæ suæ, proportionata principia, quæ vel illuminent, vel inclinent ad ipsam; ut spiritualis affectio titulo perfectionis suæ exigit de eadem entium lineâ cognitionem, & affectionem: ergo omnis, & quilibet actus salutaris supponit ex parte intellectûs Gratiam illuminantem, & gratiam afficientem ex parte voluntatis. Ex hac generali conclusione solvendæ nunc sunt difficultates *sect. præced.* propositæ; saltem *sex primæ*: alias pro sui dignitate prolixiùs evolvam *in sequentibus à num.* 34. Ex his ergo, quæ firmavi

Supr. lib. 10. à num. 253.

Vide mox à num. 34.

§. II.

ILLATIONES OPPORTUNÆ.

Illatio prima. Vega.

15 INfero, & *Assero* primò contra Vegam: necessariam esse Gratiam utramque, illuminationis, & affectionis supernaturalis ad conversionem Peccatoris Fidelis ad justitiam, & ad Deum. Tùm ex ratione generali, quia ad singulos actus salutares necessaria est utraque Gratia. *Tùm ex Sess. 6. Trident. can. 3.* clariùs id attestante, quàm ut possit in dubium verti. Tùm specialiter *ex num.* 13. & ex his, quæ jam paro contra Molinam, & Zumelem.

Molina. Zumel. Illatio secunda:

16 Infero, & *Assero* secundò: necessariam esse Gratiâ utramque ad actus salutares, etiam illos, qui sunt in præsentiâ habituum infusorum, & sanctificantis Gratiæ. Patet ex dictis: nam alioqui falleret in hisce Doctrina communis Arausicani, & Patrum: quæ cùm generalis sit, nullamque notam limitationis, aut exceptionis insinuet, non est limitanda ex privato discursu, nisi alioqui gravissimi ponderis: quem hucusque desideramus: quo ex capite mihi perplacet ea Conclusio generalis: quia conformior Patribus, & Conciliis.

Cœlestin.

17 Confirmatur insuper primò: ex aperto testimonio Cœlestini Papæ *epist. ad Episcopos Galliæ cap.* 8. ubi præter alia, hæc habet: *Præparatur Voluntas à Domino, & ut boni aliquid agant, piorum inspirationibus suorum ipse tangit corda Fidelium.* Et infrà: *Nostrum sentimus nõ deesse arbitrium; & in bonis quibusque, ac voluntatis humanæ singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium.* Quæ verba sumpsit Cœlestinus ex *Zosimo Papâ*, & ex Patribus *Africani Concilii*; adeòque sunt clara, ut ferè sint ipsa verba illationis, & assertionis nostræ. Confirmatur secundò: quia munera Gratiæ excitantis, & Gratiæ habitualis; seu Gratiæ per modum illuminationis, & affectionis, & Gratiæ per modum habitûs, diversissima sunt, nec mutuò per utramlibet præstabilia: ergo præsentia habituum non minuit actualis Gratiæ necessitatem. Consequentia patet, & antecedens ostenditur: nam principale munus actualis Gratiæ est præstare formaliter, ut potentia vitaliter attendat, & vigilet, & afficiatur: id autem muneris nec præstati, nec suppleri potest ab habitu; cujus certè propensio alterius rationis est, & per quam non transcendit homo dormientis statum, ut *supra* notabam ex Aristotele.

Zosimus. Africani. TT.

Suprà lib. 10. nu. 93.

Illatio tertia.

18 Infero, & *Assero* tertiò: non sufficere ad actus salutares Gratiam, quæ præteriit; sed requiri Gratiam, quæ physicè existat, vel in se, vel in actuali cognitione memorativâ supernaturali. Patet utraque pars: quia Patrum locutiones nequeunt nisi perperam explicari de Gratiâ non coexistente cum merito, & ratio est: quia Gratia, quam requirunt Concilia, & Patres, debet influere in actus salutares: Tùm quia eam requirunt ad *posse* contra Pelagium: tùm etiam quia mediâ ipsâ Deus dicitur Author specialis operis nostri: quod sine concursu, vel effectivo, vel formali nequit intelligi; atqui auxilium non existens nequit influere vel efficienter, vel formaliter, ut ex ipsis terminis patet: ergo requiritur actû, & physicè existens. Præteritio enim, cùm nihil importet rei præteritæ de præsenti, nihil juvat.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

actus salutares sint inter se subordinati, ut actus imperans charitatis, ex quo movetur Voluntas ad actum Religionis, & exinde in alium: & hanc seriê actuum patet ex unicâ posse Gratiæ illuminantis, & afficientis motione proficisci: neque enim est ratio, cur unâ illustratio illuminate non possit objecta diversa. Tria fateor, quæ (nisi fallor) non satis distinxere Suarez, & Montoya, minùs fortè ob id grati Patri Ripaldæ. *Primû*: eam illustrationem, & affectionem fore longè diversam ab eâ, quæ per se præcedere debet ad actum virtutis imperâtis: nam ad eum per se non faciunt objecta, & actus virtutum subordinatarum; quæ singula repræsentare debet hæc illustratio, de quâ loquimur; idque summùm assequitur Pater Ripalda. *Alterum*, eam illustrationem, & affectionem, virtute, & æquivalenter esse multiplicem: ob rationem jamjam attactam. *Tertium*, regulariter singula auxilia præcedere ad singulos actus salutares.

Nota. Suarez. Montoya. Ripalda.

Nota ex P. Suarez

Contra Mõtoyam, & alios.

P. Ripald.

21 Secundò potest intelligi, si actus salutares disparati sint inter se: & ad plures etiam unum auxilium sufficere, perfectius tamen eo, quod singillatim quisque requirit. Ostenditur. Tùm quia Beati unicâ Dei visione satis illuminantur ad amorem, & alios omnes actus honestos: Tùm quia Beatissimæ Virgini suas actiones ex illuminante Gratiâ Scientiæ infusæ dirigente, id perfectionis conceditur à plerisque. De Christo Domino docet Doctor Eximius *3. part. disp.* 18. *sect.* 4. nec Ripalda negat, legendus *disp.* 111. *sect.* 12. Video Montoyam *disp.* 41. *de Provid. sect.* 2. plus conantem, quàm quod & intuli, & asserui. Hic tamen sensus unicè verus est mihi.

Suarez. Ripalda. Montoya.

Illatio quarta:

22 Infero, & *Assero* quintò: Gratia illuminationis, & Affectionis, quæ necessaria sit ad actus salutares, non solùm esse debet de objecto actuum, sed etiam de ipsis actibus. Ratio est: quia debet esse de toto objecto, in quod tendit electivus affectus; sed objectum affectûs electivi non solùm est objecti directi bonitas, sed & bonitas actûs eligentis: Omnis enim electio libera est amor sui: ergo. Minor mihi est vera ex *tract. de Actibus*, ubi latè probavi. Nunc suppono. Et breviter pro ejus veritate

Illatio quinta.

Latè 1. 2. Tract. 1.

Duplex Ratio: Prima.

23 Rationes *duas* assigno. *Unam* for-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

tè non solidam, ne fortè incautos fallat adusque majus examen: *aliam*, utilem, quâ maximè nitor. *Illa* proponi sic solet: Voluntati liberè amanti, placet amare: imò rogata, cur amet, plerumque respondet, *quia placet*: quod ipsi liberè non amanti, non evenit: ergo ideò est quia omnis electio est amor sui. Alii aliam inde consequétiam inferunt: nempè requiri ad omnem electionem, affectionis simplicis præcedentiam. Neutrum benè. Non illud: quia Deus amat, quia placet, sine præcedenti ad electionem affectu. Non illud: quia modus ille respondendi *quia placet*, fortè nihil aliud

P. Quirós. significat, acutè notante Patre Quirós *tom. 1. disp. 62. sect. 3.* præter approbationem intellectûs, vel libitum voluntatis positum ex dominio, quo posuit anorem, potens alioqui non ponere. *Aliam*

Altera; sic proponо: non solùm eligitur à voluntate objectum, sed actus: imò istic potissimum: nihil autem potest eligi, quod non appareat bonum: ergo debet ante electionem apparere bonus, ipse actus, per quem objectum eligimus. Nulla verò foret ista necessitas, nisi amari deberet. Quicquid Prudentia non consiliatur solùm de objecto, sed de actu, quo debemus objectum amplecti: imò de actu principaliùs, qui est modus eundi in objectum: modus autem operandi cadit

Ribaden. Ant. Per. principaliùs in consilium. Vide Ribadeneyram *illa disp. 15.* & Antonium Perez *disp. 7. de Char.*

Prima facie sexta: 24 Infero, & *Assero* sextò: Ad opus externum, possibile nobis, nostroque subjectum arbitrio, & actu volitum, non requiritur auxilium speciale ultra ea, quę requirit Affectus, imperans; nisi velis

Suprà lib. 10. nu. 65. hunc, auxiliantem gratiam *ex lib. 10. nu. 65.* tuncupare. Notandi sunt *termini*, quibus illationē asserui: qui si deficiant,

Montoya. locus erit opinioni Montoyæ; & in eorū defectu intelligendi sunt Partes, quos accumulat *disp. 38.* Ratio jam fit ex Au-

Augustin. gustino planissimè in hanc viam eunte nobiscum *lib. de Gratiã, & libero arb. cap. 16. & lib. 8. Confess. cap. 8. & omnino cap. 9.* quia volente arbitrio rem exequi, solùm decrit executio, aut ex defectu potestatis, aut ex defectu voluntatis: utrumque autem salvat illatio nostra; cum & possibilitatem exequendi supponat, & actualem volitionem efficaciter imperantem executrici potentiæ.

Nota bene 25 Hinc discees, ut clariùs præeam ad Patrum interpretationem, executionem operis externi etiam nobis alioqui possibilem, plerumque nō poni, vel quia voluntas ex affectûs ineffacià torpet; vel quia interrumpit affectum; vel quia circunstantias singulas non prævidit, & voluit: unde terretur ipsis noviter animadvertis. In his casibus requiritur speciale auxilium Dei: & id assequuntur Patres apud Montoyam. Nisi velis cum Ripaldâ juxta opinionem suam, & *nostram* satisfacere Patribus, dicendo ipsum affectum deliberatum imperantem actiones externas esse Gratiæ auxilium, de quo eloquuntur. Illud addo, quod eorum menti potiùs fortè congruat, eos, nempè, ideò non solùm ad *velle*, sed etiam ad *perficere*, gratiam requisiviſſe, quia Gratia, quæ requiritur ad efficacem affectum, ne voluntas torpeat, tabescat, & terreatur, est ultra communem, & specialis: necessaria tamen ratione nobilissimi affectûs interni præcontinentis victoriam, omnium, quas tulerit executio, difficultatum. Has nostras, quas *resolutione* subjecimus, expedire penitùs opus est, respondendo contrariis. Quæ supersunt, dabimus *ex sequenti disputatione*, opus perficiendo, quod cæpimus.

Tro Montoya: cum Ripaldâ: ex suprà lib. 10. à num. 171.

§. III.

OBIECTIONES.

Objectio prima: unde Pelagius desipuit. 26 Objicies primò: contra conclusionem *principalem*. Si ad singulos actus salutares esset necessaria Gratia illuminans, & afficiens, non esset in manu, & potestate nostrâ, necessarium comprincipium ad actus salutares: ergo neque esset in potestate nostrâ salutaris accessus ad Deum: ergo neque liberi essemus ad salutarem accessum ad Deum. Consequentiæ patent. Prima: quia qui caret necessario comprincipio ad actum, eo modo necesse est quod careat actu. Secunda: quia non minus tollit libertatem impotentia ad agendum, quàm necessitas: cùm utrumque contradicat æquè dominio. Antecedens autem patet: quia quod supra me omninò est, non est in meâ manu, & potestate: Talis autem est ex supernaturalitate suâ Gratia illuminans,

Malè assumpta à Vega. nec benè à Ripaldâ soluta. nans, & afficiens. Sic arguebat Pelagius, & sic (si quod nollem) arguit Vega. Patet Ripalda recurrit ad singularem illam opinationem suam de inseparabilitate illustrationum naturalium à supernaturalibus ex lege Dei. Quod non probo nam ad argumentum contra Fidei dogma, debet respondere Theologus ex cōmuni sententiâ, quantùm potsit.

Solvitur. 27 Respondeo: *Ne dicas per Deum ab fit*, inquit Spiritus Sanctus *Eccles. 15.* *Eccles. 15.* ex quo patet, defectus nostros, vel à Deo recedendo per culpam, vel ad ipsum non accedendo per salutares actus, nobis tribuendos esse, non Deo: quippè *perditio tua ex te: tantummodo in me auxilium tuum.* Rationem assignat Senonense *in Decreto Fidei cap. 15. Nec tamen tanta Gratiæ necessitas libero præjudicat arbitrio, cùm illa semper sit in promptu.* In his stat argumenti tota solutio. Fatemur defectum necessarij comprincipii præjudicare libertati: fatemur insuper esse supra nos; nec ita in nostrâ potestate, ut sit debitum, aut nostris viribus acquiribile. Datur tamen à Deo, cujus misericordiæ nos anticipant; & datur *opportunis temporibus*: nempe cùm necessarium est. Moraliter ergo loquendo, *semper est in manu nostrâ* salutaris accessus ad Deū, quia Deus nunquam desinit auxiliari, cùm opùs, & opportunum est. Vide Suarez *lib. 4. de Gratiâ cap. 20.* & quæ latè jam diximus *lib. 9.* suprà.

Ex Senon.

Suarez. Et suprà lib. 9. à num. 70.

Objectio secunda. Ex Augustino.

28 Objicies secundò contra eandem: Nam Augustinus *de Spirit. & lit.* sic ait *cap. 34. Virorum suasionibus agit Deus ut velimus, & credamus, sive extrinsecùs per Evangelicas exhortationes, sive intrinsecùs, ubi nemo habet in potestate, quod ei veniat in mentem.* Ex quibus juxta mentem Augustini videtur sufficere externa prædicatio, nec requiri pro singulis actibus salutaribus internæ domini illuminantis Gratiæ: falsa est ergo nostra Conclusio Generalis. Respondeo, sensum Augustini; *eo loco*, esse, plerumque excitari in nobis ab Spiritu Sancto propositionem boni, nullâ dará occasione ex externo rerum occursu; aliquando verò sumptâ occasione ex his, quæ nostris sensibus occurrunt ex vicissitudine rerum. Ex quo nihil licet inferre, quod Augustinum insinuet contradicere nostræ illi generali positioni, cùm & ipse satis suam

Solvitur. mentem expresserit in multis locis, quorum aliqua *disputatione præcedenti* dedimus.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt. Objectio tertia. Vega. 29 Objicies tertiò contra primam illationem ex Vegâ. Possumus subitò odisse, quod amabamus, & econverso, solùm ex nuto libito voluntatis nostræ: ergo possunt etiam Peccatores sine novâ illustratione, nec de novo vocati, per solam Gratiam adjuvantem Dei, subitò detestari peccatum cum proposito emendationis. Patet hæc consequentia: quia hoc, adjuvante nos Deo, facilius videtur esse, quàm illud. Confirmatur: quia peccator Fidelis fide non caret; at Fides sufficit excitare ad actus Spei, Charitatis, & Pœnitentiæ: ergo peccator Fidelis non eget nova illustratione Divinæ Gratiæ, ut se convertat ad Deum. Respon-

Solvitur. deo: Nostra libertas non potest exercere se, nisi præhabitis comprincipiis, per quæ ponitur in manu nostrâ operatio: ex illis unum est cognitio: sine quâ dari nequit libitum voluntatis, cùm nequeat dari dominium. Quòd autem subitò diligamus, quod ante execrabamur; aut quòd subitò execremur, quod amabamus, nunquam fieri potest sine notitiâ subitò nobis occurrente, & nostram immutante libertatem. Vnde falsum est antecedens, si quicquam aliud intenderit: & consequentia nulla: cùm in ordine supernaturali præcedere debeat ad affectū proportionata cognitio, & excitatio. Ad confirmationem. Fides habitualis non potest formaliter excitare, cùm sit qualitas mortua: poterit actualis: at ista jam est nova Gratia illuminans, & afficiens, cùm ex una parte fit actus intellectûs supernus; ex aliâ, supponat supernaturalem affectionem: quorum insuper actuum neuter esse potest in peccatore sine prævia excitatione Gratiæ illuminantis, & afficientis. Id quod satis innuit Tridentinum *Sess. 6. c. 6.*

Trident.

Objectio quarta. Ex Molinâ 30 Objicies quartò contra secūdam *illationem* ex Molinâ: Supernaturalitas Gratiæ illuminantis, & afficientis unicè requiritur, ut affectus supernaturalis sit; atqui ut affectus sit supernaturalis in homine justo, nō requiritur supernaturalitas Gratiæ illuminantis, & afficientis, ergo in homine justo non requiritur actualis auxilium Gratiæ ad actus salutares. Probatur minor: nam ut actus sit supernatura-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Et aliis.

turalis, sufficit fieri ab habitu supernaturali virtutis infusæ, quo justus non caret. Confirmatur: nam justo per habitus inest sufficiêtia ad supernaturaliter operandum: ergo non requiritur alia supernaturalis vis illustrationis, & affectionis. Vrgetur: vel concursus auxiliorum actualium est effectivus, vel formalis? Si secundum: ergo ab aliis principiis debet affectus supernaturalitatem habere: ergo non obstat, quominùs illustratio, & affectio, naturalis ordinis sint. Si primum: cur suppleri non potest ille concursus, vel per habitum, vel per Omnipotentiam extrinsecùs, & specialiter assistentem? Confirmant alii tertiò: actus Fidei elicitur ex affectione solùm naturali: vel hæc affectio, licèt alioqui supernaturalis, solo judicio naturali dirigitur: quidni igitur solâ illustratione, & affectione naturali, si alioqui non desint superna comprincipia, contentus erit salutaris affectus?

Solvitur. Ex mox dicendis à num. 34.

31 Respondetur, omissis apud Ripaldam aliis solutionibus *sect. 3. & 4.* negando suppositum, nempè posse determinari à voluntate supernaturalem habitum ad actionem, solùm ex ductu naturalis illustrationis: quæ ob sui improportionem cum affectu superno, tam impertinens est ad movendum habitum, ac si non esset: eaque est Natura, & affectus, & habitus: *illius*, non posse determinari, nisi prævià luce sui ordinis; *illius*: non posse nisi ductu supernaturalis illustrationis dirigi. Quòd si aliud

Ripalda.

supponat Arguens, principium petit. Vnde *duo* fiunt: *Primum*: si habitus intusus erumperet in affectum, fore, ut supernaturalis evaderet, & non evaderet. *Alterum*: supernaturalitatem illuminantis Gratiæ, & afficientis requiri non solùm ut affectus sit supernaturalis; sed quia est supernaturalis. Sed ad hæc statim apertiùs, & solidiùs. Ad primam confirmationem, negetur assumptum: neque enim dari potest sufficientia, si deficiat essentiale prærequisitum proximum. Ad secundam: quicquid sit, an concursus auxiliorum sit effectivus, de quo

Infrà lib. 12. à num. 8.

infrà, semper etiam debet esse formalis, atque adeò insupplebilis ab emortuo, & purè physico concursu virtutum infusarum. Ad tertiam, negatur utraque pars antecedentis: quod de lege Dei saltem plusquam probabile mihi est.

Objectio quinta.

32 Objicies quintò contra tertiam *illationem*: Ad Gratiam auxilantem sufficit concursus moralis: hic autem præstari potest à cognitione præteritâ. Confirmatur primò: quia plerumque contingit, ut quis memor præteritæ vocationis convertatur, fortè non convertendus, nisi præteritæ memoria vocationis exurgeret: ergo movet ad conversionem præterita Gratia. Secundò: quia Christus Dominus *Ioannis* 14. solam suarum

Ioann. 14.

illustrationum, & admonitionum memoriam promittit ex Spiritu Sancto opportunè suggesturo. Respondeo ad argumentum. *Duplex* est moralis concursus. *Alter*, qui verè influat in effectum, modo tamen contradistincto à concursu effectivo: & iste nequit inveniri sine physicâ existentiâ principii influentis: sic in communi sententiâ influunt suasiones, cõsilia, & cogitationes internæ in actum voluntatis. *Alter*, qui solùm influit in æstimatione morali, modo scilicet contradistincto ab omni genere concursûs physicè existentis: sic dicuntur influere in actus internos objecta externa? *Priorem* ergo concursum habet minimùm Gratia in actus salutares, quia ad illos actû movet, impellit, & excitat. *Posterior* impertinens est ad rationem Auxiliantis Gratiæ. Ad primam confirmationem, distinguo consequens: movet objectivè, concedo: formaliter, nego: formaliter enim solùm movet illa supernaturalis cognitio memorativa, quæ Gratia nova est. Ad secundam: eo loci promittitur Discipulis à Christo Domino cognitio eorum, quæ à se didicerant, supernaturalis, & altior, & auctior. Supernaturalis, quia ab Spiritu Sancto specialiter suggesturo. Altior, & auctior: quia docturus erat eos omnia, per uberius, & clarius magisterium.

Solvitur.

33 Alias illationes, vel sic proposui, ut ex ipsis proponendi terminis interciperé objectiones, quæ fieri possent: vel explicabo fusiùs *loco suo*. Talis est *quinta*, nixa modo discurrendi, quam in doctrinæ gratiam potiùs modò supposui, quàm exposui.

Latè tom. 1. 2. seq. in 1. 2.

DIS-

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

DISPVTATIO LIV.

QVANTA SIT SVPERNATVRALIS GRAtia illuminantis necessitas ad Salutares Affectus?

Scopus Disputationis, satis gravis

34 DIVINÆ Gratiæ Necessitatem ad Actus Salutares adstruximus: quærimus Gradum hujus Necessitatis: an ex Dei tantùm lege, aliter Res ex arbitrio disponere potentis? an, ex ipsâ solùm naturâ Rei, miraculosè vincibili? an etiam indispensabiliter, adhuc inspectâ ipsius Auxiliantis Omnipotentiâ? Quæstiones, & Authores, eam, leviori, (quàm par est) studio meditatos, dedimus *num.* 10. Alios dabimus, dabimus *nu.* 39. Quæstionem verò Scholasticis ego curis maximè dignam censeo, studioque non levi, utpote Cardinem, quo Catholica Dogmata, Sanctorumque Conciliorum, & Patrum iterata Dicta volvuntur.

SECTIO I.

GRATIÆ SVPERNATVRALIS ILLVminantis, & Afficientis necessitas ad actus Salutares, etiam metaphysica est.

§. I.

EXPLICATIO CONCLVSIONIS.

Conclusionis explicatio, & intentio. Varia genera Principiorum.

35 EXplico Conclusionis intentum: Omnis actus salutaris, utpote electio meritoria, est actus liber voluntatis de ordine gratiæ: unde ex hoc *triplici* conceptu *Voluntarii*, *Liberi*, & *Supernaturalis*, supponit triplex principiorum genus; aut triplicem perfectionis gradum in potentiâ, naturâ. Ex conceptu Voluntarii, *cognitionem*: ex conceptu Liberi, illam *indifferentiam*, & *potentiam* ad opposita; ex conceptu Supernaturalis, *elevationem* potentiæ de suo insufficientis. Sed non est in singulis idẽ omninò modus influendi: nam alia solùm influunt in genere causæ efficientis: & sunt voluntas, & principium ipsam elevans in eo genere, sive sit habitus, sive Omnipotentia extrinsecùs, & specialiter applicata; alia etiam influunt in genere causæ formalis, & moraliter impulsivæ movendo, & excitando potentiam, ut adjuta principio supernaturali, sc, & illud determinet ad operandum.

Potestas libera.

36 Et per hæc integratur absoluta potestas libera ad actus salutares: quippe voluntas de se insufficiens, nisi reddatur ex principio elevante sufficiens per additionem virium physicarum, ex ipsis terminis apparet, impotens ad actionẽ: quo satis convincitur falsitatis, Baconius, aliud parùm tutò conatus. Dejnde quantumvis voluntas sit in genere physico instructa satis, cum affectus ex conceptu voluntarii supponat alia comprincipia in alio genere, nusquam est completa, si careat illo principio movente, & impellente: quod ex parte intellectûs est actus illuminans, & ex parte voluntatis indeliberatus actus afficiens.

Baconius.

Suarez ejusque Mens de simplici Affectione.

37 Hæc tamen indeliberata simplex affectio videtur Patri Suarez non æquè necessaria, ac actus illuminans: & quidem meritò: nam licèt necessaria sit, inspectis rerum naturis, ex modo, quo regulariter operamur incipiendo ab imperfectis motibus, & inde ad minùs imperfectos progrediendo, ut expeximus

Vid. suprà lib. 10. à num. 178.

suprà lib. 10. à nu. 178, quibus addi possent omninò pulcra, quæ congessit Eximius Doctor *lib. 3. de Gratiâ cap. 7. à nu. 5.* tamen non ita videtur necessaria, ut

sine

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

sine illâ non posit voluntas erumpere in electionem ; si nempe tam clara , & copiosa sit præventio cognitionis, ut Voluntas posit deliberare.

Quid de Beatâ Virgine?

38 Imò non video , cur Deus non posit expedire concursum ad electionẽ voluntatis , impedito concursu ad omne genus indeliberatæ volitionis : quod accidisse in Beatâ Virgine ex superabundanti gratiâ illuminationis docet idem

Suarez.

Eximius. At actus illuminans ita necessarius est ad volendum ex ipsâ naturâ potentiæ cæcæ , & operationis voluntariæ , ut omninò impossibilis à meliori Philosophiâ judicetur affectus voluntatis sine prævia mẽtis illustratione. Quòd si Patres æqualiter loqui videantur de necessitate illustrationis , & affectionis, vel id faciunt ob regularem necessitatem utriusque juxta naturalem, & communem modum operandi nostrum ; vel ob summam necessitatem illustrationis, quam, quia habemus ex Deo, & non ex nobis, inspirationem vocant, his nominibus usi promiscuè , ut facit Tridentinum; vel ob veritatem Positionis nostræ.

Trident.

Mens Nostra.

39 Cujus sensus jam apertè descendit ex dictis: non enim is est , ut electio meritoria nequeat etiam divinitùs esse sine utraque Gratiâ supernaturali illuminationis , & affectionis : namcùm ex *num. præced.* posit esse sine ullâ simplici affectione præviâ , patet , & existere posse sine Gratiâ supernaturali efficienti. Sensus ergo est : ita necessariam esse actualem Gratiam illuminantem , & afficientem supernam ad actus salutares, ut defectus ipsarum nec divinitùs suppleri valeat per actus naturales : atque adeò, licèt Potentia volitiva sit in genere principii physici sive per habitum , sive per aliud genus qualitatum , sive per Omnipotentiam specialiter auxiliantem instructa, & elevata supernaturaliter, nisi supernaturaliter elevata etiam sit per illustrationem supernaturalem,& per affectionem supernaturalem , (si movenda per affectionem sit,) eam nec divinitùs posse procedere ad supernaturaliter eligendum , ex defectu principii moventis, & excitantis. Vnde nec cognitio naturalis , nec naturalis item affectus possunt etiam divinitùs sufficere vel ad dirigendam, vel ad determinandam potentiam liberam ad actus salutares: imò esse ad id muneris inutiles , & ineleyabiles; quo negatur opinio Patris Ripaldæ concedentis actibus naturalibus vim movendi saltem peraccidens ad actus supernos *disp.* 49. Præter authores quos dedi *num.* 10. hanc fuisse mentem existimo Doctoris Eximii *lib. 3. de Gratiâ cap. 8. 9. & 10.* Se sic explicant Doctissimus P. Petrus Oxea, Collegii splendor noster, *de Fide disp. 20.* & Sapientissimus Esparza *lib. 6. quæst. 26. art. 3.* & hanc ipse sententiam eligo , quia judico magis consentaneam Doctrinæ Cõciliorum, & PP. ut expendam.

Ripalda.

Suarez.

Pet. Oxea. P. Esparz.

§. II.

PROBATIO CONCLVSIONIS DVPLEX.

Probatio Prima: ab Authoritate.

40 PRobatur primò Cõclusio authoritate Patrum, & Conciliorum; quam in favorem tantæ necessitatis expendo sic: non minorem insinuant Sancti Patres insufficientiam in intellectu ad cogitationes aptas ad Salutariter operandum *; quàm in ipsâ voluntate ad exercitium operationis Salutaris : imò tota necessitas supernaturalis auxilii ad salutariter operandum reducitur à Conciliis in insufficientiam habendi cogitationes , & simplices affectiones inductivas operis meritorii , ut notabam *num.* 11. Sed ea est insufficientia naturalis in voluntate ad exercitium operationis salutaris , ut sine principio supernaturali, metaphysicè sit impossibilis operatio: ergo ea est insufficientia naturalis in intellectu , ut sine principio supernaturali metaphysicè sit impossibilis cogitatio, quæ sufficiat ad salutariter operãdum. Sed si non est metaphysica necessitas supernaturalis illuminationis , sufficiatque cognitio naturalis , non est impossibilis metaphysicè cogitatio sufficiens illuminare voluntatem ad Salutariter operandum , sine principio , quod elevet intellectum : ergo necessitas supernaturalis illustrationis ad salutariter operandum , etiam metaphysica est. Explico breviùs vim rationis : Eodem modo loquũtur Patres de necessitate actualis Gratiæ in genere causæ impulsivæ, ac de necessitate virium supernarum in genere causæ efficientis ; sed ista est metaphysica , & absoluta necessitas : ergo & illa.

Nuper nu. 11.

Illustratur primò:

illa. Quòd utrobique assumitur, erit evidens meditãti loca Patrum, & Conciliorum, quæ sæpè repræsentavimus.

41 Confirmatur primò : Quoties de rebus existentibus negantur aliqua sub terminis de possibili , non arguitur aliqualis impossibilitas , sed metaphysica; sic si de homine neges, quòd volare possit, non utcumque volatum negas, sed negas possibilitatem ipsius; & arguitur impossibilitas non vincenda adhuc metaphysicè per ea præcisè , quæ nunc habet homo, de quo sine limitatione verificas negationem. Atqui testimonia Patrum, & Conciliorum negant sub terminis de possibili sine ullâ limitatione cognitionibus naturalibus, & affectionibus naturaliter insurgentibus, sufficientiam dirigendi , & movendi ad actus salutares: ergo arguitur ex ipsis metaphysica impossibilitas; atque adeò sit per oppositũ metaphysica supernaturalis illustrationis, & affectionis necessitas ad directionem. Minor patet ex innumeris. Sufficiat nunc illud Pauli 2. *Corinth.* 3. *Non sumus sufficientes , &c.* quod de Gratiâ illuminante clarissimum est, & explicat Augustinus *lib. 2. contra duas Epistolas Pelagian. cap. 8.*

2. Corinth. 3.

Augustin.

Secundò:

42 Confirmatur secundò : Vnicum fundamentum , ex quo Theologi colligunt supernaturalitatem meriti nostri, & indigentiam etiam absoluram, & metaphysicam effectivi principii supernaturalis, est, quia ad actus salutares requiritur à Patribus, & Conciliis tale genus illustrationis, & affectionis, ut excedant genus omne naturalis illustrationis , & affectionis : id quod negari nequit à nemine, qui Theologos viderit in hac materiâ discurrentes. Nunc sic: vel tale genus illustrationum, & affectionum ita requiritur, ut ne metaphysicè quidem suppleri possit per illustrationes, & affectiones naturales, vel non? Si primum: id est unicè quod intendimus. Si secundum: ergo darur in illustrationibus, & affectionibus naturalibus sufficientia ad movendos Actus Salutares: nequit enim suppleri munus alicujus per id, quod præstare non sufficit illud ipsum munus : sed ex suppositione conditionis supplebilis per id, quod est in notitiâ, nequit metaphysicè colligi , quidquam supra naturam: ergo ex suppositione illuminantis Gratiæ & afficientis nequit colligi supernaturalitas meriti , & indigentia supernaturalis comprincipii, sica suppositio supplebilis sit.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Ratio à priori.

43 Et ratio est : quia tota illa dignitas Gratiæ illuminantis , & afficientis, per quam illustratio, & affectio supernaturalis excedunt cognitiones, & affectiones naturales , si semel istæ sufficere permittantur, de peraccidens venit ad actus salutares: unde nequit ex illâ sumi regula , ut ipsorum dignitatem metiri possimus. Ex quibus fit, Patres, & Concilia, licèt de hac rerum serie locuti sint (quo ex capite videtur esse conatus noster inutilis , dum eos etiam extendit ad casum de possibili) tamen eas apposuisse conditiones locutionibus suis , ut ex eis decidere possit Theologus controversiam de possibili : Arguunt enim Patres *à ratione* pletumque, quæ *præcisa à lege* vim habet; & ultrà rem promovet

Tentata solutio.

44 Duplicem Patribus interpretationem opponit Magister , quem *infrà* laudabo. Alteram ex Ripalda *num* 19. quam satis ex modo nostro arguendi rejectam , iterum repetere non est mihi otium. Alteram ex Montoya *disp.* 44. *num.* 28. quæ sic habet : Patres pro more locutos de potentiâ Dei ordinariâ; quod sufficit , ut absolutè dicatur necessaria ad salutariter operandum, supernaturalis illustratio. Sic dicitur absolutè ex Doctrinâ Conciliorum , & Patrum non posse peccatum homini condonari sine inhærente justitiâ; quin tamen etiam metaphysicè necessaria sit ad remissionem peccati. Sic ex Apostolo dicitur *Impossibile esse sine Fide placere Deo. Heb.* 11. quin tamen Fidei, ad placendum Deo, necessitas metaphysica reputetur. Quæ solutio , (glossat ipse Magister ,) sufficientissima est, & digna , cui acquiescat quilibet doctus, utpotè tradita à *diligentissimo scrutatore* Conciliorum , & Patrum.

P. Munieſſ Ex Ripald & Ruiz. Infrà à num. 61.

Impugnatur primò Quid Author censeat de Montoya in hoc puncto.

45 Quantum chaos interfit inter Montoyam , & Ripaldam , sequacesque Modernos , apertè viderit , qui Montoyam. Ellò hic ex *peregrinis Philosophiis* intulerit triplicem modum , quo divinitùs suppleri posset illustrantis, & afficiẽtis supernaturaliter Gratiæ motio , nusquam ausus est dicere suppleri posse per cogitationes, & affectiones naturales: id enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

enim neque nominat, *adeò diligens scrutator Conciliorum, & Patrum.* Imò addit nec divinitùs fieri posse salutares actus sine supernaturali aliquâ Gratiâ excitanti, quæ suppleat illustrationem, & affectionem.

Secundò:

46 Deinde sic arguò: sunt alia, in quibus Patres ex Scripturâ disputant unicè; & sunt alia, in quibus disputant à ratione: in illis solùm potest colligi necessitas è lege Dei, *si factum attendas*: in istis longè major necessitas potest colligi, nempè juxta vim rationis. Dixi: *Si factum attendas*: nam si Scriptura ultra factum rationem assignet, aut possibilitatem attingat; inde major, quàm ex lege, necessitas debet inferri. Et hinc surgit apta disparitas ad illud de inhærente justitiâ: pro his, qui condonationis puræ extrinsecæ possibilitatem agnoscunt, quorum ipse non sum. Nam, ad aliud de impossibilitate merendi sine fide: *sunt* qui Fidem disjunctivè sumant vel pro Fide *strictâ*, vel *latâ*; & sic ea impossibilitas, summa est. *Sunt*, qui Fidem *strictè* sumant; & eam etiam metaphysicè necessariam judicent. *Sunt* qui necessitatem unicè legalem admittant ex ratione, quàm *nuper* adhibui. *Sunt* denique qui nec legalem inferant ad omne genus meriti supernaturalis, contenti Apostolum interpretari de solâ justificatione. Primi discurrunt cum Ripaldâ. Alii cum Antonio Perez, Sparzâ, & Sfortiâ. Tertii cum Cardinali de Lugo post Suarez. Postremi cum Oxeâ.

Vide tom. seq. tract. 3.

Ripalda. Ant. Per. Esparza. Alii. Cardinal. Sfortia. Card. Lug. Suarez. Pet. Oxea.

Tertiò: Suprà lib. 10. à num. 243.

47 Demum arguo sic. Si ex locutionibus Patrum, quales *suprà lib. 10. à nu. 243.* repræsentare conatus sum, non infertur major necessitas, quàm legalis, aut ex naturâ rei: ergo nec ex ipsis infertur debet necessitas elevantis comprincipii effectivi necessitas ultra connaturalem, aut legalem: ergo dici turò poterit, divinitùs, aut in aliâ lege fieri posse, nullis additis comprincipiis indebitis, actus salutares. Quod tanti Magistri non patientur dici. Quorum alter recursus ad generalem concursum Dei metaphysicè necessarium, eidem ictui subjacet, & abs re est: ergo & tota solutio.

Probatio secunda: à priori:

48 Probatur secundò Conclusio: cognitio dirigens, & affectio movens ad actum voluntatis ita concurrunt ad ipsum, ut & ipse, & voluntatis determinatio verè possint attribui cognitioni dirigenti, & affectioni moventi; sed actus salutaris, & determinatio voluntatis ad ipsum, nequit unquam attribui cognitioni naturali, nec naturali affectioni: ergo nec unquam potest ad actum salutarem dirigere cognitio naturalis, nec movere naturalis affectio. Consequentia bona est. Et major evidens: quia suadenti operationem, & in ipsam impellenti, tota tribuitur operatio. Minor probatur primò: quia si actus salutaris, & ipsa determinatio voluntatis posset attribui cognitioni naturali, & naturali affectioni, Naturæ posset attribui operatio voluntatis determinantis habitum supernaturalem; at Naturæ nunquam potest attribui operatio supernaturalis habitûs elevantis: ergo. Secundò: quia Natura de suo misera nequit suis ipsa viribus subordinare sibi concursum habitûs; atqui si posset attribui operatio supernaturalis cognitioni naturali, & affectioni naturali, per vires suas naturales subordinaret sibi concursum habitûs: ergo. Tertiò: nihil potest à Naturâ præstari, quod non sit infra felicitatem ipsius: nihilque proveniens à Naturâ, sterile non est veræ felicitatis: ergo omnis conatus naturalis, sterilis omninò est respectu ad fructum salutarem, qui ex excellentiâ suâ tangit lineam veræ felicitatis: ergo est inutilis quæcumque directio naturalis, ut voluntas sibi subordinet habitum supernaturalem: ergo nequit ulli connatui naturali operatio supernaturalis attribui.

Latè de hoc discursu in 1. 2. Tract. 3.

Illustratur primò:

49 Confirmatur primò: Omnis habitus, & omne comprincipium supernum subditur voluntati ad operandum honestè, & salutariter: ergo nequit operari nisi præsuppositio requisito cognitionis, & affectionis: Omne enim comprincipium subditum voluntati, imitatur, aut servat conditionem ipsius: sicut ergo voluntas operari nequit sine præsuppositione cognitionis, & affectionis, neque poterit habitus, aut comprincipium elevans: ergo & habitus elevans, & elevata voluntas ponuntur in proximâ sufficientiâ ad operandum per cognitionem, & affectionem: ergo cognitio, & affectio dat voluntati & habitui proximam sufficientiam ad supernaturalem actionem. Sed proxima sufficientia ad super-

supernaturalem actionem, venire non potest à Naturâ: ergo nec à naturali cognitione, & affectione.

Secundò:

50 Confirmatur secundò: Talis est natura principii elevantis, ut solùm sit subordinatum voluntati in ordine ad actiones egentes elevatione: ergo voluntas eatenùs sibi subordinat comprincipium elevans, quatenùs operatur ex ipso: ergo quatenus movetur ex cognitione naturali, & naturali affectione, utpote non operans nec præventa per ordinem gratiæ, non subordinat sibi Supernum habitum. Sed nequit ex habitu operari, nisi quatenus ipsum sibi subordinat: ergo quatenus movetur ex cognitione naturali, & affectione naturali, perinde est, ac si nullam excitationem haberet ad operandum cum elevante comprincipio: ergo nec operari potest.

Tertiò:

51 Confirmatur tertiò: Omnis determinatio, & motio, quæ fit à solâ naturâ, fit sine gratiâ; at omnis determinatio, & motio, quæ non fit à Gratiâ est essentialiter infæcunda Gratiæ: ergo omnis determinatio, & motio, quæ fit à solâ naturâ: ergo sunt essentialiter infæcundæ Gratiæ: ergo nequeunt esse determinatio, & motio ad actionem essentialiter gratiosam, utpote provenientem à supernaturali comprincipio. Quæ si intimiùs evolvas, frustratas invenies solutiones, quas in simili meditantur Recentiores post Ripaldam, & Koninkum: & alia rem in hanc dabimus *tract. de Supern. in 1. 2.*

Ripalda. Koninch. Et 1. 2. Tract. 3.

§. III.

TERTIA PROBATIO CONCLVSIONIS.

Probatio tertia:

52 PRobatur tertiò Conclusio: Ex naturâ rei non potest dirigere, nec movere cognitio naturalis, aut naturalis affectio voluntatem etiam instructam infusis habitibus ad actum salutarem: ergo neque divinitùs: ergo necessitas supernaturalis gratiæ illuminâtis, & afficientis, etiam metaphysica est. Secunda consequentia liquet: & tota vis est in entimemate: cujus antecedens, si Coninkum demas, est omnium; ipsinsque veritatem evincunt saltem adhibitæ probationes. Ostenditur insuper primò ex Augustino *lib. de Natura, & Gratiâ, cap. 26.* sic loquente: *Sicut oculus corporis, etiam planissimè sanus, nisi candore lucis adjutus, nō potest cernere: sic homo etiam perfectissimè justificatus, nisi æternæ luce justitiæ divinitùs adjutus, rectè non potest vivere.* Vnde Augustino æquè est impossibile, hominem quantumvis justum, atque adeò ornatum infusis habitibus, salutares actus efficere sine prævia luce Divinæ Gratiæ illuminantis, ac impossibile est, hominem, quantumvis oculorum acie sanum, videre sine candore lucis: at id impossibile est ex naturâ rei: ergo & illud.

P. Kominc.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Augustin.

Sotus.

53 Ostenditur antecedens secundò, ex Lege Dei, ne fiat unquam actus salutaris sine prævia Gratia illuminante supernaturali, quæ dirigat: quam legem negare nemo jam audet post Sotum, qui negavit semel 2. *de Naturâ, & Gratiâ, cap. 11.* seque coactus est retractare non semel *ob scandalum*: idque præstitit *in secundis curis* ad idem opus. *Et in Quarto sentent. Distinct. 1. quæst. 2. art. 3. & Dist. 5. quæst. 1. art. 2.* Iam sic arguo: si ex naturâ rei sufficeret cognitio naturalis, & naturalis affectio dirigere voluntatem ad actus salutares, magis facilis, & obvia nobis esset per naturales illustrationes salus, quàm per illustrationes supernaturales; cùm illas habere jam possemus ex nobis, & non istas: excusarique possent tot entia supernaturalia, quæ sine necessitate multiplicari non debent: non esset ergo, unde colligi posset talis Divina lex.

Necessitas saltem ex naturâ rei clarescit:

54 Dices, colligendam ex Scripturis, Conciliis, & Patribus. Contra primò: quia per consortium habitûs, jam manet supernaturalizata saltem extrinsecè cognitio naturalis: quo possent eludi textus Patrum, & Conciliorum, & Scripturæ. Secundò: quia Patres, & Concilia, imò & ipsæ Scripturæ talem necessitatem arguunt ex imbecillitate nostrâ, & excellentiâ finis: ergo non est mera necessitas ex lege Dei. Tertiò: quia si tota necessitas esset ex lege Dei, semel adhibitis cōprincipiis effectivis supernis, non possemus: quia nollet Deus; nō quia nobis deficeret sufficientia: quod repugnat Apostolo. Quartò: quia & leges

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

suas disposuit Deus in bonum nostrum ex illâ generali voluntate, quâ vult omnes homines salvos fieri: cur ergo viam nobis magis facilem non elegit? Cur habenti jàm vires supernaturales per infusionem habitûs, & illuminato satis per naturale lumen denegaret majorem accessum ad se per actus supernorum habituum: est ergo præter Divinam legem necessitas ex exigentiâ supernaturalis ordinis, & ex improportione cum illo totius ordinis naturalis.

Quæ promovetur ex improportione.

55 Ostenditur antecedens tertiò, ex hac improportione totius ordinis naturalis cum superno, quam sic pondero: Omnis vis appetitiva est connaturalis passio cognoscitivi principii: ut enim appetitus innatus sequitur ad naturam: sic appetitiva vis ad cognoscitivam, & appetitus elicitus ad cognitionem: ergo debet inter utrumque servari proportio, talem ex naturâ rei. Antecedens patet, & probatur consequentia: nam passio debet commensurari cum principio: cujus est passio; nec illius perfectionem excedere: atqui appetitiva vis supernaturalis nec commensuratur cum principio naturali cognoscitivo, nec supernaturalis appetitus elicitus cum naturali cognitione; & hic, & illa, perfectionem, & proportionem excedunt principii, & cognitionis naturalis: ergo appetitiva vis supernaturalis, & appetitus supernaturalis elicitus necessariò supponunt ex naturâ rei in principio cognoscitivo, & in cognitione movente perfectionem naturali majorem: ergo supernaturalem.

Et à pari.

56 Confirmatur primò: Diversitas appetitûs innati necessariò supponit diversitatem in esse: ergo diversitas appetitûs eliciti necessariò supponit diversitatem in esse cognito: ergo sicut ille pro sui diversitate supponit in esse diverso proportionatum esse: & iste pro sui diversitate supponit in esse cognito diverso proportionem cognitionis. Secundò: quia hæc eadem servatur à Naturâ proportio inter vim appetitivam, & perceptivam, sibi sympathicè respondentes in eodem ordine: quâ ex proportione colligitur necessitas intellectûs ad voluntatem, & cognitionis spiritualis ad spiritualem appetitionem, & naturalis insufficientia materialis perceptionis ad ipsam. Videri ulteriùs possunt Cardinalis de Lugo *disp.* 10. *de Fide sect.* 5. *num.* 28. Ripalda *disp.* 49. *sect.* 4. Arriaga *de Fide disp.* 18. *sect.* 1. & quæ dabimus in 1. 2. *cit. tract.* 3.

Card. Lug. Ripalda. Arriaga.

57 Probatur jam primi entimematis consequentia. Primò: quia fundamenta Recentiorum, vel nihil probant, vel æquè de antecedente, ac de consequente rem probant. Secundò: quia voluntas dum operatur liberè, nequit operari nisi juxta vires quas habet: nempè nequit excedere vim, & naturam elevantis com principii; atqui vires, quas habet in supernaturali ordine, ex naturâ rei egent prævià luce gratiæ supernaturalis illuminantis voluntatem ad operandum: ergo voluntas, dum operatur liberè in ordine superno, nequit operari, nisi prævià luce supernaturalis Gratiæ illuminetur. Excederet enim alioqui voluntas operans liberè vim, & naturam elevantis com principii.

Et exinde Necessitas Metaphysica. Primò: Secundò:

58 *Dices*, speciali ter à Deo prævenîri, ut determinet habitum, etiam contra exigentiam ipsius habitûs. Contra primò: quia ex ipsis terminis mihi apparet impossibile, quòd Deus præstet miracula, ut Gratiam deprimat infra excellentiam sui. Secundò: quia nequit à Deo prævenîri, nisi per aliquid supernaturale; at de hoc erit quæstio, cùm ex excellentiâ suâ non minùs exigat motionem proportionatam Gratiæ, ac primus habitus. Tertiò: quia vel Deus determinat Voluntatem ad operationem, vel relinquit ipsam in manu consilii sui. Si primum: non est quæstio: sic enim voluntas nec operatur liberè, nec meritoriè. Si secundum: determinat ergo habitum, ut elevata per habitum; sed non elevatur per habitum, ut contra exigentiam ipsius operetur: ergo.

Tertiò:

59 Probatur tertiò, & ultimò consequentia: quia si cognitio naturalis, & naturalis affectio ex naturâ rei non possunt movere voluntatem elevatam ad salutariter operandum, elevari debent in genere illuminationis, & affectionis ut moveant; atqui in eo genere est impossibilis elevatio: ergo impossibile est, quòd moveant, etiam metaphysicè. Probatur minor: nam elevatio in genere principii physici essentialiter est diversa ab elevatione in genere principii moraliter efficientis; unde per illam nequit ista sup-

pleri: quâ ergo ratione elevabitur illustratio naturalis, ut moveat? *Dices* primò: elevari per habitum. Contra: quia repugnat habitui formalis effectus illuminantis gratiæ: qui ergo elevat? *Dices* secundò: elevare, ut elevat potentiam passivam, nullis additis viribus passivi principii. Contra: quia potentia purè passiva nihil dat effectui, sed ab ipso recipit: quod potiùs indigentiam dicit, quàm excellentiam ullam; at potentia moraliter effectiva verè dat esse effectui: unde quid mirum, quòd illa non egeat elevatione, & egeat ista? Est ergo magna disparitas inter utramque: quod notent Recentes nimis confidenter innixi tam fragili paritate. Sed *mox* ad hæc iterum.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Infrà à num. 67.

Dices tertiò: elevari per alias supernaturales illustrationes. Contra: quia vel istæ sufficiunt, vel non? Si primum: ad quid illustratio naturalis? Si secundum: vel non sufficiunt, quia per ipsas non satis percipitur objectum, vel non? Si hoc secundum: non erit ratio, cur non sufficiant. Si primum: ergo additâ cognitione naturali ejusdem objecti, per hanc, & illam aliam naturalem erit satis instructa voluntas, quin ullâ sit opus Gratiâ supernaturaliter illuminante, etiam ex naturâ rei: quod negas. Videte Cardinalem de Lugo *disp.* 11. *de Fide sect.* 1. à *num.* 6.

Confirmatio à priori.

60 Confirmantur hæc omnia, urgendo rationem à priori Doctrinæ totius: cognitio non requiritur principaliter prævia ad voluntatis affectus, ut in eos activè influat, (id enim suppleri multipliciter posset;) sed ut potentia debitè sit illuminata circa objectum, & hoc illi intentionaliter applicatum in eâ lineâ, ad quam pertinet eliciendus affectus: si enim excitatio non sit eâ de lineâ, in quâ est operatura voluntas, non potest exercere vires quas habet, cùm eatenùs eas subditas sibi habeat in eâ lineâ, ad quam pertinet operatio, quam vires continent, & ad quam juvant; atqui cognitio naturalis nec illuminat voluntatem, nec ipsi objectum approximat in lineâ supernaturalis agentis, cùm ad hanc illuminationem solùm sit appendix, & commensuratus voluntatis affectus naturalis: ergo nec satis objectum approximat, ut supernaturaliter operetur. Requiritur ergo supernaturalis illustratio ad hunc effectum, qui, ut videtur ex terminis evidens, nec per habitum, cùm sit emortua qualitas, nec per aliquid aliud, quod vitale non sit, in genere vitæ supernaturalis suppleri potest. Quantumvis enim accumules naturalibus illustrationibus supernaturales, si de diverso objecto sint, manet aliquid objecti voluntati supernaturaliter operaturæ incognitum: si de eodem sint, movebunt istæ; superfluent reliquæ naturales.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

SECTIO II.

DEFENDITVR DOCTRINA præcedens.

§. I.

PRINCIPALIS OBIECTIO.

Objectio prima ex P. Muniess

61 Objicies primò, ex Magistro & Patruele meo P. Thomâ Munièssâ, *tom.* 3. qui *de Gratia est.* Homo supernaturali habitu instructus est proximè potens elicere supernaturalem affectum: ergo potest saltem metaphysicè sine supernaturali illuminatione, & affectione salutariter operari: non est ergo illuminantis Gratiæ, & afficientis summa necessitas. Probatur antecedens: quia si non esset proximè potens, vel esset ex defectu virtutis effectivæ, vel ex defectu illuminationis sufficientis ad supernum affectum. Non primum: quia habitus satis complet in eo genere voluntatem. Neque secundum: nam supponitur etiam cognitio repræsentans bonitatem, & affectio voluntatis ad illam: utraque naturalis: sufficiens tamen, ne voluntas feratur in incognitum. Hanc rationem multipliciter firmat hic Author, operosissimè disputans, ut præoccupet obviam solutionem.

Qui firmat primò:

62 Primò: quia cognitionis improportio non tollit sufficientiam dirigendi, de absolutâ potentiâ, cujus in ordine non debet attendi proportio rerum omnimoda; nam & materia indisposita, non obstante eâ improportione, divinitùs potest elevari ad recipiendam formam exigentem dispositiones, quæ tunc desunt.

Secundò:

Secundò: quia ea cognitionis improportio non obstat supernaturalitati affectûs; nam ad hanc sufficit necessitas unius prin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

principii supernaturalis, quod supponitur in casu disputantis. Tertiò: Voluntas, etsi alioquin improportionata secundùm se, per habitum elevatur, & concurrit ad actum salutarem: quidni similiter elevari per habitum possit illustratio naturalis?

Tertiò:

Et præoccupat solutionem.

63 Conatum disparitatis ex diverso genere causandi præoccupat, urgendo sic: Non solùm elevatur voluntas in genere principii activi per habitum, sed etiam in genere passivi principii; quin tamen ullæ per habitum superaddantur vires in genere principii passivi; sed solùm in genere activi principii: quidni ergo similiter, licèt habitus solùm influat effectivè, naturalem illustrationem elevet in alio genere concurrendi? Et ratio est, *inquit*: quia eatenus dicitur habitus elevare voluntatem, ut recipiat; quatenus nequit voluntas recipere actum, nisi supernaturaliter fiat: similiter ergo dicetur elevare naturalem illustrationem, ut moveat, quatenus elici non potest, nisi supernaturaliter, opus, ad quod movet.

Quartò:

Quartò: perceptio materialis, licèt ordinis inferioris, movet animam ad spiritualem cognitionem ordinis superioris: quidni similiter movere possit naturalis illustratio supernaturalem affectum, non obstante improportione, quâ dissident?

Vltimò ex Koninch.

64 Firmat denique hæc omnia; dando rationem à priori: quia cognitio eò requiritur ad amorem, quòd nequeat voluntas in objectum ferri, nisi perceptibiliter proponatur; at sive per cognitionem naturalem, sive per supernaturalem proponatur objectum, æquè voluntas percipit: ergo si aliunde habet vires ad supernaturalem affectum, ut per habitum infusum habere supponimus; per utramlibet æquè movebitur ad supernaturalem affectum. Minor patet: alioquin ex diversâ perceptione discernere possemus, an esset in nobis naturalis, an supernaturalis? & exinde discerneremus qualitatem affectuum: quod repugnat experientiæ. Consequentia verò non patet minùs; quia semel proposito objecto, exercere potest voluntas quas habeat vires. Vrgetur consequentiæ vis: quia voluntas potest vincere intensionem cognitionis, dummodò juvetur intensiori vi habitûs, ut patet ex naturali experientiâ: ergo non obstat cognitionis improportio, si semel voluntas habeat vires effectivas, ut eas applicet ad operandum. Hæc solitò fusiùs Magister ille: quæ si expendas, probant sufficientiam naturalis cognitionis ad directionem affectûs supernaturalis, etiam ex naturâ rei; quod argumenti negotium esse non debet: unde quia nimis, nihil mihi probat.

Nimis probat.

Et solvitur.

65 Respondeo, ad argumentum. Negando antecedens, ex defectu sufficientis illuminationis, sine quâ non subordinatûr habitus voluntati. Quidquid autem à Naturâ est, insufficiens est ad id muneris; cùm objectum in lineâ supernaturalis vitæ nec approximet voluntati, nec proponat. Ad primam confirmationem, seu instantiam, fateor, si improportio essentialis non sit, & vinci possit, aut suppleri divinitùs, eam obstare non posse Divinæ Omnipotentiæ: probetur autem, quod intenditur; eam nempe cognitionis improportionem vinci posse: quod nego; necdum probas: nam illud de Materiâ indispositâ nihil juvat, cùm dispositiones non sint de essentiali integritate passivi principii.

Et confirm prima:

Secunda:

66 Ad secundam, vel nega illius assumptum: nam ad affectum supernaturalem non solùm requiritur supernaturalitas in Causâ physicè, sed etiam in moraliter influente: vel nega suppositum *juxta n.* 31. præsentis *Libri*, cujus ratione dedimus *à nu.* 48. satis susè. Ad tertiam est disparitas: quia ea voluntatis improportio ad agendum, venit à defectu supernaturalium virium, quas communicat habitus voluntati, unde vincitur improportio naturalis; at improportio cognitionis venit à defectu repræsentationis in eo genere vitæ, quo se debet exercere voluntas: qui defectus ab emortuâ qualitate tolli non potest.

Ex nu. 48.

An Possiva Potentia sit elevabilis?

67 Ad instantiam adjunctam est negotium merè vocale, an dicenda sit elevari per habitum Potentia passiva, an secùs? si tota elevatio consistat in eo quòd ad receptionè supponi debeat existentia formæ per supernaturales vires, verum est: at id sufficere, ut dicatur elevari passiva potentia, negat Schotus: & in re quidem, meritò: nam id potiùs est elevati causam efficientem, quam passivam. Voces tamen Schoti non placent, dum dicit voluntatem, exempli gratiâ, naturaliter recipere supernaturalem formam:

Schotus.

mam: id enim sonat poni per naturales vires in ipsâ: quod falsum est. Dicatur ergo voluntatem neutiquam elevari in genere passivi principii; nec tamè recipere naturaliter supernaturalia accidentia. Ratio *istius* est, quam modò dixi: *illud* est, quia principium passivum non eget elevanti principio, ut recipiat; quia recipere non dat esse formæ quam recipit; sed potiùs est accipere, perfectionem: quod indigentis est: atque adeò necessariò supponitur perfectibilitas, & aliqua vacuitas & improportio: quæ indigentiam comitantur. At vetò principia impellentia, & moventia plus præstant ad existentiam operis secuturi, quam non supponunt, ut passiva potentia: unde egent in eo genere causandi elevatione, si connaturaliter operari non possint. Desideratur autem elevationis ostensa possibilitas. Interim eâ paritate non premor.

Mens Nostra.

Quarta.

68 Ad quartam: Imprimis actus materialis non aliter excitat spirituales apprehensiones, quam mediatè, vel excitando speciem spiritualem, vel concurrendo cum Animâ ad adquirendam speciem, vel supplendo concursum illius, juxta diversos opinandi modos *in libris de Animâ*; idque naturaliter ex sympaticâ dependentiâ intellectûs nostri ab usu phantasiæ: sit ergo disparitas ad rem nostram naturalis ipsa sympatia, quæ deest in nostro casu. Deinde sit ulterior disparitas ex Oxea *disp.* 11. *de Fide sect.* 5. *num.* 67. quia actus uterque materialis, & spiritualis habent proportionem cum Animâ, cujus in naturali virtute continentur: licèt enim spiritualis sit forma, est naturalis forma materiæ: unde cùm illa eorundem in essentiali perfectione distantia non tollat propinquitatem, & cognationem in ratione effectûs in eadem naturali virtute contenti, facit etiam locum naturali dependentiæ actuum materialis, & spiritualis quoad rationem effectûs, & exercitium causæ ex illo ad istum. At major est inter naturalem, & supernaturalem actus, licèt spiritualis sit uterque, distantia: cùm in naturali virtute Rationalis Animæ contineatur ille, non iste: qui requirit excellentius principium elevans animam supra modum operandi naturalem, atque adeò nec subordinatum ipsi Animæ, nisi ut consentienti Divinæ Gratiæ, & in eo genere vitæ supernaturalis illuminatæ. Alia *in* 1. 2. *tract. de Actib.*

P. Oxea.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. In 1. 2. *Tract. de Actib. Fit satis rationi à priori. Num.* 64.

69 Ad rationem à priori, quam habes *num.* 64. patet ex nostris rationibus à priori solutio. Deinde concessâ majori, distinguo minorem: Equè voluntas percipit respectivè ad hanc, vel illam operationem, concedo: respectivè ad supernaturalem operationem, nego minorem, & consequentiam. Nam licèt per utramlibet cognitionem, sive naturalem, sive supernaturalem, voluntas habeat, æquè cognoscere objectum (quod modò non discutio, nec Doctissimi desunt, qui negent;) non tamen habet per utramlibet excitari, nisi juxtà subordinationem virium, quas habet ad operandum, positâ hac, vel illâ cognitione: hanc autè supernaturalis habitus subordinationem ex præsuppositâ naturali cognitione, jam negavi; nec per hæc Adversarius probat. Minoris probatio nulla est: cùm supernaturalitas non cadat in experientiam nostram: nam neque diversitas perceptionis in supernaturali, & naturali cognitione ad eandem mentalis operationis lineam pertinente, tanta no est, quàtam experimur in apprehensione, & judicio: cùm hæc diversitas respectiva solùm sit, ut explicui, sub tendendi modo eandem in speciem mentalis operationis cadente, atque adeò nobis ex experientiâ indiscernibilis. Consequentiæ vires præoccupavi jam dictis. Ad confirmationem adjunctam, dicatur, majorem, vel minorem intensionem cognitionis non sufficere ad improportionem respectivam, quale loquimur; si aliunde sit par virtus, in voluntate, subordinata dominio ipsius. Inde tamen fieri nequit descensus ad rem nostram, ut superiùs dicta consideranti patebit, ne eadem repetantur.

Instantia Ripald. & Munitiæ.

70 Instabis, ex Ripaldâ *num.* 7. quod & innuit Magister quem Laudavi. Voluntas immediatè concurrit cum Auxilio gratiæ ad actus salutares, & quidem determinando concursum gratiæ: ergo quâ parte confert suum concursum, & determinationem, excitari poterit per actus naturales. Consequentiæ duplex est probatio. Prima Ripaldæ: cur enim actuum supernaturalitati deroget, à motione naturalis cognitionis in consortio super-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

supernaturalis cognitionis moventis etiam immediatè procedere, si non derogat ipsi, procedere à voluntate in consortio coefficientis infusi habitûs? Altera laudati Magistri: quia non est attendenda proportio cognitionis cum habitu, vel cum amore ad quem movet, sed cum voluntate, quam movet, & instruit: neque enim repræsentat objectum habitui, sed voluntati.

Retorquetur.

71 Sed hæc à suis Authoribus considerent objecta, nec æstimata pauci, aut fefellit scopus, aut ipse quammaximè fallor. Nam si æquè non derogat supernis affectibus motio naturalis, ac naturale principium: ergo est ipsis æquè connaturale utrumque: quod negas. Idque contra Ripaldam. Deinde si nec cum habitu, nec cum actu est metienda prævia motionis proportio, sed cum voluntate, quam movet, præter idem ipsum absurdum, superfluet ex naturâ rei ad supernaturalem affectum illustratio supernaturalis; requiretur ad materiales appetitiones spiritualis cognitio, & id genus alia: quia principium in utroque operandi genere, quod moveri debet, & naturale est, & spirituale. Idque contra Magistrum Ripaldæ socium. Iam utrique

Et solvitur.

72 Respondeo, concessâ primâ parte antecedentis, distinguendo secundam: & quidem determinando cõcursum gratiæ, prævenientis, & excitantis, nego: *Hæc enim fit à nobis sine nobis.* Determinando concursum Gratiæ adjuvantis, subdistinguo: determinando se solâ: nego implicantiam termini: per vires ipsius Gratiæ, concedo antecedens, & nego consequentiam: quia licèt voluntas determinans, sit alioqui, & divisivè naturalis, non verò ut determinans; nam ut determinans, non operatur in genere vitæ naturalis, sed supernaturalis, atque adeò juxta modum, quo subordinatas habet supernaturales vires: cùm autem istæ, subordinatæ non sint voluntati nisi ut supernaturaliter operaturæ; nec etiam nisi ut supernaturaliter illuminatæ per gratiam actualem. Ex quo patet imbecillitas secundæ probationis: proportio enim, vel improportio cognitionũ metienda est cum affectu ad quem fœcundant potentiam ipsam; non minùs ac cum fine metimur improportionem

Et nota bene.

mediorum, seu proportionem. Ad primam est disparitas, quia causa efficiens est capax elevationis: unde non fit tribui posse naturæ, aut naturali determinationi supernaturalem effectum: at causa impulsiva, & formalis, elevationis est incapax: unde deberet tribui naturali impulsui supernaturalis operatio; quod mihi contradictionem sonat.

§. II.

OBJECTIONES ALIÆ.

Objectio secunda celebris.

73 Objicies secundò: Potest imperium naturale excitare voluntatem ad supernaturalem affectum: ergo & illustratio naturalis. Patitas videtur urgentissima; & exinde consequentia, vera. Antecedens ostenditur primò: quia supernaturalis affectus induci, & determinari potest ex imperio venialiter saltem malo: id quod Modernis perplacet post Ripaldam, Lugum, & Arriagam: quorum videri poterit primus authoritate, & ratione disputans ubertimè *disp.* 50. Atqui imperium venialiter malum est necessariò naturale: ergo. Secundò: quia Anima habens infusum charitatis habitum v. g. idque cognitione vel probabili, vel apprehensivâ naturali percipiens, potest etiam naturali cognitione percipere honestatem supernaturalis amoris, & istum velle naturali volitione efficaciter imperato positionem amoris; Atqui talis actus in hisce circunstantiis efficaciter imperans moveret voluntatem ad supernaturalem affectum: ergo. In præmissis difficultas est, quas impensè promovet P. Ripalda *disp.* 14. citans pro se Suarez, Vazquez, Salas, Herize, & alios contra Fassolum, Raynaudum, Lorcam, Albeldam, & etiam alios secutos Hurtadum Salmanticensem *disp.* 46. *de Fide.*

Ex Doctri na Ripalda. Card Lug. & Arriaga.

74 Et major quidem ostenditur facilè: cùm nemo dubitet assequi posse hominem vel probabiliter, vel apprehensivè habitum, & actum supernaturalis charitatis infusæ; qui eoipso cadere potest in naturale desiderium; quippe ex illâ notitiâ naturali nequit excellentius amoris genus oriri juxta Nos: fore deinde desiderium efficax, patet, tùm quia esset incompossibile cũ nolitione oppositâ.

Ripalda. Suarez. Vazquez. Salas. Herize. Fassolus. Raynaud. Lorca. Albelda. Hurtad.

tâ. Tùm etiam quia nec obest supernaturalitas effectûs: nam sæpè Sacerdos Cõsecrationem, & Sacramenta cum absolutionem imperat ex affectu peccaminoso: certè Simon Magus supernaturalia appetivit ex affectu simoniæ, ut habetur *Act.* 8. *Act.* 8. Nec obest impossibilitas boni, quod appetit, nam (præterquamquòd impossibilia cadere possunt in desiderium, quantum est ex se, efficax, ut patet in peccatore volente nunquam peccasse) adsunt jam voluntati sufficientes vires, ut supponimus: haberi ergo potest naturale desiderium efficax supernaturalis affectûs.

75 Iam minor non est difficilis probationis: nam moveri voluntatem ad supernaturalem amorem ex illo affectu, nihil est aliud, quàm isto posito, illum cohibere non posse: quod consectarium esse sic probo: nam si voluntas posset cohibere supernaturalem amorem, etiam posito imperio naturali; posset etiam isto supposito, nolle efficaciter supernaturalem amorem: id autem est impossibile; cùm efficax nolitio, & volitio efficax ejusdem objecti sint essentialiter incompossibiles: ergo. Confirmatur: quia licèt ille naturalis affectus, non esset absolutus, & efficax, sed inefficax tantùm, & simplex, excitare posset voluntatem, ut faciunt affectiones simplices indeliberatæ præcurrentes ad electionem. Videatur Ripalda, ex quo in ulteriorem confirmationem addensant Moderni plura, quæ gloriosè coacervant.

Ripalda.

Solvitur.

76 Multa miscet Objectio dubii plena, nec *hujus loci*. Cardinalis de Lugo *disp.* 10. *de Fide sect.* 5 *nu.* 28. consequentiam negat, Antecedẽte transmisso; quod *ipse* consequẽtiùs nego. Ad primam ejus probationem, neganda est ex disputandis *alibi* major: *nequit* enim *arbor mala bonos fructus facere*; nec voluntas imperare sibi quoad positionis effectum per malum affectum affectus placentes Deo. *Triplicem*, aliis *alio* remissis, rationem insinuo. *Prima* est: quia actus contemptivus Divinæ voluntatis nequit inducere actum ipsius voluntatis divinæ appretiativum, qui causa sit nata contra dicentem sibi effectum inducere: quod mihi apparet implicans.

Ex latè dandis in 1.2. Tract. de Bonit. & Mal.

77 *Secunda*: quia voluntas per actum malum sibi efficaciter impetans positionem supernaturalis boni, per naturales vires, & quidem ex suggestione Spiritûs nequitiæ, se poneret in statu incompossibili cum negatione supernaturalis boni; atque adeò se determinaret ad ipsum: unde potiùs tribuenda esset supernaturalis operatio Naturæ, quàm Gratiæ; Spiritui nequitiæ, quàm Spiritui Sancto, cùm efficaciùs ille, quàm ille moveret ad positionem boni. *Tertia*: quia voluntas eligens actum ex imperio alterius, ita per utrumque se exercet, ut neuter placeat divisivè; atque adeò nec placeat imperatus nisi in consortio, & relatè ad finem, quem imperat; at electio actûs non aliter placentis, quàm ut relati ad malum finem, nequit placere Deo, & esse ex gratiâ: unde qui sic operaretur potiùs resisteret gratiæ, quàm ipsi consentiret: non ergo posset supernaturaliter operari. *Alia* promi possent ex generaliori doctrinâ, quam dedimus *à nu.* 48. Tetigi hæc leviter, & ex transcursu. Videatur Oxea Ripaldæ doctissimè satisfaciens *disp.* 10. *de Fide sect.* 3. & 4.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

P. Petrus Oxea. Ripalda.

Notanda Doctrina.

79 Ad alteram probationem. Concessâ majori de imperio, seu desiderio affectivè efficaci, id est serio, & incompossibili cum oppositâ nolitione, nego minorem. Cujus probatio suâ ipsâ specie arguentes fefellit. Tam abest, ut posito tali actu imperante non possit operationem cohibere, ut etiam debeat: nam ex positione talis imperii fit impossibilis operatio: cujus rationem suprà dedimus: nempe: quia nequit operari voluntas nisi juxta subordinationem, quâ ipsi subjacet supernaturalis habitus elevans: cùm autem iste solùm subordinetur voluntati in lineâ vitæ supernaturalis, & ut operanti ex Deo ejusque gratiâ, fit æquè mansuram ex vi talis imperii voluntatem, ac si careret habitu. Casu autem quo careret habitu, haberetque simile desiderium, certè operari non posset; nec tamen posset habere nolitionem efficacem oppositam desiderio: non ergo, quia debeat immotus manere habitus ex consortio talis desiderii, fit conjungi ipsum in voluntate posse cum efficaci nolitione: quia ista incompossibilitas nascitur aliunde: nempe vel ex essentiali contrapositione, quam habent volitio & nolitio ejusdem, in eodem subjecto, vel ex cõtradictione, quâ in intellectu supponerent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

80 Quidquid sit; Affectus incompossibilis cum nolitione efficaciter impeditivâ alicujus objecti, non ideò debet illud inducere, ut, omissis aliis, juxta adversarios patet in absolutâ præintentione pœnitentiæ, quam habet Deus ante prævisum absolutè peccatum, quæ cum nolitione efficaciter impeditivâ peccati incompossibilis est, nec ipsum inducit. Confirmatio momenti non est, nisi probetur aliter, subordinari posse voluntati etiam naturaliter præventæ supernaturalia comprincipia. Vide me de præsenti puncto *tom. seq. in* 1. 2. *Tract.* 3. ubi contra Ripaldam, & Cardinalé Aguirre, rem in hanc totis viribus redeo.

1.2. Tract. de Supern. Ripalda, Cardinal. Aguirre.

Objectio tertia.

81 Objicies tertiò: Apprehensio, & complacentia naturalis juvant plurimum ad actiones supernaturalium virtutum: sed juvare nequeunt, nisi movendo: ergo movent. Major ostenditur experimento, quo cernimus, hominem facilius, & promptius amplecti virtutis opera, quæ genio ipsius, & conditioni magis consonant; facilitusque per supernaturalem fidem assentiri rebus, quas verosimiliores deprehendit studio naturali.

Solvitur.

82 Respondeo, distinguendo majorem, *juvant minuendo difficultatem, & removendo prohibens*, concedo; *juvant excitando potentiam ad supernaturales actiones*, nego majorem, & sub ipso sensu, minorem. Aliud est, removere impedimenta rei: aliud promovere rem ipsam: supernaturales affectus impedire potest Natura suæ immersa miseriæ, suâque inopiâ gaudens per naturalem aversionem, & adhæsionem ad motiva delectabilia, quæ solent ponere obicem Divinæ gratiæ; hæc autem impedimenta removet ipsa Natura per naturales dotes bonæ indolis, & emergentes inde cognitiones bonas, & complacentias naturales in bonum: at de suo stetit in hisce, quin ultrà promoveat felicitatem suam, nisi ex Dei Gratiâ, quæ plerumque sortitur effectum, quia minùs difficilem ex bonitate indolis, & exclusione impedimentorum, non tamen aliter juvante, quàm removendo prohibens. Id autem non est influere in opus supernaturale, sed non impedire, movendo ad actus naturales virtutum ipsarum: per quos intercipitur obex ad bonum usum Gratiæ. Et hinc nascitur experientia, de quâ Arguens; & cura hortandi homines per rationes naturales, ut afficiantur in bonum, & declinent à malo.

Objectio quarta. Montoya.

83 Objicies quartò: ex Montoyâ supponente duo principia: *Primum*: posse saltem Divinitùs poni necessariò in voluntate sine ullâ cognitione Charitatis affectum supernaturalem. *Alterum*: libertatem actibus extrinsecam esse. Ex his acutè disputare quis potest: Actus ille supernaturalis adveniente solummodò per naturales cognitiones advertentiâ, transiret in liberum: ergo moveretur ex naturalibus notitiis voluntas ad supernaturalem affectum. Consequentia videtur evidens, & antecedens patet: quia non esset cur maneret necessarius, in voluntate satis jam advertéte, affectus ille. Nunc sic: in his cognitio quæ sufficit, ut conservetur affectus liber, sufficit eundem inducere; sed cognitio naturalis ad illud sufficit: ad hoc ergo quoque sufficiet. Longè aliter à Montoyâ proponitur: sic tamen habere videtur speciem suam.

Solvitur.

84 Verùm tanta fulcra suppositionum suspicionem debilitatis ingenerant. Ellò, permittantur: fit inde naturaliter, & ex naturâ rei sufficere cognitionem naturalem ad inductionem supernaturalis amoris, ut sufficit ad ipsius conservationem. Denique nego antecedens: affectus enim ille, nisi specialiter à Deo præmovente maneret, atque adeò necessariò, deficeret ex defectu excitationis, sub quâ sibi subordinat unicè comprincipia superna voluntas. *Repliceas* etiam ingeniosè: quid si velit ipse Deus se liberè attemperare voluntati etiam in illis circunstantiis? Nego, id Deum posse velle, quia impossibilis operatio est. Et est ratio: quia Natura libera, & liberè operans semper id facit juxta physicam subordinationem comprincipii, non verò juxta moralem, ipsum infundentis, neque enim hic attenditur appetitus elicitus, sed innatus; nec moralis attemperatio, sed physica.

Replica

Intercipitur.

Objectio quinta.

85 Objicies quintò ex aliis. Potest oriri conclusio supernaturalis ex supernaturali præmissâ, & naturali verâ: quidni similiter ex illustratione supernaturalis, & aliâ naturali, supernaturalis affectus? Negetur imprimis antecedens, quod supponitur fidenter nimis: & ratio

Solvitur.

sit paritas cum consequente, quod negavi. Deinde posset sumi dispariras ex communi modo constituendi discursum: nempe, Præmissas concurrere supplendo munus speciei impressæ: licèt enim illuminent etiam; & in hoc genere, concursus earum suppleri nequeat; ar principaliùs influunt per concursum similem illi quem species præstat. qui suppleri potest: longè tamen aliter requiritur ad affectum prævia cogitatio. Vide *infrà lib.* 12. à *num.* 91.

Objectio sexta.

86 Objicies sextò. Actus naturalis, & supernaturalis non differunt ex objecto; quare ejusdem objecti formalis, & materialis potest esse cognitio naturalis, & supernaturalis, itemque naturalis, & supernus affectus: Actus enim naturalis gaudere potest supernaturali motivo; & supernaturalis actus motivo naturali contineri: unde ergo tanta necessitas supernaturalis illustrationis ad supernaturalem affectum? Vnus Suarez maximo cum profectu legendus, *lib.* 2. *de Gratiâ cap.* 10. & 11. & spartim *aliis*, me dubium tenet quoad assensum antecedentis: Quod evinci videtur à Ripaldâ, *totâ disp.* 45. nequidquam repugnante Patre Antonio Perez *in* 1 2. *tractatu* 4. *disp.* 3. *cap.* 5. & 6. donec clariùs explicentur mysteria, per quæ disputat. Ipso nunc transmisso, *respondeo* summam supernæ Gratiæ necessitatem satis argui ex excellentiâ essentiali salutarium actuum superante sufficientiam nostram, uti deduximus ex Apostolo, cogitandi, prout ad salutem promovendam oportet. Sub eodem enim objecto cadere potest inter actus magna distantia ex diversitate tendentiæ: quippe objectum attingi potest *infra*, ac *supra* dignitatem, & æstimabilitatè intrinsecam: quo fit satis *difficultatum Vltima*, quam posuimus in initio *num.* 10.

Suarez.

Ripalda. Ant. Per.

Solvitur.

Suprà nn. 10.

SECTIO III.

COROLLARIA EX PRÆCEDENTI *Doctrinâ.*

Illatio prima. P. Munier P. Theod. Mauris.

87 PRimum est: Lubricam esse mediam viam, quâ gradiuntur Theologi Barcinonenses nostri, secuti prælaudatum Magistrum: Vt enim dent aliquid opinioni nostræ, & aliquid oppositæ, dicunt, saltem ex naturâ rei necessariam esse præcedentiam illustrationis supernæ ad actus salutares, non quidem ratione insufficientiæ naturalium cogitationum; sed ratione supernaturalis excellentiæ: unde tuentur, naturales cogitationes ex naturâ rei movere posse ad actus salutares, semel elevatam potentiam; hos tamen ex illis ex naturâ rei moveri non posse.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

88 Ratio nostræ illationis est. Primò: quia tota necessitas, quam ex Scripturâ, & Patribus colligimus Divinæ Gratiæ, refunditur in imbecillitatè, & insufficientiam nostram: contradicit ergo discursus iste locis illis, quibus innititur. Secundò: quia si hoc verum esset, nulla esset ratio cur de facto in consortio supernaturalis illustrationis, non moveret æquè cognitio naturalis: imò nec videtur aliter possibile; cùm effectu formali suo privari nec divinitùs possit cognitio semel existens in intellectu: unde infirmatur maximè caput, unde colligitur supernaturalitas meriti, ut premebam *num.* 42.

Ratio nostra. Primò: Secundò:

89 Tertiò: non video, cur sit tanta inter vocem activam, & passivam distantia, ut actus naturalis ex naturâ rei movere possit actum salutarem, & iste moveri non possit ex naturâ rei? Cujus ea est ratio: quia nequit actus naturalis ex naturâ rei sufficere, quin supponatur proportionata capacitas in effectu, ut dirigatur: sicut enim impertinet causa ad improducibile, sic etiam directiò ad indirigibile. Quartò: quia implicat in terminis ipsis unum è duobus sufficere ad tertium, eodemque sensu esse necessarium alterum: quippe necessitas unius arguit alterius insufficientiam. Quintò: quia si non obstante supernaturalitate actionis, datur in naturâ motiva proportio, cur ex excellentiâ *supernaturalitis*, non possit ex naturâ rei à tali motione supernaturalis affectus oriri? *Via ergò tritior, tutior est.*

Tertiò: Quartò: Quintò:

Illatio secunda:

90 Secundum est: nullum esse posse supernaturalem affectum deliberatum, qui non supponat supernaturalem illustrationem, nequidquam aut per se, aut peraccidens sufficiente movere naturali cognitione. Dixi, *deliberatum*: nam indeliberatus, cùm sit auxilium ipsum Gratiæ, patet à solo Deo esse possibile, at-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

que adeò superare vim motivam nostrarũ cogitationum. *Ratio* illationis est: quia omnis supernaturalis affectus deliberatus est actus salutaris, juxta probabiliorem sententiam, (quam *in loco* sequemur) cum Suarez 1. 2. *tract. 3. disp. 9. sect.* 2. contra Ripaldam admittentem possibiles actus supernaturales indifferentes quoad speciem *disp.* 69. sed omnis actus salutaris supponit eã necessitate supernaturalem illustrationem, ut nec divinitus aliter fieri possit, ut probavimus: ergo. Imò & id verum censeo in eâ speciali opinione Ripaldæ: nam actui illi supernaturali, quantumvis indifferẽti, sufficeret supernaturalitas ad summam necessitatem Divinæ Gratiæ.

Ratio. Suarez. Ripalda.

In 1. 2. Tract. de Bonit. & Malit.

Illatio tertia.

91 Tertium sit: casu, quo duplex in intellectu concurrat illustratio; & duplex affectio; quarum altera sit naturalis; supernaturalis, altera; affectum supernaturalem neutiquã ex utraque movendum, sed ex supernaturali solummodo. Ratio ex dictis est facilis: quia solùm movere potest ad supernaturaliter operandum illa cognitio, sub cujus excitatione subordinatur elevans comprincipium voluntati. Unde actus illi naturales, licèt operationi supernaturali non nocerent, (quippe *inefficua non nocent.*), quoad munus tamen excitandi, perinde sunt, ac si non essent. Nec ergo juvabunt, *inquies*, actus naturales honesti ad supernaturaliter operandum. *Fateor*, nihil juvare directè, & positive per motionem, & influxum in opus supernaturale, quia ex se sunt incurrendi tanti boni; juvare tamen indirectè, & negative per remotionem impedimentorum, quæ naturaliter occurrere possent: id quod nec est movere, nec influere in ipsum opus. Explico me per exempla clarissima. Si quis currenti viam expedit offendiculis quæ retardare cursum possent, eum certè juvare dicitur, nec tamen currentem movet, nec in cursum influit. Si quis objectum inspicienti, & contemplanti phantasiam detinet, ne vagetur in alia, quæ memorem obturbarent, cum certè juvat, ut impensius intelligat, nec tamen intellectum movet, nec influit in cognitionem. Simile quid accidit in nostro casu. Restat tamen, ut firmentur hæc eadem, satisfacere Ripaldæ, & Oviedo in oppositum abeuntibus.

Ratio.

Replica

Solvitur.

Ripalda. Oviedo.

Objectio prima ex Ripalda, & Oviedo.

92 Opponit uterque primò: Contingere enim potest, ut posita cum solâ supernaturali illustratione, & affectione voluntas, non eliceret supernaturalem affectum, quem, adjunctâ simul naturali illustratione, & affectione, nunc elicit: ergo illa æquè movet ad supernaturalem affectum, ac illa. Consequentia probatur: quia supernaturalis motio maneret ineffeax sine concursu naturalis motûs: ergo complet hic illam, & facit efficacem: ergo influit in effectum: neque enim præstare potest actus, ut voluntas se determinet, nisi movendo. Antecedens illustratur à citatis Authoribus. Primò: quia concursum naturalis, & supernaturalis illustrationis, & affectionis, potentiùs trahit, & inclinat voluntatem in actu primo ad operandum, quàm utraliber seorsim: neque enim videtur intelligibile, quod in actu secundo una juvet alteram ad movendum, & quod in actu primo non ita inclinet potentius utraque, quam utraliber. Secundò: quia potest vividius mens pulsari per naturalem cognitionẽ, quàm per supernaturalem: potest enim cognitio naturalis esse supernaturali clarior, & intensior: ergo attentior erit intellectus ad objectum supernaturale per illamque, & exinde voluntas promptior ad supernaturaliter operandum. Tertiò: quia licèt naturalis cognitio non sit supernaturali vividior, utraque tamen simul admota potentiæ facit quandam quasi intensionem ad objectum repræsentandum; ex intensiori ergo cognitione manet voluntas fortior, & naticitur non semel effectus, qui frustraretur minùs intensam. Pulcra sunt illa, fateor; sed

Solvitur: ex la-bè dicendis in 1.2. Tract. de Actib.

93 Respondeo, concesso antecedente in bono sensu *mox* explicando: nego consequentiam. Neque enim movent omnes, & singulæ circunstantiæ, quibus adjuncta illustratio supernaturalis redditur efficax ex libero voluntatis arbitrio Divinæ Gratiæ cooperante; mansura alioquin inefficax: Ratio est: quia ipsæ circunstantiæ possunt esse voluntati inimpedibiles, extrinsecæ, nec cadentes in electionem: sufficientes tamen ut voluntas pro dominio suo velit modò his, modò aliis operationem adjungere: non quia moveatur ab his, aut ab illis, sed quia in his potiùs, quàm in illis, aut movere

veri se finit à Gratiâ, aut ipsam negligit. Inde fieri potest, ut voluntas non assentiretur Gratiæ, quod facit in consortio cognitionis pulsantis animum ad motiva vanæ gloriæ: quin tamen id sufficiat, ut voluntas operari dicatur ex fine vanæ gloriæ. Quod principium post expensum Ribadeneyram debuisset relinquere P. Ripaldã, dando manus veritati.

Ribadeu. Ripalda.

Ratio solutionis.

94 In casu nostro res clarior est: neque enim, quòd voluntas desinat operari cum solâ illustratione supernaturali, venit ab illius insufficientia ad movendum, sed quia ipsa non vult: velle autem in circunstantiâ naturalis illustrationis, non venit à majori motione, sed quia res non apparet ita difficilis ex removente prohibens; vel quia ipsa vult, potens diversimodè operari in variis circunstantiis, prout potest, relicta in manu consilii sui: non ergo naturalis cognitio, aut affectio complent supernaturalis illustrationis efficaciam, nec determinant voluntatem: sicut neque id dicimus de aliis circunstantiis loci, temporis, &c. Nec veritatem antecedentis aptè promovent probationes adductæ.

Prima Probatio Solvitur.

95 Prima probatio probandam assumit: neque enim in actu secundo juvat naturalis motus, nisi negativè, & indirectè ad supernaturales affectus; neque majus quid præstare potest in actu primo: unde non indiget Gratia motione naturali, nec ista vires illi addit ad movendum, & inclinandum, si voluntas parere velit: id quod nisi ex Gratiâ præstare non potest. At juxta Adversarios potius esset tribuenda supernaturalis operatio naturali motioni, quàm Gratiæ, cum à voluntate extorqueret illa, quòd ista non fecerat: quibus terminis aburuntur in hac materia.

Et secũda.

96 Ad secundam: id ordine ad operationem supernaturalem promovendam, æquè erit attenta mens sive naturales motus adhibeas, sive subtrahas; neque ad ipsius executionem erit positivè promptior ex illis voluntas, quam sine illis: cum ex se sint, *ut explicat Suar.* steriles tantæ felicitatis. Ad tertiam, omitto fieri ex naturali, & supernaturali cognitione quandam veluti intensionem ad repræsentandum objectum; nego tamen eam fieri posse ad movendam voluntatem ad supernaturaliter operandum: quia ex inutili, & utili non fit magis utile, ut per se patet.

Et tertia.

97 Opponit secundo Ripalda, *nn.* 17 Oviedo contradicente *controv. 6. p. 4. à nn.* 50. Contingere potest, ut voluntas non elicitura consensum ex illustratione supernaturali unum motivum proponente, consentiat in consortio naturalis illustrationis motivum aliud repræsentantis: sed in hoc casu non potest non movere naturalis illustratio ad supernaturalem affectum; cum voluntas operetur ex motivo per naturalem illustrationem alliciente: ergo. Probatur, & explicatur major: plerumque enim manet immota voluntas ad solam propositionem supernaturalem honestatis, quam in Pœnitentiâ videt, adjunctis tamen notitiis de præcepto Ecclesiastico, & scãdalo, quod suis, non confitendo, creabit, moveretur efficaciter ad dolorem supernaturalem, & ad Confessionem Sacramentalem.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxil ãt. Objectio secũda ex Ripalda: Displicens Oviedo.

98 Rogo Ripaldã, an affectus, quem in eo casu voluntas elicit, moveatur ex utroque illo motivo; vel ex motivo notitiæ supernaturalis, vel solùm ex motivo notitiæ naturalis? Si primum: cognitio supernaturalis non erit ex se sufficiens ad inducendum talem affectum, cum non proponat omne objectum, quod amplectitur ipse. Deinde manet supernaturaliter incognita pars objecti, at voluntas non sibi subordinat vires activas supernaturales, nisi proposito supernaturaliter objecto, circa quæ exercere se, & illas debet: ergo talis affectus supernaturalis esse non potest: erit solummodo naturalis, cui potest prælucere supernaturalis notitia naturalem juvans: quæ enim majus potest, potest & minus bonum ponere. Si secundum: impertiret notitia naturalis, quoad munus movendi; cum ex ejus motivo non pendeat operatio; eorumque sit eam solummodo notitiam influere in actum, cujus in motivum tendit. Si tertium: eã eadem ratione superfluet supernaturalis illustratio. Iam

Retorquetur.

Solvitur, ex Doctrinã adũ & explicanda tom. seq. Tract. de Bon. & Mal.

99 Respondeo, & diligenter advertenda Doctrinam: *triplici* contingere potest alterius motivi consortium cum supernaturali, quod movet. *Primo*: ita ut notitia naturalis ex motivo quod adhibet, pure negativè se habeat, nemo vendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliâr.

vendo prohibens: nempè faciédo ex motivo scandali, & ignominiæ, vel alterius generis adjuncto cum supernaturali difficiliorem omissionem supernaturalis affectus: difficiliùs enim est omittere cum jacturâ boni spiritualis,& temporalis simul, quàm cum jacturâ utriuslibet seorsim. Sic autem subsequi poterit in eo casu supernaturalis affectus ex illustratione supernaturali, qui non esset subsecuturus, deficiente naturali cognitione: hæc tamen eo ipsò non movet ad illum; nam defectus isti conditionati non sufficiunt ad movendum: cùm neque cadant in experientiam nostram, neque in affectum adhuc interpretativum. Motiva verò, quibus ducimur operando, probè scimus. Vnde concessâ majori, negatur minor. Sic autem contingere puto: unde censeri communiter debent bonæ Confessiones, & Communiones,etiam titillantibus pravis notitiis, factæ.

100 Secundò: ita ut notitia naturalis ex motivo, quod adhibet sive bono, sive malo, positivè se habeat ad imperandam operationem, quæ fieri sine actu supernaturali non potest: sic autem nullus sit supernaturalis affectus; nec si motivum sit malum, bonus: potest tamen inde occasionè sumere intellectus ad quærenda motiva; quibus demum impulsus retractet primam intentionem, ejusque motivum negligat; & succedet exinde supernaturalis affectus; qui non fit ex ullâ motione naturali, quamvis motio naturalis, fuerit aliqualis occasio ut postea fieret. Sic autem censeri debent bonæ Confessiones, & Communiones, inde secutæ. Tertiò ita, ut notitia naturalis positivè moveat ad operandum, non discontinuando motionem suam, quâ perseverante nullus fiet supernaturalis affectus; ac proinde operationes externæ egentes ad fructum supernaturalibus actibus, manebunt fructuosæ, & steriles in tali casu.

Latè loc. cit.

Objectio tertia ex Oviedo.

101 Opponit Oviedus *num.* 52. Potest supponi voluntas cum omnibus prærequisitis ad supernaturaliter operandum; & tamen actum supernaturalem omittere ex defectu reflexi naturalis imperii, quo sibi, supernaturalis actus positionem imperat: ergo casu, quo haberet tale reflexum imperium, moveretur ad supernaturaliter operandum ex ipso; si enim ipsum esset impertinens ad movendum, cur sine illo voluntas operari desineret, cùm ex reflexo imperio nec motiva nova succrescant, nec vires, quas sufficientissimas in voluntate supponimus.

Solvitur.

102 Respondeo: Nego antecedens: neque enim video, quâ ratione voluntas operari desinat ex præciso defectu volitionis, quæ non magis promovet supernaturalem operationem, ac si non esset. Vnde implicat in terminis apud me Oviedi discursus. Si enim voluntas est cum omnibus prærequisitis, & velit supernaturaliter operari, supernaturaliter volet; cùm ipsum supernaturaliter operari, sit supernum velle, ut loquitur Augustinus *lib.* 8. *Conf. cap.* 8. Quare defectus actuum superiorum reduci non debet in defectum naturalis imperii, sed in dominium voluntatis ingratè nolentis obsequi vocanti Gratiæ.

Augustin.

Ratio Solutionis.

103 Et ratio disparitatis ad casus præcedentium objectionum sumi potest ex eo, quòd reflexum istud imperium cùm nec novum motivum afferat, nec aliud præstet, quam quod excellentius imbibitur in ipsâ supernaturali determinatione, aut tacit citiorem omissionem affectus supernaturalis, nec faciliorem hunc reddit removendo prohibens: æquè enim, simul, & melius removerentur impedimenta per sui positionem, quacum esset essentialiter connexum illud imperium naturale: quamobrem ne indirectè quidem reduci debet in ejus defectum, operationis supernæ defectus.

Illatio ultima Capitalis.

104 Vltimum Corollarium est *decisio* omnium ferè difficultatum, quas eruditissimè versat Eximius Noster Doctor, & Elucidatur uberrimus Divinæ Gratiæ Pater Franciscus Suarez *tota lib.* 2. *per quinque supra viginti capita*, & movet Angelicus Doctor *hic quæst.* 109. *art.* 7. 8. 9. & 10. Fit enim ex dictis primò: Summa necessitas Divinæ Gratiæ supernaturaliter illuminantis, & inde supernaturalitas entitativa, & intrinseca in omnibus, & singulis actibus, qui positivè concernunt ad Salutem: quales sunt Fidei, & Affectionis illam imperantis, Spei, Charitatis, singularumque Virtutum infusarum.

Suarez.

S. Thomas.

105 Fit secundò: æqualis ejusdem Gratiæ necessitas ad impletionem supernaturalium præceptorum, quæ fieri debeat per supernaturales actus; ad evitationem transgressionis eorundem, quæ positiva sit; & superna: (nam si purè omissiva sit, quod non facilè patiar, aut naturalis; erit *infrà num.* 138. & 243. & 321. *sermo;*) & ad omnes, & singulas operationes, sive internas, sive externas, alioquin etiam naturales in se, egentes tamen ad valorem, & fructum internis actibus supernaturalibus, quales plures enumerat Eximius Doctor. Fit tertiò: eadem omninò necessitas Divinæ supernaturalis Gratiæ ad ea singula in utraque Naturâ tam lapsâ, quàm integrâ; quia nõ nascitur ea ex imbecillitate Naturæ contractâ per lapsũ, sed ex naturali, & essentiali insufficientiâ, & operum supernaturalium excellentiâ: in quibus tribus principiis solidè firmandis insudat Theologicus labor Doctoris Eximii *eo lib.* 2. *per totum.*

Infrà à num. 138. 243. & 321

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliâr.

106 Quorum omnium ratio est præfixa Conclusio nostra: ex quâ legitimè descendes ad ista passim obvia in tractatibus de Virtutibus, de Fide, Spe, & Charitate: habesque summatim ex præjactâ Doctrinâ: eò pluris habendâ, quò frequentior ejus recurrit in Theologico pulvere necessitas.

Illationis Ratio, & utilitas.

DISPVTATIO LV.

NECESSITAS AVXILIANTIS GRATIÆ ad verum naturale.

Disputationis scopus.

107 AD Verum nempe naturale *pro formali* sumptum: sic enim sonat cognitionem veram naturalem sive sit naturalis objecti, sive supernaturalis: Vt enim utrumque supernaturali cognitione potest attingi, vel naturali, æquivocatio posset irrepere, lisque nostra de istâ nunc est, & non de illâ: de quâ satis patet *ex præcedentibus*, quid tenendum. Imò nec venio nunc in illam controversiam satis celebrem: an in naturalem evidentiam cadere possit ens supernaturale, quæ ventilabitur contra Ripaldam, cùm specialior *de supernaturalitate* sit sermo. Solùm inquiro de cognitionibus veris naturalibus rerum, ut plurimùm, naturalium: quæ sunt in *duplici* differentiâ. *Aliæ*, speculativæ; Practicæ, *aliæ*; sensu longè diverso, ac ludere per hos terminos Philosophia solet: Nam hic apud Theologos, *illæ* sunt, quæ non ordinantur ad mores: ut *duo bis ducta sunt quatuor. Istæ* sunt, quæ movere possunt ad operandum honestè, voluntates: *Vt Patres sunt honorandi, colendus Deus.* Licèt aliqui, Vniversales istas, ad operandum honestè, regulas, *speculativis* annumerant; solùmque *Practicas* hic eas voceut, quæ opus in singulari, & hic & nunc esse faciendum, dictant: quæ sunt conclusiones ex principiis illis Vniversalibus deductæ: ut dicetur agendo *de Conscientiâ in* 1. 2. Estne igitur ad notitias naturales hujusmodi, Auxiliantis Dei necessitas? Eo quæstionem?

Latè in 1.2. Tract. 3. Ripalda.

In 1. 2. Tract. 2.

SEC-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

SECTIO I.

NONNVLLIS EXTRA CONTROVERSIAM positis, Sententiæ proponuntur.

Primum Principium contra Lutherum.

108 PONO primò: Posse hominē lapsum aliquod verum, sine admixtione erroris agnoscere. Est de Fide contra Lutherum ausum dicere, eam Homines stoliditatem incurrisse per lapsum, ut nec adjuti quidem à Gratiâ possent quicquam verè cognoscere, sine admixtione erroris, ut habes apud Castro *lib.* 13. *de Hæresibus*. Stolidus error, & hominis palàm sibi contradicentis: nam si nihil non admixtum errorribus, nihil planè verum potes assequi lapsus; erroneum est ergo, falsumque quod doces: cùmque ex contradictoriis unum sit necessariò verum, nisi omninò desipias; te ratione lapsûs errante, (nam ita desipis) vera, nos contradicentes tibi dicamus, necesse est. Delyrium fuit, unde Fidem nostram, Scripturas, & Prophetias apertè posset, & impudenter impetere: satis jam interceptum à Salomone per illa *Sapientiæ* 7. *Deus dedit mihi horum, quæ sunt, Scientiam veram.* Eccles. 16. *In veritate annuncio Scientiam ejus.* & *cap.* 18. *Sensati intellexerunt veritatem.* De insensatis Lutherus erat.

Castro.

Sapient. 7. Eccles. 16. & 18.

Secùndum.

109 Pono secundò: Plures esse veritates naturales, quæ non collectivè modo, sed ne divisivè quidem possunt sine speciali Gratiâ haberi ab homine. Est certum ex experientiâ, quâ viros alioqui Doctissimos, & ingeniosissimos scimus insudasse frustra in earum inquisitione: quod autem *nulli* concessum est, *extraordinaria, & speciales Gratiæ* jure dicitur in eo, qui habeat. Harum veritatum *triplex* est genus. *Primum* spectat ad Arcana cordis: *alterum*, ad Futura. *Tertium* ad Naturæ mysteria: qualia sunt continui compositio, circuli quadratura, fluxus, & refluxus maris; & his similia. Quarum veritatum certa cognitio (de hac enim agimus) sine speciali privilegio Gratiæ nobis est impossibilis naturaliter ex defectu medii sensibilis, aut principii quoad nos connexi cum illis: alterutrum enim necessariò requiritur ad certitudinem, si res alioquin ex terminis non appareat: quales certè non sunt, quas exhibui. Idque videtur evinci paritate Boni moralis: nam sicut intra latitudinem ejus reperitur aliquod, quod sine gratiâ speciali prædlari non possit de quibus *infrà*: ita simliter intra latitudinem Veri naturalis aliquod reperiri non verat, naturaliter inassequibile sine Gratiâ.

Tertium.

110 Pono tertiò: neque ad has, neque ad ullas veritates naturales certò assequendas requiri *gratiam Theologicā*. Patet: quia nullum est ens entitativè naturale, quod præstari non possit à Deo per media naturalia: nullum ergo supernaturalis eget auxilii, quale Theologicum est.

Quartum.

111 Pono quartò: Neque has neque ullas veritates naturales acquiri, sine gratiâ posse, si sumas abusivè Gratiam pro generali Dei concursu, aut pro donō cadēte in dominium Dei, potentis exinde negare, vel donare pro libito: Patet: Tùm quia nulla res poni potest sine Dei concursu. Tùm etiam quia nulla saltem eximitur à Dominio extraordinario Dei. Isque videtur sensus Angelici Præceptoris *S. Thomas.* *art.* 1. acutissimè reducentis ad Dei gratiâ aliqualem, affectionem veritatis ex necessitate concursûs, quo Primum Movens Deus causat omne genus motûs in inferioribus causis. Hæc tamen necessitas adjutorii Divini non sufficit, ut dicatur ad affectionem veri necessaria Gratia, tùm ex dictis *lib. præcedenti*. Tùm quia hic agimus de speciali gratia, & indebito dono, & ille concursus est generalis, & debitus aliundè. Quò etiam reducitur necessitas Divinæ Providentiæ, quam necessariò importat ordo creationis: unde ipsius necessitas independens est à quæstione, quâ Gratiæ necessitatem discutimus, secùs ac sensit Pater Vazquez, inde conatus ad omne verum *P. Vazq.* Gratiæ necessitatem inducere.

Quæstio.

112 Ex quibus inclarescit omninò quæstionis sensus, & de alterius Gratiæ necessitate loquentis, & de cognitionibus, ad quas præit sensibile medium, aut cum eo connexum, aut cum rebus aliundè cognitis: unde possit intellectus discurrendo proficere, vel acquirere sibi species objectorum. Quibus malè confusis; æquivocatio linguæ potiùs, quàm dissidium mentis, peperit in Authoribus varietatem opinationum.

Prima Sententia.

113 Prima est: haberi non posse sine speciali Gratiâ cognitionem ullam veram, etiam naturalem: eam tamen Gratiam esse non debere Christi, sed Dei: sic Vazquez *disp.* 188. *cap.* 2. nec recusat Oviedus, dum ad omnem cognitionem veri requirit Gratiam Dei Providentis.

Vazquez. Oviedo.

Secunda Arimin. Capreolus Tertia

Secunda est: haberi non posse sine speciali Gratiâ cognitionem ullam veram ex Practicis: sic sensisse dicuntur Ariminensis, & Capreolus. *Tertia* est: haberi sine Gratiâ posse omnes cognitiones naturales veras, non divisivè solùm, sed etiam collectivè: sic citari solent Durandus, Cajetanus, & Medina, contradicente Godoy, qui vix potest excusare Cajetanum. Ipse fortè sepositi veritates, de quibus rogo *num.* 109. *Quarta* est: haberi posse aliquas sine Gratiâ Dei, non tamen omnes etiam divisivè: sic ex antiquis Alensis, Alliacus, Holchotus, ex ævo nostro Granadus, & Montesinos, nixi suppositione, quam feci *num. cit.* quo in sensu contradicit nemo: & impugnantur frustrà, facti sine crimine Rei ab ipso Godoy.

Durand. Cajetanus. & Medin.

Quarta Alensis. Alliacus. Holchot. Granado. Montesin.

Quinta

Quinta est: sine speciali Dei auxilio haberi posse cognitiones omnes veras naturales tàm speculativas, quàm practicas, divisivè tamen, non collectivè. Hæc videtur esse communis: videndus instar omnium Pater Suarez *lib.* 1. *cap.* 1. & 2. Iam de gradu necessitatis, & impossibilitatis in oppositum, censet Granadus utramque esse physicā: Illustrissimus Godoy contendit solum esse moralem. Videndus uterque: ille *Controv.* 8. *tract.* 1. *disp.* 1. *nu.* 14. iste, *tract.* 5. *disp.* 40. § 4. ubi totam collectionem veritatum naturalium putat physicè assequibilem sine gratiâ.

Suarez.

Granadus. Godoy.

SECTIO II.

DIRIMITVR CONTROVERSIA.

Prima Conclusio.

114 PRima Conclusio: Plures veritates naturales assequi certò potest homo etiam in statu Naturæ lapsæ sine speciali auxilio Dei. *De speculativis* hîc loquor, *infrà de Practicis à num.* 118. Ostendo *primò*: quia sunt aliqua vel ex terminis nota; vel cadentia in irrefragabilem experientiam sensuum: quorum usum, & consequentis inde discursûs non amisimus per peccatum: quis enim credat, sine speciali Gratiâ, hominem adeò stolidum, ut lapidem putaret panem; ignem, aquam; homines, asinos; creaturas, Deum; Deum, non Deum; & se, non se ipsum? *Secundò*: quia vis intellectiva est naturale lumen, quo vera discernantur à falsis: si verò cum solo generali concursu vis ipsa intellectiva necessariò errat, non esset homini lumen naturale, sed tenebræ. At, *inquies*, per lapsum obduruit homo juxta illud: *Comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Longè tamen esset deterior homo: cum bruta sine errore percipiant, & incommoda, & commoda, & homo non posset. *Tertiò*: quia nec peccare posset homo sine speciali Gratiâ; cùm saltem ad peccandum scire deberet, quod verissimum est, nempe malum esse peccare. *Demum*: quia plures veritates naturales speculativæ sunt proportionatæ potentiæ intellectivæ naturali: ut ergo igni competit calefacere, infrigidare aquæ, quia singulis singula proportionata sunt; quidni etiam homini certò multa cognoscere, solo Dei concursu generali?

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Secunda Conclusio.

115 Secunda Conclusio. Omnes veritates naturales speculativas assequi collectivè non potest homo tam in statu Naturæ lapsæ, quàm integræ sine speciali Dei auxilio. Sepono nunc etiam veritates *num.* 109. jam exceptas: & ostendo *primò*: *quia Ars longa, vita brevis, occasio præceps, experimentum fallax, judicium difficile*: quæ *ex Aphorismis Hippocratis* brevi præstricta, latè exaggerant necessitatem Auxilii ad collectionem omnis veri. *Secundò*: quia homo discursui suo naturali relictus, quamvis acie valeat singularis ingenii, pauca evidenter, plura solùm assequitur probabiliter, id est, modo de se exposito falsitati: impossibile autem, est eum, qui plerumque est expositus lapsui, nunquam labi, nisi speciali manuductione juvetur, id quod verum etiam censeo cum Suarez in statu Gratiæ reparantis: quia Gratia sanctificans nec per se auget vires naturales cognoscendi, nec amovet impedimenta Naturæ communia.

Suarez.

Tertia Conclusio.

116 Tertia Conclusio: Nihilominùs sine speciali Gratiâ extra beneficium creationis potest *eam* veritatum *collectionem* assequi homo etiam lapsus, ut *Sapientis* nomine dignus sit. Explico, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

probo. Vt aliquis *Sapientis*, & *Docti* nomen apud nos habeat, is gradus sufficit intelligentiæ, & Doctrinæ, quo notabiliter à vulgo differat communes solummodò veritates assecuto; sed ut quis notabiliter à vulgo differat, non eget Gratiâ speciali extra beneficium creationis: ergo. Major patet ex usu loquendi: & ostenditur minor: quia ad eum Doctrinæ gradum sufficit naturale lumen si ponatur in eâ favorabili dispositione causarum, ut plures occurrant occasiones proficiendi, & acquirendi veritatem; atqui ea favorabilis causarum dispositio cadit in beneficium creationis, ex dictis *lib. præcid. à num.* 219. ergo ad eum Doctrinæ gradum sufficit Gratia creationis. *Illud adverto*: eam esse intra lineam creationis specialem Gratiam: potuisset enim Deus talem hominem in eâ ponere causarum peristasi, ut augeret numerum Idiotarum, & Vulgi, quibus si favisset Deus per illam Gratiam Providentem, determinando causarum dispositiones in majorem favorem eorum, vulgò excederent, & Sapientes audirent. Vnde pro suo quisque Sapientiæ gradu speciales Deo gratias agere debet:

Suprà lib. 10. à num. 219.

Quarta Conclusio.

117 Quarta Conclusio: Intra multitudinem veritatum, quas solâ cum Gratiâ creationis potest assequi homo, non est ars, aut Scientia integra in statu perfecto, quam sine speciali Gratiâ nullus potest acquirere. Ratio est: quia nulla est ars, aut scientia, quæ intra latitudinem suam non claudat veritates difficiles, & abstrusas, prætervolantes sensum, & certitudini naturali ægerrimè pervias, quales descripsi *num.* 109. sed ad veritates hujusmodi necessaria est homini Gratia specialis extra beneficiû creationis: ergo & ad integram Scientiam in statu perfecto. Et hæc de naturalibus veritatibus speculativis.

Quinta Conclusio.

118 Quinta Conclusio: Plures etiam veritates practicas assequi potest homo sine speciali Dei auxilio: omnes non potest. Secunda pars patet. Tùm ex *num.* 115. Tùm etiam quia veritates Practicæ addunt specialem difficultatem speculativis ex circunstantiis: si ergo sine speciali Gratiâ nequit homo veritates omnes speculativas amplecti: quomodo valeat Practicas? Tùm demum: quia ea est rerum moralium difficultas, ut plerumque post doctissimorû examen vix excedant aliquæ, lineam dubii: quomodo ergo possint omnes sine speciali Dei auxilio per connatum naturalem acquiri? Ostenditur prima pars *primò*: quia sufficientia ad honestè operandum non est ex Gratiâ speciali, quod *ex libro præced. à num.* . supponimus; at hujusmodi sufficientia dicit cognitionem practicæ veritatis. *Secundò*: quia positâ veritate speculativâ, quòd honorandi sint Patres, & per naturale medium adeptâ veritate, quod hic homo sit Pater tuus, necessitas est practicæ consequentiæ: ad id autem, quod est alioqui necessarium in Naturâ, quis Gratiam exigat? *Tertiò*: quia aliter sine Gratiâ excusabiles reddentur homines in quibusvis actionibus; unde possent odisse Deum sine crimine; Creaturas colere ut Deum, & his similia; quod unicè est extinguere in nobis naturale lumen: cùm aliunde testetur Regius Psaltes: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Possent acervari facilè pulcra Conciliorum, & Patrum testimonia, quæ videas apud Suarez *cap.* 2. & apud Ripaldam *disp.* 114. *sect.* 7. *à num.* 64.

Suprà lib. 10. à num.

Suarez. Ripalda.

Sexta Conclusio.

119 Sexta Conclusio: Gratia, quâ ad aliquas veritates naturales tùm speculativas, tùm etiam Practicas (de quibus *num* 109.) divisivè sumptas; & ad omnes ex utrolibet genere collectivè sumptas necessariam ducimus, est Gratia Philosophica, & ordinis naturalis. Explico, & probo: nam hæc specialis Gratia, supernaturalis esse non debet, ut *num.* 110 supposuimus: & consistit in infusione naturalium specierum, in ordinatione phantasmatum, in protectione externâ à movente impedimenta; his enim positis, haberi potest plena notitia naturalium veritatum: sed hæc sunt ordinis naturalis, & Gratia Philosophica; favor nempè non debitus ex dispositione causarum, & aliunde non excedens proportionem Naturæ: ergo. Vnde tales veritates, & earum exinde notitiæ *quoad modum, & respectivè*, dici possunt favor supernaturalis, ex eò quòd licèt in se naturales sint, modus tamen illas habendi vires naturæ nostræ superat: unde egemus Agente fortiori, quo juvemur ad illas.

Sep-

Septima Conclusio.

120 Septima Conclusio: Ea Gratia dici debet Gratia per Christum, non primariò, sed secundariò; nec simpliciter, sed secundùm quid. Rationem dedimus *lib. præced. num.* 278. Et ostenditur ulteriùs utraque pars: quia ut egregiè pònderat Augustinus, *non est mortuus Christus, ut essemus Philosophi, sed ut Sancti essemus*; quo principalitas motivi notatur; cùm aliunde quidquid singularis Gratiæ venit ad homines à Deo, veniat ex Christi meritis: lex enim hujusmodi, Christi condecet dignitatem. Insuper quod manuducimur ab Ecclesiâ, ut hujus generis bona postulemus à Deo per Christi merita; accessoriè tamen: ergo debet ea Gratia dici Gratia per Christum non primariò, sed secundariò, nec simpliciter, sed secundùm quid. Non tamen inde velis Theologicam dicere, cujus rei vide rationem *libro præcedente num.* 277. & 278.

Suprà lib. 10. à num. 277.

Octava Conclusio.

121 Octava Conclusio: Impotentia Naturæ respectu veritatum earum, ad quas Gratiâ eget, plerumque est physica, & aliquando moralis. Loquor per terminos communes, aliter apud me sonantes juxta dicenda *à num.* . Nunc juxta sensum communem eorum conclusionem, Explico simul, & probo. Impotentia Moralis erit, cùm non venit ex defectu medii, nec ex defectu speciei, sed ex inconstantiâ, & mobilitate potentiæ. Sic evenire solet in casu quartæ conclusionis: erit Physica, cùm venit ex defectu speciei, vel medii. Ratio utriusque partis est: quia Physicè est impotens causa, deficiente essentiali prærequisito ad effectum, nec suis viribus potest acquirere; moraliter solùm impotens, cùm alioqui satis instructa, operaretur difficillimè; sed deficiente medio, vel specie deficit intellectui essentiale prærequisitum ad cognoscendum: iisque non deficientibus continuare conatum difficillimè potest ad assequendas omnes veritates: ergo impotentia ad eas assequendas sine auxilio Philosophicæ Gratiæ plerumque est physica, & aliquando moralis. Quare laborat inutiliter in oppositum Illustrissimus Godoy contentus evincere intellectum habere vim physicam intelligendi omnes, & singulas veritates naturales: quod de remotâ potentiâ verum est; falsum de proximâ: quæ si desit ex defectu essentialis comprincipii, nequit intellectus absolutè dici physicè potens ad cognoscendum: quod annotaverat jamdiù P. Suarez *cap.* 1. *num.* 12.

Infrà à num.

Godoy.

122 Oppones primò: Patres, apud quos nihil habet homo de suo, nisi mendacium; & exinde genus omne scientiæ tribuentes Deo. Secundò: vulnus ignorantiæ, quam contraximus per peccatum. Tertiò: quia si absque auxilio speciali posset acquiri veritas aliqua, posset & omnis: cùm omnis tùm proportionata Naturæ sit; tùm cadat in appetitum ipsius, qui frustra non datur. Quarto: ullum orandi Deum, ipsique agendi gratias pro veritatis acquisitione; oratio autem, & gratiarum actio argumentum est beneficii. Quintò: omne genus Prudentiæ à Deo est dicente: *Meum est consilium, &c.* Sed omnes, & singulæ cognitiones practicæ ad mores, Prudentiæ genus sunt: ergo sunt specialiter à Deo. Alia satis præoccupavi: & hæc momenti non sunt.

Repelluntur.

123 Ad primum feci jam satis de Patribus, Conciliis *suprà*: quorum mens de Scientiâ, vel illuminatione salutari fuit. Fortè eorum aliqua loca de Gratiâ latè sumptâ juxta *num.* 110. possent accipi. Ad secundum: Vulnus ignorantiæ stragem fecit in gratuitis, juxta dicta *libro* 10. Natura ita non corrupit. Ad tertium: omnis veritas naturalis est proportionata Naturæ, si metiaris ex ordine; est improportionata, si attendas ad modum, quo se mens habet, nempè sine specie, sine medio, sine constantiâ. Appetitus ille, innatus non est per modum exigentiæ: elicitus est, quales sæpè circa plura frustrà experimur in nobis. Quòd si voces appetitum, aliquam naturalem propensionem, admitto: quæ frustrà non est, cum conducat, ut si non omnia, sciamus saltem aliqua. Ad quartam: orationi, & gratiarum actioni sufficit aliquale beneficium, quale non nego; sufficit beneficium intra lineam creationis: sic oramus, & gratias agimus pro indole bonâ, pro pluviâ, pro vitâ. Ad quintum: Omnis prudentia à Deo est, sicut & omne non malum: specialiter tamen est à Deo supernaturalis Prudentia: deque ipsâ Mens Patrum, & Conciliorum.

Ex lib. 10.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 8. de Deo Auxiliât. Suarez. 6. Objices.

124 Rogas pro complemento Doctri-

Dubium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. Resolvitur primò

trinæ quid sentiam de veritatibus Divinis, & supernaturalibus: an sine auxilio speciali, aut gratiâ saltem Philosophicâ possint per actus naturales alioqui veros, aut certos attingi? Respondeo primò circa Deum posse veritates aliquas sine gratiâ etiam philosophicâ acquiri: omnes non posse. Ratio prioris est. Tùm quia naturale debet esse servo posse obsequi Domino; cui non cognito non potest obsequi. Tùm, etiam quia res ipsæ clamant Conditorem suum, in quem ex illis facili discursu potest ascendere mens humana. Tùm insuper quia peccandi libertas non est Gratia specialis in homine; at sine aliquâ cognitione Dei esse non potest. Huc advoca rationes, quibus *alibi* demonstrati naturaliter solet existentia Dei, & invincibilis circa ipsum ignorantiæ impossibilitas. Ratio posterioris est: quia Divinæ veritates excedunt multitudine, & præstantiâ collectionem naturalium veritatum: ergo, qui istas assequi collectivè non potest, minùs poterit illas.

Secundò.

125 Respondeo secundò circa supernaturales veritates haberi posse notitiam aliquam naturalem sine speciali novâ gratiâ, semel suppositis Mysteriis Fidei externè propositis, vel miraculo comprobatis. Ratio est, quia his suppositis, naturaliter operari discursus potest circa objecta, quæ externè percipit. Tùm etiam quia Dæmones, quibus Gratia nulla permittitur, ex miraculis Christi Domini, & aliis signis Mysterium unionis hypostaticæ suspicati sunt. An verò circa ipsa possibilis sit evidentia naturalis, videndum est *alibi*. Videatur nunc Ripalda *disp.* 114. *sect.* 9. & *disp.* 10. 11. & 12: quem audiemus *in loco*.

De Incarn. lib. 1. *disp.* 3. *Late in* 1.2. *Tract.* 3. *Ripalda.*

DISPVTATIO LVI.

NECESSITAS AVXILIANTIS GRATIÆ ad bonum naturale.

Rei gravitas.

126 VERI Naturalis Speculatio jure sibi Connectit Speculationem Boni Naturalis: & ex ejus veritate multiplici, sive præcisè respicias Honestatem (Nam hic de Bono Morali sermo totus est Nobis) sive respicias alias circunstantias, tot exurgunt difficultates, ut partim ex pertinaciâ Sectariorum: partim ex Scholasticorum contentione, Punctum sit, in quod implexæ Controversiæ cocant. Ibimus ordine: præmissis Authorum Opinationibus.

SECTIO I.

VARIETAS OPINANDI.

127 DE Morali Bono, aliàs facili modò loquimur; nàm de difficili vel per se ratione motivi, vel peraccidens ratione tentationis occurrentis, erit sermo singulariter *in sequentibus*. Septem invenio dicendi modos. Primus errandi potiùs, quàm dicendi modus tenuit nullum posse actum omninò bonum, & honestum etiam naturalè fieri sine Gratiâ, quæ sit Sanctificans: unde in Peccatoribus, nihil nisi peccatum agnoscit: ita hæretici nostri temporis post Lutherum.

Error Lutheri.

128 Secundus etiam deviandi modus tenuit nullum etiam posse fieri sine Gratiâ, quæ sit Fides: unde singula Infidelium opera, peccaminosa putat: ita Bajus, & Assectæ jam damnati.

Delirium Baji, & Ianſen.

129 Tertia sententia tenet, nullum etiam fieri posse sine Gratiâ Theologicâ: non quia necessariam putet ad operandum honestè Gratiam supernaturalem; sed

P. Vazq. & alii de quibus lib. 10. *à num.* 212.

sed quia putat accensendâ Gratiæ Theologicæ cogitationem honestam congruâ: ita Vazquez cum illis quos pro ipso retulimus *lib.* 10. *à nu.* 212. quò reducitur Opinatio Gregorii Ariminensis, & Capreoli, quos ibid. dedimus *num.* 43. cum eo discrimine: quòd Vazquez eam impotentiam fatetur esse consequentem, admittendo sufficientiam ad honestè operandum ex nullâ gratiâ constitutam: Gregorius tamen, & Capreolus eam impotentiam faciunt antecedentem.

Gregorius Arimens. Capreol.

130 Quarta tenet nullum etiam fieri posse sine Gratiâ Providenti, seu Gratiâ externæ Protectionis: ita Granadus, & cum ipso Recentes aliqui, qui si per Gratiam Providentem significent aliqua'e beneficium, intra ipsum tamen ordinem creationis, voce solùm differunt à communi sententiâ.

Granadus & alii.

131 Quinta tenet, nullum etiam fieri posse sine Gratiâ simpliciter Theologicâ, & supernaturali, non tamen *per se*, sed *peraccidens*; non ex naturâ honesti moralis, nec ex defectu potestatis naturalis tam antecedentis, quàm consequêtis ad ipsum, sed ex Dei lege sancientis, ut nullus in Naturâ sit conatus naturalis ad bonum, quin præveniatur auxilio supernaturali, ut simul cum naturali supernaturalem actum efficiat: qui duo actus, cùm extrinsecè inseparabiles sint; nec detur, unum sine alio poni, reputantur moraliter unum opus: unde cùm sit necessaria Gratia supernaturalis ad supernaturaliter operandum, indidem necessaria dicitur ad operandum honestè etiam naturaliter: ita Ripalda *disp.* 114. *sect.* 13. ex ante præjactis *disp.* 20. *per sectiones viginti tres*, copiosissimas, & colludit cum isto discursu existimatio, quam *à num.* 215. proponemus.

Ripalda. Molina.

Infrà à num. 215.

132 Sexta tenet etiam ad actus salutares honestos Gratiam non requiri, nec per se, nec peraccidens: requiri tamen in homine justo de peraccidens, quippè ratione status Gratiam, & quidem Theologicam, ad operationem honestam: quin omnis honesta operatio, quam homo justus elicit, est supernaturalis, habet enim cum Gratiâ virtutum habitus ad omne genus boni: ita Koninch *suprà* jam citatus, & laudatus, & de quo paulò inferiùs *à num.* 211.

Koninch. Suprà lib. 10. *nu.* 309 *& infrà à nu.* 211.

133 Septima demum tenet, nec per se, nec peraccidens requiri ullum Genus Gratiæ, tùm Theologicæ, tùm Philosophicæ, scilicet ultra creationis beneficiũ, ad faciendos actus honestos naturales, quales initio descripsi: ita Doctor Eximius, quocum ire jam cæpimus *lib.* 10. pleno vestigio.

In Primâ par. & in 1.2. *Tract.* 3. *de Deo Auxiliat. P. Suarez*

SECTIO II.

AD ACTVS NATVRALES HONESTOS per se Gratia nulla requiritur.

Prima Conclusio.

134 SIt prima Conclusio: Ad actus hujusmodi non requiritur status Gratiæ: unde peccator habere potest, & habet actus morales in se bonos. Id quod *nu.* 2. præmonui definitum à Tridentino. Ratio nunc sit; Primò: quia homo lapsus est capax præcepti, & consilii: nec ratione mali status evadit obligationem obediendi: ergo potest. Secundò: quia per peccatum non amittit naturalem libertatem, nempe nec rationem naturalem, nec voluntatem. Tertiò: quia eoipso per peccatum quodvis homo esset obstinatus in malo. Dixi *bonos in se*: nam Hæretici, qui sic errant, ita fatentur ab homine justo fieri opera bona, ut ex aliâ parte conentur ipsos actus esse in se peccaminosos, & malos. Vnde ajunt omnes, & singulos actus morales hominis lapsi, quantumvis alioquin justi, esse peccatum in se; extrinsecè tamen definere esse peccatum, si fiant in statu Gratiæ, vel fidei quia ratione justitiæ, vel fidei non imputat Deus, nec operanti nocent. *Abyssus abyssum invocat.* Videatur Bellarminus *lib.* 5. *de Gratiâ, & lib. Arb cap.* 4. & *lib.* 4. *de justif. cap.* 10.

Ex Tridentino.

Bellarm.

135 Sit secunda Conclusio: Nec ad actus hujusmodi requiritur Gratia Fidei: unde non omnia Infidelium opera sunt peccata. Id quod definitum est ab Ecclesiâ contra Bajum. Nec satis excuso Ariminensem. Ratio nunc sit. Primò: quia lex Naturalis æquè infidelem obligat, ac Fidelem: ergo neutri deficit sufficientia ad obediendum: sed obedire legi naturali, honestum est: ergo. Secundò: quia cognitio naturalis, quam habere potest infidelis de Deo, deque operis oppositione cum primâ Regulâ, sufficit ad peccandum, si primæ regulæ non se conformet in opere: cur ergo cognitio naturalis

Secunda Conclusio.

Ex Definitione Sum. PP. cõtra Bajum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

lis de operis conformitate cum dictamine Conscientiæ, & primâ Regulâ, non sufficit ad operandum honestè, si tali Regulæ se conformet? Tertiò, quia nec Fides est circunstantia moralis operis boni, nec ad proponendum ejusdem operis vel objectum, vel honestum finem necessaria est: cùm hæc singula per naturalem cognitionem sacris discerni possint:

Iansenistæ abutuntur Augustin. Ejus Mens

136 Quid tamè ad Augustinum, quo potissimum, hujus, & præcedentis conclusionis *hostes* innituntur? *Quatuor* inveniuntur in Augustino, quibus fidunt, non sanè intellectis. *Primum*: dicentis nihil esse boni in homine sine Fide. *At* Augustinus de bono meritorio, & simpliciter loquitur contra Pelagium, *ut jam expendimus*: quod sine Fide vel latâ, vel strictâ dari nequit. *Alterum* dicentis, opera infidelium esse peccata. *At* Augustinus vel ita loquitur, quia raro operantur nisi peccando, & ex communiter contingentibus fit regula, vel de operibus loquitur Infidelium, ut infidelium, quæ nempè faciunt ex ductu sui erroris. *Tertium*, dicentis, quod nō est ex Fide, peccatum esse. *At* Augustinus cum Apostolo sumit Fidem pro Dictamine Conscientiæ, contra quod, qui operetur, peccat. *Ultimum* dicentis, sine charitate nihil esse boni. *At* Augustinus de charitate genericè, id est, de amore honesti, & quidem meritorio; vel de charitate vel inchoatâ, vel perfectâ loquitur. Videatur Suarez *lib.* 1. *cap.* 3. 4. 5 6. & 7. Bellarminus *loco citato*, & Ripalda *tom.* 3. *passim* præsertim à *disp.* 17.

Suarez. Bellarm. Ripalda.

Tertia Conclusio.

137 Sit tertia Conclusio: Nec ad actus hujusmodi requiritur ulla Gratia, vel Theologica, vel Philosophica, id est vel supernaturalis ordinis, vel naturalis extra beneficiū creationis: unde cum solo generali cōcursu sine ullâ novâ Gratiâ, potest homo etiam lapsus bona opera moralia facere. Ita Basilius *hom.* 9. *colum.* 3. *in Hexam.* Chrysostomus *hom.* 67. *ad Pap. Antioch.* Damascenus *lib.* 3. *de Fid. Orthodox. cap.* 14. *fine.* Hieronymus *tom.* 6. *in* 1. *cap. ad Galat. ad illa Apostoli* verba: *Cum autem placuit ei*, &c. Gregorius *homil.* 27. *in Evang.* Anselmus *lib. de conc. cap.* 3. *colum.* 5. Fulgentius *lib. de Incarnat. cap.* 26. Insuper Augustinus, & Thomas: iste *hic art.* 2. ille *lib. de lit. & Spirit. cap.* 27. & 28. ubi loquitur apertissimè: sic enim habet: *Sicut non impediunt à vitâ æternâ Iustum quædam venialia, sine quibus hæc vita non ducitur; Sic ad salutem æternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillimè vita cujuslibet pessimi hominis invenitur: & lib.* 3. *Hypogn. col.* 3.

Basilius. Chrysost. Damasc. Hieronym Gregorius Anselmus Fulgent. Augustin.

Roman. 2.

138 Demum alii plures Sancti Patres ad illud Pauli *Rom.* 2. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: quod de Fidei Gratiam non habentibus interpretantur, addentes NATVRALITER* idem esse, ac *ductu, & sponte Naturæ*: qui sensus censuratus à Bajo protegitur ab Ecclesiâ damnante *Propositionem ejus vigesimam tertiam*, ut latiùs dicam infrà *à num.* 290. Accedunt Trident. *sess.* 6. *can.* 1. & 3. & Arausican. *can.* 6. requirentia ad initium, & augmentum Fidei opera bona *prout oportet*; quibus præcedat Gratia Christi præveniens: quæ verba superfluerent, si omnia opera bona præveniretur auxilio.

Infrà à num. 290. *Trident. Arausic.*

Ecclesiæ Definitio Contra Bajum.

139 Claudat agmen tantæ Authoritatis Ecclesia damnans inter alias, has Baji Propositiones: 37. *Cum Pelagio sentit, qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex Naturæ solis viribus ortum ducit, agnoscit.* 28. *Liberum arbitrium sine Gratiâ, & Dei adjutorio non nisi ad peccandum valet.* 29. *Pelagianus est error dicere, quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum vitandum.* 38. *Omnis amor Creaturæ Rationalis, aut vitiosa est cupiditas, quâ mundus diligitur, aut laudabilis illa charitas, quæ per Spiritum Sanctum in corda diffusa Deus amatur.* 65. *Nō nisi cum Pelagiano errore admitti potest usus aliquis liberi arbitrii bonus, sive non malus, Gratiæ Christi injuriam facit, qui ita sentit, & docet.* Infer *contra additorias* definitas; & inferes *Sententiam* nostram: quæ nuper etiam à Decreto Alexandri VIII. contra Iansenistas (de quo jam *lib.* 10. *num.* 82.) invincibile robur accepit.

Alexand. VIII.

Evasiones P. Vazq.

140 Torserunt hæc Vazquium, & respondit tria. *Primum*, eas propositiones damnari ratione censuræ. *Alterum*, inde disjunctum fieri nempè, vel operis boni moralis, vel operis indifferentis. *Tertium*, eas damnatas in sensu Baji requirentis ad actus bonos morales etiam naturales, & ad non peccandum, Gratiæ sanctificantis auxilium. Hæc Vazquez, qui legisse se Romæ Baji opera profitetur.

Non sufficiunt.

141 Nullum tamen ex tribus effugiis tutum est. *Non primum*: quia non singulæ propositiones objectæ censurantur. Deinde sic infero: ergo nostra sententia, nec Pelagiani erroris argui potest, nec facit injuriam Gratiæ Christi: quid ergo nos passim terret Vazquez per absurda Pelagiani erroris; aut quid nos obruit testimoniis Patrum contra Pelagium disputantium? *Non secundum*: quia damnatis hujusmodi propositionibus, saltem definitur, non omne opus morale præstitum sine Gratiâ, esse malum: quo rationes omnes Patris Vazquez infringentur. Deinde sic infero: ergo datur opus morale sine Gratiâ præstitum à Naturâ: At ex propositionum combinatione satis liquet locutum Bajum de bono opere morali. Quis insuper credat damnatum ab Ecclesiâ Bajum propter possibilitatē operis indifferentis in individuo, quam alioqui negant, teste ipso Vazquez, Augustinus, & Thomas? *Non* denique *tertium*: quia Bajus nullibi differit de qualitate Gratiæ, quam necessariam facit: sic testatus est Pater Martinez de Ripalda *tom.* 3. *disp.* 13. *num.* 24. habens, dum hæc scriberet, ante oculos omnia Baji opera. Vnde Cunerus *de Grat. Christi cap.* 14. qui Romæ causam egerat, & obtinuerat contra Bajum, *aperte pronunciat*, definitum adversus Bajum *posse de facto per arbitrium liberum poni aliquod bonum morale* sine Gratiâ. Idem sentit Eminentissimus Bellarminus, qui *tum temporis* Lovanii docuit; legit opera Baji; & disputavit cum ipso non semel. Idem sentit *in opusc. de Auxiliis cap.* 10. *num.* 5. Lessius noster, Lovaniensis Doctor. Idem denique Binsfeldius *in lib. receptarum in Theologiâ sententiarum, sect.* 3. *de lib. Arb. & Grat. Conclusione* 3. His ideò omissis.

Augustin. Thomas. Vazquez. Ripalda. Cunerus. Bellarm. Lessius. Binsfeld.

Evasiones Ripaldæ, & Sfortiæ

142 Respondent aliter Ripalda, & Sfortia pro Vazquistis: ille *loc. cit. num.* 25. iste *Assert. Theolog. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 46. damnatas eas Propositiones in sensu Baji, defendentis impotentiam antecedentem in Naturâ, ad operandum honestè sine gratiâ: at Vazquez locutum unicè de impotentiâ consequenti. Sed contra: Nam Vazquez, lectis, *ut gloriatur*, operibus Baji, non potuit non videre discrimen; eoque non utitur: & meritò: quia nec iste sensus planè falsificat singulas propositiones objectas: ergo nec satis recedit à Bajo. Tùm quia 37. 38. & 65. propositio solum indigent ad sui veritatem Sententiâ Vazquistarum. Tùm etiam quia, si bene expendas, æquè apud Vazquez est impossibile Operari honestè sine gratiâ homines, ac non esse Dei Providentiam in rebus: hoc autem est & antecedenter, & consequenter impossibile. Tùm demum quia non semper damnantur propositiones, quoad medium, quo probantur, sed in se: (potest enim assumi medium improbabile, quod sit censurâ dignum in probationem sententiæ, quæ nulli censuræ subjaceat, & econtrà;) licèt ergo non conveniat cum Bajo Vazquez in modo defensionis, conveniet in sententiâ, quæ nudè damnatur. Sed *mox* ad hanc considerationem, *infr. às à nu.* 216.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. Intercepta Vazquez.

Infrà à num. 216.

143 Respondet ultimò, & aliter ipse Ripalda *nu.* 26. ideò damnatum Bajum, quia opera, quæ bona censet melior Theologia, licèt in vitam æternam sterilia, mala putavit: unde licèt admitteret, quòd in re catholicus quisque, addebat ea, quæ nos putamus ex naturalibus bona, esse mala. Sed contra: quia Bajus & deficere potuit in modo probandi, & in sententiâ; utrumque damnavere Summi Pontifices; sententiam primam, quæ recitavi; modum vero probandi, (qui novus est error, si sit, qualem Ripalda describit) *propositionibus* 38. 61. & 62. Decretalis autem damnatio cadit in Propositiones, quæ recitantur juxta rigorem, & sensum verborum, qui contendus est fuisse proprius ipsius Baji: nam cum nobis legere non liceat Baji opera, nec ex contextu sensum eruere, si sensus planè non esset is, quem ex ipsis verbis recitatis eruere possumus, & debemus; nec sensum damnantis Ecclesiæ, nec damnatæ Propositionis sensum possemus assequi; quo redderetur inutilis Damnatio decretalis. Id quod diligenter observa pro similibus ex Magno Suarez *Proleg.* 6. *de Grat. cap.* 2. *à num.* 11. Accrescit ergo ex damnatis Baji propositionibus maximum sententiæ nostræ robur.

Impugnatur.

Nota bene ex Suarez

144 Probatur jam ratione. Ad ope-

Ratio Conclusionis.

ran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

randum honestè natura non indiget speciali Gratiâ, ratione impotentiæ antecedentis, nec ratione impotentiæ consequentis: ergo potest sine speciali Gratiâ, posito generali concursu operari cum honestate. Consequentia est bona. Et antecedens *quoad primam* partem reliqui probatum, & penè catholicè definitum

Suprà lib. 10. à num. 42. & 46.

lib. 10. *nu.* 42. & 46. Probatur *quoad secundam*: quia impotentia consequens ad honestè operandum, sine Gratiâ, vel ex eo provenit in Naturâ, quòd congrua cogitatio sit specialis Gratia ultra beneficium, & jura creationis; vel ex eo, quod semper adsit extrinsecum impedimentum Diaboli tentantis ab omni genere boni, quod ei maximè displicet, qui nisi alligetur, impediet opus quodcumque bonum: alligatio autem est saltem Gratia externæ Divinæ protectionis indebitæ.

145 Si *Primum*: falsò supponitur, de

Et à n. 219

quo *lib. præced. à num.* 219. satis fusè. Si *secundum*: falsò etiam supponitur, nec ad rem venit. Falsò supponitur, quia

Diaboli ars in tentando.

nec semper tentat Dæmon, nec semper tentat omninò graviter: Ratio, ne semper tentet, est primò: quia sine fundamento, id asseritur: Patres enim inculcantes proteruiam Diaboli, solùm significant frequentiam invadendi, vel rabiem. Secundò: quia sæpè ignoratur à Diabolo intentio nostra, atque adeò nescit quid impedire debeat. Ratio, ne tentet ex se semper omninò graviter, est ipsa ejus versutia, ut per aliquam victoriolam nostram exinde nos moveat ad elationem. Imò aliqualis compressio Diaboli videtur cadere intra Providentiam Generalem; ne, si permittatur facere, quod vellet, & posset, perturbaret

Suarez.

ordinem Vniversi. Vide Suarez *lib.* 1. *cap.* 23. *à num.* 24. Non venit ad rem: quia conclusio loquitur de operè bono morali, alioqui facili, nec ex circunstantiâ tentationis arduo, qualia possibilia judicat non solùm in purâ Naturâ, sed etiam in lapsâ sanior Theologia; quo disjeci fundamêta Recentioris pro Vazquez novissimè disputantis.

Confirmatur primò:

146 Firmantur hæc omnia. Vel Naturæ Rationali debetur à conditore suo sufficientia ad operandum honestè, ita ut non sit in istâ specialis favor extraordinem, & jura creationis cogitatio honesta sufficiens ad operandum benè, vel non? Si *secundum*: sequentur absurda, quæ sequutus est Bajus, & repressi *lib.* 10. *à num.* 42. Idque, quod à nullo Doctore Catholico, quem ipse viderit, aut sciat, dictum unquam, testatur Suarez *cap.* 13. *num.* 5. Si ergo *primum*: rursus inquiro: *vel* talis cogitatio est efficax? & habeo intentum. Vel est merè sufficiens: quo fiet, deberi Naturæ semper peccare, ac si in statu damnationis jam esset, & exinde sequetur apertè *vigesima octava Bajì propositio*, vel debet esse cogitatio ab efficaci, & merè sufficienti præscindens; quod *tertium* dici debet. Nunc sic: sed impossibile est Naturam sibi relictam cum sufficientiâ ad operandum honestè, velle semper operari inhonestè, ac est impossibile, ipsam velle semper honestè operari, ut ajebat *num.* 138. S. Augustinus: ergo si voluntas constituatur, ut debet, operabitur aliquando bene. Sicut enim impossibile est (saltem moraliter) quòd eundem tenorem habeat circa honestum, ut nunquam venialiter peccet relicta sibi; ita est pariter impossibile, quòd eumdem tenorem habeat, circa malum, ut nunquam bene operetur sibi relicta: quare (quod observa maximè) sicut aliquando peccare, naturale est, & peccare nunquam, specialiter Deo tribuitur: quia est Naturæ moraliter impossibile: ita aliquando bene agere, naturale est, & nunquam bene agere, specialiter Deo deberet tribui: quia est Naturæ saltem moraliter impossibile.

Suarez.

Augustin. Nuper nu. 138.

Confirmatur secundò.

147 Firmantur ultimò: non plures actiones morales honestæ connaturaliores sunt, & faciliores iis, quæ seorsim ab speciali gratiâ præstari possunt ab homine etiam lapso: ergo & à fortiori potest homo sine ulla speciali gratia illas etiam ponere. Antecedens ostenditur: Non est faciliùs, & connaturalius verum dicere ex honestate virtutis, misereri pauperis occurrentis in viâ, eique eleemosynam dare, quia decet, amare Parentes alioqui facillimos, quia pium est, quàm falsum testari cum vitæ periculo ratione tenuis lucri, quàm corpus in ardentem pyram conjicere inanis gloriæ lucro, quàm omnia bona in mare projicere, ut appareas apertè prodigus? hæc autem alioqui difficillima, & Naturæ ipsi dissona sine gratiâ fiunt, sunt enim mala.

Suprà lib. 10. à num. 219. & à num. 309.

148 Ex quibus, & ex ante præmissis *lib. præced. à num.* 219. & *à num.* 309. quæ se mutuò juvant, & firmant, manet tutissima nostra Sententia contra Vazquez, cujus, & sequacium argumenta jàm solvi *citatis locis*. Nec modò occurrit quidquam, quod ex nuper adjectis non fiat facillimæ solutionis. De Granadi

Granadus Suprà nu. 130.

sententia, breve judicium tuli, dum *renuli*. Modus tamen loquendi, ad singula bona moralia requiri Gratiam Providentem, qui placet Oviedo *hic*, & passim assumitur ab Aldrete *de Præcept.* si solùm aliquale significet beneficium intra lineam Providentiæ, nec extra ordinem creationis, nec Magno Suarez repugnat, nec mihi displicet.

Oviedo. Aldrete.

Suarez.

SECTIO III.

An per accidens, et ex lege requiratur ad actus naturales honestos Gratia Theologica?

§. I.

Patris Ioannis Martinez de Ripalda singularis Opinio.

P. Ioannes Martinez de Ripald.

149 Terret aggredientem me spissa Copia rerum. Nec exspatiari sinunt angustiæ methodi; nec tenere calamum magis est facilè, quàm si velles temerè transfundere in scrobiculum undas Oceani. Conabor tamen. Lis est nobis præcipua cum Ripaldâ: nam de Koninchо dicam brevius *infrà*, quid teneat. Exeruit vires ingenii sui Pater Ripalda, ut ostenderet ex Scripturis, Patribus, & Ratione, Legem Divinæ Providentiæ infallibilem præveniendi potentias nostras supernaturalibus auxiliis, quotiescumque paratæ sunt, elicere actus naturales honestos circa objectum alicujus virtutis; ita ut voluntas, aut potentia naturalis indivisim erumpat in actum naturalem, & supernaturalem circa objectum utrique illuminationi naturali, & supernaturali commune: vel (quod minus ipse probat) si solùm naturalem actum eliciat, eum supernaturalizatum habeat ex gratiâ antecedente, atque adeò salutarem.

Koninch. Infrà à num. 211. Ripaldæ Opinio:

Illationes.

150 Vnde infert primò: Naturalibus auxiliis semper annecti supernaturalia; unde nequit fieri actus naturalis sine supernaturali. Secundò necessariam esse gratiam Theologicam ad honestè operandum: cum nequeat dividi actus naturalis à supernaturali, ex obstante lege: qui nequit utrumque ponere, neutrum potest. Tertiò: sic provideri magis apertè saluti Gentilium, & aptius explicari axioma celebre: *Facienti quod est in se, &c.*

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Præmissa.

151 Pro quibus duo supponit, & advertit unum. Supponit primò: Actus supernaturales, & naturales non differre ratione objecti vel formalis, vel materialis, quod postea probat *d sp.* 45. Supponit secundò: Gratiam Theologicam esse supernaturalem entitativè: quod etiam probat posteà *d sp.* 105. Advertit disparem esse rationem inter supernaturalia, & Naturalia: nam licèt naturalibus annectat supernaturalia, non tamen his, illa: unde omnis actus honestus naturalis fit indivisim cum actu supernaturali; non tamen omnis actus supernaturalis fit associatim cum actu naturali: unde ista connexio non est mutua. Hæc Ripalda *tribus primis sectionibus*, quibus explicat Sententiam suam.

Punctum

152 Vt ipse mihi præfigam disputationis Scopum, secerno singula. Do Ripaldæ suppositiones, quas facit; & restant tria. *Primum*. Connexio ex Dei Lege infallibilis naturalium cum supernaturalibus, tam ex parte actus primi, quàm ex parte actus secundi: ita ut voluntas, quotiescumque naturaliter possit exercere se circa objecta virtutum, supernaturaliter etiam possit, & quotiescumque se per actus naturales exercet honestè, se circa idem objectum per supernaturales exerceat. *Alterum*: ea connexio solùm ex parte actûs primi, ita ut voluntas per naturales & supernaturales vires instructa, utrasque solùm exerceat per actum naturalem, qui maneat inde supernaturalizatus extrinsecè, & salutaris. *Tertium*: inconnexio ea non mutua, ita ut non, quotiescumque voluntas supernaturalem affectum habeat, habere debeat & naturalem.

Breve fusi dicium de ipsâ, in sensu Ripaldæ.

153 Hoc ultimum subsistere nequit, valere debeat Ripaldæ Philosophia: Nam ideò per te voluntas supernaturaliter, & naturaliter instructa indivisim

Aranda de Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

erumpit in actum naturalem, & supernaturalem, quia sufficit ad utrumque, & penès hoc operatùr necessariò; sed per te voluntas, licèt auxilio naturali careat, per supernaturale sufficit ad utrumque genus affectuum: quippe, ut habes *nn.* 14. non indirectè solum, sed etiam directè movere potest ad naturalem affectum supernaturalis illuminatio: ergo licèt auxilio careat naturali, utrumque genus affectuum eliciet. Id Ripalda putat absurdum, quo Rationem suam infirmat. Secundum pertinet ad quæstiones *de Merito*: ubi deseritur ab omnibus hæc Theologia P. Ripaldæ. Leviter indicavi judicium meum *lib. præced. à nn.* 309. Primum est, in quod Ripalda magis inclinat, quod unicè promovet, & totius controversiæ caput est Quod ipse, reponèdo vicem Authori tanto, *ex Scripturis, Patribus, & Ratione* impugno.

§. II.

NEQVE PER ACCIDENS REQVIRITVR ad Actus naturales honestos Superna Gratia: & Probatio ab Authoritate.

Prima Probatio. Ex Ioann. 3.

154 PRobatur primò Conclusio ex *Scripturis*. Est illustris locus *Ioannis 3. Spiritus, ubi vult spirat: & vocem eius audis; sed nescis unde veniat, aut quò vadat.* Quæ verba de Spiritu Sancto, ejusque supernis illustrationibus communiter à Patribus Latinis accepta, *irrita* convincunt, Ripaldæ contradictentia. *Primum*, defectum legis spirandi hic, aut alibi, reducendo, quòd *hìc, aut alibi, nunc, aut postèa* illuminet, & spiret, unicè ad libitum Dei, cujus *misericordis est* potiùs, quàm *volentis, & currentis*, utrajebat Apostolus *Rom.* 9. Quod & innuit illa congeminatio *Exodi 33. Miserebor, cui miserebor; & misericordiam præstabo, cui miserebor. Alterum*, defectum annexionis, & alligationis nostro conatui: *nescis enim unde veniat. Tertium*: ignorantiam exitûs, quem habeat in nobis supernaturalis illustratio, *nescis enim etiam, quò vadat*: Quæ singula falsa sunt in discursu Ripaldæ.

Roman. 9. Exod. 33.

Eccles. 9.

155 Alter locus est *Ecclesiastæ* 9. dicentis *nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec Sapientium panem, nec doctorum divitias, nec Artificum Gratiam.* Vbi satis clarè Deus insinuat naturalibus conatibus, viribus Sapientiæ, Doctrinæ, aut operibus alligatam non esse Dei misericordiam.

Psalm. 17.

156 Tertius locus est *Psalm.* 17. ubi David cum Deo sic loquitur: *Cum Sancto Sanctus eris, cum electo electus eris, cum innocente innocens eris, & cum perverso perverteris.* Vbi Dei liberalitatem cum Sanctis, parsimoniam cum malis ostendit: quasi dixerit: *Sic nobiscum agis, ut tecum agimus; cum eo qui se tibi devovet, liberalissimus, & Gratiæ tuæ; cum eo, quæ dona jam accepta non benè collocat, adeò parcus, ut videaris ejus perversitatem sequi, negans auxilio Gratiæ tuæ, cum petit, frustrato jam auxilia cùm vocasti*; id quod accidisse videmus fatuis illis virginibus *Matth.* 25. nequicquam suis viribus ingeminantibus Dei Nomen ad vasas misericordiæ: Non ergo quoties operamur honestè per Naturam, possumus subinde per Gratiam.

Matth. 25.

157 Quartus locus est *Ecclesiastæ* 11. sic dicentis; *Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua, quia nescis quid magis oriatur hoc, aut illud, & si utrumque simul, melius erit.* Vbi satio bonorum operum insinuatur: est igitur hortari nos, ut semper invigilemus in operationes honestas, quia nescimus, an hæc, aut illa sit *prout oportet ad salutem*: sicut nescit Agricola, quæ grana ex his quæ seminat, sint latura proventum; quæ, non: ergo signum est non fieri actus honestos *prout oportet ad salutem*, quotiescumque actus bonos elicimus: non ergo requiritur Gratia Theologica ad actus naturales honestos ex concomitantiâ supernorum.

Eccles. 11.

Secunda Probatio. Ex Arausi.

158 Probatur secundò Conclusio ex *Cœlestio, & sensu Eccl. esse.* Legatur Arausicani *can.* 6. ubi *tria* definit. *Primum*: anathemate dignum esse, qui dixerit *Misericordiam Dei, seu Gratiam dari conatibus nostris, quibus sine Gratiâ desideremus, credamus, petamus, &c. Secundum*: eodem anathemate dignum esse, qui dixerit *non egere nos Gratiâ, ut velimus desiderare, credere, petere, &c. prout oportet ad salutem. Tertium*: eodem anathemate feriendum esse, *qui humiliati, aut obedientiæ humanæ subjungat Gratiæ adjutorium.* Vbi *duo* pondera. *Primum*: non negari à Concilio, sed supponi actus honestos, quos vocat humilitatem, & obedientiam humanam, quia factos sine Gratiâ ex conatibus nostris. *Alterum*, excipi ab ipso Concilio à potestate Naturæ actus honestos *prout oportet*, ad quos requirit Gratiam.

159 Vnde sic arguo. Exceptio firmat Regulam in contrarium; sed actus honesti, prout oportet ad salutem, excipiuntur à potestate Naturæ non habentis Gratiam: ergo actus honesti, facti prout non oportet ad salutem sunt intra potestatem Naturæ non habentis Gratiam: ergo possunt etiam in præsenti lege poni actus honesti, qui sint steriles ad salutem, nec supponant ullum genus Gratiæ. Quid ergo esset opus distinctione, si nullus est actus honestus in præsenti lege juxta Ripaldam, qui fiat omninò *steriliter* ad salutè? Cum Arausicano conveniunt Tridentinum, & Moguntinum. Iam sensus Ecclesiæ satis patet ex damnatis Propositionibus Baji, quas *suprà* retuli. Imò Bajus, teste Ripaldâ *tom.* 3. *disp.* 13. *sect.* 3. totus est impugnando virtutum actiones, quas Theologi vocant *steriles*: & quidem nullę sunt in sententiâ Ripaldæ, quæ simpliciter *steriles* dici possint.

Trident. Mogunt.

Suprà nn. 139. Ripalda.

Tertia Probatio. Ex S. Leõ. Gregorio. Augustin.

160 Probatur tertiò ex *Patribus*: Primò: sic arguo ex eorum communi cõsensu fatentium Fideles aliquando, plerumque Infideles operari honestè, sed steriliter: ita Sanctus Leo *Serm.* 7. *Quadrag. cap.* 2. Sanctus Gregorius *hom.* 27. Augustinus *passim contra Julianum.* Et innumeri apud Suarez *lib.* 1. *de Gratiâ*; sed juxta legem existimatam à Ripaldâ, nunquam aut Fidelis, aut Infidelis operaretur honestè, & steriliter: ergo talis existimatio Patris Ripaldæ repugnat sensui communi Sanctorum Patrum.

Augustin. loca illustria.

161 Secundò: sic arguo ex Augustino, cujus Authoritas in hisce censetur decretoria, delibans *tria* solùm, sed illustria testimonia. *Primum* habes *lib. de Eccles. dogm. cap.* 64. *Melior est continentia, sed non sibi sufficit ad Beatitudinem, si pro solo amore pudicitiæ retinetur; sed si, & cum affectu causæ vocandi Domino eligatur.* Vbi manifestè distinguit *duplicem* continentiam; alteram *naturalem*, & sistentem in amore naturali pudicitiæ; alteram *supernaturalem*, & assurgentem ad placendum Deo: hortatur, ne sistamus in illâ; & ut assurgamus ad illam, si volumus salubriter operari. Ridicula autem esset hortatio, si impossibilis nobis foret illius ab istâ divisio in exercitio. *Secundum* habes *lib.* 1. *de Peccatorum meritis cap.* 22. ubi expavescit ad inscrutabilia judicia Dei supponendo dari homines *ex Naturæ, & rationis usu modestos, temperatos, & moraliter bonos, nec tamen illuminari à Deo per vocationem illam aliam, & secretam*, nempè supernaturalem: quæ suppositio manifestè repugnat existimationi Ripaldæ. *Tertium*, & omninò clarissimum habes *epist.* 130. ubi cujusdam Polemonis hortante Xenocrate è cæno libidinis, & ebrietatis emersi continentiam laudat, ut honestam, & dignam, quæ Deo tribuatur: eam tam sterilem vocat, nec per eam meruisse Polemonem addit per hæc verba: *Si illum* (nempe Deum) *cognosceret, & piè coleret; continentia illa, non tantùm ad hujus vitæ honestatem, sed etiam ad futuræ immortalitatè valuisset*: ubi apertè negat Augustinus valuisse Polemoni continentiam illam honestam ad salutem: ergo non illi annexam habuit supernaturalem continentiam, quæ necessariò valuisset ad meritum.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

§. III.

MVLTIPLEX RATIO CONCLVSIONIS.

Ratio prima.

162 PRobatur quartò à rationibus. *Prima* sit: Aliquod initium cujusq, boni est illud, quo posito infallibiliter ponitur ipsum bonũ; atqui per te positis viribus Naturæ necessariò ponuntur vires Gratiæ, & posito conatu Naturæ infallibiliter ponitur opus Gratiæ: ergo vires Naturæ, ejusque conatus sunt aliquod initium Gratiæ: unde simpliciter dici nequeunt *omninò nihil* Naturales conatus, nec simpliciter infructuosi ad salutem: quales describuntur à Patribus, & Conciliis, inde negantibus dari ex Naturæ viribus aliquod initium salutis nostræ.

Secunda:

163 Secunda sit: Omnibus instantibus, & momentis, dum ratione utimur, habemus sufficientiam ad evitanda pec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliâr.

cata, atque adeò ad honestè operandum ex viribus Naturæ sequendo ductum rationis: ergo omnibus instantibus, & momentis prævenimur à Deo per illuminâtem Gratiam ad supernaturaliter operandum: quod repugnat experientiæ, & immensæ authoritati, quam congerit Ruizius de Montoya *disp. 47. de Prædestinatione*, & quocum incessimus ipsi *lib. 9. à num.* 110.

Montoya, & Nos lib 9. à n. 110.

Tertia: 164 Tertiâ sit: quia nemo potest sibi persuadere veritatem hujus opinionis, quin eò ipsò possit cognoscere se esse in gratiâ sine speciali revelatione: at id à nemine posse certò cognosci, est de Fide. Sequela ostenditur: nam de fide est, habentem amorem supernaturalem Dei, vel contritionem justificari: deinde vel censes verum, & tibi persuades annexum supernaturalem actum amoris, & contritionis amori Naturali, & contritioni naturali, vel non? Si secundum: ergo defendis, quod persuades tibi esse falsum. Si secundum: atqui cadit in experientiam, & in certitudinem naturalem, quòd habeas naturalem amorem Dei, & contritionem: ergo tibi debes persuadere, ut omninò verum, habere te supernaturalem amorem, & contritionem, & quod inde consequitur, esse te in Gratiâ.

Solutio, intercipitur. 165 Dices: id esse probabile: quia tua existimatio non excedit lineam operationis probabilis. *Bene*: ergo probabile est, posse aliquem certò cognoscere se esse in gratiâ sine speciali revelatione: nam censes probabile, id ex quo necessariò sit, habendam, & colligendam hujusmodi certitudinem. Ergo censes probabile, & verum id, quod contradicit Ecclesiæ, atque adeò falsum esse, quod est de Fide. Nota: quòd censeatur probabiliter, aliquid esse, vel non esse de Fide, non est absurdum; nec est intolerabile quòd probabile censeas id, cujus oppositum solùm probabiliter est de Fide; at quòd censeatur probabile, id cujus oppositum est certissimè de fide, intolerabile prorsus est.

Quarta: 166 Quarta sit: Voluntas naturaliter, & supernaturaliter prævenita, si operatura sit, unicè supernaturaliter operatur: ergo ruit Ripaldæ Philosophia. Antecedens pater ex naturalibus: si enim duo agentia conjungantur, quorum utrumlibet possit in effectum erumpere, attemperant sese adinvicè in eundem effectum; & in nostro casu major est ratio: nam vel voluntas remissè se habet, vel quantùm potest intensè. Si primum: tota causa remissionis solet esse occupatio voluntatis ad aliud objectum, cujus adhæsio, quam voluntas non vult remittere, eam non sinit in istud supernaturaliter propositum magis intensè tendere; quomodo ergo poterit duplici viâ tendere, cùm vix una possit? Si secundum: ergo se totam effundit in principaliorem effectum: hæc enim est Natura causarum, ut se meliorent per effectus quantùm possint; quantum ergo voluntas impenderet per actum naturalem, deperderet, & remitteret de supernaturali; atque adeò, dum magis sibi consuleret, doceret magis: quod videtur omnino falsum. Et potest à priori esse ratio: quia quando duæ causæ combinantur ad concurrendum; superior, utpote fortior, totas vires superioris impendit, ut assimilet sibi operationem ex utraque processurâ: ergo etiam si voluntas (quod Ripaldæ permittimus) naturales vires habeat, & supernaturales ad operandum, sequetur unicè lineam perfectioris agentis, nec vagabitur ad naturales actus infra sui perfectionem, & gradum.

Quinta: 167 Quinta sit, ostendendo quàm sinistrè sequatur explicatio communis Axiomatis ex toto discursu Ripaldæ in eam curam tanta molientis, & conantis. Tùm quia juxta Ripaldæ discursum priùs Deus denegat Gratiam, quàm Natura faciat, quod in se est. Secùs autem accipi solet axioma. Tùm etiam quia indivisibiliter juxta Ripaldam facit homo, quod est in se per vires Naturæ, & per vires gratiæ: ergo cùm nomine Gratiæ, quam non denegat Deus, non intelligat Ripalda Gratiam subsequentem ad *facere*, sed antecedentem, axioma faciet hunc sensum: *Facienti quod est in se per vires Naturæ, & per vires Gratiæ Deus non denegat Gratiam, quam præbebat*: hoc autem est omninò extra rem. Et inde fiunt *duo* maximè perabsurda. *Primum*: potiùs Deum non denegare Gratiam suam *potenti facere*, quàm *facienti, quod est in se*. *Secundum*: non minùs esse in Deo legem infallibilem non denegandi gratiam *facienti quod est in se*, quàm *non facienti*

Ex lib. 9. à num. 153

si culpabiliter, quod est in se; nam si culpabiliter non facit aliquis, quod est in se, *potest*; at eo ipso *quòd possit facere* quod est in se per vires naturæ, habet annexas vires Gratiæ: ergo. Vide *loc. citat.*

Sexta: 168 Sexta sit, ostendèdo, quàm parùm Theologicè consulat saluti Gentilium, quam per hæc expedire præsumpsit: nam si Patres evolvas, & Concilia, ut videre est apud Cardinalem de Lugo *disp. 12. de Fide. Primum auxilium*, quo Deus Gentiles illuminat, est *Lumen Fidei*, juxta illud, *accedentem ad Deum oportet credere*; &, *impossibile est, sine Fide placere Deo*: quam doctrinam, sibi contrariam putat ipse Ripalda, & deserere conatus est fassus sui formidinem.

Card. de Lugo.

Septima: 169 Septima sit, ostendèdo, quàm parùm extollat excellentiam Gratiæ: nam ejus necessitas, ita debet ostendi circa honestum, ut manifestetur in Naturâ debilitas circa ipsum; at ex hoc discursu nulla colligitur in Naturâ debilitas: cum æquè ad operationes honestas faciles, ac difficiles Gratia requiratur, nec unquam ratione honesti, sed ratione supernaturalitatis adjectæ peraccidens: unde juxta Ripaldam non datur Necessitas Gratiæ ad operationem honestam naturalem, quia desideretur in Naturâ vigor ad ipsam (ut discurrunt in hoc puncto Sancti Patres) sed *quia datur*.

Octava: 170 Vltima mihi maximi ponderis sit, quia in his, quorum utraque pars contradictionis est æquè possibilis, nec alterius partis determinatio potest argui ratione naturali, Revelationi standum est Dei suæ mysteria Providentiæ, nobis alioqui ignota, manifestantis per *Concilia*, per *Scripturas*, per *Patres Ecclesiæ*: quis enim, non intercedente revelatione Dei, suspicaretur annexam ablutioni aquæ Gratiam, aut manuum impositioni characterem? At Ripaldæ potiùs resistit Authoritas *Scripturæ, Conciliorũ, & Patrum*, quàm favet: ergo admitti non debet ejus excogitatio. Minorem ex præcedentibus (licèt brevi) satis ostensam, illustrabunt ulteriùs argumentorum solutiones, quibus etiam, quæ hucusque tetigimus, firmabuntur.

SECTIO IV.

FIT SATIS PATRI RIPALDÆ:

§. I.

EXARMATVR AVTHORITATE.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliâr.

Primum Argumentum ex Scripturis.

171 ARguit primò Ripalda ex Scripturis, quarum loca reduco ad *triplex* genus. *Primum* est eorum, quibus docemur à Deo *præoccupari* conatus nostros per gratiam suam. *Alterum* eorum, quibus docemur generalitatem auxilii. *Tertium* eorum, quibus docemur, nihil nos posse facere sine Gratiâ Dei. Vnde colligit suam illam inseparabilitatem actionis naturalis honestæ à supernaturali: nam si *præoccupat Gratia* conatus nostros, certè ante ipsos & pro priori habemus Gratiam, atque adeò naturaliter, & supernaturaliter instructi sumus ad indivisibiliter operandum in supernaturali linea, & naturali. Si adeò *generaliter* pulsat ad corda nostra; certè non tardiùs pulsat, quam ratio naturalis: unde indivisibiliter excitabunt ad operandum honestè Ratio, & Gratia. *Si nihil possumus boni facere* sine Gratiâ; certè quia Gratia ita comitatur sufficientiam nostram, ut nusquam sit in nobis naturalis sufficientia ad honestam, quin eoipso sit etiam sufficientia supernaturalis.

Solvitur.

Scripturarũ scopus ex Sanctorum mẽte.

172 Hæc ingeniosè promovet *sectione* 4. adductis in hunc sensum interpretandi illas Scripturas locis nonnullis Sanctorum Patrum, sed frustrà: *Primi* enim *generis loca* solùm docent *ita præoccupari* conatus nostros à Divinâ Gratiâ, ut nullum sit in nobis initium ejus: nam vel illæ primæ volitiones, quibus erga Deum afficimur, & quibus disponimur ad salutem, sunt ab ipso Deo præoccupante nos per Gratiam suam, ut velimus accedere ad se. Idque adversus Semipelagianos adstruunt allati Patres: nusquam passi, dare nos initium Gratiæ per Naturæ conatus, quippe omninò steriles ad salutem. *Loca secundi generis* docent, stare quidem per nos, quòd malissimus, & non meliores, non autem per Deum, quæ opportunè stat ad ostium, & pulsat; non invitatus & allectus ex nobis, sed gratiosè præoccupans. Nec quòd illu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

illuminet omnem hominem, argumento est, *semper & indefficienter* illuminare, quoties lucet in nobis rationis lumen. Id enim ideò dicitur, quia vel non ab alio potest hæc lux venire, quàm à Deo, ut sentit Augustinus *eo ipso loco*, quem Ripalda citat, vel quia nullus est, quem aliquando non illuminet Deus. *Tertii generis loca* de bono, quod ad vitam, Regnumque perducit, accipienda sunt, nempe de salutari, & meritorio. Vide dicta *suprà lib.* 10. & omninò, quæ latè *lib.* 9. anticipata sunt.

Suprà lib. 9. & 10.

Subtiles Instantiæ:

173 Instat adversus solutionem hujusmodi primò: quia hæ propositiones: *sine me nihil potestis facere*, *omnesque*, sunt indefinitæ, & universales: ergo comprehendunt omnia opera honesta, etiam Naturalia. Secundò: quia similis propositio est Doctrinalis, atque adeò de his bonis, quæ nota erant Audientibus; at Audientibus solummodò erant nota naturalia bona. Tertiò: quia hæc Evangelica Doctrina eò tendit, ut avertat homines à vanitate arrogandi sibi gloriam bene agendi, & suadeat ipsis eam referre in Deum & in indebita auxilia: ergo loquitur universaliter de omni bono. Probatur consequentia: nam Bona supernaturalia nec cadunt in experientiam, nec discernuntur à nobis, solùm assecutis Naturalia bona, vel bona præcisim à naturalibus, & supernaturalibus, ergo ea Doctrina Evangelica vel solùm erat de naturalibus bonis, vel de bonis indifferentibus, & præcisim à naturalibus, & supernaturalibus, atque adeò de omni bono. Vanum enim esset Audientes alloqui de bonis, quæ non assequebantur. Sed si omne genus boni, aut naturale bonum, quod ipsi intelligebant, fieri posset sine Gratiâ, persuaderentur referre bonum ad principia, quæ in ipsum non influunt: atque adeò Evangelica persuasio esset falsa: ergo Genus omne boni requirit Auxilium Gratiæ, de quo loquuntur Evangelici textus. Quartò: Nam Pelagiani, quos per hos textus impugnabant Concilia, & Patres, sic argumentabantur: *Natura suis viribus potest assentiri revelatis à Deo, appetere, & perficere bona moralia, &c. Sed quicumque assensus in res à Deo revelatas, & consensus liber voluntatis in bonum cujusque virtutis, sunt salutares: ergo Natura suis viribus potest salutariter operari: ergo non eget ulteriùs Gratiâ.* Cui *argumentationi* Pelagianæ non respondebant Patres *negando minorem*, sed *majorem*: ergo supponebant ad omne genus actionis honestæ necessitatem Divinæ Gratiæ. Acutæ sunt instantiæ; sed probant plus Ripaldæ, quàm vellet: nam Patri Vazquez apertius, quàm ipsi favent.

Probant nimis:

Et solvitur prima ex dictis lib. 10.

174 Ad primam dicatur, eas, & similes propositiones, licèt indefinitas, & universales in vocis cortice, in sensu tamen esse particulares, & loqui de bono supernaturali. Tùm quia de bono loquitur, ad quod supponitur in Naturâ simpliciter impotentia, si Gratia non adsit. Tùm etiam: quia actus honesti naturales in ordine ad vitam æternam, sunt moraliter nihil: atque adeò, licèt ipsis necessaria Gratia non sit, veritsimè dicitur: in ordine ad vitam æternam nihil nos posse boni sine Gratiâ. Ad secundam: Nego suppositum, ignota nempe fuisse mysteria Gratiæ in lege veteri, & præsertim ante Christi Domini mortem Apostolis: qui satis poterant intelligere Magistrum non de naturalibus his actionibus, ambulandi, loquendi, &c. quas noscebant à se jam fieri, sed de sublimioribus, & excellentioribus esse locutum: Et certè tam mysteriosè loquebatur Dominus, ut patet in sermone, quem habuit cum Nicodemo, cum Apostolis ipsis in Cænaculo, & cum aliis, ut apertè se sublimè aliquid, & ipsorum mentes excedens dicere præsefferret. Sed esto: quot, & quanta dixit Christus Apostolis, quæ tunc non intelligebant, intellexerunt autem postea. Sit inter ipsa Mysterium Gratiæ: quid inde?

Secunda:

175 Ad tertiam dicatur, huic inexperientiæ, & indiscretioni nostræ provisum esse satis per Scripturas: unde Patres ex illis arguentes necessitatem Gratiæ ad opera salutaria, carpunt justè Pelagium ea sibi arrogantem, quasi ad ipsa non egeret ulteriùs Deo, suppositâ Gratiâ creationis. Nos inde discimus Deo referre bonum supernaturale quod insit in nobis. Et quidem referre debemus etiam naturale, quia absolutè beneficium est; & arrogando ipsum nobis immemores Dei, *in quo vivimus, movemur, & sumus*, fortè demeremur ulteriora

Tertia:

riora etiam ordinis Naturalis auxilia. Quod si Scripturæ, & Patres alicubi nos hortantur, ut in Dei Gratiam omne genus referamus boni, cum accomodâ distributione sumantur, nunc in ordine *ad Gratiam creantem*, nunc *ad salvantem*, qui sunt termini Sãctorum Patrum. Plerumque, quia Deus est fons omnis boni, præscisivè loquuntur, nec falsò: nam *præscindentium non est mendacium*. Ad ultimam, admisso Syllogismo, quem Pelagianum agnosco, nego minorem tuis nam Patres respondebant, secùs ac putas, concessâ, vel permissâ majori, negando minorem, ut patet *ex canone 6.* Arausicani secundi, quem expendi *lib.* 10. *num.* 44. 58. *& 317*

Ultima.

Ex Arausc. Suprà lib. 10.

§. II.

SOLVITVR OBIECTIO SECVNDA.

Secundum Argumentum:

176 Arguit secundò: *sect.* 5. ex Generalitate Gratiæ Auxiliantis, quam ita commendant Patres, ut asserant, eam nobis adesse *ubique*, ad opera singula, & ad quæcumque bona: sic expressissimè plures Patres: quorum adeò universales locutiones, & nullius exceptivas boni, quid vetet interpretari rigorosè, prout sonant? Sic autem manifestè convincunt antecedentiam Gratiæ ad omne genus boni moralis. Confirmat primò: quia Patres Gratiam requirebant ad eos actus, ad quos negabat Pelagius: Pelagius solum negabat Gratiam ad actus naturales honestos: hos enim solùm agnoscebat. Confirmat secundò: Possibilis est Providentiæ modus, in quo ratione actuum supernaturalium de peraccidens annexorum naturalibus, hi non possint fieri sine Gratiâ; at de eâ Providentiâ possibili non loquerentur aliter, ac de præsenti loquuntur. Confirmat tertiò: quia per locutiones Patrum solùm excipitur à necessitate Gratiæ præeuntis, quod bonum non fit.

177 Confirmat quartò: urgèdo quod tetigerat *sect.* 4. nam Patres contendunt homines avocare ab arrogantiâ, & præsumptione bonarum actionum, eas hortando, ut referant in auxilium indebitum Dei: cùm ergo non discernere possint homines: an actiones, quæ ab ipsis fiunt, sint supernaturales, nec ne: solùmque possent notione, & experientiâ assequi bonas actiones naturales, aut bonas actiones indiscriminatim, & in genere: bonas actiones indiscriminatim, & in genere suadentur referre in auxilium Gratiæ: ergo omne genus boni Divinæ Gratiæ deputandum est: alioqui suasio Patrum esset ut plurimum falsa. Id quod urget à praxi Fidelium, omne genus boni referentium in Deum, & arrogantiam in his, licèt minimis, impiam reputantium. Confirmat ultimò ex Prospero hortante Demetriadem Virginem, ut *quicquid splendidum, quicquid pulcrum, pretiosumve reperierit in Anima mentis suæ, in omne Divini operis, & muneris esse putet.* Hæc etiam favent plus Vazquio, quàm Ripaldæ. Nec enim video, quâ ratione possit ex his inferre suam illam infallibilem legem; cùm inde solum ad actus honestos Gratiæ Divinæ necessitas colligatur.

In Primã par. & in 1.2 Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

Probat etiam nimis.

178 Respondeo ad argumentum in Genere: Patres, & Concilia contra Pelagium agere in his, quæ allegantur cõtra nos, locis: exemit autem jam nos Ecclesia contra Bajum hac curâ: cùm definiat sententiam nostram non mereri Pelagianæ censuram: unde immeritò contra nos sic arguitur per testimonia Patrum: quibus unicè contravenit, i potest per Pelagiani erroris amplexum. Deinde illâ generalitate loquendi *duo* contendunt Patres. *Primum*, per Deum non stare, quòd mali simus. Tùm quia opportunè nos prævenit auxilio Gratiæ. Tùm etiam quia nunquam nobis deficit, dum utimur ratione, libertas *ad declinandum à malo*, quod aliquale beneficium est. *Alterum*, & potissimum, contendebant enervare Pelagii errorem dicentis, unam nobis gratiam sufficere ad singulos actus, eamque esse gratiam creationis, & naturalis arbitrii: quâ semel datâ, nihil opus erat nobis ulteriori juvamine Gratiæ. Hanc hæresim impugnant *tria* contendentes: *primum*, eam gratiam creantem non sufficere ad bonum salutare. *Secundum*, Gratiam ad singulos actus dari, & necessariam esse, egereque nos ad singula merita beneficio Gratiæ singularis. *Tertium*, semper, & *ubique* nos egere immediato concursu. Ex his nihil in favorem Ripaldæ descendit, detruncan-

Et solvitur.

Mens SS. Patrum:

In se non favẽtium P. Ripald.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

cantis loca Patrum, ut sibi faveant, cùm se satis alioqui explicent loqui contra hunc errorem, & inde *de bono conducenti ad vitam æternam.*

Ad primâ Confirm.

179 Ad primam confirmationem, Patres solùm cogebant Pelagium, ut diceret actus bonos sine gratiâ factos esse sterliles meriti; atque adeò ad actus honestos salutares requiri Auxilium Gratiæ. Non ergo requirebant Patres Gratiam ad omne genus boni: neque unquam in Patribus reperitur locus, qui censuret, aut damnet fieri posse bonos, & honestos actus sine Gratiâ: neque Pelagius, si dixisset hoc solummodò, damnaretur. Ad secundam, nego Patres non aliter locuturos, si vera esset opinio, quam rejicimus: gratis admissâ possibilitate discursûs. Relegantur probationes nostræ. Imò, si quid ex locutione Patrum efficitur, est par Divinæ Gratiæ ad naturalia, ac ad supernaturalia bona necessitas. Ad tertiam, feci jam satis *lib. præced.*

Ad secundam.

Ad tertiâ & quartam.

180 Ad quartam: Patres disputantes contra Pelagium unicè curant de bono salutari, ne ipsum nostris tribuamus viribus, & arrogemus arbitrio naturali. Cæterum cùm discernere non possimus: an actus præstiti sint naturales, vel supernaturales, an steriles, an fœcundi, suademur singulos in Deum referre, quia singuli veniunt à Deo, qui est fons omnis boni, & sunt ipsius beneficium. Sed *aliter*, & *aliter*. Præscindunt tamen de differentiâ Patres, loquentes cautissimè, nec mentientes. Nec enim eâ subtilitate discurrunt penès hoc, quo Ripalda suum sensum architectatur: docent enim genus omne boni referendum in Deum: non verò referendum omne genus boni in auxilium indebitum Gratiæ, sed id genus boni, quod salutare sit. Praxis Fidelium est laudanda, nec Ripaldam juvat, ut sæpè dictum est. Ex quo patet ad Prosperum, & quintam confirmationem.

Ad quintam.

§. III.

PROPONITVR OBIECTIO TERTIA, ET Solvitur.

Tertium Argumentum.

181 Arguit tertiò, *sect. 6.* ex imbecillitate Naturæ Gratiâ destitutæ: ubi accumulat textus Patrum asserentium liberum Arbitrium Gratiâ destitutum *nihil posse: non valere nisi ad peccandum*, non moveri nisi in perniciem suam; quàtumvis Scientiâ legis excellat, nullo modo habere *justitiæ solliditatem*, sed *inflationem impiæ superbiæ*. Ergo quia operari honestè est operari cum Gratiâ; & non operari cum Gratiâ est non operari honestè, sed peccando: ergo quia quoties operamur honestè, etiam supernaturaliter operamur: alioqui non esset opus gratiâ Theologicâ.

Illustratur ex Isidor. Augustin.

182 Rem illustrat. Inquirentes Ecclesiæ Patres, quid independenter, & antecedenter ad gratiam ineſſe Naturæ poterat, cujus intuitu daretur ipsa Gratia ut volebant Massilienses, asserunt contra ipsos *nihil inveniri, nisi peccatum*, ut habetur in Isid. *de Summo Bono lib. 2. cap.* & Augustino *epist. 106.* quem audi: *Nam si quærere voluerit, ante gratiam, quid habuerit, ut acciperet eam, mala sua poterit homo invenire, non bona:* ergo quia nihil operari honestè possumus, Gratiâ destituti. *Nec dicas*, Patres non meminisse naturalis boni, utpote steriliſ, impertinentis, & inappretiabilis ad salutem. *Contra* enim est: nam Patres disputabant contra Pelagianos, eorumque reliquias, tanti æstimantes actus naturales honestos, ut ipsis vim merendi tribuerent æternam vitam: ergo subjectum disputationis erant actus naturales honestiergo de ipsis aliquid asserere Patres debuere, in quo contradicerent adversariis, ut aptè disputarent: ergo negantes Patres ante actus hujusmodi (qui erant materia disputationis) destitutam Gratiâ voluntatem, & affirmantes istam Gratiâ destitutam solùm habere peccatum, manifestò decidunt nihil moralis boni fieri sine gratiâ posse. Hæc etiam ratio Vazquistarum est, nec Ripaldæ discursum juvat.

Nimis etiam probat.

183 Imprimis ex imbecillitate Naturæ (si stemus Patribus, ut debemus) tanta necessitas Gratiæ debet colligi, ut ex ipsâ Gratiâ veniat Naturæ vigor ad opera, ad quæ Gratiam necessariam putes: nam Patres ideò definiunt dari Gratiam, quia necessaria est; ideò necessariam esse, quia opera sunt supra vigorem naturæ. At Ripalda discurrit aliter; opera naturalia moraliter bona contineri intra vigorem Naturæ; necessariam tamen ad ipsa esse Gratiam, quia datur à Deo: ut videas, quàm fugiat à Patribus, quibus se protegit. Deinde intentum argumenti, Bajanum est, cùm unicè probet liberum arbitrium sine adjutorio Dei nihil valere, nisi ad peccandum: quæ propositio damnata est. Insuper explicui non semel in Theologico, & Catholicè sensu locutiones has Patrum; ita ut Patres catholicè loquuti patentur, nec Bajo faveant; & ita ut inde negari debeant Ripaldæ consequentiæ.

Solvitur: retorquendo, & instando.

Et ex lib. 10. nu. 44. 58. & 307

Aliæ Expositiones SS. Patrũ

184 Addo nunc, Patres aliquando in allegatis locis loqui de regulariter contingentibus; & ita sensus est: hominem sine gratiâ nihil valere, nisi ad peccandũ, quia regulariter peccat, licèt honestè possit agere, nec semel agat: quippè à *communiter contingentibus bene fit regula*; aliquando loqui de divinâ perseverantiâ in bono, & perseveranti fugâ ab omni peccato: dicebat enim Pelagius hanc perseverantiam & fugam ab omni peccato per totum vitæ tempus haberi sine Gratiâ posse: quod negabant Patres, opponendo, hominem sine Gratiâ non valiturum effugere ab omni peccato, sed relapsurum in inflationem superbiæ, quâ etiam ingenerabunt ipsi actus, alioqui boni, eos arrogando Naturæ, nec tribuendo Deo; quare, qui negant necessitatem Divinæ Gratiæ, potiùs inflant inaniter, quàm verè defendant humanum arbitrium, quia ipsa operum arrogatio, superbia est, & est impia, quia Deo gratitudinem negant: & hic est sensus germanus Augustini *hic, & epist. 105. & 106.* quo in legendo incuria, solet irretire Theologos in re alioqui expedissimâ.

Augustin. germanissima.

Et omniũ Optima.

185 Plerumque loqui de bonitate, & malitiâ, quâ ipsa voluntas habitualiter est bona, vel mala. Sic autem sine gratiâ, mala est; & necesse est, habeat Gratiam, ut bona sit, quia per solam Gratiam peccatum expellitur. Hinc dicunt Patres sine Gratiâ semper habere peccatum contra Pelagianos negantes originale; nihil sine gratiâ posse facere, quo peccatum non haberet; quia per nullos actus naturales poterat *aboleri peccatum* contra ipsos: *nihil facere posse nisi malum*, id est, quod ipsam voluntatem faceret bonam, aut quod non esset à radice infectâ peccato, atque adeò *steriliter* ad salutem: ante gratiam *solùm invenire*

quod punias, aut peccatum; quia quantumvis feceris omnes actus honestos naturales possibiles, nec ipsi sunt digni, præmio, quod promisit Deus, nec delent originalem culpam, cujus intuitu reus est homo supplicii æterni. In hunc sensum certissimè locuti sunt Isidorus, & Augustinus, *ubi suprà.*

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

186 Nec urget confirmatio: licèt enim ante gratiam Patres peccatum invenerint, aut opera facta in peccato, quæ fortè peccatum vocant, quia in sterilitate, & inutilitate cũ peccato conveniunt, non solùm inveniunt ea, quæ rigorosè peccata sint, ut patet ex Arausicano *can. 6.* Vnde nego majorem, vel antecedens in sensu Ripaldæ, cui *fam* Isidori, & Augustini præsidium intercepi. Deinde sequendo *flumen doctrinæ* jam exhibitæ *lib. præced. à nu.* 285, *& à nu.* 314. dicatur, Patres loqui de rebus respectivè ad finem Salutis, Gratiæ, & Gloriæ, nempe de rebus vel obstantibus, vel conducentibus ad hunc finem: cùm verò actus & conatus naturales, licèt honesti, nec fini obstent, nec promoveant finem, jure omittuntur à Patribus, bene, & verè dicentibus ante gratiam nihil inveniri in Naturâ posse, quod gratiam mereatur: inveniri verò quod obstet: unde Deus ante gratiam potiùs invenire quod puniat, quàm invenire quod præmietur: nam actus, & conatus Naturæ nec peccatum eliminant, nec pensi habentur ad præmium salutare.

Ad confirmat. SS. Patrum Mens ex Arausic.

Suprà lib. 10. à num. 285. & à nu. 314.

Regula pro sensu SS. Patrũ

187 Subjectum disputationis inter Patres, & Hæreticos erat Meritum salutare: hoc isti dicebant haberi posse Naturæ viribus; Negabant illi, dicendo nihil boni conducentis ad vitam haberi posse sine Gratiæ præventione: unde indirectè fatentur, & tuentur contradictoriam Hæreticorum, quotvis nempe conatus antecedenter ad Gratiam habitos ex vigore Naturæ, salutares esse non posse. Ripalda, ut video, imaginatus est Patres impugnasse Pelagium ex negatione generis, ad negationem speciei, nempe dicentibus hæreticis dari initium Gratiæ, vel acquiri Regnum per actus honestos Naturæ, obstitisse sic Patres: *Sed nihil honesti, & boni potest sine Gratiâ fieri à Naturâ, solùm valente sine Gratiâ ad actus malos: ergo nec potest sine Gratiâ haberi à Naturâ quicquam boni salutaris*

Contra Ripaldam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliâs. Nota bene

ris, & meritorii: ergo Gratia nequit dari ex operibus. Non tamen sic censendi sunt disputasse Patres; nam & Bajani fuissent, & ultra Ripaldæ intentum necessitatem absolutam probassent ad omne genus boni.

§. IV.

OBIECTIO QUARTA DE AUXILIORUM continuitate.

Quarum Argumentum.

188 ARguit quartò *sect. 7. & 8.* Ex Assistentiâ continuâ Divinæ Auxiliantis Gratiæ; & exhortationibus, quas urgent innumeri Patres ex Scripturis, proficiendi continuò. Illa tanta est, *ut nullum sit momentum, quo non assistat Deus per auxilia sua*: in quod advocat infinitam molem authoritatis Sacræ, fatentis, *semper* adesse nobis Deum, imò *per momenta, per atomos.* Ista forent inutiles, si aliquando deesset nobis auxilium Gratiæ, sine quo præstare nihil possumus salutare: si ergo justus proficere continuò potest, si peccator *semper* potest converti ad Deum, si *semper* assistit Divina Gratia, nullum actum honestum efficere poterit homo, sine merito vitæ æternæ: ergo cùm honestè velit operari ex viribus naturæ, id necessariò faciet conjungendo naturalem actum cum salutari. *Non probat.* *Illa* Ripaldæ *consequentia*, mala est: potiùs enim inde fieret: aut peccaturum hominem, aut salutariter operaturum, quod censebat Bajus. Deinde videre potuisset solutionem in P. Ruiz de Montoyâ *disp. 47. de Prædest.* à quo Ripalda sumpsisse, non temerè videretur, hæc omnia. Nego igitur, homini, quoties advertit ad bonum honestum, assistere Deum per auxilia Supernæ Gratiæ. Id enim repugnat Augustino *lib. 2. de Pecc. mer. cap. 17 & cap. 19.* Basil. *in Reg. brevior. interrog. 16.* & apertissimè Prospero *lib. 2. de Vocat. Gent. toto cap. 3.* Sed hæc præoccupata sunt satis *lib. 9. à num. 113.* *Montoya. Augustin. Basilius. Prosper.*

Solvitur ex late dictis lib. 9. à nu. 113.

Germana intelligentia Sanct. Patrum.

189 Patres verò si accipiendi sunt, ut sonant, nec existimatione Ripaldæ contenti sunt. Illi enim non adstringunt assistentiam Gratiæ ad advertentiam tantùm naturalem, sed ultrà extendunt. Intelligendæ ergo sunt illæ generalitates juxta communem loquendi modum, quo de abstemiis solemus dicere, *semper aquâ vivere*, id est, *opportunis vivendi temporibus.* Semper igitur dicitur Deus assistere, quia nulli deficit in tempore opportuno. Quorum ad ulteriorem lucem, distingno duplex genus auxilii: aliud generale, & ad non peccandum; & hoc naturale est, & nunquam deficit, dum advertimus: aliud speciale, & supernum, & hoc dispensat Deus, prout vult, & aliquando subtrahit, ut nos admoneat infirmitatis nostræ. De illo loquuntur cum illâ generalitate Patres de hoc satis attestantur Scripturæ parsimoniam, & liberalitatem Dei his, aut illis, sic excitantis nos ad ipsum, nostræ pusillitatis admonitos.

Efficax confirmatio Sententiæ Nostræ.

190 Et certè (quæ mihi est efficax ratio, & quam debeo Augustino, & Prospero, summis illis ingeniis) lex illa annectendi, (licèt ex Misericordiâ Dei,) nostris conatibus, & viribus infallibiliter vires Gratiæ, evacuat necessitatem orationis, & recursûs ad Deum, cùm sciam eò ipsò, quòd Natura me non deserat (quòd penès me est,) infallibiliter Deum subventum ire. Vult Deus, ut experiamur paupertatem nostram, & clamemus ad Dominum, siquæ micæ cadant de mensâ Domini. Hortamur Peccatores ad conversionem, ne obdurescant, quod singulis momentis possunt, novos obices opponendo Divinæ Gratiæ. Clament, nâ sperâdum est à Deo, fore, ut subveniat, & ex præveniente ejus Gratiâ ita clament ut exaudiantur. Hortamur justos, ut proficiant *semper*, id est, ne copiosiores, quas habent, Gratias, ingrati demereantur, in vacuum recipiendo. Orent ex Gratiâ quam habent, ut augeat Deus, qui dedit initium; & hoc est *continuò proficere.* Videatur Montoya *loc. cit.* & Bellarminus *lib. 2. de Gratiâ, & libero Arb. cap. 6.* apud quem est illa vox Magni Ruardi Tapperi: *Mihi certum est, non omnibus, & singulis semper adesse hujusmodi auxilium, quo opus est ut convertatur, aut converti possit peccator.* Sed de his revide *lib. 9. à numero 110.* *Montoya. Bellarminò Ruard. Tapper.* *Suprà lib. 9. à n. 110.*

§. V.

OBIECTIO QUINTA PROPONITUR, ET Solvitur.

Quintum Argumentum.

191 ARguit quintò *sect. 9. 10. & 11.* ex lege annectêdi supernaturalem vocationê externo ministerio creaturarum, sumens, *ut inquit*, validissimum argumentum. Ex lege Dei ministerio creaturarum omnium proponentium objecta honesta, adjungitur infallibiliter Gratia supernaturalis interna: ergo cogitationibus, & affectionibus honestis naturalibus infallibiliter inseritur Auxilium Gratiæ: ergo quoties naturaliter operatur Voluntas, etiam supernaturaliter operatur. Consequentiæ patent; & antecedens probatur: Media, quæ per se, & ordinariò proponere solent nobis honestâtem virtutis, sunt Prædicatio, & instructio per alios homines, lectio Bibliorum, & asceticorum voluminum, miracula, & testimonia Fidei nostræ, Piorum exempla, & varii rerum inanimatarum occursus, ad nos pro suo Conditore clamantium: his autem singulis annectitur infallibiliter Gratia illuminans, & afficiens: ergo & externo ministerio creaturarum proponentium nobis honestatem objecti.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliâs. Neque Ratio.

Ripalda.

192 Major, & consequentia negari non possunt. Totus est deinde Ripalda in probatione minoris: tùm ab authoritate, quæ multiplex est; tùm à ratione, quæ sic habet: nam si his externis vocationibus non esset adjuncta vocatio supernaturalis, cur toties verberarentur aures externo sono, spiritu, vacuo? Cur tanta Ecclesiæ diligentia in deligendis Ministris Evangelii? Cur tanti habendus favor Dei promittentis Populo suo Prophetas, & Magistros? Cur exprobrario Domini de Populo obsurdescente? Cur hæc nempè, si positis his deest Divina interna Gratia, sine quâ *prout oportet* operari non possumus?

Solvitur primò:

193 Respondeo negando antecedens: Ad probationem, negetur absolutè minor: cujus ulterior ab authoritate probatio, nulla est: nam textus, quos addensat Pater Ripalda, solùm intendunt ex visis creaturis posse cum fructu elevari mentem in Deum, illuminante interiùs ipso Deo; & hæc omnia externa ministeria, cassa omninò fore, nisi Deus illuminet. Deum verò alligasse Gratiam suam infallibiliter externis his ministeriis, ne insinuant quidem, nec inde meliùs Ripalda colligit, ac si diceret: *Nihil prodest ad salutem externa vocatio, si Deus internè non vocet: ergo vocat infallibiliter.* Non est bona consequentia.

Ripaldæ nõ favent SS. Patres

194 Nec valet à ratione probatio: nam ideò toties verberantur aures externo sono, quia fortè Deus miserebitur *hodie*, qui *heri* noluit ob inscrutabilia judicia sua, vel propter delicta nostra misereri. Nec labor Concionatorum est irritus: præstant enim ipsi, quod debent; & referent fructum animarum: quia quos internè non vocat Deus hodie, cras vocabit; quia aliquibus proderit, licèt non omnibus: & certè omnibus proderit excitatio motivorum, quæ per naturæ vires, cum aliquali Dei auxilio naturali, contineant hominem à peccandi consuetudine. Invigilat in ministris eligendis Ecclesia, ne illorum ineptitudo, vel culpa puniatur alienâ Divinæ Gratiæ sterilitate. Exprobrat Deus, quia plerumque vocat, & tenuimus. Favet autem impensè per hæc extrinseca media, quia licèt non infallibiliter, & pro semper, frequenter tamen per ea nobis dispensat Auxilia Gratiæ, nisi obstent demerita nostra; imò & his valde obstantibus aliquando. Videatur Eximius Doctor *lib. 3. de Grat. cap. 11. num. 5.* *P. Suarez.*

Imò exinde formatur Ratio pro Sententiâ Nostrâ.

195 Quæ solutionis veritas, & soliditas nec dubitare me finit de falsitate sententiæ, quâ impugnorinâ hæ ipsæ rationes pro me faciunt: cur enim tanta frequentia, tantus delectus concionatorum, si singulis annexuit inevitabiliter Deus auxilia Gratiæ? Fateor dispositisse Deum hominibus favere per Gratiam suam, adhibitis his extrinsecis mediis: sed ita favere, ut nunquam desit, si semel excitentur in nobis naturales cognitiones honesti, fatebor nunquam. Primò: quia repugnat Augustino, qui *lib. de Prædestinatione Sanctorum cap. 8. & 9.* manifestè docet, externè vocante per prædicationem homine, eos ad Deum venire, *quorum vult misereri Deus*: non venire omnes, quia non omnium misereri tunc vult.

Nota Doctrinam hanc.

196 Secundò: quia non est conformis Scripturis: apud quas significantur hæc media vocationis externæ *per nubes, per solem, per seminantem*; Gratia verò *per pluviam, per lucem, per sementem.* Non quoties Cœlum nubes obducunt, pluit: nec in partes omnes, quas nubes amplectitur. Non omnes, & singulas partes illustrat Sol; resistit enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

plerumque opacitas corporum: Non in omnes, & singulas agri partes semen immittitur. Expende tecum. Tertiò: quia resistit experientiæ: quoties spirituales libros evolvimus, concionem audimus, Cœlum suspicimus; & tenuissima nobis oboritur lux honesti? (sæpè nulla:) Si autem comitaretur naturalem hanc lucem, illa superna lux, licèt mensuram non excederet naturalis, faceret cum ipsâ veluti quandam intensionem: quò posset cadere in experientiam. Hæc sint satis pro præcipuo argumento Ripaldæ, cui permisso entimemate tutò negari poterat ultima consequentia.

Solvitur secundò:

197 Sed evolvamus ipsum altiùs, & securiùs, ne ex ipsâ generalitate præteritæ solutionis, veritas ipsa nos deserat in re tam gravi. *Duo* distinguo genera mediorum, unde solet regulariter illucere nobis honestas. *Alia* sunt per se instituta ad hunc finem à Deo: *Alia* sunt ex ipsâ creationis serie constituta, quæ licèt à Deo per se in hunc finem destinata non sint, conducunt tamen ad excitandas cognitiones honesti, vel juvante naturali discursu, vel aliunde: semper tamen ex occursu rerum. Illius *primi generis* sunt Prædicatio Evangelica; Exhortationes Ecclesiæ; Sacra lectio; quæ sunt actiones eorum, quos ad homines excitandos ad se, Ministros designavit Deus, juxta illud Apostoli *Ephes.* 4. *Quosdam quidem dedit Apostolos, quosdam Prophetas; alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerii, &c. Secundi generis* sunt alii rerum occursus, creaturarum contemplatio, amicorum consilia, & his similia; quæ quidem non videntur habere specialem institutionem à Deo, ut excitent in nobis amores honesti: discursus enim naturalis in his juvat plurimùm.

Duplex mediorum genus.

Ephes. 4.

Primum Authoris Placitum: De annexione Gratiæ ministerio creaturarum.

198 Iudico ergo primò: non alligasse Deum infallibiliter hisce *secundi generis* mediis legem interius illuminandi per Gratiam, quoties ex eorum occursu incidit in hominé cogitatio naturalis honestæ: id quod etiam dicendum est quoties ex naturali discursu, & reminiscentiâ excitat in se homo similes cognitiones. Ratio est: quia, cùm hæc media instituta per se non sint in hunc finem, non videtur ulla ratio cur ita Deum decrevisse, ponatur. In his enim quæ *ad factum* pertinent, non sufficit *possibilitas*, sed necessaria est insuper expressio voluntatis Divinæ *per traditionem, per Scripturas, per Patres*: Quorum nihil legem hujusmodi suadet: *Quis autem consiliarius ejus fuit?* Nec quòd dicant Scripturæ, *Cœlos enarrare Gloriam Dei*, aut per *hæc visibilia duci animum ad invisibilia Dei*, sufficit: sensus enim clarissimus est: ex his omnibus colligi posse naturali discursu Dei magnitudinem, ut ex effectu, causæ virtutem. Fateor tamen ex beneplacito suo, & misericordiâ, plerumque se Deum rebus his externis inserere, juvando per gratiam suam, *cujus misereri* ultrò vult.

Alterum Placitum.

199 Iudico secundò: Mediis *primi generis*, alligasse Deum auxilia suæ Gratiæ, ex infallibili lege, & pacto cum Redemptore nostro, qui voluit, ut auxilia, quæ prometuit nobis, per instituta à se media infunderentur. Ratio est: quia id videtur exigere primaria eorum institutio: ut quid enim instituerit Deus hæc media ad excitandos nos, si non decrevisset assistere per id, sine quo manssissent ad salutem, quam per eam sollicitat, inutilia? Secundò: quia ex Scripturis apertè convincitur assistere Deum *in tempore opportuno* juxta illud; *adjutor in opportunitatibus, in tribulatione*; sicque explicuimus Concilia, & Patres; At licèt tempora opportuna plura sint, *ut urgens tentatio, præcepti obligatio*, & his similia, de quibus *lib. 9. à num.* 113. quod magis opportunum, quàm illud, quo ponuntur ipsa ea media, quæ Deus instituit ad hunc finem? Tertiò: quia hæc externa excitatio per hæc media est veluti causa secunda, quam ordinavit Deus ad hunc effectum. Inde quartò: quia his positis certissimè putamus esse dignum exprobratione, qui non convertitur: ergo certò supponimus adesse Deum per gratiam suam: cujus defectus esset sufficiens excusatio. Quintò: ex *Deuteronom.* 30. *Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo*, hoc est *verbum Fidei, quod prædicamus*, interprete Paulo, Rom. 10. quasi, sonante ad aures corporis ministro Dei, ipse Deus infallibiliter insonet ad aures cordis. Id quod ipse Paulus evincit, deducens ex externâ prædicatione per bonam consequentiam auditionem, quæ per gratiam fit: *numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum.*

Suprà lib. 9. à n. 113.

Deuteron. 30.

Rom. 10.

Illationes: Prima, quam bene nota.

200 *Tria* noto: *Primum*, fortè hanc legem esse conditionatam, unde potuit exceptionem habere in aliquo casu: non tamen peccata licèt gravissima sufficere ad exceptionem, patet: nam Peccatores, quò magis effrænes sunt, hortamur ad hæc media. Fortè sufficit ingratitudo in frustrandis auxiliis antè perceptis. Récurro tamen ad judicia Dei: *quis enim novit sensum Domini?* *Alterum*: Deum per hæc non ita assistere, ut Ripalda putat: sonante quippè ad aures corporis ministro Domini, iste anticipat per illuminationes suas potentias nostras, ita ut plerumque sola sit in intellectu supernaturalis illustratio. Fortè favendi discrimen in his est: quòd uni dat Gratiam ordinis tantùm naturæ is; alteri supernaturalis etiam ordinis. *Tertium*: plerumque Deum excitare cognitiones supernaturales, ultrà, & præter voces externè sonantes: istæ fortè sunt de honestate eleemosynæ: & illas infundit Deus de eleemosynâ spirituali, quâ frequenter à divite Dei Manu recipimus: unde movemur ad amorem illius: in his, & similibus casibus voces generant naturaliter cognitionem unius, & Deus inspirat cognitionem alterius: ut videas quàm parùm exinde præsidium descendat ad Ripaldæ sensum, & argumentum. Cui distinguèdum est ex dictis antecedens, & ruit.

Secunda:

Tertia.

Ripaldæ.

§. VI.

ALIA ARGVMENTA: VBI MENS Authoris.

Sextum Argumentum.

201 ARguit sextò, *à duodecimâ sectione adusque decimam septimam* ex Gratiâ Auxilianti Gentilium, quam ex longâ serie Patrum, & ponderе rationum supernaturalem fore conatur: si enim absque supernaturali Gratiâ impossibilis est accessus salutaris ad Deum, & Idolorum contemptus: eâ impræventi, forent excusabiles ipsi Gentiles. Nec est ratio, cur neges sufficientiam salvationis iis, quos etiam salvos fieri vult Deus. Atqui inexcusabiles sunt ex Apostolo: ergo quia cognoscentes ex creaturis Deum, adjuncta illis est sufficiens illustratio supernaturalis, quâ glorificare salutariter Deum possent: ergo. Negotium argumenti præsentis resolvi jam, cùm de Beneficentiâ, & sufficientiâ Generali fuit sermo *lib. 9.*

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Solvitur ex latè dictis lib. 9. à nu. 131. Card. de Lugo.

202 Respondeo nunc, ex tanto Ripaldæ molimine, (si absque non sit, id contendente non parùm Cardin. de Lugo *de Fide disp.* 12.) solùm fieri, negandam non esse Gentilibus Gratiam supernaturalem quâ possint accedere ad Deum: eam tamen alligandam esse infallibiliter occasionibus, quibus naturaliter excitantur ad amorem honesti etiam naturalis, non meliùs colligi, quàm si diceretur: *Deus aliquando Gentiles prævenit auxilio Gratiæ supernaturalis: ergo quoties advertunt ad honestum per cognitionem naturalem, & affectionem naturalem, quâ feruntur in illud, habent ex infallibili lege superna uralem cognitionem, & simi lem affectionem, quâ feruntur in illud.* Consequentia non est bona. Videatur Eminentissimus de Lugo *disp.* 12. *de Fide, & suprà lib. 9.*

Septimum Argumentum:

203 Arguit denique *sect.* 18. quatuor argumentis. *Primum* ex lege elevationis. Natura enim elevata, nunquam operatur, quantùm potest in actum salutarem alicujus virtutis, quin eum salutarem eliciat: lege enim elevationis constituitur potens ad actus salutares, quoties velit eos elicere: alioquin per Deum staret eorum omissio: Atqui quoties Natura conatur in actum naturalem virtutis moralis, operatur, quantùm potest in actum salutarem ejusdem: nam hos conatus discernere nequit: ergo toties facit actum supernaturalem, & salutarè.

Octavum:

204 Secundum, ex supernaturali regimine in lege Naturæ. Nam degentes in eâ præveniebantur auxilio Gratiæ Theologicæ, quo legem naturalem salutariter observarent, & promoverentur in supernum finem; sed tunc auxilium illud Gratiæ non infundebatur à Deo per externa ministeria rerum excitantium ad supernaturalia, sed ad naturalia solùm objecta, quæ ratio naturalis assequitur: deerant enim illi legi Prophetarum eloquia, & Evangelica Prædicatio: ergo inferebatur naturalibus cognitionibus honestis auxilium Gratiæ.

Nonum:

205 Tertium, ex subsidio Theologicæ Gra-

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

Gratiæ ſaltem ad Eximios Naturæ conatus. Ad hos enim, quos inter ſunt naturalis Dei dilectio ſuper omnia, victoria tentationis gravis, totius legis naturalis impletio, requirit communis Theologia Theologicam Gratiam. Non quidem per ſe, cum entitativè quid naturale ſint, ſed peraccidens ex lege Dei: ergo ſimiliter ad ſingulos conatus honeſti requiritur. Si enim Patres inſpicias, non eſt cur legem hanc præſumas in illis, & non in iſtis?

Decimum.

206 Quartum, ex communi conceptione Fidelium. Credunt enim omne bonum opus morale à juſto factum eſſe meritorium Gratiæ & Gloriæ; factum autem à Peccatore eſſe impetratorium, atque adeò præparativum animæ ad gratiam, & peccati remiſsivũ: quod ſtare nequit, quin ad omne opus morale bonum Theologicæ Gratiæ auxilia præire concipiant. Quibus latè expoſitis, definit diſputare, contentus, demonſtraſſe jam ſatis ex *decem illis capitibus*, & authoritate, & ratione firmatis, legem illam Dei, & ſententiam ſuam, *conjecturabilem eſſe probabilemq;* & in hunc finem advocat plurium teſtimonia Scholaſticorum, tùm veterum, tùm recentium pro ſenſu ſuo, faſſus tamen obſcuritatem eorum, & favendi incertitudinem *ſect.* 19. & 20.

Illatio Ripaldæ pro ſuâ Sententiâ.

Solvitur Septimum Argumẽtum.

207 Reſpondeo facilè. *Ad Primum* dicatur, Voluntatem elevatam, elicituram ſupernaturalem affectum, quoties operatur, quantùm poteſt, ex prævention e Gratiæ: ſecùs, quoties operatur impræventa. Proba modò, eam ſemper iſtiuſmodi præveniri. Deinde prævenientis: ſecùs verò, ſi ſolùm velit ex imperio naturali, vel ſequendo naturæ ductum. Nec terrere debet, quod penès Deum aliquando ſit otium circa ſupernaturalia noſtrum, ſi bene intelligatur. Malè intelligeres, ſi culpares Deum, quaſi teneretur auxilium dare: Nulli debet. Id autem omiſſionis & otii noſtri ſtat penès alium, qui debet alioqui ſubvenire, nec facit. Deus autem opportunè jam ſubvenit: quod ſufficit, ne dicatur abſolutè penès ipſum ſtare remiſsionem, & tepiditatem noſtram; quæ cadit in eas occaſiones, quibus habemus Gratiam, nec lucramur. Bene intelliges, ſi liberrimum putes diſpenſatorem Gratiæ ſuæ Deum, eam nobis *opportunè* communicando; non *ſemper*. Neque enim ex lege elevationis tradidit Deus homini claves Theſaurorum Gratiæ ſuæ, nec conatibus noſtris infallibiliter annexuit. *Illud* ratum omninò ſit: *Voluntatem Gratiâ præventam, & in ſupernaturali lineâ conantem*, elicituram unicè ſupernaturalem affectum: in eum enim ſeſe, ſi quantùm poteſt, operatur, effundet. Applica ſolutionem formæ.

Quomodo Deus diſpenſet Auxilia?

Et octavũ.

208 Ad alteram, dicatur primò, in eâ lege Naturæ non defuiſſe Theologicos actus, atque adeò objecta ſupernaturalia, quæ theologicè crederentur, ſperarentur, amarentur. Fuit enim ſupernaturalis Fides ab initio mundi, deerant Scripturæ: Traditio divina non deerat: Hæc ad illa proponenda, & cognoſcenda ſufficiens. Secundò: nec defuiſſe ſupernaturales actus virtutum moralium infuſorum, ad quos diſpenſabat Deus Auxilia, non quidem pro menſurâ naturalis diſpoſitionis, ſed pro menſurâ miſericordiæ ſuæ. Negetur inde minor. Ad tertium ſatis conſtitit *lib. præced.* Concilia, & Patres, ſermonem habuiſſe contra Pelagium *de Bono ſalutari*. An autem ad eos actus naturales eximios & difficiles requiratur aliunde Gratia vel ſupernaturalis ordinis, vel naturalis, *mox* videndum. Ad quartum, contrarius eſt exiſtimationi Ripaldæ communis Fidelium ſenſus, ex *duplici* capite ſatis noto. *Primum* eſt, ex illâ communi formidine ſalutis ſuæ, & ſtatûs apud Deum, licèt ſæpè conati ſint ſeriam pœnitentiam, & vitæ emendationem, ſuaque peccata detulerint ad Eccleſiæ claves: idque non ſemel. Alterum, ex illâ incertitudine, an gratioſæ Deo fuerint actiones, quas honeſtè alioquin egiſſe ſe putant.

Et nonum. Suprà lib. 10.

Infrà à num. 301. Et ultimũ.

209 Quid tamen de hujus Sententiæ qualitate tenendum eſt? Pater Oviedus ſic eam ſuggillat *tract. 7. controv. 3. p. 1. §. 2. & 4.* ut penè temerariam cenſeat, ſaltem improbabilem. Verùm Oviedi judicium in Cauſis Ripaldæ ſuſpectum eſt: præſeferet enim genium nimis amarum in graviſsimum hunc Authorem, cujus plerumque, ſi ſententiam deferre nequit, rationes vilipendit. Cauſam ipſe non video. In hoc puncto nec Oviedi impugnatio

Oviedi Iudicium de Ripaldæ Diſcurſu.

tio eſt tam evidens, quàm ſibi arrogat, & fortè rideretur à Ripaldâ, aſſueto majoribus cum victoriâ; nec impenſum Oviedi ſtudium in ſolvendis iis, quæ doctiſsimè Ripalda contendit, tantum eſt, ut audere debuiſſet in hanc cenſuram, curſim examinat, leviter tangit, & graviſsimè carpit: quare eo judicio Oviedi non moveor.

Noſtrum.

210 Ipſe poſt acrem diſcuſsionem pronuntio ſic: Authoritas, niſi aliquantò diſſorta, Ripaldæ non favet: Rationes pro Ripaldæ conamine, pluſquàm probabiliter, niſi fallor, enervatæ ſunt: Noſtras vìdeo firmatas, & ſolidas. Iudicia Scholaſticorum, etiam reclamante Ripaldâ, voce tenùs, animo tamen tantùm non aſſentiente, in oppoſitum manifeſta ſunt: quod ſatis erat: nam, ut egregiè S. Proſper *lib. 2. de Vocat Gent. cap. 2.* loquitur: *Magna fortitudo eſt conſenſionis, cui ad ſequendam veritatem authoritas ſufficit, etiam latente ratione.* Vltrà contineo judicium meum. Et hæc de Ripaldæ diſcurſu.

S. Proſper

Suprà à num. 189. & latè explicui lib. 9. à num. 110.

§. VI.

QVID DE DISCVRSV PATRIS KONINCHI?

Quid de P. Koninch

211 DE diſcurſu Patris Ægidii de Koninch, (quem habes *num. 132. & alibi:*) *quinque verba dicam in ſenſu meo.* Primum: Hominem quantumvis juſtum, non operari ſupernaturaliter, nec poſſe, ſi deſit illuſtratio ſupernaturalis. Eſt concluſio, quam tenuimus *à num. 35.* Secundum: Eum ſupernaturali præventum Auxilio, & circa objectum ipſius, & cũ ipſo volentem operari, elicituram unicè ſupernaturalem affectum? Eſt intentum probationis adhibitæ *num. 166.* contra Ripaldam, cui penès hoc, in juſto conſentientem Arriagam invenio *tom. 4. diſp. 38. ſect. 5. num. 37.*

Ripalda. Arriaga.

212 Tertium: eum frequenter operari circa objecta virtutum ſupernaturaliter, & fructuosè, prævenirique ad id ratione ſtatûs frequentioribus auxiliis Divinæ Gratiæ, ultra menſuram, quę ſolent injuſti. Id concedo Koninch, & aliis, quos expreſsè citat Pater Arriaga *ubi ſuprà*. Ratiò mihi eſt. Primò, lex amicitiæ, quam honorat Deus majori communicatione donorum, niſi obſtet ingratitudo, quæ poſſet exceptionem facere noſtræ regulæ. Secundò: continua ad juſtos hortatio, juxta illud: *qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc.* Tertiò: Experientia, quâ ſolent juſti, ante has actiones, conſulere primam regulam Fidei, Doctrinam Eccleſiæ, & Dei beneplacitum: regulariter enim occurrit utilitas talium actionum ad finem ſalutis æternæ: quæ ſatis inſinuant Auxilium Gratiæ. Et hæc eſt bona ratio cur frequentiùs operentur Fideles benè, quàm Infideles.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

213 Quartum: Eum non ſemper præveniri auxilio gratiæ ſuperne, licèt advertat ad bonum: unde naturaliter operabitur aliquandò, quin ſupernaturaliter operetur. Id colligitur ex generali Doctrinâ, quam tetigi *à num. 189.* & latè explicui *lib. 9. à num. 110.* Deinde: quia communis Philoſophia, & Theologia admittit in juſtis virtutes morales acquiſitas ex experientiâ: hæ autem ex naturalibus actibus relinquuntur. Vide *mox à num. 234.*

Suprà à num. 189. & lib. 10. à nu. 110.

Mox à nu. 234.

214 Quintum exinde conſequens, contra Koninch, & illos, quos Arriaga citat, non eſſe neceſſariam ad operandũ honeſtè in juſtis ratione ſtatûs, Gratiam Theologicam: quia non ſemper operantur ſequendo dignitatem ſtatûs ſui, nec per actus excedentes ſphæram moralis Philoſophiæ. Vnde nec peraccidens ratione Divinæ Legis, nec proprii ſtatûs, neceſſariò requiritur ad actionem honeſtam Gratia Theologica.

Koninch. Arriaga.

SECTIO V.

AN EX ALIO CAPITE POSSIT DEfendi ſupernaturalis Gratiæ neceſsitas de peraccidens ad honeſtè operandum?

§. I.

DISCVTITVR, ET EXCVTITVR RECens exiſtimatio.

P. Auguſtinus Herrera.

215 DOctus Magiſter Complutenſis *in tract. de Prædeſt.* (quem unus, aut alter ex Recentibus ſecutus eſt) incidens in explicationem Axiomatis apud Theologos celebris: *Facienti quod*

Vid. lib. 9. à num. 130.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Explicatur Discursus.

quod est in se, Deus non denegat Gratiam, posthabitis aliorum explicationibus, sic illud intelligendum existimat, ut ly *facienti quod est in se,* sonet, *quoties se dat occasio honestè operandi, vel quoties honestè operatur*, Deus præsistit per auxiliantem supernam Gratiam, ut operatio honesta supernà sit. Exinde magnum solatium parari colligit operantibus honestè, cùm omnis operatio naturæ elevatæ adstatum, in quo sumus, si honesta sit, supernaturalis esse debeat, ex lege Dei volentis, ne stet per ipsum, quominùs actus honestus, sit operanti proficuus ad salutem, atque adeò statuentis benefacere creaturis per Auxilium supernaturale congruum, & efficax, quoties operentur honestè. Quæ Doctrina necessariò importat *duo: Primum:* nullum usquam, aut unquam, in statu elevationis, esse, fuisse, aut fore Actum honestum Naturalem, sed omnes operationes morales honestas, fuisse, esse, & fore entitativè supernaturales. *Alterum;* ad honestè operandum, in præsenti Providentiâ, *peraccidens, & ex lege Dei*, necessariam esse supernaturalem, & Theologicam Gratiam.

Obstantia repelluntur.

216 Quod si objicies, Tridentinum *sess. 6. can. 1.* supponere operationes morales honestas Naturales, dum anathematizat eos, qui dixerint *posse per eas hominem justificari.* Respondet, Tridentinum *conditionatè* loqui, nempè *casu quo darentur: & absolutè* adversus Pelagium, ejusque reliquias, à quibus admittebantur, cum abusu alligandi ipsis justificationem. Quod si objicias iterum

Suprà nu. 139.

Propositiones Basi 37. & 65. damnatas ab Ecclesiâ: in quibus erravit Bajus, asserendo, Pelagianum esse, admittere Bonum usum arbitrii ex solis naturæ viribus: Respondet, imprimis errasse, & excessisse Bajum in censurâ. Secundò: longè se esse à Bajanis, cùm censeat Actus Naturales honestos esse possibiles: quod negavit Bajus. Tertiò: à se solùm negari de facto Naturales Actus honestos, non quidem ex impotentiâ ad ipsos antecedente, ut volebat Bajus, sed ex lege Dei, volentis homini benefacere, per continuum auxilium Gratiæ, juxta illud: *Sto ad ostium, & pulso.* Hæc prædicti Recentiores.

Judicium Auctoris.

217 Ego apertè dicturus in præsenti quod sentio, *tria* dicam: & *unum* colligam. *Primum*: non quadrare Doctrinam axiomati Theologico: *Facienti quod est in se. Secundum*: eam liberè assumi, & sine fundamento, nec videri satis immunem à Bajanis Propositionibus. *Tertium*: eam omninò duram esse, nec posse defendi sine præjudicio communis authoritatis, sensûs, & Rationis. Quid inde fiat, quisque viderit. Colligam *exinde*, ne peractidens quidem, esse necessariam supernam Gratiam ad honestè utcumque operandum, etiam in præsenti Providentiâ.

Primum Placitum:

218 Dico primò: Axiomati Theologico: Facienti quod est in se, &c. neque necessaria est, neque congruit Doctrina præcedens. Prima pars patet ex latè *suprà dictis tract. de Prædest. lib. 9. à num. 147. & ànn. 159.* Secunda probatur primo ex *ibi* dictis *à num. 152.* Secundò: quia hic discutiendi modus, ut advertit optimè Pater Haunoldus *lib. 1. tract. 3. lib. 2. contr. 5. num. 770.* non explicat axioma, sed novum condit. Theologi enim, ut videre est apud Montoyam *de Provid. à disp. 14.* per hoc axioma conati sunt assignare Catholicam Regulam, sine præjudicio veritatis adversus Massilienses definitæ, quomodò, & quousque Natura suis viribus honestè operans, accipiat à Deo Beneficium auxiliantis Gratiæ, non quidem efficacis, sed sufficientis, ut apertè, & bene notant Suarez, & Montoya. Vide quàm distet præfatus discursus à mente Theologorum in hoc axiomate. Quòd si velis fingere novum, recepti axiomatis nec litteræ, nec authoritate juvaris.

Juxta dicta lib. 9. à nu. 147. & 152. & 159

Haunold.

Montoya. Suarez.

Nota bene

219 Tertiò: quia vel quoties homo est in libertate ad honestè operandum, licèt male operetur, adest Deus per auxilium Supernæ Gratiæ, vel non: Si primùm: ergo tam non facienti, quàm facienti, quod est in se, Deus non denegat Gratiam. Ad quid igitur vetus axioma Theologorum? Si ergo secundum: undenam ista limitatio? Deinde: ergo dispensat Deus Auxiliantem gratiam, consultâ Scientiâ Mediâ de usu Naturæ per vires suas naturales: sed ex usu naturæ per vires suas, non est bona consequentia ad consimilem usum, si præveniatur per vires gratiæ: cuditur enim nova libertas: & ex unâ libertate ad aliam etiam solo numero distinctam (quanto magis specie) male fit patitas ad cogeneres ejus, ut dicetur latè disputando de Actibus: ergo. Nec alia juvat superaddere his, quæ *loc. cit. Prædest.* rem in præsentem anticipavimus.

1.2. Tract. de Actib. Loc. cit. lib. 9.

Secundum Placitum:

220 Dico secundò: Tota Doctrina liberè videtur assumi: nec videtur satis immunis à Bajanis Excessibus. Prima pars liquet ex inopiâ fundamenti positivi: nam quodnam est in re tam gravi, & concernenti ad controversias cum Hæreticis: Nam vel est veritas Axiomatis præasserti: & hoc potiùs nocet ex mente Theologorum, quàm favet. Vel sunt illi Textus generales, quibus est nixus Ripalda ad singularem suam opinationem: & ipsi, præterquàm quòd habent solidam expositionem ex calamo communi interpretum & Theologorum, ut patet ex dictis *suprà à num. 171.* fovere non possunt opinationem magis inauditam, & singularem, atque adeò magis alienam ab expositione communi ipsorum Textuum. Vel denique sunt illa Patrum loca, per quæ circa Bonum honestum ita pugnatur contra Pelagium, ut omne Bonum honestum appelletur ab ipsis speciale donum Dei: Et hæc loca explicantur, & explicari debent ab omnibus contra Bajum: nam ex ipsis, utpotè Pelagium, ejusque Reliquias impugnantibus, unicè convincitur supernaturalis Gratiæ necessitas ad salutariter operandum: & ex eisdem, vel probari non potest exclusio Boni Naturalis Honesti, in Naturâ prout nunc, vel probari debet tanquam res à Patribus intenta contra Pelagium: unde verificarentur Baji *Propositiones 37. & 65. suprà* relatæ, & certò damnatæ. Nec juvat, ad assertionem facti, Possibilitas rei, adjectâ hac vel illâ conjecturâ, vergente in Oppositum Authoritate communi Patrum, & Theologorum, ut mihi certum est. Nam unus Molina, qui videtur ita sensisse, non ita sensit generaliter, quoties se daret occasio honesti, ut notant Suarez, & Ripalda, sed *ad Initium Fidei, & Justificationis Exordia*: ut est videre apud ipsum *in Conc. disp. 5. 9. & 10.*

Suprà à num. 171.

Et lib. 10. à nu. 270.

Nuper nu. 139.

Molina.

Suarez. Ripalda.

Card. de Lugo judicium.

221 Et firmatur hæc pars Authoritate Cardinalis de Lugo: qui *tom. de Fide, disp. 12.* postquàm Ripaldæ fundamenta discussit, & Conciliorum, ac Patrum in rem præsentem testimonia, diligenter expendit; fatetur, se olim existimasse probabilem discursum, quem impugnamus, *de generalitate Concursûs Supernaturalis Dei, quoties occurrit occasio Actûs honesti* (ecce totam Sententiam *suprà* positam:) negasse tamen, & recessisse postea, *magis attentè consideratâ Conciliorum, & Patrum mente.* Legatur ipse Card. *disp. cit. sect. 3. num. 81.* ad finem: Ipse enim, pro hoc discursu, neque in Patribus, neque in Conciliis, attentè consideratis, fatetur inesse fundamentum ad sustinendam probabilitatem, quam olim juvenis existimaverat.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Error Pelagii, & Baii.

222 Secunda pars, quæ gravior est, ut magis ad oculos proponatur, Comparandi sunt Pelagius, & Bajus. Pelagius, ut faveret Arbitrio, factus est hostis Gratiæ, fassus reipsâ, sub hoc, aut illo verborum involucro, omnes actus Morales honestos esse planè naturales, & ex viribus ipsius Naturæ. Bajus econtrà, ut extolleret Gratiam, depressit Arbitrium, fassus omnes actus Morales honestos esse Supernaturales. Contra Pelagium pugnavere Patres, & Concilia ex Scripturis, cum victoriâ: eò intentâ, ut sine Gratiâ Dei nullus à Naturâ præstari possit Actus honestus, *prout oportet, ad Vitam æternam.* Ex Patrum, & Conciliorum locutionibus, *in sono generalibus*, & ex fine, subjectâque materiâ satis restrictis ad speciem Honestatis, hallucinatus Bajus, intulit generalem conclusionem, nullum à Naturâ fieri, aut fieri posse sine gratiâ Moralem actum honestum: sed omnes actus honestos esse Supernaturales. Idque fundavit in ratione pœnæ contractæ per lapsum. Vnde quàm extremè senserint Pelagius, & Bajus? Catholica Veritas stare videtur in Medio. Contra Pelagium definit, omnes actus salutares, seu honestè elicitos, *prout oportet*, esse ex Viribus Gratiæ: Contra Bajum, non esse Pelagianum, atque adeò ex victoriâ Ecclesiæ contra Pelagium, nõ fieri, omnes actus honestos, qui à Naturâ fiunt, egère viribus Gratiæ. Quare manet in medio Veritas. Iam sic:

Hallucinatio Iansenistarum.

223 Discursus præsens extremè discedit à Pelagio, nec sistit in medio, sed transit ad generalem dialectum Baji: ergo non satis videtur immunis ab ejus excessibus. *Dices* esse magnum discrimen in Motivo, & in Modo, & consequenter

Evasio intercepta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

in substantia. Sed imprimis à medio discrimen, in quo veritas est, discrimen non potest esse magnum. Deinde, discrimen in motivo totum est, illud à Bajo ductum fieri in pœnam: hic autem dicitur fieri in favorem: fieri autem in favorem, vel in pœnam, si res eadem fit, quodnam est discrimen in re? Insuper: in modo discrimen est verum: sed nollem putari Bajum tam perditæ mentis, ut censuerit, non fuisse possibiles Actus Naturales honestos euritativè, secundùm se; licèt respectivè non admiserit possibiles, attento statu Naturæ: sed attentâ Lege Dei, ex naturâ præsuppositâ rei, nec etiam apud ita discurrentem, sunt respectivè possibiles actus naturales honesti: quia per te Voluntas non potest nõ applicare vires, quas habet: & per te non potest ex lege non habere supernas, si habet vires ad honestè operandum: & demum ita vires præhabens non potest elicere naturalem actu, non quidem ex defectu, sed ex perfectione potentiæ: ergo quidquid de modo sit, tenetur in hoc discursu factum, quod intendit Michaël Bajus: quò tendebat secunda pars.

Tertium Placitum:

224 Dico tertiò: Doctrina reipsâ est dura, nec vera est. Probationes ita disponam, ut insimul utrumque demonstrem. Et probatur utrumque primò: tùm ex *suprà* positis *lib.* 10. *à nu.* 219. & *lib. præs. à num.* 137. & ex ponderatis *nuper* contra Ripaldam: & novissimè dictis *à nu.* 220. Probatur secundò: ex combinatione factâ cum Erroribus Baji: cujus reipsâ sensus, licèt ex diverso motivo, fovetur, & retinetur in præsenti discursu, ut patet *à nu.* 222. ubi satis interceptum est effugium excogitatum *nu.* 216. de quo etiam *suprà latè à nu.* 104. Probatur tertiò: ex nullitate Doctrinæ ad finem explicandi Theologicum axioma, *Facienti quod est in se*: quem ad finem excogitata est. Id quod patet ex *nu.* 167. & 218. Quæ argumentandi loca, contentus attingere sum, cùm *in reipsâ dictis*, pòderata sint satis.

Lib. 10. à nu. 219. & lib. præs. à nu. 137. & à num. 140. & à nu. 216. & 222.

Suprà à nu. 167. & à nu. 218. & lib. 9. à nu. 152.

225 Probatur quartò: ex Scripturis: *Matth.* 6. Christus Dominus Iudæos increpat Ethnicorum exemplo: sic: *Si diligitis eos, qui vos diligant, quam mercedem habebitis? Nonne & Publicani hoc faciunt? Et si salutaveritis Fratres vestros tantùm, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt?* Et *Luc.* 11. *Si vos, cùm sitis mali, nostis bona data dare Filiis vestris, &c.* Ubique loquitur Christus juxta communem expositionẽ de honestate pervia, & Naturali: & ubique loquitur, *non* solùm *de potentiâ*, sed *de facto*: ergo non solùm sunt Naturæ per vires proprias actus honesti *possibiles*, sed & *facti*. Omnium instar est locus Apostoli *Rom.* 2. ubi sic loquitur: *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter, ea, quæ legis sunt, faciunt.* Pende duo. Primum: ly *faciunt*: ecce factum. Secundum: ly *naturaliter*: ecce ordinem virium. Ergo juxta literam Apostoli, de facto sunt per vires naturæ præstiti Actus honesti, per quos aliàs fit satis legi: unde videtur definita veritas, quam intendimus. Neque curo evasiones excogitatas: nam litera est clara: & illas intercepimus *num.* 137. & 138. & insequemur *infra* latiùs *à num.* 296. explicantes intentum Apostoli.

Luc. 11.

Rom. 2.

Suprà à nu. 137. & infrà à num. 296.

Ex Conciliis.

226 Probatur quintò ex Concilliis: Nam eorum definitiones omninò supponunt, dari *de facto* non solùm antecedentem Potentiam in Naturâ per proprias vires ad honestè naturaliter operandum, sed etiam à Naturâ per proprias vires poni de facto aliquos actus naturales honestos: ergo sine deviatione à sensu Conciliorum negari non potest omnis naturalis actus honestus de facto. Antecedens ostenditur primò: nam ad quid tanta moles Consultationum, & Synodorum pro exclusione Actuum naturalium à limine conducentiæ ad vitam æternam, si nulli sunt. Secundò: quia eos actus Naturales honestos manifestè ponebant, & supponebant *de facto* Pelagius, & Massilienses ejus Reliquiæ: & Concilia nunquam hujusmodi negabant istam suppositionem: imò videbantur admittere, addendo differentiam, *prout oportet, prout expedit ad vitam æternam*, & aliarum particularum, denotantium specialẽ conditionem actûs honesti. Ad quid autem istiusmodi notæ limitativæ, si omnis actus honestus, *prout oportet*, est, nempè supernus? Tertiò: ex *can.* 1. Tridentini *sess.* 6. ubi hæc habet: *Si quis dixerit hominem suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis Doctrinam fiant*, vbi legunt multi, *fiunt*, supponẽdo Concilium

præsertim Trident.

reverà agnovisse talia opera honesta plerumque fieri: *& meritò*: nam si nulla fiunt, aut fient; qui metus esset ab hoste non apparituro?

Ex SS. Patribus. Apud Ripalda. Moraines. Arriaga. Clemens Roman. Athanas. Nazianz. Nissenus. Hieronym Basilius. Damasc. S. Thomas. Augustin.

227 Probatur sextò: ex Sanctis Patribus, quorum densum agmen videri potest apud Ripaldam *contra Bajum disp.* 8. *à sect.* 17. & apud Moraines, seu Martinonum *in Antijansenio disp.* 19. & apud Arriagam *tom.* 4. *disp.* 38. *sect.* 2. *à nu.* 9. Hi sunt Clemens *lib.* 7. *Constit. cap.* 34. Athanasius *in Vitâ Antonii.* Nazianzenus *orat* 19. & 31. Nissenus *pluribus in locis* præsertim *lib. de Beatitudini b. Beat.* 5. Hieronymus *ad illud Gal.* 1. *ut revelaret Filium suum in me.* Et *ad Demetriadẽ.* Basilius *hom.* 9. *de Opere sex dierum.* Damasc. 3. *de Fid. cap.* 14. S. Thomas *passim.* Augustin. *multis in locis*, præsertim *epist.* 5. *ad Marcell. & epist.* 130. & *lib. de spirit. & lit. cap.* 28. & *lib.* 4. *contra Julian. cap.* 3. & *lib.* 3. *Hypogn. cap.* 4. Hi omnes, & singuli Patres expressè agnoscunt *de facto* in Naturâ, & à Naturâ fieri opus honestum, quod quidem non assurgit ad ordinem conducentis ad vitam æternam, atque adeò entitativè naturale. Quibus

Fulgent. Prosper.

accedunt clarè, Discipuli Augustini, Fulgentius, & Prosper, & omnes ferè Patres ad illud Apostoli *Rom.* 2. *Naturaliter, ea, quæ legis sunt, faciunt.*

Illustria loca Aug.

228 Seligo unum, aut magnum testimonium ex Magno Suarez. Audi Augustinum *epist.* 5. *ad Marcellum: Rempublicam primi Romani constituerunt, auxerunt que virtutibus, etsi non haberent veram pietatem erga Deũ, quæ illos etiam in æternam Civitatem possent salubri Religione perducere: custodientes tamen sui generis probitatem.* Audi iterum *lib. de Spirit. & lit. cap.* 28. *Nam & si homines erant* (loquitur de Iudæis) *& vis illa Naturæ inerat eis, per quam LEGITIME aliquid Animæ Rationalis, & sentit, & facit: at Pietas, quæ in aliam vitam transfert Beatam, & æternam, legem habet immaculatam, &c.* Audi Basilium *hom. illa* 9. *de opere sex dierum: Sunt & apud nos VIRTUTES secundùm Naturam, ad quas familiaritas, ipsi animæ, non ex Doctrina hominum, sed ex ipsâ Naturâ inest.* Audi denique Marcum Eremitam *lib.* 2. *de Parad. cap.* 23. *Omne opus bonum, quod per nostram Naturam operamur, tantùm equidem efficet, ut è contrario malo, aut vitio abstineamus. Cæterùm extra Gratiam Sanctificationis affecti accessionem nobis facere non potest.* Vides apertum Sanctorum Patrum sensum *pro facto* Naturalis Honesti etiam in hoc statu Elevationis.

Basilii. Marc. Erem.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

229 Probatur septimò: Ex communi calculo Theologorum inconcussè tenentium, dari *de facto* Actus Naturales honestos, & ita conformi sensu tenentium, ut post exortos præsertim errores Baji nullus sit, qui stet in oppositum, imò sunt aliqui, qui plures actus naturales honestos, quàm supernaturales elici existiment. Videatur Arriaga *tom.* 4. *disp.* 38. *sect.* 5. *à num.* 35. & 36. Et confirmant hujusmodi consensum Authorum. *Quæstiones*, quas passim excitant, tùm *de necessitate Gratiæ* ad bonum honestum Naturale: tùm *de virtutibus moralibus*: tùm *de Cogitatione naturali congruâ*: tùm demùm de sensu Axiomatis: *Facienti quod est in se, &c.* Quæ omnes quæstiones, ut discutiuntur à Theologis, est manifesta præsuppositio, Doctrinæ, quam insequimur, contradicens. Vnus, aut alter recessisse visus est à sensu communi: & uterque, retractato demùm post matutius studium singulari sensu, rediit ad nostrum, & omnium. Primus fuit Cardinalis de Lugo, cujus habes testimonium *suprà*. Alter sine nomine citatus ab Arriaga *loc. cit. à num.* 34. qui conatus est defendere saltem in Fidelibus nunquam inveniri Actus honestos, qui supernaturales non sint: & hic demùm (qui fuit Ripaldæ, ut constat ex ipso *tom.* 2. *de ente supernaturali disp.* 104. *sect.* 12. *à num.* 105.) etiam retractavit hunc opinandi modum. Quomodo igitur sine Authore recedendum ab omnium mente, nisi cogat efficax ratio, quam nullam video?

Arriaga.

Card. Lug. Sup. n. 221 Arriaga.

Ripalda.

Ex comm. Authoritate.

Ex comm. Persuasione.

230 Probatur octavò: ex communi persuasione Fidelium, *tribus* signis irradiante clarissimè. *Primum* est, illa celebris, & decantata existimatio de Divinâ Providentiâ, quòd Ethnicis dederit Deus principatum Facultatum naturalium, & Artium, & alia Naturalia Dona, in aliquale præmium Vitæ juxta normam legis Naturalis: ergo si ita est, (ut est communis persuasio ex Patribus, & Theologis eruta, firmata ab Augustino *lib.* 5. *cap.* 15. *de Civitate Dei.*) negari de facto nõ possunt plures Actus

Augustin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Naturales Honesti. *Secundum* est, illa iterata oratio, ut Gentes illuminet vero lumine supernaturalium illustratione: si enim statuta lex est, eos nusquâ sine illustratione supernâ relinquere, si occurrit occasio honestè operandi, ad quid tàm iteratæ Fidelium preces? *Tertium*: illa mutua adhortatio, quâ se Fideles excitant, ne inutiliter operentur exercitia Virtutum: Si enim aliter operari non possunt ex lege Dei, quam supernaturaliter; undenam vanus inutilium operum timor: aut ad quid tam frequens adhortatio? Non ergo videtur iste opinandi modus esse conformis communi persuasioni Fidelium.

Ex ratione.

231 Probatur denique nonò: Nam sine magnâ temeritate negari non possunt Virtutes Naturales, quas agnoscit tota Philosophia, & Theologia: sed ex hoc discursu, temerè admitteretur: ergo talis discursus admitti non debet. Major sumitur ex ore omnium Philosophorum, & Theologorum. Probatur minor: nam ad quid, & à quo generarentur? A quo? Si nullus actus naturalis honestus fit? Et habitus ex repetitione actuum acquiritur. Ad quid? Si nullus actus naturalis honestus eliciendus est? Et habitus instituitur ad potentiam juvandam in exercitio Actuum. Patet ergo assumi sine fundamento discursum, cum præjudicio communis Authoritatis, sensûs, & rationis.

232 Colligitur exinde, neque ex hoc capite necessariam esse de peraccidens ad operationes Honestas Gratiam supernaturalem, & Theologicam. Nam ut ex hucusque dictis sit, negari non potest Naturalium actuum honestorum, & plena possibilitas, & existentia non infrequens: non est ergo cur ad genus operationis honestæ adstruatur, supernaturalis Gratiæ necessitas.

§. II.

QVID ALLEGARI POSSIT PRO IMpugnato discursu?

Oppositio prima:

233 PRimò allegari potest illa generalitas Vocantis Dei, expressa in Scripturis, *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: sto ad ostium, & pulso*; & quàm statuitur *pro singulis etiam momentis* aliqui Sancti Patres, *firmante Concilio Senonensi*, semper in promptu esse. Respondetur primò: præoccupatum esse jam à nobis hunc locum argumentandi, tum *lib. 9 cùm de Beneficientia Generali*, tùm etiam *nuper* ad Ripaldæ fundamenta *præsertim à num.* 188. explicataque satis hæc & alia loca Scripturæ, & Patrum cum communi Theologiâ, aliter, & accomodè exponente generalem Dei Beneficientiam, ita ut penès Deum nunquam sit, quòd homo, si velit, non accedat ad ipsum. Et rem in hanc legere proderit eruditissimum Ruiz de Montoyâ *disp.* 47. *de Prædest. sect.* 2. ut *sæpè* prænotui. Respondetur secundò: utcumque explicetur ista vocatis Dei generalitas, nullum ex eâ peti fundamentum ad negandum aliquos de facto fieri Actus naturales honestos, ut ex Doctrinâ Ripaldæ planum fit.

Repellitur primò:

Ex lib. 9. à nu. 110. & nuper à nu. 188.

Montoya.

Secundò:

Suprà nu. 149.

234 Secundò allegari potest, certum esse Theologicè, quòd *in tempore opportuno* Deus assistit per auxilium Gratiæ suæ: quæ autem opportunitas major, quàm occasio honestè operandi? Quod si non præfigatur hæc regula, nulla præfigi poterit. Respondetur primò: per eas voces, *Temporis opportuni*, manifestè convinci falsitatis universalitatem præfati discursûs: si enim *Omne tempus* opportunum est, ad quid adjectio *temporis opportuni*? Hæc adjectio manifestè supponit intermissionem, ut convincit Montoya præcitatus exemplo multiplici Scripturarum, Patrum, Theologorum, & praxis. Secundò: præfixam esse jam à nobis, ex magnorum Theologorum calculo, hanc regulam, pro discernendâ opportunitate *tract. præced. de Prædest. lib. illo 9. de Generalitate Divinæ Benef. disp. 47. à nu.* 114. & 116.

Oppositio secunda:

Solvitur primò.

Montoya.

Secundò.

Ex lib. 9. à nu. 114. & 116.

235 Tertiò allegari speciosiùs potest argumentum hujusmodi. In Scripturis, pro Mercede æternæ Vitæ, & necessitate Divini Auxilii, nullâ factâ mentione supernaturalitatis, unicè petuntur *Opera bona*: ergo ratio boni operis secum ex lege importat supernaturalitatem, & exinde consequentem Auxilii Divini necessitatem: ergo nulli sunt, aut fiunt in præsenti lege Actus Naturales honesti. In hoc discursu stat tota species. Et ultima consequentia patet: quia si ex lege, opus honestum, cum supernaturali convertitur, nullum erit opus honestum, quod supernaturale non sit. Prima consequentia probatur: quia si ex lege saltem non importaret honestas supernaturalitatem, diminutè procederent Scripturæ: nec ex illis bene colligeretur Auxilii Divini necessitas ad actus salutares, cùm ex genere, malè inferatur species determinata, & requisita ad ipsam: sed in Scripturis unicè exprimitur *Genus Honestatis*: ergo vel ipsæ diminutè procedunt, vel ex ipsis malè colligitur necessitas Divinæ Gratiæ ad actus salutares, si non convertuntur ex lege Supernaturalitas, & Honestas.

Oppositio tertia:

236 Antecedens autem probatur: quia in Scripturâ nihil aliud legimus, quàm invitari nos ad ea, quæ legis naturalis sunt, & ad exercitia Virtutum Moralium, ut simus *hospitales, sobrii, Casti, relinquentes omnia, & ad similia proni*. Quis in his supernaturalitatem, nisi ex genere, colligat, adjectâ Dei Lege? & firmatur ex illis generalibus Sacræ Paginæ clausulis, ubi apertè dicitur, *nihil nos sine Deo posse facere: non esse sufficientes ex nobis: Omne datum optimum*: Quas Scripturæ clausulas, eâdem generalitate, repetunt, & approbant contra Pelagium coacta adversùm ipsum Concilia: quibus *omne genus Honesti* dicitur Dei donum, nihilque nos habere boni, quod ex illo fonte Divinæ Bonitatis emanet.

Solutio communis intercipitur.

237 Nec refert, quòd notanter adjiciant ipsa Concilia, *prout expedit, & prout oportet ad salutem*: Non, *inquam*, refert: nam si conferantur eorumdem Conciliorum loca, ea verba unicè videntur importare puritatem boni, quæ relinquat Actum in ratione honesti, quin ex fine, vel ex objecto, vel ex circumstantiis, tendentia vitietur, quæ secundùm se, & ex genere suo, capax est honestatis: id quod patet: nam de Bono simpliciter dum loquuntur, eas particulas non adjiciunt: tùm etiam quia apud aliquos Patres, à quibus ipsæ sumptæ sunt, unicè denotant exclusionem malitiæ: ergo per notas hujusmodi unicè denotatur gradus honesti, utpote cum supernaturalitate peraccidens, & ex lege convertibilis.

Confirmatio.

238 Confirmatur: nam theologicè certum est Actus simpliciter elicitos ex naturæ viribus, id est, omninò naturales, non esse meritorios Vitæ æternæ: atque adeò esse non posse proximas dispositiones ad Iustificationem. Iam sic: cùm certum sit requiri supernaturalem Honestatem in actibus, ne maneant steriles in ordine ad Vitam æternam, nemo est ex sacris Concionatoribus, aut Confessariis, qui id curet, contentus adhortari ad Honestum: ergo quia honestum cum supernaturali convertitur ex Lege Dei. Patet consequentia: mirum enim esset, à tot, & tantis, adeoque doctis, & piis Viris nunquam assumptam hanc advertendi curam, si periculum esset honestè se gerendi sine fructu, fatigandique se incassum per Virtutum Moralium exercitia. Antecedens autem patet ex praxi: quis enim de Pœnitente ad se accedente curat, an Attritionem afferat supernaturalem?

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Solvitur.

239 Respondeo, hoc argumento urgi non posse Catholicum Theologum, quia omninò est Bajanum, & Iansenianum, ut videre est in Ripaldâ, *& in Anti-Iansenio* Martinoni. Negetur igitur antecedens: exprosè enim in Scripturis differentia sit inter Naturales, & Supernaturales actus Honestos: & Supernaturalis Honestatis sit expressa Mentio, & Commendatio. Primum patet ex locis *num.* 225. citatis Matthæi, Lucæ, & Apostoli. Secundùm, ex expressâ ordinatione, quam dicunt, *ad Vitam Æternam, ex propositione Cœlestis præmii*, ex *Spiritu Filiorum*, ad quem nos invitant, ex *Divinâ illuminatione*, quàm offerunt, ex *Fide*, ad quam nos excitant, & ex innumeris aliis notis. Scripturas sequuntur Concilia & Patres: in quibus Bonum & Honestum simpliciter, id est, ordinatum ad Vitam æternam, satis exprimitur contradistinctum ab Honestate Naturali, per loquendi modos, qui nullam relinquere possint æquivocationem. Audi Augustinum *lib. de Eccles. Dogmatib. cap.* 64. *Melior est continentia, sed non sibi sufficit ad Beatitudinem, si pro solo amore pudicitiæ retinetur.* Et Leonem *Serm.* 7. *Quadrag. cap.* 2. *Non frandanda suâ laude* (nempe Honesta Opera) *si propter Naturæ communicationem fiant, sed quia non ex Fidei fonte procedunt, ad præmia æterna non perveniunt: Ideò alia est Conditio Operum Cœlestium: alia terrestrium.* Vide quàm distin-

Ripalda.

Martinon

Augustin.

S. Leo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. 1.2. Tract. 3. & sup. lib. 10. à num. 196.

distinctè loquantur Scripturæ, & Patrum de Operum conditione.

240 Ad probationem antecedentis irradiare satis, ut *nuper* dixi, in Scripturis Supernaturalitatem ex modis loquendi, quos affatim illustrabo *disputando de Supernaturalitate*, & qui satis constant ex *disp. 51. de Excellentiâ Gratiæ* adversus Pelagium assertæ. Ad ulteriorem progressum probationis, evidens erit legenti Sancti Patres, apud ipsos, *Honestum & Supernaturale* non converti: neque eam generalitatem insufficientiæ ad bonum extendi posse, nec debere extra supernaturalitatis sphæram; tùm quia modus arguendi suspectus est, utpote apertè Iansenianus: tùm etiam quia (quod maximè notandum est) per eas locutiones Patrum definitur impotentia virium ad Honestum, de quo loquuntur: Vnde de Bono naturali, & circa ipsum, vel probant nihil, vel probant impotentiam Iansenianam, & Bajanam.

Nota bene

241 Hinc ad intelligentiam verborum, *prout oportet*, & *prout expedit*, dico eam esse conceptissimam interpretationem Baji, & Iansenii, ut apud Ripaldam videre est *disp. 8. contra Bajum sect. 16. à num. 203. & in Antijansenio* Martinoni *disp. 29. sect. 5. à nu. 33.* Qui, Ripalda *à nu. 206.* & Martinonus *à nu. 351.*

Ripalda. Martinon.

manifestè convincunt apud Concilia, & Patres eam phrasim esse notam non solùm Honestatis in genere, sed in specie, qualitate, & ordine. Et quidem ex professo *in tractatu de Supernaturalitate* explicabitur, quâ sensûs profunditate Patres assumpserint notas hujusmodi, loquendo de Actibus honestis, explicaturi Supernaturalitatem ipsorum. *1.2. Tract. 3.*

242 Ad confirmationem, dico primò: si ista lex adeò est incerta, nec per Vmbram insinuata in Scripturis, undenam Omnibus Concionatoribus, & Confessariis ita constitit, ut eâ quasi freti, nihil de Supernaturalitate curaverint, ut supponitur, honestate contenti? Dico igitur secundò: nihil Concionatoribus, & Confessariis esse frequentius, quàm hortari Fideles, ut ex Fide vivant, & operentur innixi Divinis Promissionibus circa Bona Vitæ verè manentis, & Beatæ. Ad quid definitum exprimant, si promunt definitiones? Praxis illa nititur fortissimâ veritate: nam accedentem ad accipiendam justificationis gratiam, cum præilluminatione Fidei, quis admoneat ut Supernaturaliter operetur? Nam si accedit corde sincero, à Deo trahitur, regiturque: nec aliter, quàm Supernaturaliter operari potest, attento accedentis statu. *Confirmatio dissipatur.*



DIS-

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

DISPVTATIO LVII.

NECESSITAS GRATIÆ AD BONVM etiam naturale, ratione Excellentiæ, aut tentationis urgentis.

Dispvtationis scopvs:

243 ACTVS naturalis honestus vel *ex se*, vel *ex accidenti* soler esse difficilis. De hoc loquimur; de difficili ratione continuationis, & collectionis postmodùm locuturi. Honestus actus *ex se* difficilis, est ille, qui præcisim ab extrinseco impedicte, inspecto solùm objecto, & nobilitate tendentiæ, apparet ultra communem opinandi modum: tales censentur *naturalis amor Dei super omnia*: *inimici condonatio*, etiam in casu facilis vindictæ: *Votum servandi perpetuam castitatem.* Authores unicè ventilant hanc quæstionem de primâ illâ specie nobilissimi amoris. Actus honestus *ex accidenti* difficilis, est ille, quem, alioqui facilem, facit executionis arduæ, tentatio ingruens, & retrahens in oppositum: unde supprimi si non possit absque Gratiâ speciali tentatio, neque sine eâ gratiâ poni poterit actus bonus, à quo tentatio retrahit. Hinc exoritur *multiplex* difficultas: *Prima*: an possit sine speciali gratiâ poni actus moralis heroicæ perfectionis? *Secunda*: an ex speciali titulo nequeat poni amor Naturalis Dei super omnia? *Tertia*: an vinci, aut supprimi tentatio sine speciali Gratiâ possit: an gravis, an levis? *Quarta*: quod genus Gratiæ veniat in quæstionem, an supernaturalis, & Theologica: an Philosophica tantùm, & ordinis naturalis? *Quinta*: an eodem modo de purâ, & integrâ Naturâ, ac de lapsâ loquendum? *Sexta*: an hæc Gratiæ necessitas arguat impotentiam physicam, an moralem? & aliæ his annexæ, quæ ipso decursu explanabuntur, & vincentur. *Sensus: Quæstiones examinandæ.*

SECTIO I.

NONNVLLIS AD CONTROVERSIAM præsitutis, Sententiæ proponuntur.

Principiũ primum:

244 PRono primò: Actus honestos ex se difficiles, & Eximios id habere communiter ex *duplici* capite. Primum est: vel *ex contemptu proprii commodi*: in quod inclinat Natura maximè: vel *ex amplexu boni excellentis* cum appretiativâ ejus prælatione ad alia bona. Primi ordinis sunt expositio vitæ propriæ tuendo Patre, Rege, Amico: libertatis, & bonorum amissio pro tuendâ castitate: Alterius ordinis sunt votum, & similia. Secundum caput est Dei Amor naturalis: qui *duplex* est: *alter* benevolentiæ; concupiscentiæ *alter*. Iste tendit in Deum, ut bonum amanti: ille tendit in Deum, *ut*, & *quia* bonum in se.

245 Amor benevolentiæ vel potest esse *perfectus* in genere suo, vel *imperfectus*. Dicitur *imperfectus*, qui simpliciter sistit in complacentiâ de bonis Dei, quia bona sunt Dei: vel qui limitatè præfert ipsum Deum aliis bonis: quasi ex tali amore maneat animus penès aliqua paratus obedire, non penès omnia: aliqua præ Deo contemnere, non omnia: id quod oriri potest, vel ex debilitate affectûs, vel ex imperfectione notitiæ aliquâ, non omnia proponentis ad prælationem. Dicitur *Perfectus*, qui ita tendit in Deum, ut ipsum ex nobilitate affectûs præferat omni Non-Deo, firmans ex se amantis animum adeò, ut maneat exinde paratus obedire, placere, & obsequi *Amor quo tuplex? & qui super omnia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. P. Suarez Ant. Per. Principiũ secundum: & Antho ris Mens de Amore Dei Naturali super omnia. Vid. infrà à nu. 290. Vazquez.

sequi Deo penès omnia. Hinc vocatur *hic amor* à Patre Suarez *Obedientialis*, & ab omnibus Theologis *super omnia*: quã particulam explicat benè nostra descriptio: subtiliores dabit Antonius Perez *disp. 7. de char. cap. 5. 6. & 7.*

246 Pono secundò: possibiles esse Actus, quales explicui, naturales entitativè. Et quidem de actibus primi generis negare nemo ausus est præter Bajum. De affectu amoris distinxit Pater Vazquez: & illum amorem concupiscentiæ erga Deum naturalem agnovit: amorem benevolentiæ, ex genere suo, fecit supernaturalem: unde vana apud ipsum est præsens quæstio, cùm implicet *in adjecto*. Deseritur tamen à fere omnibus: *nec immeritò*. Primò: quia videtur sapere Bajanismum *propos.* 34. Secundò: quia non excedit sphæram luminis naturalis cognitio summi Boni: ergo neque cognitio summè amabilis: ergo neque excedit sphæram voluntatis naturalis, amor, prælativus boni cogniti ad omnia alia bona. Patet consequentia, tùm quia affectus sequi potest mensuram intellectualis appretiationis. Tùm etiam quia voluntas ferri potest in bonum, ut apparet; sed apparet super omnia melius, quia summum: ergo naturaliter ferri potest in ipsum præferendo cæteris bonis. Tertiò: quia præceptum præferendi Deum per amorem omnibus bonis distinctis à Deo cadit in statum puræ Naturæ: est enim basis totius legis naturalis: ergo est Naturæ purè possibilis, atque adeò naturalis. Quartò: quia videtur Naturæ lumine notum, & Rationali Naturæ connaturale, præferre melius bonum, bono minori: sed omnis rerum collectio est bonum Deo minus: ergo. Videantur Pater Suarez *lib. 1. cap. 30. & 31.* Amicus *tom. 3. disp. 26. sect. 5.* Ripalda *tom. 3. disp. 21.* Pater Oxea *de charit. disp. 2.* Tannerus *disp. 2. de charit. dub. 1.* Sed ad hæc rursus, occasione docti Magistri, *Infrà à numero 290.*

Suarez. Amicus. Ripalda. Oxea. Tannerus. Et infrà à num. 290. Principiũ tertiũ: de quo sæpè.

247 Pono tertiò: in his actibus considerati posse duplicem efficaciam: affectivam, transeuntem, seu in affectu: & effectivam, perseverantem, seu in effectu. Illam vocant intrinsecam, alii; hanc extrinsecam. Illa consistit in energiâ ipsius affectûs inevitabiliter firmante voluntatem in eo bono, cujus est amor; quandiù existit. Hæc consistit in perseveranti continuatione eorum, quæ subinfert affectûs energia. Explico me in amore Dei super omnia: qui ex se imperat contemptum omnis mali displicentis Deo, & impletionem præceptorum ipsius. Affectus ille, (si sit efficax) excludit omne genus affectûs displicétis Deo, & omne peccatum: unde, quandiù existit, firmat voluntatem in bono, neque ulla est tentatio adeò gravis, quàm non vinceret, neque præceptum, quod non impleret. Impletio ergo totius legis, & repressio continuata cujusque tentationis impostérùm occursuræ redderet hunc affectum effectivè, extrinsecè, & in actu secundo efficacem: quia hæc singula sunt, quę voverat ex illâ suâ energiâ præferendi Deum: in quâ velut in radicé consistit intrinseca, & affectiva efficacia.

248 Nunc autem impottunè quæreretur: an amor Dei super omnia efficax effectivè possit haberi sine Gratiâ? Nam hoc pendet ab eâ quæstione: an sine Gratiâ tota possit impleri lex naturalis; vinci tentationes omnes, & similia: quæ sine Dei Gratiâ, si non possent haberi, consequens est, neque haberi posse affectum eatenus efficacem. Est ergo sola quæstio: an illa energia affectûs haberi sine Gratiâ possit per aliquod instans, in quo vel non occurrat tentatio gravis, vel aliud ingens impedimentum: Licèt ipso affectu evanescente, labamur in eadem, quæ contempsimus per amorem illum Dei præstativum. Quòd adverto contra Molinam ea confundentem, ne discedere videatur à Sancto Thomâ: qui duas inutiliter præfixisset, *de Amore Dei, & Observantiâ totalis legis* quæstiones, *ut fecit*, si apud se in eandem utraque coincideret.

Infrà à num. 322.

Quæstio de Amore Naturali.

Molina. S. Thomas.

249 Pono quartò: Duplex esse tentationum genus: nam aliæ sunt leves; aliæ graves: Levitas autem, & gravitas non sumitur in præsenti ex objecto levi, vel gravi, sed ex levi, vel gravi vexatione: quam tamen certò decidere, non est facile. Aliqui cum Sfortia *lib. 2. Ass. cap. 5. num. 103.* eam dicunt vexationem gravem, quam ut vincas, speciali Dei confortatione indiges. Insulsè tamen: nam hæc est ipsissima quæstio. Alii cum Amico *26. disp. sect. 4. à num. 102.* eam dicunt gravem vexationem, quæ moraliter vinci non possit. Sed isti sunt termini, inter quos adolescimus, & explicamus nunquam. *Infra* discutiam, & modò non placent: nam quid est moraliter vinci non posse tentationem. *Dices*, eam esse tam gravem, ut quivis prudens desperet Victoriam. *Contra*: nam hoc est, eã esse talem, ut improbabilis sit ejus victoria sine Gratiâ: at hæc est ipsa etiam quęstio. *Dices* iterum: eam esse tam gravem, ut absorbeat rationis judicium. *Contra*: nam hæc potiùs est necessitas, quàm tentatio. *Dices* ultimò: non ita absorberi judicium, ut omninò extinguat; at impedire maximè. Contra: nam redis ad id ipsum, quod explicare contendebas.

Principiũ quartum: De Tentatione Gravi, & Levi. Cardinal. Sfortia.

Amicus.

Infrà à num. 307. Modi dicendi non veri.

Suarez.

Curiel. Oviedo. Mens Nostra.

250 Pater Suarez tentationem gravem ex duratione metitur: Instantanea enim, licèt intensa sit, non excedit lineam levis. Placet Curieli, & Oviedo: displicet communiter aliis. Ipse sic Suarez explico. *Triplex* est tentatio; levis, mediocris, & gravis. *Levis* est, quæ est parùm intensa, & citò deficit. *Mediocris*, quæ intensa est, sed instantanea. *Gravis*, quæ diù vexat animum: quæ si diuturna sit, & intensa nimis, erit gravissima. Nota tamen, intensionem talem esse debere, ut advertentiam in oppositum non extinguat: unde si circa rem gravem tanta sit, ut tenuem advertentiam reservet, erit ad peccandum leviter, gravis: ad peccandum lethaliter, nulla.

Principiũ quintum. Ex lib. 10. à nu. 207. & ex S. Thomâ.

251 Pono quintò: tripliciter eludi posse tentationem: quod & *lib. 10. à nu. 207.* jam observavi ex Sancto Thomâ. Primò: cum merito vitæ æternæ: nempè per actum positivum supernaturalem. Secundò: per actum naturalem oppositum, sive honestus sit, sive indifferens; vel per omissionem puram actûs, ad quem urgemur: at hæc mihi est *impossibilis*. Tertiò: per amplexum alterius peccati, sive minus illud sit, sive gravius. De primo, & tertio modo non est hic quæstio. Non de primo: cùm ex dictis *à num. 11.* satis constet nullum fieri posse salutarem actum sine Gratiâ Theologicâ. An hæc debeat ultra communem esse, urgente tentatione, ex dicendis colligere pronum erit. Non de tertio: nam omnis perditio nostra ex nobis est, & non est ex Deo; at incidere in Scyllam aliterius peccari, ut vites charibdin unius, satis pudenda perditio est. Restat ergo quæstio de secundo modo resistendi.

Ex 1. 2.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Punctum Quæstionis. Dubium incidens.

252 Video tamen hærere Recentes alioqui doctos in tertio modo, ex illâ Doctrinâ generali, quòd liceat Voluntati ex se propensæ ad peccatum grave, suadere minus grave, vel leve: unde colligunt subtiliter disputando, posse esse ex Gratiâ resistentiam tentationis urgentis ad grave, etsi peccaminosam, non tamen ut peccaminosam, sed ut evitativam peccati gravioris. Ratio est: quia qui jam parato grave malum facere, consulit minus; non consulit malum, quatenus malum est, sed quatenus avertit à gravi. In hoc autem nulla videtur inhonestas involvi: cur ergo nequeat Deus tentato ad grave, & leve, per Gratiam avertere à gravi, suadendo leve? Multis exornant hunc discursum multi apud Castro Pal. *tom. 1. tract. 6. disp. 6. part. 6.* & apud Granadum *controv. 2. de Attib. Hum. disp. 3.* & apud Ruiz de Montoya *de Voluntate, disp. 44. sect. 5.* Ipse leviter tetigi *supra lib. 7. à num. 395.*

Cast. Palao Granados. Montoya. & supra lib. 7. à num. 395. Resolutionis pars prima:

253 Iuxta quæ, in præsenti judico: Primò: resistentiam tentationis per peccatum levius, posse esse ex Gratiâ externæ protectionis, quia sicut nullius peccari permissio beneficium est; beneficium est permissio minoris, conjuncta cum nolitione permittendi majus. Eximitur enim ex voluntate Dei homo à gravi malo, nec in minus inducitur. *Iudico* secundò: etsi homo homini posset consulere minus malum, Deum non posse. Ratio est: quia Deus disjunctum prohibet, & collectivè, & divisivè: in genere, & in specie: ergo nequit ipsi placere pars disjuncti, quin sibi contradicat; at si consuleret per Gratiam, placeret sibi. Homo tamen, cùm supponat jam moraliter positam, in proposito faciendi unum è duobus malis, rationem malitiæ, si consulat minus, moraliter non influeret in malum, quippe, jam præsuppositum, sed in evitationem gravioris, quæ ex suo conceptu mala non est. Harum autem præscisionum capax est mens humana.

Secunda:

254 Iudico tamen tertiò: nec hominem, nec Deum posse positivè consulere minus malum: Hominem: quia non licet; Deũ; quia repugnat ejus bonitati. Ratio est: quia finis alioqui bonus non potest ho-

Tertia:

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

honestare affectum amplexivum mali: licèt ergo peccati gravioris evitatio bona sit, & intendatur, non potest honestare affectum suasivum, peccati minoris: nam ex illâ determinatione peccatoris, non desinit esse peccatum, minoris electio: Quomodo ergo liceat suasio rei, quam eo modo, quo suadetur, peccatum manet, & Deus prohibet? *Iudico*

Quartus.

quartò: Utrumque, Deum, scilicet & hominem posse suadere, ne fiat majus malum; quòd si indirectè & ex malo proposito peccatoris, fiat exinde minus, non debere tribui suadenti. Ratio est: quia illa suasio nullatenus influit in peccatum. *Iudico*

Quinta.

tandem quintò: resistentiam tentationis per peccatum etiam minus, esse nō posse ex Dei gratiâ internæ inspirationis ad ipsum. Est legitima ex dictis illatio: ex quibus etiam patet ad rationem oppositam *num.* 252.

Principiū sextum, valde notādum pro discernendis Iansenistis, & aliis.

255 Pono denique contra Bajum, & Thomistas, quantumvis tentatio sit gravissima; ex jure creationis deberi Naturæ Rationali sufficientiam physicam resistendi, talem; ut, licèt speciali destituatur auxilio, peccet, si succumbat. Id quod est observandum maximè; ex hujus enim ignoratione principii, video committi graves æquivocationes in hoc puncto. Longè tamen aliter errabat Bajus; quàm Thomistæ decepti sunt. Bajus enim asseruit, hominem tentatum, necessariò deficere, nisi gratiâ juvetur: peccare tamen; quia necessitas non opponitur libertati, sed coactio: unde, licèt homo tentatus abstinere non possit ab actione, ex impotentiâ antecedente resistendi, si gratia desit; quia tamen voluntariè obedit tentationi, peccat. Thomistæ verò asserunt hominem tentatum, nisi gratiâ juvetur, defecturum; at sine peccato: semper tamen assistere Deum; unde & ipsi semper possumus tentationi resistere. Quod si Thomistas interroges, de quâ gratiâ loquantur? Respondebunt *communiter* apud Godoy *tract. 5. disp. 43. §. 3.* se loqui de Gratiâ dante potentiam, scilicet sufficienti, & antecedente. Respondet ipse Godoy §. 4. se loqui de gratiâ dante resistentiam, id est, de prædeterminativâ, & efficaci, & juxta solemnem ejus phrasim, consequente: unde hic Author jam videtur concedere sine gratiâ sufficiente vires ad imputationem in homine succumbente tentationi.

Thomistarum sensus.

Ill. Godoy.

256 Ratio nostræ positionis est. Primò contra Bajum: Tùm quia ejus doctrina damnata jam est à Pio V. Gregorio XIII. & demùm ab Urbano VIII. Innocentio X. & Alexandro VII. contra Iansenium, & novissimè contra Iansenistarum delyria ab Alexandro VIII. Tùm etiam quia inde fieret præcipi impossibilia, quod damnavit etiam post Tridentinum Innocentius. Tùm insuper, quia imputabile, & contingens se habent, ut genus ad speciem: quæ manere non potest, si genus tollas; at necessitas opponitur contingentiæ: ergo & imputabilitati. Videatur Ripalda *tom. 3. præsertim à disp. 12. adusque* 20.

Ratiō contra Iansenistas SS. Pontif.

Augustin. Ripalda.

257 Secundò contra Thomistas. Tùm quia hæc est etiam solutio Bajanorum, ut errores suos tegant, ut habes apud Ripaldam *disp.* 18. *sect.* 5. Tùm quia seclusâ Gratiâ, nulla foret tentatio, sed necessitas. Tùm etiam quia urgente gravi tentatione, non esset favor, assistentia Dei per Gratiam: quippè solùm afferret contingentiam boni, cujus necessitatem præhaberet ex occursu tentationis homo: nam per Gratiam redditur liber, & fortè peccaturus; per absentiam ejus erat necessariò non peccaturus: unde æstimabilius esset homini tentato graviter, carere, quàm potiri Gratiâ. Tùm etiam quia mens Patrum est postulare auxilium in casu tentationis, ne peccemus: ergo quia sine ipsâ fortè peccabimus: ergo quia sine ipsâ peccare possumus. At nemo peccat in eo, quod cavere non potest: *quis enim peccat in eo, quod cavere non potest?* Inquit Augustinus.

Contra Thomistas.

Ripalda.

Augustin.

258 De modo dicendi Godoy, satis locuti sumus, cùm adversus Prædeterminationes physicè ineluctabiles insurreximus *lib. 3.* Modò reprobamus: quia par inde necessitas esset Gratiæ ad resistentiam levis, quàm ad resistentiam gravis tentationis: cùm utraque resistentia sit apud Thomistas inseparabilis ab eo prædeterminationis auxilio. Defendenda ergo sic est Gratiæ necessitas ad resistentiam tentationum, (si defendi debeat) ut præcisim ab ipsâ sit in homine tentato libertas sufficiens ad peccandum, & non peccandum. His positis.

Contra Godoy.

Circa Act. Heroicos

259. Circa actus bonos naturales heroicos ex se, & specialiter circa amorem Dei

Prima Sententia. Schotus. Bonavent. Durandus Cajetanus. Lorca. Molina. Oviedo. Arriaga. Ripalda. Secunda: Montesin. Alvarez. Martinez. P. Esparz Tertia.

Dei naturalem super omnia. Prima sententia tenet tam in Naturâ purâ, quàm lapsâ, posse sine Gratiâ speciali haberi: Nam de Naturâ integrâ neque dubitat: ita Schotus, Bonaventura, Durandus, Cajetanus, Lorca, Molina, & alii apud Authores pro tertiâ referendos, quibus adde Oviedum, Arriagam, Ripaldam, & Recentes Theologos benè doctos. Secunda sententia tenet hos actus haberi sine speciali Gratiâ posse à Naturâ non lapsâ; à lapsâ non posse: ita distinxit Montesinos, Alvarez, Martinez, &, quàtum assequor, Pater Esparza *quæst. 13. de Gratiâ.* Tertia sententia tenet, neque in purâ, neque in lapsâ Naturâ haberi posse sine speciali Gratiâ Dilectionem Dei super omnia: de alio actuum genere distinctè non loquitur: verùm de illis, qui difficultatem suam habent ex proposito, quod imbibunt, continuationis in bono, idem tenet: ita Doctores communiter: Pater Suarez *lib. 1. à cap 31. adusque tricesimum sextum*: Vazquez, Tannerus, Amicus, & latissimè Godoy *disp. 42.* apud quos invenies *pro sententiis singulis* censum Authorum.

Suarez. Vazquez. Tannerus. Amicus. Godoy.

Circa Tentationum Resistentiâ

260 Circa actus bonos naturales ex tentationis occursu difficiles, atque adeò circa tentationum resistentiam: Prima sententia tenet, nullam posse tentationem eludi sine speciali per Christum auxilio: ita Bellarminus *lib. 5. de Gratiâ cap. 7.* Vazquez, cum omnibus, qui necessitatem Gratiæ defendunt ad omne genus boni. Secunda sententia tenet, singulas tentationes, etiam graves, posse cum solo generali concursu, & sine speciali auxilio eludi: ita Ruardus Tapper *art. 7.* contra Lutherum: eamque valde probabilem censet Molina *disp. 19. de Concord.* adducens pro ipsâ Divum Thomam, Cajetanum, Durandum, Gabrielem, Schotum, Sotum, Anselmum, & Hieronymum. Tertia sententia tenet, singulas tentationes leves eludi posse sine auxilio speciali Gratiæ; graves verò non posse: ita Pater Suarez *lib. 1. cap. 24.* & videtur esse communis. Pater Martinez de Ripalda sequitur in hisce filum Doctrinæ suæ de infallibili regè annectendi conatus naturales supernaturalibus: unde cum sententiis præcedentibus ex parte convenit, & ex parte discrepat.

Prima Sententia: Bellarmin. Vazquez.

Secunda:

Ruardus Tapper. Molina, & Alii.

Tertia:

Suarez, & communis

Quarta. Ripaldæ.

Circa Gratiæ Qualitatem:

261 Circa qualitatem Gratiæ ad hoc genus actuum: Sunt, qui Gratiam Theologicam, & supernaturalem requirant; non tamen per se, & ex naturâ rei, sed peraccidens, ex lege Dei, vel ratione status: ita Ripalda ex *discursu toties laudato*: Ruiz de Montoya *disp. 23. de Provid. sect. 5.* Esparza, Curiel, Zumel, & alii: quisque tamen in sensu suo. Sunt, qui Gratiam unicè philosophicam, & ordinis naturalis requirant: ita communiter cæteri cum Suarez *ubi suprà.* Sed neque inter hos Authores est idem defensionis tenor: nam alii Gratiam requirunt antecedentem, & ex parte actûs primi; & hi sunt, qui moralem necessitatem, aut impossibilitatem antecedentem defendunt: alii solùm requirunt Gratiam consequentem, aut comitantem; & hi sunt qui moralem impossibilitatem, & necessitatem solùm putant esse consequentem. Ex illis est potissimùm Doctor Eximius; ex his, Pater Vazquez; uterque cum suis, & ex diverso principio discurrendi. Verique est ratio: quia necessitas Gratiæ metienda est cum impossibilitatis gradu, quem vincit. Quid approbem in ipsis, quid improbem, resolutionis tenor ostendet: nulla enim ex præfatis sententiis placet ex omni parte.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Ripalda. Montoya. Esparza. Curiel. Zumel. Suarez. Vazquez.

SECTIO II.

VERA SENTENTIA CIRCA ACTUS Morales honestos naturales ex se difficiles.

§. I.

EXPOSITIO ILLIUS PER OCTO Conclusiones.

Prima Conclusio.

262 Sit prima Conclusio: Ad singulos actus honestos ex se difficiles, si meritoriè fiant, necessaria est Gratia Theologica. Explico Conclusionem, & probo: Actus hi singuli, quantumvis ex se steriles ad salutem, poni possunt ex imperio salutari: quod est fieri meritoriè; sed ad imperium salutare requiritur etiam metaphysicè Gratia Theologica: ergo & ad actus hos singulos, dum meritoriè fiunt.

Secunda Conclusio.

263 Sit secunda Conclusio: Asserta necessitas Gratiæ Theologicæ ad hos actus, non est de perse, sed de peracci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

dens, imò nec peraccidens requiri potest ex alio capite Gratia Theologica ad actus hujusmodi, ut principium in ipsos influens. Prima pars ostenditur: nam his actibus de peraccidens advenit imperium salutare, & supernum: cùm ex exiguitate suæ conditionis, minori conatu principii coeperit sint: ergo & advenit de peraccidens Gratiæ tantæ necessitas. Secunda pars contra Godoy, Conet, & Authores, quos laudavi *num.* 261. probatur ex principio capitis. *Primum* est: ad hoc genus actuum, saltem Gratiam Philosophicam, id est ordinis entitativè naturalis, indebitam tamen ex creationis jure, sufficere de perse. *Alterum* est, nunquam dispensari à Deo ordinis supernaturalis auxilia, nisi ex fine salutis: unde ne finem intendat ex illâ Gratiâ, quam dispensat, alioquì impossibilem, semper adjungere vires operandi proportionatas auxilio. Ex quibus principiis, mihi priusquam probabilibus,

Godoy. Conet.

Prima Ratio:

264 Argumentor sic primò. Quod Deus præstare potest intra ordinem naturalem, & sine dispendio suæ specialissimæ beneficentiæ, credendus est hoc modo operari velle, non alio; sed prævenire potest sufficientissimè ad hoc genus actuum per vires entitativè naturales; & supernaturales infundere est facere dispendium suæ specialissimæ beneficentiæ: ergo. Minor patet, quoad primam partem: & quoad secundam ostenditur: nam illa Gratia Theologica non reduceretur ad actum suæ lineæ: nec operaretur ex Gratiâ: eâque utens infra dignitatem ejus ordinis non satisfaceret debito gratitudinis, faceretque dispendium tanti beneficii: ergo & Deus suæ beneficentiæ, si nihil aliud intenderet ex tanto dono.

Secunda:

265 Argumentor secundò: Implicat in hac lege Voluntatem prævenirì per Gratiam Theologicam, nec adjungi vires ad operandum salutariter ex Gratiâ, alioquì Deus non infunderet Gratiam Theologicam ex fine salutis, vel ex illâ Gratiâ finem intenderet impossibilem: ergo implicat voluntatem prævenirì per Gratiam Theologicam, nec posse supernaturaliter operari. Nunc sic: Implicat quòd voluntas operari possit, & velit ex Gratiâ, & quòd non operetur juxta naturam ipsius: ergo & quòd non operetur supernaturaliter. Sed Voluntas præventa per Gratiam supernaturaliter, & ab ed directa operari vult, & potest ex Gratiâ: ergo & supernaturaliter: applicat enim vires, quas habet ad operandum, & quidem dum non discernit inter operationes sibi proximè possibiles, ex ipso ductu causarum inclinat in perfectiorem. Voluntatem autem supernaturaliter operantem, naturaliter operari non posse citra idem objectum *probavi* jam contra Ripaldam: ergo Voluntas præventa per Gratiam Theologicam, & ab ipsa directa non operatur naturaliter: ergo neque peraccidens requiritur Gratia Theologica ad actus naturales, quantumvis difficiles: cum eorum in hoc casu defensio laboret suppositione falsi principii: quòd nempè tales actus sint in ea Gratiæ suppositione possibiles.

Ripalda. Suprà, à num. 149.

266 Sit tertia Conclusio: Gratia, quæ necessaria sit ad hos actus, ut principium influens (si qua necessaria sit) debet esse eo tenuodò philosophica, & entitativè naturalis: neque debet ex lege Dei, *pro omni statu casu*, annecti Fidei, vel Gratiæ sanctificanti, ut principiis, non quidem influentibus, sed significantibus subjectum, cui confertur. Prima pars est illatio legitima ex assertione præcedenti. Sit suadetur ulterius primò: quia omnes hi actus, quantumvis eximii, non excedunt lineam naturalem: ergo neque eorum principia debent naturalem lineam excedere. Secundò contra Thomistas aliquos advertantes, ad hominem efficacissimè: Gratia Prædeterminans tam in lineâ naturali, quàm in supernaturali est æquè inseparabilis ab effectu: ergo positâ Gratiâ prædeterminante entitativè naturali ad hos actus, necesse est fiant: ergo sola debet admitti ad hoc genus actuum Gratia Prædeterminans Philosophica. Probatur hæc ultima consequentia: nam tota ratio per vos, cur Theologica requiratur non est ex entitate actuum, quos sine ipsâ possibiles agnoscitis in purâ Naturâ; sed ex statu Naturæ corruptæ, imbecillis inde, & ad bonum eximium debilis; sed tam in statu Naturæ corruptæ, quàm puræ, est vis æqualis Prædeterminationi naturali: ergo sanatur omninò contracta debilitas, quin recurratur ad lineam Gratiæ supernaturalis: ergo.

Tertia Conclusio.

Ejus prima pars.

Se-

Secunda pars.

267 Secundam posui cum Suarez *lib.* 1. *cap.* 35. *a num.* 11. contra Thomistas Modernos; & probo: Primò: quia annecti Gratiam philosophicam ad hos actus Fidei, vel Gratiæ ex lege Dei est supponere legem, ex quâ fiat: *Primò*: Decrevisse Deum tales Gratias non infundere, nisi Donatarii sint per Fidem dispositi, vel per Gratiam: *Secundò*: nullos ex his actibus fieri posse à Gentilibus, vel à peccatoribus; sed talis legis suppositio vana est, nec est, unde colligi possit. *Hoc* resistit communi Fidelium existimationi, quòd Deus provideat Ethnicis, & Peccatoribus opportuna subsidia, ut saltem faciam, quantum in se sit in lineâ naturali: quod præstant per hos actus Eximios aliquantò. *Deinde* resistit hitoriis, apud quas legimus Ethnicos talia opera præstitisse: Dicere verò ea vitiasse semper ex pravo fine, temeraria divinatio est.

Godoy.

268 Probo secundò contra Godoy asserentem specialiter ad amorem Dei super omnia, requiri statum Gratiæ post lapsum, non quidem ut Gratia influat, sed ut subjectum expediat: probo *inquâ*: Tùm quia amor naturalis super omnia non est incompossibilis cum peccato habituali, secùs ac ipse putat: alioquì ipsum tolleret. Tùm etiam quia fit inde Ethnicis, & Peccatoribus impossibile esse genus studiamoris; atque adeò & præceptum amandi Deum super omnia per naturales vires, simul ac venit usus rationis, ut solemnissimum est in Scholâ Thomistarum.

Exceptio: Suarez.

269 Dixi, *pro omni statu casu*: nam ipse credebam, (quod nec abnuit Eximius Doctor,) beneficia hæc extraordinaria solùm dari regulariter Fidelibus ex lege Dei patienti aliquam exceptionem, ut dixi. Ratio congruit. Quia hæc beneficia sunt ex bonis, quæ per peccatum amisimus, & redonantur nobis ex Gratiâ Christi; atque adeò regulariter iis solùm, qui juncti sunt ipsi per Fidem; & copiosiùs iis, qui conjuncti sunt ipsi per gratiâ. Vnde mihi viderur evidens, non omnia, quæ leguntur, heroica, & honestæ apparentiæ de Ethnicis, honesta revera fuisse: saltem enim plerumque respectus ad privatum commodum relucens ipsis in fatuæ; & inanis gloriæ fumo. Imò existimo, quotiès honestè se gesserint, habuisse à Deo Gratiam illam Philosophicam in favorem, vel honorem Fidei; atque adeò in commune bonum Ecclesiæ; ut nempè ejus veri Fidelii confortarentur, Ethnicorum exemplis ad æmulanda charismata meliora. Sed hæc incerta esse video, licèt non improbabilia. Discutiamus modò hujus Gratiæ necessitatem, cujus ex suppositione loquebamur.

Mens Nostra.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

270 Sit quarta Conclusio. Tam in Naturâ lapsâ, quàm Purâ, possunt haberi sine speciali gratiâ Actus honesti morales ex se difficiles ex contemptu, quem imbibunt, proprii boni; in neutrâ verò sine speciali gratiâ possunt haberi difficiles ex proposito, quod imbibunt, diuturnæ continuationis in bono, si sit perfectum, absolutum, & efficax. Secundam partem probabo *a num.* 274. Probo nunc primam: Quoties in simili vincitur à Naturâ tota difficultas unius actus, vinci potest in se; sed tota difficultas actuum ex contemptu privati commodi difficilium, in simili vincitur à lapsâ naturâ sine speciali gratiâ: ergo & sine speciali gratiâ vinci potest in se. Cætera patent, & ostenditur minor: nam tota difficultas ex contemptu privati commodi potest à Naturâ lapsâ vinci ex pravo fine: ex quo leguntur puncta contemptûs divitiæ, honores, & vitam ipsam: Tunc autem vincitur Difficultas sine Gratiâ.

Quarta Conclusio.

271 Dices, non vinci in simili: nam est magna disparitas ex honesto motivo. Contra: Per te tota difficultas ex præscisso contemptu boni proprii vincitur sine gratiâ; sed difficultas ex honestate superveniens non eget gratiâ speciali: alioquì nihil posset boni fieri sine ipsâ: ergo tota difficultas actuum ex eo simul tu privati boni difficiliùs vinci potest à Naturâ lapsâ sine gratiâ speciali; ergo & à fortiori potest à Purâ Natura. *Dico*: *Primum*: melius exinde fieri efficientiam horum actuum omnino naturalem in Naturâ integrâ. *Secundum*: non ideò omnem horum actuum eliciendorum in Naturâ tam puræ, quàm lapsâ fore sine Gratiâ speciali sufficientem consequentiam: quia regulariter cogitatio ad hos congrua est ultra jura creationis, & recursum rerum.

272 Sit quinta Conclusio: Actus amoris Dei, sive concupiscentiæ, sive ami-

Quinta Conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

amicitiæ, sive inefficacis & imperfecti super omnia, potest sine speciali gratiâ à Naturâ tam lapsâ, quàm purâ elici. Probatur facilè: Tùm quia tale genus amorum est Naturæ Rationali facillimum, & valde consentaneum: non minus ac est Filio, amare Parentes; Vassallo, Regem; Servo, Dominum. Tùm etiam quia omnia principia proxima ad hos amores sunt Naturæ Rationali debitâ ex jure Creationis: ergo sunt ipsi connaturales effectus: ergo elici sine speciali gratiâ possunt.

Sexta Conclusio de Amore Naturali erga Deũ.

273 Sit sexta Conclusio: Neque in Naturâ purâ, neque in lapsâ potest sine speciali gratiâ haberi Naturalis Dei amor perfectus, & efficax super omnia: bene tamen in Integrâ. Verùm cum ipsa integritas sit specialissima Gratia, sine specie novitatis asseri potest, nusquam tale genus amoris esse possibile sine Gratiâ speciali. Vtraque pars est communis, & Doctorum Angelici, & Eximii. Secunda verò probatu facilior: nam in statu integritatis, ex nullo capite videtur esse tale genus amandi difficile; cùm nulla subrepat mentis perturbatio, nulla carnis rebellio: & status tranquillitati congrua sint comprincipia talis affectûs.

S. Thomas. P. Suarez

Prima Ratio.

274 Prima pars est mihi veritatis apertæ: sed abstrusæ probationis. Suadetur tamen primò: quia difficultas amoris naturalis perfecti super omnia, nusquam vincitur in simili sine speciali gratiâ à Naturâ, nec potest: ergo neque vinci poterit in seipso. Antecedens erit evidens expendenti. Consequentia tenet à congruo: Tùm quia ea operatio, cujus nusquam in simili vel difficultas vinci à Naturâ potest, vel perfectio poni, censeri solet ipsi Naturæ vel summè difficilis, vel impossibilis. Tùm etiam quia eòipso convincitur ejus operationis vel difficultas, vel perfectio major omni cumulo difficultatum, aut perfectionum, quas novimus à Naturâ vinci, vel poni: ergo & excedens vires ipsius Naturæ, nisi speciali ter adjuvetur.

Altera Ratio.

275 Suadetur secundò, ex excellentiâ ipsius affectûs, quàm sic pondero: Naturalis perfectus Dei amor super omnia ita firmat amantis animum, ut in suâ virtute contineat formalem victoriam omnium, & singularum tentationum, & formalem adimpletionem omnis legis naturalis: alioqui non præferret omnibus, & singulis Deum: atqui formalis victoria omnium tentationum, & omnium præceptorum formalis impletio nequit haberi sine speciali gratiâ per vos: ergo neque virtualis omnium tentationum Victoria, & similis præceptorum impletio: ergo neque talis affectus.

Illustratur primò: S. Thomas. P. Suarez

276 Vrgetur hæc ratio (quia eam in hoc puncto video fuisse Doctorum Angelici, & Eximii,) præoccupando Instantias Modernorum, primò: Talis est energia nobilissimi hujus affectûs, ut in præsenti firmet animum in futurum: ita ut ex ipso præsuppositio prudenter sperari debeat victoria cujusvis tentationis in posterum occursuræ; sed repugnat quòd à Naturâ poni possit sine speciali gratiâ quidquam, ex quo debeat prudenter sperari victoria cujusliubet tentationis: nam compsa contra vos non esset in Naturâ moralis impossibilitas talis resistentiæ: ergo. Major autem patet: Tùm quia si semel videas hominem ita paratum, ut efficacissimè vinceret obviam difficultatẽ: unde posses desperare victoriam? Tùm etiam quia conatus ita eximius necessariò generat habitum facilitantem ad similes, & ad ea, quæ continent: quippe æquivalens exercitium singulorum: ergo debet prudenter sperari eorum opportuna positio.

Secundò:

277 Vrgetur secundò: Nam quod est practicè impossibile, perinde est in ordine ad mores, ac si esset impossibile metaphysicè: & æquè retardat affectum una, ac altera impossibilitas; sed circa objectum metaphysicè impossibile, quod scias, nequit concipi perfectus, & absolutus affectus desiderii: ergo neque circa objectum impossibile practicè. Atqui, nisi imprudenter (atque adeò cum summa formidine insufficiente movere efficaciter voluntatem,) non potest concipi sine Gratiâ practicè possibile objectum, quod Naturalis perfectus Dei amor & vovet & amplectitur: ergo neque sine Gratiâ potest talis affectus haberi.

Tertiò:

278 Vrgetur tertiò: Cui est impossibilis electio medii est etiam impossibilis efficax finis intentio; sed observantia totius legis naturalis, & victoria tentationum est electio medii ad finem amoris Naturalis super omnia; eaque est impossibilis sine Gratiâ: ergo & amor ipse naturalis super omnia. Cætera patent, & ostenditur major: Tùm quia quando electio est physicè impossibilis, est physicè impossibilis finis intentio. Tùm etiam quia efficax intentio determinat ad electionem: ergo habet annexam sufficientiam ad positionem medii: ergo. Vrgetur quartò: cui est impossibilis executio rei, est impossibile medium cum eâ executione connexum; sed nobis est impossibilis sine Gratiâ totius legis observantia: ergo & medium ad ipsam sufficiens, & cum eâ connexum. Talis est amor Dei super omnia: ergo. Ex his probata manet secunda pars *quartæ* Cõclusionis, &

Quartò.

Tertia Ratio. Contra PP. Arriaga, & alios.

279 Suadetur tertiò: declarãdo qualitatem Gratiæ Philosophicæ ad hoc genus actuum requisitæ, & præoccupando sic alias Arriagæ, & Recentium objectiones: Nam Gratia ad hos affectus necessaria dicit ex parte intellectûs vividam, & notabilem illustrationem de Bonitate Dei superexcedẽtis cumulum omnis boni, & ex parte voluntatis securitatem auxilii ad ea, quæ vovet in futurum, non obstante debilitate, & indignitate subjecti. Assumptum mihi patet ex ipsis terminis rectè expensis: nam cùm affectus hujusmodi, si perfecti sint, & absoluti, præferant Deum omni non-Deo, firmentque diligentis animum in bono contra quosvis difficultatum incursus, invincibiles sine speciali auxilio, quomodo fieri possunt sine maximâ illustratione, & spe futuræ victoriæ, atque adeò auxilii necessarii? Sed hujusmodi securitas, & illustratio Gratiæ est extra jura creationis immergentis Naturam *in vasa terrea, & lutea, quæ sibi invicem faciunt angustias*: ergo & affectus hujusmodi sunt ex speciali Gratiâ extra jura creationis: ergo tam in purâ, quàm in lapsâ Naturâ poni nequit sine speciali Gratiâ Naturalis Dei amor super omnia.

Nota:

280 Illud noto discrimen inter Naturam lapsam, & Puram, quòd in Purâ, cùm non obstet indignitas positiva, minor est Gratia, quàm in lapsâ; atque adeò est extrinsecè facilior hic affectus. imò, & congruus: nam hæ Gratiæ Naturales, cùm sint ex earum numero, quas reservat exemptas à determinato jure Author Naturæ ad ipsi favẽdum; & quas

amisit Natura per lapsum, ut ponderabam *lib.* 10. *à num.* 55. congruum est, quòd per illas potiùs faveat innocenti Naturæ, quàm noceat per earum privationem. Nunc eundum est obviam argumentis, quorum plura jam intercepit diluam cætera. Videri poterunt insuper expendentes optimè singula Curiel 1. 2. *in quæst.* 109. *art.* 3. *dub.* 1. 2. & 3. Amicus 1. 2. *disp.* 26. *sect.* 5. Godoy *tom.* 1. *in* 1. 2. *disp.* 42. & Suarez *lib.* 1. *de Gratiâ cap. suprà cit.*

In Primæ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Ex lib. 10. *à num.* 55. *Curiel. Amicus. Godoy. Suarez.*

§. II.

DOCTRINÆ PRÆIACTÆ DEFENSIO ab objectionibus.

Objectio prima:

281 OBjicies primò contra *secundam, & tertiam* Conclusionem, intendens eas voces extraordinarias alligari Fidei, vel Gratiæ justificanti. Tùm quia opera, quorum executio tali gratiarum genere indigent, solùm de Fidelibus leguntur, aut justis. Tùm etiam, quia id gratiarum genus per lapsum amissimus, & habemus ex Christo: ergo solùm habemus, ut in Christo sumus aut per Fidem, aut per Gratiam: neque enim caput influit nisi in sui corporis membra, neque vitis in palmites non suos. Respondeo negando assumptum *primi* medii ex *num.* 266. *& seqq.* Ad *alterum*, Nego consequentiam: ea enim gratiarum series non est simpliciter Gratia Christiana, ut *sæpè* monui. Imò & Gratiam Theologicam, & simpliciter Christianam infundi non semel Ethnicis, volunt plures, non *quia sunt*, sed *ut sint* membra Christi per Fidem, & Gratiam.

Lib. 10.

Objectio secunda:

282 Objicies secundò contra *easdem*, intendens in Naturâ elevatâ requiri ad hos affectus Gratiam simpliciter Theologicam, vel saltem ad dilectionem Naturalem super omnia. Tùm quia in Naturâ elevatâ nequit Deus amari ut Author Naturæ, quin ametur ut Author Gratiæ; sicut nequit odio haberi ut Author Naturæ, quin etiam odio habeatur ut Author Gratiæ: qui enim recedit à fundamento, recedit à re fundatâ; sed sine Gratiâ Theologicâ nequit amari Deus ut Author Gratiæ: ergo. Tùm etiam quia efficax amor Naturalis Dei super omnia imbibit in statu elevationis effi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

efficax propositum observandi totam legem supernaturalem; sed hæc observari non potest sine Gratiâ Theologicâ: ergo vel nullæ sunt probationes adhibitæ *n.* 274. vel nequit sine Gratiâ Theologicâ concipi naturalis Dei amor super omnia. Major ostenditur primò: quia talis amor imbibit propositum Deo placendi in omnibus, ad quæ homo tenetur. Secundò: quia naturale dictamen, cui adæquari debet hic affectus, æquè dicit, elevatione suppositâ, legis supernaturalis observantiam, cùm distet parendum superiori legitimè præcipienti. Tùm denique à Sancto Thomâ requiritur *Gratia sanans*: quæ *Theologica* est.

S. Thomas.

Solvitur.

283 Respondeo: Ad *primum* medium objicientis: qui non discernunt Actus naturales, & supernaturales ex motivo (quod est satis probabile,) extra ictum eos esse. Deinde nego majorem: neque paritas odii premit: ex eo enim dicitur haberi odio Deus ut Author Gratiæ per odium ut Authoris Naturæ: quia cum isto incompossibilis est supernaturalis amicitia cum Deo, at amor Naturalis non est incompossibilis cum impossibilitate impediêdi suam Naturalem legem; cùm ab eâ elevatione separari possit. Ad *secundum* medium, nego majorem: amor enim Naturalis unicè se extendit, *per se*, *& directè* ad ea, quæ potest inducere, & ad ea, quæ lex, & dictamen Naturæ præcipit; qualia supernaturalia non sunt. Quòd si ea etiam voveat *indirectè*, imperfectè facit, cùm ad ipsa movere non possit. Ad *tertium* medium occurrit optimè Pater Suarez *to. 2 cap.* 35. impugnans modos assignatos hucusque pro necessitate Gratiæ simpliciter Theologicæ: additque *num.* 19. non requiri à Divo Thomâ simpliciter *Gratiam sanantem*, sed *auxilium sanantis Gratiæ*, quod minus est. Certè sanitas, quam requirit Angelicus Doctor, non est expulsiva peccati, sed firmativa virium ex carnis rebellione debilium. Id autem per dona Naturalia præstare potest Naturæ Conditor.

Suarez.

S. Thomas.

Objectio tertia.

284 Objicies tertiò contra *quartam* Conclusionem, intendens nullum ex contemptu privati boni difficilem præstari sine Gratiâ posse. Tùm quia siquos

Augustin.

hujus generis actus fatetur Augustinus in Ethnicis, etiam Deo tribuit, solitus addere, ea non esse eorum hominum opera, sed doni Divini. Tùm quia natura sibi relicta sequitur privatum bonum. Tùm etiam quia appetitus naturalis elicitus sequitur mensuram inclinationis, & appetitûs innati; sed iste nihil potest exigere contra, vel supra se: ergo neque appetitus naturalis elicitus. Tùm demùm quia ea opera difficilia, quæ præstita legûntur ab aliquibus Gratiâ carentibus, præstita etiam sunt ratione commodi proprii relucentis in spe famæ, & honoris.

Solvitur. Mens Augustinus.

285 Respondeo. Ad *primum* medium objicientis, bene quidem ab Augustino tribui Deo ea opera, quia speciali iter ad ipsa concurrit contrapositè ad opera mala: quæ utraque volebat vel æquè à Deo esse, vel æquè non esse, Pelagius. Quòd si addit Divini esse muneris, nec eorum hominum opera, facit in eundem sensum, ideò, quòd opera eorum hominum, nempe infidelium, ut talium, mala sunt, utpote in vanos Deos pessimè referentium. Ad *alterum* medium, verum est axioma communiter, sed exceptiones patitur, ut quod maximè. Ad *tertium* Appetitus innatus, est metaphoricus: unde non valet ex ipso paritas ad elicitum. Deinde distinguatur major, sequitur mẽsuram innati, ubi non obstat ratio, concedo: ubi hæc obstat, nego: huic enim adæquare se debet, (ut liceat,) appetitus elicitus Rationalis: nam de materiali non loquor. Ad *ultimum*, fateor, evenisse sic apud Ethnicos regulariter, sed non semper.

Objectio quarta:

286 Objicies quartò contra *eandem*, intendens etiam actus ex proposito continuationis in bono difficiles præstari sine gratiâ posse. Tùm quia plerumque vovent homines efficaciter ex pravo fine continuationem actionum alioqui difficilium. Tùm etiam quia non posset exinde concipi per ordinaria auxilia propositum efficax evitandi omnia venialia. Tùm demum quia futurus lapsus impedire nó potest propositum evitandi præsens. Respondeo ad *primum* medium objicientis, eos actus ex imprudentiâ nasci, atque adeò non esse efficacis, & absoluti propositi. Deinde proniores ad malum sumus ex majori numero causarum moventium ad delectabilia, quàm ad honesta: ad honesta vocat unicè Ratio; avocant

Solvitur.

sensus, Appetitus, & exinde consurgens in intellectu vividior allicientia. Ad *secundum*: respondendum est ex

Suarez.

Suarez *cap.* 34. *num.* 21. per ordinaria auxilia Divinæ Gratiæ posse quidem cõcipi efficax, & aliquomodò absolutum venialia vitandi propositum, quatenus nempè vult homo facere diligentiam, quam potuerit in futurum; efficax tamen, & omninò perfectum, absolutumque non posse. Ad *tertium*, distinguatur assumptum: non potest impedire formaliter, concedo: objectivè, nego: quia ex impossibilitate executionis, quæ dici potest effectiva, refunditur in potentiam impossibilitas objectiva respectu propositi omninò perfecti, & absoluti.

Objectio quinta:

287 Objicies quintò cõtra *quintam*, *& sextam* Conclusionem, intendens neque in Naturâ integrâ posse haberi sine speciali Gratiâ Naturalem amorem Dei super omnia. Nam neque in eo statu poterat haberi perseverantia in bono sine speciali Gratiâ ab integritatis dono distinctâ: ergo neque voveri posset per naturalem dilectionem sine speciali Gratiâ.

Ex Arausican. & Augustin.

Antecedens ostenditur ex Arausicano, & Augustino. Arausicanum ita loquitur *can.* 19. *Natura humana, etiamsi in illâ integritate, in quâ est cõdita, permaneret, nullo modo seipsam (creatore suo nõ adjuvante) servaret.* Augustin *lib.* 22. *de Civit. cap.* 30. inquit hominem in eo statu potuisse non peccare; verùm hoc quoque Dei munere, non possibilitate suæ Naturæ. Veget multa ingeniosè in hunc sensum Pater Oviedo *tract.* 7. *controv.* 4. *part.* 6. Respondeo negando antecedens: vel enim donum integritatis erat ad id sufficiens; vel connaturalis erat ipsi sufficientia, quo fit satis Oviedo nimis confidenter in oppositum disputanti. Augustinum interpretare de ipso integritatis dono, quod verè Dei munus appellat. Arausicanum verò de salutari permanentiâ, ut expendit ingeniosissimè Pater Molina *disp.* 4 *Concord.* & ex ipso Curiel *dub.* 1. §. 3. *in fine.* Vide Suarez *cap.* 25. *lib.* 1. *de Gratiâ.*

Et ex Oviedo. Solvitur.

Arausc. & Augustin. Mens. Molina. Curiel. Suarez.

Objectio sexta.

288 Objicies sextò contra *sextam* Conclusionem, intendens æquè lapsæ Naturæ, ac Puræ possibilem esse sine speciali Gratiâ dilectionem Naturalem. Tùm quia cadit in præceptum utriusque. Tùm quia connaturalis est utrique cognitio Dei, quâ summum bonum est. Tùm etiam, quia Natura sine Gratiâ potest alia amare supra se: ergo & Deum: ergo & poterit Deum amare super omnia sine Gratiâ. Tùm insuper, quia sine Gratiâ speciali potest Deum amare Natura: vel ergo amat æque, ac non Deum: vel non? Si primum: diliget inhonestè. Si secundum: diligit super omnia. Tùm demum, quia potest sive verè, sive per errorem concipere naturaliter, sibi possibilẽ sine Gratiâ observantiam, quam vovet: potest non cogitare de difficultatibus occursuris; potest sperare Divinum Auxilium in futurum: cur in his casibus non possit sine Gratiâ concipi per aliquod instans Naturalis dilectio super omnia. Adde Sanctum Thomam probasse possibilitatem talis amoris, quia connaturalis est homini.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

S. Thomas

289 Respondeo ad *primum* medium objicientis: ex præcepto solùm fieri Deum utrique Naturæ subventurum per auxilia necessaria. Deinde tali præcepto Natura utraque satisfaciet per amorem Dei sibi possibilem. Ad *secundum*, inde solùm etiam fieri possibilem esse Naturalem dilectionem, imperfectæ tamen extensionis in prælatione; ex quâ omninò absolutâ, & perfectâ deduximus specialis Gratiæ necessitatem. Ad *tertium*; triplicitèr stat amari super omnia Deũ. Primò, objectivè, ut velis majus bonum Deo, quàm aliis omnibus. Secundò, formaliter ex vi actûs; ut nihil per talem actum diligas, quod Deo præponas, sed ipsum, imò præponas reliquis omnibus. Tertiò, appretiativè, & formaliter absolutè; ut non utcumque præponas Deum omnibus, sed paratus ex actûs energiâ sis propter ipsum cuncta respuere cum efficaci proposito in futurum. Hunc amãdi nobilissimum modum excludi ex potestate Naturę tam lapsæ, quàm puræ, nisi juventur specialiter ab ipso Deo. Primum & secundum admisi. Ex quo patet ad *quartum*. Ad *quintum*, patet ex ipsâ suppositione semper fallibili, plerumque temerariæ præsumptionis, saltem inconsiderantiæ, evadere non posse propositum perfectè, absolutè, & efficaciter prælativum, quantum satis sit ad nobilissimam speciem amoris, de quo loquimur. Demum Angelicus Doctor, cùm dixit Naturæ connaturalem esse Dilectionem Dei

S. Thomas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

super omniâ, de Naturâ integrâ loquebatur: cui ex subjectione carnis ad spiritum bene deducitur talis Dilectio non difficilis. Fortè dixit connaturalem, quia possibilem sine recursu ad ordinem charitatis infusæ.

§. III.

CONFIRMATIO PRÆCEDENTIVM: VBI iterum: an Dilectio Dei super omnia sit ex hoc conceptu Supernaturalis?

Ratio superiora firmandi.

290 NAm si ita sit; ea, quæ de Possibilitate Dilectionis Naturalis Dei præsupposuimus *num.* 246. & quæ insuper de qualitate Gratiæ ad talis speciei elicientiam diximus *à num.* 266. essent falsa, maximè juxta nos, indispensabiliter requirentes Theologicam Gratiam, tàm ex parte virtutis, quàm ex parte Cognitionis ad affectus supernos. Esse verò Dilectionem Dei super omnia, supernaturalem ex hoc gradu affectûs; atque adeò repugnare Naturalem Dei dilectionem super omnia,

T. Thomas Muniessa.

novissimè (ut post hæc scripta video) docet Pater Thomas Munièssa *tom.* 3. qui est *de Gratiâ*, disputando de ejus necessitate, nixus hoc argumento: cujus latè diffusi, robur, totum est paritas à Visione, vel Intuitione Dei.

Arguit:

291 Arguit sic: Intuitio Dei est entitativè superna, ex conceptu suo: ergo & dilectio Dei super omnia. Antecedens certum est, probatur consequentia. Sicut intuitio Dei in genere intelligendi est species optima, & nobilissima, magisque Deo conjungens Animam: ita in genere Amandi, Dilectio Dei super omnia est species optima, & nobilissima, magisque Deo conjungens Animam: sed species optima in genere intelligendi est ex conceptu suo supernaturalis: ergo & in genere amandi species optima: ergo & dilectio Dei super omnia. Confirmatur: ex illâ vi conjungendi Deo Videntem, est intuitio supernaturalis: sed dilectio Dei super omnia, ex se, nec minùs, nec minùs intimè conjungit Amantem Deo: ergo sicut illa ex suo gradu essendi est necessariò supernaturalis, ita similiter ista.

Pro Vazquez.

292 Hæc est tota hujus Magistri ratio pro suscitâdâ opinatione Patris Vazquez: reverâ, (& pro sententiâ vix excedente confinia Bajanæ Doctrinæ, ut multi censent, eo saltem titulo negligêdâ,) debilis, & insufficiens. Non curo solutiones, quas Author sibi hinc, & inde collectas objectat, & benè impugnat. Offero *triplicem: unam* satis solidam, ex Patre Quiros: & ex me, *alias duas*.

Responsio Prima:

293 Respondetur igitur primò, concesso antecedente, negando consequentiam. Ad probationem, permissâ majori, & concessâ minori, nego consequentiam: & disparitas pro argumento, &

P. Quirós.

confirmatione, prima sit ex Patre Quiros *tom.* 1. *in* 1. *part. disp.* 27. *sect.* 4. *num.* 19. quia intuitio immediatè commensuratur objecto secundùm esse ejus reale: Dilectio verò solùm sequitur cognitionem, quâ proponitur objectum, quin objectum, secundùm esse reale in ipsum influat, sed penès esse intentionale: unde intuitio pro majori objecti excellentiâ, excellentior erit: Dilectio verò solum erit excellentior, pro majori excellentiâ cognitionis. Cùm autem, Naturali Cognitione proponi possit Dei Bonitas, ut cæteris præstabilis, & amabilis super omnia: inde est, quòd Dilectio necessariò manere possit in lineâ naturali, quantumvis intuitio ex se supernaturalis esse debeat. Secunda sit ex his, quæ tradidi *lib. de sum. Bon. in* 1. 2. Quia intuitio Dei est Possessio Domini: Dilectio autem etiam super omnia est obsequium: servo autem naturale esse debet Obsequi; non verò, possidere Dominum suum.

In 1. 2. *Lib.* 1.

Responsio Secunda:

294 Respondetur secundò ex *inibi* discussis circa specificam differentiam Amoris Viatorii, & Beatifici. Concedo antecedens, & nego consequentiam. Ad probationem nego majorem. Species enim optima amâdi, est Dilectio fruens, & omninò plena, nullam immixtionem desiderii patiens, & habita ex specie optimâ intelligendi, nempe ex ipsâ objecti intuitione. Hæc autem Dilectio, ex suo gradu essendi, supernaturalis est: non tamen est præcisè Dilectio Dei super omnia; sed Dilectio Beatifica, specie diversa à Dilectione Viatoriâ, quantumvis super omnia sit. Ad confirmationem, concessâ majori, negatur minor: conjûctio enim, quæ patitur desiderium rei, ejusque nititur in ænigmaticâ cognitione,

ne, non est in specie conjunctionis affectivæ, magis intima, & maxima.

Mens Authoris.

295 Tenendum igitur est, Gratiam, quam prio Elicientiâ Amoris etiam super omnia præstituimus, esse non debere supernam, nec amorem Dei etiam super omnia, esse supernaturalem ex se. Id quod firmatur ulteriùs. & primò adversus Magistrum præcitatum ex insufficientiâ novi motivi ad dissentiendum sententiæ planè communi, & omnium, absolutè; nam & oppositam ipse Vazquez absolutè non tenuit: ut opportunè notavit Arriaga *tom.* 5. *tract. de Fide disp.* 14. *sect.* 6. *num.* 53. Secundò ex consensu, quem iste oppositus opinandi modus imbibit, cum Bajo, & cum Iansenio, quorum adversus veram Theologiam, & cum istius exprobratione, indubitatus est iste sensus de impossibilitate Amoris Naturalis Dei super omnia, expressus *Prop.* 34. & 36. Quî ergo decet Theologum, Baji, & Iansenii sensus, estò ex alio motivo communiter neglecto, suscitare? Evasiones autem Patris Vazquez, & hujus Magistri interceptæ jam sunt

Vazquez.

Arriaga.

Vide sup. à nu. 140. *& à num.* 216. *& 222.*

supra à num. 140. *& à num.* 216. *& à num.* 222.

296 Firmatur tertiò ex illis textibus *supra* insinuatis, cùm de Bono, & Honesto naturali, maximè ex Apostolo *ad Romanos cap.* 1. & 2. Quos textus, quia sibi tantus Magister objicit, juvat expêdere per unam, aut alteram observationem maximè necessariam. Imprimis Apostolus, *cap.* 1. Philosophos Ethnicos fatetur *inexcusabiles*. Et observanda sunt, *Ratio inexcusabilitatis*, & *Crimen*, à quo censet inexcusabiles. *Ratio* est Cognitio naturalis evidens Dei ex creaturis. *Crimen*, non glorificasse ut Deum, sed prætulisse Deo, non-Deum. Sic inde arguitur: Crimen, à quo erant Gentes inexcusabiles juxta Apostolum, fuit, prætulisse Deo naturaliter cognito ut Deo, nõ Deum: ergo Gentes ex cognitione naturaliter habitâ Dei ut Dei, erant in libertate ad affectum Dei, ita glorificativum ipsius ut Dei, ut ex ipso resisterent postpositioni Dei ad non-Deum. Sed affectus ita Dei glorificativus ut Dei, ut possit resistere postpositioni Dei ad non-Deum, est affectus Dei prælativus ad omne quod non est Deus: atque adeò amor Dei super omnia: ergo Gentes erant ex

Rom. 1. *&* 2.

cognitione naturaliter habitâ Dei, ut Dei, in libertate ad amorem Dei super omnia. Hæc autem libertas ex naturali luce consurgens, naturalis est. Et totus discursus sequitur *Literam Pauli*, ut videre est apud Cornelium, & Tirinum.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. *Cornel.* *Alapid.* *Tirinus.*

297 Deinde *cap.* 2. factâ comparatione inter Gentiles, & Iudæos, istorum mores increpat, ab illorum exemplo: *Cùm enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, &c.* Sic inde arguitur. Primum, & maximum mandatum legis, & quasi caput ipsius est Dilectio Dei: sed ex Apostolo, Gentiles, *naturaliter*, id est, *ductu, lumine, & virtute naturæ*, faciunt ea, quæ legis sunt: ergo naturaliter, id est, ductu, lumine, & virtute Naturæ, faciunt mandata legis. Quomodo igitur ipsis deest facultas naturalis, & potestas ad potissimum legis mandatum: *ex actu* enim valet cõsequentia *ad posse*: & Apostolus *de facto* loquitur, *naturaliter faciunt*. Et iste etiam Discursus, est *literalis*, & illa adverbii *naturaliter* explicatio per voces, *ductu, lumine, & virtute Naturæ*, est intenta secundùm literam ab Apostolo, teste Cornelio, citante pro se communem Patrum, & Theologorum Authoritatem. Sic enim exponunt Apostolũ Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Origenes, Cyprianus, Theophilactus, Tertullianus, & Æcumenius: nec improbat Augustinus: & accedunt nobiliores Interpretes cum Cajetano, Catherino, Soto, Stapletonio: & omnes ferè Theologi cum Suarez *lib.* 1. *de Grat. cap.* 8. adinstar *omnium*, & *omninò* videndo.

Cornel. *Alapid.* *Chrysost.* *Ambros.* *Hieronym* *Origenes.* *Cyprian.* *Theophil.* *Tertullian* *Æcumen.* *Augustin.* *Cajetan.* *Catherin.* *Soto.* *Stapleton.* *P. Suarez.* *Prosper.* *Fulgent.* *Beda.* *Anselmus* *S. Thomas.* *Ecclesiæ sensus.*

298 Nec refert, Apostoli verba aliquando ab Augustino, Prospero, Fulgentio, Beda, Anselmo, & Sancto Thomâ, intellecta *de Gentibus*, jam Fidelibus, & supernaturaliter illuminatis. Non, *inquam*, refert. Tùm quia expositio, quam nos sequimur, est communior, & literalior. Tùm etiam, quia hæc alia expositio eatenus valet, quatenus *Nostram* non excludit: id enim certum est ex Bullâ damnante Baji *Propositionem* 23. volentis excludere præfatam nostram expositionem, & restringentis unicè verba Pauli ad Gentes Fidei notitiâ illuminatos: sic enim errabat Bajus: *Cum Pelagio sentiunt, qui textum Apostoli Rom.* 2. *Gentes,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

tes, *quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt, faciunt; intelligunt de Gentibus Fidem non habentibus.* Si ergo fieri tutò nequit exclusio communioris expositionis, quam nos sequimur, semper premit discursus ex textu formatus pro communi, & verâ sententiâ. Cujus

Suarez.

299 Ratio à priori, (remissis apud Doctorem Eximium *locis suprà jam citatis*, aliis multis, & multis aliis apud Ripaldam *tom. 3. contra Bajum disp. 8.* de quibus jam ego brevissimè *suprà num.* 246.) est in hunc modum. Creaturæ Rationali naturaliter, & ex inspectione Naturæ per vires suas assequibili, possibilis est Cognitio Dei, ut Summi Boni, & ut Boni præferibilis omni non-Deo: ergo per vires naturales est possibilis Amor Dei super omnia in Creaturâ Rationali. Antecedens est certum: & quidem non de Cognitione qualicumque, sed etiam evidenti: Evidens enim est naturaliter, Deum unicum esse: & esse Ens, quo melius excogitari non possit, atque adeò esse Bonum, cui omnia subsunt, & omnibus præferibile.

Ripalda. Suprà nu. 246.

300 Probatur igitur consequentia: quia implicat esse Naturalem Potentiæ Volitivæ Cognitionem Boni, & non esse naturalem affectú ipsius Boni, quale ab ipsâ cognoscitur: Tùm, quia omnis Cognitio est fœcunda congeneris affectûs erga Bonum cognitum. Tùm etiam, quia Potentia volitiva sequitur taxam illustrativæ Potentiæ: unde qualis est æstimatio intentionalis in intellectu, sequi potest formalis, & affectiva æstimatio in volûtate. Tùm insuper, quia si volûtas affici non posset erga Bonum, proportionaliter ad modum, quo repræsentatur amabile, cognitio illa vergeret in pudorem, & torturam ipsius volitivæ Potentiæ. Tùm demùm, quia si affectu præpostero, & inutili, Bona falsò existimata prosequi potest voluntas per excessum amoris: quantò magis, affectu conformi prosequi poterit Bonum verè existimatum, ut Summum, ipsum præferendo super omnia? Sed hæc satis in re mihi clarâ.

SECTIO III.

VERA SENTENTIA CIRCA ACTUS honestos naturales ex occurrente tentatione difficiles.

§. I.

EIUS SEX ASSERTIONES.

Prima Conclusio.

301 Sit prima Conclusio: honesta resistentia alicujus tentationis saltem, levis haberi potest sine speciali Gratiâ tàm in Naturâ lapsâ, quàm purâ. Hæc Conclusio certa mihi est ex damnatâ *trigesimâ propositione Baji*: Tùm ex dictis *à nn.* 134. quippe fieri nequit actus honestus sine resistentiâ cognitionis alliciẽtis in oppositũ, quæ jure rentatio dici potest & debet: at actus honestus, saltem facilis, fieri sine speciali gratiâ potest, & plerumque fit: ergo. Tùm etiam, quia ut verisimilitudinem omnem excedit ea debilitas in Naturâ secundùm, & per se consideratâ, ut resistencam ferre non possit; ita ea moralis debilitas, ut ferre non possit levem aliquam tentationem, & vincat. Tùm insuper, quia Naturæ secundùm se debetur aliqua cogitatio congrua naturalis, retrahentis à bono victrix. Tùm demum, quia sunt veritates faciles assecutu, & errores vitatu faciles ex mediis solo jure creationis exhibitis: ergo & tentationes etiam facilis resistentiæ.

Suprà à num. 134.

Bellarmin.

302 Dices ex Bellarmino: eam ipsam facilitatem esse specialem Gratiam Dei, non permittentis, quòd tentatio gravior insurrexerit; idque ex externâ protectione caventis.

Suprà nu. 145.

303 Contra primò: quia hic loquimur de Gratiâ internâ: De externâ, qualis est extrinseca protectio, nullus loquitur. Secundò: quia quòd tentatio levis sit, oritur plerumque ex occursu rerum ipsarum, atque adeò non excedit lineam creationis. Tertiò: quia hæc Providentia nunc permittens tentationes graves, nunc cavens, non excedit lineam Providentiæ generalis. Vide *nu.* 145 & Doctorem Eximium *cap.* 23.

Secunda Conclusio.

304 Sit secunda Conclusio. Honesta resistentia alicujus tentationis etiam levis, haberi non potest in utraque Naturâ sine speciali Gratiâ. Hæc conclusio firmanda rursus est *disp. sequenti*. Nunc probatur. Omnis cogitatio congrua, quæ non de-

debetur ex jure creationis, & negari posset absolutè à Deo, nullam inferendo violentiam, nec oblæsionem Naturæ, est specialis Gratia; sed aliqua resistentia tentationis etiam levis (rebus *ut nunc* existentibus in hac serie) haberi non potest sine cogitatione congruâ secundùm præsentem rerum constitutionem indebita: ergo nec sine Gratiâ speciali. Minor est evidens: nam in omni casu, in quo tentationibus occurrentibus succumbimus, non obstante motivo in bonum alliciente, cogitatio honesta congrua beneficium esset indebitum. Et ratio à priori sumi potest ex ipsâ conditione Naturæ, duabus, iisque adversis inclinationibus constitutæ: quarum ex utraliber definit exigere firmum operãdi tenorem in alterâ: ne sit aliqua frustrà: unde nec exigit, ut à conditore Naturæ dispensentur cogitationes semper in unam partem inclinationis, congruæ; nec semper incongruæ. Patet autem inde fore, ut si omnis resistentia honesta concederetur Naturæ, concedendum esse specialissimum beneficium: firmaretur enim in bono res ex se labilis è bono in malum.

Tertia Conclusio.

305 Sit tertia Conclusio: honesta resistentia alicujus tentationis etiam mediocris, & secundùm quid gravis, haberi potest in utraque Naturâ sine speciali Gratiâ: omnis, non potest. Secunda pars patet ex *num. præced.* Prima probatur primò: quia plerumque non est difficilior resistentia tentationis intensæ, brevis tamen, quàm positio actûs moralis ex objecto difficilis; at hic sine speciali Gratiâ potest haberi *ex num.* 270. ergo. Secundò: quia non est, unde tanta debilitas, & in operando perversitas colligatur in Naturâ, ut omnes cogitationes ex occursu rerum advenientes in casu tentationis reddat incongruas; at eòipsò quòd aliqua cogitatio ex occursu rerum advenions, futura sit congrua, in casu tentationis; istius resistentia honesta non est ex Gratiâ speciali: ergo. Tertiò: eò quòd Natura sit ex se peccabilis, & operativa juxta ductum concupiscentiæ contra rationem, non operaretur honestè semper, quamvis præveniretur intensiùs circa bonum honestum: ergo eò quòd sit Rationalis ex se, & operativa juxta rationem contra ductum concupiscentiæ, non operabitur semper inhonestè, quantumvis præveniatur intensiùs per insultus concupiscentiæ: etiam ergo, premente tentatione, potest haberi sine speciali Gratiâ cogitatio naturalis honesta congrua ex his, quæ debentur ex jure creationis. Quartò: quia major intensio circa unum extremum libertatis, non extinguit dominium, nec tollit spem, & fructum resistentiæ: alioquì nunquam tentatio vinceretur in sensu composito gravioris urgentiæ.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

Quarta Conclusio.

306 Sit quarta Conclusio: Nullus tentationis simpliciter gravis haberi potest sine Gratiâ speciali: Est communis Authorũ: cujus in probationẽ suâ quisque graditur viâ. Communiter sumitur argumentum à Patribus: sed imbecille: nam Patres contra Pelagium de resistentiâ meritoriâ loquebantur: ut confecimus *lib.* 10. *à num.* 279. Tùm etiam, quia ipsi vix distinguunt in hac re tentationem gravẽ à levi. Tum etiam, quia Gratia quam requirunt, faciunt simpliciter necessariam, secùs ac statuimus ex ipsis *num.* 255. Probatio solida mihi *duplex* est: *Prima*: nam tentatio simpliciter gravis est intensa tẽtatio, nec citò deficiens: ergo est æquivalenter multiplex continuata tentatio; sed ad multiplicem tentationem continuatæ urgentiæ, & intensionis requiritur specialis Gratia: neque enim exigit Natura Rationalis congruam cogitationem honestam tantæ continuationis: ergo. *Secunda*: Gravis tentatio prævalet honestæ cogitationi quoad intensionem, & vivacitatem ortam ex suggestione Dæmonum, sensuum ministerio, & apperitûs inclinatione: ergo quantumvis non extinguat rationis lumen, si continuetur urgentia, opùs est motivo ultra rerum occursum illucenti, quo se confirmet in bono: At motivi talis oblatio est specialis Gratia: ergo.

Suprà lib. 10. à num. 279. & Nuper à nn. 255.

Quinta Conclusio.

307 Sit quinta Conclusio: hæc impotentia, (de quâ hucusque) non consistit in tantâ difficultate ex parte actûs primi extrinsecùs adveniente Naturæ, ut eâ inspectâ, desperari debeat resistentia in quovis instanti, quo urget. Est dicere: eam impotentiam, non ita esse antecedentem ad actum resistentiæ, ut inspectis, quæ se habent ex parte dominii liberi, debeat prudenter desperari de tali resisten-

Explicatur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Infrà à nu. 342. & à nu. 352. Et probatur primò

sistentiâ, ratione difficultatis advenientis. Est contra Modernos explicantes communiter hæc per moralem impossibilitatem, quam, ne vitioso circulo peccent, per illud debitum prudentis desperationis ulteriùs explicant. De quo nos iterum *infrà à num. 352.*

308 Probatur primò Conclusio: Vel illa ingens difficultas tanta est, ut physicè diminuat libertatem eo gradu, quo necessaria sit prudens desperatio de resistentiâ, vel non? Si secundum: Negatis ultrò, quod promovistis. Si primum: ergo non est libertas sufficiens ad mortale. *Dicis*: sufficere physicè; non moraliter. *Contra* primò: nam quis absolutè præcipit moraliter impossibilia: quæ talia sint eo ipso instanti, quo præcipimur operari? Secundò: quid est non sufficere moraliter? Et redibis infinitiès sine ulteriori explicatione ad circulum, quem timebas.

Secundò:

309 Probatur secundò: Inspectis omnibus, quæ se habent ex parte actûs primi constituti per urgentiam tentationis, probabile judicium ferri potest de futurâ resistentiâ: ergo nulla est tanta difficultas ex parte actûs primi, ut debeat prudenter resistentia desperari. Antecedens nititur *duplici* principio: *Primum*: est omninò commune contra Patrem Vazquez. nempè speculativè, & practicè possibile esse, nō trahi semper Voluntatem in eam partem, quæ vividiùs, intensiùsque proponitur. *Alterum est* Tapperi, eorumque, qui tentationes singulas quātumvis graves vinci naturaliter dicunt sine ullâ speciali Gratiâ: quæ sententia probabilis est: Nunc sic: si non posset, urgente quavis tentatione, formari judicium prudens de successu resistentiæ, inspectis his solùm, quæ se habent ex parte Naturæ, vel esset, quia non est probabile Voluntatem ferri practicè posse in extremum minùs propositum, vel esset, quia non est probabile, separari posse à Gratiâ antecedenti resistentiam cujuslibet tentationis: utrumque est falsum: ergo.

Vazquez.

Ruardus Tapperus.

Tertiò: & speciosè.

310 Probatur tertiò: si ea impotentia esset, qualis describitur à Modernis, nulla tentatio vinceretur in sensu composito gravis urgentiæ: sed est id improbabile, & contra sensum Fidelium, majus meritum, & majorem laudabilitatem inferentium ex resistentiâ gravium tentationum: ergo. Sequela autem ostenditur: nam si ea impotentia esset, qualis describi solet, nulla tentatio vinceretur, ex gravioribus, sine Gratiâ speciali antecedente; cujus in consortio posset prudenter ex libertate colligi resistentia tētationis: ergo nec sine Gratiâ antecedenter tollente gravitatem ipsius tentationis: ea enim non est, quando non debet desperari resistentia; sed implicat quòd adhibito comprincipio tollente gravitatem tentationis, reipsâ tentationi gravi resistatur: ergo.

Sexta Conclusio.

311 Sit sexta Conclusio: hæc impotentia consistit in physicâ inexigentiâ, quam habet Natura tam lapsa, quàm pura, cogitationis honestæ congruæ ad omne exercitium suæ indifferentiæ; & in physicâ impotentiâ, quam habet utraque se constituendi in eâ rerum peristasi, in quâ prævisa est operatura, si poneretur. *Principia*, per quæ impotentiam explico, vera sunt. *Primum*: oritur ex vertibilitate arbitrii conjunctâ cum defectu formæ firmantis in bono: eò enim ipsò physicè inexigit congruam cogitationem honestam pro omni casu. *Secundum* oritur ex Divino dominio, cujus est dare libertatem creaturæ: hujus est operari, vel non operari cum eâ, quam habet, verificando absolutè, quod conditionatè prævidit Deus: Dei est eam ponere sub hac, aut illâ libertate, prout ipsi libuerit.

Nota bene

Ratio Conclusio.

312 Hanc esse simpliciter impotentiam, & exinde specialis Gratiæ necessitatem oriri, probo: inexigentia congruæ cogitationis honestæ, seu libertatis conjungendæ cum ipsâ honestâ operatione, & simul impotentia physica, obligandi Deum ut conferat, (rebus ut nunc existentibus,) verificat illam propositionem: honesta operatio inseparabilis est ab exercitio Divini dominii miserentis, nullo jure exigente; atqui veritas hujus propositionis inseparabilis est ab speciali divino beneficio: ergo & à Gratiâ speciali. Subsumo nunc sic: Inseparabilitas operationis ab speciali Gratiâ, verificat illam aliam propositionem: *Sine speciali Gratiâ haberi non potest operatio*: haberi enim nequit sine eo, à quo est inseparabilis: hujus autem veritas, impotentia est, si secernas Gratiam. *Expono*

pono clariùs. Exigentia congruæ cogitationis, atque adeò potentia physica faciendi, quòd eam Deus conferat est specialis potestas: quippè est *potestas efficaciæ*, sive *quoad efficaciam*, ut contraposita *potestati sufficientiæ*, seu *quoad sufficientiam*: ergo opposita inexigentia est specialis impotentia.

§. II.

PRÆCEDENTIVM VLTERIOR ILLUSTRATIO.

Notabile Primum.

313 TRia notāda sunt ad majorem lucem præcedētium. *Primum*: Hanc impotentiam, licèt simpliciter, & secundùm id, quod dicit in recto, sit antecedens operationem; cùm sit ipse vertibilis Naturæ genius, vinci tamen unicè per necessitatem Gratiæ consequentis. Necessitas enim Gratiæ debet esse talis, ut non minuat difficultatem, & gravitatem tentationum; sic enim minueret laudabilitatem, & meritum: sed relinquendo tentationem in esse gravis, & urgentis, Victoriam pariat. Vnde *duo* fiunt: *Primum*, non esse debere antecedentem, qualem communiter Moderni putant, decepti, quòd impotentia antecedens, vinci non possit nisi per Gratiam antecedentem. Alterum, dubium hic non posse nobis esse de potestate sufficientiæ, quam jam supposuimus ad peccandum, & non peccandum, sed de potestate efficaciæ: an nempè resistentia tentationis sit separabilis ab speciali Gratiâ. Id in quo est frequentissima æquivocatio.

Alterum.

314 Secundum: eam impotentiam ita implere locutiones Theologorum, ut non solùm moraliter loquendo, sed etiam physicè, possit dici, *impossibilem esse resistentiam sine speciali Gratiâ*: ita, ut sensus sit: Naturam neque physicè posse (rebus ut nunc existentibus) separare resistentiam ab speciali Gratiâ Dei per Christum, atque adeò nec posse eam sine speciali Gratiâ ponere. *Adverte* tamen, ne patiaris æquivocationem multis communē, quòd licèt Naturæ sic sufficientia ad vincendum, vel resistendum sine Gratiâ, ita ut ly *sine Gratiâ* appelleт *supra sufficientiam*; non tamen habere sufficiētiam, (rebus ut nunc existentibus) ad resistendum sine Gratiâ, ita, ut ly *sine Gratiâ* appellet *supra resistentiam*: id quod explica per illud exemplum vulgare: *Homo habet, nec habet sufficientiam ad amandum sine amore*: verè utrumque, sed diversimodè.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Tertium.

315 Tertium: eam Gratiam esse cogitationem indebitam sive ratione motivi, sive adfectionis adjunctæ, sive ex aliâ circunstantiâ: plerumque enim novi motivi propositio, aut diversitas affectionis, aut alia circunstantia ita libertatem immutat, ut Voluntas, alioqui non consensura, consentiat: Itaque *duo* dicit hæc Gratia, *aliud* ex parte actûs primi; & est qualitas cognitionis, aut affectionis; *aliud* est ex parte actûs secundi, & est operatio honesta, cum quâ conjungitur. Secundùm illud, quod dicit ex parte actûs primi, dici non potest absolutè Gratia, quia debetur in æquivalenti. Dicitur tamen, & est Gratia secundùm id, quod dicit ex parte actûs secundi; respectivè ad istum, & ad modum, quo confertur, tota cognitio *Beneficium* dicitur, & *Gratia specialis*. Eodem modo discurrendum est in ordine ad perfectam victoriam tentationis per actus salutares: extraordinaria enim auxilia ad id muneris requisita, nō opùs est, ut minuant difficultatem antecedentem: sic enim ipsa minuerent laudabilitatem, & meritum. Non tamen perinde nego aliquando cum dispendio nostri meriti sic fieri.

Dubium incidens: Ex dictis Sanct. & Theolog. & Apost. & Chrys.

316 Sed quid ad Concilia, & Patres, quorum loca exaggerat Pater Vazquez pro necessitate Gratiæ ad singulas tentationes etiam leves? Quid ad Theologos de impotentiâ antecedente, & antecedente necessitate locutos? Quid ad Apostolum sic loquentem *ad Corinth.* 1. 10. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ultra id, quod potestis.* Vnde intulit Chrysostomus *hom.* 24. esse aliquas tentationes, *quæ ferri non possint.* Imò ponderat acutè Pallavicinus, ex Apostolo colligi debere *Tentationem* esse possibilem *supra id, quod possumus*; & cum ea tentatione posse non peccare, licèt Gratiâ non juvemur. *Illud*: quia nulla esset alioqui Fidelitas in Deo pro eâ impediendâ; sicut nulla est pro impediendâ chymerâ. *Illud*: quia nullum esset alioquin Dei Beneficium in eâ non permittendâ. Satius ergo foret vel negare cum

Et ex Card Pallavic.

Vaz-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Vazq. & Tapper.

Vazquez posse unquam resisti alicui tentationi sine Dei Gratiâ, vel negare cum Tappero unquam requiri specialè Gratiam ad resistendum per actus naturales alijcumque tentationi etiam gravi: vel saltem recurrere ad impossibilitatem moralem antecedentem cum communi Theologiâ. Nihilominus nec probo consilium, nec objecta quid probant.

Resolutio pro verâ Intelligentiâ Sanct. PP. & CC.

317 Respondeo primò: Patribus, & Conciliis fieri satis ex *triplici* principio satis certo. *Primum* est, eos loqui de meritoriâ resistentiâ, ut ponderavimus *lib.* 10. *Alterum*: eos plerumque loqui de resistentiâ omnis tentationis, ità ut intendant contra Pelagium, *nunquam peccare*, esse debere ex speciali Gratiâ, ut dicemus *disp. seq.* *Tertium*, eos aliquando loqui de Generali concursu, & dependentiâ causarum naturalium in operando à Deo. Ex his tamen nihil contra nos.

Et pro Mente Theologorum.

318 Secundò: Theologos loqui de antecedente impotentiâ, & Nos loqui; at neque nos, neque illos loqui posse de antecedente impotentiâ, quæ sufficientiam, & imputabilitatem extinguat: Hoc autem posito, termini sunt soli, quos variant per moralem impossibilitatem, quæ bene inspecta, ut inculcabo rursus *infrà num. 352.* solùm est impossibilitas *denominativa*, & *secundùm dici* prudentium ex experientiâ colligentium eandem operationum pariformitatem in futurum. Huic autem existimationi potest subesse falsum: cumque nihil ponat in rebus, nulla est opùs gratiâ, ut vincatur.

Infrà à num. 352.

Replica reprimitur.

319 Aliqua, *inquies*, difficultas arguitur in actu primo ex istâ existimatione prudenti, quæ mereatur impotentiæ nomen. Verùm hoc est dicere, eam non esse impotentiam, sed videri. Rogo causam: & datur, quia licèt possit operari, non solet in his circumstantiis: ecce sumis actum secundum, & per tuam existimationem refundis in primum, quasi de causâ necessariâ loquereris: unde de primo ad ultimum dicitur Voluntatem habere sufficientiam, & quidem plenam; sed non operaturam, ut videtur: & hunc defectum existimatum facis moralem impotentiam, ratione cujus requiris Gratiam in tam gravi controversiâ. Non his hucusque veritas Nostræ indiget.

Apostoli sensus.

320 Tertiò: Ad locum Apostoli respondeo, eodem passu, quo Sententia communis refugit admittere physicam impotentiam ex verbis Apostoli, pari me à morali suâ impotentiâ fugere: quia talis impotentia debet solùm ex Apostolo colligi, quæ non lædat imputabilitatem culpæ gravis: læderet autem tanta impotentia, ut redderet peccati vitationem moraliter impossibilem, & jure desperabilè: quis enim plenam advertentiâ agnoscat in eo, qui ex tenuitate cognitionis circa honesta, & ingruentia tentationum practicè resistere nequit? Sensus ergo legitimus Apostoli est: *Fidelem Deum, qui quantumvis permittat nos tentatione vexari, nunquam nos deserit, sed attemperando auxilia suæ gratiæ tentationum urgentiæ, dat occasiones ut vincamus: neque enim ipsum sua Fidelitas sinit videre nos vexatos sub tentatione, cui resistere nequeamus. Unde si cadimus, ne causemur improvidentiam Dei; accusemus ignaviam nostram: qui potentes stare, cecidimus, proponentes æternis delectabilia. Militemus ergo: neque defuturum nobis in certamine Deum, neque in Victoriâ: faciet enim præmii magni provenum, quia Fidelis est.* Ex hoc igitur loco solùm inferre licet Deum non imperare impossibilia, ut causantur aliquando peccatores: esset enim Infidelis, si promittendo meritentibus præmia, onera poneret incomportabilia. Quare Apostoli textus mihi negotium non facessit: sicut nec alia argumenta communia, quæ satis ex præcedentium penetratione solventur.



DIS-

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

DISPVTATIO LVIII.

NECESSITAS GRATIÆ RATIONE COLlectionis, aut continuationis in rebus divisivè sine Gratiâ præstabilibus.

Disputationis scopus.

321 QADIT hùc illa quæstio celebris in hac materiâ: *An à distributivo valeat consequentia ad collectivum*, affirmantibus paucis; negantibus obstrmatè cæteris ex Hieronymo *in dialogis contra Pelagianos*; ut defendant, quæ videntur certa, & videntur opponi. Primum est: hominem posse servare quodvis præceptum naturale, sine speciali gratiâ, & vitare quodvis peccatum etiam veniale divisivè. Secundum est; non posse hominem servare totam legem naturalem sine speciali Gratiâ, nec vitare omnia peccata venialia collectivè: Id est, omnia longo vitæ tempore occurrentia. Decidam ipse quæstiones, quæ sunt causæ turbarum inter Authores: quorum diversitatem videre poteris apud Godoy *disp.* 44. & 45. & apud Ripaldam, & Suarez, ut inde appareat vel inutilitas, vel fructus examinis circa primam.

De quo jã lib. 8. à num. 63. Hieronym Nostra Methodus.

Godoy. Ripalda. Suarez.

SECTIO I.

AN TOTA EX NATVRALIS OBSERvari possit sine speciali Gratiæ Vbi de dono Perseverantiæ, & Confirmationis in Gratia.

Quæ certa

322 DVo sunt in hoc puncto *de Fide*: & aliud *exprædentibus* indubitabile. *Primum* contra Pelagium: necessariam esse Divinam Gratiam ad implendam totam legem tam naturalia, quàm supernaturalia præcepta complexam: imò & ad implendam solam naturalem cum merito vitæ æternæ. *Secundum* contra Lutherum, & Calvinum: posse cum Gratiâ Divinâ totam legem tam naturalem, quàm supernaturalem impleri: quia Deus impossibilia non præcipit. *Tertium*, posse aliquod præceptum impleri, vitarique peccatum aliquod sine speciali Gratiâ. His positis

Prima Conclusio Communis & certa.

323 Sit prima Conclusio: Nequit impleri tota lex naturalis tam in Naturâ purâ, quàm lapsâ longo tempore sine Gratiâ speciali. Est communis contra Schotum, Gabrielem, Durâdum, & Abulensem excusatos à Vazquez: & juxta Medinam, *de Fide*, contradicentibus Soto, Torrensi, & Suarez, apud quem est

Aranda de Deo.

opposita, *saltem temeraria*, & *errori proxima*. Prima Probatio sumi solet ex Conciliis, & Patribus, eam satis insinuâtibus contra Pelagium. Secunda descendit ex dictis proximè *disp. præced.* Nam sunt tentationes etiam mediocres, quarum victoria inseparabilis est à Gratiâ: nulla est gravis, quam sine Gratiâ vincas: multi actus difficiles sine Gratiâ non cadentes in nostrum libitum; ac impleri non potest tota lex Naturalis, quin resistas omni tentationi, & præstes actus plerumque difficiles: ergo quo genere impotentiæ nequeas illa, nequibis & totam legem Naturalem implere. *Nec dicas*, evenire posse, quòd nullæ tentationes eveniant longo tempore. *Grande miraculum*; & inseparabile ab speciali Gratiâ. Deinde non videndum in his quid metaphysicè possit evenire, sed quid eveniat: loquimur enim de rebus, ut nunc existentibus.

Supra à num. 301.

324 Tertia & potissima Probatio deduci debet ex ipsâ Naturâ *intrinsecè*, & *extrinsecè* inspectâ. Penès intrinseca, est vertibilis in utramque partem & ex oppositis inclinationibus constituta; est exinde cum defectu formæ firmantis ad melius. Penès extrinseca, cingitur undique mille cadendi periculis: Idque tam

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

in purâ, quam in lapsâ Naturâ, licèt in hac majori malo laboret ex culpâ vel privante donis alioquin habendis, vel amicorum consilia corrumpente: ex his semel admissis, fit, in hac rerum serie metaphysica inseparabilitas observantiæ totius legis ab speciali gratiâ ex discursu *disp. præced. sect. 3.*

Ibid.

Secunda Conclusio Trimembris.

225 Sit secunda Conclusio: Nequit impleri longo tempore lex Naturalis in lapsâ Naturâ sine Gratiâ habituali: Ejus tamen necessitas non est ex naturâ rei; sed per accidens, & ex lege Dei volentis unicè justis easspeciales Gratias immittere, quæ necessariæ sint ad diuturnam observantiam totius legis. Posui simul, & explicui conclusionem, quæ tres partes habet. Prima probatur, & est communis: nempè Gratiam habitualem requiri: Tùm ex Scripturis colligentibus ex legis observatione justitiam, & existâ legis observationem: quod signum est fœderis inter utramque. Tùm ex

Pars Prima.

Augustin.

Augustino *lib. de Catech. rudibus cap. ultimò* dicente, *Non implere legem, nisi qui Donum acceperit Spiritum Sanctum Patri & Filio æqualem*: qui locus de Gratiâ Sanctificante sumi debet, per quam justi animam Spiritus Sanctus inhabitat. Tùm ex congruentiis non contemnendis.

326 *Prima* sit: quia Nemo, qui justus non fuit, legitur totam Naturalem legem observasse. *Secunda*: quia tàta Protectio est insigne beneficium; quo sunt indigni infideles; & valde paternalis Providentiæ genus, quo sunt indigni, qui filii non sunt, & hoc est forsan illud regimen justis promissum à Deo juxta Apostolum *Rom.* 8. *Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt Filii Dei.* Tertia: quia qui nec actu, nec habitu diligit Deum, est valde indispositus, ut à peccandi occasionibus diù abstineat: peccatum enim suo pondere in aliud trahit, juxta dictum Magni Gregorii.

Rom. 8.

Gregorius Magn.

Pars secunda: Godoy.

327 Secunda pars, nempe necessitatem habitualis Gratiæ non esse ex naturâ rei, & per se, probatur contrà Godoy: Tùm quia observantia totius legis naturalis posset haberi in purâ Naturâ; atque adeò est entitativè naturalis: non ergo per se requirit supernaturale principium. Tùm etiam: quia non est caput, unde colligi possit tanta necessitas. Ex quibus evincitur tertia pars Assertionis, & ex consequenti necessitas etiam Fidei, & Charitatis ad diuturnam totius legis naturalis observationem..

Pars tertia.

Objectiones:

328 Dices, ex his *plura* fieri perabsurda. *Primum*: ad singularem etiam victoriam gravis tentationis requiri statum Gratiæ: nam Patres eodem modo loquuntur de Victoriâ, cujusvis tentationis, ac de totius observantiâ legis. *Alterum*: Infideles carere auxilio sufficienti ad totius legis observationē, cùm injusti sint. *Tertium*: Fidelem teneri, statim agere pœnitentiam de peccato commisso: ipsa enim carentia gratiæ, quâ se privavit, erit ipsi peccandi periculum, quod si non vitet, de novo peccabit. *Quartum*: ex observantiâ totius legis per longum tempus posse homines assequi certitudinem de suâ justificatione: quod est contra Tridentinum. Sed, hæc, momēti non sunt.

Solvitur.

329 Non *primum*: Tùm quia apud Patres Victoria sonat actum salutarem. Tùm etiam: quia locuti credendi sunt de resistentiâ continuatâ per longum tempus. Tùm denique ex anticipatis *nu.* 249. Non *secundum*: quia hæc potestas annexa Gratiæ habituali non est potestas solùm sufficientiæ, sed potestas efficaciæ. Faciat infidelis, quod in se est; nec deerit Misecors Deus, ut adducat eum in statum, cui talem favorem annexuit. Non *tertium*: aliud est occasio cavendi favore, quo non peccet; aliud est occasio peccandi. Non hoc, sed illud competit, Gratiam amittenti. Deinde status peccati non habet annexam privationem auxilii congrui pro quovis tempore, sed pro diuturno. Vnde tale periculum instare non potest; nec certò sciri. Non *quartum*: Nam gratis supponitur, certò posse hominem assequi, se non peccasse, quod est omninò incertum. Deinde incertissimum, quantum se debeat extendere tempus continuatæ honestatis, ut annexæ gratiæ sit argumentum: unde nunquam sine speciali luce nosci certò potest status privatæ justitiæ. Vide Doctorē Eximium *lib.* 1. *de Gratia cap.* 27. qui jam *cap.* 25. adverterat, longè sentiendum aliter de Naturâ Integrâ, ratione donorum, & subjectionis concupiscentiæ ad rationem. Video contradicere non paucos, & ingeniosè contendere. Sed standum est pro Suarez,

P. Suarez S. Thomas.

& Sancto Thomâ, donec apertè convincat ratio. Vide me *nu.* 273.

Tertia Conclusio.

330 Sit tertia Conclusio: Gratia habitualis non requiritur ex parte termini, sed ex parte principii ad observantiam totius legis; non tamen *ut principium*, sed *ut conditio*, ratione cujus tribuat Deus specialem Gratiam ad totius legis observationem. Est Doctoris Eximii cōtra Vazquez & Montesinos, putantes eam solùm requiri ex parte termini, eo quòd Gratia sit terminus habens connexionem cum observatione legis, ad illam disponente. Probatur: tùm quia totius legis naturalis observatio non potest esse dispositio ad Gratiam promerendam: est enim entitativè naturalis: atque adeò improportionata per se. Tùm etiam, quia tota necessitas habitualis Gratiæ colligitur ex illis Scripturæ, & Patrum locis, quæ vel nihil assequuntur, vel intendunt eam legis totius observationem esse Iustorum privilegium: ergo supponitur ex parte principii.

Suarez contra Vazquez, & Montesin.

Illatio de Finali Perseverātiâ. Suarez.

331 Inferes ex his à fortiori necessariam esse Gratiam specialem ad Finalem perseverantiam in acceptâ justitiâ. Quo de corollario videndus Doctor Eximius *tom. 3. de Gratiâ lib.* 10. per totum. Et ratio est, (ut omittam illustria testimonia Arausicani, & Tridentini, aliorumque Patrum, per quæ definiti videtur hæc veritas:) quia quantumvis homo justus possit per ordinaria auxilia perseverare, si velit; tamen speciali ssimâ protectione, & assistentiâ opùs est, ut velit. Tùm etiā: quia nequit dari finalis perseverantia sine adimpletione perfectâ legis, sine resistentiâ gravium tentationum, aut sine protectione externâ Dei, aut vitam auferentis nocituram, aut prolongantis profuturam: quæ ne divisivè quidem haberi possunt sine speciali Gratiâ. Vnde *Perseverantiæ donum est inæstimabile privilegium*, & indebitum nobis, non solùm ex jure creationis, sed ex elevationis etiam dignitate.

Arausic. Trident.

Dubium incidens.

332 Sed rogas: in quo consistat Perseverantiæ donum, & qualiter à Confirmationis dono præscindat? Comprehensionem rei, qui velit, legat Eximium Nostrum *lib. illo* 10. Respondeo paucis ipse primò: Perseverantiæ donum *duo* dicere regulariter, *alterum*, internum, & ex parte hominis. *Alterum* externum, & ex parte Dei. *Illud* est collectio auxiliorum efficacium; eorum nempè, quibuscum prævisa est conditionatè operari voluntas. *Istud* est specialissima Dei protectio, tum in removendis impedimentis, tum in applicatione causarum faventium, tum in dispositione mortis in statu Gratiæ. Dixi *regulariter*, locutus de Adultis, qui diù vivunt. Respondeo secundò, in Pueris, Amentibus, & aliis qui rapiuntur brevi post justitiam acceptam, sine exercitio ullius actûs interni, solùm dicit Perseverantiæ donum illa externa auxilia, & beneficia, quæ descripsi. Nota, de illis dici pressius, quàm de istis, habere Perseverantiæ donum.

Suarez.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Resolutio. Perseverantiæ Donum, in quo?

Illationes.

333 Et infer primò: Perseverantiam addere sufficientiæ, quam supponit, non perseveranti communem, Auxiliorum congruitatem. Infer secundò contra Alvarez *disp.* 107. non omne Perseverantiæ donum esse omninò rationis ejusdem. Infer tertiò contra eundem *disp.* 105. Perseverantiam propriè dictam pendere à nostrâ liberâ cooperatione, tam conditionatè, quàm absolutè. Absolutè quidem, quia nequit auxilium efficax esse, si renuat ipsa. Conditionatè, quia tota illa collectio dispensatur à Deo ex Providentiâ constitutâ per Scientiam Mediam.

Alvarez.

334 Respondeo tertiò, Perseverantiæ donum à Confirmationis dono distingui. Patet ex communi sensu: Tùm quia rarum existimatur hoc; & frequens, illud. Sed est lis non modica in modo. *Sunt*, qui cum Vazquez, & Molina fecernant hæc dona, quasi Confirmationis donum addat alteri revelationem, & securitatem finalis Perseverantiæ. Non placent: quia Donum Confirmationis conceditur Apostolis, ex quibus Paulus talem revelationem, & securitatem de se fateri non audet: imò negare videtur, ut urget optimè Pater Herize *disp.* 24. Tùm quia Confirmationis donum ex ipso nomine videtur aliud insinuare. *Sunt*, qui in eo distinguant, quòd donum Confirmationis addat impeccabilitatem. Nō placent *regulariter* loquendo: nam & ipse Paulus se peccabilem novit. Tùm quia hæc impeccabilitas est beneficium maximè extraordinarium. Dixi *regulariter*: Nam Beatissimam Virginem, & Dei Matrem per exuberantis Gratiæ eu-

In quo differat à Dono Confirmationis? Molina. Vazquez. Herize.

Virgo Deipara.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

mulum ita Confirmationis donum accepisse, ut manserit lethaliter impeccabilis, ultrò cum multis fateor; ut etiam manserit venialiter impeccabilis, Probabile judico, & tutatus *ali quando* sum. *Sumi*, qui ea dona distinguant, quòd detur Confirmationis donum, totum simul; Perseverantiæ verò donum successivè. Non placent: quia Confirmationis donum ultrà non videtur exigere, quàm quòd justus infallibiliter operetur juxta Dei beneplacitum; quod, per auxilia efficacia successivè collata, fiet.

Mens Authoris & Suarez.

335 Placet unicè Patet Suarez, accidentariò solùm distinguens hæc dona, scilicet quoad majorem, aut minorem perfectionem earum partium, in quibus diximus consistere donum Perseverantiæ. Itaque donum Confirmationis dicit internè collectionem auxiliorum efficacium, ut Perseverantiæ donum; sed quæ sunt in intellectu clariora, & uberiora; in voluntate ardentiora, & majoris suavitatis: dicit externè, Protectionis genus excellentius, quo victoria tentationum fit suavior. Vnde collige donum Confirmationis per se non exigere intensionem majorem Gratiæ habitualis; nam hæc tota copia Gratiarum potest sine æquali intensione habitualis Gratiæ reperiri. Terminativè verò per se, & ex parte principii peraccidens comitari has Gratias æqualiter intensam ipsam habitualem, fateor. Illud, quia ea auxiliorum intensio meritoriè per actus, ad quos movent, intendunt Gratiam. Illud: quia non solet Deus Confirmationis Donum, nisi eximiè justis, elargiri.

SECTIO II.

AN EVITATIO OMNIVM VENIALIVM stare possit sine speciali Privilegio? Quid, hoc sit? & cui concessum?

Certa:

336 LOquimur ex suppositione, quòd homo justus sit: nam de eo qui justitiâ caret, res extrà controversiam est: cùm beneficium evitãdi mortalia omnia alligaverimus habenti justitiã. *Duo* præmitto. *Alterum*, posse unum venialiter peccare: *Alterum*, posse omnia peccata venialia vitari per speciale privilegium Dei. *Illud* est contra Iovinianum, referente Hieronymo, & Sectarios aliquos nostri tẽporis. Hoc est contra alios è grege Calvini. Iam est quæstio: an Iustus per auxilia ordinaria, quæ sunt annexa Iustitiæ habituali, maneat ita firmus in bono, ut sine speciali privilegio possit eludere omnes occasiones peccandi, & evitare omnia venialia longo tempore occurrentia, seu per totam vitam: ita (quantum assequor ipse,) ut evitatio omnium venialium separari possit ab speciali privilegio ulteriùs superaddito?

Controversum.

337 In substantiâ decisionis nullum Catholicis Doctoribus potest esse dissidium: est verò maximum in modo recurrentibus ad impotentiam physicam paucis; ad moralem, communiter reliquis; aliis ad antecedentem, ad consequentem, aliis: factiosissimè singulis. Aperiam ipse, animo discendi, quid sentiam.

In quo dissidium.

Inicitio Authoris.

338 Sit prima Conclusio: Evitatio omnium venialium per longum vitæ tẽpus stare nõ potest in homine, quantumvis justo, sine speciali Privilegio. Is fuit semper sensus Ecclesiæ, tandem definitus à Tridentino sic habente *sess. 6. can. 23. Si quis hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, neque Gratiam amittere, atque adeo eum, qui labitur, & peccat, nunquam verè fuisse justificatum; aut è contra; posse in totâ vitâ peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de Beatâ Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.* In quo damnatur Doctrina Calvini, aliorumque dicentium, justitiam reddere hominem impeccabilem; eâve armatum hominem, sine aliâ Gratiâ, evitare omnia etiam venialia, quasi per ipsam confirmaretur in bono.

Prima Conclusio.

Concilium Trident.

Contra Calvin.

339 Fundatur Catholica Doctrina in Scripturis, ubi passim dicitur, *Iustos septies cadere, Sanctis ineſſe quid remittatur, pro remissione orare ad Deum omnes Sanctos, in multis omnes offendere*: quibus satis innuitur, non quidem lex peccandi (quæ impossibilis est ex terminis) sed lex Divina ob altissimos fines Providentiæ suæ permittendi justis diù viventibus multa peccata venialia: Fieri ergò nequit, quòd omnia venialia evitentur à justo, quin eò ipsò desinant ipsi permitti peccata venialia: ergo quin hat con-

Ratio fundamentalis.

contra communem legem. Sed exceptivus favor contra legem, speciale privilegium est: ergo fieri nequit, quòd sine speciali privilegio, &c. Quàm conformis sit illa lex Nostræ Naturæ, unde ratio sumi solet à priori, patet ex instabilitate nostri cordis, ex concupiscentiâ, & fomite, ex multiplici occasionum occursu, ex defectu formæ firmantis in bono: quibus malis non eximit Gratia; unde etiam cum ipsâ manet Natura, cum naturali inexigentiâ suâ continuatæ honestatis, & uniformitatis in operando.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

Tertia Conclusio Principalis.

Prima Probatio à nu. 352. Infrà.

Secunda Conclusio bipartita.

340 Sit secunda Conclusio: Necessitas specialis privilegii pro vitatione omnium venialium necessarii, reduci non potest ad impotentiam antecedentem physicam contrapositam sufficientiæ, neque ad moralem contrapositam imputabilitati prudenti. Prima pars contra Zumelem, & Curielem est communis, & ostenditur: Nam impotentia physica evadendi malum est physica necessitas ad ipsum malum: ergo impotentia physica evitandi omnia venialia, est necessitas physica ad aliquod veniale: hoc enim est contradictorium illius. Sed implicat physica necessitas ad aliquod veniale: ergo & illa impotentia physica. Probo minorem: nam eò ipsò, quòd daretur physica necessitas ad aliquod veniale, peccare venialiter esset physicè, & absolutè necessarium, non minùs ac esset absolutè necessarius equus ad equitandum, si sit physica necessitas ad aliquem equum in hunc finem: sed peccare venialiter non potest esse physicè necessarium: peccaremus enim per id, quod absolutè necessariũ est, vel per id quod est venialiter peccare (quia absolutè necessarium) non peccaremus: quorũ utrumlibet peccat in terminis: ergo. Confirmatur: nam physicæ sufficientiæ defectus tollit imputabilitatem. Deinde quia physica sufficientia non minuitur in his ex exercitio.

Pars prima. Zumel. & Curiel.

Secunda pars.

341 Secunda pars contra Modernos aliquos non satis distinguentes, ostenditur etiam: quia tanta moralis impotentia, ut tollat prudentem imputabilitatem, nequit stare sine maximâ potentiæ physicæ diminutione: imò nec sine tantâ, ut tollat physicam Potentiã. Tùm etiam quia si tanta sit impotentia, ut terminum reddat inimputabilem prudenter, absolutè redder inimputabilem; cùm imprudens imputatio, nulla sit: eruntque eadem utrique parti indotvenientia.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

342 Sit tertia Conclusio: Neque ista necessitas privilegii reduci solùm potest ad impossibilitatem moralẽ ex prudentum æstimatione. Est contra vulgarem explicãdi modum. Probatur primò: quia hæc impossibilitas, solùm est impossibilitas *secundùm dici*, & non *secundùm esse; mentis, & non rerum*: denominativa ex judicio prudentum, plerumque discurrentium à posteriorĩ, & à simili, ut explicabo *à num.* 352. Secundò: vel talis impossibilitas obstat prudenti imputabilitari, vel non? Si primum: incidit is in Zumelem: & quidem, ut communiter explicari solet, & vocitari irrefragabile, & antecedens fundamentum prudentis desperationis, vix discerno ab inimputabilitate prudenti. *Dicitis*, vagari per singula, sine læsione libertatis ad singula. *At hoc* est dicere, esse omninò extrinsecam, & denominativam, potiùs *mentis*, quàm *rerum*. Si secundùm: quâ ratione est prudenter imputabile, (nam prudenter est idem, ac moraliter,) quod est prudenter, & moraliter impossibile?

Illustratur ex Trident. R baden.

Tertia potior.

343 Tertiò, & efficaciùs. Dicentibus absolutè Conciliis, *non posse vitam æternam obtineri sine speciali Gratiâ*, nequit impunè dici, solùm esse sermonem de morali impotentiâ: sed æquè loquuntur de impotentiâ evitandi omnia venialia: ergo nequit impunè dici solùm esse sermonem de impotentiâ morali. *Dices*, diversitatem debere colligi ex diversâ materiâ. *Contra*: tunc sub eisdem Conciliorum verbis potest præsumi diversitas sensûs, quoties inexcusabilis est pro ipsorum veritate ruendâ; sed hæc diversitas non est in nostrâ materiâ inexcusabilis, cùm assignari possit impotentia supra moralem, ut videbimus: ergo. Vrgetur ex ipso Canone Tridentini, quem benè ponderat Pater Ribadeneyra *disp. 14. de Voluntate cap. 3. num. 19.* Non minùs, nec aliter judicat Concilium, *ex contextu Canonis*, impossibile, *vitare omnia venialia sine speciali privilegio*, quàm hominem justum *ipsâ Iustificatione fieri impeccabilem*, in præsenti Providentiâ; sed hoc non solùm *moraliter*, sed etiam *physicè* est impossibile: ergo & illud. Vnde, ut Conciliorum uniformis veri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

veritas defendatur, opùs est, ut, quantum patitur ipsa materia, de quâ loquuntur, quæri debeat modus, quo juxta Providentiam præsentem sit impossibile simpliciter, & verè hæc duo verificari: *Homo vitat omnia venialia, & caret speciali privilegio.*

Quarta, & potissima.

344 Tertiò &, *meo videri*, efficacissimè. Ex actuali positione rei moraliter impossibilis, neque metaphysicè, neque moraliter infertur defectus impotentiæ moralis ad ipsam: ergo ex actuali vitatione omnium venialium sine speciali privilegio neque metaphysicè, neque moraliter infertur defectus impotentiæ moralis ad ipsam: ergo circa necessitatem specialis privilegii, & evitationem omnium venialium sine ipso, ea solùm definitur à Concilio impotentia, ut etiá physicè, & moraliter salvaretur, positá semel à justo vitatione omnium venialium sine speciali privilegio: Alioqui ex positione rei moraliter impossibilis, vel physicè, vel moraliter inferretur defectus moralis impotentiæ. Atqui hoc est omninò dissonum, cùm ex eo quod daretur homo justus, qui vitaret sine speciali privilegio omnia venialia, totâ vitâ mortali occurrentia, salius conferetur Tridentini Canon: ergo quia definit impotentiam morali majorem, aut ab eâ omninò diversam. Tota difficultas est in antecedente, ex quo bene cuncta sequuntur.

345 Antecedentis ergo prima pars ostenditur: Impotentia moralis ad aliquid, ut distincta ab impotentiâ metaphysicâ, solùm moraliter excludit positionem ipsius: ergo potest realiter, & metaphysicè conjungi cum tali positione moraliter impossibili: ergo ex tali positione non infertur metaphysicè defectus impotentiæ moralis ad ipsam. Probo istam consequentiam: Nequit inferri metaphysicè defectus impotentiæ moralis ex positione rei metaphysicè cum ipsâ conjungibilis; sed positio rei moraliter impossibilis est metaphysicè conjungibilis cum morali impotentiâ ad ipsam: ergo ex illâ positione nequit inferri metaphysicè defectus illius. Ostenditur altera pars antecedentis: si ex positione rei moraliter impossibilis, deberet inferri moraliter defectus moralis impotentiæ, esset ex eo, quòd sicut excludit moralis impotentia moraliter positionem, ita moraliter excludit moralem impotentiam ipsa positio: hoc autem esse falsum ostendo sic: fieri potest, ut positio rei moraliter impossibilis metaphysicè connectatur cum impotentiâ morali ipsius: ergo neque moraliter potest ipsam excludere. Patet consequentia: & antecedens probatur exemplo duplici, quod multipliciter augeri posset: *Primum* est: Veritas hujus antecedentis: *Hæc famina est mater*, est impotentia moralis ad istâ: *Negabit Filio, quod Filio est necessarium, & Matri facillimum*: At veritas istius: *Hæc famina negat Filio suo, quod ei si est necessarium, & Matri facillimum*, (quod erat extremum moraliter impossibile) cum ipsâ morali impotentiâ, nempe cum Maternitate connectitur. *Secundum* est: Eductio sortis *A* de millibus (quarum quæque sit juxtà contingens) est moraliter impossibilis; & tamen ejus de tantis eductio, cum suipsius morali impossibilitate connectitur.

Quarta Conclusio Specialis.

346 Sit quarta Conclusio: Tota necessitas specialis privilegii sumitur ex inexigentiâ physicâ, quam habet & servat homo, etiam justus, præventus auxiliis ordinariis, ut eximatur à lege communi. Explico Conclusionem, & probo. Eò ipsò, quòd Gratia cum auxiliis ordinariis non eximat hominem à lege communi, nec ipsi det jus ut eximatur, exceptio est, & manet indebita, & specialissimum Privilegium; sed nec Gratia cum auxiliis ordinariis eximit justum à lege communi, nec ipsi dat jus ut eximatur: nam cum ipsâ conjungit Legem Deus; nec ipsa firmat hominem indeclinabiliter in bono: ergo exemptio à communi lege manet etiam indebita justo, & consequenter speciale privilegium. Sed evitatio omnium venialium, suppositâ lege hujus Providentiæ, est exemptio à communi lege, & extraordinarium privilegium: ergo evitatio omnium venialium est omninò indebita homini justo: ergo nequit homo justus separare juxta legem hanc Providentiæ, evitationem omnium venialium ab speciali favore, & speciali privilegio: quod quidem decrevit Deus justo non dare. Sic explicatur dilucidè, nisi fallor, Canon ipsius Tridentini.

Explicatur, & probatur.

347 Resultat enim ex his, *Impotentia physica* in justo, non quidem ad evitanda omnia venialia, sed ad evitanda sine favore indebito, & speciali privilegio: quod sic ostendo: licèt quis habeat sufficientiam ad evitanda omnia venialia, non habet sufficientiam ad ea evitanda sine speciali, & gratioso privilegio, si facere non potest, ne sit ipse sub lege communi, & ne sit ipsi indebita exemptio; sed homo quantumvis justus nequit facere, ne sit illi indebita exemptio à communi lege, & ne sit ipse sub lege communi: ergo neque facere potest, quòd evitentur omnia venialia sine speciali Privilegio: cùm ipsa evitatio sit ipsamet Exemptio, & Privilegium. Probatur minor: Nequit homo facere, quòd ipse non sit sub lege (suppositâ præsenti Providentiâ) si facere non potest, quòd sibi non dentur occasiones, in quibus prævisus est cadere; neque facere potest, ne sibi sit indebita exemptio à communi lege, ni facere possit, quòd sibi debeatur quod opponitur legi; sed neutrum potest homo facere. Vnde fit, evitari omnia venialia, & non esse speciale Privilegium, juxta præsentem Providentiam, esse omninò impossibile; cùm non minùs implicet ac dari exemptionem à communi lege, & non dari.

Illustratur.

Objectio repellitur

348 Dicis: Privilegium speciale requiritur à Tridentino ad *posse*. Distinguo: ad *posse efficax*: in quo jàm involvitur exemptio à lege, concedo: *ad posse sufficiens*, subdistinguo: *antecedenter*, & *ex parte principii*, nego: *consequenter*, & *ex parte termini*, concedo. *Instas*: ergo habet homo justus *posse* evitare omnia venialia *sine* speciali privilegio. Nego consequentiam: quia licèt *sine* speciali privilegio habeat *posse*: *ipsum posse* cum lege componitur; atque adeò evitatio omnium venialium est inseparabilis in præsenti Providentiâ ab speciali privilegio.

Replica,

Replicas: ergo vel non habet posse ad evitanda venialia, vel habet posse acquirendi speciale privilegium. Nego consequentiam: quia posse acquirere speciale Privilegium, est, suppositâ jam lege, se ab eâ posse eximere, quod est impossibile: nam suppositio legis est suppositio Scientiæ Mediæ de peccato futuro, quocum nequit componere vitationem peccati futuri. Privilegium autem est exceptio à lege præsenti.

Solvitur.

Adhuc alia.

Fortior Instantia:

349 Vrges: ergo, si evitatio venialium est inseparabilis ab speciali privilegio; qui nequit adquirere privilegium, nequit eam ponere vitationem, potestate saltem sufficientiæ. Nego consequentiam ex *duplici* capite: *Primum* est: quia potestas acquirendi privilegium est potestas efficaciæ, vel eam involvit, ut dicebam: dari autem potest potestas sufficientiæ sine potestate efficaciæ. *Alterum* est: quia inseparabilitas evitationis à privilegio, licèt metaphysica sit suppositâ præsenti Providentiâ, non est tamen nisi ex suppositione consequenti, quam facit ipsa lex: unde, cùm impotentia ex suppositione consequenti, non tollat potentiam antecedentem, licèt Natura juxta præsentem providentiam constituta non posit adquirere speciale privilegium: valebit tamen potestate sufficientiæ ea vitare; non tamen valebit ea vitare separando vitationem ab speciali privilegio: hoc enim ipsi est juxta præsentem Providentiam impossibile.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. Solvitur.

350 Quam explicationem Concilii, mihi placentem, aliis fortè displicituram, commendat in simili Præceptor Angelicus, reducens ad hunc modum discurrendi, nisi fallor, necessitatem specialis doni ad perseverandum *quæst.* 24. *de Veritate*, *art.* 13. *Corp.* Nota, quod Pater Ribadeneyra *disp.* 14. *de Voluntate cap.* 3. *num.* 25. in fine, non putat absurdum dicere, habere hominem, per ordinaria auxilia Gratiæ, situm in libertate suâ hoc speciale Privilegium: quod aliunde potestate consequenti est ipsi impossibile. Quod si verum sit, inoffensiùs curret opinio nostra

S. Thomas.

Ribaden.

351 Restant *tria*. *Primum*: quid involvat hoc speciale Privilegium? Respondeo, dicere Confirmationem in bono, & fomitis extinctionem. Fateor tamen, haberi posse per extraordinariam protectionem singularissimam, sine extinctione fomitis. *Alterum*, cuinam sit hucusque concessum ex puris hominibus? Respondeo primò: Virgini Immaculatæ concessum, & esse de Fide. Respondeo secundò, de aliis Sanctis pluta dicta esse, quæ vel improbabilia censentur, vel temeraria, vel proxima errori: unde communis sententia nemini, præterquam Virgini, tale Privilegium asserit; & videtur esse sensus Ecclesiæ. Tamen idem de Joanne Baptistâ sentire Galatinus, Catharinus, & Abu-

Quid sit?

Quibus concessum?

Sensus Ecclesiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 8. de Deo Auxiliât.

Aliorum Doctorum privati sensus.

Suarez.

Abulensis. De Hieremia, & Iacobo minori, idem senserunt alii, quos Lorinus suppressè citat *Psalm. 45. versic. 6.* De omnibus sanctificatis in utero, & specialiter *de Sancto Iosepho* idem sensit Ekius. De Annâ, & Ioachimo (conditionatè, si nempe aliis sit concessum,) sensit idem in Elucidario Eruditissimus Poza. Videatur Suarez *part. 3. de Gratiâ, lib. 9. cap. 8. anum. 23. Tertium* denique: ad quantum temporis fine speciali privilegio valebit homo occurrentia omnia peccata venialia vitare? Respondent Soto, & Vega, *ad unum dicm.* Respondent alii, quibus hoc videtur nimium ex illo: *Septies in die cadit justus: ad spatium trium, vel quatuor horarum.* Res est omninò incerta, in quâ satius est nihil decernere cum Suarez, quem *vide loco citato.*

SECTIO III.

COROLLARIVM DE IMPOSSIBILITATE Morali.

§. I.

MENS AVTHORIS DE MORALI Impossibilitate.

Præmissa:

352 QVam non ideò nego, quòd ipsâ non usus in præcedentibus fuerim. Expucabo tamen, quid sub his vocibus, quibus plerumque non tam utimur, quàm abutimur ad eludendas difficultates, lateat: ut exinde appareat præcedentis Doctrinæ necessitas. Pono

Primum:

primò: Omne moraliter impossibile, esse reipsâ possibile, & physicè contingens secundùm se. Ea enim, quæ metaphysicè sunt impossibilia, vocari non solent impossibilia moraliter: quippè iste terminus est limitativus possibilitatis physicæ, quam supponit. Pono secundò: Impossibilitatem moralem non inveniri in omni re difficili: plura enim difficilia sunt, quæ non censentur moraliter impossibilia. Pono tertiò: Impossibilitatem moralem ex genere suo præscindere à majori inclinatione in unam partem potiùs, quàm in aliam: imò & à positivâ, & intrinsecâ difficultate potius in unam, quàm in aliam partem ingruente. Ratio est: quia plura sunt moraliter impossibilia, ad quæ non est in rebus, in quibus antecedere dicitur moralis Impotentia, Inclinatio major, quàm ad contradictorium, nec major intrinseca difficultas: do exempla. Moraliter est impossibile, quòd ex mille hominibus nullus unquam otiosè loquatur: in quorum nemine inclinationem invenies potiùs ad unum, quàm ad aliud. Moraliter est item impossibile, quòd æquè liber homo, sèper uniformiter operetur, quin tamé ulla major in unum, quàm in aliud occurrat difficultas, aut inclinatio. Sunt innumera.

Alterum:

Tertium:

353 Pono quartò: Omne genus impossibilitatis importare necessitatem contradictorii: unde si aliquid sit moraliter impossibile; contradictorium debet esse moraliter necessarium: quare, & impossibilitas, & necessitas eádem cum proportione veniunt declarandæ. Pono quintò: Duplex esse Genus moraliter impossibilium: nam alia sunt ex purè fortuitis, quale est jacere centies talos in eundem continuum numerum: alia sunt ex per se liberis: qualis est omissio omnis verbi otiosi à mille hominibus; aut ab uno longa, & continua uniformitas in operando. His positis

Quartum:

Quintum.

Prima Conclusio.

354 Sit prima Conclusio: In rebus per se liberis, Impotentia moralis ad aliquid, & moralis necessitas ad oppositum, non est aliquid rebus intrinsecum, neque est aliquid ex parte rerum, sed est *pura denominatio* à Prudentum judicio, quòd res aliqua vel semper, vel nunquam eveniet. Itaque *ex parte rerum* sunt *causæ moraliter necessitatæ*, sunt *moraliter impotentes*, sunt termini *vel moraliter necessarii*, vel *impossibiles*: necessitas tamen, aut impotentia non est ex parte rerum. Probatur assertio primò, & à priori Omne genus necessitatis, aut impotentiæ, formaliter constituitur per connexionem cum alterutro contradictorio: ergo id, in quo formaliter consistat moralis connexio, est formaliter, vel moralis impotentia, vel necessitas. Atqui ex parte rerum in agentibus liberis tota connexio Agentium cum alterutro contradictorio est ipsis extrinseca, nullaque est nisi consistens in Prudentum judicio intentionaliter connectente actum primum cum secundo: ergo tota necessitas, & impotentia est rebus extrinseca; & pura denominatio. Quæ ratio, brevi insinuata, mihi apparet evidens ex ipsis terminis.

Quid Moralis Impotentia, & Necessitas in liberis?

Ratio prima.

Illustratur.

355 Illustratur exemplo. Sume mente collectionem triginta venialium, ad quorum vitationem pura me moraliter impotentem: & collectionem triginta hominum, in quibus existima moralem necessitatem ad aliquod verbum otiosum. Iam sic: ex parte rerum, & sepositio Prudentum judicio, nulla est connexio vaga cum aliquo verbo otioso, in totâ illâ hominum collectione; nec in me ulla connexio cum aliquo veniali: ergo ex parte rerum non est ulla moralis necessitas, vel impotentia: ergo tota consistit formaliter in illo prudentum judicio, quod describi.

356 Antecedens probatur quoad primam partem: Tota illa collectio est collectio voluntatum æquè indifferentium secundùm se, neque minùs de novo indifferentium ex consortio unius cum aliâ: ergo non potest ex parte earum dari ulla connexio. Probo consequẽtiam. Tùm quia si consortium unius cum aliâ non reddit minorem indifferentiam, quâ ratione potest esse connexio? Tùm etiam quia fieri potest, ut non loquantur viginti novem: hoc enim non erat moraliter impossibile, ut supponimus: ergo devolvitur in eâ suppositione connexio ad trigesimum: cùm æquè vagetur in singulos. Sed ea suppositio ex parte rerum nec est titulus, nec jus connectendi trigesimum cum otiosâ locutione: ergo tota illa connexio non est rebus intrinseca, sed unicè mentis prudenter judicantis.

Ratio secunda:

357 Probatur secunda pars. Ipse numerus venialium non refundit quicquam in actum primum Agentis liberi, vel respectu collectionis, vel respectu unius, ex suppositâ aliorum vitatione. Dicitis: aliquid morale refundi. Quid hoc est; si verba seponas? Additis: eam ipsam inexigentiam uniformitatis esse moralem impotentiam. Benè! inexigentia uniformitatis, obstat, ut ego eam judicem: ut ego desperem, nec prudenter cogit, ut jam premo.

358 Probatur assertio secundò: si quid esset in rebus, quod constituere posset formaliter morales hos respectus, esset ipsum fundamentum prudentis judicii desperantis aliter eventum rei; sed tale fundamentum esse non potest formaliter ipsa moralis impotentia, vel necessitas: ergo non est ex parte rerum. Consequentia tenet, & major videtur esse fundamentum communis opinationis. Ostenditur minor: primò, quia illud ipsum fundamentum solo mediante judicio connectit causas cum futuris eventibus. Secundò: quia illud fundamentum non est aliquid ex parte actûs primi, præscisim ab experientiâ Agentis vel in se, vel in simili: imò sola est hujusmodi experientia: sed hujusmodi experientia nequit esse moralis impotentia, seu necessitas: cùm ipsa præsertim in simili nec influat in hunc effectum; plerumque sit consequens, & physicè impertinens; nec tollat causæ inconnexionem; alioquì tolleret libertatem: solùmque sit secundùm dici ex parte agentis: ergo. Probatur major. Tùm quia quidquid est ex parte actûs primi (præsertim in indifferentiâ physicè æquali ad utramque partem) non potest esse medium moralis certitudinis ad unum præ alio. Imò etiam cum indifferentiâ physicè inæquali, licèt possit esse probabilior hic effectus, quàm ille; sepositâ experientiâ, certus esse non potest. Tùm etiam: quia nullus est prudens, qui non recurrat in his ad experientiam. Tùm etiam: quia sepone experientiam vel in ipso agente, vel in simili: tolles omne moralis certitudinis medium. Confirmari hæc ultrà possent: quia aliter est inexplicabilis ista materia, nisi per circulum frequentis vitii. Tùm quia morales istæ impotentiæ, & necessitates ex parte rerum antecedentes, & moraliter inevitabiles, libertati repugnant.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Secunda Conclusio de Fortuitis.

359 Sit secunda Conclusio: In rebus per se, respectu Nostri, fortuitis, Moralis impossibilitas reduci plerumque debet ad physicam impotentiam eligendi nostram, vel ad defectum formæ determinantis impulsum necessarium: his verò sepositis constitui formaliter debet per existimationem communem Prudentiũ. Probo simul, & explico Conclusionem: In fortuitis moralis impossibilitas plerumque sonat exemptionem ab arbitrio nostro, & inimputabilitatem: ideò enim dicitur eductio continuatæ sortis è millibus, quibus miscetur, impossibilis nobis moraliter, quia nostrum non est eligere: ple-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

plerumque sonat meram contingentiam in eveniendo sic: plerumque sonat determinationem, ut uniformis eductio non contingat.

360 In primo sensu reducitur ad impotentiam physicam eligendi nostram ex defectu notitiæ de impulsu necessario ad hunc eventum præ illo: unde Angelo, qui tali notitiâ non caret, imperabilis est, & imputabilis hujus generis actio. In secundo reducitur ad defectum causæ determinantis ad unum potiùs, quam ad aliud uniformiter: & ideò sunt, & dicuntur eventus fortuiti: quia, si esset causa determinans, oriretur effectus, ut solet, uniformiter ab aliis agentibus necessariis. In tertio sensu reduci solùm potest ad existimationem Prudentum: nulla enim est ex parte rerum determinatio, cur hæc potiùs, quàm illa sors accidat? cur eadem continuari bis soleat: cur desperetur in centum jactus continuatio? quæ omnia nituntur experientiâ, colligente eam dispositionem in primâ causâ; ne fortuita vel cum liberis, vel cum necessariis æquivocarentur in eveniendi modo. Recursus autem ad ipsum cumulum rerum æquè contingentium, & sibi obstantium, quò recurrit Herrera *quæst.* 10. *de Voluntate secl.* 2. sufficit ne certò judicem evêtum hunc præ alio: ut tamen certitudine morali desperem, non sufficit, ut *nu.* 358. notavi. Ex quibus probata manet *triplex* pars Assertionis.

Herrera.

§. II.

PERVTILES ILLATIONES.

Illatio Primæ.

361 INferuntur ex his multa scitu dignissima. Primum: Impotentiam, & necessitatem moralem, non esse aliquid antecedens ex parte causatû: quod inspectum secundùm se sufficiat, ut effectus debeat desperari: tanta quippe necessitas stare non potest sine maximâ diminutione physicæ libertatis, atque adeò cum plenâ deliberatione ad peccandum: unde Sententia communis ita apud Modernos hæc explicans, & aliunde prudentem imputabilitatem ad peccandum etiam graviter relinquens, loquitur apud me contradictoria. Quare P. Amicus, tactus rei difficultate, ne verba verbis adderet, assignaturus in physicis pro constitutivo respectuum horum moralium aliquod ens, dixit, fore tantam mentis perturbationem, & libertatis imminutionem ex anticipante concupiscentiâ, ut nulla sit exinde libertas ad peccandum graviter, si Gratia desit. Quod dixit meritò penès hanc viam.

P. Amic.

P. Theod. Mauris.

362 Nec Recentissimus quidam melius assignat constitutivum, dicendo, impossibilitatem, & necessitatem moralem esse antecedentem, & esse eam causæ constitutionem, sub quâ nullus prævisus est consentire, vel dissentire. Quis non videat contradictionem, cùm ex unâ parte constituat unicè fundamentum eventûs in experientiâ causæ similis, & inde faciat connexionem ex parte actûs primi in istâ, cui physicè est impertinens experientia alterius? Præterquàmquòd hoc est divinare, & quasi per fictionem juris devolvere in actum primum unius causæ eventum alterius ad judicium de uniformitate inter utramque.

Secunda:

363 Secundum: Hos respectus morales Impotentiæ, & necessitatis solùm esse respectus *secundùm dici, & co nosci*. Prudentium, qui motivum omninò exterinsecum, & plerumque consequens quasi devolvunt in actum primum, ut de ipso judicent conjungendum sic vel aliter cû effectu. Dicuntur tamen, moraliter, impotentia, & necessitas; quia sicut contingata rei defectio est signum, & quasi effectus impotentiæ; & uniformitas continuata in existendo est signum, & quasi effectus necessitatis: in morali æstimatione quoad hunc modum eveniendi æquivalent res alioqui cõtingentes physicæ necessitati, & impotentiæ. Vnde ipsâ nihil est nisi fundamentum ad simile judicium, quod de causis necessariis, aut de physicè impotentibus facimus: est tamè fundamentum plerumq; cõsequens vel in ipso eventu consistens, vel in experientiâ de similis causæ conjunctione simili cum effectu suo.

Tertia:

364 Tertium: evenire posse, ut aliquid sit moraliter impossibile, vel necessarium, & quod de facto eveniat aliter. Pater, quia Prudens existimatio non est connexa cum sui veritate. Do manifestissimum exemplum: Ponat Deus hominem in eo statu, in quo peccaturus non sit nec venialiter per triginta annos, seligendo nempe cogitationes, quas vidit uni-

unicè congruas, & præcavendo incongruas: Hic homo positus inter nos Impossibile est moraliter, quòd non peccet aliquando: nec erit prudens, qui non desperet eam uniformitatem in bono: & tamen ipse peccabit nunquam. Ergo tota impossibilitas, & necessitas moralis, si alioqui non sit physica in rebus, penès nos est unicè, nec est ex parte rerum. Dixi, *si alioqui non sit physica*: plerumque enim nos, (errando tamen) putamus solùm moraliter impossibile, vel necessarium: quod *hic & nunc* ex præsenti rerum constitutione tangit lineam necessitatis physicæ, vel impotentiæ: sic accidere puto non semel in passione correptis, in matribus amantibus Filios, & similibus, ex defectu notitiæ in oppositum.

Quarta:

365 Quartum: insulsè à nonnullis, vocum sono deceptis in hac materiâ, sumi ex fortuitis paritatem ad libera: quasi quia nobis non est prudenter imperabile jacere talos centies in eundem numerum, quia moraliter impossibile; ideò non sit prudenter imperabile nobis, vitare centum venialia, quia est moraliter impossibile. Disparitas enim est omninò clarior, quàm ut ferri possit objectio. Nam illa moralis impossibilitas fortuitorum est exemptio à dominio nostro, reduciturque ad impotentiam physicam eligendi nostram ex defectu notitiæ de medio apto ad eum finem: sine quâ notitiâ stare nequit imputabilitas, aut libertas: at moralis impossibilitas liberorum est extrinseca causis liberis, nec diminutiva indifferentiæ physicæ, & naturalis; quâ salvâ, manere non nequit imputabilitas, & libertas.

Vltima. Vide sup. lib. 8. à num. 63.

366 Vltimum: quàm verum sit, quod in communi Sententiâ dicitur, nempe à distributivo, non valere consequentiam ad collectivum; & moraliter possibilibus singulis divisivè, posse esse moraliter impossibilem collectionem: imò vitatis cæteris præter unum, devolvi ad hunc unum necessitatem, aut impossibilitatem moralem æquè vagantem in singula, ex suppositione, quâ reliqua vitarentur. Hæc *tria*, quæ videntur communiter principia, & juxta communem explicationem ægrè explicata, (si explicata unquam sunt) sunt clarissima juxta nostram.

367 *Primum*, quia potest esse fundamentum ad judicandum prudenter unû, & non aliud: quod evenit frequentissimè: unde ex eo fundamento, quod jam explicui, prudentum communis existimatio connectit extrinsecè, seu moraliter causam cum aliquo collectionis vagè accepto; non tamen potest cum aliquo determinatè, quod illud cumq; sit: & hoc est dari, vel impotentiam, vel necessitatem ad collectionem, cùm alioquin non detur ad singula collectionis divisivè: *Et non valere à distributivo consequentiam ad collectivum.* Omnia enim sunt considerationis nostræ: quibus explicui jam *secundum, Tertium* etiam patet, quia ea devolutio ad unum, vitatis reliquis, est omninò extrinseca consistens in actûs nostri disjunctione (nihil enim in rebus indeterminatum, aut vagum esse, dixi jam *alibi*,) quare lædere non potest intrinseca comprincipia libertatis: nec tollere moralem imputabilitatem eventûs. Sed

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Suprà lib. 1. à n. 291.

368 Objicies adversus doctrinas præcedentes: Primò: datur necessitas moralis consistens in actuali inclinatione causæ ad effectum: talis est, quæ reperitur in Matre respectu Filii: ergo & datur in rebus. Secundò: Occasiones peccandi proximæ, & proxima pericula delinquendi sunt necessitates morales: atqui occurrunt in rebus: ergo & morales necessitates.

Objectiones.

369 Respondetur. Ad primum nego antecedens: aliud enim est, quod plerumque fundamentum judicii, sumatur etiã ex iis, quæ sunt ex parte actus primi causarum: aliud, quod in eo consistat. Primum fateor, & nego secundum: quia quævis inclinatio præcedens ex parte actûs primi, si notabiliter non minuit libertatem, aut omnino tollit, non sufficiet necesitare ad judicium desperativum effectûs oppositi, nisi facto recursu ad experientias. Si verò notabiliter minuit, aut omninò extinguit libertatem, alius casus est: Ista enim potiùs est necessitas physica, quàm moralis. Et sic, ut *nuper* adverti, existimo contingere communiter in Matre respectu amoris erga Filium. Nam ipsa frequentia aspectûs, & exinde crescens affectus extinguit notitias averfivas ab amore, nec finit advertere in filio dignitatem ullam

Solvũtur.

Suprà nu. 364.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Quid Pericula, & occaſiones?

ad aliud: quare pertingit ad phyſicam uſque neceſsitatem.

370 Ad ſecundum: occaſiones & pericula proxima peccandi potiùs ſumuntur ex experientiâ in ſimili eventu, quàm ex rebus ſecundùm ſe: atque adeò ut in rebus occurrant, non important in rebus formam ipſam, à quâ neceſsitates morales appellantur. Inſtas: quid ſi ex parte actûs primi præcedat judicium ipſum prudens de futuritione eventus ex experientiis in ſimili? Dicam, hoc judicium ſi ex parte operaturi contingat, connectere ipſum cum operatione moraliter, non phyſicè. Non phyſicè: quia potiùs cautiorem reddit: Tum quia videt in manu ſuâ eſſe falſificare judicium ad quod impellunt ſimiles experientiæ. Moraliter: quia ex ſimili eventu cogitur dubitare de ſuâ reſiſtentiâ in futurum: quare cum ſtatum amans, convincitur amare ipſum: & ideò peccat.

LIBER

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

LIBER DVODECIMVS

DE CONCVRSV GRATIÆ AVXILIANTIS.

Libri Aſſumpti ſpiſſim, & grave.

1 QVINQVE difficultates principales amplectitur, graves eas quidem; & *in Scholâ Scientiæ Mediæ*, multis in Tractatibus, *adverſus Thomiſticam*, obvias. Nam concurſus conſiderari poteſt in ſe, ſeu in actu ſecundo: & eſt *prima* difficultas: an ſit unicè Moralis, an etiam efficiens? Vel conſiderari poteſt in actu primo: & naſcitur inde triplex difficultas: atque *ſecunda* in ordine: an concurſum exerceat Gratia, ut tota Ratio, & Virtus agendi? *Tertia*: an dicenda ſit inſtrumentalis, vel principalis cauſa? *Quinta*: an ſuppleri poſſit per auxilium omninò extrinſecum? Vel tandem conſiderari poteſt ex parte termini: & eſt *quinta* difficultas: an poſſit eſſe concurſus Auxilii in actus ſe magis, aut æquè intenſos? Ad hæc capita reducentur aliæ ſubinde naſcentes in decorem reſolutionis.

DISPVTATIO LIX.

AN MORALITER, ET EFFECTIVE concurrant ad actus ſalutares, Actualis Auxilia Gratiæ?

Methodi ratio.

2 IN puncto maximè vario, & controverſo, variaſque Theologiæ Tractationes, nempe *de Viſione, de Virtutibus, de Charitate, deque Supernaturalitate*, tranſcendente; à facilioribus ſumo auſpicium diſputandi. Diſcuſſuri enim, quouſque Principiis Naturam elevantibus competat influxus in Actus illius, occaſione Actualis Auxilii, de quo Agimus; qualis ipſi Concurſus ſpecialiter competat, debemus omninò præmittere.

SEC-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

SECTIO I.

DE QVALITATE CONCVRSVS.

§. I.

QVID CONCVRSVS MORALIS, ET effectivus? & quem qui præstruni?

Duplex Influxus.

3 DVplex excogitari potest in Auxilio illuminante, & efficiente concursus ad electionem salutarem: *Moralis, & Effectivus*: & explicandus uterque. Effectivus consistit in physico influxu, quo ex præcontinentiâ causæ effectus egreditur, & incipit esse: unde est prima formalis determinatio rei ad existendum; & supponit necessario virtutem adæquatâ in causâ præcontinente, quam determinat, & exercet: ideòque comparari non possunt cum hoc concursu, principia, quæ vel non adæquent, vel non integrent causam physicè productivam.

Effectivus

Qui eum negent Auxilio. Suarez. Tannerus. Granadus. Lorca. Zumel. Meratius. Amicus. Oviedo. Arriaga.

4 Negant concursum hujusmodi Auxilio Illuminanti, & Afficienti, Suarez, Tannerus, Granadus, Lorca, Zumel, Meratius, Amicus, & Moderni communiter cum Oviedo, & Arriaga. Vide pro illius discursûs probabilitate unum Suarez *part. 2. de Grat. lib. 3 cap. 17.*

Qui teneant? Varietas.

5 Affirmant apud Ripaldam subscribentem *disp. 110. sect. 1. num. 2.* Doctores plurimi, quibus adde Patrem Esparza *quæst. 17. de Gratiâ*, & Doctissimos Magistros. Sed hi Authores non omninò conveniunt. Nam Stapletonius, & Albelda cum influxum defendunt in Auxilio, *etiam in præsentiâ habituum*: renuunt cæteri. Bellarminus, Albelda, & Herize *in manuscriptis disp. 2. sect. 3.* id genus influxûs concedunt Auxilio Afficienti; & Illuminanti negant: Reliqui, vel utrique, vel nulli.

Ripalda apud ipsũ plures DD Esparza. Bellarm. Albelda. Herize.

Moralis, qui?

6 Moralis, explicatu difficilior, consistit in ipsâ Notitiâ actuum intellectûs, & Voluntatis, quibus, dum informatur Anima, *allicitur, trahitur, inclinatur, & movetur*. Hi sunt *cõmunes* termini, quos sic intelligo: Actus intellectûs eatenùs trahit, aut allicit, quatenus potentiam facit attendere in objectum; unde *Vocatio* benè dicitur: quatenus eam facit quasi *appretiare*, & æstimare bonitatẽ objecti; & *viam docet* ad eligendum: unde *directio*, & *regula* dicitur benè: quatenus infert complacentiam ejus: unde dicitur *tractio* in ipsum objectum. Hæc complacentia, seu quivis alter affectus eatenus trahit, inclinat, & movet, quatenus voluntatem cogit, ut gustum objecti faciat; & exinde quasi oppignerat ad ulteriorem amplexum: quippè non facilè recedimus ab eo, quod semel placuit: unde quia facilior jam, fit etiam amabilior operatio circa ipsum objectum.

Nota bene

7 Et hæc est Illustrationum, & Affectionum *causalitas, moralis, & formalis*, & quidem *ex parte actûs primi*, & prout priori ad electionem. *Causalitas*, quia verè tribuimus electionem illustrationi, & affectioni præcedenti: verificamusque veram causalem. *Moralis*, ad similitudinem causæ exterioris, v. g. consulentis amici, qui præcisim ab influxu physico, suadet operis positionem, factus exinde quoad prudentem imputationem causa. *Formalis*, quia totum id præstatur per unionem ipsius vitalis accidentis cum animâ, quam denominat in genere causæ formalis: *In actu primo, & pro priori*: quia hos omnes effectus experimur ante electionem; quam, eos experti plerumque non ponimus, ingrati Deo miserenti, & vocanti. Si verò consentimus, & illustrationi, & affectioni conjungimus electionem, adquam vocamur, & allicimur; tunc movent in actu secundo, nõ quidem per causalitatem indistinctam à seipsis, sed per ipsam electionem quatenus adhærentem objecto illustrationis, & affectionis, & ab ipsis exinde pendentem, vel per actionem, quâ ponitur electio, specialiter annexam causis motivis, juxta varios dicendi modos, de quibus *alibi* ferenda sententia. Hoc genus moralis concursûs nemo negat Auxiliis Gratiæ.

1.2. Tract. de Actib.

§. II.

SENTENTIA VEROSIMILIOR.

Prima Conclusio.

8 SIt prima Conclusio: Gratiæ illuminantis, & afficientis Auxilia moralem concursum exercent in salutarem electionẽ tam in actu primo, quàm in actu secundo. Ratio est: quia ea singula, per quæ moralem hunc concursum explicuimus, ipsis conveniunt: per ipsa enim *dirigit Deus gressus nostros, & docet vias suas: illuminat tenebras nostras*: trahit *in odorem Divinitatis suæ, gustare nos facit, & videre*, quanta sit suavitas in obsequio. Hæc satis scientibus, & expertis misericordias Domini.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Secunda Conclusio. Ejus prima ratio.

9 Sit secunda Cõclusio: Gratiæ illuminantis, & afficientis auxilia physicum etiam, & effectivum concursum exercent in salutarem electionem. Probatur primò: Gratia illuminans, & afficiens, admitti talis debet, qualis describitur à Patribus, & Conciliis: sicut enim ipsam unicè novimus ex eorum ductu; qui qualem admiserunt Patres, & Concilia Gratiam, negat, negat Gratiã admissam à Patribus, & Conciliis: Atqui Gratia illuminans, & afficiens describitur à Patribus cum effectivo concursu ad actus salutares: ergo talis debet admitti.

Augustin. Bernard. Esparza. Ripalda.

10 Probatur minor, in quâ est tota difficultas, primò: quia Gratiam admissam à Patribus appellant ipsi *cooperatricem*, & *effectricem* actionis nostræ: sic passim Augustinus, Bernardus, & alii apud Esparzam, & Ripaldam citatos. Secundò: quia ipsi Gratiæ non solùm tribuunt vim suadendi, & regendi, sed etiam *agendi*: ubi contraponit Augustinus *Regi*, & *Agi*; atque adeò concursum moralem, & effectivum. Tertiò: quia apud Milevitanum *can. 4.* & Arausicanum *can. 6.* non solùm tribuitur Gratiæ illuminationis, & affectionis, *quòd sciamus, & velimus, sed quòd vacamus, & possimus agere*. Quartò: ex apertâ controversiâ Augustini cum Pelagio: dicente enim hoc, *ex possibilitate, volitione, & Actione*, possibilitatem juvari per Gratiam revelantem præcepta legis, & suadentem, quod bonum est; volitionem, & actionem eâ non indigere, clamat Augustinus *toto libro de Gratiâ Christi, Possibilitatem* non utcumque juvari, sed dari per Gratiam, unde vires, impotentiæ nostræ succrescunt, & exinde *volitionem, & actionem* à Gratiâ esse dante voluntati vires, ut agat.

Milevit. Arausic.

Augustin. cum Pelagio.

Efficax cõfirmatio.

11 Ex quibus efformo solidam probationem prædictæ minoris, & arguo sic: *Posse* ad agendum, *subministratio virtutis*, per quam valeamus velle, & operari, *vires* succurrentes in debilitati, & impotentiæ nostræ, cooperatrices, & effectrices nostrorum operum, sunt termini, quibus insinuatur, & exprimitur definitio virtutis physicè productivæ, & effectivi concursûs; præsertim in casu disputantium de eo genere activitatis, & concursûs, qualis erat Augustini, & Pelagii: sed per hos terminos explicant Patres, & Concilia munus illuminantis Gratiæ, & afficientis: ergo explicant per definitionem virtutis physicè productivæ, & effectivi concursûs. Sed qui admittit definitionem, eò ipsò admittit Definitum: ut qui admittit Animal Rationale, admittit hominem: ergo.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Ripalda. Esparza.

Altera.

12 Confirmatur: Constans est apud Patres contra Pelagium, esse in nobis indigentiam virtutis salutariter operativæ, & elevativæ, per quam in genere causæ physicè productivæ *sumus sufficientes, & agere valeamus*. Deinde constantissimum erit, ipsos evolventi, nullum aliud PP. expressisse Gratiæ Genus præter illustrationes, & affectiones: Iam sic Auxilia cõtra Pelagiũ expressa, & definita sunt principia physicè productiva, per quæ absolutè *possumus*, & *valemus*, alioquin insufficientes, & invalidi; sed Auxilia contra Pelagium expressa, & definita, unicè sunt illustrationes, & affectiones: ergo illustrationes, & affectiones sunt principia physicè productiva, per quæ absolutè possumus, & valemus. Vide Ripaldam, & Esparzam latiùs disputantes.

Secunda Ratio.

13 Probatur secundò Conclusio: Omnis cognitio per se dirigens (idem estò de affectione movente) effectivè concurrit ad affectum: ergo & Gratia illuminans, & Afficiens ad salutarem electionem. Consequentia ex genere ad speciem benè concludit. Antecedens, quod est plurium, & contra plures apud Salas *1. 2. tract. 1. disp. 5. sect. 3.* ex latè proponendis in *tractatu de Actibus* nunc brevi Probatur primò: Omnis affectus, utpote essentialiter voluntarius, est à principio non solùm cognoscitivo, sed etiam ut actualiter cognoscente: ergo supponit ex parte principii cognitionem: ergo cognitio integrat virtutem physicè productivam ipsius. Probo consequentiam. Tùm ex inductione, nam omnis forma essentialiter præsupposita ex parte principii censetur cum ipso effectivè concurrere: ut patet in complexo caloris, & ignis ad alium seu ignem, seu calorem: Quam si Philosophiam neges,

Ex 1. 2. Tract. de Actib. cũ P. Salas.

detur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

deturbabis facilè de gradu causarũ plurimas formas. Tùm etiam: quia non est cur causa in ratione causantis, nec effectus in ratione effectûs pendeat essentialiter ab eo, quo nec illa fit robustior, nec ullas vires accipit ad agendum; nec iste suum accipit esse physicum.

14 Secundò: quia cognitio, & præcedens affectio sunt veluti taxa perfectionis in electione, seu affectu subsequenti reluctentis: ergo quia ipsas imitatur in ratione effectûs: ergo quia ipsæ effectivè concurrunt: neque enim effectûs perfectio potest nisi à principio physico, vel augeri, vel limitari. Tertiò: quia affectus est quidam amplexus objecti non resistentis: ergo fit etiam ab ipso, modo, quo potest: non autem potest ab ipso in se: ergo saltem in imagine, quæ est cognitio. Idem estò proportionatè de Fugâ. Quartò: quia juxta mensuram cognitionis, & affectionis præcedentis fit facilior, aut minùs facilis operatio: quo ex principio communiter in habitibus conceditur concursus effectivus, diminuens conatum Potentiæ principalis: ergo vel ea ratio nulla est, vel neganda communis experientia, vel admittendus in cognitionibus, & affectionibus concursus effectivus. Quintò: quia aliter explicatur ægrè dependentia essentialis affectuum à cognitione, & affectione procedentibus; harum prioritas, & directio. Hæc nunc satis.

Tertia Conclusio.

15 Sit tertia Conclusio: Æquè Illustratio, ac Inspiratio, & utraque præsentibus æquè, ac absentibus infusis habitibus effectivum concursum exercent. Est adversùs limitationes Authorum adhibitas *num.* 5. & probatur prima pars Assertionis: quia æquè cadit in utramque. Ratio Theologica, & à priori, quam fecimus: neque ullum unquam discrimen apponunt Concilia, & Patres inter illustrationem, & affectionem. Probatur secunda pars primò: quia Patres, & Concilia non discriminant inter justos, & injustos, inter Fideles, & Infideles. Secundò: quia semel in Auxilio illuminante, & afficiente concessâ virtute physicè productivâ supernaturalis affectûs, præsentia supervenientis virtutis, potiùs illam juvat, quàm impedit ad influxum utrique communem: iisque videtur ex communi Philosophiâ connaturalior modus in causis: quoties enim duæ coincidunt, dicuntur attemperare se, & juvare se mutuò, licèt aliqua, vel utralibet ad positionem effectûs sola sufficeret. Mitto exempla communia.

Quarta Conclusio.

16 Sit quarta Conclusio: Illustratio supernaturalis, & inspiratio simul sumptæ sufficiunt adæquare principium elevans; neutra tamen sufficit seorsim accepta. Vnde fieri potest, quòd sine infusis habitibus, aut alio intrinseco comprincipio, & sine recursu ad auxilium extrinsecum habeat voluntas sufficientiam ad salutarem electionem. Illatio benè sequitur; & Conclusionis de ordinariis auxiliis intellectæ, probatur secunda pars contra Ripaldam, primò ad *Ripalda.* hominem: quia per te (ut habes *disp.* 103. *sect.* 6. *num.* 63. Voluntas supernaturali illustratione præventa, nec elevata censetur ad amandum, nec ipsi debetur elevatio supernaturalis concursûs ad amorem: ergo quia illustratio non adæquat principium elevans ad ipsum amorem. Secundò: quia illustratio supernaturalis, aut inspiratio non dant in ordine supernaturali majores vires potentiæ, quàm in naturali dant cognitio naturalis, & affectio, si virtutè habeant physicè productivam; sed illæ in ordine naturali ita sunt limitatæ virtutis, ut requirant in Animâ proportionatas vires ad eundem effectum, ad quem movent: ergo & illæ. At vires istæ proportionatæ esse non possunt, nisi à supernaturali principio. Cujus vis rationis apparet clariùs, permissâ ad arguendum distinctione potentiarum ab Animâ. Vide ad hæc, *quæ lib.* 10. *à num.* 201. ponderabantur. *Suprà lib. 10. à num. 201.*

17 Probatur prima pars: quia complexum ex illustratione, & affectione non est simpliciter necessarium ad electionem, & actus liberè secuturos: id quod advertì *suprà* cum Patre Suarez: ergo virtus minor illo complexo sufficeret adjuncta potentiæ naturali ad naturalem electionem: ergo excessus ille virtutis, quo complexum superat solam illustrationem, sufficeret compensare proportionem, quam in Animâ jam supponit illustratio naturalis ad naturales affectus: Videtur clarum: quia additur ex unâ parte partialis virtus in Animâ, & ex alterâ supernaturalis inspiratio fœcundans ipsam animam ad supernaturalem affectum. Atqui sola sufficit cum illustratione voluntas in naturalem electionem erumpere: ergo & sufficit cum illo supernaturali cõplexo in supernaturalem electionem erumpere: potest ergo complexum ex supernaturali illustratione, & affectione adæquare principium elevans. *Suarez loc. nuper citat.*

Confirmatio.

18 Id quod mihi suadent ultrà Duo. *Primum*: quia Patres, & Concilia, nullo facto recursu contra Pelagium ad habitus, qualitates, & extrinseca auxilia, per Gratiam illustrationis, & affectionis dicebant dari Voluntati nostræ sufficientiam, vires, virtutem ad diligendum *prout oportet*: ergo istæ, se solis, sufficiunt elevare potentias. *Alterum*: quia recursus ad causas extrinsecas, vitandus est quantùm possit; & ad Primam, cùm per secundas explicari res possunt: id quod discimus ex ipso rerum cursu per secundas causas à Primâ dispositio. Fiet tamen ex his, rarò fieri supernaturalem electionem nisi ex intrinsecis comprincipiis.

Illatio.

SECTIO II.

OCCVRRITVR OBIECTIONIBVS: VBI AN ex intensione, & multitudine Auxiliorum oriri possit moralis, aut physica impossibilitas dissentiendi?

Arriaga.

19 OBjicies contra præcedentes Cõclusiones. *Primò*: quia sine necessitate multiplicant causas efficientes: cùm totus concursus effectivus, quem tribuimus Gratiæ actuali, possit omninò præstari per habitus. Sic arguunt omnes Moderni, cum Arriagâ. *Secundò*: quia sic evacuamus necessitatem habituum infusorum, eorumque naturam: Necessitatem, quia aliunde peti poterit elevatio: Naturam, quia non darent simpliciter posse: sic Oviedus. *Tertiò*: quia contra communem, assumimus, Naturales cognitiones, aut saltem motus indeliberatos efficienter influere in electionem: sic plurimi post Tannerum. *Quartò*: quia Auxilia Sanctæ illustrationis sunt actus secundus in genere cognoscitivo: sunt generis omninò diversi à volitionibus: illa enim tendit per modum expressionis: istæ, per modum ponderis, & impulsûs: sunt meræ approximationes objecti; atque adeò se tenent ex parte objecti: qui ergo constituant actum primum? qui derivent perfectionem in volitiones? qui se teneant ex parte potentiæ, cam complendo, & adæquando in genere physicè productivo? Certè eodem passu posset aperiri via, ut lumini Gloriæ, & infusis habitibus se tenentibus ex parte potentiæ, tribueretur concursus ex parte objecti. Sic pro suâ limitatione Bellarminus, Albelda, & Herize. Alia solent objici quæ non curo: nec ista convincunt. *Oviedus. Tannerus.*

Bellarm. Albelda. Herize.

20 Objectio prima contemni debet: & admonendi, qui sic fidenter arguunt, ne quærant necessitates evidentiæ, proferendo judicio. Eas enim si velint expectare; vix in ullâ controversiâ, ferent. Ad secundam: Negotium est commune in Scholâ Societatis defendentis contra Thomistas *possibilitatem*, & *existentiam* elevationis extrinsecæ ad actus salutares saltem aliquos, adstruere necessitatem intrinseci comprincipii. *Sunt*, qui nullam agnoscant ex naturâ rei, sed faciant extrinsecam ex Decreto Dei: sic insinuat Ripalda *disp.* 120. *nu.* 10. *Sunt*, qui eam fundent in conditionatâ quadam exigentiâ potentiæ naturalis: sic Quirõs *disp.* 28. *num.* 50. *Sunt*, qui fundent in ipsius etiam actûs vitalis exigentiâ: sic ipse Quirõs post Card. de Lugo *disp.* 19. *de Fid. nu.* 54. *Sunt*, qui fundent in exigentiâ Gratiæ Sanctificantis: quæ cùm sit participatio quædam permanens Divinæ Naturæ, & quasi Natura in ordine Superno, exigere videtur permanentes vires, & facultates, quibus homo Divinæ consors factus Naturæ, operari possit ut Filius Dei. Sic ipsi Ripalda, & Delugo: quos sequuntur communiter alii. *De quâ mox à nu. 120 & 191* *Ripalda. Quirõs. Card. Lug.*

21 Quidquid id sit, apparet jam ex concessâ Auxiliis efficientiâ nec evacuari necessitatem habituum infusorum, nec Naturam: Non necessitatem, quia manet eadem (quamipsecumque prætuleris) eos admittendi ratio. Non Naturam, quia infusi habitus non ex eo dicũtur dare simpliciter posse, quòd absque ipsis nullus possit supernaturalis actus haberi, sed quòd perfectionis augmentum, quod ex eorum influxu redundat in actus, nullo suo conatu supplere possint potentiæ naturales: secùs ac accidit in habitibus acquisitis. Cæterùm, an etiã dici possint infusi facilitare, decidit affirmativè Pater Antonius Perez, mita-

P. Anton. Perez.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. 1. 2. Late Tract. de Affib. Ripalda.

tus axiomata Recentiorum ipsorum consule *tom. 2. tract. 3. cap. 4. num. 6.*

22 Ad tertiam: licèt ipse discurram uniformiter quoad affectiones & cognitiones naturales, & supernaturales, ratus hanc Philosophiam potiorem esse, quæ Theologiæ sit magis consona; tamen Pater Ripalda negat cognitioni, & affectioni naturalibus efficientiam, & supernaturalibus concedens assignat disparitatem satis bonam. Sto Doctrinæ traditæ, & nego antecedens: imprimis enim Pater Fonseca ex opinione, (prout ipse putat) communi, indeliberatis affectibus tribuit efficientiam: & meritòmam, (præter ea, quæ *à num.* 13. dixi, speciosiora, & verosimiliora, quam quæ communiter objiciuntur,) congruum est, ut Agentia ab imperfectioribus effectibus incipientia, per quos ultrà se juvent ad magis perfectos; eâ ipsâ arte juvandi se, ne sibi noceant, & remittant de effectu perfectiori, dum virtutem partiuntur in parando juvamen. Quare providere Natura debuit, ut ipsi effectus, à quibus incipitur, compensent in Agentibus eam virtutis partem, quæ ad ipsos divertitur, ne sit ultrà necesse tantundem de perfectiori effectu subtrahere. Quæ ratio multis aptari potest. De cognitionibus denique non percipio, cur concedenda sit ipsis virtus effectiva specierum, & habituum præcontinentium actus, & neganda sit virtus ad ipsos actus?

Doctrinæ superioris Confirmatio.

23 Ad quartam: Non obstat, quòd illustratio sit actus secundus in uno genere, ne compleat actum primum in alio: sic calor productus ab igne complet ipsum ad alium ignem, seu calorem: sic ipsa constituit actum primum ad habitus, & experimentales species. Nec quòd diversi sit ordinis, impedit efficientiam, sicut nec impedit dependentiam actuum voluntatis ab ipsâ: novit causas æquivocas Philosophia. Nec demum, quòd se teneat ex parte objecti, obstat physicæ activitati, ut patet in speciebus impressis. Quòd si lumini, & infusis habitibus negetur concursus ex parte objecti, alia erit ratio.

Ant. Per.

24 Hanc ipse darem, explicando cum Antonio Perez *tom. 2. tract. 6. de Incarnatione disp. 3. cap. 3. nu. 34.* hos terminos, quos res plerumque non impler. Illa dicenda sunt concurrere, & se tenere ex parte objecti, quæ ita in actus influit, ut non accipiant denominationem agentis, sed devolvant ad ipsum objectum, cujus vicem faciunt; sic Procurator, aut Vicarius, qui alterius agit nomine, sic agit, ut potius accipiat denominationem agentis illæ, cujus vicem facit, quàm ipse qui facit: sic Objectum causare dicitur, cognitione causante; & objecta concurrere, concurrentibus speciebus. Vnde patet hos terminos non impedire physicam Efficientiam.

Concursus Objectivus qui?

25 Dubia *duo* restant pro sectionis coronide, quæ movet, & examinat latè Ripalda *disp* 109. *sect.* 2 & 3. an nempè Auxilia Gratiæ, qualia nos admittimus physicè indifferentia, & cum utrâlibet liberratis determinatione compossibilia, possint vel ex intensione, vel ex multitudine, quâ moveant ad consensum salutarem, reddere dissensum vel moraliter, vel physicè impossibilem. Ipse affirmat utrumque ex Authoritate, & ratione multiplici.

Duo dubia. Ripaldæ sensus.

26 Rem ego non judico tanti momenti. Affirmo *pro nunc*: Tùm quia ita possunt intendi Auxilia, ut faciant casû, in quo nullus dissentire putandus sit. Tùm etiam: quia eor cognitiones in malum ita movere possint, ut reddant resistentiam moraliter impossibilem, nec movere sic possint cognitiones ad bonum, ut reddant operationem moraliter necessariam? Tùm etiam, quia intensæ illustrationes, & affectiones æquivalent pluribus: at pluribus resistere voluntas moraliter nequit. Tùm demum, quia cognitio omnium perfectissima, cùm afferat in assensum motiva summi ponderis, & faciat apparere debilitatem, & inanitatem adversantium motivorum, videtur inducere moralem necessitatem. Applica benè Testimonia Patrum commendantium Potentiam Dei ad emolliendâ pro libito corda mortalium: & disce nullum ex Possibilibus fore hominem, quem convertere non possit pro libito Deus.

Mens Nostra.

27 Affirmo secundum: quia ita potest augeri vis Gratiæ auxiliantis, ut non sinat potentiam distrahi in partem oppositam: sic in naturalibus evenit ram in bonum, quàm in malum: ferri enim solet in unum ita totus potentiæ conatus, ut ejus in eâ lineâ exhauriatur activitas.

vitas. Vnde hæc necessitas non venit à connexione Auxiliorum intrinsecâ cum consensu, sed ex defectu considerationis oppositæ, quem inducunt. Vide Ripaldã.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Ripalda.

DISPVTATIO LX.

AN INFLVANT IN ACTVS SALVTARES Auxilia Gratiæ ut tota Ratio, & Virtus agendi?

Disputationis gravitas:

28 GRAVISSIMAM, & Vtilissimam Controversiam, verèque dignam, quæ à Theologis nostri Temporis, numerata sit inter Primas; apud me quidem, præter illam de Efficaciâ Divinæ Gratiæ, (si ab ipsâ, juxta dicenda *à nu.* 46. secerni ex toto possit) earum, quæ Scholam dividunt Thomisticam & Nostram, nulli secundam, aggredimur. Versavere pro Dignitate *locis* infrà *citandis*, pro suâ quisque Scholâ, Ripalda, & Godoy. Ego ab utroque discens, nec timens actum agere, rem discutio, breviori circuitu.

Inter Thomistas, & Nostros. Ripalda, & Godoy.

SECTIO I.

STATVS CONTROVERSIÆ: ET MENS Angelici Præceptoris.

Voces.

Sententiæ.

29 AFfirmat *in sui Thesseram* Schola Thomistica: Negat Nostra, cum Auxiliari Subtilis Schori. Res, ut dixi, est gravissima, studente nequicquam Oviedo *controv. 8. in 1. 2. tract. 1. part. 1. § 1. & 2.* Scholarum extenuare dissidium. Fateor ansam ipsi dedisse Ioannem à Sancto Thomâ, proponentem 1. *part. quæst. 12. art. 2. versic. Et in hoc*, ita *sinistrè* Nostram, & ita *plausibiliter* Sententiam suam (id quod imitatur immodicè Gonet, & modestè De Godoy,) ut nostram in terminis implicantem faciat, suam vulgo vendibilem, & reipsâ nostram faciat.

Oviedus. Ioann. à S. Thomâ. Gonet. Godoy.

Res Thomistica in hoc pũcto.

30 Verùm termini sunt isti, quibus se protegant reipsâ sentientes aliter, ac quandoque loquuntur. Nam si ad eorum attendas argumẽta, quibus se mens aperit, rem videntur facere, quam non deberent, eliminando à potentiis naturalibus omne genus immediatæ virtutis, facultatis, & continentiæ productivæ respectu actuum salutarium; ita ut Gratia debeat esse tota virtus activa, tota ratio agendi ex parte actûs primi, tota vis productiva: quin in ipsâ Naturâ præter Gratiam sit virtus ulla immediatè activa, quam exerceat actio salutaris, ut actio est. Si verò objicias sequelam de hæretico sensu, respondent catholicè, Potentias nostras *agere, concurrere, operari.*

31 Rogà iterum, de Doctrinæ consequentiâ. Respondebunt ingeniosiores, Gratiam non esse eorum Agens, sed totam rationem agendi. Concurrit enim, (*inquiunt*) liberum arbitrium ad actus salutares, & agit immediatè: non quidem *immediatione virtutis*, sed *suppositi*, & *potentiæ*: non *ut quo* virtutis, sed *ut quo* potentiæ, & *ut quod* suppositi: quare eorum causâ conflatur ex libero arbitrio, & Gratiâ totam dante virtutem, nec ullam supponente. Sic tandem explicando se ludunt Godoy, & Lumbier, obliti, seu pertæsi Thomistas veteres, sinceriùs explicantes Sententiam singulorum. Vide *Ovied. cit.* & Ripaldam *disp. 30. sect. 1. & 2.*

Godoy. Lumbier. Oviedo. Ripalda.

32 Imprimis resistit Angelicus Præceptor & sensui, & sono Scholæ Thomisticæ. Audi *quæst. 27 de Verit. art. 4. ad 12. Dicendum, quòd Anima agit, disponendo se ad gratiam virtute Naturæ propriæ: Sacramenta autem Virtute Divinâ.* En dispositionem salutarem, quia ad Gratiam: & ipsam agit *ut quod* Anima: quia meretur, & agit *ut quo* virtute *Naturæ propriæ,*

Mens S. Thomæ: Nobiscum

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliăt.

priæ : ubi nota contrapositionem *Virtutis*, contra Godoy, & agnosce *rem*, & *voces* Scholæ nostræ. Audi in 1. *sentent. dist.17. quæst.2 art.3. corp. Quando actus charitatis procedit ex tota virtute habentis, & quantùm ad virtutem Naturæ, & quantùm ad virtutem habitûs infusi, tunc unus actus dispònit, & meretur.* Et iterum expressissimè *in verbis*, & *in sensu* nostram. Audi 1. *p. quæst.12. art.5. corp Augmentum virtutis intellectivæ est lumen.* Et *contra Gent. cap.50. Vbi.4. Virtus intellectûs Creati ad visionem claram Dei augetur per lumen. Cùm augmentum* supponit partem in eo genere, in quo augmentum est : ergo si lumen est augmentum virtutis ad videndum Deum, supponitur in intellectu pars virtutis, aut partialis virtus.

Scholæ Nostræ Mens quo ad rẽ, & modum

33 Hanc ergo Divi Thomæ Sententiam, aliorumque Patrum, & Doctorum quos addensat citatus Ripalda, defendimus, concedendo libero arbitrio propriam, insitam, & entitativè naturalem virtutem proximam ad actus salutares; partialem tamen, incompletam, & elevandam à supernaturali comparte, à quâ dependet in operando, & quam nec exigit, nec acquirere potest. Ex ipsâ præcisim ab omni supernaturali comprincipio habet posse, sed absolutè insufficiens, nisi juvetur. Ex ipsâ independenter à gratiâ potest inchoatè, non quòd possit inchoare operationem independenter à Gratiâ, quòd malè nobis imponunt Alvarez, Thomasius, & Gonet; sed quòd sit pars proximæ virtutis, dependentis tamen à comprincipio, quod non exigit: unde dicitur virtus, seu potentia obedientialis, contrapositè ad naturalem ex eo dictam, quia debetur ipsi concursus, vel pars integrans ad exigentiam concursûs. Ex ipsâ liberum arbitrium proximè, & immediatè, & partialiter concurrit cum Gratiâ, non solùm *immediatione suppositi*, sed *virtutis*; nec partialitate effectûs, aut concursûs, ita ut alter sit concursus Gratiæ, & alter arbitrii, aut pars effectûs respondeat huic, & pars illi, (quæ est mera calumnia Recentium Thomistarum contra Nos) sed partialitate solùm causæ: totalitate tamen concursûs, & effectûs: ita ut totum opus respondeat Gratiæ, & totum arbitrio operanti cum ipsâ Gratiâ: qui sunt termini S. Bernardi *tract. de Gratiâ, & lib. Arb.*

S. Bernard

Sinistrè à Thomistis proposita.

34 Hæc est nostra sententia, quæ discedens à Pelagio, totam activitatem concedente Naturæ, & à Calvino totam Gratiæ concedente, it media *cum veritate Tridentini*, sanctis sess. 6. *cap. 5. Hominem Gratia excitanti, atque adjuvanti liberè assentiendo, & cooperando disponi, ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritûs Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omninò agat, inspirationem illam recipiens. Et can. 4. Siquis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, sed velut inanime quiddam nihil omninò agere, meréque passivè se habere, anathema sit.*

Nostra videtur esse Conc. Tridentini.

35 Hinc ex Sententiis Nostræ oppositis in hoc puncto, altera Baconis, & Antecessi, dicentium liberum arbitrium esse totam rationem, & virtutem agendi: altera Thomistarum, dicentium esse Gratiam totam virtutem, & rationem agendi; illam censet Pater M. Esparza cum aliis improbabilem, ex adhibitis supra contra Pelagium: istam censet etiâ improbabilem Pater Vazquez 1. *p. disp. 43. cap. 4. nu* 11. & 12. quas ego censuras nec fero, nec curo. Nostram ipse triplici conclusione reponam, sic urgendo breviter probationes, ut otiosum sit Recentium Thomistarum effugia reptæsentare. Videndi Ripalda *disp. cit.* Quiròs *tom.1. disp.28. sect.5.* Aldretus *disp. 11. de Visione.*

Quid de oppositis Baconian. Aureolæ.

Esparza.

Vazquez

Ripalda. Quiròs. Aldrete.

SECTIO II.

VERA SENTENTIA:

§. I.

DVPLEX SENTENTIÆ NOSTRÆ PARS

Prima Conclusio per verba Tridentini.

36 ET prima Conclusio: *Liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum non se habet merè passivè ad actus salutares*, sed *eos agit, & operatur.* Hæc Conclusio de Fide est contra Lutherum, & Calvinum *ex citato canone* Tridentini. Vnde *dicendum* est primò: esse de Fide id quod necessarium est, ut reipsâ liberum arbitrium se plusquàm passivè habeat, & in sensu vero concurrat, & operetur ad actus salutares. Id quod clamant passim Patres ex Scripturis. *Dicendum* est secundò: ea omnia, quæ Lutherus, & Calvinus admisere circa concursum aliqualem arbitrii, non sufficere ad concursum definitum in Tridentino; nec per ea excedere liberum arbitrium lineam *passivi principii*: eos enim damnat Synodus Tridentina, quasi solùm admiserint arbitrium *passivè se habere* circa actus salutares. *Dicendum* est tertiò, in eo canone non esse assertam unicè libertatem Arbitrii, sed immediatam ejus activitatem: errabant enim Lutherus, & Calvinus in utroque, & eos damnat in utroque Concilium. Quod maximè nota contra Godoy, conantem *à num.* 137. Nostris ex opposito satisfacere.

Ex quâ tria infer:

Contra Godoy.

Secunda Conclusio Capitalis.

37 Secunda Conclusio: Liberum arbitrium, seu Potentia naturalis ita concurrit ad actus salutares, ut immediatè, proximè, & innatâ virtute salutares actus efficiat per actionem indivisam, & immediatè fluentem à Gratiâ, & ab Arbitrio, tanquam à parte virtutis, quam exercet, *ut actio*. Hic est sensus Scholæ nostræ, *Idem ipsissimus*, ut putamus, Synodi Tridentinæ. Relege *Decretum* ipsius, & *canonem num.* 4. & pende singulariter *quatuor*: ex quibus apertè descendit Assertio. *Primum*: Gratiam *excitare, & tangere* immediatè *cor hominis*, nempè Voluntatem: ad quid ergo excitatio voluntatis immediata, si de suo nihil immediatè confert? *Alterum*: Gratiam *cooperari, & adjuvare* arbitrium, seu ipsum hominem in opere salutari: qui cooperatur adjuvanti Gratiæ: *Principium quod* cooperari non dicitur: id enim proprium est partialis Agentis *ut quo*: neque enim ignis calori cooperatur ad alium, si non oriatur ab utroque immediatione virtutis, sicut neque aqua dicitur cooperari calori in se recepto ad calorem in manu producendum. *Tertium*: ly *ita ut homo ipse*: Nam reduplicatio illa contradistinguit hominem à Gratiâ, & sic tribuit ipsi actionem: significat ergo, *si propriè loquendum sit*, partitionem Virtutis influxivæ, *ut quo*. Neque enim diceretur verè: ita ignis concurrit cum calore in se recepto ad alium, ut ipso agat calorem alium, si iste non fit ab ipso immediatione virtutis; sicut neque verè dicitur de aquâ calidâ: ita aqua concurrit ad calefaciendum, ut ipsa calefaciat. *Quartum*: ly *neque mihi omninò agat*: quod necessario significat *participationem*, & non *totalitatem* influxus: ergo loquitur de influxu *ut quo*: nam *ut quod* totalitate concursûs agit per vos arbitrium Quæ, ut prudenter Herize Noster *tract. 4. disp 45. cap. 3. num. 53.* si indagandæ veritatis studio pensarentur, deposuissent Thomistæ jamdiù sensum suum: pro quo neque *ex Scripturis*, neque *ex Conciliis*, neque *ex Patribus* afferre possunt, æqualis ponderis, & insinuationis tam clarè testimonium ullum. Sed elucidandum est ultra, & contra ipsos

Tridentini Mens: particulatim inspecta.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliăt.

Patris Herizæ judicium.

38 Probatur primò: Genus omne concursûs in arbitrio distinctum ab eo quod explicui, non recedit à Calvinismo: ergo genus concursûs, quod explicui, potest unicè satisfacere Tridentino. Assumptum ostenditur expressis testimoniis ipsius Calvini, & Kemnitii, quæ verbatim allegant Montoya *disp. 29. de Prædestinatione sect. 3. & 9.* & Ripalda *disp. cit. sect* 5. ex Maldonato, Stapleton, Camerario, Ruardo, & Bellarmino. Ex quibus manifestum est primò: Calvinistas non negare, immediatè recipi in Voluntate Gratiam, quæ sit vis, & virtus productiva salutarium actuum. Secundò: nec eos negare actus effici à Gratiâ, quam sustentat voluntas. Tertiò nec negare, quòd voluntas aliquomodo actus agat: sic enim Calvinus ait apud Camerarium: *Non hoc quæritur: agatne voluntas; quod extra dubium est.* Quartò: solùm ipsos negare, virtutem aliquam ex parte arbitrii physicè productivam: sic enim ait ipse Calvinus: *Nos penitùs privat omni virtute* (nempe locus Scripturæ, quem sinistrè ponderat:) *nisi quam suppeditat ipse Nobis.* Sic Calviniste. Nunc ego sic: Nequit negari concursus quem explicui, quem alium cumque ponas, nisi affirmando reipsâ, quod Calvinus affirmat; & negando, quod ipse negat, licèt speciosis terminis coloretur; sed qui reipsâ affirmat, & negat, quod Calvinus; à Calvinismo non recedit: ergo neque qui negat concursum, quem explicui: ergo qui admittit unicè genus omne concursûs distinctum ab eo, quem explicui. Hæc mihi Theologica demonstratio est.

Prima Probatio ex combinatione cũ Calvino.

apud Ruiz Ripalda. Maldonat. Stapleton. Camerar. Bellarm. Ru. Tapp.

Illu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt. Illustratur primò

39 Illustratur fundamentalis hæc ratio primò: *Omne agere Arbitrii* Calvinianum non excedit *lineam passivi principii*, sic declarante Tridentino; sed *omne agere arbitrii* distinctum à nostro est in re Calvinianum, ut patet ex præjactis: ergo *omne agere arbitrii* distinctum à nostro non excedit in re lineam *passivi principii*: ergo neque satisfacit Tridentino.

Secundò:

Secundò: Vel *agere Arbitrii* (seclusis vocibus, quæ res non mutant) dicit aliud in re ex parte arbitrii, quàm sustentare virtutem supernaturalè actionis supernæ præcontentivam, vel non? Si secundum: ergo *illud agere* est merè Calvinianum; & purè denominativum: nec strictius illo, quod aquæ calidæ damus ad calefaciendum; aëri, medià luce, ad illuminandum: objecto per speciem ad causandam cognitionem. Si primum? Quid est hoc aliud, si virtutem partialem negas? *Dicis*, esse applicationem supernæ virtutis. *Duo* infero: *Primum*: ergo arbitrium habet intrinsecam vim applicativam supernæ virtutis. Sed virtus unicè applicatur per actionem ad opus: ergo habet intrinsecam vim positivam actionis supernæ. *Secundum*: ergo si virtutem non applicat, reipsâ non agit. Videtur evidens: nam qui per suam innatam virtutem non agit, nec potest applicare virtutem, non dicitur agere, sed pati ab eo, qui applicet. Sed vis applicativa est virtus effectiva, quam negatis arbitrio: ergo.

Tertiò:

40 Tertiò. Vel actio salutaris immediatè fluit ab arbitrio, & à Gratiâ, ita ut physicè sit inseparabilis ab utroque, vel non? *Si secundum*: ergo solùm mediatè est ab arbitrio. Dicis: esse mediatè quoad virtutem: sed immediatè quoad potentiam, & suppositum. Contra: Tùm quia eatenùs est mediatè ab aliquo effectus, quatenus est à virtute quam radicat, ut patet in Animâ radicante potentias apud vos, & in aquâ radicante frigiditatem: at superna virtus non radicatur ab Animâ. Tùm etiam: quia hoc solùm est actionem esse formaliter, & physicè à virtute faciente actum de lineâ potentiæ, & sustentatâ à supposito, quin inter actionem, & suppositum aut potentiam aliud præter Virtutem mediet: hæ sunt res Calvini, quas non mutant istæ voces. *Si ergo primum*: ex quo titulo est inseparabilis physicè ab arbitrio, si physicè non præcontinetur in ipso? quomodò fluat inde, ubi non præextitit eminenter? Certè non video titulum, ex quo physicè requirat, *ut actio*, arbitrium, si virtutem ponas in solâ Gratiâ.

Quartò:

41 Quartò. Actio formaliter, ut actio est, solùm est terminus immediatus, & formale exercitium rei, quæ ipsam præhabet, aut præcontinet: unde si physicè præcontineat, erit actio formaliter & physicè terminus immediatus, & exercitium formale talis præcontinentiæ; si solùm moraliter, erit actio moraliter loquendo terminus talis rei; si radicaliter, eodem gradu se habebit ad actionem; & consequenter denominabitur Agens; sed arbitrium, (si semel ab ipso virturem innatam tollas) neque physicè, neque moraliter, neque radicaliter præcontinet actionem salutarem: *non physicè*: quia tota actionis præcontinentia ab illo distinguitur, ut tota Virtus: *non moraliter*, quia præterquam quòd hic modus causandi est merè denominativus, præcontinentia moralis dicit posse uti virtute, & illam applicare: at arbitrium non habet vires applicativas virtutis, ut nec activas habet. *Non* denique *radicaliter*: quia nec virtutem radicat: ergo nullo modo præcontinet: quomodò ergo det esse, quod non habet? ergo arbitrium non habet pro termino actionem, ut actio est: ergo se habet *merè passivè*.

Confirmãtur hæc omnia.

42 Urgetur, interrogando: quid minùs haberet arbitrium, si vel divinitus fieret, vel fingeretur se habere *merè passivè*? Si enim nihil minùs haberet: ergo & modò se habet *merè passivè*. Si plus nunc habet: quid istud est, seclusis vocibus? Consultò abstinui ab illis *quod*, & *quo*, communibus, quia præclusis, ut opinor, satis ex argumenti formâ: quæ eo mihi est efficacior: quò magis exprimit *Canonem* Tridentini. Confirmantur hæc omnia, paritate, quam benè presit Pater Oxea *disp. 6. de Charitate sect. 2. num.* 30. Si homo nullam haberet vim activam, propriam, & essentialem sibi, ad cognitiones naturales; totaque vis activa consisteret in specie impressâ, dici non posset, hominem agere cognitiones naturales, nisi valdè remotè, & impropriissimè; licèt ipsi foret intrinsecè species:

Primò:

P. Petrus Oxea.

cies: ergo neque dici potest homo agere actus supernaturales, si tota virtus activa sit supernaturalis, & ab homine ipso distincta. Consequentia videtur aperta. Quia ideò stare debet antecedentis veritas, quia species, quamvis foret intrinseca homini, reipsa non esset aliquid hominis, sed quid extraneum, & objecti proprium; atqui superna virtus nec est aliquid hominis, cùm nec ad ejus essentiam, nec ad ejus proprietates pertinere possit, sed aliquid reipsâ extraneum, & supra ipsum: ergo pariter.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

43 Antecedens dupliciter ostenditur: Primò *ad homines*. Per vos est impossibilis extrinseca elevatio per auxilium extrinsecum, quia tota Virtus esset extranea, nec homo dici posset agere, cùm virtute careret; sed non minùs est extranea homini illa species: quòd enim altera intrinseca sit; extrinseca, altera, parùm referre videtur, si utraque extranea sit. Secundò magis ad rem. Dici non potest, quòd homo se determinet ad cognoscendum objectum, v. g. lapidem, licèt habeat in se speciem determinativam ipsius, sed unicè quòd determinetur ab specie: ergo stat veritas antecedentis assumpti. Probo consequentiam: ideò licèt habeat speciem determinantem, non se homo determinat; quia species est tota virtus determinativa, & non est aliquid proprium hominis, carentis ex se determinatâ virtute ad talem cognitionem; sed in casu antecedentis tota vis activa esset species, nec ipsa esset aliquid proprium hominis, carentis insuper partiali virtute: ergo.

Secunda Probatio, ex modo loquendi Scripturarum, & Patrum.

44 Probatur jam secundò Conclusio ex altero principio Catholico. Liberum arbitrium laborat in opere salutari verè, & propriè: & ita laborat, ut conatum affectûs experiatur in se, & ex intensione defatigationem. Hæc *ex Fide*, & experientiâ constant. Nunc sic: si liberum arbitrium non ageret immediatione virtutis, non ita laboraret in salutarium actuum elicientiâ, ut minui per eam deberet intensio naturalium, nec posset sentire defatigationem, nec experiri conatum. Ostenditur assumpti pars prima: Tùm quia virtus quæ non impenditur in effectu, nequit ex ipsius positione tardari, ne connaturales effectus eliciat. Tùm etiam; quia receptio qualitatum aliter effectivarum, non tollit, nec minuit, nec impedit vires activas connaturales recipienti: quod patet in aëre nec impedito, nec debilitari ad connaturales effectus ex receptione plurimum Qualitatum diversæ virtutis, lucis scilicèt, & specierum. Ostenditur secunda pars, quia Virtus, quæ de suo nihil confert, non est, unde fatigetur in opere, quod reipsâ præcisè sustentat. Ostenditur denique tertia pars: quia conatus ex terminis ipsis dicit occupationem virtutis nativæ in opere, quod exequitur: sicut enim, qui impulsum recipit, conari non dicitur; nec visiva potentia dicitur specialiter conari, licèt habeat clarissimam visionem, si tota claritas refundatur in copiosiorem lucem, & intensiorem speciem; ita nec arbitrium liberum conari dicetur, si virtutem nativam immediatè non impendat in opus, & hoc unicè refundatur in Gratiam, ut rationem totam agendi.

Illustratur.

45 Confirmantur hæc singula exemplo patentissimo. Pone duos Angelos in eodem loco, & eundem habitum charitatis in utroque. Sit unus Gabriel, & Michaël alter. Eliciat actum charitatis Gabriel, & non Michaël: ecce virtus supernaturalis agendi, quæ est in Michaële producit actum charitatis. Hæc omnia possibilia sunt. Inde argumentor sic primò: licèt eadem ipsissima virtus, quæ est in Michaële, se totam impendat in actu charitatis, Michaël non dicitur laborare, nec agere: quid ergo additur in re, quando dicitur Michaël laborare in casu nostro? nam si nihil in re additur, sicut modò non dicitur operari, nec dicetur Gabriel operari? Secundò: in eo casu nec Michaël deberet desistere ab aliis actibus, nec posset sentire conatum proprium, nec ullam defatigationem, aut tædium: nec alia potest esse ratio, quàm quòd ipse non impendat in opus nativam virtutem: ergo si liberum arbitrium non impendit in opus salutare virtutem Nativam, &c. Urgetur efficacissimè: Ridiculum omninò esset in tali casu excitare immediatè Michaelem, & consiliis ipsum impellere ad operandum: cur? quia nempe licèt in ipso sit virtus operativa, non est ipse virtus operativa, nec virtus applicativa Virtutis: ergo si liberum arbitrium nec est virtus operativa salu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

salutarium actuum, nec virtus applicativa virtutis, cur immediatè excitatur, monetur, & impellitur? excitetur Virtus operativa, impellatur ipsa, & moneatur: hoc est impossibile: ergo & quòd arbitrium liberum non agat immediatione Virtutis.

Tertia Probatio ex Capite Libertatis, quadruplex:

Prima:

46 Probatur tertiò Cõclusio ex alio principio Catholico, nempè libertatis nostræ, quam ut Calvinus tolleret, secutus est viam illi Nostræ Contradictoriam. Argumentum propono *Quadruplicitèr*. Primò, si liberum arbitrium non ageret actus salutares *ut quo*, & *immediatione virtutis*, suspendere non posset actionem salutarem: ergo neque liberè ageret. Probatur antecedens: omnis virtus suspensiva actionis salutaris *immediatè*, & *ut quò*, est virtus *immediatè*, & *ut quo* ipsius operativa: ergo vel arbitrium est virtus *immediatè*, & *ut quo* operativa salutaris actionis, vel non est in homine virtus suspensiva *immediatè*, & *ut quo*. Consequentia patet: Nam Gratia non potest esse virtus hujusmodi suspensiva: alioqui esset formaliter libera, & electiva. Probatur antecedens. Tùm quia actio non potest immediatè suspendi, nisi cessando immediatè ab ipsâ; at solùm cessare potest immediatè virtus immediatè influens. Tùm etiam quia nequit voluntas immediatè suspendere actionem per nolitionem, si actio immediatè non pendeat ab ipsâ: sic non potest suspendere nutritionem, dolorem, &c.

Secunda:

47 Secundò: Si Gratia esset tota virtus agendi, nec partialis agendi Ratio esset arbitrium, Gratia semel existens semper ageret: cur enim, & unde cessaret; cùm non sit positivè, & formaliter electiva? *Dicis*: ex defectu applicationis potentiæ. Contra. Vel hæc applicatio est ante actionem, vel ipsamet actio? Si secundum: ergo virtus, quæ activa non sit, esse non potest applicativa. Si primum: est salutaris, vel naturalis: Si primum; erit eadem quæstio: Si secundum: Semipelagianismus est. *Dicitis iterum*: ex appositione impedimenti. Contra primò: ergo non datur in homine virtus immediatè liberè suspensiva. Secundò: quia nolitio non potest impedire actionem à volitione independentem. Tertiò: ergo etiam actus appetitûs sensitivi sunt æquè liberi, ac actio salutaris; nam impediri per imperium possunt: ex quo, fit principium liberum esse debere ex suis impeditivum, & productivum actionis *immediatè*, & *ut quo*.

Tertia:

48 Tertiò: si voluntas non ageret *ut quo*, & *immediatione virtutis*, præceptis satisfaceret per id, quod est ipsi non liberum: satisfaceret enim per solam receptionem Gratiæ: nam quid ultrà debet? *Dicis*, operationem. Contra: quia semel receptâ Gratiâ, quæ sit tota virtus agendi, quòd cesset actio; vel est quia ipsa voluntas non applicat, & determinat ipsam Gratiam: & hoc est impossibile voluntati: vel est quia non cessat ab omissione peccaminosâ, & hoc est ponere salutarem actionem, quam pro priori ponere pertinet ad Gratiam, ut exinde dicatur operari voluntas: principium enim eatenùs operans, quatenùs operatur virtus in ipso recepta, si applicari non possit ab illo, dependet potiùs, quam comitetur, aut præcat.

Quarta.

49 Quartò: Actio libera sit ex directione: ergo *principium quo*, & *virtus immediatè* operativa debet esse capax immediatæ directionis. Atqui Arbitrium unicè capax est directionis immediatæ: Neque enim Gratia percipit, nec præcepto ligatur, nec præmio allicitur, nec minis terretur: ergo arbitrium esse debet virtus immediatè operativa omnis actionis liberæ: ergo & etiam salutaris. Non totalis: ergo partialis. Probo primam consequentiam. Nam si principium immediatè directum nõ est *immediatè*, operativum, & *ut quo*, non est, unde dici possit moveri virtus proxima ex cognitione, & directione; sed si virtus proxima ex directione, & cognitione non movetur, actio non potest esse ex cognitione, & directione: ergo. Minor patet: nam moveri virtutem proximam est agere: quâ ergo ratione *hoc agere* est à cognitione? Certè esse non potest, nisi quia vel ipsa virtus ex cognitione operatur, vel quia applicatur ab habente cognitionem; sed utrumque est impossibile, si virtus proxima distincta sit omninò à virtute cognoscitivâ: ergo.

Quarta Probatio ex Cooperatione Arb trii, biceps.

50 Probatur quartò Conclusio ex alio principio Catholico: Cooperationis scilicet nostræ cum Gratiâ, istiusque juvamine: quod utrumque definit Tridentinum, & Scripturæ clamant. Inde sic ar-

Prima:

arguo primò: Cooperari cum alio non est operari præcisè per aliud; sicut neque alteri coëxistere est existere præcisè per aliud: ergo cooperari cum alio est operari duo per divisionem virtutis, & indivisionem actionis, sicut alteri coëxistere est in se duo existere per indivisionem instantis. Vrgetur hæc consequentia: primò: quia simultaneus concursus causæ primæ & secundæ, & utriusque cooperatio ad aliquem effectum, non stat sine partitione virtutis in utraque. Secundò: quia si Deus (factâ hypothesi impossibili) non concurreret immediatè *immediatione virtutis* cum causâ secundâ, sed per delegatam qualitatem à se productam, dici non posset immediatè concurrere, & cooperari cum causâ secundâ.

Secunda.

51 Arguo secundò: Adjuvare dicit actionem in juvante intra ipsum genus, quo juvat: unde si physicè juvat, dicit actionem physicam, & virtutem elicitivam ipsius, *ut quo*: ergo adjuvari dicit actionem in adjuto intra idem ipsum genus, quo juvatur: unde si physicè juvetur, dicit actionem physicam, & virtutem elicitivam ipsius, *ut quo*. Ratio consequentis est: nam causa adjuvans eo ipso in genere, quo juvat, est partialis virtus, & augmentum unicè virtutis præsuppositæ. Sed Arbitrium, & cooperatur Gratiæ, & ab ipsâ juvatur in opere salutari, verè, & propriè: ergo quia agit *immediatione virtutis*, & *quo*. Firmantur hæc omnia. Ex Gratiæ cooperantis necessitate, ipsiusque juvamine rectè deducitur in Arbitrio defectus virtutis adæquatæ, & totalis ad actus salutares: ergo ex nostrâ cooperatione, mutuoque juvamine, rectè deducitur in ipsâ Gratiâ defectus adæquatæ virtutis, & totalis ad eosdem actus: Nam voces eædem utrobique sonant idem, & valent. Vide Ripaldam *sect.* 9.

52 Confirmatur demum totus iste discursus ex Augustino, à quo didicimus, loquente sic *lib.* 2. *de prec. mer. cap.* 5. *fin. Nec ideò tamen de hac re* (de consecutione justitiæ) *solis votis agendum est, ut non subinferatur adniti etiam nostræ efficacia voluntatis. Adjutor enim nostræ Deus dicitur; nec adjuvari potest, nisi qui etiam sponte aliquid conatur.* Rursus *tractatu* 4. *in Epist. Ioann. column.* 4. *Si dicis, Adjutor meus esto, aliquid agis: nam si nihil agis, quomodo ille adjuvat?* Rursus ad illud *Psalm.* 68. *Adjuva nos Deus*; adhuc significantiùs locuto sic: *Cùm verò adjuvari nos vult, nec ingratus est Gratiæ, nec tollit liberũ arbitrium. Qui enim adjuvatur, aliquid etiam per se ipsum agit.* Demum *serm.* 13. *de verb. Apost.* in medio sic disputante, & respondente. *Quotquot Spiritu Dei aguntur, &c. Dicit mihi aliquis: ergo agimur, non agimus. Respondeo: imò & agis, & ageris. Et tunc benè agis, si a bono agaris. Spiritus enim Dei, qui te agit, Agentibus adjutor est. Ipsum nomen Adjutorii prescribit tibi, quia, & tu ipse aliquid agis.* Et mox: *non enim Adjutor est ille, si nihil agatis: non enim cooperator est ille, si nihil cooperamini.* Quid pro Sententiâ nostrâ, & discutsu contecto clarius? Illi enim termini reduplicantes *sponte*, *per te ipsum*, & *tu ipse*, manifestè convincunt immediatam activitatem Arbitrii, quam intendimus.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Quinta Probatio & à priori.

53 Probatur ultimò, & à priori Conclusio, reliquis ad *tractat. de Visione* remissis. Actus salutares habent formaliter illæ prædicata, quorũ ratione, naturales essentialiter postulant ab arbitrio nasci *immediatione virtutis*, & *quo*: & alia prædicata, quorum ratione, Naturalium perfectionem omnè excedunt: ergo essentialiter exigunt immediatè, & ab arbitrio, & à Gratiâ fluere *æquali immediatione virtutis*, & *quo*: ergo concurrit arbitrium ad actus salutares immediatione Virtutis. Secunda consequentia est evidens, & ostenditur prima: nam effectus habens formaliter prædicata jure, & ex genere suo postulantia nasci à virtute principii agentis *ut quo*, non potest non oriri eadem immediatione Virtutis ab ipso: sicut & habens alia prædicata ex genere suo excedentia vires ipsiusmet principii, non potest non exigere simultaneam influentiam superioris, & ulterius virtutis *ut quo*.

54 Iam prima pars antecedentis, quæ negabitur, urgetur primò: Actus salutares sunt Vitales, sunt aut amor, aut odium, sunt voluntarii: idque formalissimè: at ex his prædicatis exigunt naturales immediatum influxum nativæ virtutis Agentis, *ut quo*. Vrgetur secundò: Actus naturales non disconveniunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

cum supernis ratione perfectionis; totam enim naturalium perfectionem supernì habent; sed ratione imperfectionis, & limitationis in *esse*: est enim elevativus Naturæ, Supernaturalium ergo, atque adeò per ipsum depauperari Natura nec potuit, nec debuit, sed ultra ditescere perfectione. Atqui actus naturales nõ exigunt immediatum influxum Naturæ agentis *ut quo* ratione imperfectionis formaliter; quia imperfectio, cum sit formaliter nihil, formaliter, & per se intendi à Naturâ non potest: ergo eum exigunt ratione perfectionis: ergo titulus exigẽtiæ communis est supernis actibus, & non supernis.

55 Urgetur efficaciùs tertiò: Actus salutares non sunt minùs electio, quàm naturales. Jam sic: Implicat ex præcisio conceptu electionis, quòd electio non sit immediatè à virtute positivè indifferenti, & formaliter elective, *ut quo*; non minùs, quàm implicat, quòd calefactio nõ sit immediatè à virtute positivè calefactivâ, *ut quo*: Supernaturalitas à virtute supernaturali, *ut quo*: Visio à virtute visivâ *ut quo*; auditio ab audirivâ *ut quo*, &c. Sed sola Voluntas potest esse virtus positivè indifferens, & formaliter elective *ut quo*: nam Gratia, utpote determinata quoad specificationem ad unum, & ex conceptu suo, alterum repugnans inducere, nequit esse positivè indifferens, nec formaliter elective: ergo electio implicat, quæ non sit *immediatè*, & *ut quo* ab ipsâ voluntate. Sic præcisi conatus Illustrissimi de Godoy, & Aldreti, & manet firmissima Conclusio nostra.

Godoy. Aldretus.

Tertia Conclusio.

Prima ejus Ratio

§. II.

TERTIA PARS SENTENTIÆ NOSTRÆ.

56 TErtia Conclusio: Gratia physicè concurrens ad actus salutares non est tota ratio, & virtus agendi. Idem estò *de Habitu*, & *lumine gloriæ* respectu actuum, ad quos elevant. Est illatio *ex præcedenti* legitima. Quam nitrà confirmo tatione triplici satis efficaci. Prima sit à priori. Stare potest supernaturalitas operis, quin tota proxima Virtus sit supernaturalis entitativè, & substantivè: ergo nullus est titulus exigendi ad supernaturalitatem effectus, supernaturalitatem in totali virtute. Probatur antecedens: nam eo ipso, quod ad opus essentialiter, & per se necessaria sit virtus partialis supernaturalis, manet opus supernaturale: nam eo ipso manet naturaliter impossibile, & ab omni ente purè naturali diversum.

Secunda Ratio:

57 Dices suppositionem esse implicantem. Contrà: non implicat, quòd Natura possit immediatione virtutis influere ad effectum in consortio causæ juvantis, sine quâ repugnat ipsum absolutè producere: ergo nec implicat, quòd Natura *immediatione Virtutis* influere possit in effectum in consortio causæ supernaturalis, sine quâ non posset ipsum absolutè producere: hæc autem erat suppositio. Antecedens constat, tùm ex singulis causis insufficientibus sine consortio concurrentis Dei: tùm specialiter, in specie sine concursu mentis insufficientis ad vitalem operationem. Tùm specialissimè, in Phantasmate juxta Thomistas influente in speciem intelligibilem, & spiritualem, non obstante graduum improportione. Consequentia non patet minùs: tùm quia supernaturalitas effectûs, qui posset esse titulus dispar, jã in eâ suppositione maneret. Tùm etiam: quia cur dedeceat principium supernaturale modus influendi, qui decet Deum? Tùm insuper ex paritate principii spiritualis. Tùm demum, quia si supernaturale principium supplere potest totam virtutem, cur nequeat partem?

Ripalda. Card. de Lugo.

58 Secunda sit à pari. Species naturalis (nam supernaturales admittere neque est Thomisticæ Theologiæ, nec probationis ex multis, per quæ disputant Pater Ripalda *disp.* 54. & Cardinalis de Lugo *disp. 9. de Fide sect.* 4.) concurrit ad supernaturalem cognitionem, immediatione virtutis: ergo tota virtus non est supernaturalis: ergo, &c. Probatur antecedens: nam quæ sit virtus, mediâ quâ concurrit? Non Habitus: tum quia habitus non inhæret speciei, & *apud nos*, est impossibilis elevatio per extrinsecũ. Tùm etiam, quia habitus est unicè virtus ex parte potentiæ, & non ex parte objecti, qualis est species. Tùm demum: quia solus habitus sine specie sufficeret ad cognitionem v. g. Fidei.

Evasio Godoy expungitur.

59 Negat Magister Godoy istam sequelam *num.* 214. & retorquet in intellectu, qui licèt elevetur unicè per habitum, tamen essentialiter est necessarius ad Fidem, non *ut* virtus, sed *ut* specificans. Benefic argumentor primò. Per te entitas naturalis potest specificare supernaturalem actionem, ita, ut tota vis specificandi nõ sit supernaturalis: ergo & poterit ita causare, ut tota vis causandi non sit supernaturalis. Et notari contra Thomistas debet hæc arguendi forma, ferit enim omnes, & disparitas non est facilis. Secundò: ideò intellectus, aut anima, necessaria sunt ad actum Fidei, quia sunt subjecta illius: alium enim titulum ipse non video; sed species non est passivum principium actûs Fidei: ergo nec est essentialiter necessaria. *Dicis*; esse principium formale. *Contra*: ergo principium formale merè naturale conducit ad supernaturalem actionem: cur ergo non conducit activè partialis virtus naturalis? Ergo si species posit elevari per habitum, habitus sine specie poterit sufficere ad actum Fidei. Deinde non potest esse illa virtus Qualitas transiens: Tùm quia hæc repugnat ex dictis *suprà lib.* 10. *à num.* 96. *& nu.* 96. *&* 131. Tùm etiam, quia ea esset supernaturalis species, quam negatis.

Evasio repellitur.

Suprà lib. 10. à num. 96. & 131

Godoy.

60 *Dices* ex Godoy *num.* 220. eas qualitates non fore species, quia ad speciem, ultra concursum objectivum, requiritur, esse repræsentationem, & objectivam similitudinem; quales ipsæ non sunt. *Verba sunt hæc*, quæ sic eventilo. Quid est in specie esse repræsentationem, & objectivam similitudinem; ut contradistinctam à cognitione formali? Nihil quidem aliud, quàm esse vim supplerivam objecti, & effectivam cognitionis: id habent illæ qualitates: ergo sunt species supernaturales.

Tertia Ratio:

61 Tertia sit etiam à pari. Perfectio actûs naturalis honesti non exceditur à supernaturalibus actibus, priusquam ab illo excediturur actûs imperfectio peccaminosi; nec iste distat minùs à bonitate Divinâ, quàm à perfectione supernaturali perfectio naturalis; sed non obstante ille excessus, & hæc distantia, quominùs immediatè Deus cõcurrat *ut quo* ad actũ peccaminosum: ergo nec obstant ille excessus, & hæc alia distantia, quominùs Voluntas immediatè concurrat *ut quo* ad supernaturalem affectum.

62 Firmatur hæc consequentia, & paritatis ratio *primò*: quia titulus entis, non impeditur ab imperfectione positivâ rei, quominùs ex illo titulo Deus physicè immediatè concurrat *ut quo* ad totam entitatem: ergo neque titulus vitalitatis, impeditur à supernaturalitate rei, quominùs ex eo titulo voluntas physicè immediatè concurrat *ut quo* ad totam entitatem. *Secundò*: causa superior ad effectum quem se solâ producere nec posset, nec deceret, deprimitur ab inferiori, ut immediatè concurrat *ut quo*: ergo causa inferior ad effectum, quem se solâ producere nec posit, nec exigat, elevatur à superiori, ut immediatè concurrat *ut quo*. Tertiò: Nec minùs, nec aliter tribuitur soli Naturæ peccati executio per illa: *Perditio tua ex te: Vos ex Patre Diabolo estis: Concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, non ex Patre, sed ex mundo est*: quàm per illa: *Omne donum perfectum desursum est: Deus est qui operatur; Non est volentis, neque currentis*, tribuatur operatio bona soli Deo: sed illa non obstant immediato cõcursui Dei agentis, *ut quo*, titulo causæ primæ specificatæ per rationem entis communem effectui peccaminoso: ergo neque ista obstare debent immediato concursui Naturæ Agentis *ut quo*, titulo causæ liberæ specificatæ per rationem viralitatis, voluntarietatis, & electionis communem operi salutari. Lege, si plura vis, copiosissimum Ripaldam citatum.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

Nota bene

P. Ripald.

SECTIO III.

SOLVVNTVR ARGVMENTA THOMISTICA.

§. I.

ARGVMENTA AB AVTHORITATE.

Objectio Prima.

63 ARguunt primò Thomistæ Authoritate Scripturæ, Augustini, & Thomæ. Scripturæ quidem, ex illo Pauli *ad Romanos 9. Non est volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*: quod fallum esset, semel admisso ex parte *currentis, & volentis* immediato concursu ad ipsum *currere, & velle: alioquin* (addit Augustinus *cap.* 32. *Enchiridii*) *si propterea dictum est, Non volentis, &c.*

Rom. 9.

Augustin.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. Philipp. 2

quia ab utroque sit, id est, ex voluntate hominis, & misericordia Dei... Cur non, & econtrà rectè dicitur: Nam misereatis est Dei, &c. & concludit id ita à Paulo dici, *ut totum Deo detur.* Item ex illo *ad Philippens. 20. Deus est qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bonâ voluntate*: quam rationem dat Paulus, ut cum timore, & tremore simus; non ergo Deum unicè, sed nos ipsos timere deberemus, si salus nostra penderet à nostro partiali concursu. Demum ex illo *ad Romanos 8. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt Filii Dei.* Vbi videtur à Paulo doceri, nos agi potiùs à Gratiâ, quàm cum ipsâ nos agere: quod verum esse nequit, si Gratia non sit tota virtus agendi.

Rom. 8.

Augustin. Psalm. 32.

64 Augustini deinde, tum in illud *Psalm. 32 Verbo Domini Cœli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum*, loquentis sic: *Non habuerunt aliquid ex se, & tanquam suppomentum à Domino acceperunt: Spiritu enim oris ejus non pars, sed omnis virtus eorum.* Tùm ex *lib. 1. Retract. cap. 23.* ubi antiquam sententiam suam illam: *Quòd volumus, suum esse voluit, & nostrum*, retractat quasi Semipelagianismi ream, dolendo se non agnovisse *olim*, id est, *suæ conversionis initio, totum ex Deo esse, & malè partitum in Creaturam, & Deum.* Quò faciunt Sancti Patres, quos addensat Alvarez *disp. 85. à num. 3.* damnantes eos, qui passim arbitrio, passim Deo tribuunt opera salutaria.

Alii PP. apud Alvarez.

S. Thomas.

65 Denique Sancti Thomæ tùm 4. *contra Gentes cap. 7. num. 15* Tùm etiam 3. *contra Gentes cap. 70. fine*, tum insuper 1. 2. *quæst. 11. art 2. ad 2.* ubi dicit expressè Sententiam suam à Sancto Thomâ dicit Alvarez *loco citato num. 2.* Tum demum *ex quæstione unicâ de Charitate art. 1* ubi negat elevationem extrinsecam ex ratione, quæ firma non esset, si esset in nobis intrinseca aliqua virtus ad opera salutaria. Quo totum *ex capite sumum in hac re hominem* asserit, aliis vel omissis, vel neglectis Illustrissimus de Godoy *tom. 1. in 1. part. tract. 2. disp. 16. § 3. num. 61.*

Godoy.

Solvitur.

66 Imprimis horum nulla præponderant Tridentino. Deinde præponderat his authoritas omnium Theologorum, & Doctorum, qui contra hæreticos nostri temporis scripsere, de quibus lege Ripaldam *tract. 21.* Demum his Scripturæ locis, eodem interpretationis filo subtextis, usus Calvinus est pro se contra Tridentinum, teste Stapletono. Videant Thomistæ, quibus affluent arma. Iam *respondeo*: Legitimus sensus Apostoli *Roman. 9.* non est excludere activitatem Arbitrii, quam passim insinuat, & expressè 1. *Corinth. 15.* Ratio ergo, cur *Miserentis Dei* potiùs sit, quàm *volentis, & currentis* opus salutare, licèt ad ipsum uterque, Deus & homo, partiali, & immediato concursu se habeant, ad duo reducitur longè verissima, & æquè à quæstione præsenti longissima.

Ripalda.

Stapleton Mens Apostoli Rom. 9.

Ratio

67 Primum est: Deum esse, qui solus præparat misericorditer Voluntatem eâ vocatione, quæ sit secundùm propositum Dei, seu quæ prævidit hominem secuturum: quæ divina præventio nisi nos antecederet, nunquam salutariter operaremur. Alterum est: hominem non prævenire Deum, ita ut antecedat ex parte nostri quicquam, cui debeat ipse Deus aut gratiam illam, aut illam misericordiam, quasi Gratia supponat aliquale salutis initium in Natura. Ex his est, præ homine, Deus sanctarum operis causa præcipua, nihilque est in ipso opere, quod Dei non sit; & pluta sunt, quæ ipsius hominis dici non possint. Et hic est sensus Apostoli, satis clarè propositus, & expositus ab Augustino *loco ipso*, qui objicitur, & passim aliis. Vnum licio Calvinum apud Stapletonum *in antidot. ad* ipsa Apost. verba, de hac interpretatione risisse catholicos. Sed laus veritatis est à Calvino contemni.

Ex Augustino. Stapleton.

68 Alter locus potiùs firmat, quàm infirmat immediatam Activitatem arbitrii: hortatur enim ibi nos Paulus, ut cum timore, & tremore salutem nostram operemur: vana esset hortatio, si tota Virtus operandi esset homini extranea. Timoris & tremoris optimam rationem assignat per nostri à Deo dependetiam: quia & ab ipso sufficientia nostra, & operatio, cùm utrumque donetur ab ipso. Iure ergo tremas, & offendere caveas eum, sine quo nihil possis. Et certè Paulus non negat, esse nobis posse & debere tremoris causam, inconstantiam nostram. De *reato* dixi jam satis *lib. 10. à nu. 107.* Audi nunc Augustini solutionem de Verbis Apost. *Serm.*

Ejus Apost Mens ad Philipp. 2

Et ad Rom. 2.

Vid. supra lib. 10. à num. 107. Augustin.

Serm. 13. Dicit mihi aliquis: ergo agimur, non agimus. Respondeo: imò agis, & ageris; & tunc bene agis, si à bono agaris. Spiritus enim Dei, qui te agit, Agentibus adjutor est. Ipsum nomen adjutorii præscribit tibi, quia & ipse aliquid agis. Et hæc *pro Scripturæ locis*.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. Instantia M. Lumb. Solvitur. S. Prosp.

Augustin. Mens.

69 Ad Augustinum omnino constat *ex præcedentibus*. Insuper primus locus objectus ad illud *Psalmi* 32. frustrà est: Nam ibi sermo S. Doctoris est de cœlis materialibus: & *Virtutem* pro *Actuositate* non accipit, sed pro *Solliditate*. Quòd si allegoricè transeat ad Apostolos, significare vult unicè indigentiam, & abundantiam Gratiæ illis datæ, exinde emanaturam in Nos: nihil curans de quæstione præsenti. Demus, ultrà locutum de Virtute, excludendo partialitatem in nobis: illam unicè excluserit, quâ Semipelagiani partiebantur salutares actus in Naturam, & Gratiam, dando illi soli salutis initium, & itti profectum.

S. Thomæ Mens.

Alvarez.

70 Alter locus ex ipsâ Semipelagiani erroris inculcatâ expositione solvetur. Massilienſium error in rem præsentem intelligi dupliciter & potest, & debet. Duobus enim modis errabant in partiendo opera salutis in Naturam, & Gratiam. *Primò*: ita partiendo, ut ejusdem effectûs *partem* tribuerent arbitrio incipienti, *se solo: partem*: Gratiæ *prosequenti*, & postmodùm adjuvanti: Et hic error nimis crassæ Minervæ fuit, & impugnatur à Patribus allegatis ab Alvarez, damnántibus partitionem hujusmodi, falsisque *totum* ex Deo esse: nec *partim* ex Arbitrio, *partim* ex Gratiâ, eâ nempe partialitate effectûs procedentis, & præcedentis ex nobis. Quod & profitetur

Massilienſium error

Alvarez.

Bernard.

nos sumus ex Bernardo, dicendo Naturam in opera salutaria non concurrere *effectûs partialitate, sed causæ*; neque id fine Gratiâ Dei, cujus est totum. *Secundò*: ita partiendo, ut ex operibus salutaribus alia facerent solius arbitrii se per pia desideria, & Fidem disponentis, sicque salutem inchoantis; alia facerent Gratiæ perficientis: unde negabant esse totum ex Deo. In id ceciderat Augustinus, & id retractat *illo cap. 23.* apertè professus *ibi, & lib. 1. ad simplic. quæst. 2. Totum*, nempe, *ipsum credere, & velle*, Dei esse: *quia ipse præparat voluntatem*: & esse *nostrum*: quia utrumque perficitur nostrâ voluntate. Procul ergo ab errore, quem retractat Augustinus, famus,

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. M. Lumb. S. Prosp.

71 Dices ex M Lumbier *de Vit. quæst. 9. art. 4. num. 442.* saltem partialis ista Virtus, quam nos admittimus in Arbitrio, esset aliquis sapor, & inchoatio, & quasi semina Gratiæ; quæ sunt *Pelagiani sum phrases*, quas olim detestatus est Prosper in Collatore. Insipidè profectò recurritur ad hunc saporem. Nam sapor, inchoatio, & semina Gratiæ, quæ dicebant Massilienses, & detestatus est Prosper, consistebant in operationibus Gratiam præcedentibus, ut explicui.

S. Thomæ Mens.

Alvarez.

72 Ad Sanctum Thomam clarius dici potest, neque occurrisse quidem ipsi per somnium hanc discurrendi viam, ut patet ex dictis *à num. 32.* Quæ allegat Alvarez *ex Opere contra Gentes, & 1. 2.* consultò non retuli: quia nec in se, nec ex côtextu rem vel levissimè attingunt. Quò miror magis confidentiam aut officiantiam Authoris istius, videntis, ubi nemo videre potest, & expressè cognoscentis Mentem Angelici, ubi nevestigium quidem est. De loco à Godoy oppositis est acrior. Nam videtur fieri alterum è duobus: aut nempe Sanctum Thomam non bene impugnasse Lombardum, aut insinuasse falsitatem Sententiæ nostræ. *Illud* dixere Aureolus, Gregorius, Ochamus, Gabriel, & ex antiquis, & recentioribus plures: *hoc*, Thomistæ. Neutrum ipse; reor enim, S. Thomam *argumento ad hominem* contra Magistrum uti: qui cùm negaret in nobis aliquid facultatis ad amorem Theologicum, toramque in Spiritu Sancto extrinsecùs assistente, poneret, arguitur optimè à Sancto Thomâ ex defectu voluntarietatis in actu. Fortè Magister ipsum etiam amorem dixit Spiritum Sanctum: & inde directè nec ipsum attigit Sanctus Thomas: qui si aliquando falleretur, & infirmè probaret, *sine* præjudicio devotionis, quam profiteor, erga Angelicum Præceptorem, non mirarer.

Godoy.

§. II.

ALIVD ARGVMENTVM A RATIONE ex Godoy.

Objectio secunda, ex Godoy.

73 ARguunt secundò ex calamo De Godoy: Virtus proximè operativa

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. *Tract.* 3. *de Deo Auxiliat.*

tiva est ratio continendi proximè effectum; sed adæquata ratio continendi supernaturalem effectum, est Gratia: ergo Gratia est adæquata Virtus operativa proximè, supernaturalis effectûs: ergo liberum arbitrium partiali virtute non gaudet. Vtraque consequentia est evidens cum majori. Minor ostenditur primò: quia effectus est adæquate supernaturalis, nec ex naturali, & supernaturali mixtus: ergo virtus ipsum proximè præcontinens non est mixta ex naturali & supernaturali, sed omninò supernaturalis. Secundò: quia res superior, in inferiori contineri actu non potest. Tertiò: quia Actus supernaturalis esset minùs supernaturalis, quàm habitus: esset enim hic illo minùs Naturæ indigens, atque adeò magis superans.

Confirmat primò:

74 Confirmat, ostensurus efficaciam *argumenti*, quod *principale* putat contra Nos, ostensione majoris, ne fortè negetur, & ulteriori probatione minoris. Primò: quia naturali rationi repugnat conceptus causæ sine effectûs continentiâ.

Secundò:

Secundò: quia Causa quantumvis partialis petit effectum adæquare juxta proportionem suæ virtutis: unde si adæquata sit causa, petit ipsum adæquare sumptum adæquatè; si inadæquata sit, & partialis, petit ipsum adæquare sumptum inadæquatè, nempe secundùm aliquod prædicatum. Atqui virtus naturalis adæquare nequit effectum supernaturalem adhuc inadæquatè, nempe secundùm aliquod prædicatum: singula enim ejus prædicata formaliter transcenduntur à ratione supernaturalitatis: ergo.

Tertiò:

Tertiò: Nihil quod supernaturale non sit vel formaliter, vel connexivè, potest immediatione virtutis influere in supernaturalem effectum? Neutrum Naturæ convenire patet; & assumptum ostenditur: quia nihil, quod vitale non sit vel formaliter, vel connexivè potest immediatione virtutis influere in vitalem effectum.

Quartò:

Quartò: quia Voluntas ratione sui non est vivens supernaturaliter proximè: quippe vivens est inferius ad ens: quo nò supposito, repugnat vivens: unde cùm voluntas non sit ratione sui ens supernaturale, neque potest esse supernaturale Vivens. Atqui Vita actualis supernaturalis contineri non potest nisi in vivente supernaturaliter proximè: ergo.

Quintò, & speciosiùs.

75 Quintò: Omnis virtus ad aliquem actum accipitur à Deo, ut continente talem actum: ergo omnis virtus ad actû supernum accipitur à Deo, ut actum supernum continente. Sed omnis virtus naturalis accipitur à Deo, ut authore Naturæ: quo modo supernaturalia non continet: ergo nulla virtus naturalis potest esse Virtus in ordine ad supernaturalia. Vrget, & confirmat primò: Intellectus, seu voluntas proximè potens supernaturalem effectum elicere, subordinatur unicè Deo, ut Authori Gratiæ: Non enim cum ipsis concurrit, ut Author Naturæ: ergo tota Virtus eorum ad supernaturalem effectum accipitur à Deo, ut Authore Gratiæ: ergo tota est supernaturalis. Secunda consequentia patet: & prima probatur: quia tota subordinatio in agendo fundatur in subordinatione in essendo: ergo. Vrget secundò: Deus ut Author Naturæ non continet supernaturalia: ergo neque entitas ab ipso Authore Naturæ producta: alioquin continentia entitatis causatæ excederet continentiam causantis. Hucusque De Godoy urgens acutè *argumentum principale* suorum.

Solvitur argumentum.

76 Respondeo, distinguendo majorem: Virtus completa, & adæquata, concedo: incompleta, & partialis, nego majorem. Nam eminentialis continentia rerum in causâ, *philosophicè* solùm est in causâ Perfectio univocè, vel æquivocè æquans, aut excedens perfectionem alterius rei, cum ipsius fœcunditate: quod patet soli causæ adæquatæ cõpetere posse: unde partialis virtus, se solâ, nec formaliter, nec eminenter effectum continet; cùm nec ipsa per se sufficiat, nec habeat perfectionem parem effectui. Imò nec partialis continentia debet admitti, nisi recurrendo ad conceptus nostros præscindentes in effectu varios gradus, quos in simili potest partialis alioqui causa se solâ ponere: ratio est, quia conceptus continentiæ est conceptus adæquativus effectûs. Dixi *philosophicè*: nam si ludas vocibus, quibus unicè nititur præsens objectio, & continentiam sumas pro aliquali vi causativâ, principium petitur.

Probationes.

77 Negetur exinde minor: Cujus prima probatio retorquetur: in effectu creato non mixto ex Divino, & non Divino,

vino, licèt ejus causa sit Deus, & Creatura: in substantiâ, non mixta ex accidenti, licèt per vos tota proxima Virtus sit accidens: in actu vitali non mixto ex vitali, & non vitali, licèt causa sit mixta ex intellectu, & specie. Negetur igitur consequentia. Secunda probatio resumit continentiam cum eadem æquivocatione: unde concesso antecedente, nihil infert: Voluntas enim solùm continet salutarem affectum in consortio Gratiæ: quod complexum est actu perfectius. Tertia est omninò devia: Nam supernaturalitas in indivisibili consistit. Parco plurimis.

Et Prima Confirmatio M. Godoy.

78 Scrutemur modò subtilitates de Godoy. Prima confirmatio verum assumit de causâ completâ: de incompletâ falsissimum. Imò nec video, quâ confidentiâ id Thomistæ clamant, asserendo accidens esse totam virtutem operativam substantiæ: Substantia enim in solo accidenti contineri non potest. Addo has, & similes exclamationes in Scholas è vulgo subrepere: putatur enim hauriendam à causâ per actionem perfectionem effectûs, sicut per situlam aquas è puteo.

Altera:

79 Altera confirmatio majori æquivocatione laborat. Cùm dicimus partialem causam debere adæquare effectum saltem inadæquatè, nempe penès aliquod prædicatum, (qui sunt inculti termini, quos permittimus) non ideò dicimus, quasi partialis causa solùm attingat illud prædicatum effectûs, & non alia: quod imponit iniquè Gonet; sed ideò dicimus: quia illud prædicatum est nobis in effectu titulus, cur totus effectus exigat partialem influxum illius causæ, se solâ potentis in simili producere. Transeat in hoc sensu major, & nego minorem de voluntate adjutâ per Gratiam; sine quâ nequit ullum influxum in supernaturales actus exercere. Quod additur de transcendentiâ supernaturalitatis, falsum est in sensu formali: verum, in reali, solùmque convincit indigentiam Gratiæ in naturali potentiâ, ad sui positionem. Et hæc est prima solutio secundæ confirmationis. Secunda sit, negando majorem, quia causæ partialis secundùm se inspectæ non est effectum adæquare, sed causam, per superventientis virtutis additionem (per quam, & se ipsam, effectum jam continet, & adæquat.

Gonet.

In Primâ par. & in 1.2. *Tract.* 3. *de Deo Auxiliat.*

Tertia:

80 Ad tertiam unicè terminis subnixam respondeo primò: per alios æquè revolutos negãdo antecedens: licet enim nec *formaliter*, nec *connexivè* res sit supernaturalis, esse potest *adjectivè*, vel *elevativè*: quod sufficiet ad partialem influxum, sicut sufficit ad partialem influxum in vitales actus virtus connexivè vitalis: æquè enim nihil ponit quoad præsens in rebus, *connexivè*, ac *adjectivè*. Secundò potest negari minor, nam virtus naturalis cum supernaturalium possibilitate connectitur. Tertiò, & solidius, negando antecedens absolutè cum probatione: quia formalitates effectûs non opùs est, reluceant in singulis partibus causam adæquantibus, sed in ipsâ adæquatâ.

Quarta:

81 Ad quartam confirmationem, explico majorem, & distinguo: ratione sui nõ est vivens supernaturaliter proximè: id est, non habet ratione sui sufficientiam proximam, ut se vitaliter exerceat per Supernaturales actus, concedo: non habet ratione sui virtutem inchoatam, & immediatè productivam, ut cum elevanti comprincipio se vitaliter exerceat per actus supernaturales, nego principii petitionem. Itaque vivere proximè supernaturaliter, si tollas æquivocationé, est sufficere ad vitale supernaturalitatis exercitium, quod soli voluntati non convenit, at convenit ipsi per Gratiam adjutæ, per quam completur causa tota ad supernaturaliter vivendum: ita ut actus vitæ solùm contineatur in illo complexo virtutum partialium, adæquãte principium, ut dicebam.

Quinta.

82 Ad quintam, quæ eò est debilior, quò speciosior apparet, adverte Deum, *ut Authorem Naturæ*, & *ut Authorem Gratiæ* nihil dicere distinctionis in Deo; sed in effectibus, ex istorum consideratione in nobis. Itaque Deus *Author Naturæ*, & *Author Gratiæ*, indivisibilis est in se, & unius unicissimæ continentiæ: Nos verò comparando imperfectè Deum cum effectibus Naturæ, vel cum effectibus Gratiæ, distinguimus quidem, non Deum, sed conceptus nostros: unde devolvitur in ipsum Deum extrinsecè, & denominativè distinctio: ut enim totus subest actui comparanti cum effecti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

ctibus Gratiæ, dicitur *Author Gratiæ*; ut subest actui comparanti cum Naturæ effectibus, *Author Naturæ* dicitur. Eodem modo distinguimus eminentias contentivas rerum. Distinguo nunc majorem: Omnis virtus proportionata, & completa, seu quæ proportionat, & complet, transeat: improportionata, & partialis, nego, vel subdistinguo: accipitur à Deo ut à continente talem actum, sub omni modo, vel expressione continentiæ, nego: sub aliquo, permitto.

83 Itaque Deus ut Author Naturæ dicetur continere supernaturalia, modo quo continet partialem virtutem ad ipsa intrinsecam Naturæ: iste tamen modus, non est modus quoad nos continendi supernaturalia, quia formaliter non exprimimus talem eminentiam, per eminentiam rerum supernaturalium contentivam: atque adeò verissimum est, posse virtutem aliqualem accipi à Deo, ut non continenti actum ipsius, formaliter, & quoad conceptus nostros, quia virtus illa potest non esse ex se proportionata, & ordinata ad talem actum, unde nec est medium colligendi in Deo continentiam actûs per ulteriorem, & clariorem expressionem. Viterior prima instantia probat unicè subordinationem nostram ad Deum ut Authorem Gratiæ, quoad ipsum operari, & posse proximum adæquatum. Secundæ factum est jam satis: quæ sicut, & tota argumenti machina consistit in vocibus *continentiæ eminentialis*, quam in partiali virtute, præsertim inferioris ordinis, jam negavi. Multa de his *in tractatu de Supern. ad* 1. 2.

In 1. 2. Tract. 3.

§. III.

ALIA DVO ARGVMENTA EX EODEM Authore.

Objectio tertia ex ipso Godoy.

84 Arguunt tertiò ex eodem calamo: Principio ratione sui effectum aliquem continenti, ipsumque proximè potenti producere, debetur concursus causæ Primæ, ut ipsum aliquando producat; sed Naturæ non debetur concursus causæ Primæ, ut aliquando producat salutarem effectum: ergo nec ipsum continet, nec ipsum ratione sui potest proximè producere. Confirmat, præclusurus evasionem: nam hæc peti non potest eò quòd virtus sit solùm partialis. Tùm quia Anima per nos est partialis virtus ad plures effectus, & debetur ipsi concursus causæ Primæ. Tùm etiam, quia causæ partiali debetur alia compars, ne sit in rebus frustrà: nec ex alio titulo debentur animæ comprincipia ad intelligendum, & volendum. Nec peti potest eò quòd sit Virtus obedientialis. Tùm quia sic dici posset, fore supernaturalem effectum, licèt tota virtus esset entitativè naturalis, dummodò foret obedientialis. Tùm etiam, quia ideò debetur potentiæ naturali concursus ad effectum, quia ipsum potest vel totaliter, vel partialiter efficere; sed ratio obedientialis non obstat immediatæ Virtuti per nos saltem partialiter: ergo. Nec peti potest, eò quòd sit virtus improportionata; nam esse virtutem, & esse improportionatam ad agendum, videntur termini contradicentes: Non est ergo unde peti possit apta solutio.

Qui Confirmat.

Solvitur.

85 Respondeò: Totus Syllogismus est verus, nisi æquivocatione vitietur, quam depelles, *distinguendo* majorem: omni principio adæquato, vel exigenti comprincipia, debetur concursus Causæ Primæ, concedo: inadæquato, nec exigenti comprincipia, nego. Vnde cùm Virtus inchoata, quam admittimus in Naturâ, partialis solùm sit, & inexigens elevationem, nec se solâ continet salutarem effectum, nec debetur ipsi concursus ad illum. Et do rationem, quæ confirmationem eludat. Nam causæ partiali ea solùm debentur comprincipia, & requisita, sine quibus nec stare potest in ordine suo connaturali, nec exercere totam suam activitatem, communicando effectibus perfectiones in ipsâ contentas: ea verò comprincipia, quæ nec sint necessaria, ut causa sit in connaturali statu suo, nec ut exerceat totam suam activitatem, nec ut communicet perfectiones in ipsâ contentas, supra ipsam sunt, cùm in ipsâ nullum sit jus ut concedantur à Deo, cujus erit adjicere pro gratioso libito suo. Hinc ergo, licèt Natura sit partialis virtus circa superna, nec exigit ista, nec ejus comprincipia: neque enim his eget ad ordinem connaturalem suum, utpote diversissimum, & longè distantem ab illis; neque his eget ut totam suam activitatem exerceat, quippe

pè communicat sine ipsis totam perfectionem in ipsâ contentam: quare non est in rebus frustra: & jure dicitur à Nostris Potentia obedientialis, ut attingam *infrà*: quam si ex intrinsecis adæquatam fingat Illustrissimus Impugnator, peccabit turpiter in adjecto.

Infrà à num. 95.

Objectio quarta ex Eodem.

86 Arguunt quartò ex eodem calamo: Actus vitalis, *quia vitalis*, exigit principium vitale *quo*: supernaturalis actus, *quia supernaturalis*, exigit supernaturale principium *quo*: ergo actus supernaturaliter vitalis exigit principium supernaturaliter vitale *quo*. Confirmatur primò: Actus, qui sit purè pertinens ad Religionem, nec partialiter oriri potest ab habitu temperantiæ v. gr. ergo Actus, qui purè sit supernaturalis, nec partialiter oriri potest à virtute potentiæ naturalis. Confirmatur secundò: Vel actio salutaris oritur à potentiâ Naturali, ut elevatâ? vel non? Si primum: ergo tota ratio influendi est virtus elevans, reduplicatio enim cadit immediatè supra formam. Si secundum: ergo potentia naturalis nó eget elevatione, ut agat supernaturales effectus. Hæc objectio est valde debilis: & facilis redargutionis: nam si vitalitas supernaturalis exigit principium, quod supernaturale sit, & vivens supernaturalitate vitali: similiter volitio, voluntarietas, & electio supernaturalis exigent principium cum virtute supernaturali, quæ volitiva sit, quæ sit libera, & elective: id quod repugnat. Deinde omnium causarum partialium confluxum in eundem effectum evertit: nam in omnibus effectibus hujusmodi quævis formalitas identificatur alteri non correspondenti singulis causis, sed complexo. Igitur

Retorquetur; &

Solvitur.

87 Respondeo ad argumentum: distinguo consequens: exigit principium supernaturaliter vitale, per formam indivisibilem, à quâ veniat & supernaturalitas, & vitalitas, nego: per complexum ex principio alioqui viventi & supernaturali comprincipio elevanti ad vitaliter exercendas supernaturales actiones, cõcedo. Itaque formalitates indivisibiles in effectu non exigunt indivisibilitatem virtutis in causâ: ut *patet* in quovis effectu creato exigentis ex indivisibili complexione prædicatorum causam Primam & Secundam: *patet* in actu Misericordiæ,

Aranda de Deo.

& Religionis indivisibiliter fluente à virtute multiplici: *patet* in actu vitali naturali exigente in potentiâ, & in specie virtutis partitionem, cui non correspondent omnes, & singulæ formalitates actûs. Hinc solùm fieri potest quamvis virtutis partem secundùm accepta insufficientem esse; quod fatemur. Neque enim virtus inchoata, quam admittimus in Naturâ, se solâ potest in effectum salutarem erumpere ex defectu virtutis, & excessu perfectionis in effectu tangente lineam, & ordinem superiorem: ex quo vocamus secundùm se improportionatâ, sed ex virtutis additione, quæ ipsam elevet, proportionabilem. Nec enim eo ipso, quod alicui virtuti non sit proportio ad aliquem effectum, quia & diversi & superioris est ordinis, & quia se sola nec exigit, nec potest ipsum producere, putari ea virtus debet incapax influxûs immediati, si proportionem possit habere ex adjuncto comprincipio.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Et Confirmatio.

88 Ad Primam confirmationem, fiat imprimis redargutio: nam neque actus purè pertinens ad Religionem oriri potest ab habitu temperantiæ, tanquam à principio *quod*; & tamen à potentiâ naturali, tanquam à principio *quod* oritur actio salutaris. Sit deinde disparitas: quia Virtus habitus limitatur ad specialem motivum, quod unicè potest esse titulus ad influxum: at potentiæ universaliores sunt, & ex plurimo titulo, vel ad totalem, vel ad partialem influxum necessariæ. Ad secundam: Actio salutaris est à potentiâ naturali, ut elevatâ; ut est visio à potentiâ visivâ, ut illuminatâ per speciem: in neutro tamen casu *reduplicatio* significat virtutis totalitatem, aut in specie, aut elevanti principio, sed *necessitatem* Adjutorii.

§. IV.

ALIA ARGVMENTA A PARI, ET ab absurdo.

Objectio quinta.

89 Arguere quintò possent ex *triplici* paritate: *Prima* est. Actio naturalis nequit attingere supernaturalem terminum etiam in consortio actionis alterius supernaturalis: ergo neque potentia naturalis. Consequentia suadetur, quia sicut actio non agit supra suam

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.a. Tract. 3. de Deo Auxiliăt.

actualem sphæram: ita neque potentia supra possibilem, id est, supra id, quod naturaliter potest. Tùm etiam: quia si semel potentia naturalis possit influere partialitate causæ, cur non etiam partialitate actionis, ita ut ipsa per unam, & supernaturalis virtus per aliam influat, ex quibus integretur totalis actio? *Secunda* est: Conclusio sequitur partem debiliorem: ergo & effectus: ergo sicut ex præmissarum altera evidenti, altera probabili, nascitur solùm probabilis conclusio; ex virtutum altera supernaturali, altera naturali, solùm orietur effectus naturalis: ergo ut effectus sit supernaturalis, tota virtus agendi deber esse supernaturalis. *Tertia* est. Causa meritoria naturalis, nec partialiter disponere potest, aut causare supernaturalem affectum, etiam in consortio alterius causæ supernaturalis meritoriæ: ergo neque Physica. Ratio paritatis est: tùm quia supernaturalia tam sunt supra vires physicas, quàm supra meritorias Naturæ: tùm etiam, quia plus de effectu continet causa physica, quàm Moralis.

Solvitur. Prima disparitas.

90 Respondeo: & prima disparitas ad paritatem primam est. Tùm quia actio, cùm sit ultima ratio determinandi, non agit nisi prout est in actu, sicut nec virtus potest, nisi quod est sibi possibile; verùm, cùm in se sit indifferens, sunt, quæ sint ipsi possibilia, seorsim ab aliis concausis: sunt, quæ solùm cum aliis augentibus vires sint ipsi possibilia. Tùm etiam, quia actio est formalis inductio rei, unde oriri non potest à causâ quæ se ipsâ non habeat vires inductivas ipsius rei; inducerentur enim effectus sine virtute sufficienti: quod implicat: hinc ergo fit, actionem effectûs superni esse non posse naturalem; nam inducì deberet à Naturâ, effectum non præcontinenti: at virtus capax est adjutorii, ex cujus necessitate maneat tota supernaturalitas in effectu. Nec ex partialitate causæ colligi potest partialitas in actione, ut patet in Fœminâ, & Mare: in specie, & intellectu: in causâ primâ, & secundâ. Accipe rationem, & regulam generalem. Quoties militat in actione idem ipse titulus, qui in effectu requirit necessitatem alicujus causæ, similiter requirit in actione: sic, quia non minus militat in actione, quàm in termino ratio entis finiti, quæ facit immediatè pendentem à Deo terminum, facit etiam pendentem actionem à Deo. Vnde cùm formalis inductio rei supernaturalis, supernaturalis esse debeat ex supra dictis: & hic titulus impediat ortum effectûs à solâ Naturâ, impedit etiam ortum actionis ab ipsâ solâ.

Secunda:

91 Secunda disparitas ad secundam paritatem est: quia causa physica effectum sibi physicè assimilat quantùm potest, ipsi communicando perfectiones in se contentas, quæ se non impediunt in effectu: idque fieri solet in casu duorum Agentium ad mensuram fortioris, quod prævalet in influxu. At causæ impulsivæ (quales sunt Præmissæ, licèt alioqui sint causæ physicæ) cùm non impellant ad assensum conclusionis, nisi ratione motivi, non possunt aliter impellere nisi modo, quo motivum attingunt: unde cùm circa motivum assensûs, sint ipsæ meticulosæ, incertæ, & falsæ; non poterit intellectus assentiri, nisi meticulosè incertè, & falsò; assentitur enim objecto, prout apparet: & ex his imperfectionibus plerumque oritur, impediri in effectibus perfectiones physicas à suis causis, vel earum aliquâ participabiles. Vnde rursus inclino dicere, conclusionem ex supernaturali, & naturali præmissis ortam, fore necessariò naturalem: ut insinuavi suprà *lib.* 11. *num.* 85. Doctrinam solutionis approbent Adversarii, necesse est: nam à principio non vitali, v. g. specie, oritur actus vitalis: à principio materiali v. g. phantasmate, oritur species spiritualis: utrobique sequitur effectus conditionè unius partialis comprincipii, secutus nullibi debilitatem alterius.

Suprà lib. 11. nn. 85.

92 Tertia disparitas ad tertiam paritatem est: P. imò ex conceptu supernaturalitatis impræscindibili à causâ meritoriâ supernorum juxta insinuata non semel, & juxta Sanctum Thomam *in 1. distinct. 27. quæst. 1. art. 3.* Secundò: quia consequens illationis est hæreticum, cùm inferri debeat nos physicè non concurrere ad actus salutares. Tertiò: quia causa meritoria causat effectum, excitando sui complacentiam retributivam, quæ non stat sine proportione inter præmium, & obsequium: hæc verò proportio Naturæ cum supernis implicat. At causa physica

Tertia.

Ex Sancto Thomâ.

sica causat effectum per actionem à se distinctam, cui potest ex elevanti principio, quod supponit essentialiter, venire proportio. Quartò: quia omne præmium, cùm sit moraliter æstimabile, est moraliter partibile: unde duabus actionibus meritoriis assignari moraliter potest pars sui præmii: cùm autem implicet quòd actioni naturali possit ex excellentiâ suâ præmium supernaturale competere, fit, neque competere illud posse in consortio actionis supernaturalis meritoriæ. At in causis physicis sequi non potest absurdum hujusmodi, cùm physica indivisibilium divisibilitas implicet.

In Primâ par. & in 1.a. Tract. 3. de Deo Auxiliăr.

operativam sine Gratiâ, & independenter ab ipsâ: nego: operativam cum elevatione, & dependenter à Gratiâ, subdistinguo: completam, & naturalem, nego: partialem, & obedientialem, concedo. Nota bene in his sophismatis, terminorum appellationem.

SECTIO IV.

PRÆCEDENTIVM ILLVSTRATIO, Resolvendo Quæstiones Affines.

§. I.

EXPLICATVR INCHOATA VIRTVS Potentiæ Naturalis.

Objectio sexta:

93 Arguere sextò solent ex *triplici* absurdo. *Primò*: nam si Natura eâ vi productivâ polleret, haberet connexionem cum ente superno, & jus ad ipsum, & consequenter ad comprincipia, quo totus rueret elevationis ordo. *Secundò*: sequeretur dari in Naturâ aliquam sufficientiam ad salutariter operandum; & quidem intrinsecam, identificatam cum ipsâ, atque adeò merè naturalem: cùm omnis virtus productiva, sit aliqua sufficientia ad effectum. Sequela verò contra Apostolum est. *Tertiò*: sequeretur, dari in Naturâ independenter à Gratiâ virtutem operativam salutis, cùm independenter à Gratiâ habeat suam essentiam identificatam cum illâ virtute inchoatâ, quam nos admittimus. Sequela verò videtur sapere Pelagianissimum.

Solvitur.

94 Respondeo: valde probabile mihi videri, supernaturalia entia non esse supra Naturæ connexionem, de quo *alibi*: Nec sequitur respectus juris: aliud enim est exigentia, & aliud, connexio: ista fundari potest in indigentiâ, & imperfectione; illa supponere debet imperfectionem, in quâ fundetur. Deinde, estò Natura ex conceptu Virtutis productivæ conectatur cum ente superno, ut possibili; cû illo ex elevationis ordinis dignitate non connectitur ut actuali: quod unicè poterat ens supernum ad jura Naturæ deprimere. Quo respondimus ad *primum*. Ad *alterum*, Negetur assumptum sequelæ: Nam conceptus sufficientiæ est cõceptus causæ adæquatæ, ut patet, vel, ad minùs causæ exigentis cætera comprincipia. Ad *tertium*: eludetur sophisma, distinguendo sequelam: dari in Naturâ independenter à Gratiâ vim

1.a. Tract. 3.

Quæstio prima.

95 Quæres insuper primò: (solventur enim sic faciliùs, & sine strepitu, Thomistarum aliæ objectiones, & quæstio principalis suis numeris absolvetur.) An hæc inchoata virtus dicenda sit Potentia Obedientialis, an Naturalis: unde, an etiam Voluntas dicenda sit agere per Potentiam Obedientialem, non verò per Naturalem? Respondeo, jure vocari *Potentiam obedientialem*, vocarique non debere *Potentiam Naturalem*. Ratio est: quia Potentia Obedientialis apud nos ea est, & ex eo dicitur, quòd effectus eliciat, prout subest gratiosæ, & purè liberali voluntati, ac Providentiæ Dei ipsam elevanti ultra conditionem sui juris; unde nec agit veluti jure suo, nec cum comprincipiis sibi debitis, sed positivè indebitis: Potentia verò Naturalis ea est, & ex eo dicitur, quòd effectus eliciat agendo veluti jure suo, & cum comprincipiis sibi debitis.

Notatria.

96 Vnde *tria* fiunt, quæ Thomistæ hucusque plenè assequi nolunt, ut video. *Primum*: Rem eandem esse posse Potentiam obedientialem, & naturalem potentiam respectivè ad diversos effectus: quia hæc distinctio non est distinctio ordinis in entitate causæ, sed distinctio ordinis in effectibus. *Secundum*: Potentiam obedientialem, & Naturalem solùm esse extrinsecè, & connotativè diversas; quia ratio Potentiæ obedientialis nihil dicit supernaturalitatis in esse, sed in termino. *Tertium*: Potentiam obedientialem, esse quidem naturalem entitativè, quippe Naturæ congenitam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

sed non esse Potentiam naturalem, quia non actuatur per terminum naturalem. Vnde terminis his Nos utimur, nō quidem evasionis colore, sed causa formæ, & brevitatis.

Quæstio secunda:

97 Quæres secundò: Vtra dicenda sit causa Principalis, vel Instrumentalis, elevata Voluntas, an Gratia elevans? Levis quæstio, & omninò contemnenda, si salvetur semel activitas immediata Naturæ. Multi cum Thomistis Naturæ, potiùs, quàm Gratiæ tribuunt elogium causæ Principalis. Plures cum Suarez Gratiæ potiùs tribuunt, quàm Naturæ. Vtrique tribuit Pater Herize: Pater Ripalda tribuit Gratiæ quoad denominationes, quas habet cum Naturâ communes; tribuit Naturæ quoad denominationes, quæ solùm ipsi competunt. Dissidium oritur, quòd Thomistæ eam putent causam principalem, quæ denominationes principales subit, ab actione suæ virtutis. Suarez, quòd eam putet, quæ vel obedientialis sit, vel juvetur ad effectum se nobiliorem. Herize, quòd eam putet, quæ immediatè concurrat. Ripalda, quòd causam instrumentalem putat, quæ operatur per Virtutem acceptam ab alio, simul operante cum ipsâ; unde cùm Gratia verè coefficiat actus cū Naturâ elevatâ, & non vivat, & mereatur cum vivente, & merente Naturâ, Naturam facit causam efficientem instrumentalem; & viventem, merentemque Principalem.

Thomistæ. *Suarez.* *Herize.* *Ripalda.*

Authoris Mens.

98 Ipse sic explico causam instrumentalem: quæ non suo, sed alterius nomine agit: quod evenit multipliciter: Primò: solùm agendo per virtutem motu acceptam, vel physicè, vel moraliter. Ideò voco causas instrumentales, Physicam, ferram: moralem, Proregem. Secundò: solùm agendo aliquid prævium ad finem principaliter intentum: ideò voco causam instrumentalem, calorem disponentem ad ignem. Tertiò: agendo obedientialiter per auxilium indebitum, unde potiùs effectus tribui debet danti, quàm recipienti proportionem: ideò voco causam instrumentalem, in casu nostro Voluntatem; & Gratiam, Principalem. Quartò: agendo per influxum sibi debitum, sed ex institutione supplendi defectum principalis: ideò voco causam instrumentalem, speciem impressam. Ex quibus soluta manet quæstio cum Suarez contra Thomistas.

Quæstio tertia: Thomistæ incassum cum Nazario repugnant

Primò:

99 Quæres tertiò: an absolutè dicenda sit Voluntas virtus, & causa partialis affectuum supernorum? Affirmo cum Nostris contra Thomistas id inique ferentes, & cum suo Nazario reclamantes. Primò: quia causarum partialium est imperfectio virtutis: ergo Gratia si non sit causa totalis, erit imperfectæ virtutis. Nego antecedens, si partialis influxus sit ex libito, ut plerumque est in Deo attemperante se cum secundis causis. Si sit ex improportione virtutis, concedo. Si solùm sit ex Naturâ effectûs exigentis duplicem causam, ipsi etiam negare tenentur antecedens. Secundò: si causa partialis sit voluntas, erit & Gratia causa partialis: ergo eadem subibit utraque denominationes ab actione. Nego consequentiam: quia sunt denominationes, quæ requirunt in causis plusquam agere. Tertiò, si Virtus partialis est Voluntas, augeri poterit usque ad totalem per ejusdem rationis augmentum. Nego sequelam: ut pater in Fœminâ, & Mare: in causâ secundâ, & primâ: est ratio effectûs excellentia, nunquam æquabilis per Naturam.

Secundò:

Tertiò:

100 Quartò: esse ab utraque Naturâ scilicet, & Gratiâ, non facit ipsas causas partiales; alioqui Pater, & Filius essent partialia principia Spiritûs Sancti. Nego sequelam, & falsam suppositionem, nempe quòd Pater, & Filius sint duo principia: sunt enim unum, & idem, sicut unus, & idem Deus, ratione unius, & ejusdem virtutis spirativę in utroque: ad partialitatem causarum requiritur pluralitas virtutum, & principiorum.

Quartò:

Quintò: Causa partialis ex naturâ rei non petit juvamen intrinsecum, ut patet in duobus trahentibus navim: ergo si voluntas sit causa partialis, neque petet ex Naturâ rei elevans juvamē intrinsecum. Consequentiam, quam absurdam judicat de Godoy, admittunt ex Nostris multi, multi negant, invenientes disparitatem, vel in modo causandi, vel in conditione causati, vel causæ. Exemplū illud, quo Molina usus est, & abuntur Thomistæ explicantes Sententiam Nostram, aprè aliquid explicat, malè tamen ex toto appingitur Sententiæ nostræ.

Quintò:

Godoy.

Molina.

Sextò: Gratia in elevatione se habet, ut forma subsubstantialis in composito: ergo sicut forma se habet ut totalis actuatio Materiæ, ita & Gratia ut tota activitas in elevatione Naturæ. Nego suppositum consequentis: Materia enim jam est ante formam in actu entitativo. Deinde eo permisso, disparitas est: quia materia est inanime quiddam, non, Natura. Insuper, sit Gratia tota forma elevans, inde non infertur esse totam rationem agendi. Demum, Gratia est tota activitas elevans, sed non tota activitas elevationis.

Sextò:

Septimò:

101 Septimò: quando duo sic agunt, ut alterum totam agendi virtutem ab altero accipiat, partialiter non concurrunt; sed Natura totam accipit à Deo rationem agendi per Gratiam. Nego majorem imprimis, falsificatam in causâ primâ & secundâ. Nego deinde minorē: nam innata, & inchoata virtus in Naturâ supponitur ante Gratiam.

Octavò.

Octavò: Deus est totalis causa per Gratiam discretionis Nostræ juxta illud Pauli: *Quis est qui te discernit? quid habes, quod non accepisti?* Nota *triplicem* discretionem. *Prima* est, per Voluntatem Dei Prædestinantem; & hæc est solius Dei. *Altera* est per collationem auxiliorum; & hæc est etiam solius Dei, ut causæ moralis, quia auxilia fiunt à nobis sine nobis. *Tertia* est per ipsum consensum salutarem; & hæc est tota Dei, & etiam Nostra, sed Nostra cum Deo, & ex Deo. Cùm ergo soli Deo tribuitur Discretio, sumi solet in primo & secundo sensu. Sumi etiam potest in tertio denotando, non quidem exclusionem nostri concursûs, sed principalitatem agentis in Deo, & gratiosam præventionem per indebita auxilia, per quæ nos anticipat, & dat sufficientiam, & in ipsâ bonam operationem, vocando nos congruè: & hinc dici solet *solus facere, ut velimus, & faciamus, quia solus, & sine nobis* præstat Gratiam, ut cum ipso velimus, & faciamus. Videātur hæc latiùs apud Ruiz *de Prædestinatione disp. 39. sect. 6. 7. & 8.* apud Hurtadus *de Charit. disp. 125. sect. 5.* & apud Ripaldam *disp. 30. sect. 27.* & suprà *suo in loco lib. 8. à nu. 234.*

Montoya. Ripalda. Hurtado. Suprà lib. 8. à num. 234.

§. II.

CVR VOLVNTAS DETERMINET: ET Gratia elevet?

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Quæstio quarta:

102 Quæres quartò: Vtra determinet ad actionem: an Gratia, volūtatem; at Voluntas, Gratiam? Alvarez *de Auxil. disp. 87.* cum Thomistis Prædeterminantibus, Gratiæ tribuit vim determinandi. Primò ex generali doctrinâ de Prædeterminatione. Verùm si, ex Thomistarum ore, præripit voluntati determinandi vim, tollet & libertatem: sed nolo id tangere. Secundò ex Arausicano, decernenti *Adjutorium Gratiæ non subjungi humilitati, aut Obedientiæ humanæ.* Verùm hic canō Arausicani conditus est contra Massilienses, ausos dicere dari Naturæ Gratiam ob conatus proprios, & prævios, elicitos absque gratiâ, & suo merito determinantes Deum ad illam ipsi concedendam. Tertiò ex Augustino, & Prospero dicentibus, *Deum sibi subdere hominum voluntates.* Verùm Augustini, & Prosperi sensus est: non quidem Deum sibi subdere Voluntates nostras ex irresistibili, & ineluctabili præcursu; (id enim opponitur Tridentino, & Senonensi;) sed ex infallibilitate divinæ Providentiæ, quâ vocamur, & prævenimur.

Schola Thomistæ sensus ex Alvarez.

Arausic. Trident. Senon. & Augustin. Mens.

103 Quartò: si Voluntas determinaret Gratiam, *duo* fierent *alterum*; Gratiam subordinari, & subjici Voluntati; non Gratiæ, voluntatem. *Alterum*: Voluntatem initiare salutis opera. Respondeo, Neutrum fieri; Non secundum: quia ea ipsa determinatio non fit à Voluntate sine Gratiâ: fit ab utraque; sed non eligente Gratia, sed voluntate prævent â per Gratiam. Determinantis denominatio, est denominatio eligentis. Non primum: quia duplex est subordinatio: alia quoad posse: alia quoad agere, quoad posse subordinatur Voluntas Gratiæ, quia sine ipsâ elevante non potest; quoad agere condescendit Gratia Voluntati, quia Gratia non agit, nisi volente (sed ex gratiâ,) voluntate, cujus est uti Gratiâ, vel non uti pro libito.

Montoya. Ripalda. Hurtado. Suprà lib. 8. à num. 234.

Resolutio Nostra, & S. Thomæ.

104 Respondeo igitur ad Quæstionem, determinari ad agendum Gratiam à Voluntate; & huic, illam attemperari, quoad munus determinandi. Primò: quia

uti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

uti, est applicare aliquod principium actionis ad actionem, ut habet Sanctus Thomas 1. 2. *quæst. 16. art. 1.* & his eisdem verbis *art. 2. corp.* Sed voluntatis est uti Gratiâ ad operandum, ut habet ipse *tract. 1. ad 1. Chorint. 15. & 1. part. quæst. 62. art. 3. ad 2.* idemque habent Senonenso, & alii Patres apud Ripaldam *disp. 110. sect. 10.* ergo Voluntatis est applicare Gratiam ad actionem: ergo & munus determinandi. Secundò: quia actio salutaris prodiens à Voluntate, & à Gratiâ est electio voluntatis; & non, Gratiæ: sed electio non est ejus, qui determinatur ab alio cooperante, sed ejus qui determinat; est enim ejus, cujus in potestate est, quòd sit, vel non sit actio: ergo Voluntatis, & non Gratiæ est munus determinandi ad salutarem actionem.

Et Senon. & SS. PP Ripalda.

Quid sit Determinare?

105 Sed quid constitutivè dicat munus determinandi, ut potius Voluntati conveniat, quàm alteri comprincipio? Lis est subtilis, & exagitata subtiliter à Ripaldâ *disp. 125.* per totam, & à Ribadeneyrâ *de Actib. disp. 15.* quos imitabor in 1. 2. *Tract. de Actib.* Accedit novissimè P. Avendaño *disp. 13. cap. 3.* qui illos, & communem Sententiam explicat aptè per hos terminos. Munus determinandi soli competit Voluntati, quia illa sola actionem elicit electivè, seu cum indifferentiâ Dominii: ista deinde Dominii indifferentia, *duo* dicit. *Indifferentiam*, ut contrapositam *determinationi*: & *indifferentiam*, ut contrapositam *subordinationi*. *Per illam*, excludit necessitatem ad unum, & inseparabilitatem ab actu secundo: per ipsamque convenit cum Deo, cum Gratia, cum aliis comprincipiis. *Per istam*, excludit usum immediatum alterius dominii ad ipsam actionem; quod nec habitui convenit, utpotè subordinato Voluntati; nec Gratiæ, similiter indifferenter vocanti; nec Deo se liberè præimpedienti usum actionis, & volenti se attemperare Creaturæ, condescensu quodam attemperationis ad libertatem Creaturæ.

Ripalda. Ribaden. Avendañ. & late Nos Tract de Actib.

Quæstio quinta; noviter excitata à Nostris: Ob hæc,

106 Quæres quintò: Cur præ Voluntate dicenda sit elevare potius, quàm elevari Gratia? Rationem dubitandi movent Recentes Ingeniosi. Primò: nam Gratia non est minùs improportionata Vitalitati Supernaturali, quâ Voluntas; quia sicut Voluntas non est in eodem genere cum actu, ratione supernaturalitatis: ita nec Gratia, ratione vitalitatis. Secundò: Nam nec minùs indebitus est actus soli Gratiæ, quàm soli Naturæ: æquè enim implicat à solâ Gratiâ, ac à solâ Naturâ poni. Tertiò: Nec minùs indiget ad actionem adjutorio Naturæ Gratia, quàm Natura, Gratiæ adjutorio. Quartò: nec minùs est debitus concursus Naturæ adjutæ per gratiam: quàm Gratiæ per Naturam adjutæ. Non ergo videtur esse ratio major, cur in Nostrâ Sententiâ dicenda sit elevari Voluntas, & non Gratia.

Quæ non sunt firma

107 Verùm ista non premunt: Nam licèt Gratia se solâ non possit actionem ponere salutarem, inter ipsam, & Naturam est magna disparitas. Primò: quia Natura eget Gratiâ, sibi omninò indebitâ. Secundò: quia eget ad effectum, quem non exigit, atque adeò reipsâ indebitum ex singulis prædicatis, cùm reipsâ singula sint supra Naturam. At Gratia sociat sibi Naturæ concursum, sibi debitum, & à se exactum: sociat sibi ad effectum ex singulis prædicatis reipsâ sibi debitum, vel connaturalem, quia licèt ipsa formaliter non sit vitalis, est vitalis connexivè, quòd sufficit, ut sibi debeatur effectus vitalis, cùm eòipsò exigat ipsa vitalitatem in effectu, non respectu sui, sed respectu Naturæ, quam ultimò complet. Tertiò: quia Naturæ etiam adjutæ per Gratiam non debetur effectus ratione sui, sed ratione solius Gratiæ: quæ est ratio, cur debeatur, vel dicatur deberi toti complexo; sicut materia est ratio, cur totus homo dicatur materialis; & Anima, ratio, cur totus dicatur Rationalis. Vnde nec Gratia est improportionata cum actu, quia ex se connectitur cum Vivente, ipsum ex se nata complere, ut vivat: Nec actus est ipsi indebitus, cùm ipsi connaturale sit facere complexum adæquatè productivum ipsius: Nec Naturæ etiam adjutæ debeatur, Naturæ debito, sed ipsius Gratiæ: Nec Gratia indigeat Naturæ juvamine, sed requirat: hoc, quia est perfectio Naturæ, & instituta in bonum ipsius. Illud, quia indigentia dicit inferioritatem, & improportionem, & perfectibilitatem: quod unicè Naturæ convenit respectu Gratiæ.

Dicen-

Resolutio.

108 Dicendum ergo est, Immediatum Naturæ consuxum non obstare opinioni communi, & veræ, dicentium Naturam elevari per Gratiam; non verò Gratiam, per Naturam. Ratio sumitur ex dictis proximè: eaque generalis erit pro similibus: nempe: ex duabus concausis in eâdem actionem convenientibus, eam fore elevantem, cui *duo* competant. *Primum*: jus ad consortium cum alterâ comparte Virtutis. *Alterum*: jus ad operationem in lineâ physicâ in consortio alterius comprincipii: his enim positis, fieri debet primò, quòd altera superioris sit ordinis in agendo. Secundò, quòd ipsi, & non alteri debitus sit concursus Causæ Primæ ad effectum. Tertiò, quòd uni debeatur consortium alterius, & non contrà. Quæ sine physicâ elevatione intelligi nequeunt. Vnde si concausæ se mutnò exigant, vel inexigant mutuò, nec una præ alterâ sit ratio, cur complexo debeatur operatio, ut evenit in duobus ignibus, se peraccidens attemperantibus ad tertium, aut in intellectu, & specie, aliisque causis mutuò subordinatis inter se, Neutra dicetur elevata, vel elevans.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

§. III.

AN EX INÆQVALI PERFECTIONE Potentiæ Naturalis venire præcisè possit inæqualitas in effectu Superno.

Quæstio sexta, subtilis, & difficilis, Ob hæc:

109 Qværes ultimò: an ex inæquali perfectione Virtutis Obedientialis, cæteris quoad Gratiam paribus, venire debeat inæqualitas in effectu Superno? Videtur ex unâ parte, *necessarium*; & *absurdissimum* ex alterâ: ex quo sumunt animos contra Nos Thomistæ, quasi Victores ex absurdo? Videtur *necessarium*: Tùm quia ex perfectiori causâ, cæteris paribus, perfectior evadit effectus: ex virtute obedientiali perfectiori, perfectior est causa supernorum effectuum: quippe causæ perfectio venire potest à perfectione concausæ. Tùm etiàm quia perfectior virtus perfectiùs influit in effectum. Tùm insuper: quia sub æquali principio elevanti, dari potest inæqualitas ex minori conatu potentiæ naturalis: ergo & major perfectio. Id quod patet in actibus Fidei, & Charitatis. Videtur *absurdissimum*. Tùm quia ille excessus tribui deberet Naturæ; Non Gratiæ. Tùm etiam quia heret inde, paribus meritis v. g. respondere præmium inæquale, si potentiæ naturales se excedant. Sequela ostenditur: nam si potentiæ se excedant, illa quæ perfectione præeminet, perfectiorem Dei visionem eliciet cum pari lumine, quod datur ad mensuram meritorum. Tùm demum quia cum pari Gratiâ, & conatu non disparì, magis mereretur, qui de se perfectior sit: quod videtur incredibile.

In Prim. par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Primus Solvendi modus ex Suarez.

110 Multiplex inventa est hucusque Solutio à Nostris in proprio loco. *Prima* negat necessitatem excessûs, & illius possibilitatem ex solo excessu potentiæ Naturalis. Ita communiter Nostri cum Suarez: dat rationem: quia Causa, licèt in se, vel in ordine ad suos effectus connaturales perfectior sit, non potest dare effectui majorem perfectionem præ alterâ, nisi in modo causandi, & respectivè ad ipsum diversa sit, & perfectior: at Potentiæ obedientiales, diversæ non sunt in modo causandi, & respectivè ad Supernos effectus. Videatur Esparza *tib. 1. q. 13* & Amicus *tom. 1. disp. 9. sect. 16.* id uberiùs elucidantes. Hinc respondet ad *primum*, *concedendo* majorem, si causa sit perfectior, in modo influendi: *negando*, si solùm ex alio titulo perfectior sit: quod patet in aquâ, & oleo respectivè ad Gratiam, quam eodem modo producunt, licèt entitativè perfectius aquâ sit ipsum oleum. Ad *secundum*, negat assumptum, quia non semper virtus perfectior, talis est in genere Virtutis. Ad *tertium* distinguit: dari potest inæqualitas ratione perfectionis excedentis vim causativam elevantis causæ, negat; ratione perfectionis non æquantis vim causativam elevantis causæ, concedit: Itaque bene potest Voluntas perfectiorem actum elicere, quàm alia pari Gratiâ instructa: hæc tamen inæqualitas solùm venit ex defectu potentiæ nolentis applicari majori conatu vim Gratiæ, non autem venit ex perfectione potentiæ, quasi ponentis actum vincentem vires Gratiæ: quæ cùm sit causa æquivoca potest applicari ad quamlibet intensionem.

Esparza. Amicus.

Alter modus Schoti & Molin.

111 Secunda admittit necessitatem excessûs, & negat absurditatem: ita Schotistæ cum Duce suo; ex Nostris, Molina,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Herize. Alarcon. Arriaga. Ripalda. Cajetanus.

na, Herize, Alarcon, Arriaga, & ex parte Ripalda: ex Scholâ Thomisticâ, Cajetanus. Dant rationes, quas modò solvimus: & ipsi respondent ad *primum*: negando antecedens: quia neque ille excessus ponitur à Naturâ, ut talis est, id est, sine elevatione, sine quâ nihil potest, sed ab ipsâ adjutâ per Gratiam elevantem juxta conditionem Naturæ: quare semper Gratia servat principalitatem in agendo. Ad *secundum*, negando sequelam. Ad istius ostensionem *alii* dicunt visionem fore eandem, nolente Deo concurrere juxta disparitatem Naturæ, sed juxta luminis paritatem: *sic* Molina. *Alii* dicunt, imperfectiori potentiæ datum iri majus lumen; & perfectiori, minùs, ut evadat æqualis visio: juxta cujus mensuram, quæ tota merces est, debet considerari lumen Gloriæ: *sic* Vazquez. *Alii* dicunt illum excessum non reputandum in præmium. *Alii*, eum excessum pariformiter respondere excessui actuum, quibus in viâ merebatur illa potentia perfectior. Ad *tertium*, negare videntur antecedens: quia iste excessus materialis est, & non formalis, nec in genere meriti.

Tertius, & Quartus. Quirós. Aldrete. Ripalda. Oxea.

112 Tertia admittit posibilitatem, & negat necessitatem, & factum excessûs: ita Quiros: qui mihi videtur coincidere in *quartam*: quàm explicant Aldrete, Ripalda, Oxea, distinguendo triplex genus perfectionû in supernis effectibus. *Aliæ* sunt, in ratione entis: quales inquiunt esse dependentias ab hac, & illâ causâ: *aliæ* sunt, in ratione actûs vitalis; quales inquiunt esse claritatem, expressionem, & hisce similes: *aliæ*, sunt in ratione supernaturalitatis. Triplex hoc perfectionum genus augeri potest seorsim: *volo dicere*, augeri posse in uno genere, quin eo ipso augeatur in alio: v. g. quòd sit melius ens, quin sit major amor, aut clarior intellectio; clarior intellectio, aut major amor, quin sit magis dissimilis actibus naturalibus. Ipse sic intelligo Doctores hos: ex quibus, Oxea *disp. 7. de Charitate*, concedit inæqualitatem perfectionis in primo genere: negat in reliquis: quia impræscindibile est augmentum physicum perfectionis in respectu transcendentali, crescente perfectione in termino relationis. Aldrete, Quiros, & Ripalda concedunt inæqualitatem perfectionis in secundo genere, negant in tertio: quia illæ perfectiones abstrahunt à supernaturali, & naturali, continenturque in potentiâ naturali: cur ergo si perfectiùs continentur, perfectiùs derivare non possunt? *Hucusque* breviter judicia Theologorum.

Mens Nostra inclinans in Suarez.

113 Nunc quæque sufficiet ad incursum Thomistarum, retorquendo argumentum in principio *quod*: si enim sufficiat ad specificandos actus, ratione Naturalis vitæ, quo fruitur, cur non etiam ad reipsâ diversificandos, si potioris perfectionis sit? Tùm etiam in pœnâ damnatorum, quæ sumitur ex apprehensione boni amissi, & mali præsentis, crescente ex perfectiori potentiâ Naturali. Quòd si me consulas de electione solutionis, ex hisce suaderem primam P. Suarez, quia solidiorem, & verisimiliorem existimo.

Quintus Solvendi modus assignatur.

114 Quintam insinuo, quam poteris eligere, si placuerit. Notanda sunt *duo*: *Primum* est: duplex esse genus supernorum effectuum: nam alii ita excedunt ex genere suo totam sphæram Potentiæ naturalis, ut inter omnes ejus effectus naturales, nullus sit similis vel in modo tendendi, vel in ipsâ specificâ perfectione, quâ pollent. Talis est Visio Dei respectu intellectûs, tam Angelici, quàm humani: & talis est Gratia respectu aquæ, & olei Sacramentalium. Alii sunt, excedentes quidem Potentiam naturalem, ex conceptu Supernaturalitatis, verùm ita parum dissimiles in modo tendendi actibus naturalibus, ut reipsâ conveniant penès ipsum modum tendendi, licèt ex alio capite disconveniant: tales sunt actus Fidei, & his similes tam in intellectu, quàm in voluntate.

115 *Secundum* est: Causam partialem dupliciter esse posse rationem, ut crescat in effectu, perfectio: primò positivè, communicando effectui perfectionem præcontentam in ipsâ. Secundò, permissivè: non impediendo nempe, ut alia compars derivet in effectum perfectiones, quas præcontinet, & dare potest. Unde fit, si virtus æqualis jungatur inæqualiter duabus causis, alteri imperfectæ, minùs imperfectæ alteri, in uno casu nasci posse perfectiorem effectum, quàm in alio cum pari virtute superveniente: non ita ut illa perfectio concausæ minùs imperfectæ sit ratio positiva perfectionis in effectu, sed

sed permissiva, quatenus impedit imperfectionem alterius concausæ, ex quâ limitatur Virtus illa Superveniens, nec finitur operari quantùm potest.

Et applicatur, per quatuor placita.

Primum:

116 Iam ex his respondeo: & dico primò, quoad visionem, & actus similes ex genere suo supernaturales, ex majori perfectione intellectûs & potentiæ naturalis, nullam posse derivari inæqualitatem in Visionem, totamque ejus mensuram, & quantitatem sumendam à lumine. Ratio est: quia respectu ad hos effectus non concurrit intellectus, exercendo suam inæqualitatem, cùm ista solùm sit circa res omninò diversas à Visione, quatenus dicit perfectionem visionis.

Secundum:

117 Dico secundò, quoad alios actus secundi illius generis, sumi posse inæqualitatem effectûs à Naturâ, in casu paris comprincipii. Ratio est: quia actus nostri necessariò debent esse imperfectiores Angelicis, ex dependentiâ à phantasmatibus. Tùm ex experientiâ, quâ videmus homines alioqui doctos, expeditiùs se habere circa superna.

Tertium:

118 Dico tertiò, hunc excessum positivè solùm esse à Gratiâ, permissivè verò à Naturâ magis aut minùs perfectâ. Ratio est: quia totus iste excessus in Angelo solùm venit eò, quòd ejus perfectio impedit imperfectionem Nostræ Naturæ, quæ ratione suæ limitationis est ratio tota earum imperfectionum in suis actibus: ut autem elevet Gratia ad pares actus Angelicis, solùm requiritur Principium vivens cum absentiâ talium imperfectionum. Id quod explicat exemplum illud vulgare, quòd afferr Card. de Lugo *disp 7. de Fide sect. 2. nu. 21.* Elevet Deus duos calamos, quorum alter bene sit aptatus, & alter malè: utrumque ad formandos characteres aureos elevet. Vterque formabit aureos; sed eos ille bene: hic eos malè: quia Deus elevat juxta capacitatem utrumque suam: & iste non permittit, ut æquè pulcri characteres appareant ex imperfectione, quâ scriberet in aliis seorsim ab ullâ elevatione formandis.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Cardinal. de Lugo.

Quartum.

119 Quartò: has imperfectiones esse purè physicas, pariterque purè esse physicas perfectiones oppositas: unde ex istâ inæqualitate nasci non debere inæqualitatem merendi. Ratio est: quia cum eâ inæqualitate physicâ perfectionis inveniti potest par firmitas, par intensio, & par conatus: qui attenduntur in merito. Imò aliquando ex tantâ physicâ imperfectione meritù crescet ob difficultates annexas. Sed hæc sufficiat attigisse.

DISPVTATIO LXI.

AN ACTIVITAS GRATIÆ SVPPLERI valeat per Extrinsecum Auxilium Omnipotentiæ specialiter applicatæ, vel Assistentis?

Controversia: Sententiæ. Arrubal, & Ripald. Ægidius Lusitan. Salas. Lugo. Aldrete. Quirós, & Esparza.

120 QVÆSTIO generalis est iad plures tractat⁹ Theologiæ: & Opinio triplex. *Prima* Thomistarum, præsertim Recentium, negat. *Secunda* Nostrorum affirmat. *Tertia* mediat inter utramque: sed discursu, non uno: Nam Noster Arrubal, tantùm non-assentiente Ripaldâ, *disp. 110. sect. 5.* negat in ordine ad actus liberos; in ordine ad necessarios affirmat. Ægidius Lusitanus Visionem beatificam excipit, & affirmat de cæteris. Salas, De Lugo, Aldrete, Quirós, Esparza, cum aliis affirmant *de possibili de facto*, & attento connaturalitatis titulo, negant. Sanctus Thomas pro Nostris est, ut expendunt Ripalda *disp. 34. sect. 4.* Oviedus *tract. 1. controv. 8. part. 2. §. 5.* & Aldretus *de Visione*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. S. Thomæ Mens ex Durand. Neapol. Capreol. Ovied. Ripalda. Aldrete. Quirós. Palacio.

disp. 11. *sect.* 1. & atteſtantur Durandus *in* 4. *quæſt.* 2. *nu.* 23. & Ioannes de Neapoli *lib.* 1. *Variar. part.* 1. *pag.* 7. Dominicanus uterque: & iſte coætaneus, & fortè diſcipulus Sancti Thomæ: Et convincitur *ex* 4. *diſt.* 49. *q.* 2. *art.* 7. unde *dicendum, vel* Sanctum Thomam ancipitis fuiſſe Sententiæ, vel eam retractaſſe, *quod Capreolus voluit*, & oportuit clarè probari: vel eſſe noſtrum interpretando Doctorem Angelicum, ubi negare videtur, de modo connaturali, non verò de poſſibili: ſive de facto juxta præſentem legem; non verò de poſſibili juxta aliam. Vide citatos, & in ipſis ſeriem Authorum: quos copioſiùs recitat Quirós *in indic. Quæſt. quæſt.* 12. *art.* 5. *dub.* 7. Videamus quo jure negent Moderni Thomiſtæ, quod *Priſcorum omnium eſt*, teſte Palacio 4. *diſt.* 49. *putat.* 1.

SECTIO I.

AVDIVNTVR THOMISTÆ.

§. I.

PRIMVM ARGVMENTVM.

Argumẽ-um primum: Primò ex M. Bañez.

121 ARguunt primò, & principaliter argumento, quod mukipliciter colorant, & formant. Sic primò Bañez: Implicat, quòd actio ſit ab aliquâ causâ non conſtitutâ in actu primo per poſſe; ſicut implicat curſus abeo, qui non poteſt currere: ſed Natura non conſtituitur in actu primo ad ſalutares actiones per poſſe, quod in ſe habeat, ſi principio intrinſeco careat: quæ enim extrinſecùs adveniunt, extranea ſunt, nec habentur à Naturâ: ergo implicat, quòd actio ſalutaris ſit à Naturâ non conſtitutâ ad operandum per intrinſecum poſſe. Sic

Secundò ex Godoy.

ſecundò Godoy: Implicat, quòd Natura eliciat actus, niſi eos in ſe præcontineat continentiâ in actu primo; ſed hæc continentia implicat in Naturâ, non per formam elevantem intrinſecè: nam, cùm ex ſe non contineat eos actus, debet tranſire de non continentia ad continẽtiam: quòd eſt tranſire de contradictorio ad contradictorium, & immutari: ergo implicat, quòd Natura ſalutares actus eliciat niſi per formam intrinſecè elevantem inſtructa.

Tertiò ex aliis.

122 Sic tertiò Thomiſtæ Politiores: à principio ratione ſuæ improportionis inſufficiente, nequit oriri actio, quin priùs exuat illam improportionem intrinſecam; ſed Natura nequit exuere improportionem intrinſecam, niſi per intrinſecam proportionem, oriundam à principio intrinſeco elevante; ergo à Naturâ, &c. Sic quartò alii clariùs. Omnis virtus cauſativa debet habere proportionem cum effectu; atque adeò Natura elevata ad operandum ſalutariter cum opere ſalutari; ſed auxilium extrinſecum dare non poteſt Naturæ talem proportionem: nam proportio cauſæ cum effectu non eſt extra cauſam: ergo neque poteſt elevare Naturam.

Et quartò.

123 Confirmantur hæc omnia ab Illuſtriſſimo de Godoy, augente ſic, & protegente formam arguendi ſuam *tom.* 1. *in* 1. *part. diſp.* 12. §. 1. *num.* 9. Vt Natura vivat per ſupernaturales actus, debet eos intrinſecè continere, non utcumque, ſed ut ſupernos; atqui ſic continere intrinſecè eos nequit, niſi per elevationem intrinſecam: ergo neque per eos vivere ſupernaturaliter. Minor eſt evidens, & conſequentia benè deducta. Major oſtenditur primò: quia ut vivat per eos actus, continere eos intrinſecè debet, ut vitales: ergo ut per eos ſupernaturaliter vivat, debet eos intrinſecè continere, ut ſupernaturales. Secundò: quia per vos, ut Natura vivat per actus ſupernaturales, eos debet continere potentiâ obedientiali; ſed Potentia obedientialis reſpicit eos actus, ut ſupernos: ergo. Tertiò: ideò lumen Gloriæ v. g. licèt producat actum in ſe vitalem, per ipſum non vivit juxta vos, quia ipſum non continet formaliter ut vitalem, ſed ſolùm identicè; quatenus nempè continet intrinſecè formaliter formalitatem cum vitalitate conjunctam: ergo ſimiliter ſi Natura non continet intrinſecè formaliter actus illos ut ſupernaturales, ſed ſolùm identicè, non poteſt dici vivens vitâ ſupernaturali, ut tali. Quartò: Natura vivit vitâ ſupernaturali, ut tali formaliter: ergo effectivè producit, ut ſuper-

Confirmat Ill. Godoy.

ſupernaturalem: ergo præcontinet. Secunda conſequentia patet, & oſtenditur prima: quia ideò cauſa ſecunda non denominatur agens ab actione, prout eſt Dei, quia ipſam non producit, ut eſt Dei, quod fatemur omnes: ergo ſi Natura non producit actionem, ut ſupernaturalem, non denominabitur vivens vitâ formalirer ſupernaturali: quod eſt oppoſitum antecedentis, tenendi ab omnibus: nam Natura v. g. vivit per Viſionem Dei, ut talem; ſed ut talis, ſupernaturalis eſt: ergo vivit vitâ formaliter ſupernaturali.

Solvitur, ut à Bañez

124 Reſpondetur: ad primam argumenti formam: diſtinguo minorem: per poſſe, quod in ſe habeat, inadæquatè, nego: adæquatè, ſubdiſtinguo: quod in ſe habeat per intrinſecam inhærentiã, concedo: per extrinſecam aſsiſtentiã, appropriationem, & applicationem ſubordinatam arbitrio ſuo, nego. Itaque *duo*

Et explicatur ſenſus noſter.

dicimus, quæ ſunt advertenda maximè contra frequentes Thomiſtarum æquivocationes. *Primum*: Naturam fieri ſimpliciter potentem in actu primo, cùm elevatur extrinſecè, per potentiam partim intrinſecam, & partim extrinſecam: illam conſiſtentem in ipſius Naturæ Potentiâ obedientiali: hanc, in Omnipotentiâ ſpecialiter applicatâ. *Alterum*: hanc Potentiam haberi à Naturâ, non quidem, quia totam ſibi unitam habeat, ſed quia totam habet ordinatam, & quaſi ſubordinatam arbitrio ſuo, ſi actus ſit liber; ſi verò neceſſarius ſit, per appropriationem extrinſecam. Neque requirit denominatio habentis, inhærentiam rei, quæ haberi dicitur: eſt enim hæc vulgaris apprehenſio, quæ fallit in plurimis, & unicè vera de habitione ſtrictiſſimâ: ſic dicitur quis habere ſimilitudinem, coëxiſtentiam, veſtitum, &c. & quidem in denominatione Potentis, clarius id eſt: nam ab Omnipotentiâ extrinſecùs aſsiſtente, dicitur omnis cauſa ſecunda ſimpliciter Potens.

Et ut à Godoy.

125 Ad ſecundam argumẽti formam, diſtinguo majorem: niſi eos in ſe præcontineat, continentiâ in actu primo omninò, & adæquatè intrinſecâ, nego principii petitionem: continentiâ vel omninò intrinſecâ, vel partim intrinſecâ, partim extrinſecâ, concedo majorem: Itaque continentia, (qui ſimpliciter eſt conceptus cauſæ adæquatæ, ut contra Godoy explicui *ſupra*) poteſt eſſe vel omninò intrinſeca, ut eſt in Deo; vel partim intrinſeca, & partim extrinſeca, ut evenit in noſtro caſu, & in omnibus cauſis ſecundis. Vide me *num.* 76. Neque tranſitus de contradictorio ad contradictorium, dicit intrinſecam mutationem, ut patet in denominatione veſtiti, &c.

In Primâ par. ebi in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãr. Supra à num. 76.

126 Ad tertiam arguendi formam, diſtinguo majorem: à principio ratione ſuæ improportionis inſufficiente, nempe improportione inutilitatis activæ, oriri nequit actio, quin illam exuat, tranſeat: improportione ſolùm ordinis, & completæ virtutis, oriri nequit actio, quin illam exuat, ſubdiſtinguo: quin illam incompletionẽ deſinat habere per adventum virtutis proportionantis, & complentis, concedo: per exidentificationem illius, nego. Itaque Improportio rei ad effectum, vel ſumi poteſt pro omnimodâ impotentiâ, & inutilitate; & talis non eſt in Naturâ, in quâ datur partialis, & inchoata virtus, nempè obedientialis: Vel ſumi poteſt pro indigentiâ eſſentiali alterius Cauſæ ſuperioris, quæ illam compleat, & talis eſt in Naturâ. Hæc tamen improportio ita eſt intrinſeca Naturæ, ut illam per identitatem habeat: unde nec poteſt amitti, niſi per exidentificationem, omninò impoſsibilem. Quare proportio, quæ deſideratur in Naturâ, eſt, non quæ deſtruat illam, ſed quæ elevet, & compleat ad agendum: & hoc dicimus præſtari ſatis poſſe per elevationem extrinſecam: quæ licèt non intrinſecè, tãmen extrinſecè proportionat. Neque enim licèt forma ſit intrinſeca, poteſt aliam dare proportionem, quàm completionis ad agendum: nam illam imparilitatem in ordine, & improportionem intrinſecam indigentiæ exidentificare non poteſt.

Et ut ab aliis Thomiſtis.

127 Ad quartam arguendi formam: Diſtinguo majorem: omnis virtus adæquatè cauſativa, concedo; inadæquatè cauſativa, ſubdiſtinguo: intrinſecè, vel extrinſecè, concedo: ſolùm intrinſecè nego majorem, & deinde minorem. Ad probationem dicatur, eam proportionem eſſe debere in cauſâ adæquatâ; in cauſâ inadæquatâ ſolùm debere eſſe, quoad ſubjectionem, vel quoad ſubordinationem, vel attemperationem; & ſic verum

Et ut ab aliis.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliär. Magistri Godoy Cõfirmationes solvuntur.

est extra causam esse non debere proportionem ipsius cum effectu.

128 Ad confirmationem ludentem per hos terminos *continentiæ*, nego majorem in arguẽtis sensu, qui principium petit. Ad ejus ostensionem primam, concesso antecedente, negabitur consequentia ex apertâ disparitate: nam vel vivere est percipere objectum, ut cum Stoicis jam Recentes malunt; vel est ab intrinseco se movere ex speciali determinatione, & activo conatu principii in immanentem operationem, ut est communis opinio, explicati solita *in Libris de Animâ*; & patet fieri non posse, quòd aliquod principium vivat, quin coipso perceptivum sit, vel operativum ab intrinseco, atque adeò quin contineat operationem, ut vitalem. At verò ut supernaturaliter vivat, potiùs est necesse, ne in se contineat operationem, ut supernam, sed ut egeat supervenienti virtute indebitâ: quam si applicet, efficiet supernaturalem actum vitæ, quo necessariò supernaturaliter vivat: nempe actu, ad quem eguit elevatione.

129 Ad secundam, jam dixi Potentiam obedientialem esse eam, quæ nec continet, nec exigit continere effectum suum. Continentia enim est conceptus adæquatæ virtutis, & sufficientiæ. Respicit quidem actus supernos; non quidem respectu exigentiæ, sed respectu elevabilitatis ad ipsos, vel respectu *secundum dici*, ex conceptu nostro eam, cùm explicamus, comparante cum illis. Ad tertiam, concesso antecedente, negetur consequentia: quia ut vitâ supernaturali vivat, *ut tali*; sufficit quòd se moveat ab intrinseco per actionem exigentem, ut egreditur à tali principio Viventi, principium aliud elevans, & ordinis supernaturalis. Principium verò elevans non se movet ab intrinseco, nec subit speciales denominationes vitæ spiritualis percipiendi, & amandi, inseparabiles à physicâ Vitâ in hujusmodi exercitiis. Non me latet, aliquos etiam ex nostris dedisse vitalitatem infusis habitibus. Sed hos modò non curo.

130 Ad quartam: concesso entimemate, distinguo consequens inde deductum: præcontinet se solâ, nego: adjutâ cõprincipio elevanti, concedo consequẽtiam. Nec probationes quicquam obtinent, quippe subnixæ reduplicationibus mentis nostræ, indivisibilem actionem variè comparantis, modò cum Deo, modò cum causâ secundâ: quæ cùm præcisivæ sint, & extrinsecæ, non immutant naturam actionis ex Deo totaliter, & totaliter ex causâ secundâ prodeuntis: sic similiter actiones supernæ, totæ prodeunt ex elevanti principio: totæ ex Naturâ cum elevatione; quam cùm exigat actio, etiam ut ægreditur à Naturâ, dicitur hæc exercere se formaliter exercitio vitæ supernaturalis. Redibit *in quarto argumento* explicatior sermo de his. *Infrà à num. 145.*

§. II.

ARGVMENTVM SECVNDVM.

131 Arguunt secundò, etiam principaliter argumento, quod etiam variè colorant, & formant: Sic primò Araujus: Natura est intrinsecè impotens ad actus supernos: quippe nihil ex se potest ad salutem, nec suimis sufficientes ex nobis. Vel ergo per elevationem mutatur intrinsecè, vel non? Si secundum: ergo manet, ut erat, intrinsecè impotens: neque enim amitti potest intrinseca denominatio, nisi per mutationem intrinsecam. Si primum: ergo elevatio aliquid ponit intrinsecum in Naturâ. Urget: Nequit Natura transire de impotente ad potentem, sine mutatione: in quo fit hæc? Non in Deo incapaci mutationis: ergo in Creaturâ: ergo per aliquid intrinsecum. Extrinseca quippe non mutant. *Alterum Argumẽtum. Primò ex Araujo.*

132 Sic secundò Lumbier. Denominatio Potentis ex parte potentiæ, ut contradistincta à denominatione potentis ex parte objecti, vel aliunde, non est minùs intrinseca, quàm denominatio albi, & calidi: sed hæc fieri nequit nisi per formam intrinsecam: ergo nec illa. Cætera constant, & ostenditur major: quia denominatio potentis ex parte potentiæ diversa est à denominatione adjuvati, atque adeò physicè subjectum immutat. Tùm etiam: quia ista denominatio ex parte potentiæ semper est agnita à Philosophis cum eadem intrinsecitate, quâ polient denominationes albi, & calidi. *Secundò ex M. Lumb.*

133 Sic tertiò, & nervosiùs de Godoy. *Tertiò ex Godoy.*

doy. Implicat Naturam reddi potentem per auxilium extrinsecum ad eliciendos actus supernaturales: ergo implicat *in adjecto* Sententia affirmans. Assumptum ostenditur primò: quia simultaneus concursus Dei non auget, sed supponit vires causæ secundæ. Secundò: Implicat, quòd Natura sit potens ad supernaturalia, nisi per id, per quod subordinetur Deo ut Authori Supernaturali; sed nequit subordinari sic Deo per voluntatem extrinsecam Dei; quod probat: nam si homo haberet à se esse, & posse ad naturales actiones, licèt egeret ad agendum Volũtate Dei, non diceretur ipsi subordinari ut Authori Naturæ quoad posse; sicut ex trahentibus simul navim, neuter dicitur alteri subordinatus quoad posse, quia neuter ab altero virtutem intrinsecam accipit; sed neque virtutem intrinsecam acciperet à Deo, ut Authore Supernaturali Natura in nostro casu, per voluntatem illam extrinsecã: ergo Tertiò: Impotentia Naturæ est intrinseca: Potentia, quam debet habere, esse debet intrinseca, cùm esse debeat Agentis Vitalis operantis ab intrinseco: ergo per extrinsecum implicat, quòd Natura sit Potens. Quartò: Impotentia Naturæ nõ solùm est ex defectu alicujus extrinseci, sed etiam alicujus intrinseci: Tùm, quia alioquin per extrinsecum connaturalissimè compleretur: Tùm etiam, quia hæc impotentia venit ex defectu perfectionis: ergo nisi per aliquid intrinsecum amitti non potest. Quæ ulterius urget *à num. 21.* reponam *in loco*.

Solvitur, ut ab Araujo.

134 Respondetur: & quidem ad primam argumenti formam: distinguo antecedens, ut præcidam æquivocationes. Arguentibus valde communes: est intrinsecè impotens, impotentiâ inutilitatis, excludentis genus omne virtutis intrinsecæ, nego: impotentia cõpletionis, proportionis, & exigentiæ, concedo: hanc verò impotentiam ita habet intrinsecè Natura, ut essentialiter habeat. Quare rogans ulteriùs de intrinsecâ mutatione, vel rogas, an desinat habere illam intrinsecam improportionem; & hoc est impossibile, cùm exidentificari non possit per ullam formam, quantumvis intrinsecam: vel rogas, an immutetur intrinsecè per receptionem formæ dantis posse, nempe complementum virtutis proportionantis: & hæc est quæstio ipsa, in quâ negamus: vel rogas, an immutetur, id est, an reddatur simpliciter potens, sufficiens, & proportionatè continens; & affirmamus. Verùm hæc omnia præstari possunt per auxilium extrinsecum. Intrinseca illa denominatio impotentis in Naturâ solùm est denominatio se solâ impotentis adæquatè, & insufficientis sine elevatione: & hæc nunquam amittitur, nec potest nisi per impossibilem suppositionem. Ad confirmationem adjunctam, dicatur, in casu elevationis extrinsecæ, transire Naturam de impotente ad potentem sine mutatione, quæ stricta sit, nempe actus entis in potentiâ, prout in potentiâ; non verò sine mutatione impropriâ per aliquid extrinsecus adveniens: & hujusmodi denominationes dantur in rebus plurimæ. *In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliär.*

135 Ad secundam argumenti formãm distinguo majorem: denominatio potentis, ex parte potentiæ naturalis, transeat: ex parte potentiæ obedientialis, subdistinguo: denominatio inadæquatè potentis, cõcedo: adæquatè potẽtis, nego majorem. Ad primam probationẽm: distinguo antecedens: est diversa à denominatione adjuvati, philosophicè, transeat. Theologicè, nego: neque enim aliud sonant Scripturæ, Concilia, & Patres. Nego exinde sequelam, quæ principii continet petitionem. Ad alteram probationem, concedo antecedens, de naturalibus: de supernaturalibus, nego. Itaque denominatio potentis ex parte potentiæ naturalis, cum sit ipsa Natura, vel proprietas, esse debet intrinseca; at verò denominatio adæquatè, & completè potentis (de quâ lis est; nã de denominatione potentis inadæquatè, fatebimur intrinsecitatem) ex parte potentiæ obedientialis, cùm nec proprietas sit, nec ipsa Natura, extrinsecùs venire potest, cùm aliunde denominatio Potentis in genere, esse non debeat intrinseca: quod pater in causæ secundæ adæquatione per Primam extrinsecè assistentem; intellectus per objectum, vel aliquid supplens illius vices; hominis infirmi per accessum robustioris, &c. *Vt à Lumbier.*

136 Ad tertiam argumenti formam: negetur assumptum: ad cujus primam probationem: distinguo antecedens: simultaneus concursus executivè acceptus, *Vt à Godoy.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

tus, concedo: præparativè acceptus, nego: sic enim, dicit Omnipotentiam assistentem causæ secundæ, & nego similiter consequentiam. Ad secundam: concedo majorem, de principio elevante, & nego minorem: cujus probationis permissâ suppositione implicante, distinguo quod sequitur: non diceretur subordinari Deo, si concurrere non deberet Deus, transeat; si deberet concurrere, nego: & nego similiter, quòd neuter ex trahentibus navim subordinetur alteri respectivè ad molem, excedentem singulorum vires. Et casus noster diversissimus est: nam in casu suppositionis impossibilis, causa secunda supponitur habere *posse* complementum independenter à Deo: in casu trahentium navim, supponitur in alterutro virtus sufficiens ad aliquid illius ponderis independenter ab altero. At in nostro neque supponi potest sufficiens virtus ad totum, neque ad partem; sed tenuissima virtus egens altiori principio, quod Naturæ subordinat, vel attemperat Deus per illam voluntatem extrinsecam, facientem vices quasi inhærentiæ illius in Naturâ.

Suprà à num. 128.

137 Ad tertiam probationem, concedo primam partem juxta sensum adhibitum *à num.* 128. & distinguo secundam: potentia esse debet intrinseca secundùm totum quod dicit, nego: secundùm partem, concedo: id enim sufficiet, ut ab intrinseco se moveat, & vivat. Et retorqueo: Vitalitas non solùm petit, quòd potentia sit intrinseca, sed ab intrinseco: quod est evidens extra quæstionem, inductione factâ per omne viventium genus; sed per te, potest Natura vivere, quin virtus sit ab intrinseco, dummodò sit intrinseca: ergo & potiori jure vivet, si partem virtutis intrinsecam, & ab intrinseco habeat, licèt alia sit ab extrinseco, & extrinseca. Ad quartam: Retorqueo: quòd causa secunda se solâ non possit elicere effectum, venit ex defectu alicujus intrinseci; venit enim à defectu perfectionis: ergo nisi per aliquid intrinsecum amitti non potest. Negabis consequentiam: & ego tuam: & suppositum consequentis; nempe, quòd amitti possit illa essentialis impotentia, cùm habeatur à Naturâ per identitatem.

§. III.

TERTIVM ARGVMENTVM ab absurdo.

Argumẽtum tertium, ab absurdis.

138 Arguunt tertiò, & principaliter ex multiplici absurdo: quorum

Primum ex Godoy.

Primum sic ponderat Godoy, fortsan manuducente nostro Herize *disp.* 47. *de Vis. sect.* 1. *nn.* 5. Si Omnipotentia extrinsecè assistens, sufficeret, ut Natura redderetur potens; de facto non influeret in Visionem, Lumen; neque habitus in opera salutaria: quod absurdum est, & ostenditur sequi: nam de facto jam assistit extrinsecè Omnipotentia: superfluunt ergo reliqua, cùm necessaria præsupponuntur. Nec augent vires argumenti, quæ urget *à num.* 25. Vrgent aliter alii: Non posset hodie, v. gr. compleri per elevationem extrinsecam Natura, quin semper compleretur: Nam semper coëxisteret Omnipotentiæ Dei jam applicatæ per decretum indeficiens.

Alterum ex ipso Godoy.

139 Secundum ponderat ipse Godoy *à nu.* 32. Nam inde fit, neque connaturaliter requiri ad actus supernos elevationem intrinsecam: unde evacuatur necessitas habituum, & Gratiæ in præsenti Providentiâ: quod est absurdissimum, & ostenditur sequi: Nam cum duo partialiter concurrunt, neque connaturaliter; est necesse, quòd unum alteri inhæreat, ut exemplis innumeris patet: ergo si Deus solùm juvat per additionem virtutis, superfluit alia Virtus inhærens. Neque recurras ad exigentiam Gratiæ habitualis: tùm quia saltem fiet, eâ absente per peccatum, & attentâ solùm indigentiâ nostræ Naturæ, æquè bene subveniri per extrinseca, ac per intrinseca auxilia. Tùm etiam quia fiet, superfluam esse adjuvantem Gratiam intrinsecam, absente Habituali, qui solus erat titulus illius admittendæ. Alia addit, quæ jam suppressimus *lib.* 10. *à nu.* 100.

Tertium ex ipso Godoy.

140 Tertium ponderat etiam ipse Godoy *à nu.* 21. Nam si Natura haberet in se partialem virtutem; & elevata solùm extrinsecè, posset elicere supernas actiones, non minùs ipsas posset, quàm naturales: quod Pelagianum est, & ostenditur sequi: primò: Nam circa naturales solùm habet virtutem partialem, complendam extrinsecè per assistentiam Dei: simi-

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

similis est discursus noster de Naturâ circa superna. Secundò: quia Natura circa actiones naturales, non habet nisi virtutem completam in ordine causæ secundæ; sed etiam in nostro casu habet in se Natura Virtutem totam identificatam in ordine causæ secundæ: ergo similem. Neque enim indigentia virturis Causæ Primæ, evacuat completionem in ordine causæ secundæ. Quartum *alii* sic ponderant: Effectus non posse esse supernaturalis: nam à quo? Non à Naturâ: quia naturalis est. Non à Divinâ Omnipotentiâ: quia sic Omnes Creaturæ essent supernaturales.

Quartum.

Solvitur; & dissipatur primũ Absurdũ.

141 Respondetur: & ad primum absurdum, nego sequelam: ad ejus ostensionem, nego antecedens: nam hæc extrinseca assistentia dicit decretum applicativum, subordinativum, & attemperativum. Ad confirmationem dicatur, Decreta Divina non determinare Divinam Omnipotentiam, nisi pro tempore, pro quo præstari munus ab Omnipotentiâ, volunt: unde nego sequelam: neque enim hæc extrinseca assistentia consistit in mera coëxistentiâ voluntatis, & Dei, sed etiam Dei, ut correspondentis instanti, pro quo Deus decrevit hujus attemperationis effectum.

Alterum: Infrà à num. 191. *Latè.*

142 Ad secundum absurdum, dicetur opportuniùs *infrà*: ubi de hoc specialiter loquar. Interim vel concede, vel nega connaturalem necessitatem elevantis intrinsecè comprincipii. Si negas, nega simul absurditatem: nec evacuatur inde necessitas infusorum habituum: quos exigit Radix eorum Gratia. In ejus absentiâ, Gratiam Adjuvantem intrinsecâ ex alio titulo requitemus, nempe ex necessitate præcedentium illustrationum, & affectionum, quibus jam tribuimus vires elevativas, & effectivas. Si concedis, ex Vitalitate disparitatem invenies.

Tertium:

143 Ad tertium: nego sequelam, quâ absurdissimam fateor: ad ejus primam ostensionem, dico valde nos dissimiliter discurrere circa superna, ac circa naturalia discurrimus: circa naturalia damus causas, quæ ità præcontineant effectus, ut exigant Dei concursum, atque adeò nõ sint in se partiales, respectivè ad alias causas secundas, quas nec indeterminatè postulant, cùm id Deus unicè circa eas præstet, quod nulli possit Creaturæ competere, nempe munus Causæ universalis, & Primæ. At verò circa supernaturalia damus in Naturâ causam ita partialem, ut nec exigat concursum Dei: imò indigeat indeterminatè vel aliâ causâ secundâ elevante, vel Dei Omnipotentiâ, non utcumque, & sub munere solùm Causæ Primæ, sed cum munere causæ particularis augentis vires omninò simpliciter requisitas, & indebitas, ut proportionetur effectui producendo.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

144 Ad alteram ostensionem, dupliciter accipi potest, quòd causa secunda sit completa in ordine causæ secundæ. Primò, quatenus determinatè non eget virtute alterius causæ secundæ. Secundò, quatenus nec eget indeterminatè, vel virtute alterius causæ secundæ, vel virtute Primæ supplente illius vices. Primo modo, completa quidem est causa obedientialis in ordine causæ secundæ: quia determinatè non eget elevatione per creatam virtutem, sed indeterminatè; casu nempè, quod Deus nolit suam Omnipotentiam specialiter applicare: at hoc est esse incompletissimam, & tenuissimam secundo modo: qui modus simpliciter est modus incompletionis, & sufficit, ut procul stemus ab omni genere Pelagianismi. Ad quartum: Actus erit supernaturalis ab ipsâ Omnipotentiâ, non utcumque, sed specialiter applicatâ per concursum omninò indebitum: qui omni effectui convenire non potest.

Quartum.

§. IV.

QVARTVM ARGVMENTVM.

Argumẽtum quartum ex Nostris.

145 Arguunt quartò, & principaliter argumento, quod formarunt Nostri in favorem Thomistarum. Nequit extrinsecè suppleri, quod exigitur ab actu Vitali Superno, ut Vitale principium, & in lineâ Vitæ, vel ut integrans, & augens vitalitatem Principii viventis; quos terminos ideo, multiplico, alioquin recidentes in unum, ut intercipiam evasiones; Atqui principium elevans exigitur ab actu Vitali Superno, quale descripsi: ergo nequit extrinsecè suppleri. Consequentia est legitima; & major constat: nam ideò nequeunt extrinsecè suppleri Intellectus, & Voluntas, si distinguantur ab animâ: neque

enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

enim Anima potest sine intellectu cognoscere, neque amare sine voluntate.

146 Minor ostenditur primò: Non minùs improportionata est Natura respectivè ad ens supernum in ratione Vitalis, quàm in ratione potentiæ; cùm in utrâque ratione sit inferioris ordinis; atqui ratione istius improportionis, effectus exigit principium elevans supernaturale in ratione potentiæ: ergo ratione illius exigit principium elevans in ratione vitalis: ergo. Secundò: Non est minùs vitalis, Actus supernus, quàm Naturalis; sed actus naturalis, quia vitalis, exigit, ut omne comprincipium completus animam in ratione potentiæ, ut contradistinctum ab objectivo, seu concurrente ex parte objecti, vitale sit: ergo similiter, &c. Tertiò: Complementum, quod dat Animæ Potentia naturalis ad naturales actus, dat ad supernos infusus habitus sine potentiâ; sed Potentia dat complementum Animæ, ut Vitale principium, & in lineâ Vitæ: ergo & infusus habitus. Major patet: alioqui magis juvaretur ad supernaturales actus, quàm ad naturales, unde minùs Anima conaretur ad illos, quàm ad istos: ex quâ conatûs differentiâ discerni possent. Quartò: quia principium elevans requiritur ad actum, ut vitalem: ergo requiritur in lineâ Vitæ. Probatur antecedens: Tùm quia lumen Gratiæ requiritur ad Visionem Dei, ut talis est; quippe ut talis, est supernaturalis; sed ut talis, est vitalis: ergo. Tùm etiam: quia ad actum charitatis requiritur specialiter habitus charitatis præ habitu spei, & Religionis; atqui requiri specialiter nequit ratione supernaturalitatis, quia singuli supernaturales sunt, & habitus potentiæ volitivæ: ergo requiritur ratione specialis tendentiæ, atque adeò ratione specialis Vitalitatis.

Confirmatur.

147 Confirmantur hæc omnia primò: nam ex his sit saltem, requiri connaturaliter ad actus supernos ratione vitalitatis Principium intrinsecè elevans; sed quod exigitur connaturaliter ratione Vitalitatis, ut intrinsecum; nec divinitùs potest extrinsecè suppleri: ergo neque principium intrinsecè elevans. Secundò: Influxus cognitionis in affectum; intellectûs, & Voluntatis in actus suos suppleri non potest à Deo: ergo neque influxus habituum infusorum. Tertiò: Potentia Vitalis id habet præ non vitali, ut titulo Potentiæ intrinsecæ debeantur ipsi concursus, & reliqua requisita ad operandum; sed sine principio intrinsecè elevanti fieri non potest, ut ex titulo potentiæ intrinsecæ debeatur Naturæ concursus, & cætera requisita ad supernaturaliter operandûm: ergo neque ut vivat per eos actus supernaturales. Major ostendi potest inductione factâ per causas vitales, & emortuas, quam premit acutè Pater Quiros *tract. 3. de Deo disp. 28. sect. 4. num. 42.* *P. Quirós.*

Solvitur.

148 Respondetur: omissâ majore, quam negant probabilissimè Pater Aldrete *disp. 65. de Incarnatione num. 18. & disp. 11. de Visione sect. 2. & 3.* & Pater Quiros etiam *de Visione disp. citatâ, num. 50.* nego minorem. Ad primam ejus ostensionem, Retorqueo imprimis: Non minùs improportionata est Natura respectivè ad ens supernum in ratione cognoscitivæ, volitivæ, & meritivæ, quàm in ratione Potentiæ, & Vitalis: quia in triplici est ordinis inferioris; atqui per te ratione istius improportionis, effectus exigit principium supernaturale, & vitale, quod ipsam elevet in ratione potentiæ, & Vitæ: ergo & principium elevans cognoscitivum, volitivum, & meritivum. Negabis consequentiam, & ego tuam. Et pro utroque rationem assigno: quia Naturæ improportio solùm stat in absolutâ insufficientiâ causandi se solâ supernaturales actiones, & in indigentiâ, & inexigentiâ elevationis ad illas: quæ posita vim suâ exercet in eos actus, accipiêdo denominationes virtutis, cognoscentis, Volentis, & merentis, quarum incapax est Principium elevans: unde improportio Naturæ solùm est penès id quod istæ denominationes important de genere activo, cui & intrinsecè, & extrinsecè subveniri potest, dummodò vires addantur, sive intrinsecè, sive extrinsecè: Neutrum enim determinatè postulat. *P. Quirós.*

149 Ad secundam minoris ostensionem: retorqueo imprimis: Non est minùs vitalis actus supernus, quàm naturalis, nec minùs volitivus, quàm vitalis; sed actus naturalis, quia vitalis, exigit, ut omne comprincipium, ex parte potentiæ sit intrinsecum, & ab intrinseco; & quia volitivus, ut omne, sit volitivum: ergo similiter. Negabis minorem, aut consequentiam, & ego tuas. Et pro utroque rationem assigno: quia actus naturalis, non præcisè, quia vitalis id exigit, sed quia vitaliter naturalis: quo nempe jure supponit in suo principio, vel ut Naturam, vel ut Proprietatem, quicquid ad ipsum prærequiritur ex parte potentiæ.

150 Ad tertiam minoris ostensionem, negetur major: nihil enim est quod potentias cócursu privet in supernos actus. Deinde ipsâ permissâ, negari minor potest ex his, quæ mox infinno, in casu distinctionis Potentiarum ab Animâ. Ad quartam minoris ostensionem, concedo antecedens, & distinguo consequens: requiritur in lineâ vitæ, vel formaliter, vel connexivè, concedo: solùm formaliter, nego consequentiam. Sicut & ab intellectione, ut intellectio est, requiritur species in naturalibus; & in supernaturalibus lumen ab intuitione, ut intuitio est, quin eòipsò debeant esse vel species intellectiva formaliter, vel intuitivum formaliter lumen: & ratio est: quia id unicè provenit à differentiâ specialis vitalitatis, exigentis cum Vitali principio comprincipium non vitale, ejus tamen vitalitatem æquivocè continens.

Replica Solvitur.

151 Dices: Intellectus, & Voluntas, si distinguantur ab Animâ, non alio titulo sunt vitalia principia, quàm quia exiguntur ratione Vitalitatis. Imprimis in eâ suppositione, (quam falsam censeo,) dicerem Potentias non esse formaliter vitales, sed denominativè ab Animâ radicante. Ratio est: Tùm quia ipsæ non reciperent, sed merè coërcerent. Tùm etiam: quia nec perciperent ipsæ, nec amarent: quæ denominationes, inseparabiles sunt à ratione vivendi, quam important actiones istæ. Deinde nego antecedens. Ratio enim cur vitales defendi possent, est, quia & intrinsecæ sunt, & ab intrinseco emanantes: quia perceptivæ forent objectorum; quia ex specialî, & connaturali modo operâdi se exercerent per simplicem immanentiam physicam: quæ unica viventium definitio mihi jam placet, vel communes explicans, vel emendans.

152 Ad primam confirmationem: nego majorem: solutio enim præcedentium cum appositis instantiis, & Doctrinis, & necessitatem, & connaturalem exigentiam elevationis extrinsecæ, attento jure vitalitatis, enervant. Deinde permissâ majori, negaretur minori: omne enim comprincipium, quod necessarium non sit ad recipiendas denominationes vitales hujusmodi, suppleri extrinsecè poterit. *In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.*

153 Ad secundam: primò sit disparitas: quia influxus cognitionis in affectum, intellectûs, & Voluntatis in actus suos requiritur titulo perfectioni, & imperfectioni communi; influxus elevantis comprincipii unicè requiritur, titulo perfectionis, ut explicabo mox, expendens rationem à priori Doctrinæ nostræ: patet exinde non posse fieri paritatem, ut isto suppletibili à Deo, debeat etiam ille posse suppleri. Secundò sit alia, brevior que disparitas: quia ille est formalis in cognitionibus; fortè passivus, in potentiis; in elevanti principio, purè effectivus. Tertiò: distinguo antecedens; illudque, concedam de cognitionibus; & sit tertia, & aperta disparitas: quia denominatio Amantis respicit essentialiter principium actu cognoscens; quod præstari non potest nisi per cognitionem: at quid simile non accidit in nostro casu. Negabo tamen illud, de intellectu, & voluntate, si distinguantur ab Animâ: non enim video, cur suppleri nequeant à Deo, cùm formaliter non sint vitales. Nec inde fiet, fore, ut Anima sine voluntate amet, & intelligat sine intellectu: quantumvis enim istæ potentiæ distinguantur ab Animâ; hæc secum identificat munus Intellectûs, & Voluntatis substantialis: quia vim habet immediatè elicitivam intellectionum, & Volitionum, etiam in eo casu, ut sentio cum Suarez. *Suarez.*

154 Ad tertiam: Vera est major in ordine Naturali; in supernaturali falsissima. Potentia Vitalis aliunde differt à non vitali, sive quia illa præ istâ est perceptiva objecti, ut Modernis perplacet ex Zenone: sive quia ex specialî determinatione, quando se exercet, se exercet potiùs immanenter, quàm transeunter in eo genere exercitii: ut Doctissimis placuit ex Ripaldâ: sive quia ex specialî, & connaturali modo operandi se exercet per simplicem immanentiam physicam, ut mihi placet. *Zenon. Ripalda. Munièssa.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Argumẽtum quintum ex Nazario.

§. V.

ALIA DVO ARGVMENTA.

155 ARguunt quintò, & principaliter, argumento, quod sic formatur Thomista Nazarius 1. *part. quæst.* 12. *art.* 5. *controv.* 2. Sicut sensitivum præexigit vegetativum, ut subſtantialem dispositionem, & radicem; sic essentia Divina, ut forma intelligibilis, præexigit in intellectu lumen Gloriæ, ut necessariam dispositionem, & proximum, ac radicale susceptivum: disponit enim hoc lumen, ut tribuens intellectui virtutem, quasi radicalem recipiendi essentiam Divinâ, ut speciem, & formam intelligibilem: ergo implicat suppleri posse extrinsecè lumen Gloriæ. Siqua est difficultas argumenti, clariùs proponitur ab Aldrete nostro sic: Nequit Divina essentia uniri intellectui creato in ratione objecti intelligibilis, nisi intellectus sit absolutè, & intrinsecè proportionatus: species enim non recipitur nisi in potentiâ, completâ jam intrinsecè in ratione potentiæ: at per extrinsecum auxilium non potest intrinsecè compleri potentia in ratione potentiæ: ergo neque uniri cum Deo in ratione objecti: ergo neque efficere Dei Visionem.

Aldrete.

Solvitur Argumẽtum.

156 Respondetur: argumento Nazarii nihil incompositius fingi posse. Imprimis si sensitivum sibi identificat rationem vegetativi, quâ ratione potest hæc esse dispositio, aut radix illius? Deinde quid est recipi essentiam Divinam, ut formam intelligibilem, cùm isti termini sonent summam imperfectionem? Demum, unde Nazarius jam evicit lumen Gloriæ esse receptivum visionis? Quare nego, præter falsas suppositiones, antecedens: & ratio est, nam vegetativum, & sensitivum sunt realiter idem, & hoc illi subordinatum, ut species Generi; atque adeò inseparabile: at Lumen, & Deus ut species intelligibilis, independent inter se mutuò. Solùm est necesse, ut Deus præstet munus speciei, elevari potentiam ad agendum, sive hoc fiat per lumen, sive per ipsam eandem Omnipotentiam, & munus luminis, & munus speciei præstantem, prout Deo visum bene fuerit.

Et Confirmatio.

157 Ad confirmationem: dicatur solùm in naturalibus verum esse, quod assumitur: nempe species supponere Potentiam intrinsecè constitutam, ex his, quæ dixi non semel; at in supernis esse falsissimum: species quidem præstabunt munus suum, si potentia elevata sit in ratione potentiæ, sive sit intrinsecè, sive sit extrinsecè elevata. Quidquòd non pauci lumen Gloriæ cum specie identificant, ut Bernal, Esparza, & alii: Ut videant Thomistæ, quâ debilibus nos telis impetant. *Bernal. Esparza.*

158 Arguunt ultimò, & quidem principalissimè: Principium elevans est tota ratio agendi: ergo si extrinsecè supleretur à Deo, nulla esset in homine Virtus agendi: ergo neque dici posset agere homo: Neque enim homo agit, quando nulla ejus Virtus exercetur in Opere: sed omnia, quæ supernaturalia sint, & extrinseca, omninò desinunt esse hominis, ipsique penitùs extranea sunt: ergo. Sic autem hominem elevari, ut ipse non agat, Lutherus, & Calvinus soli dixerint. *Argumẽtum sextum.*

159 Respondetur: Fateor vim argumenti, si vero principio niteretur: quod exinde displicet, quòd non effugit Scyllam, quam vitare studet, ut notavit acutè Pater Oxea *disp. 6. de Charit. sect. 2. num. 29.* nam si tota virtus agendi esset homini extrinseca, cur non ageret homo? Nempe, quia nullam virtutem haberet ab intrinseco, nec intrinsecam, nec propriâ, sed totam extraneam; sed licèt intrinseca sit, si tota virtus sit ab homine distincta, forinsecùs adveniens, & ipsi indebita; solùm habet homo respectivè ad effectum intrinsecitatem, id est, quid merè passivum: & tota virtus extranea est ipsi, nec ullam virtutem jure exigentiæ, vel identitatis suam, exercet homo, cur ergo dicendus est agere? *Solvitur.* *P. Oxeda.*

160 Nec *dicatis*, esse jam hominis ratione unionis: quia id solùm addit extrinsecæ elevationi quid merè passivum. Deinde cur non etiam dicitis, sufficere quòd jam sit hominis ratione subordinationis, attemperationis, & appropriationis? *Nec dicatis* iterum, non sufficere utcumque agere ad vivendum: contra enim est primò: quia agere ab intrinseco, quod viventibus necessarium est, dicit, fepositâ quæstione, virtutem habitam ab intrinseco. Secundò: quia etiam ab intrinseco agere, dicit conatum specialem activum viventis: quæ singula repugnant in viâ discutiendi vestra ex *sect. præced.* Vnde permisso antecedente, nego consequentiam: tùm ex Doctrinâ, quam ad homines attigi: sic etiam dicitur objectum agere per virtutem in se nò receptam; & juxta Thomistas aliquos etiam species naturalis dicitur ad agendum elevari per habitum in specie non receptum. Tùm ex aliâ, quam non pauci Thomistæ sequuntur, nempe quòd à solo Deo fieri possit Actus vitalis, & sic productus denominare potentias. Vide Aldretem, & Quiròs, *ubi suprà.* *Replica interceptâ.*

Aldrete. Quirós.

SECTIO II.

VERA SENTENTIA.

§. I.

EIVS EXPOSITIO, ET PRIMA Probatio.

Communis Probandi Modus,

161 SEntentia vera, est, quæ affirmat in universum possibilitatem elevationis per auxilium purè extrinsecum: unde poterit extrinsecè supleri Activitas Gratiæ, nempè concursus ejus effectivus: nam *de moralî* sermo nò est. Assertionis tot possent fundamenta proponi, quot argumenta solvimus. Contradictionis enim præsumptæ solutio, in rebus de possibili, Probationem continere dicitur, & Victoriam. Vnde multis unicè placere solet in his, ut efficax, argumentatio illa negativa, de non apparentiâ contradictionis in re, quæ discutitur, quasi ex illâ non apparentiâ, satis sit ostensa possibilitas.

Nõ placet in universum.

162 Abusus iste, & supina securitas arguendi mihi maximè displicet: Primò: quia non apparere contradictionem, non est apparere possibilitatem. Ratio est: quia possibilitas est positiva exclusio cõtradictionis; sed non apparere contradictionem, non est positiva exclusio contradictionis, vel apparere positivam exclusionem: ergo nec est apparere possibilitatem. Minor patet, quia non apparentia contradictionis solùm excludit conceptum, & notitiam nostram de contradictione: exclusio nostri conceptûs non est exclusio contradictionis. Secundò: quia apparere non est esse: ergo non apparere non est non esse: unde quis nisi imprudens affirmaret absolutè illa omnia esse possibilia, quæ sibi non apparent contradicentia: Nescimus enim plurima, & ea ipsa, quæ scire putamus, ferè nescimus ex incertitudine mentis nostræ. Tertiò: quia fatentur plures, Repugnantiam Incarnationis, quæ sit ea cumque, solvi posse naturaliter ab Angelo, falsi possibilitatem Incarnationis naturaliter ostendi non posse: ergo diversissima ea sunt. Quartò: quisque ex disputantium uti eo potest, & solet: nam tu qui sic arguis, ostende contradictionem in Sententiâ, quam impugnas. Fateor eam arguendi formam utilem esse respectivè ad eas implicantias, quas ipse solvisti, si non ob alias neget arguens possibilitatem rei, quam tueris. Sed de hoc, dixi satis *alibi*. Procedo ad Rationes positivas: & *In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.* *De Incarn. lib. 1. disp. 5. à nu. 3.*

Probatio Prima.

163 Probatur primò, & à priori Sententia Vera: Natura habet intrinsecam, & innatam virtutem, quâ concurrit immediatè partialiter ad supernos actus cum elevanti comprincipio: quod nunc supponimus, & jam evicimus *disp. præced.* Nunc sic: quando duo partialiter concurrunt ad effectum, non est opus, quòd unum alteri inhæreat; sed Natura, & Principium elevans, partialiter concurrunt ad effectum salutarem: ergo non est opus, quòd unum alteri inhæreat. Majorem assumpsi formaliter ex ore Thomistarum sic arguentium contra Nos. Minorem ostendi *suprà*, & est legitima consequentia.

Evasio intercipitur

164 Dices, Majorem fore veram, si effectus Vitalis non est. Contra primò: quia id nunquam distinxere Thomistæ, arguentes scilicet ab absurdo contra Nos. Secundò: quia actus ex conceptu Vitalitatis unum exigit, & aliud non requirit; exigit, quòd sit ab intrinseco viventis, & ipsi immaneat: non requirit, quòd immanere debeat in omni principio, à quo efficitur: ut patet in actibus naturalibus ortis ab Animâ, à Deo, ab specie, & non semel à cognitione; Atqui admisso partiali cõcursu Naturæ in actus supernos, sunt isti jam ab intrinseco viventis, & ipsi immanent: ergo non requirunt, quòd principium elevans sit intrinsecum, &c. Tertiò: quia supernaturalis vitalitas solùm exigit principium vi-

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

vitale supernaturale: atqui admisso partiali concursu Naturæ, ipsa cum elevanti comprincipio est principium vitale supernaturale: ergo non aliud requirit Vitalitas actûs.

Altera Evasio intercepta; & Confirmatio prima:

165 Dicis secundò: requiri inhærentiam principii elevantis in Animâ. Contra sic, & confirmatur primò Probatio: Præcisim ab omni informatione principii elevantis, imperceptibile est, quòd Natura concurrat immediatione virtutis per partialem vim agendi, jure identitatis, suam, propriam, & intrinsecam, & quòd ab intrinseco non concurrat: ergo præcisim ab omni informatione principii elevantis, imperceptibile est quòd non vivat: ergo neque informatio virtutis elevantis est ratio immanentiæ actûs in Naturâ, neque requisitum ad ejus vitalitatem.

Secunda: & Tertia efficax.

166 Confirmatur secundò: Informatio nec est ratio agendi virtuti elevanti, nec pars virtutis elevantis: ergo præcisim ab ipsâ, virtus elevans potest implere munus suum circa Naturam. Confirmatur tertiò. &, ni fallor, efficacissimè. Non solùm præcisim, sed etiam secusim ab omni inhærentiâ Virtutis elevantis, potest conservari actus vitalis ab Animâ: ergo & primò produci: ergo possibilis est extrinseca elevatio: Consequentiæ bene sequuntur, & ostenditur antecedens: postquam produxit Anima dilectionem Dei v. g. per virtutem inhærentem, dissolvat Deus, ut potest, illam unionem intrinsecam, & conservet infusum habitum, ut conservat accidentia Eucharistica, intimè cum Animâ penetratum. In hoc casu, non deficeret dilectio Dei; sed in hoc casu nulla esset virtus inhærens: ergo sine ullâ virtute inhærente poterit conservari dilectio Dei. Major est mihi evidens: manent enim omnia ejus principia tam passiva, quàm Activa: inhærentia verò neque minuit illa, neque ista, ut patet in Accidentibus Eucharisticis. Si verò Thomistæ respondeant, tunc non posse dici Naturam agere. Contra est primò: quia falsum assumitur. Secundò evidentissimè: ergo solum dicitur cessare ab actione, quia deest informatio; sed informatio est quid merè passivum: ergo solùm dicitur non agere ex defectu illius, quod est merè passivum; ergo tota denominatio agendi in Naturâ reducitur ad quid merè passivum: quod contra Concilium est. *Trident.*

Evasio intercepta.

§. II.

ALIÆ DUÆ PROBATIONES A PRIORI

Probatio secunda:

167 Probatur secundò, & à priori Sententia Vera, supponendo ex duplici titulo posse ab effectu causam aliquam efficientem exigi. Primus titulus nititur in respectu communi tam perfectioni, quàm imperfectioni: sic effectio sive ea sit bona, sive mala, exigit pro causâ efficiente Animam, Voluntatem, & Cognitionem. Secundus titulus unicè nititur in respectu solius perfectionis: sic homo exigit pro causâ generante hominem; actus charitatis habitum charitatis, præ habitu spei, aut temperantiæ. Itaque est dicere, aliquàdo effectum exigere causam ratione perfectionis, seu magnitudinis in perfectione; aliquando solùm ratione prædicati, quod ex genere suo imperfectum est, cùm commune sit perfectioni, & imperfectioni, & ex se tam aptum uni inesse, quàm alteri.

Formatur sic:

168 Iam discurro sic: spectat ad Omnipotentiæ Divinæ perfectionem, posse per seipsam supplere concursum cujuslibet causæ efficientis creatæ, requisitæ propter titulum solius perfectionis; non spectat, posse per se ipsam supplere concursum causæ efficientis creatæ propter titulum perfectioni, & imperfectioni communem: Atqui principium elevans unicè requiritur ad actus supernos titulo solius perfectionis: Natura, Cognitio, & Voluntas titulo communi tam perfectioni, quàm imperfectioni: ergo licèt ista supplere nequeat extrinsecè per se solam Divinam Omnipotentiam: debet illud posse supplere. Consequentia est legitima, & minor evidens quoad utramque partem: quoad secundam: quia hæc singula requiruntur ad peccatum, aderorem, &c. quoad primam: quia conceptus supernaturalitatis est conceptus Perfectionis.

S. Thomas.

169 Major inde primò patet: quia nequit in Theologiâ alia Regula generalis assignari pro decisione similium disputationum. Secundò: quia ea saltem evincitur ex illo Sancti Thomæ 1. *part. quæst. 105. art. 2. Corp. Erroneum est dicere,*

cere, Deum non posse facere per se ipsum omnes determinatos effectus, qui fiunt per quancumque causam creatam. Tertiò quoad secundam partem: quia si Deus posset extrinsecè supplere concursum debitum titulo illo imperfectionis, se solo posset peccatum efficere. Quoad primam verò: quia repugnat in terminis, haberi à Creaturâ perfectionem, non præcontentam in solo Deo, sed repugnat perfectionem præcontentam in solo Deo, & à Creaturâ participabilem, à solo Deo dari non posse: ergo repugnat habere à creaturâ perfectionem, quam solus Deus dare non possit: ergo repugnat, quòd se solo nequeat Deus supplere causam titulo solius perfectionis requisitâ ab effectu. Confirmationes inde satis acutas facilè sibi quisque architectabitur.

Probatio tertia.

170 Probatur tertiò etiam à priori Sententia vera: Neque Vitalitas, neque supernaturalitas actûs obstat elevationi Naturæ per extrinsecum auxilium; neque insuper obstat intrinseca, & essentialis improportio Naturæ: ergo possibilis est. Consequentia ad homines est irrefragabilis. Antecedens constat ex solutione argumentorum, & ostenditur insuper quoad primam partem: quia vitalitati sufficit oriri ab intrinseco, & immanenter; nec officit aliquod ex principiis, à quibus nascitur, extrinsecum esse, ut probavi suprà. Deinde quoad secundam: Tùm, quia habitus infusus non est minùs supernaturalis, quàm actus; & tamen unicè fit extrinsecè à Deo. Tùm etiam: quia supernaturalitas est necessaria in actu, eòipsò præcisè quòd exigatur unum, ex principiis, essentialiter supernaturale: quod axioma frivolè distinguit de Godoy: cur enim salvatur supernaturalitas actûs, licèt principium *quod*, naturale sit, nisi ob hanc rationem? Cur etiam salvatur receptionis supernaturalitas, licèt principium passivum sit naturale, nisi ob eandem? Et ratio axiomatis est clarissima: quia stat benè, quòd principium naturale sit necessarium, & quòd res absolutè sit impossibilis naturaliter ex exigentiâ altioris comprincipii indebiti: excessui quippe supra Naturam non officit Naturæ concursus, sed exigentia; sicut nec ipsi officit, quòd Natura sit ad ejus positionem necessaria, vel ut passivum principium, vel ut activum, *ut quod.*

Godoy.

Denique quoad tertiam: quia ea improportio est essentialis, & inamissibilis, cùm sit essentialis conditio ipsius Naturæ egêtis elevatione, & viribus ad agendum ens supernaturale: his tamen adjuta, sive intrinsecè, sive extrinsecè jam manet Natura potens, sufficiens, & elevata.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Solutio Godoy, & Lumbier.

171 Respondent Godoy, & Lumbier: Posse quidem Deum facere se solo entia supernaturalia; non verò posse facere, quòd Natura illud faciat: quia in hoc involvitur, præter concursum effectivum, formalis concursus, insupplebilis extrinsecè à Deo; quatenus nempe Natura de se impotens, debet fieri potens: quæ denominatio est intrinseca, nec minùs physicè immutans, quàm denominatio, quâ Paries physicè de non albo fit albus. Hæc est medulla Thomisticæ Sententiæ, satis eviscerata suprà; & falsissimæ suppositionis, quòd nempe nulla sit virtus, præter habitum, & comprincipium elevans, in Naturâ. Contra tamen, &

Præoccupatur.

172 Argumentor sic, & eventilo solutionem: Denominatio potentis, quam Naturæ tribuit elevatio, non est denominatio potentis se solâ producere supernaturalem effectum; sed est denominatio potentis absolutè, & simpliciter, non se quidem solâ, sed adjuvante comprincipio supernaturali: id enim docent Scripturæ, Concilia, & Patres; atqui hujusmodi denominatio potentis, non est ex genere suo intrinseca, neque à virtute adæquatè intrinsecâ venire necessariò debet: ergo ruit tota Thomisticæ Doctrinæ solutio. Antecedens ostenditur, tùm in complexo duorum trahentium onus, quorum neuter se solo ferre ipsum posset: tùm in complexo speciei, & potentiæ, quarû utraliber seorsim ab alterâ non potest absolutè producere cognitionem: & mutuò se denominant in ratione potentis, sine necessitate informationis. Tùm in complexo causæ secundæ, & Primæ, quarum illa sine Dei assistentiâ tam est impossibile, quòd producat effectum, quàm chymæram existere. Tùm in complexo Beatissimæ Virginis, & assistentiâ Spiritus Sancti, quorum illa de se simpliciter insufficiens ad generandum se solâ, reddita est absolutè potens. Modò sic: stat sine ullâ intrinsecâ mutatione, & denominatione, quòd res simpliciter

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

citer insufficiens,& se solâ impotens,denominetur ex alterius consortio simpliciter sufficiens, & absolutè potens: ergo Denominatio potentis, qualis requiritur in Naturâ respectu supernorum, non est ex genere suo intrinseca denominatio.

Evasiones Thomisticæ

173 Duo video respondèri à Thomistis. *Primum* à Godoy, scilicet consortio istarum causarum,non addi vires alteri; secùs in casu elevationis. *Secundum* ab aliis: scilicet in casibus adductis jam supponi totam virtutem ex parte causæ secundæ. Primum est absolutè imperceptibile: Tùm quia, vel causæ ex alterius accessione fit fortior, vel non? Si secundum: nec ipsâ simpliciter indiget. Si Primum: ergo vires adduntur. Tùm etiam quia impossibile respectivè, non fit possibile per additionem causæ, nisi ex additione Virtutis. Tùm etiam: quia res de se impotens, reddi non potest absolutè non impotens, nisi per absentiam alicujus impotentiæ: ergo neque nisi per accessionem potentiæ. Demum quia productio cujuscumque ex rebus objectis exigit plus virium,quàm quæ sunt in sola unâ causâ. Secundum non venit ad rem: tùm quia non satisfacit omnibus exemplis. Tùm etiam: quia sive sit completa in genere causæ primæ, sive non, simpliciter est impotens, & insufficiens sine consortio alterius;quo redditur sine ullâ mutatione simpliciter potens,& sufficiens.Et confirmari possent hæc omnia à pari per denominationem potentis recipere entia superna; quæ nullam dicit elevationem in eo genere intrinsecam:

Præcluduntur.

Godoy.

Lumbier.

ubi non curo Magistrum Lumbier, recurrentem ad ipsam receptionem intrinsecam supernaturalem: Quasi vel non possemus nos recurrere in casu præsenti ad actionem intrinsecam supernaturalem; vel quasi denominatio recipientis esset denominatio potentis recipere.

§. III.

VLTERIOR EFFICAX PROBATIO a posteriori.

Probatio quarta:

174 PRobatur quartò,& à posteriori, ni fallor, efficacissimè Sententia vera: De facto necessaria non semel est elevatio purè extrinseca per Divinam Omnipotentiam specialiter assistentem, & applicatam Naturæ ad actus, qui vitales sint,& supernaturales: ergo est absolutè possibilis. Consequentia est evidens, & antecedens ostenditur multipliciter.

175 Primò ad homines,Per vos species naturalis de facto concurrit (sine aliâ specie supernaturali) cum intellectu ad supernaturalem actum Fidei; elevaturque per habitum; nec aliter potest. Primam partem asserit Lumbier *de Visione quæst.*10. *art.*3. *nu.* 500: Secundam negat Godoy, & recurrit ad Qualitates fluidas, quæ sint virtus concurrendi ex parte objecti. Verùm hoc, est admittere supernaturales species, quod negatis: ergo fieri debet per habitum elevatio. Atqui habitus infusus non inhæret speciebus naturalibus: ergo. Secundò: Voluntas operans supernaturaliter,vincere potest intensionem auxiliorum, & habituum, ut *infrà à num.*202. decidam: ille autem excessus reduci non potest nisi ad auxilium extrinsecum, juxta communes Doctrinas. Tertiò: Actus disponentes ad justificationem; actus, qui fit ab homine, ut ex infideli transeat ad fidelem; actus, qui præcipitur justo pro instanti determinato; demum illustrationes, & affectiones supernæ, quibus excitamur, & afficimur erga bonum; hi, *inquam*, actus vitales & supernaturales vel omnes, vel aliqui necessariò fieri debent per elevationem extrinsecam. Neque enim assignari illis potest principium intrinsecum juxta legem hujus Providentiæ.

Lumbier.

*Infrà à num.*202.

176 Videamus quid Thomistæ respondeant. Sunt primò,qui recurrant ad Doctrinam valde paradoxam, dicendo ad eos actus præsupponi in potentiâ, ut ipsam elevent, habitus infusos, qui, cùm esse nequeant sine Gratiâ justificante, hanc etiam annexam habent: ita ut si fieri debeat actus Fidei, præcedat habitus Fidei, & Gratia; si actus charitatis, Gratia cum habitu charitatis; non tamen per modum formæ justificantis, sed per modum dispositionis, & auxilii;quo nempe modo censent Gratiam, & habitus componi posse cum homine peccatore, & Infideli; quippe solùm exercent munus auxiliandi; non verò munus justificandi ex defectu unionis permanentis,

Prima solutio Thomistarum.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

tis, quæ per peccatum perit in Animâ; in quâ manent unicè transeuntes, seu per unionem ex se fluidam, & transeuntem.

Secunda:

177 Sunt secundò, qui hæc pertæsi recurrant ad qualitates intrinsecas ex se fluidas, & transeuntes, supernaturales tamen, quibus in absentiâ habituum instruitur Anima, & elevatur ad supernaturales actus, quos objecti, diversas pro actuum diversitate, quos eliciunt. Primam solutionem recitant ex Thomistis Ripalda Noster,& Godoy: ille *disp.*117. *sect.*7. iste *de Visione disp.* 18. *nu.* 54. & impugnat uterque: Primus tamen validissimè. Secundam probare videtur ipse Godoy *nu.*48.& 55. eamque protegit ab instantiis P. Ripaldæ suppressè citati *disp.*16. *à nu.* 213. & eam & cum plausu Thomistæ circumferunt: qui fortè non legerunt Doctorem Eximium impugnâtem *tom.*2. *de Gratiâ. cap.*18. 19.& 20.

Ripalda, & Godoy.

P. Suarez

Prima repellitur.

178 Et Prima quidem solutio ipsâ sui expositione fit impugnabilis: ostendit tamé, quàm sit alienus à Thomisticâ Scholâ recursus ad illas qualitates secundæ solutionis.Premo breviter unam,aut alteram rationem contra discursum adeò paradoxum. *Prima* est, ex Concilio Tridentino,per peccatum amittitur Gratia; per justificationem renovatur interiùs homo, ipsius Gratiæ,& donorum susceptione: quod utrumque falsum est ex vi Thomistici discursûs: nam simpliciter non amittitur ab homine, quod manet in ipso; nec simpliciter suscipit, quod antè jam intrinsecè præhabebat. Secunda est: quia denominatio est forma intrinsecè communicata subjectô capaci; atqui per unionê, sive fit trâsiens,sive permanens, communicatur Gratia, & habitus hominis: ergo dant speciales suas denominationes: vana est ergo distinctio Thomistarum:qui solent impugnari ex professo *in tractatu de Justificatione*, dum quæritur: an ultima dispositio ad Gratiam, & habitus, efficienter procedat ab ipsis?

Secunda repellitur

Suprà lib. 10.*à nu.*95

179 Secùda solutio, Thomistis plausibilior, rejicitur primò, quia talis qualitas est impossibilis, ut ostendi ex multiplici capite *lib.* 10. *à num.* 95. Illustrantur modò quæ insinuata *ibi* sunt: Primò: nam illa qualitas in ordine ad actus Fidei, verè esset habitus Fidei, in ordine ad actus charitatis, esset habitus charitatis, &c. sed in infideli non præcedit habitus Fidei, nec in peccatore habitus charitatis: ergo nec talis intrinseca qualitas. Major probatur: nam illa qualitas verè præstat, quicquid in ordine ad actus Fidei,præstat Fidei habitus,& quicquid in ordine ad actus charitatis, præstat habitus charitatis; eisdemque, quibus habitus, gaudet objectis, formali,& materiali: in quo ergo, nisi penès voces discernatur ab habitu? Dices, discerni, quòd illa fit transiens; & isti, permanentes. Contra: tùm quia esse transeuntem solùm probat non esse Fidem permanentem, aut permanentem charitatem; non verò non esse Fidem, aut Charitatem transeuntem; sed neque in infideli potest admitti Fides transiens; neque in Peccatore,Charitas similis: ergo. Tùm etiam, quia Auxilia ista semper assistunt Infideli, & Peccatori: ergo transeuntia non sunt. Tùm etiam: quia actus de suo non sunt fluidi, sed permanere diù possunt, etiam per totam æternitatem: ergo nec sunt,nec esse possunt fluidæ tales qualitates activæ. Tùm demum, quia &

180 Illustrantur ex secundò: nam vel illa qualitas ita fluida est, ex dependentiâ, & connexione cum actuali operatione, vel non? Si secundum: ergo infundi potest potentiæ nec operanti,nec operaturæ; nec essentiali dependentiâ exigit ipsam operationem: ergo manere sine ipsâ semper potest: quod enim semel natum est esse sine altero, semper potest; nisi detur aliquis titulus, qui nunc absit: nam recurrere ad Voluntatem Dei, non est facere illam transeuntem intrinsecè, sed exttinsecè: quod æquè potest habitui convenire. Si ergo primum: ergo qui non operatur, non illam habet: ergo nec sufficientiam: ergo nec datur Gratia distincta ab efficaci: quod hæreticum est contra Bajum, & Ianseníum.

181 Rejicitur secundò: quia talis qualitas sine fundamento adstruitur contra bonam Philosophiam, & veriorem Theologiam, fatentem ex Apostolo,*Dona Dei esse sine pœnitentiâ*. Rejicitur tertiò: nam etiam istæ qualitates sic evanidæ, & fluidæ, licèt possibiles permittantur, ineptæ sunt se solis elevare potentiam, & continere excellentiam actuum, ut ponderabam *loc. cit. lib.* 10. *à num.* 150. & notatum nunc invenio apud Suarez

Suprà lib. 10.*a num.* 150.

P. Suarez

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

rez *cap.* 18. *num.* 11. quem vide.

SECTIO III.

ILLVSTRATVR ASSERTA VERITAS decisione quæstionum offirium.

Quæstio Prima.

182 POssunt enim ex his subtiliora cõtra nos argumenta desumi, & *Prima* est: an Doctrina præcedens sit adeò generalis, ut nulla sit actuum species, quæ fieri non possit per elevationem extrinsecam? Sic quæstionem posui, claritatis gratiâ; nam de individuis actibus in sequenti decidam. Et quidem *Ægidius* Lusitanus, & Arrubal negant; nam ille Visionem excipit; iste, actus liberos.

Ægidius. Arrubal.

183 Neuter verè, vel solidè: Non verè Lusitanus; quia lumen Gloriæ requiritur ad Visionem unicè, ut virtus efficiens; sed per te omnis virtus efficiens suppleri potest extrinsecè à Deo: ergo & lumen Gloriæ. Major ostenditur: nam manifestatio objecti est actus secundus intelligendi; nec enim intellectui manifestatur objectum, nisi quatenus ipsum cognoscit: quæ fuit æquivocatio Ægidii, putantis lumen præter concursum effectivum, habere formalem manifestandi, ductus exẽplis inefficacib⁹. Vrgetur primò: quia species non illuminat formaliter intellectum, sed effectivè. Secundò: quia lumen Fidei solùm etiam effectivè manifestat intellectui credibilia. Et ratio pro singulis à priori est: quia manifestatio ista solum est in actu primo, & consistit unicè in vi, quam habent ista principia, determinandi intellectum ad efficiendam manifestationem formalem: ergo circa Visionem præcisè se habet lumen, ut Virtus efficiens, de genere tamen intellectivo. Non verè Arrubal: Libertas enim actûs solùm exigit esse à potentiâ indifferenti cum jure agendi, & non agendi pro libito; atqui ista indifferentia, & jus ad agendum, & non agendũ non requirit virtutem omninò intrinsecam effectivam: ergo neque libertas actûs.

184 Neuter solidè: Lusitanus quidem: quia pro ratione sumpsit æquivocationem, quam discussi. Arrubal vero, quia nixus est unicè, eò quod Agens liberum operari debet ex positivâ, & intrinsecâ inclinatione: quod quidem de inclinatione in genere causæ moralis, & formalis, verissimum est; falsum verò in genere causæ efficientis. Itaque contedam Arrubali, necessariam ad actus liberos Gratiam intrinsecam, nempe illuminantem, aut efficientem: nam istæ insupplebiles sunt ab extrinseco: negabo verò Gratiam intrinsecam, quæ effectivè concurrat: id enim non est simpliciter necessarium: unde ex duplici concursu, quem in auxiliis actualibus agnosco, formali, & effectivo, poterit iste per elevationem extrinsecam; non poterit ille suppleri. Nec aliud judico prælaudati Authoris intentum. Quare quæstioni *respondeo* affirmativè cum Nostris: quia nulla est ratio sufficiens ad exceptionem.

Quæstio Secunda.

185 Secunda est: an saltem ex Doctrina pari possit, & debeat exceptionem in aliquibus actibus individuis, qui ex aliquo titulo elevationem intrinsecam exigant? *Triplex*, ultra duos jam impugnatos, excogitari titulus potest, ex quo nequeant per extrinsecum auxilium effici actus nonnulli. *Primus* est, essentialis dependentia ab intrinseco auxilio, ratione actionis, & actualis emanationis, quam secum identificant: quod pendet ab illâ opinione, quæ defendit actum vitalem in qualitate secum identificante immanentiam, & actionem. *Alter titulus* esse potest ipsa, quam nuper deseripsi, dependentia cum addito, quòd nempe illustrationes, & affectiones effectivè occurrant, se solis elevando potentiam, ut possibile duxi *hoc ipso lib. à num.* 16. *& sequentibus. Tertius* titulus esse potest, præsuppositio aliquarum revelationem, quibus manifestavit Deus nullam facere elevationem intrinsecam, & tamen velle se, ut potest, facere elevationem extrinsecam.

Ratio dubitandi.

186 Tres isti tituli videntur irrefragabiles. *Primus*, quia nequit actio esse sine principio; sed principium est intrinsecum; nam supponimus habitum esse: ergo esse nequit sine principio intrinseco. Atqui juxta modum opinandi, quem attigimus, Actus vitalis cõsistit in actione: ergo. *Secundus*: quia ea ipsa dependentia essentialiter exigit pro principio elevante cognitionem, & affectionem, in suppositione, quam feci; atqui cognitio, & affectio, utpote essentialiter per seipsas immanenter affixæ potentiis, sunt principia intrinseca: ergo. *Tertius*: nam actus, quo quis crederet Deo talia revelanti, esset essentialiter verus, utpote supernaturalis, & Fidei; sed veritas consistit in eo quòd nulla sit elevatio intrinseca: ergo solùm exigit elevationem intrinsecam. Ripalda *ex primo*, *& secundo* titulo respondet quæsito affirmativè: Recentiores *ex tertio*.

Ripalda.

Resolutio.

187 Respondeo primò: nullum ex his titulis obstare, quominùs fieri possint omnes, & singuli actus ab auxilio tam intrinseco, quàm extrinseco, per reflexam actionem divinitùs superadditam: effectum enim à duplici actione pendere, saltem possibile apparet. Pater Quiròs adhuc judicat esse naturale ex multis, quæ ventilat *de Visione disp.* 28. *sect.* 5. & latiùs in Philosophiâ. Sed iste modus respondendi, licèt alioqui verus, non videtur ad rem quæstionis, rogantis: an aliquis actus impendeat ab intrinsecâ elevatione, ut sine ipsâ poni non possit! Quare

Quiròs.

188 Respondeo secundò: si Vitalis actus non consistat in actione, vel in qualitate essentialiter immanenti, nullus est actus, qui fieri non possit per elevationem extrinsecam. Ratio est: quia nullus est actus, cui debet correspondere principium elevans, quod vel ex se non sit extrinsecum, vel quod fieri non possit extrinsecum, & merè assistens, dissolvente Deo miraculosè, vel aliter, unionem ipsius cum Potentiâ, quam elevat.

189 Respondeo tertiò: si actus Vitalis consistat in qualitate per se ipsam essentialiter emanantem à principiis, (ut defendunt Ovied⁹, Ripalda, Oxea, & Amicus, nec mihi displicet;) actus, qui sunt à principio intrinseco habituali, fieri possunt ab extrinseco; contingenter, & præter naturam ex ratione, quam modò tetigi: actus verò, qui sunt à principio intrinseco actuali, fieri nequeunt ab extrinseco, ex ratione dubitandi pro secundo titulo requirendi principia intrinseca. Idque nec aliud voluisse mihi videtur Ripalda, malè acceptus à Quiròs, & Oviedo.

Oviedus. Ripalda. Oxea. Amicus.

190 Respõdeo quartò: tertium illum titulum, quo nituntur cum plausu Moderni non pauci, esse omninò insufficientem, & inutilem: unde ex eo nequeunt dari actus, vel essentialiter nascibiles, vel essentialiter innascibiles ab intrinsecâ elevatione. Ratio brevis, & efficax est: quia talis suppositio revelationum, & decretorum, conjuncta cum Decreto revelandi, & elevandi ad supernaturalem assensum, semper excipit assensum, ad quem elevare decernit; alioqui liberè decerneret rem fieri modo, qui non caderet in libertatem ipsius. Quod est ridiculum. Vide *suprà lib.* 10. *à num.* 134. Vbi rationem hanc tetigi. Videatur Herrera *de Volunt. quæst* 1. *sect.* 2. *à num.* 55.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Suprà lib. 10. à num. 134.

Herrera.

Quæstio tertia.

191 Tertia est: an licèt æquè sit possibilis elevatio per intrinsecum, ac per extrinsecum auxilium; tamen elevatio per intrinsecum sit connaturalior. Videndus est Ripalda *disp.* 35. medius inter negantes, & affirmantes. Hi sunt communiter omnes Moderni cum Salas, Lugo, Oviedo, Aldrete, Quiros, & Esparza, brevi premente rationes affirmandi *lib.* 6. *de Virtut. Theolog. quæst.* 2. *art.* 1. *&* 2. *ad* 1. Illi sunt Magistri Doctissimi, quibus favet eximiè Pater Suarez *tom.* 2. *de Grat. lib.* 3. *cap.* 19.

Ripalda.

Salas.

Lugo.

Oviedo.

Aldrete.

Quiròs.

Esparza.

P. Suarez.

192 Respondeo primò: Actui supernaturali vitali in genere, æquè connaturalis est elevatio per intrinsecum, ac per extrinsecum auxilium: unde intrinseca elevatio potiùs, quam extrinseca nõ est jure connaturalitatis debita actibus ratione supernæ vitalitatis. *Triplex* est mihi ratio. *Prima*: ut aliquid præ alio connaturale sit, debet oppositum esse contra exigentiam alicujus; sed elevatio per extrinsecum non est contra exigentiam actûs, aut potentiæ: ergo neque connaturalis est elevatio per intrinsecum præ elevatione oppositâ per extrinsecum. Minor probatur: nam imprimis contra exigentiam potentiæ non potest esse, cùm potentia neutram exigat elevationem. Deinde nec contra exigentiam actûs, cùm elevatio per extrinsecum nec obstet immanentiæ, nec supernaturalitati. *Secundò*: Datur actus vitalis, vel saltẽ supernaturalis vitalis actio essentialiter inexigens elevationem intrinsecam: ergo nequit ipsi esse connaturalis elevatio per intrinsecum: nam nequit esse connaturale, quod essentialiter inexigitur. Antecedens autem patet in casu extrinsecæ elevationis per solam Omnipotentiã. Atqui eo ipso quòd unus actus inexigat elevationem intrinsecam,

Resolutio tripartita Pars prima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

secam, nullí poteſt eſſe connaturalis ratione ſupernæ Vitalitatis: quod oſtenditur ex *Ariſtotelici Topicis*: Nequit ratio ſuperior habere prædicatum, quod repugnet ſpeciei, aut individuo; ſed ſuperna Vitalitas eſt ratio ſuperior ad actum ortum ab extrinſeco, & ad actum ortum ab intrinſeco: ergo nequit habere prædicatum utrilibet oppoſitum, & repugnans: ergo neque prædicatum exigendi elevationem intrinſecam. *Tertiò*: nam proceſsio aliquorum actuum ſupernaturalium Vitalium per elevationem extrinſecam eſt maximè conſentanea ordinariæ Dei Providentiæ: ergo non eſt contra jura connaturalitatis. Antecedens nititur in illo principio, quòd maximè conſentaneum ſit, ut antecedant ad infuſionem Gratiæ, & donorum, diſpoſitiones ſupernaturales morales, acquiſitivæ virtutis intrinſecæ elevativæ. Sed id firmabimus opportuniùs *diſputatione ſeq*

Pars ſecunda.

193 Reſpondeo ſecundò: Nihilominùs actibus liberis ſupernaturalibus, *regulariter loquendo*, connaturalis eſt elevatio intrinſeca præ extrinſecâ. Ratio eſt, quia actus liber, vel antecedit juſtificationem, vel præceditur. Si ſecundum: ſupponit Gratiam, & in ipsâ jus connaturalitatis ad elevationem intrinſecam. Si primum: præcedere neceſſariò debent illuſtratio, & affectio ſupernaturales, quæ ſunt effectiva principia juxta nos, nec citra miraculum impediri poſſunt à con-

Lib. 10. à num.

curſu effectivo. Dixi *regulariter*, nam monuiſſe *ſuprà* me memini, poſſe ſine affectione potentiam prorumpere in affectum ſupernum: in quo caſu ſuppleri debet ejus defectus, quoad munus effectivi concurſûs per elevationem extrinſecam, aut per habitum. Niſi velis dicere, illuſtrationem eſſe ita perfectam in ſe, ut ſuppletiva ſit affectionis; quod mihi non apparet improbabile, etiam ſuppoſitis his, quæ jecimus *ſuprà in hoc libro à num.* 16.

Pars tertia.

194 Reſpondeo tertiò: Si Deus in caſu præcedentis reſolutionis, impedire vellet miraculosè concurſum auxiliorum, aut habituum, & elevare decerneret ad agendum per extrinſecum auxilium, violentia ſolùm fieret contra impedita principia, non verò circa ſupernaturalem actionem. Hæc reſolutio non mihi videtur ita certa, ſed deſcendit ex primâ probabiliter.

Quæſtio quarta:

195 Quarta eſt: cur, ſi attentis indigentiâ potentiæ, & exigentiâ actuum non eſt connaturalior elevatio per intrinſecum auxilium, quàm per extrinſecum, *de facto* ſolam elevationem intrinſecam Theologi admittant? Videntur enim ſine jure procedere. *Reſolutio.* Reſpondeo primò: admitti debere de facto elevationem extrinſecam ad aliquos actus, *ſuprà* probatum, & inculcandum *infrà*. *Elevatio intrinſeca de facto, cur?* Reſpondeo ſecundò: cur à Theologis admittatur ad actus liberos elevatio intrinſeca potiùs, quàm extrinſeca, rationem eſſe, Primò: quia præcedere debet ad ipſos Gratia ſaltem actualis, quæ ſufficit elevare potentiam naturalem. Secundò: quia Gratiæ habituali, quam fateri debemus, & quidem ut Caput, & quaſi Naturam in ordine ſupremo, debent intrinſeca comprincipia, quæ animam efficiant ad agendum virtuoſè in eo ordine, quem conſtituit.

Cur ſpecialiter circa aliquos Actus?

196 Reſpondeo tertiò, cur etiam à Theologis admittatur ad alios ſupernaturales actus, puta *ad Viſionem Dei, & amorem Beatificum, & etiam alios* elevatio intrinſeca præ extrinſecâ, præter authoritatem Sacræ Scripturæ, Conciliorum, & Patrum, eſſe multiplicem rationem Congruentiæ. *Prima* eſt, ex Bonitate Dei, qui voluit non ſolùm dare dona ſua nobis, ſed etiam jus ad ipſa per alia. Patet autem, non poſſe deberi Naturæ concurſum ad ſupernaturalia, niſi ſuppoſito in ipsâ elevante comprincipio, quod fundet jus. Et hoc intrinſecum eſſe debet: alioqui non eſſet jus in ipsâ Naturâ. *Secunda* eſt, ex majori perfectione Naturæ, quam in ordine elevationis intendit Deus. Patet autem majorem Naturæ reſultare perfectionem ex intrinſecâ elevatione, quàm ex extrinſecâ: cùm ex extrinſecâ ſolùm reſulter effectivè: ex intrinſecâ verò, & formaliter ſimul, & effectivè. Nequit enim res perfici, niſi per intrinſecum ipſi. *Tertia* eſt, ex comparatione, & proportione cum modo operandi cauſarum naturalium; quam quidem, licèt Natura non exigat in ordine ſupremo, ipſi ſimpliciter indebito, obſervat liberaliſsimè Deus: Patet autem naturalibus cauſis proviſum eſſe à ſuo conditore modum operandi per po-

tentias, & virtutes intrinſecas.

Quæſtio quinta. Reſolvitur.

197 Quinta, & ultima quæſtio eſt: quid importet hoc auxilium extrinſecum, & reſpondetur faciè: hoc auxilium in actu ſecundo dicere actionem, quâ Deus quidem robuſtiùs agit, quàm ſi concurreret ut Cauſa præciſè Generalis in caſu elevationis intrinſecæ: nam ea actio eſt Dei duplici titulo concurrentis, & titulo cauſæ Generalis, & Primæ, & titulo Cauſæ particularis, ſupplendo defectum virtutis elevantis intrinſecæ. Expreſsiùs dicam, licèt vulgarius: eſt actio Dei pro ſe, & pro alio concurrentis. In actu primò dicere Omnipotentiam de ſe quidem indifferentem, ad hunc, & alium concurſum; applicatam tamen, & attemperatam per Decretum ſpeciale Divinæ Voluntatis.

Difficultas emergens:

198 Sed ecce difficultatem aliam, unde ſolet peti contra Nos argumentum importunum: quodnam eſt objectum talis Decreti? Videtur enim inaſsignabile: ergo & decretum impoſsibile. Conſequentia patet, & antecedens oſtenditur: nam vel objectum hujus decreti eſt Omnipotentia, vel actio, vel Natura, vel aliquid in ipsâ Naturâ? Si hoc ultimum: erit comprincipium intrinſecè elevans. Si Natura: velle naturam non eſt elevare naturam. Si Omnipotentia, aut actio. Contra eſt primò: nam velle illud eſt efficax, vel inefficax? Si ſecundum: ergo non ſufficit applicare Omnipotentiam de ſe quidem indifferentem; cùm decretum indifferens componi poſsit cum efficaci nolitione applicationis, & actionis. Si primum: ergo prædeterminat, & tollit libertatem. Secundò: nam velle Omnipotentiam, & actionem, non eſt extrinſeca elevatio.

Interclusæ ſolutiones

199 Dices; non eſſe utcumque velle, ſed ſpecialiter velle. Contra: quæ eſt iſta ſpecialitas? nam vel eſt in objecto, vel in actu? Dicis, eſſe in objecto: nam iſta volitio vult applicationem Omnipotentiæ. Contra: nam applicatio eſt ipſa Volitio: ergo tota ſpecialitas conſiſtit in eo, quòd ſe velit ipſam. Sed præterquàm quòd videtur implicans volitio, quæ ſolùm ſit ſui volitio, eſt planè abſ re, quòd per volitionem, quæ ſolùm ſit velle ſeipſam, applicata maneat Omnipotentia: ergo recurrendum eſt ad intrinſecum comprincipium elevans.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. Herize. Arauſus. Saavedra.

200 His exultat contra Nos (quæ ante jam tetigit Herize noſter, & Arauſus Thomiſta poſtea,) Saavedra *in ſuâ Sacrâ Deipara diſp. 4. ſect. 2. & 3. & 16.* ſe impediunt maximè moderni plures, oriari ſoliti per illa non ſatis utilia, & aucupaturi per hæc accidentia diſcurrendi laudem ingenii: dum diſsimulant apertam veritatem, ſingula contemendo, nihilque poſtea meliùs proferendo de ſuo.

Solvitur difficultas

Reſpondeo clariſsimè. Primò diſtinguí fortè debere in hoc decreto duas formalitates, aut tendentias; aliam nolitionis, volitionis aliam: Objectum nolitionis fore terminum, quem excludit nempe principium intrinſecæ elevationis. Objectum verò volitionis (cujus aſsignandi terror adeo ingruit) fore actionem, ut terminum ad *quem*, Naturam, ut terminum *cui*, Omnipotentiam, & alia ſubſidia ſe habentia ex parte potentiæ, ut terminum, *quæ*. Secundò ſpecialitatem hujus volitionis non tam quærendam in objecto, quam in modo: nam iſta volitio, ſicut & aliæ innumeræ, *aliud vult, & aliud præſtat volendo*: vult ea, quæ dixi; & ex modo ſuo tendendi præſtat applicationem: ipſa enim, ſeipsâ, & exercitè eſt efficax applicatio, quoad munus ſupplendi vires, quæ Naturæ venire poſſent ab intrinſeco comprincipio.

201 Ex his patet, tale decretum volitivum (nam de nolitivo, ſi requiſitum ſit, non poteſt eſſe quæſtio) eſſe quidem efficax in uno, & non eſſe efficax, ſed purè indifferens in alio: eſſe quidem efficax quoad munus prædictum ſupplendi Vires per attemperationem Omnipotentiæ, ad imbecillitatem Naturæ, quantùm iſta requirit ad agendum. Non eſt efficax, ſed purè indifferens quoad munus determinandi, & ex proprio libito inducendi actionem, ſi actio alioquin libera ſit. Hæc mihi clariſsima ſunt, ex *latè* diſcuſsis *lib. 7.* & per ipſa jam occurri toti argumento, quod modò retorqueo in decreto applicativo Divinæ eſſentiæ, per modum ſpeciei ad viſionem efficiendam, vel Divinæ Omnipotentiæ ad eandem Viſionem loco Eſſentiæ, vel ſpeciei; vel in applicativo Divinæ ipſius Omnipotentiæ ſubrogatæ merè extrinſecè loco phantaſmatis ad intellectio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. Suprà lib. 7. à nu. 226

nem, vel loco Angeli, vel alterius cuiuspiam principii, ut homo transferat unico impulsu montem. Difficultas enim est valde communis: Revide, si placet, quæ dicta sunt *lib. cit.* 7 præsertim *à nu.* 226.

SECTIO IV.

AN AVXILIVM CONCVRRAT, ET elevet ad actus intensiores se?

Quæstio

202 QVæstio tam esse potest de Habituali auxilio, quàm de Actuali. De utroque decidam. Nam cùm Auxilium actuale duplicem concursum exerceat, & formalem, & effectivum, non potest dirimi controversia penès utrumque concursum, de auxilio actuali, quin ad habituale descendat, cùm communis utrique sit concursus effectivus, & penès ipsum par de utroque sit ratio. Quare

Bicepsi

203 Duo veniunt in examen: *Primùm*: an Voluntas ita sequatur intensionem illustrationis, & affectionis in operando, ut, licèt ex conatu remisso, possit operari remissiùs, non tamen possit intensiùs operari, quàm est illustratio, & affectio, quibus afficitur, & vocatur ad bonum? Vbi *notat*, præscindi ab eorum auxiliorum effectivo concursu. *Alterum* est: an Voluntas conatu suo possit etiam intensionem habitûs, vel auxiliorum effectivè concurrentium superare? *Clariùs dixerim: ibi* quæritur, an in operando vinci possit intensio principii formalis: *hic* quæritur, an vinci possit intensio principii intrinseci effectivi: ita ut operatio vel sit intensior auxilio illuminanti, & afficienti; vel intensior habitu potentiam elevante? Dabit judicia Theologorum Ripalda *disp.* 38. *&* 39.

Explicatur.

Ripalda.

Conclusio prima.

204 Sit prima Conclusio: Potest voluntas conatu suo intensionem Actualis auxilii superare: ita communiter Nostri cum Suarez *opusc.* 5. *disp.* 2. *sect.* 2. *à nu.* 5. & Ripalda *totâ disp.* 38. Probatur. Potest bene componi, quòd justus habeat habitum charitatis intensum, *ut sex*, & solùm illustrationem, & affectionem, *ut duo*; sed in hoc casu vinci poterit actualis auxilii intensio, ex conatu voluntatis: ergo potest voluntas conatu suo intensionem Actualis auxilii superare. Major est & ratione, & experientiâ irrefragabilis: Ratione, quia Auxilium actuale est donum Dei spirantis, ubi vult: habitus est præmium Dei sequentis proportionem meritorum: Auxilium actuale plerumque sapit remissionem externæ vocationis: habitus, seriem operum toto justitiæ tempore præstitorum: Experientiâ verò, quia videmus homines alioqui tales, quos præsumere justos possumus, & quidem diuturnæ justitiæ, & quos remissus fervor accendit.

Suarez. Ripalda.

205 Ostenditur minor: nam quominùs voluntas in eo casu ponat actum charitatis ut sex, non deficit ex defectu virtutis activæ, quam supponimus intensionis æqualis in habitu; sed neque deficere potest ex defectu principii formalis: quod suadeo sic primò: & à priori, quia per illustrationem ut duo proponi potest objectum infinitè amabile. Secundò: etiâ à priori, quia illustratio non solùm habet efficaciam movendi ex intensione graduali, sed ex modo proponendi: unde fieri potest, ut efficacius moveat ad amorem ut sex remissa cognitio ex nobilitate tendentiæ, quàm alia ignobiliotis tendentiæ, & intensionis æqualis.

Conclusio secunda.

206 Sit secunda Conclusio: Potest etiam voluntas conatu suo intensionem habitûs, aut virtutis elevantis intrinsecæ superare. Ita etiâ communiter Theologi, quos allegat Ripalda *disp.* 39. convenientes quidem omnes in substantiâ conclusionis, plurimùm tamen disconvenientes in modo, de quo *posteà*. Probatur Assertio: Potest fieri à peccatore actus charitatis, nullo habitu præexistente, ut evicimus *sect. præced.* ergo & fieri potest intensus cũ habitu solùm remisso.

207 Confirmatur primò: Nam homo potuit justificari per actum amoris *ut sex*, & tamen ex defectu fervoris solùm elicuit amorem *ut duo*, quo justificatus est. Nunc sic: Hic homo justificatus potest elicere post justificationem amorem æquè intensum, ac potuit ante justificationem: ergo potest sic justificatus elicere amorem, ut sex. Sed eoipso vinceret habitûs intensionem ex libero conatu fervoris: quod ostendo: nam sic justificatus solùm habet habitum paris intensionis cum actu, quo meruit: datur enim ad mensuram dispositionis ex Tridentino *Sess.* 6. *cap.* 7. Sed actus, quem modo elicit, est intensior actu, quo se disposuit: ergo & habitu: ergo.

Con-

208 Confirmatur secundò: Nam justus habens habitum intensum, ut duo, potest elicere actus, quos potest habens intensum ut sex: adest enim cuivis justo Divina Gratia, ut æquet, si velit, ferventissimos actus alterius: alioqui Dei esset, & non hominis nostra remissio: quo vanas redderet tot, & tam serias Sacrorum voluminum adhortationes ad semper, & intensissimè, ac ferventissimè operandum. Non potest ergo tribui Deo remissio charitatis, qui pulsat ad ostium cordis justi, ut operetur quàm ferventissimè: *Neque enim Deus deficit in Dando: neque ego fatior in accipiendo*, ut habet

Hieronym

ad Ctesiphontẽ Divus Hieronymus. Vnde discres non semper Deum Vberiora auxilia dare magis justo, & intensiorum habituum, quàm minùs justo, & remissiorum, aut etiam Peccatori, ut patet in Saulo, Magdalenâ, & aliis; ostenditque copiosè P. Ripalda *disp.* 111. *sect.* 1. *&*

Ripalda.

disp. 129. *sect.* 8. *per totum.*

Objectiones contra primam.

209 Objicies contra primam Conclusionem ex Thomistis, primò: quia si conatu arbitrii vinceretur per intensionem operationis, intensio Gratiæ; excessus ille tribueretur Arbitrio; non, Gratiæ. Cõfirmatur ex Sancto Thomâ 2. 2. *quæst.* 24. *art.* 3. *corp.* dicente quantitatem charitatis non pendere *ex capacitate naturalis virtutis: & in ipso art. ad* 1. repetente conatum voluntatis humanæ præveniri Spiritu Sancto movente *mentem hominis plus, vel minùs, secundùm suam voluntatem*: ergo tota mensura operationis fieri debet ex Gratiâ præveniente, non autem ex conatu Potentiæ. Secundò: cõsensus intensus ut sex non continetur in auxilio ut quatuor intenso: ergo hoc non potest ad illum excitare. Antecedens patet: nam virtus excitativa auxilii; est limitata, non minùs, ac virtus activa.

S. Thomas.

Solvũtur.

210 Respondeo ad primum: negando sequelam: quippe non conatur arbitrium sine Gratiâ: aliud enim est, operationem esse magis intensam auxilio, id est intensionem illius excedere istius intensionẽ, quod ultrò fatemur: aliud est, intensionis excessum non esse ab auxilio, id est excedere activitatem auxilii, quod negamus. Quidquòd operatio non est intensior virtute elevante: nam de hoc posteà. Ad confirmationem admisso, quod inquit

S. Thomæ Mens.

Divus Thomas: distinguo consequens: non autem ex conatu Potentiæ, sine Gratiâ, concedo: cum Gratiâ, nego: licèt enim Deus præveniat, prout vult, quia Spiritus ubi vult Spirat; sine quâ præventione, impossibilis est conatus salutaris; tamen inde non fit, nec conatum fore æquè intensum, ac Gratiam prævenientem, nec Gratiam æquè ac conatum: quia vel aliunde conatus intendi potest; vel Gratia minùs intensa non limitatur ad æqualem intensionem operationis.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

211 Ad secundum dici potest primò: sermonem esse de principio formali, non de effectivo, quorum dispar est ratio ex *n.* 202. continentia antè effectûs est, causæ efficientis, unde physicè provenit. Secundò negari potest antecedens: nam auxilia sunt causæ æquivocæ: hæ verò continent plerumque effectus intensiores, ut mox insinuabo.

Objectiones contra secundam.

212 Objicies contra secundam Conclusionem etiam primò: Implicat, quòd effectus excedat activitatem, suæ causæ. Sed actus intensior habitu, excedit activitatem suæ causæ: ergo implicat: vel assignandum aliud principium præter habitum, unde sumatur excessus. Hoc autem est assignatu difficile. Secundò: quia si semel assignetur principium distinctum, quæram: an principium adveniens concurrat ad solum excessum, ita ut habitus nõ attingat, vel non? Si primum: ergo habitus non facit actum se intensiorem. Si secundum: ergo concurrit ad actum, quem non præcontinet.

Difficultas emergens.

213 Hæc objectio solùm petit explicationem Conclusionis in modo, quo defendi debeat: & certè non est in Theologis unus. Aliorum curis omissis, ut respondeam, assignando principium:

Resolvitur primò

214 Censeo primò: quoties intensio actûs superat activitatem, quæ potentiæ inest, nempe Habitûs, & Auxiliorum actualium, admittendum recursum ad extrinsecum auxilium: quod probavimus esse possibile. *Nec dicas* cum Bañes talem actum secundum excessum non fore meritorium, saltem de condigno, quia non esset à Gratiâ: nec fore liberum, quia non esset ab Arbitrio ut ab Agente Principali, sed ut instrumẽto. *Ne*, inquam, *id dicas*. Tùm quia ille actus esset ab homine justo, quod ad condignitatem sufficit; esset etiam à Gratiâ, sed adjutâ per extrinsecum auxilium. Tùm etiam: quia

Vo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Voluntas nunquam est causa principalis, & semper est libera in actibus salutaribus.

Secundò:

215 Censeo secundò: defectum virtutis in habitu, suppleri aliquando posse per activitatem auxiliorum actualium: unde non semper est necessarius recursus ad extrinseca; cùm illustrationi, & affectioni dederimus virtutè effectivam: patet autem robustiorem esse causam, additis, & intensis viribus auxilii actualis, & habitualis, quàm solo cum habitu: unde per intensiorem actum non exceditur activitas causæ, sed concausæ.

Tertiò:

216 Censeo tertiò: aliquando non esse necessarium recursum ad aliud principium præter ipsum habitum: & aliquàdo forsan esse. Erit aliquando; nam cum Virtus habitûs, sit in se limitata, tanta potest esse actûs intensio, ut superet habitûs activitatem. Aliquando non erit: quia causa æquivoca causare potest effectum se intensiorem, ut patet in colore ut duo, causante speciem intêsam ut sex, & in luce ut tria, causante calorem ut quinque. Habitus autem est actuum æquivoca causa: unde licèt in se remissus, erit causa proportionata ad actus se magis intensos. Ad quam verò intensionem suâ majorem extendi valeat, Deus scit.

Quartò.

217 Censeo quartò: in casu, quo aliud comprincipium concurrat ad excessum, dici posse; *Primò*: gradus excessûs fieri à potentiâ, & ab illo alio comprincipio. Neque enim hæc doctrina subest ulli absurdo, ut ipsam explicat Eximius Doctor *tom. 2. Met. disp. 44. sect. 8. a nu. 6. Secundò*: totum actum, & quoad gradus æquantes habitûs intensionem, & quoad excessum, oriri indivisim à potentiâ, auxiliis, habitu, & adveniente comprincipio. Nam licèt excedat activitatem singulorum, non verò omnium sese attemperantium ad unum: quippe *virtus unita fortior*. Et hoc apparet probabilius: & plenè satisfactum est argumento.

Suarez.

Intensio Actuum Vitalium qualis? Salas. Vvading. Pallavic. Linze. Esparza. Quirós. Hannold.

218 Hucusque communibus hæsi principiis. Sed supponunt duo mihi vel maximè dubia, vel omninò falsa. *Primum* est, quòd actuum Vitalium intensio sit gradualis: id ipse nego cum Salas, Vvadingo, Pallavicino, Linze, Esparza, Quirós, & Haunoldo: tota enim harum qualitatum intensio sumi debet ex essentiali ignobilitate, vel nobilitate tendentiæ ad objectum suum. *Alterum* est, quòd tanta putetur similitudo inter infusos habitus, & adquisitos, ut si isti vix se extendant ad actus se intensiores, nec debeant illi magis extendi. Id etiam ipse nego cum Vazquez, & Oxea *cit.*

Habitûs Infusi conditio: & discrimen ab adquisito.

219 Ratio mihi est: quia habitus infusi sunt veluti quædam potentiæ supernaturales animæ: unde potiùs comparandæ sunt cum extensione activâ Potentiæ, quàm cum limitatione habituum acquisitorum: quare sicut Potentiæ non limitantur ad hanc, aut illam intensionem actuum, ita nec limitandi infusi sunt. Sunt enim causæ æquivocæ perfectissimæ, quibus in ordine superno instruitur Anima, loco potentiarum. Et hinc fume discrimen eorum ab acquisitis: Acquisiti enim, cùm fiant ab actibus, sapiunt fontem, unde fluunt, & ex causâ, quam nequeunt excedere, limitantur ad similes: ex quo mihi probabile est maximè, eos extendi non posse ad actus magis intensos iis, à quibus geniti sunt, id est ad actus nobiliores: atque adeò intendi debere per nobiliores, ut ad ipsos facilitent; nec per hæc nego eos applicari à potentiâ non posse ad actus nobiliores: sed nego ex eorum concursu facilitari potentiam. At verò habitus infusi non producuntur ab actibus, nec augentur ab ipsis physicè, sed moraliter, & meritoriè: unde non est unde recidat in ipsos actûs limitatio.

Replica in tercepta.

220 Dices: si habitus primò infusus valet ad quancumque intensionem: ad quid habituum intensio, quam negare non possumus? Respondeo, ad plura valere intensionis augmentum. Valere primò ad copiam actuum. Secundò ad usum delectabiliorem ipsorum. Tertiò ad devotionem, & promptitudinem in eorum exercitio. Quartò ad majorem dignitatem operantis. Ex quibus peti potest efficax Assertionum præcedentium confirmatio.



In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

LIBER DECIMVSTERTIVS

CAVSÆ GRATIÆ AVXILIANTIS, ET Divisiones.

Libri scopus.

1 IN hunc Librum, qui totius voluminis, hujusque Tractatûs Coronis est, cadit illa celebris Controversia, *de Efficaciâ Divinæ Gratiæ*, quæ Libros, & Volumina implevit; implebitque; permittente Romanâ Sede, quæ typis dari Disputationes de hoc puncto, strictè prohibuit. Nos de Puncto, ut non possumus disputare, ita & nolumus: contenti (quod licet,) Controversiæ Punctum sine disputatione, & sine disputationis animo repræsentare. Demus primùm Auxiliantis Gratiæ Causas, & Divisiones: quia utrobique occurrunt Termini, sine quibus vix potest in *multis Materiis*, & præsertim in præcedente *de Prædestinatione* loqui Theologus.

Et necessitas.

DISPVTATIO LXII.

DE CAVSIS GRATIÆ AVXILIANTIS.

Disputationis distributio.

2 CAVSA Materialis Auxiliorum Gratiæ, cùm sint actus intellectûs, & Voluntatis; Anima est, cui vitaliter immanent. Finalis, est operatio recta, ad quam movent, & Felicitas nostra, id est, æterna Beatitudo, quam promovent. Formali carent: Ipsa enim sunt Causæ formales: nam & accidentia viventis Animæ. *Triplicis* generis restant in dubium Causæ: *Proximæ, & Immediatæ*, id est, *Causæ Efficientes: Mediatæ & Remotæ*, id est, *Causæ Excitantes: Morales, & Impetrativæ*, id est causæ, quibus tribui debet auxiliorum existentia vel ratione liberæ donationis, & causalitatis meritoriæ, & inductivæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECTIO I.

CAUSÆ PROXIMÆ, ET EFFICIENTES Gratiæ Auxiliantis.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Conclusio prima:

3 SIt prima Conclusio: Deus, & Anima sunt omniû Auxiliorum causæ Proximæ, & efficientes: cum hoc discrimine, quòd Deus est causa Principalis; Anima, Obedientialis, & Instrumentalis. Secunda pars liquet: quia Auxilia sunt essentialiter Dei ipecialia dona, & superni ordinis: ergo sunt Dei principaliter concurrentis, & donantis; Animæ verò sunt ut physicè concurrentis ex elevatione supernâ. Prima pars ostenditur quoad Animam; (nam quoad Deum ex præcedenti insinuatione specialis doni non potest esse dubia:) quia de conceptu vitalitatis est immediatus fluxus à vivéti principio, ut dici solet *in Libris de Animâ*; sed omnia auxilia Gratiæ Actualis sunt actus vitales *ex lib.* 10. ergo fluunt immediatè à viventi principio, quod est Anima. Quæ possent obstare Conclusioni, jam solvimus *lib. cit. à nu.* 100. satis fusè.

Supràlib. 10.

Conclusio secunda:

4 Sit secunda Conclusio: species impressæ, sunt etiam concausæ physicæ, & immediatæ plurium auxiliorum Divinæ Gratiæ. Patet: quia plura ex prædictis auxiliis sunt actus intellectûs: ex *Potentiâ* autem, & *objecto paritur notitia.*

Dubium, de quo

Dubium esse potest, & est gravissimum: an species istæ pro supernis cognitionibus, debeant esse supernaturales? Communis, & vera Teologia, quam mirificè elucidant Ripalda, & de Lugo: hic *de Fide disp. 9. sect. 4.* ille *disp. tota* 54. damnat recursum ad supernaturales; & admittit unicè naturales; elevandas quidem ad concurrendum ab eodem ipso principio, quod elevet intellectum: cur enim hic possit elevari; non, illæ? Vide citatos: quos in Opere *de Incarnat.* sequutus sum.

Ripald. & Delug. & Author de Incarn. lib. 5. disp 2. à num. 166.

Conclusio tertia.

5 Sit tertia Conclusio: Habitus infusi, dum absunt; producunt auxilia suo ordini correspondentia. *Volo dicere:* singulos habitus producere illustrationes, & affectiones auxiliantis Gratiæ circa suum objectum formale versantes, cum accommodâ distributione, & proportione: nempe habitus potentiæ intellectivæ intellectiones, seu illustrationes: habitus potentiæ volitivæ, volitiones, seu affectiones juxta genus suum. Videndus est pro Conclusione Ripalda *disp.* 109. *sect.* 3. & *tota disp.* 122. qui *unum* addit, & infert *aliud*. Addit nomine habituum, etiam venire dona Spiritûs Sancti, cùm ex Divo Thomâ 1. 2. *quæst.* 68. *art.* 3. sint habitus inhærentes nobis. Infert elevationem potentiæ, in præsentiâ habituum, ad eliciendas illustrationes, & affectiones, si proportionati sint habitus, intrinsecam esse; cùm recurrendum non sit ad elevationem extrinsecam, præsente jam, & inhærente potentiæ principio intrinseco sufficiente, quod elevet; quod utrumque approbo.

Ripalda.

S. Thomas.

Probatur.

6 Probatur modò Conclusio: quia habitus infusi, proportionati sunt cum actibus circâ suum objectum formale versantibus, modò actus efficaces sint, modò inefficaces; modò sint per modum desiderii, modò per modum simplicis amoris, & gaudii; modò sint judicia, modò apprehensiones: quia sicut hæ differentiæ non extrahunt actus ab sphærâ potentiæ, ita nec extrahunt ab sphærâ infusorum habituum, qui sunt veluti quædam potentiæ in ordine supernò: ergo sive actus deliberati sint, sive indeliberati: sicut enim etiam hæ differentiæ non extrahunt actus ab sphærâ potentiæ, & determinati objecti formalis, nec extrahere possunt ab sphærâ habitûs gerentis potentiæ munus, & circa tale objectum formale versantis: ergo habitus vim habent productivâ similium actuum; ergo dum inhærent Animæ, ipsis tribui debet, & causalitas, & elevatio. Frustrâ enim recurrit ad primam, cùm adest ex ejus liberalitate, & dispositione, proportionata causa secunda, quæ operatur.

Objecta: Ex Oviedo & aliis.

7 Resistit Assertioni nostræ cum aliis Pater Oviedus dupliciter arguens contra Nos. Primò sic: Natura habituum infusorum est subdi voluntati, ipsis utenti prout vult: ergo operari non possunt nisi ex determinatione voluntatis: ergo nisi actus deliberatos: hi enim sunt ex voluntatis determinatione. Secundò, & difficilius sic: auxilia Divinæ Gratiæ sunt conjungibilia cum utrolibet extremo libertatis: sunt enim ex se indifferentia, ipsisque vel obedit, vel resistit pro libitò suo Voluntas jure dominii. Pone ergo casum, in quo præcipiatur justo actus super-

supernaturalis honestus. Nunc sic: si auxilia penderent v. g. ab habitu charitatis, vel non essent conjungibilia cum omissione amoris præcepti; vel per omissionem amoris, destruerentur: implicat utrumque: *Secundum*: quia omissio non esset libera, cùm esset exercitium potentiæ non habentis sufficientiam ad non omittendum; atque adeò esset exercitium nec intrinsecè, nec extrinsecè connexum cum dominio sufficiéti. *Primum*: quia non ex alio capite Qualitas Thomisticè prædeterminans implicat apud Nos. Sequela verò probatur quoad utramque partem: nam habitus charitatis est inconjungibilis cum peccato, atque adeò cum omissione peccaminosâ: vel ergo destruitur habitus, vel non? Si secundum: ergo nec peccat voluntas contra suppositionem: si primum: ergo destruitur etiam auxilium: pereunte enim causa perit effectus.

Solvitur primum.

8 Respondeo ad primum. Nego duplicem consequentiam: & retorqueo in habitu naturali, qui apud Oviedum actus etiam necessarios elicit, qui ex liberâ determinatione non fiunt. Sensus antecedentis est verus, *quia habitibus utimur, sicut volumus*, ex Philosopho 8. *Physic. & 2. de Animâ*: quod est, nobis non præripi ab habitibus munus determinandi, nec ab ipsis, præsente jam advertentiâ, nos cogi. Ad secundum: si actus Vitalis per se, & essentialiter non pendeat à principiis, à quibus semel fluit, facilis est solutio, dicendo, in casu futuræ omissionis, aut præcepti urgentis substituendum ex directione Scientiæ Mediæ à Deo auxilium extrinsecum, quo, licèt destruatur habitus, manebit idem auxilium Actuale.

Secùndum.

Quæstio de influxu Gratiæ in actum præceptum.

9 Si verò actus vitalis per se dependeat ab habitibus, est illa celebris difficultas de influxu Gratiæ in Actum pro instanti determinato præceptum, vel forsan impeditior. *Sunt*, qui ne se implicent in hac quæstione, limitent assertionem, & similes casus excipiant. *Sunt*, qui in eo casu omissionis substituendum aliud auxilium actuale dicant pendens unicè à Deo, & ab Animâ: si verò hæc omissura non sit (quod præscierit jam Deus ex illâ mirabili conditionatorum intelligentiâ) auxilium mansurum, & ab habitu producendum; cùm enim, *inquiunt*, libertas conjungenda non sit cum omissione, non obest, quòd auxilium habeat ex causâ incòjungibilitatis *sui*, qui hæc omnia concilient ex amobilitate principi, ipsiusque conservabilitate pro libito voluntatis, potentis in casu consensûs, removere à se per omissionem peccaminosam ea principia cum peccato incompossibilia; in casu verò omissionis, potentis ea conservare pro libito, atque adeò imputativè habentis; licèt alioquì physicè non existant in eo casu. Quid ego sentiam, insinuavi jam *lib. 7. à num.* 320. & latissimè proponam, defendamque *tomo seq. tract. de Actib.*

Varii dicèdi modi.

Aranda de Deo.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Tract. de Actib. in 1. 2.

10 Sit quarta Conclusio: in absentiâ habituum infusorum fiunt auxilia Divinæ Gratiæ per elevationem extrinsecam, nempè à Deo concurrente cum Animâ, ipsam specialiter, & extrinsecè elevando. Probatur, quia nulla est causa secunda supernaturalis, quæ possit præstare concursum, & elevationem intrinsecam. Dices, ex Pennoto, Salas, & aliis, quos laudavi *lib.* 10. & reject *lib. præced.* 10. eo habituum infundi qualitates intrinsecas, ut fiant auxilia connaturaliter. Contra primò: quia ista major connaturalitas non habet titulum, in quo fundetur, ut expendebam *lib. præced. à num.* 191. Neque enim extrinseca elevatio est contra exigentiam potentiæ, aut actûs: ut autem intrinseca elevatio foret connaturalis præ extrinsecâ, hæc deberet contra exigentiam esse. Secundò quia vel tales qualitates sunt ex se fluidæ, vel permanentes. Si primum: impossibiles sunt. Si secundum: erunt habitus; atque adeo non extituri connaturaliter sine Gratiâ sanctificante. Probatur secundò: quia id videtur insinuari plurimùm à Conciliis Arausicano, & Tridentino, nec semel à Patribus, ut expendit eximiè Pater Suarez *tom.* 2. *de Grat. lib.* 3. *cap.* 4. & 18. *ac* 19. dicentibus: *Deum, & Spiritum Sanctum movere, & pulsare corda hominum per illuminationes sanctas, & inspirationes, quibus trahit ad se, nullâ factâ mentione alterius doni.*

Conclusio quarta.

Pennotus. Salas. Supràlib. 10 à num. 131. & lib. 12. à num. 191.

Arausic. Trident. Suarez.

11 Confirmatur primò: duobus modis fit in nobis aliquod opus ab Spiritu Sancto juxta Tridentinum *sess.* 14 *cap.* 4. vel ab Spiritu Sancto *inhabitante*, vel ab Spiritu Sancto *tantùm movente*: *inhabitat* in nobis per dona sua; *movet tantùm*,

Trident.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

cùm sine infusione donotum, ad ipsa nos allicit: atqui illustrationes, & affectiones Sanctæ primæ, quas habemus, & quas in absentiâ habituum experimur, sunt motus Spiritus Sancti, *non inhabitantis, sed movent is*: ergo fieri debent ab Spiritu Sancto elevante per seipsum, & extrinsecè Potentias nostras. Confirmatur secundò à ratione congruentiæ: nam valde congruum apparet ex terminis, ut qui se disponit per imperfectos motus ad perfectiones, acquisitutus sibi sic virtutem intrinsecam operandi, illam non præhabeat: nam cùm ipsa sit quædam veluti inhabitatio Dei in Animâ, decet, ut nisi post dispositiones ordinatiæ Providentiæ destinatas, non recipiat. Dabo in sequenti, quod hic desideres.

SECTIO II.

CAVSÆ EXCITANTES, AVXILIANTIS Gratiæ.

De causis excitantibus.

12 Causæ excitantes Auxiliorum, illæ sunt, quarum operâ, seu ministerio surgunt hi, vel illi sancti motus in Animâ nostrâ. Eorum enim indeliberatio petit excitativum à voluntatis determinatione distinctum. Et quidem affectiones indeliberatæ sufficienter excitari solent ab objecti propositione; unde de ipsis vix est quæstio, sicut nec de illustrationibus derivati ex aliis, quæ ex arcanâ, & explicatu difficillimâ objectorum, & specierum concatenatione illas excitant, & determinant. Vnde restat unicè dubium de primis illustrationibus: aut aliis subitis, & inopinatis motibus animi, *quibus aperitur intellectui, quod latebat, & suave fit, quod non delectabat*, ut ait Augustinus. Triplici conclusione rem finiam, additis in resolutionis claritatem opportunis quæstiunculis, quę materiam aliqui implexam brevi expediant.

Quæstio.

Augustin.

Conclusio prima: Secunda.

13 Sit prima Conclusio: Causa principaliter excitans Auxilia Gratiæ, Deus est. Sit *secunda conclusio*: Deus sæpè auxilia excitat immediatè per seipsum sine interventu causarum secundarum; sæpè his etiam intervenientibus. Iunxi Conclusiones ob Doctrinæ connexionem. Et ostenditur primò: cùm Deus sit specialissimus Author Gratiæ, nequit alteri tribui principalis excitatio. *Spiritus* enim ubi *vult spirat*. Secunda probatur quoad primam partem, à posteriori quidem: quia sæpè sæpius experimur in nobis cogitationes bonas intempestivas ad rerum occursus, & suaves quasdam affectiones cœlestium: cui has excitanti tribuas, nisi Deo? A priori verò: quia causæ Primæ est determinare indifferentiam secundæ; cùm non apparet ratio, quare feratur huc potiùs, quàm illuc. Confirmatur. Quia decet summum Dei in Nos amorem, liberalissimam Providentiam suam, & copiosam Salvatoris Nostri Redemptionem, ut nobis inter tot sensibilia, quæ frequenter à Cœlo removent, & movent ad turpia, constituris, subveniat Deus per subsidiarias istas illustrationes, & affectiones, quibus alioqui *rebelles voluntates nostras compellat intrare ad Cænam Agni*. Probatur secunda ipsa Conclusio quoad secundam partem: quia Deus in hunc finem instituit innumera media in Ecclesiâ Sanctâ suâ, Prædicationis, lectionis, miraculorum: quibus adde Ministros hortantes, Amicos suadentes, Custodes Angelos, & id genus innumera, quibus *Deus vult omnes homines salvos fieri*.

Conclusio tertia.

Suarez. Granadus. Ripalda. S. Bernard

14 Sit tertia conclusio: Angeli, Homines, & alia Agentia naturalia, sunt etiam plerumque causæ excitantes Auxiliorum Divinæ Gratiæ. Probatur de Angelis, ex communi existimatione Fidelium, & Sanctorum Authoritate, quam addensant Suarez, Granadus, & Ripalda. Vnum legite Bernardum *serm. 12. in Psalm. Qui habitat*, ad illud: *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis*. Et ratio est, quia nec potestas deest Angelo, nec voluntas. Probatur etiam de Hominibus, & aliis etiam Agentibus: nam homines Ministri sunt Dei penès id muneris: plantant ipsi, & rigant exteriùs per prædicationem, per scripra, per exempla, per miracula, & id genus alia (quæ sunt Agentia naturalia, & ratione carentia) quibus mutatur interior sensus, & inde derivatur in intellectum, vel naturalis species, vel apprehensio, quibus utitur, ut incrementum det Deus per illuminationem Spiritûs Sancti, & affectiones fæcundas meritorum. Sed elucidanda sunt hæc: &

Quæstio prima:

15 Quæres primò: quomodo Deus excitet immediatè, & per se ipsum in nobis auxilia? Respondeo, Deum excitare per se ipsum, vel per immediatam infusionem illustrationis, elevando Potentiam, ut supernaturaliter percipiat, & afficiatur; vel per immediatam applicationem, & usum specierum Naturalium, quæ in intellectu sunt, ad supernaturalem apprehensionem, statuendo scilicèt per Decretum efficax, & independens à libero arbitrio, elevare potentias, & species, vel extrinsecè per assistentiam suæ Omnipotentiæ, vel intrinsecè per infusos habitus, si isti sint in Animâ, ad eliciendam supernaturalem illustrationem, & annexam affectionem in eo perfectionis gradu, qui sibi libuerit.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt. Suarez.

Secunda:

16 Quæres secundò: an externa Ministeria, quibus Deus non semel utitur ad excitationem auxiliorum immediatè, & physicè concurrant ad ipsa? An saltem Angeli? Respondeo negativè contra Vegam de Angelis affirmantem *lib. 6. in Tridentinum cap. 8.* Nostra verò resolutio communis est, & quoad alia externa ministeria, probatu facilis: nam externa movere non possunt intellectũ, nisi quatenus operantur in sensus externos. Probatur exinde de Angelis. Primò: quia juxta communem Theologiam videndam apud Suarez de Angelis *lib. 6.* Angeli nihil possunt circa homines, penès eorum animos, nisi movendo in capite species sensibiles, & in corde, & toto corpore humores, quibus excitentur in Phantasiâ tales perceptiones, & in appetitu sensitivo tales appetitiones, ut occasionem præbeant Deo ad supernaturales motus: penès eorum corpora nihil possunt, nisi per motum localem applicando activa passivis: ergo solus est Deus qui physicè supernaturales in animo motus excitat immediatè.

Vega.

Bernard. Laur. Iust.

17 Secundò: quia licèt Angeli possent potentias naturales intellectûs, & Voluntatis circa naturalia, & quoad actus naturales excitare physicè, & immediatè, tamen quoad supernaturales negari deberet ipsis tale genus excitationis: quia superna prætervolant activitatem omnis Naturæ. Fateor potuisse Deum, & illa externa ministeria, & Angelos, juxta communem sententiam rebus omnibus Potentiam obedientialem concedentem, elevare, ut instrumentali-

Quæstio tertia:

ter efficerent in Animâ supernaturales hos motus: quin inde sequeretur in talibus donis oblæsio ulla vel supernaturalitatis, vel gratuitatis: quæ rationes unicè videntur obstare tali causalitati, ut expendit optimè Pater Suarez *lib. 3. cap. 11. à num. 4.* Verùm ut ipsis concedatur hoc genus excitandi, nec habetur fundamentum in Scripturis, imò nec cõforme videtur ipsis unicè Deo tribuentibus immissionem, & infusionem Gratuitorum.

18 Vnde potest formari tertia ratio: Nam vel Angeli præstarent excitationem hujusmodi per potẽtiam naturalem, aut per obedientialem. Non primum: quia superna sunt supra Naturæ vires. Non alterum: quia nullum extat fundamentum: ergo immediatè non excitant Angeli supernaturalis Auxilia Gratiæ.

Quæstio tertia:

19 Quæres tertiò: quid ergo præstant Angeli, & quâ ratione sunt excitantes causæ auxiliorum? Videtur enim valde commendari causalitas Angelorum in Auxilia apud aliquos Sanctos Patres, præsertim Bernardum, & Laurentium Iustinianum, ita ut difficile sit eorum elogia, nisi per immediatam excitationem impleri. Respondeo primò: Angelos non aliter excitare ad auxilia superna, nisi per immutationem sensûs tam externi, quàm interni, movendo scilicet in capite sensibiles species, & in corde, ac toto corpore humores, & per hunc motum excitando tales cognitiones in Phantasiâ, & tales affectus in potentiâ appetitivâ, & æstimativâ, qui opportuni sint, ut Deus supernaturaliter moveat intellectum, & Voluntatem. Vndè eatenùs excitant istas, quatenus Deo præbent occasionem, ut excitet. Respondeo secundò: Alias illustrationes, & affectiones quæ supernæ non sint, sed entitativè naturales, indebitæ tamen, excitare possunt Angeli, vel immediatè, vel non ita remotè: nam cùm habeant vim immutandi sensum, tribuitur ipsis quicquid ex eâ immutatione naturaliter sequitur: & sequuntur certè plurima bona, sicut & mala plurima ex immutatione, quam Dæmon facit. Respondeo tertiò: utriusque generis auxilia excitari ab Angelis, quatenus hoc, vel illo modo removent à nobis impedimenta, quæ nocent: & juxta triplicem hunc sensum intelligendæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Montoya.

sunt illæ confortationes, illuminationes, & piæ immissiones, quas Angelis tribuunt respectu Nostri Sancti Doctores. Vide Montoyam *disp. 40. de Prædest.* *sect. 5.* latiùs hæc evolventem.

Quæstio quarta:

20 Quæres quartò: quid præstare possunt homines, & quâ ratione dici possint, & debeant causæ excitantes auxiliorum Divinæ Gratiæ? Respondeo, homines diversissimè, ac Angelos excitare: nam Angeli id præstant per immutationem internam sensuum, ut vidimus: at homines præstare solùm id (physicè loquendo, nam de morali alio influxu impetrationis, & meriti loquar *infra*:) possunt per immutationem sensûs externi, mediâ prædicatione, scriptis, exemplis, & id genus aliis: unde succedit naturaliter immutatio sensûs interni, & exinde specierum, & apprehensionum excitatio circa bona sensata: quibus utitur Deus, ut supernaturale lumen infundat.

Infrà à num. 25.

Quinta:

21 Quæres quintò: qualiter pendeat ab hoc externo ministerio rerum, nempè Prædicationis Evangelicæ, piæ lectionis, hortationum sanctarum, exemplorum, & similium, supernaturalis illustratio, & nostra conversio: ut Ministri possint ab Apostolo dici, *quòd plantent, & rigent*, & in aliquo sensu possit illis tribui, & verti laudi nostra justificatio, & conversio, quæ liberalissimè fit à Deo? Respondeo primò: dicendum, eas locutiones Apostoli, & alias, quibus gloriatur in Domino se multos *per Evangelium genuisse*, importare aliquam dependentiam nostræ justificationis, & conversionis ab his externis ministeriis à Ministro Evangelico præstitis.

22 Respondeo secundò: eam dependentiam fundari in aliâ dependentiâ illustrationum supernaturalium ab ipsis ministeriis externis, quam sic explico. Apponit Minister ad sensus apta media, ut inde immutetur sensus internus, tam sensitivus, quàm æstimativus, & appetitivus: ex quibus, vel ex eorum sensibilibus speciebus negotiatur sibi naturaliter intellectus speciem intelligibilem objecti: ecce semen, quod facit per externa ministeria, Evangelicus Minister in Fidelium mentes: hoc semen naturale secundùm se, & alioqui sterile circa supernos fructus, fœcundat misericorditer, *qui incrementum dat Deus*, elevando nempe speciem illam naturalem ad eliciendas illustrationes; unde initiatur affectio, & derivatur conversionis nostræ proventus. Unde bene dicuntur *plantare, & rigare* Ministri: quia nascitur fructus ab semine, quod: ipsi plantant propositione cælestium rerum; & iteratione rigant. Deus verò dat incrementum unicè, quia semen illud alioquì sterile, elevationes salutari fœcundat. Vide de Cardinalem de Lugo *disp. 9. de Fide sect. 4 num. 58.* & quæ anticipavimus *lib. 11. à num. 193. & à num. 197.*

Card. de Lugo. Suprà lib. 11. Sexta.

Loc. cit. lib. 11. à num. 193. & à num. 197. Ripalda.

23 Quæres ultimò: an Deus infallibiliter ex stabili lege externis his rerum ministeriis supernaturales illustrationes, & Gratias innexuerit? Dupliciter *lib. 11. à num. 193.* respondi jam satis Patri Ripaldæ ex suppositione hujus infallibilis annexionis disputanti *disp. 20. sect. 9. 10. & 11.* Primò negavi talem legem infallibilem in Deo: concedens unicè, voluisse Deum favere nobis per hæc media, sumendo ex ipsis occasionem infundendi nobis illustrationes, & affectiones sanctas supernaturales, non quidem infallibiliter, & pro semper, sed regulariter, & frequenter, ni nostra ingratitudo demereretur beneficiêtiam suam. Id quod firmavi Authoritate, & ratione.

24 Secundò distinxi duplex genus externi ministerii: nam alia sunt specialiter instituta à Deo in hunc finem, ut excitet nos ad se: qualia sunt Prædicatio Evangelica, Hortationes Ecclesiæ, Sacra lectio, Miracula, & his similia. Alia sunt, juvantia in hunc finem, licèt in ipsum primariò destinata non sint, sed ex ipsâ creationis serie constituta: qualia sunt varii rerum occursus, contemplatio universi, consilia amicorum, & similia. Secundi hujus generis ministeriis non innexui ex infallibili lege superna auxilia: quia sine fundamento dicerentur annexui tamè infallibiliter ex lege Dei Ministeriis Primi generis: quia id videtur exigere primaria eorum institutio. Verumque firmavi, & illustravi multis *loc. cit.* quæ reponere modò, tædium esset. Eliges ipse, quod appareat probabilius.

Suprà loc. cit.

SEC-

SECTIO III.

CAUSÆ MORALES AUXILIANTIS Gratiæ.

Causa Moralis, quæ?

25 ILlæ sunt, quæ vel ultra physicam, vel præcisim ab ipsâ, talem circa Auxilia causalitatem exercent, ut ipsis imputari, & tribui debeat eorum existentia. Id quod multiplici titulo potest accidere. Primò: ratione donationis omninò liberæ, & gratuitæ. id est, nascentis à pleno, & perfecto dominio, sine ullâ obligatione donandi, fundatâ in juribus Donatarii. Nam potest aliunde supponi obligatio aliqua, quæ gratuitatem non lædat, putà liberalem permissionem Domini. Secundò, ratione impetrationis, & meriti. Tertiò, ratione inductionis per modum conciliantis, & suadentis, aut apponentis ex industriâ id, ex quo infallibiliter sequatur effectus.

Conclusio prima:

26 Sit prima Conclusio: Causa principalissima moralis auxiliantis Gratiæ, Deus est: & quidem primo titulo moralis causalitatis, qui perfectior est. Patet: Deus enim ex perfectissimo dominio, sine ullâ obligatione retribuendi, nobis donat auxilia, & prima quidem solus exercet liberè, & sine ullâ præcessione impetrationis, aut meriti ex parte Donatarii: in quâ radice, ulteriora etiam auxilia, licèt aliquomodò impetrentur, absolutè sunt Gratia.

Secunda:

27 Sit secunda Conclusio: Ratione causalitatis meritoriæ, Christus Dominus, & Redemptor Noster, est causa moralis omnium auxiliorum Divinæ Gratiæ, quæ data, vel danda sunt omnibus creaturis. Difficultates hinc emergentes vinctæ sunt *alibi*. Nunc assertio patet: Christus enim est Ille fons plenus Gratiæ, & Veritatis, *de cujus plenitudine omnes accepimus*: est Caput omnium creaturarum, influens in membra per causalitatem meritoriam Gratiæ, & Donorum. Et hæc gloria decet laudé Redemptoris; nec ipsi negâda est, si conformis sit Scripturis, Patribus, & Rationi. Conformem esse maximè, evici jam *in Opere de Incarn. lib. 5. disp. 4.*

Tom. de Incarn. lib 5. disp. 4.

Conclusio tertia:

28 Sit tertia Conclusio: Probabile est, etiam Immaculatissimam Virginem esse causam moralem omnium auxiliorum, quæ data vel danda sunt exteris Creaturis, nempe in ratione impetrationis, & meriti congrui. Sic centet P. Aldrete *de Prædestinatione disp. 18. sect. 4. 5. & 6.* ubi satis ostendit, quàm sit hæc opinio Sanctis Patribus, & rationi consonnis. Hanc insinuo: hæc prærogativa, quæ Virginem Matrem ostentat verè Matrem Gratiæ, Mediatricé, & Corredemptricem Mundi cum Filio, ducit & Filium, & Matrem, & nentri repugnat: ergo est asserenda Virgini: quippe *regula*, quâ metiendæ sunt Magnæ Matris Prærogativæ, ut juvante Deo, & ipsâ, morosius expendam alibi, *Possibilitas*, & *Decentia* sunt.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. Aldrete: & suprà lib. 8. à num. 206. Regula pro B. Maria Virg. Prærogativis:

Conclusio quarta:

29 Sit quarta Conclusio: Iustus aliquando est causa moralis auxiliantis Gratiæ, etiam Primæ, respectu alterius hominis, in ratione impetrationis, & meriti congrui. Patet, tùm ex illo Augustini, precibus Stephani tribuentis Sauli Conversionem. Tùm ex communi existimatione Fidelium: cui & annectitur ratio: nam hæc nec excedit sphæram impetrationis supernaturalis, nec gratuitatem evacuat. Non illud: quia sunt impetratio, & Auxilium ejusdem ordinis. Non istud: quia ea illa impetratio est specialissimum Dei donum.

Augustin. Lib. 8. à num. 203.

Conclusio quinta. Suprà lib. 8. à n. 209. & lib. 9. per tot.

30 Sit quinta Conclusio: Ex viribus, & conatu Naturæ nec est, nec esse potest homo causa moralis ullius auxilii in ratione impetrationis, meriti, aut congruæ dispositionis, licèt exiguæ: Ex viribus verò Gratiæ potest esse: et plerumque est causa hujusmodi moralis alicujus auxilii, quod primum non fiet primi, licèt fortè possit in aliâ Providentiâ, in istâ nec est, nec potest. Unde totus ordo Gratiæ est simpliciter indebitus, & omninò gratiosus, factus in Nobis à Deo sine nobis, in radice Primæ Gratiæ auxiliantis.

Montoya.

31 Tres partes habet Assertio, pro quarum probatione, debet, qui Theologus esse desiderat, videre Montoyam *toto tractatu 3. de Providentiâ.* Prima pars contra Massilienses pititur illo principio: quòd Natura sit omninò improportionata cum excellentiâ entium supernorum, quod elucidat P. Ripalda *tom. 1. à disp. 15. ad usque decimam nonam per totas.* Secunda est Augustini concedentis Fidei, subsequentium auxiliorum impe-

Augustin.

tra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

trationem, & patet: nam congruum est, ut operanti ex Gratiâ, faveat per uberiora auxilia Deus. Tertia pars etiam est omninò vera: nam, licèt principium meriti cadere posset in meritum, vel solutoriè, vel remuneratoriè, juxta varias Doctrinas hucusque ingeniosè productas à Doctoribus in hac controversiâ, tamen oppositum Axioma juxta præsentè Providentiam tenetur ab omnibus respectu nostri. Et ratio est ipsa descriptio Gratiæ, quam ex Scripturis, Conciliis, & Patribus accepimus. Latè Nos de his in opere *de Incarnatione lib. 3. disp. 3.*

Latè in Opere de Incarnat. lib. 3. disp 3. & sup. lib. 8. à num. 200.

Quæstio incidens.

32 Quæres tamen pro complemento Doctrinæ; an his non obstantibus, supernaturalis Vocatio, nempe Primum Auxilium pendere possit ab eorum, qui vocantur, actibus reipsâ naturalibus? Videtur id insinuasse Pater Molina, & apud Thomistas incurrit notam, & invidiam Massiliensium. Verùm tantum Magistrum apertè vindicat, & explicat Doctor Eximius *part. 2. de Gratia, lib. 3. cap. 12.* doctissimè, & latissimè quæstionem excutiens & resolvens. Ex multis, quæ ibi tantus Doctor; Respondeo primò: supernaturalis vocatio pendere non potest ab hujusmodi actibus, se gerentibus per modum impetrationis, meriti, aut formalis congruæ dispositionis: id quod ex Assertione præcedenti colligitur. Secundò: Supernaturalis vocatio pendere nihilominùs potest ab hujusmodi actibus se gerentibus per modum removentis Prohibens, aut per modum materialis dispositionis subjectivæ.

Molina.

Suarez.

Resolutio

Conformis ad ea quæ dicta sunt latè lib. 9. à nu. 154. & à num. 165.

33 Removent Prohibens, primò, excutiendo torporem, & negligentiam, cavendo nova peccata, quæ retardare Deũ possent. Secundò, recogitando motiva naturalia, quibus appareat, & abscedat antiquus error. Tertiò, sopiendo species importunas, & offerendo opportunas, quibus utatur exinde Deus. Disponunt materialiter: Primò, reddendo per hæc ipsa subjectum minùs ineptũ vocationi. Secundò, per excitationem motivorum naturalium, quibus duci naturaliter in Deum possit. Tertiò, attemperando cõplexionem, & genium, cui plerumque se conformat Deus in auxiliorum dispensatione. Hæc genera causalitatis nec obstant supernaturalitati auxiliorum, nec ipsorum gratuitati: imò conformia sunt ordinariæ Providentiæ vocãtis Deũ dantis occasionem externam Prædicationis, aut Lectionis, quibus externè vocamur; & sinentis exinde Potentias naturaliter negotiari penès audita, aut visa antequam supernaturaliter vocet: hos actus inter externam illam vocationem, & istam internam altioris, & secretioris ordinis intermedios, plerumque, juvare positivè, si supernaturales sint; & negativè, modo, quo descripsi, si sint naturales, ut esse soleant communiter, certum existimo cũ Patre Suarez, quem vide. Bene crederem, eos plerumque, licèt ex supernâ non sint, esse tamen ex gratiâ ordinis naturalis, & saltem denominativè pertinere ad ordinem Gratiæ ex extrinsecâ in ipsam ordinatione ratione supernaturalis Providentiæ. Revide de his anticipatò præmissa *lib. 9. à nu. 154. & à num. 165.*

P. Suarez

DIS-

DISPVTATIO LXIII.

AVXILIANTIS GRATIÆ Multiplicitas.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

34 NAM & Gratia dicitur *Excitans*; *Adjuvans*; *Operans*, *Cooperans*; *Antecedens*, seu *Præveniens*, *Comitans*, *Subsequens*, *Sufficiens*, & *Efficax*: hæc sunt membra communia divisionis: quæ primùm explicabo; postmodum comparabo; nam controversias, quas involvunt istæ divisiones, partim in præcedentibus jam evolvimus, partim tangere disputando non possumus. Legendi de his Pennotus *toto lib. 9.* Montoya *tract. de Providentiâ ferè per totum*; Alvarez *toto etiam lib. 8. de Auxiliis*: & Omnium instar Eximius Doctor *part. 2. de Gratiâ*: ubi Divisiones has Gratiæ doctissimè versat, & elucidat locupletissimè.

Disputationis scopus.

Pennotus. Montoya. Alvarez. Suarez.

SECTIO I.

PERCVRRVNTVR, ET EXPLICANTVR Actualis Gratiæ Divisiones.

Prima Divisio: ex Trident. Augustin. Bernard.

35 PRimò dividitur Gratia in *Excitantem*, & *Adjuvantem*: Ex Conciliis præsertim Tridentino *Sess. 6. can. 5.* & ex Patribus, præsertim Augustino, & Bernardo: accedente communi suffragio Theologorum. *Excitans* est, supernaturale donum internum, quo à Deo gratis immisso formaliter, & prævie movemur, & vocamur ad actus salutares. Id quod ex ante discussis, unicè convenire potest illustrationibus, & affectionibus supernis, quibus vigilare nos facit formaliter Deus, & attendere, atque adeò excitat quasi è somno torporis, & desidiæ juxta illud: *Surge qui dormis. Adjuvans* est: supernaturale donum internum effectivè juvans voluntatem ad actus salutares ad quos excitata, & vocata est. Id quod juxta nos convenire etiam debet eisdem ipsis illustrationibus, & affectionibus Sanctis, habitibus, & donis internis. Nõ verò extrinseco Auxilio; quo Deus suppleat absentiam habituum: licèt enim id contendat optimè Doctor Eximius *lib. illo 3. toties citato*: tamen satius est admẽtem Sanctorum Patrum contra Pelagium hæc omnia limitare ad Gratiam creatam, & internam Nobis à Deo infusam.

Quid Gratia Excitans?

Quid Adjuvans?

Reiecti alii qui modi dicendi.

36 *Displicent* ex his ergo, qui Deum assistentem extrinsecè nobis dixere Gratiam excitantem: Gratiam verò adjuvantem ipsum etiam Deum assistentem extrinsecè ad actus liberos: Quia hæc non est creata, & interna Gratia. *Displicent*, qui Gratiam excitantem dixere qualitates quasdam emortuas ex se fluidas; Gratiã verò Adjuvantẽ, solos habitus: Quia nec illæ Qualitates sunt possibiles; Nec, permissæ, formaliter excitant: Nec soli habitus effectivè concurrunt. *Displicent*, qui dixere Gratiam excitantem esse quidem motus illos indeliberatos; Adjuvantem verò, ipsum nostrum consensum liberum, quatenus dicit simultaneum & supernum Dei concursum: quia licèt Gratia adjuvans in actu secundo per concursum juvet, at se debet habere ex parte principii.

37 Secundò dividitur in *Operantem*, & *Cooperantem*: quas subtiliter, & profundè tetigit Augustinus *lib. 1. de lib. Arb. cap. 17.* per hæc Verba: *Ille, Deus scilicet, præparat Voluntatem, & cooperando perficit, quod operando incipit, quoniam ipse, ut velimus, operatur inc piens, qui volentibus cooperatur perficiens. Ut ergo velimus, sine nobis operatur; cùm autem volumus, & sic volumus ut faciamus, nobiscum cooperatur: tamen sine illo vel operante ut velimus, vel cooperante cùm volumus, ad bona Pietatis operabit valemus.* Id quod ex ipso conceptissimè reponit Arausicanum *can. 9.* Ex quibus *Gratia Operans* est illa, quâ Deus operatur in nobis sine nobis, liberè scilicet, & moraliter concurrentibus: neque enim exclu-

Secunda Divisio, ex Augustino. Arausic.

Quid Gratia Operans: & quid Cooperans?

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliāt.

excludit omne Genus cooperationis materiæ physicæ, liberæ, & meritoriæ, sed has duas, unde dicitur Gratia solius operantis Dei. Id quod patet in Gratiam excitantem coincidere. *Cooperans* est illa, quâ Deus operatur nobiscum liberè concurrentibus: est enim respectiva ad cooperationem nostram: Id quod Adjuvanti Gratiæ convenire debet. Hæc est explicatio communis, illustrata mirificè à Montoyâ *loc. cit. disp.* 31. & 32. & à Magno Suarez *lib. illo* 3. *cap.* 10. 21. & 22.

Montoya. Suarez.

38 Sed nec pauci Theologi recedunt in alias, quæ licèt Doctrinam veram contineant, aut non apertè falsam; tamen ex eo *displicent*, quia videntur minùs Augustino conformes. Primo: Vega voluit Operantem esse, quæ excluderet omne Genus Cooperationis nostræ physicæ, liberæ, & meritoriæ; unde putavit illustrationes, & affectiones vitales à solo Deo immitti, & produci. Cooperantem, quæcumque diceret aliquod illarum cooperationis genus. Secundò: Bellarminus cum non paucis, (cui novissimè adhæsere Magni Theologi Antonius Perez, & Martinus Esparza, subtiliter huc trahentes Augustinum) voluit operantem esse, quæ excluderet cooperationem nostram moralem, & meritoriam: quod unicè convenit Gratiæ, quâ Deus operatur nobiscum primum velle liberum; Cooperantem, quæ nostram illam cooperationem admitteret; quod convenit Gratiæ ad subsequentes actus tam internos, quàm externos cooperanti nobiscum. Tertiò: paulò aliter alii cum Durando, Operantem vocant, quâ Deus operatur internum velle: Cooperantem, quâ operatur opus externum. Quartò alii Operantem vocant: quâ Deus agit in nobis liberam intentionem finis; Cooperantem, quâ agit electionem. Quintò, alii limitant divisionem hujusmodi ad Gratiam Habitualem, ut sit Operans, quatenus Sanctificat; Coopetans, quatenus est merendi Principium: ita Sanctus Thomas. Verùm istam unicè commendat Authoritas Sancti Thomæ: cæterùm ad rem præsentem importunam dixisset aliquis. Alias ut minùs Augustinianas in hoc puncto relinquo: nam juxta Augustinum, ut expendunt Suarez, & Montoya *cit.* Vtraque Gratia Operans, & Cooperans, necessaria est respectu cujusvis

Deseruntur Vega:

Bellarmin

Aut. Per. & Esparz

Durand. & alii.

S. Thomas.

Augustin. Suarez. Montoya.

actûs interni deliberati, sive sit primus, sive secundus; sive sit intentivus, sive electivus: quod ex Augustino expressè definit Arausicanum 2. *can.* 9. *Quoties bonum operamur; Deus in nobis, atque nobiscum, ut operemur, operatur.* Ex quo manifestè colligitur veritas explicationis nostræ.

Arausic.

39 Tertiò, dividitur in *Prævenientem*, seu *antecedentem*, *comitantem*, & *subsequentem*. Hujusmodi trimembrem partitionem ex Scripturis habes in Tridentino *sess.* 6. *cap.* 16. sic statuente: *Bona eorum opera semper antecedit, comitatur, & subsequitur.* Variè varii Gratias has explicant, solo vocum discrimine. Ipse explico cum Suarez, Bellarmino, & Montoya. Prævenientem, seu antecedens est Gratia, quæ antecedit liberum voluntatis consensum, ad quem movet. Vnde recidit in Excitantem: quæ dicitur Vocatio à Tridentino *sess.* 6. *cap.* 5. Comitans est, quæ liberum consensum comitatur, ipsum nempè coefficiendo cum voluntate: unde recidit in Adjuvantem. Subsequens dicitur respectivè ad aliam Prævenientem.

Tertia divisio, ex Tridentin Quid Gratia Præveniens? quid, Comitans? quid Subsequens? Suarez. Bellarm. Montoya.

40 Vnde cùm multipliciter possit hic respectus excogitari, multipliciter explicari poterit Gratia subsequens. Primò, ut sit subsequens prævenientem; & sic Gratia ipsa operans, ut talis, erit subsequens, quod Eximio placet *l.b. lle* 3. *cap.* 23. *num.* 5. Secundò: ut sit subsequens Prævenientem, & operantem; & sic ipse consensus est Gratia subsequens, quod est Augustino conforme. Tertiò: ut sit subsequens liberum consensum voluntatis, & sic illæ Gratiæ, quæ dantur ad continuâdum primum consensum, seu ad perseverandum in illo, sunt Gratiæ subsequentes. Item illæ, quæ dantur post internum consensum ad executionem operis boni: quæ duæ acceptiones Augustino, & Fulgentio expensis à Montoya conformes sunt.

Augustin.

41 Quartò, dividitur in *Sufficientem*, & *Efficacem*. Præmitto explicationi *duo* pro Gratiâ sufficienti: pro Gratiâ efficaci, alia *duo*. *Primum* pro sufficienti est: Eam scilicet sumi posse, contradistinctè ab insufficiente, & ab eo quòd ponatur effectus, vel non ponatur, scilicèt præcisivè ab effectu, prout dicit vires cum effectu conjungibiles, & ad ipsius positionem

Quarta Divisio in Sufficientem; & Efficacem.

nem sufficientes: & hoc modo auxilium efficax, etiam est sufficiens. *Secundum* est: eam sumi posse, contradistinctè ab efficaci Gratiâ; & hoc modo est Gratia ineffícax *præcisè sufficiens*, & venit in hanc divisionem.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliāt.

42 *Primum* pro Gratiâ efficaci est: eam sumi posse pro virtute, seu energiâ auxilii valde vehementis, & intensi ad inducendum effectum, licèt ipsum impediat renitentia Voluntatis. Sic Augustinum accepere non semel aliqui Theologi, satis aptè; & dicere solemus Concionatorem fervidè, & efficaciter gerere se in ministerio suo: Idque sonat Eximio Doctori, illud Doctoris Gentium *Ad Hebræos* 4. *Vivus enim est sermo Dei, & efficax. Secundum est*: Eam sumi à Theologis pro Gratiâ, quæ reipsâ conjungitur cum effectu, ratione connexionis sive intrinsecæ, sive extrinsecæ; sive antecedentis, sive consequentis; de quo fuit acerrima Quæstio, quam non ventilabimus, sed præcisè repræsentabimus: & quæ Gratiam efficacem hoc secundo modo considerat, sive in se sit effectiva physicè, sive non: quod malè confundunt aliqui Thomistæ post Alvarez cum quæstione de Efficaciâ.

Hebræor. 4.

Alvarez.

43 Ex quibus quoad rem præsentem, Gratia Efficax erit, quæ ita movet, ut sortiatur effectum. Inefficax, & purè sufficiens erit, quæ cùm vires voluntati præstet, quibuscum reipsâ potest consentire, si velit, non sortitur effectum. Clariùs, breviùsque, & magis ad phrases, ac mentem Augustini: *Gratia sufficiens*, est *quæ dat posse. Efficax, quæ dat ipsum effectū.*

Augustin.

SECTIO II.

COMPARANTVR, ET ILLVSTRANTur explicatæ Divisiones Gratiæ.

44 VTrûque præstabimus per quæstiones, quæ brevi multa apud Authores dispersa præstringant. Quæres primò: an ista quadruplex divisio ita Gratiam actualem adæquet, ut subdividi in ulteriora membra non possit? Respondeo negativè: Nam sicut à Theologis erutæ sunt istæ divisiones ex variis auxiliantis Doni considerationibus; erui possent ex aliis aliæ v.g. *Gratia sanantis*: quia nos restituit ad Salutem: *Gratia Locupletantis*, quia Justificationis adeptæ divitias auget: *Gratia Vincentis*, quia dat Victoriam nobis: *Gratia Emollientis*, & *deletiantis*, quia præliandi difficultatem elevat, & usum facit amabilem, & suavem.

Quæstio prima:

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliāt.

45 Quæres secundò: an, & quomodo coincidere tot Divisiones possent in unam? Respondeo primò: reipsâ in Gratiam *Excitantem*, & *Adjuvantem* coincidere alias, quas explicui. Nam *Operans*, *antecedens*, & *Præveniens*, suoque modo *sufficiens* recidunt in Excitātem: Nam Excitans, ut est sine cooperatione nostrâ in nobis, est operans; ut prævenit, & antecedit libitum voluntatis est Præveniens, & antecedens; ut præstat vires ad operandum, est sufficiens. Cooperans verò, comitans, subsequens, & efficax recidunt in Adjuvantem: quippè Adjuvans, ut admittit cooperationem nostræ libertatis est cooperans: ut concurrit nobiscum simul, est comitans; ut supponit excitantem, est subsequens; ut conjungitur cum effectu est Efficax. Respondeo secundò: formaliter tamen non coincidere: explicatur enim cum diversitate conceptuum, munerum, & respectuum.

Quæstio secunda:

46 Quæres tertiò: quousque differant interse Gratia Excitans, & Adjuvans? Similisque fieri quæstio potest de aliis ex dictis *num. præced.* Respondeo primò: si Gratia adjuvans in totâ suâ latitudine sumatur, realiter differre ab Excitante: nam illa includit ex *num.* 35. habitualia dona, quibus convenire non potest excitandi munus vitalitatis propriū. Respondeo secundò: si Gratia Adjuvans sumatur solùm contractè ad Actualem distingui realiter ab Excitante ratione obliqui, quod importat: Nam Gratiæ Adjuvans dicit nostram cooperationem, vel simultaneitatem ipsius: Gratia excitans ab utroque præscindit: unde nascuntur plures differentiæ, & una quæstio.

Quæstio tertia:

47 Differentiæ sunt: *Prima*, quòd Excitans solùm præstet moralem; Adjuvans, physicum concursum. *Secunda*: quòd illa suum præstat munus sine nobis: hæc, secùs. *Tertia*, quòd illa suum explet munus, etiam effectu non secuto; hæc, sine effectûs sequelâ non explet. *Quarta*, quòd illi ut tali resisti potest; isti ut tali, non potest. *Quæstio* est: utra sit ma-

Quotquot differant Excitans, & Adjuvans? & quæ Major.

Aranda de Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât. P. Suarez

major Gratia? Excitans, an Adjuvans, tùm in ratione doni, tùm in ratione gratuiti? Tangit Eximius Doctor *cap.* 16. *num.* 12. Dico, in ratione entitatis, & doni stare excessum pro Adjuvante ut tali, quia magis sanctificat, & plus boni affert. In ratione gratuiti, videri excessum dandum Excitanti, quia nec aliam supponit, nec à nostro libito pendet; verùm reipsâ dicendas æquales: quia neutra supponit dispositionem ullam juris, aut meriti. Respondeo tertiò: Has gratias intra lineam Actualis. & quoad rectum, munere differre, non re.

Quæstio quarta:

48 Quæres quartò: an licèt Gratia excitans, aut prævenies non esset physicè effectiva, dici posset Adjuvans? & an in eo casu distingui possent, licèt in recto forent idem? Respondeo affirmativè quoad utrumque. Quoad primum: quia reipsâ juvare dicitur, qui moraliter concausat effectum. Vide Suarez *cap.* 15. & quæ dicta sunt *lib.* 12. *anum.* 3. Quoad secundum, quia etiam forent diversa munera, & ubiquum Adjuvantis reipsâ distinctum ab Excitante.

Suarez, & suprà lib. 12. à num. 3.

Quæstio quinta:

49 Quæres quintò: an uni, & eidem Auxilio possint hæc omnia munera, seu rationes, convenire? Respondeo affirmativè, cum Ripalda aliter explicante *disp.* 13. *sect.* 6. Ipse sic explico: Quia eadem illustratio (nam de Affectione facilius negotium est) est Excitans, ut à somno, vel ignorantiæ, vel desidiæ nos eruit: est Operans, ut est in nobis sine nobis liberè cooperantibus: est Prævenies, & antecedens, ut omnem usum arbitrii præit; est Adjuvans, Cooperans, & Comitans, ut nobiscum liberè cooperantibus operatur: est Subsequens, ut permanet post elicitum primò consensum, & suadet continuationem: est Sufficiens, ut habet annexas operandi vires: est Efficax, ut conjungitur cum effectu.

Ripalda.

Quæstio sexta: S. Thomas.

50 Quæres sextò: an Gratiæ Habituali convenire possint divisiones hujusmodi? Videtur posse: quia Sanctus Thomas ipsi eas applicuit. Respondeo primò: quod & insinuavi jam *num.* 46. abs re esse in hujusmodi decisionibus generaliter Habitualem involvi, cùm sermo præcipuus de Actuali sit. Respondeo secundò: munus Excitantis nullomodo competere posse Gratiæ Habituali, quia vitalitatis est proprium: id quod de Prævenientis, & Operantis munere dicendum in sensu proprio loci istius; nam si has voces aliter explices, facilè poteris significatum in Habitualem Gratiam transfundere. Respondeo tertiò, munus Adjuvantis, Cooperantis, & Subsequentis competere ipsi posse. An verò possit respectivè ad omnes actus salutares esse Adjuvans, & Cooperans, pendet ab illâ quæstione gravissimâ: an influere possit in actus etiam pro instanti determinato præceptos?

Quæstio septima:

51 Quæres septimò: an Gratia Adjuvans, & Cooperans sortiantur has denominationes, etiam non adjungente, pro suo libito, Voluntate consensum ad quem vocatur? Montoya *disp.* 36 *de Provid. sect.* 6. latissimè contra Bellarminum, Molinam, Vazquez, & Mascarenas affirmat; & inter alia probat ex Tridentino definiente hominem Excitanti, & Adjuvanti Gratiæ liberè assentiri: ergo potest non assentiri: ergo ratio Gratiæ Adjuvantis præcedit assensum. Respondeo cum distinctione: vel Gratia Adjuvans, & Cooperans sumitur in actu secundo pro Gratiâ reipsâ præstante munus Adjuvandi, & Cooperandi; & sic has denominationes non habet, nisi posito consensu, & cooperatione voluntatis: id quod Authores à Montoyâ impugnati volunt; & Tridentini sensus est; hominem liberè assentiri Gratiæ Excitanti, & Adjuvanti, si velit ipsâ uti: subjacet enim penès hoc munus arbitrio nostro. Vel Gratia Adjuvans, & Cooperans sumitur in actu primo pro Virtute Adjuvativâ, & Cooperativâ: & in hoc sensu denominationes has habet Gratia ante consensum; idque Montoya vult, contendens proprietatem locutionis ex eo Pauli 1. *Corinth.* 13. *Charitas patiens est*, id est parata pati. Lis est de Nomine: & stâdo ethimologiæ videtur aptior Bellarmini, & Molinæ locutio.

Montoya. Bellarmin Molina. Vazquez. Mascaren. Trident.

1. *Corinth.* 13.

Quæstio octava, de qua suprà lib. 3. à num. 491.

52 Quæres octavò: An Gratiæ cooperanti, ut cooperanti conveniat ratio Gratiæ prævenientis? Affirmant Alvarez *disp* 82. *de Aux.* & Navarrete *in introductione de Auxiliis*, & cum Doctore Castell, Thomistæ Recentissimi, nixi physicis suis prædeterminationibus, quatum munus est non cooperari solùm, sed cooperando præoperari, & prævie agere. Sed hoc principium, falsum est. Eo etiam

Alvarez. Navarret Castell.

per-

P. Suarez

permisso demonstrat Eximius Doctor 3. *part. de Grat. lib.* 3. *cap.* 24. hos Authores contradictoria loqui. Nam ea Gratia, ut est in nobis sine nobis, & ut informat Voluntatem, & propriori connectit cum effectu, Prævenies est: hæc autem ab actuali influxu præscindunt, à quo debet dici cooperans. Lege Doctorem Nostrum, Thomistarum acumina retundentem, & hebetantem. Respondeo ergo primò negativè, etiam in viâ Prædeterminantium. Respondeo secundò: si Gratia cooperans, ut talis, reduplicat supra actum secundum; non potest sub eâ reduplicatione convenire ipsi ratio Prævenientis, quæ aliunde sumitur. Si reduplicat unicè supra virtutem cooperativam, ut cum Montoya notabam *num. præcedent.* convenire ipsi poterit ratio prævenientis in sensu reali; secùs in formali, ex diversitate munerum, & respectuum.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Quæstio nona: De Mente Augustin.

53 Quæres nonò: quid sibi voluit Augustinus loquens de Gratiâ Operâti, & Cooperanti, dicendo; *Ut velimus, sine nobis operatur; cùm autem volumus, & sic volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur?* Ratio dubitandi est triplex. *Prima:* quia Augustinus interdum dicit Deum operari in nobis, *ut velimus*; interdum, operari ipsum *velle. Secunda:* quia hîc dicit Deum operari, *ut velimus*, sine nobis; & *lib.* 1. *ad Simplician. quæst.* 2. ante medium dicit: *ut velimus, suum esse voluit, & nostrum; suum, vocando; nostrum, sequendo:* quod fieri nequit, si sine nobis sit. *Tertia:* ex eisdem locis: nam addit Augustinus ad Simplicianum: *Præstat Deus, ut velimus aliter, quod voluerimus; ut velimus enim, & suum esse voluit, & nostrum; suum vocando, nostrum sequendo: quod autem voluerimus, solùm præstat.* Videtur Augustinus loqui contradictoria.

Mens Augustini.

54 Respondeo: Dum Augustinus dicit, Deum operari in nobis, ut velimus, loqui ipsum de Gratiâ Excitâte, & Operante, quam sine nobis liberè concurrentibus facit Deus, ut explicuimus *lib.* 10. *à num.* 102. & per quam inclinat, incitat, & procurat, ut deliberatè velimus; cùm autem dicit, cooperari, cùm volumus, loqui ipsum de ipso velle nostro deliberato, quem donat ipse Deus per Gratiam cooperantem: unde solet Augustinus interdum dicere, non solùm operari Deum in nobis, ut velimus, sed ipsum velle facere, vel ut faciamus: hoc intelligens de Gratia Congruâ, illâ, de sufficienti. Ex quo patet ad primam rationem dubitandi.

Suprà lib. 10. à num. 102.

55 Ad secundam, *duo* possunt dici. *Primum*: dari duplex Genus voluntatum, seu volitionum: alia est imperfecta, & indeliberata, quam vocare solet Augustinus, *parvam voluntatem*, seu *charitatem*: & hanc fatetur in nobis esse sine nobis à Deo: Alia est deliberata, & perfecta; & hoc est velle, *Dei*, & *nostrum*: *Dei*, vocando: *Nostrum*, sequendo. Alterum, explicando ea loca juxta doctrinam responsionis, ut in primo sit sensus de solâ vocatione; in secundo, de nostro consensu, quem ex prævià vocatione donat nobis ipse Deus, operando ipsum velle. Imò dici fortè posset, etiam in secundo, sermonem esse de Vocatione, & affectione, quod utrumque facere nostrum possumus, quia sequendo applicamus ad opus.

Difficilis locus, explicatur.

56 Ad tertiam difficiliorem, & in quâ digladiantur maximè Suarez, & Vazquez: hic *disp.* 88. *cap.* 8. ille *opusc. lib.* 3. *de Auxil. cap.* 5. forsan uterque non verè, licèt Suarez interpretationem approbet Montoya *disp.* 31. *sect.* 8. & ex ipso Ripalda *disp.* 112. *sect.* 2. dicatur, ly *ut velimus*, in eo loco sumi ab Augustino *pro consensu nostro libero*: ly *quòd voluerimus*, pro affectione inde liberatâ, quæ cum excitanti, & illuminanti Gratiâ à Deo datur nobis, ut habeamus per illas (ut seipsum statim explicat) posse bene agere, & semper bene vivere. Is mihi videtur legitimus Augustini sensus sine ullâ contradictione.

Quæstio decima:

57 Quæres decimò: an consensui ipsi libero, facto jam ex Gratiâ Prævenientè, & comitante, convenire possit ratio Prævenientis? Multi non audent ullum consensum liberum dicere Gratiam Prævenientem. Multi, nec subsequentem. Vanò, timent ubi non est timor, aut causa timoris. Respondeo cum distinctione, quam tetigi *lib.* 10. *num.* 173. duplicis Gratiæ Prævenientis: & Purè prævenientis, quam nempè nulla præcedat; & prævenientis non purè, id est quæ supponat aliquam, & aliam inducat. Dico ergo primò: Consensui libero supernaturali

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.a Tract. 3. de Deo Auxiliat.

negari non posse rationem Gratiæ: est enim Dei Donum, saltem in radice gratuitum. Dico secundò: ipsi convenire non posse rationem Gratiæ purè Prævenientis, ut patet ex terminis; at convenire posse ratione Gratiæ absolutè prævenientis, licèt non purè. Ratio est: quia ex

Augustin.

Augustino attentè legendo *in Enchyrid. cap. 32.* Gratia Prævenions, præcisè loquendo, solùm requirit præcedentiæ respectum ad alias, qui consentit libero non repugnat. Vide Patrem Antonium

P. Anton. Perez.

Perez *de Grat. Auxiliante disp. 4. cap. 8.*

Quæstio Undecima

58 Quæres undecimò de Gratiâ subsequenti duo. *Primum*: an Gratia subsequens, ea nempe, quæ datur ad executionem operis, distincta sit in ratione beneficii à Præveniente, & Comitante? *Secundum*: an Gratia subsequens intra rationem, & lineam, & munus subsequentis sit etiam Adjuvans, & Comitans? Respondeo de primo, videnda quæ diximus

Suprà lib. 11. à num. 24.

lib. 11. à num. 24. De secundo, respondeo negari posse stando præcisiunculis mentis nostræ, facilè daturæ diversitatem in exprimendo: sed affirmari debere in sensu Theologico; quia etiam ut subsequens ad consensum liberum voluntatis, comitatur, aut etiam antecedit ejus continuationem; & executioni cooperatur. Sic Deum orat Ecclesia pro itinerantibus, ut viam illorum præcedente Gratiâ dirigat, & subsequente comitetur.

Quæstio duodecima & principalis.

59 Quæres duodecimò, & ultimò: an Divisio Gratiæ in Sufficientem, & Efficacem, vera, bona, & tenenda sit? Refragantur Semipelagiani, & Ianseniſtæ post Calvinum, per extrema Vagantes, & fugientes medium veritatis. Nam Semipelagiani (quibus adhæsit per hæc tempora Paulus Bennius Patavinus, *in speciali libello*, sopiturus discordias inter Catholicos; non tam solvendo, quàm, Alexandri more rescindendo subjectum controversiæ, & tollendo de medio divisionem) visi sunt hanc negare, negando auxilium Efficax: Non quia negarent hominem Divinâ Gratiâ excitatum bene aliquando agere; sed quia negabant à Deo esse Gratiam *dantem velle*, concedentes unicè *Gratiam dantem sufficientiam, ut velimus*.

Paulus Bennius. Semipelag error.

Error Ianseniſtarum

60 Ianseniſtæ verò cum Calvinianis, & post Bajum, negant hanc decisionem ex exclusione alterius membri, negando scilicèt Auxilium Sufficiens, & solùm fatendo Gratiam efficacem, saltem in lapsâ Naturâ: Auxilium enim purè sufficiens, putat, & vocat *Monstrum quoddam Gratiæ* Iansenius *lib. 3. de Gratiâ Christi cap. 3.* ex quo præcipitio *quæ non* inferunt, consequenter satis; sed æqualis erroris, & præcipitii. *Primum*: Aliquas esse tentationes, secundùm præsentes, quam habet homo vires, ipsi insuperabiles. *Secundum*: multa præcepta esse homini impossibilia, ea scilicet omnia, quæ non adimplet, peccando. *Tertium*: in Deo non esse voluntatem seriam, salvandi omnes homines. *Quartum*: nec Christum pro omnibus mortuum esse, sed pro electis solùm.

Præceps in alios.

Repressus à Suarez, post Augustin.

61 Impugnat utrosque valdè Doctor Eximius *part. 2. de Gratia lib. 4. cap. 1.* & quidem Semipelagianos ante repressè. Quod Augustinus; nec conatus Bennii prorat fuit quicquam aliud, quam ut moveret Theologis risum, & insignem hominis supinitatem in re Theologicâ fateretur. Ianseniſtas verò damnavere cum annexis erroribus, primùm in Bajo, cujus, ut secuti deviâ opinandi licentiam sunt, sequi cathol. obedientiam, & retractationem debuissent; Gregorius XIII. & Pius V. postmodùm in suo Iprensi ianismo, Innocentius X. & Alexander VII. & nuper, ut diximus *lib. 10. nu. 82.* in ipsis Ianseniſtis, Alexander VIII. Impugnavere denique, & cum Victoria, (quam diffuse in acriter, tamen,) Magni Theologi, Pater Stephanus Decamps *lib. 1. de Hæresi Ianseniana disp. 8. & lib. 3. disp. item 8.* P. Ioannes Martinez de Ripaldâ latissimè *in speciali volumine contra Bajum disp. 23.* P. Franciscus Annatus, *Vindex nostræ Doctrinæ*, contra Thomiſtas; *& Orthodoxæ* contra Ianseniſtas, & Bajanos tum in *Augustino à Bajanis vindicato*, tùm *de Intoacta libertate*, tùm de *Inconcussa Doctrina Sancti Thomæ*, tùm in *Informatione de quinque Propositionibus Iansenianis*. P. Ioannes Martinon, seu Antonius Moraines *in suo Annisseno*. Eminentissimus Aguirre *tom. 3. suæ Theolog. Anselm.*

Greg. XIII Pius V. Innoc. X. Alex. VII. & VIII. P. Decaps. P. Ripald. P. Annat. P. Martinon. Cardinal. Aguirre.

62 Errorem illum Semipelagianorum imponere tentant nobis per illationes, & consequentias Thomiſtæ: Thomiſtis nos reponimus Iansenianum errorem per alias illationes, & consequentias. Vera pars jure potiori gaudeat in deducendo,

Ca-

Catholicæ Scholæ videant: Nam Ianseniſtis, qui obstinatè nos faciunt Semipelagianos, & Thomiſtas faciunt apertè suos, Fides adhibenda non est.

In Primâ par. & in 1.a Tract. 3. de Deo Auxiliat. Auxilium sufficiens. Eccles. 15. Isaiæ 5. Act. 7.

Catholica Veritas de Auxilio Sufficienti & Efficaci

63 Respondeo igitur ex insinuatis, eam Divisionem veram, bonam, & catholicè tenendam esse. *Primò*: ex Ecclesiæ Definitione. *Secundò*: ex Authoritate omnium Theologorum, quorum antiquiores, licèt eam sub his terminis formaliter non expresserint, ut notat in

P. Suarez.

præludio *ad lib. 4. de Gratiâ* P. Suarez; quoad rem constantissimè tenuerunt ut verè Augustinianam. *Tertiò* quoad *Gratiam efficacem*: Tùm quia nihil frequentius in Scripturâ, Conciliis, & Patribus, quàm donari nobis à Deo & Gratiam *dantem* posse, seu, *ut possimus*: & Gratiam *dantem actum*, seu *ut faciamus*. Tùm speciatiter ex illo Pauli

Philipp. 2.

Philipp. 2. *Deus enim est, qui operatur in nobis & velle & perficere pro bonâ Voluntate*: quæ sunt omninò Attributa Gratiæ, quam dicimus efficacem.

In Primâ par. & in 1.a Tract. 3. de Deo Auxiliat. Auxilium sufficiens. Eccles. 15. Isaiæ 5. Act. 7.

64 Quartò quoad *Gratiam sufficientem*: Tùm ex frequentissimâ increpatione Peccatorum, quæ irrationalis esset, ni daretur in ipsis sufficientia. Tùm ex damnatione, quæ certè foret, ex sufficientiæ defectu, crudelis. Tùm ex illis Ecclesiæ 15. *Ne dixeris: per Deum abest*: & Isaiæ 5. *Quid amplius debui facere vineæ, & non feci?* Tùm ex illo Act. 7. *Vos Spiritui Sancto resistitis*: nempe Gratiæ, quam ad increpationem oportebat esse sufficientem, & ex resistentiâ voluntatis inefficacem. Vide de his, quæ *ib.* 10. contra Iansenium anticipavimus, præsertim *à num. 75.* omninò post citatos Authores Eminentissimum Bellarminum *tom. 4.* & alios Controversistas. Nos eâ Divisione cum Catholicis, & Catholicè suppositâ, sine Disputatione repræsentamus Controversiam.

DISPVTATIO LXIV.

PROPONENS, ET NON DECIDENS: AN Gratiæ Efficacis Auxilium ex differentiâ entitativè intrinsecâ, essentialique atque ex vi Prædeterminandi sit Efficax?

Rei gravitas ex annexis quæstionibus.

65 ATTIGIMVS Controversiæ centrum, & Quæstionem Arbitram Scholarum, & Theologiæ: cujus exinde tanta gravitas est, ut (si per Romana Decreta prohibita non esset disputatio) quò magis studere brevitati licet in aliis, eò in eâ deesse minùs liceat plenitudini. Cardo enim est, quo volvuntur innumeræ, quæ Thomisticam Scholam, & Nostram coëgerunt in implacabiles discordias, non quidem Voluntatis, & Cordis; sed Mentis, & Calami. Vtinam in his hæreant, nec irrepant è vicinia Mentis in Animos. Illæ sunt. *Prima*: an ex duobus pari quoad entitatem auxilio vocatis, possit alter, altero dissentiente, consentire? *Secunda*: an sit Arbitrii nostri Gratiâ prævenri, auxilium, quod dicimus efficax, reddere inefficax, aut econtrà? *Tertia*: an hæc Gratiæ Divisio, sit divisio Gratiæ sufficientis, & in membra entitate intrinsecâ differentia? *Quarta*: an possit Deus ante præscientiam Consensûs liberi cõditionatè futuri, quam ipsi dicimus *Scientiam Mediam*, efficaciter decernere consensum ipsum absolutum? *Quinta*: an Deus, ut noscat conditionatè futu-

Prima:

Secunda:

Tertia:

Quarta:

Quinta:

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 12. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.
Sexta:
Septima:
Octava:
Nona.

futura, præconcipiat Decretum efficax, & prædeterminans, in quo videatur *Sexta*: an Scientia, quam *Mediam* ipsi dicimus, necessaria sit ad Prædestinationem? *Septima*: an Prædestinatio sit certa ex causalitate Mediorum irresistibilium, an ex præscientiâ eventûs sub conditione Mediorum alioquin indifferentium futuri? *Octava*: an ad Concordiam Libertatis nostræ cum Divinâ; & Prædestinati, cum efficaciâ Prædestinationis, necessaria sit Conditionata Præscientia nostri consensûs? *Nona*: an Voluntas creata cum Auxilio Gratiæ concurrat immediatè in actus salutares immediatione Virtutis, ut causa partialis? Et his annexæ sunt *aliæ* propemodum *infinitæ*; ut appareat quanto jure vix nata Schola Societatis incubuerit in examen prætentis Controversiæ. Ipse de illâ nec disputare volo, nec disputo, reveritus Romanæ Sedis Authoritatem contentus Catholica Principia, & Controversiæ legitimum sensum, ac in eo Catholicorum opiniones, citra disputationem, repræsentare.

Authoris Idæa.

SECTIO I.

PRINCIPIA COMMVNIA: ET LEGITIMUS Controversiæ Sensus.

§. I.

PRINCIPIA IN HOC PVNCTO CATHOLICIS Communia.

Principii primum:

66 Præter ea, quæ sumi possent ex antè disputatis, specialiora redigam ad *Octo* Propositiones. Prima est: Tam ad actus Supernaturales, quàm ad Naturales immediatè concurrit cum Creaturâ Deus; simultaneo concursu, & quidem indispensabiliter ratione Divini dominii: & nostræ subordinationis ad Causam Increatam, & Primam. Id quod, exceptis Durando, & Dolâ, fatemur omnes contra Pelagium.

Durandus Dola.

Alterum:

67 Secunda est: Præter simultaneum hunc Concursum Ordini Naturali, & Supernaturali communem, exhibitumque à Deo titulo Causæ Generalis, & Primæ, specialiùs concurrit Deus ad supernaturales actus; ita tamen, ut etiam Creatura concurrat. Vtraque pars est Catholica. Prima contra Pelagium: contra Lutherum, & Calvinum altera. Et hæc definitur in Tridentino decernente Arbitrium *non habere se merè passivè* in ordine ad actus salutares. Dissidium longè maximum inter Thomistas & Nos est: an iste concursus exhibeatur à Naturâ immediatione partialis Virtutis innatæ, propriæ: an unicè immediatione suppositi. Id Thomistæ contendunt, consulentes Excellentiæ Gratiæ: Nos, illud, consulentes veritati Tridentini, melius Supernorum excellentiam assecuti contra Calvinum. Convenimus tamen in admittendo concursu Naturæ. Prima pars patet ex necessitate Divinæ Gratiæ, quam, omninò nobis indebitam, nisi dispenset ex Thesauro Miserationum suarum Deus; nihil facere possumus, prout oportet ad Vitam æternam.

Trident.

Supra lib. 12. à num. 29.

Tertium:

68 Tertia est: Datur Auxilium Gratiæ sufficiens, & Efficax: Supernum utriusque, & intrinsecum nobis: hoc tamen ordine, ut Efficax vel supponat, vel includat Sufficiens: & aliquid addat sufficienti, quicquid illud sit. Prima pars stat tuitur ab Augustino *lib. de Corrept. & Grat. cap.* 11. & constat ex dictis *à nu.* 59. ubi nota *delirium Iansenistarum* admittentium eam Gratiæ Divisionem in statu Naturæ integræ, negantium in statu lapsæ: quasi hæc incapax sit juvaminis tantùm sufficientis: unde prorupit eorum illa damnata vox: *Interiori Gratiæ nunquam resistitur*: quia solùm agnoscunt Gratiam physicè Prædeterminativam. Secunda pars statuitur etiam ab Augustino *lib.* 1. *de Gratiâ Christi cap.* 13. & constat etiam ex *lib.* 10. & 11. ubi Gratiam contra Pelagianos ostendimus, & supernaturalem, & internam. Tertia pars patet: nam qui vocatur, ut reipsâ efficiat opus, & efficit, potest efficere: sed Auxilium efficax habet infallibiliter annexum effectum: undecumque proveniat infallibilitas: & sufficiens consistit in *Posse*: ergo auxilium efficax vel supponit, vel includit sufficiens. Quarta demum pars liquet

Augustin.

Iansenist. error.

Augustin.

Augustin.

Supra lib. 10. & 11.

liquet ex dictis proximè: nam Efficax habet annexam operationem; non ita sufficiens: ergo Efficax, aliquid dicit supra sufficiens, quicquid illud sit.

Quartum:

69 Quarta est: Auxilium efficax est speciale Dei Donum. Etiam in hac propositione convenimus: est enim ex eâ

Augustin.

verum quod fatetur Augustinus passim: nempe, donari nobis à Deo misericorditer ipsam operationem. Idque facilè tuentur Prædeterminatistæ: Nos tamen verius, & æquè facilè cum recursu ad Scientiam Mediam: cujus beneficio eligit Deus ex innumeris hoc auxilium, & donat, hominem vocando in eâ opportunitate, *quomodo scit congruere, ut Vocantem non respuat*: verba sunt Augustini *ad Simplicianum*: & hæc est illa *Donatio*, & *Operatio Dei*, de quâ Prosper ad excerpta Genuensium *dub.* 8. cujus defectu neque pœnitentiam egêre Tyrii, nec Iudæi. Vnde hæc specialitas Doni, sive sumenda sit ex entitate physicâ Auxilii, ut Thomistæ faciunt, sive ex præscientiâ Eventûs ex ejus collatione futuri, sive ex electione gratuitâ, prælucente illâ præscientiâ, negari nequit in viâ Augustini, qui *lib. de dono Perseverantiæ* tres quæstiones excitat Augustino dignas.

S. Prosp.

Augustin. quæstiones.

70 Primam: *Cur ex duobus parvulis, æquè obstrictis Originali, ille relinquatur, is assumatur?* Alteram: *Cur ex duobus impiis, ille ita vocetur, ut vocantem non respuat: non, iste?* Tertiam: *Cur ex duobus Piis, donetur huic Perseverantia: non, illi?* Et recurrens ad inscrutabilia Dei judicia, de his, qui nô responderunt, ipse respondet sic: *Non erant ex eis: non erant secundùm propositum vocati: non erant in Christo electi ante constitutionem mundi: non erant in eo sortem consecuti.* Ex quibus patet, specialissimam esse Misericordiam Dei vocantis, auxilium efficax. Id quod expressius repetit Augustinus *de Prædest. Sanctorum cap.* 8.

Ejus verba.

Quintum:

71 Quinta est: Auxilium efficax habet infallibilem connexionem cum operatione, pro quâ datur. Et convenimus omnes in hoc: undecumque proveniat hæc connexio: nam dupliciter excogitari potest. Primò, intrinseca, & essentialis unitati Auxilii, quod dicimus efficax. Secundò: extrinseca, & contingens, eidem entitati. Sive tamen intrinseca, sive extrinseca sit, adstrui debet hæc in auxilio efficaci connexio, dupliciter titulo. Primus est Authoritas Augustini: ipsum audi *lib.* 1. *de Prædest. Sanctorum cap.* 8. de efficaci Gratia sic loquentem: *Hæc itaque Gratia, quæ occultè humanis cordibus Divinâ largitione tribuitur, à nullo corde duro respuitur: ideò quippè tribuitur, ut cordis duritia penitùs auferatur.* Cujus causalis veritas supponitur in efficaci Auxilio ante ipsam operationem connexionem aliquam cum ipsâ eâdem operatione: alioquin non diceretur benè, tribui nobis à Deo ex fine operationis efficaciam Auxilii, & ante ipsam operationem præeligi à Deo, præ inefficaci, Gratiam efficacem, si ante ipsam operationem non supponeretur efficax Gratia, & habeus connexionem aliquam cum effectu. Sed de his in repræsentatione Sententiæ nostræ.

In Primã par. & in 12. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

Augustin.

72 Secundus est ipsa vox efficacis Auxilii. Quæ vox *Efficax* habere solet duplex significatum valdè distinguendum in hac materiâ, prout insinuavi *disp. præced. num.* 41. & rursus inculco. Primum est, ita ut unicè sonet efficientiam: sic orat Ecclesia pro Fidelibus, *ut in Fide inveniantur stabiles, & in opere efficaces*: id est efficientes. Secundum est ita ut sonet Donum speciale, quo *Deus facit ut faciamus*, ita nempe movendo nos, ut reipsâ velimus operarinio quo sensu non solùm importatur Activitas physica, seu virtus operis productiva, sed infallibilis cum ipso connexio, quam assumpsit in Auxilio efficaci Propositio Nostra: de quâ dubitare non poterit, qui Augustinum videre velit *lib. de Grat. & libero Arb. cap.* 16. *lib. de Prædest. Sanctorum cap.* 13. *lib. de Dono Perseverant. cap.* 13. *lib.* 1. *ad Bonif. cap.* 19. *lib.* 4. *ad eundem cap.* 5. Vbi notabis *duo*. Primum: hanc conexionem ex Augustino statuendam in Auxilio efficaci prævio, & præcisim ab absolutâ operatione. Legatur unicè *de Gratiâ, & lib. Arb. cap.* 5. Secundum: aliud esse debere in Auxilio efficaci id, quo movet ad opus: & aliud id quo habet eam infallibilem cum opere connexionem. In hoc disconvenimus Nos maximè cum Thomistis.

Augustin.

Sextum:

73 Sexta est: sine efficaci Auxilio nullum opus salutare fit. Sumitur ex Arausicano definiente sic *cap.* 20. *Multa sunt in homine bona, quæ non facit homo; sicut nullum*

Ex Arausicano.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt. Et August

nullum verò bonum facit homo, quod non præstet Deus, ut faciat homo: quam sententiam sumpsit Aranficanum ex Augustino, similia passim ingerente *serm. 13. de Verb. Apost.* ad illud *Rom. 5. Qui Spiritu Dei aguntur, lib. de Grat. & lib. Arb. cap. 17. Ep. 11. 107. ad Vitalem.* Et ratio est: quia quoties salutariter operamur, necesse est ex Tridentino *sess. 6. can. 3. & 4.* præcedat Prævenies Gratia; quâ *ita vocatur operans, quam deficit Deus congruere, ut vocantem nos sperna.* Quæ pulcra circumlocutio, est, Augustiniana efficacis Gratiæ definitio. Ex hac propositione descendunt illa duo corollaria,

Trident.

P. Suarez

quæ tangit, & firmat Eximius Doctor *part. 2. de Grat. lib. 5. cap. 2. & 3.*

74 Primum: Auxilium Efficax esse ad omnia, & singula salutaria opera necessarium: id quod ex præjactâ propositione de Fide censeo cum Valentino de

P. Herize. M. Lorca.

Herize *in Manuscriptis* contra Lorcam

Paulus Beanius Patavin.

Subdubitantem: & Beanium apertè contradicentem. Alterum: Auxilium efficax esse etiam pro omni statu, & in personis omnibus necessarium ad singulos actus salutares. Vnde Gratia efficax nec est ita propria Prædestinatorum, ut Reprobis non sit communis contra Bẽnium in hac parte sectarios imitatum: Nec ita est propria Naturæ lapsæ, ut Innocenti necessaria non foret, contra Bajanos, &

Ianseniſtarũ error.

Iansenistas discernentes ex intrinsecâ differentiâ Gratias illius, & istius status: nec ita est hominum, ut necessaria non sit Angelis, Deiparæ, Christi Domini

Alii repulsi

Humanitati ad operandum actu contra Nonnullos ex falso principio lapsos in hæc discrimina, quærentes Angelorum, Deiparæ, & Humanitatis Christi Excellentiam, unde trahi non potest sine depressione Divini Dominii. Vtriusque consectarii, & affinium illationum eadem est, ac præjactæ propositionis ratio.

Septimum

75 Septima est: Auxilium efficax causat, & efficit consensum liberum, pro quo datur. Hæc Propositio sive de causalitate morali, sive de physicâ, vera est.

Suarez.

Suarez, & Moderni Moralem unicè concedunt Auxilio causalitatem: Nos physicam dedimus *lib. 12. ànum. 9.* & Thomistæ conveniunt: Sed cum magno discrimine: nam ibi tribuunt physicũ huno

Suprà lib. 12. à nu. 9.

influxum Auxilio Efficaci reduplicativè ut efficaci. Nos cum damus Auxilio Efficaci specificativè: id est, Entitati auxilii, quod contigit, & dicimus esse Efficax.

Octavum.

76 Octava est: Auxilium Efficax nec evertit, nec impedit usum libertatis creatæ, sed perficit. Hoc est dogma catholicum contra Pelagium, Lutherum, Calvinum, & Ianenium. Et inde nascitur tota controversiæ difficultas. Nam in actu salutari *quatuor* sunt: *Vitalitas*; id est, activè fieri a Voluntate: & hoc negavit Lutherus: *Supernaturalitas*, id est, egere, ut, hat supernaturali principio; & hoc negavit Pelagius: *Libertas*, id est, fieri à Voluntate cum indifferentiâ; & hoc negavit Lutherus, negavit Calvinus, & negavit Iansenius: *Voluntarietas*, id est fieri à voluntate libenter, & non coactè: & hoc negare debuisset Lutherus ex suo principio: reliqui affirmant putantes id sufficere ad merendum, & demetes id sufficere ad merendum. Iam hic patet, quid catholicè sentiendum sit.

Doctrina Catholica de Libertate.

Sectariorum diversitas in errando.

§. II.

LEGITIMVS CONTROVERSIÆ SENSVS.

Ill. Alvarez, non bene repræsentat pũctum Controversiæ.

77 NOn est, qualem existimat Alvarez *lib. 4. Respons. cap. 6. num. 7.* totam controversiam claudens, dicendo; nihil inter Thomistas, & Nos manedo; nihil inter Thomistas, & Nos manere discordiæ, si fateamur liberam determinationem Arbitrii, sub eâ etiam ratione, quâ procedit efficienter ab ipso, effectivè procedere à Gratiâ: quasi difficultas hic esset de concursu, quem Gratia præstat in actus salutares. Sed longè altius dissidium est: Diversissima enim sunt, an Gratia physicè concurrat ad totam entitatem actûs salutaris: & an inevitabiliter prædeterminet voluntatem ex inseparabili nexu cum actibus, ad quos movet, & ex necessariâ illigatione cum actione, quam præstat. Illud Thomistis damus: & hoc, nisi Ecclesiâ statuente, non dabimus. Quòd si penès illud unicè discrepare se putat à Nobis Illustrissimus Alvarez, suos in re deserit, & Nos ster est. Vnde ausus est, opinor, evulgare Caramuel *in suâ Theolog. fundam. lib. 1. num. 30. & 32.* Magistrum Alvarez, rametsi videatur durissimas habere sententias; at si bene intelligatur, *ut ipse intelligi vult, & præcipit*, eas ipsas opiniones defendere, quas defendit Societas.

Iudicium Caramuel. de Alvarez.

tas. Quo id jure pronuntient, alii viderint: ipse longè aliud intendi ab Alvarez, quàm ejus verba pretumque sonant, videtur satis.

Nec bene Rispolis, nec ipse Caramuel; nec Libelli Dominicanus.

78 Nec est, qualem existimat Rispolis *quæst. 1. de Auxil. conclus. 1.* confundendo præsentem Controversiam cum illâ de Divinis Prædefinitionibus: quasi difficultas hic esset: an sint in Deo respectu actuum liberorum, & salutarium Decreta intrinsecè efficacia, & prædefinitiva? In quo cespitat Caramuel *citat.* & apud ipsum Hyacinthus Libelli, Dominicanus. Sed longè acrius est dissidium: nam Schotistæ communiter, & Nostri

Suarez.

cum Suarez admittunt ea Decreta in Deo intrinsecè prædefinitiva, & efficacia: & negant utrique contentiosissimè auxilia Gratiæ physicè prædeterminantis, & inevitabiliter efficacis. Quâ Doctrinæ consequentia, & consensu constat satis *ex lib. 6. & 7.* opûs sit.

Nec bene Reverend. Zumel.

79 Nec qualem existimat Zumel *disput. 5. sect. 1. conclus. 3.* fingendo, Nos unicè à Thomistis dissidere, quasi dicamus, Deũ nos per Gratiam suam solùm prævenire, & præmovere moraliter, ut causam primam in moralibus; non verò physicè, ut causam primam in efficientibus. *Duo* obstant pronuntiato Zumelis. *Primum*: dicere Nos, secùs ac ipse fingit, Gratiam prævenientem esse formam physicè existentem in nobis, & physicè productam à Deo, ut à causâ primâ efficienti: quæ quidem physicè imprimit nobis Gratiam. *Alterum*: dicere nos, secùs ac ipse etiam fingit, Deum exercere munus causæ Primæ efficientis, & quidem specialissimè, elevando nos, & concurrendo nobiscum ad actus salutares. Quòd si velit dicere Zumel, negare nos Gratiæ Prævenienti concursum effectivum, & moralem unicè tribuere, abs re est *ex nu. 77.* & nec hoc negamus ex *lib. 12. à nu. 9.* Duo sunt quæ Zumeli negabimus, & Thomistis: nempe quòd Gratia efficax ex intrinsecâ vi prædeterminandi sit efficax: & quòd necessarium sit, aut possibile Deo, ut impleat munus causæ Primæ, physicè prædeterminare secundas ad actus liberos, jure libertatis illæso.

Necmeliùs Alvarez. Zumel, & Rispolis, aliter.

80 Nec est qualem existimant, aut potiùs fingunt ipsi tres, Alvarez, Zumel, & Rispolis: quorum *ille lib. 4. Resp. cap. 7. num. 11.* putat controversiam in eo esse: an efficacia Gratiæ sit à libero arbitrio priùs operante, quàm Gratiâ; quasi nos affirmemus, & ipse neget. *Alter* in eo: an sit à libero arbitrio agente Naturæ viribus, seorsim à Gratiâ; quasi nos affirmemus, & ipse cum Thomistis neget. *Tertius lib. 2. quæst. 1. in eo*: an tota efficacia sit ab Arbitrio, agente tamen cum Gratiâ, quasi nos etiam affirmemus, dicamusque totam efficaciam adæquatè consistere in consensu, licèt elicito cum Gratiâ: & Thomistæ contra Nos id negent. Hæ sunt impostura indignæ Theologis: Nihil enim horum affirmavit unquam ullus è Scholâ Nostrâ: fatemurque, nõ priùs operari arbitrium, quàm Gratiam, nec operari salutariter unquam seorsim à Gratiâ, nec efficaciam totaliter cõsistere in ipso consensu. Quod fatebimur contra Thomistas, est, Gratiam, licèt præveniat consensum salutarem, non ita prævenire, ut nos physicè prædeterminet; neque ita præcedere, ut ex ipsâ ad consensum sit inevitabilis necessitas illationis; neque ita præmovere, ut tota efficacia sit ipsi inseparabiliter essentialis. Hæc fatebimur.

In Primã par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliãt.

Nec bene Pennotus.

81 Nec est qualem existimat Pennotus *lib. 1. de Auxil. cap. 19. num. 1. & lib. 4. cap. 9.* nec qualem timent aliqui ex Nostris. Iudicavit *ille* dissensionem potiùs esse *linguæ*, quàm *mentis*: nam judicavit controversiam in eo esse: an positâ in voluntate Gratiâ efficaci maneret in nostrâ potestate liberâ consensus. Iudicarunt illi controversiam esse generaliorem: Nam judicarunt in eo esse: an auxilium efficax sit aliquid ab illuminatione mentis, & voluntatis delectatione distinctum. Vtrique non benè. Non *ille*: Nam licèt omnes Catholici fateamur, positâ Gratiâ efficaci, libertatem non destrui: tamen est maximè controversum, an si Gratia efficax per inevitabilem cõnexionem cum operatione constituatur, manere salvum possit illud Dogma catholicum, quod est omnium rectè sentiẽtium: in quo non potest esse sola discordia vocum. Non illi: nam sive Gratia ponatur in qualitate Vitali, sive Emortuâ, manet ipsissima quæstio: an Efficax Gratia, sive vitalem, sive mortuam putes, habeat ex essentiali differentiâ, & ex inevitabili connexione cum effectu rationem efficacis Auxilii? Quidquòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Albelda.

Araujo.

è Thomistis Modernis negant aliqui Qualitates emotuas physicè prædeterminativas; admittunt tamen eandem ipsam vim prædeterminandi in vitalibus qualitatibus: ita Gonzalez de Albeldâ, & illustrissimus Araujo; nec soli inde tamen, nec à Thomisticissimo recedunt, nec accedunt ad nos in principali puncto præsentis controversiæ.

Necmelius Dola.

82 Nec est qualem existimat Capucinus Dola *lib.* de Concursu, Dei contendens, originem discordiæ inter Dominicanos, & Nostros unicè sumi ex admisso immediato Dei concursu, quem ideò negat cum Durando, volens sic conciliare discordes animos Theologorum. Verùm & conatum Dolæ omninò esse irritum ostendêre jam Nostri, ex quibus videri poterit Raynaudus tùm in *opere contra novam libertatem part. 2. cap. 4.* Tùm in Heteroclitis *sect. 1. punct. 3. à nu.* 11. & Doctrinam censent aliqui Docti, Pelagianismum sapere; de quo videndus Pater Antonius Perez *de Prædest. Augustin. disp. 1. cap 1. & 2.* & reconciliationis medium, quod hùc facit, non magis ad rem pertinere, quam Boreas pertinet ad meridiem. Nam præscinde, vel exclude, si mavis, immediatum Dei concursum; negare non potes nisi cum Luthero, necessitatem nostri concursûs ad opus salutare; nec nisi cum Pelagio necessitatem Auxiliantis Gratiæ ad ipsum opus salutare: en ergo quæstio nostra cum Thomistis, quam & ipse decidere teneris: an illud supernaturale seminium actûs nostri illud auxilium præmissum à Deo: illa Gratia, quæ datur Nobis à Deo *ut possimus, & faciamus*, sit ex intrinsecâ connexione cum concursu nostro inseparabilis ab ipso, & irresistibilis? Quid hùc facit Immediati Divini concursûs admissio, vel exclusio?

Raynaud.

P. Anton. Perez.

Nec fideliter

Alvarez. Navarret Gonzalez. Zumel. Gonet.

83 Nec est qualem habuit olim cum Pelagio Sanctus Augustinus, ut in invidiam opinionis hac in re nostræ maiè putarunt Alvarez *de Auxil. disp. 99. nn.* 2. Navarrete *tom. 2. controv. 21. §. 7.* Gonzalez *disp. 68. à num.* 4. Zumel *de Auxil. disp. 4. sect. 3. conclus.* 1. & Thomistæ Moderni communiter cum Goneto *tract 5. disp. 1. de hæres. Pelag. art. 2. &* 3. quasi Pelagius eò tandem venerit, ut unicè Gratiam prædeterminantem Augustino negaret, & ipsam contra Pelagium unicè contenderit Augustinus.

Augustin. Mens.

84 Non, *inquam*, is est præsentis controversiæ sensus. Primò: quia nihil unquam tale rejecit Augustinus in Pelagio. Videri potest *lib. de hæresib. hæres. 88. & de Gratia Christi cap. 4. & de Natura & Gratia cap. 28. &* 29. Mirum enim esset ab Augustino describi Pelagii errorem, quem toties profligaverat, & omitti Controversiæ caput. Secundò: quia constat *ex lib. 3. & 5.* quam sit inimicus his Prædeterminationibus ferreis Augustinus ex multiplici principio Doctrinæ suæ. *Duo* hic tantùm insinuo. *Primum*: in culpâ esse nostrâ, carere perseverantiæ Dono, & efficaci Gratiâ: atque adeò impediri hæc posse vitio nostro: quod principium statuit & firmat *toto lib. de Corrept. & Gratia. Alterum*: Gratiam dari nobis, *ut velimus, & non quia volumus*: quod principium statuit *lib. 1. de Prædest. Sanctorum* præcipuè *cap. 12.* Cum his duobus principiis stare nequit Prædeterminans Qualitas: quia vel impediri non posset efficacia Gratiæ, vel gratia dependere deberet à nobis.

Suprà lib. 3. & 5.

Lis ejus est Pelagio.

85 Tertiò: quia tota lis Augustini cum Pelagio, de necessitate Gratiæ, fuit: quid ad quæstionem de necessitate facit quæstio de ejusdè Gratiæ efficaciâ? Quod ut plenius constet, legendus Augustinus ipse *de Gratiâ Christi cap. 4.* ubi Pelagius tria distinguit: *Posse, velle, & esse*: additque, *Esse* consistere in effectu; *Velle*, in Arbitrio; *Posse* in Naturâ: & de hoc *posse* esse sibi quæstionem cum Augustino, qui *posse* dicit à Deo esse, à quo *nostra sufficientia est*: *Velle, & esse*, id est, *velle agere, & agere*, non esse ita liberi arbitrii, ut non sit Dei imò esse Dei dantis sufficientiam, & *ipsum velle & agere*, tùm *vocando, quomodo scit congruere, ut vocantem non respuat homo*, tùm *adjuvando, & concurrendo ad ipsum velle, & agere*. Quo manebat exarmatus omninò Pelagius, subdolè vocans Gratiam, ipsam libertatem arbitrii naturalem; & exinde non negans aliam Gratiam, legis scilicet & Doctrinæ cum annexis cognitionibus naturaliter subsequutis, per quas ad fugiendam invidiam dicebat, non quidem dari, sed juvari posse sibilitatem nostram: his tamen admissis, negavit aliam Gratiæ necessitatem: imò & Dei concursum ad ipsum velle, & agere. Ex quibus patet Augu-

Augustini controversiam cum Pelagio de sufficientiâ fuisse.

Nota.

86 Et miror Thomistas non advertere *duo. Primum*: eam Gratiam, quam extorsit à Pelagianis Augustinus, fuisse Gratiam dantem *posse* simpliciter; cùm ipsi jam velint Prædeterminantem nec dare *posse*, sed actum; nec se habere ex parte potentiæ, & actûs primi, sed vel ex parte actûs secundi, vel inter utrumque mediam. *Alterum*: hoc quidem ipsum objecisse Catholicis Calvinum, & Nobis Jansenium. Quorum in partes ire, non potest esse laus. Sed diximus jam de hoc satis *lib. 5. à nu. 179. & lib. 10. à num. 73.*

Suprà lib. 5. à num. 179. & lib. 10. à num. 73.

Nec toleranter

Discalceatus.

Ioannes à S. Thomâ. Gonetus. Baronus.

87 Nec tandem est, qualem aut Augustinus, aut Prosper habuere cum Semipelagianis, ut existimant Discalceatus Salmanticensis, Ioannes à Sancto Thomâ, & Gonetus, quibus novissimè subscripsit Vincentius Baronus Dominicanus: quasi Semipelagiani solùm negaverint ad initium Fidei Gratiam intrinsecè efficacem, & irresistibilem, alioquin admittentes Divinam Gratiam etiam ad ipsum initium Fidei: unde fiet, errasse Semipelagianos, non quidem in non admittendâ Gratiæ necessitate, sed in eâ Gratiâ tantùm admittendâ, cui resistere posset homo pro libitu.

Error Jansenii.

88 Sensus iste Thomistarum, si sit qualem verba eorum sonant, damnatus in Jansenio est ab Innocentio X. & Alexandro VII. ut dixi *lib. 10. à num. 113.* est enim quarta Propositio damnata Jansenii. Et rejicitur apertè primò ex ipsis verbis Augustin. *lib. 1. de Prædest. cap.* 1. & ex verbis Prosperi *in Epist. ad ipsum Augustin.* ubi Semipelagianorum describitur error, dicitúrque error Pelagii limitatus, & coarctatus: Quod enim negabat Pelagius ad omnes, & singulos actus salutares; negabant Semipelagiani ad initium Fidei, falsi tamen id contra Pelagium quoad cætera bona: hoc est, Gratiæ necessitatem. Videatur Annatus *in Opere*, nunquam laudando satis, *de Scientiâ Mediâ disp. 3. cap. 4.* quem, rogo Thomistas præsertim Modernos, ut legant sine contentione, & cum studio veritatis.

Augustin. & Prosp. Mens.

Annatus.

P. Ioannes Ferrier.

89 Secundò: quia, ut advertit ingeniosè Pater Ioannes Ferrier *in speciali opusc. de Scientiâ Mediâ* contra Baronũ, si error Massiliensium is unicè fuisset, scilicet negare Gratiam prædeterminantem ad initium Fidei, indifferenti quavis admissâ; vel non erassent Massilienses circa necessitatem Divinæ Gratiæ; vel permitteretur ab Ecclesiâ eorũ error palàm, & publicè doceri, *ut Doctrina probabilis*: cùm hæc ipsa sit Sententia Societatis, & extra Scholam Thomisticam communis, cujus probabilitas summa est, & permittitur ab Ecclesiâ: Id autem quis audeat dicere?

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Nota.

Legitimus sensus.

90 Est ergo legitimus Controversiæ sensus de ipsâ entitate Divini actualis auxilii: videlicet: an ipsi entitati Divini Actualis Auxilii, quod dicimus efficax, contingat Efficacis auxilii denominatio: an potiùs ipsi sit essentialis Efficacia ex insuperabili illigatione, & connexione intrinsecâ cum opere, pro quo datur: ita ut componi non possit cum dissensu, sed valeat inde necessitas inevitabilis illationis ad consensum? Notandi sunt curiosè termini singuli.

91 Dixi primò: *de ipsâ entitate auxilii efficacis*; nam de ipsâ efficaciâ concretè acceptâ lis esse nequit: cùm extra dubium sit, importare jam in ipsâ denominatione connexionem aliquam cum effectu, undecumque sumatur: fient dum quæritur: an Petro Albo contingat albi denominatio, quæstio non est de Petro albo concretè, & reduplicativè accepto, ut Albo: nam sic, est Petrus essentialiter albus, ut *in summulis* dici solet; sed est quæstio de Petro specificativè sumpto, id est, de ipsâ entitate Petri.

92 Dixi secundò: *Actualis Auxilii*: nam hìc de Habituali non quærimus: licèt si fingerentur hìc movendi modus in habitu, vel in Gratiâ Sanctificante, esset eadem controversia. Dixi tertiò: *ex insuperabili illigatione*: quod est dicere: an ita sit entitas efficacis Gratiæ connexa cum effectu, ut Voluntas non possit cohibere concursum, & facere, quòd eadem ipsa entitas maneat existens, & opere cassa, & sine effectu? Dixi quartò, *ut componi non possit cum dissensu*: nam Schola nostra dat Thomistis, & Affectis, conjungi posse illam Gratiam intrinsecè efficacem, cum potentiâ dissentiendi, sicut locutio actualis admittitur incomposibilis cum silentio; non verò cum potentiâ tacendi. An verò compossibilis exinde sit cum potentiâ liberè dissentiendi, labor,

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

& opus est.

SECTIO II.

COMMVNIS SENTENTIA Thomistarum.

§. I.

SCHOLÆ PRÆDETERMINANTIS Repræsentatio quoad liberum Arbitrium, & Gratiam efficacem.

Materia Sectionis.

93 QVatuor exponēda sunt, ut Thomisticæ Sententiæ comprehensio fiat: *Primum*: Quid Dominicani Scriptores, seu Thomistæ sentiant de libero arbitrio: seu quid apud ipsos in re sit aliquam actionem nostram esse liberam homini? *Secundum*: quid ipsi sentiant de Efficaciâ Auxilii: seu quid sit apud ipsum Gratiam esse Efficacem? *Tertium*: quousque inter se conveniant penès hæc duo? *Quartum*: quantùm alii censeant distare ab erroribus nostri temporis? Curabo, ut, nisi sentiant aliter, ac loquuntur, & scribunt, eorum penès hæc singula (sine disputatione, & quasi historicâ relatione) mentem exponam quam fidelissimè. Et

Prima Propositio Scholæ Thomisticæ de Libero Arbitrio.

94 Circa *Primum*, quadruplici propositione comprehenditur communis Thomistarum, qui prædeterminationes amant, opinio de libero arbitrio. *Prima* est: Vt homo se liberè se exerceat, opus est indifferentia judicii: nempè, tale judicium, quod neque ratione objecti repræsentati, neque in ratione modi repræsentandi, necessitatem agendi invehat in Voluntatem.

Secunda:

95 *Secunda* est: Vt homo se liberè exerceat, opus est, ut voluntas concurrat, non se habendo merè passivè: non quia concurrere debeat *per immediationem virtutis* sibi congenitæ (hæc enim est impossibilis) sed quia concurrere debet *immediatione suppositi, & ut quod*: quia tota virtus agendi Gratia est. Scio

Navarretus.

Navarretum dixisse Potentiam liberam nō solùm esse talem in agendo, sed etiam in merè recipiendo: ita habet *controvers. 11. de Aux. in præfat. ad §. primum*

Alvarez.

quem aliqui Thomistæ Salmanticenses secuti sunt. Sed etiam scio dixisse Alvarez id catholicè dici non posse: ita habet *disp. 116. de Aux. num. 2.*

Tertia:

96 Tertia est: Vt homo se liberè exerceat, opus est in Deo Prædefinitio absoluta, efficax, infallibilis, & infrustrabilis: in creaturâ Divina Præmotio derivata à tali decreto ita efficax, & irresistibilis, ut eâ positâ cohiberi concursus nequeat: quam nec excutere possis, nec comparare, licèt cum ipsâ conjungatur posse aliter operari, si desit ipsa.

Quarta.

97 *Quarta* est: Præter hæc tria nihil aliud requiritur, ut homo dicatur uti suo arbitrio, esse in manu consilii sui, & liberè agere. Ita Bañez *1. part. quæst. 19. art. 10. dub. 1. & quæst. 14. art. 3.* Cabezudus *tom. 1. in 3. part. quæst. 62. art. 5. quæstiuncul. 3. fin.* Navarrete *tom. 1. controv. fol. 342. & tom. 2. controv. 4. §. 3.* Alvarez *disp. 18. de Aux. & disp. 116. conclus. 5.*

Bañez. Cabezud. Navarret. Alvarez.

98 Vnde deduco apud Thomistas Prædeterminantes, Hominem esse liberum, ejusque actionem liberam esse, nihil esse in re aliud, quàm actionem poni ex prædefinitione absolutâ, & irresistibili, mediâ prædeterminatione intrinsecâ, ejusdem à coactione, & violentiâ facta: voluntatem irresistibiliter operari, præcedente tamen indifferentia judicii. Recludent Thomistæ, fiquid aliud in re ponent: & exponant, quid illud aliud sit? Nam res ab ipsis hîc quæro; non, voces?

Prima Propositio Scholæ Thomisticæ circa Efficaciam Gratiæ.

99 Circa *secundum* octo propositionibus clauditur communis Recentium Thomistarum opinio de efficaciâ Gratiæ. *Prima* est: Efficacia Gratiæ non contingit entitari Auxilii, sed ipsi est intrinseca, essentialis, & indefectibilis: unde auxilium sufficiens, & efficax entitativè differunt, & essentialiter. Sic omnes Moderni Thomistæ post Dominicum Bañez.

Secunda:

Secunda est: hæc intrinseca efficacia consistit in insuperabili, & essentiali connexione Gratiæ quoad entitatem acceptæ cum effectu. Sic etiam omnes Moderni cum Bañez, Cabezudo, & Alvarez.

Tertia:

100 *Tertia* est: ex hujusmodi connexione Entitas Gratiæ efficacis pro priori ad actionem, pro quâ datur, & independenter ab ipsâ Voluntate cui datur, prædeterminat Voluntatem propriè, & physicè ad operandum; id est, pro priori ad ipsam actionem, sive ut Virtus *ex parte potentiæ*, sive *ut actus medius* inter primum, & secundum, sive ut applicatio potentiæ, facit voluntatem inconjungibilem essentialiter cum non-operatione, & inseparabilem ab operatione: sic etiam

Bañez. Alvarez. Navarret. Seville.

omnes Thomistæ puriores post Bañez *1. part. quæst. 23. art. 3.* Alvarez *disp. 22. num. 23.* & Navarretum *controv. 19. §. 1.* & Alexandrum Seville, fatentem omnium Thomistarum nomine in Interprete Thomistico *lib. 3. cap. 1. sect. 5.* suppositionem Prædeterminationis esse suppositionem antecedentem. Vbi nota calumniam Zumelis increpantis *tract. de Aux. disp. 4. sect. 4. concl. 4.* Patrem Suarez, & Nostros, quasi has voces *Physicæ Prædeterminationis* Thomistis affinxerint, ut facerent horribilia in Scholis Auxilia Thomistarum: & ipsius inconsequentiam, laudantis eam ipsam vocem *disp. 5. concl. 3.* quasi maximè appositam controversiæ.

Zumel.

Quarta:

101 Quarta est: Ista Gratia physicè Prædeterminans *adeò efficax est*, ut, eâ positâ, non sequi operationem sit omninò impossibile: *adeò necessaria* ad operandum, ut, eâ non positâ, dari operationem sit etiam impossibile omninò; ita

Iidem.

etiam omnes Thomistæ Moderni ex Bañez *1. part. quæst. 14. art. 13.* ex Navarreto *controv. 21. §. 3. & 18.* ex Alvarez *disp. 92. num. 8.* ex Cabezud. *tom. 2. in 3. part. quæst. 85. art. 5. dic. 1.*

Quinta:

102 Quinta est: ita est Dei misserentis hæc Gratia, ut non sit in potestate hominis etiam præventi Gratiâ sufficienti, ipsam habere pro libitu suo, ipsam exercere; ipsam comparare, aut rejicere; nec homo possit ipsi reluctari, aut dissentire: sic etiam iidem ex iisdem. *Sexta*

Sexta:

est: Vnum converti, & non alium, unicè provenit ex inæqualitate Gratiæ, quam habere, vel non habere non est in habentis, vel non habentis manu. Sic Bañez *1 part. quæst. 23. art. 3. 5. & 7. & 2. 2. quæst. 24. art. 6.* Navarretus, Ledesma,

Ledesma.

& alii.

Septima:

103 Septima est: sine physicâ Prædeterminatione non est perfecta omninò Divina Providentia, aut Prædestinatio.

Bañez.

Sic Bañez *1. part. quæst. 22. art. 2. conc. 1. & quæst. 19. art. 10.* ubi habet verba quæ in Calvino *lib. 2. de lib. Arb. contra Pighium, & lib. 1. instit. cap. 16. §. 4.* leguntur, ut in impugnatoribus Calvini videre est.

Octava.

Octava est: hîc de efficaciâ Gratiæ sensus, quamvis intellectu difficillimus, religiosè colendus est, captivando mentes nostras, ut in obsequium Fidei sit Bañez *1. part. quæst. 23. art. 5. & 2. 2. quæst. 10. art. 1.* & Zumelius *de Aux. part. 11. à tom. 2. dico. 5. sect. 2.* eam qualitatem physicè Prædeterminantem laudat elogio *Rutilatis cujusdam innominatæ, Ineffabilis, Mirificæ, & Mirabilis.*

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. Bañez. Zumel.

§. II.

PRÆDETERMINANTIS SCHOLÆ Divisio.

104 CIrca tertium, (ut constet veritas, quam contra Goneti gloriationem anticipatò protuli *lib. 3. num. 518. &*) *in septem classes* distribuo Thomistas. Prima classis est eorum, qui omninò rejiciunt præfatam Doctrinam, & has Prædeterminationes odio habent Hi sunt Soli Scholæ Thomisticæ Sanctus Thomas (de quo jam suprà:) Aquila Thomistarum Cajetanus *ad 1. p. quæst. 19. art. 8.* Dominicus Soto *lib. 1. de Gratiâ cap. 15.* Hieronymus à Bononia testatus apud Ioannem de Bononiâ *tract. de Prædestin. pag. 113.* rejectas esse à Concilio (cui interfuit) Tridentino Prædeterminationes has physicas: Franciscus Romæus Magister Generalis Dominicanæ Familiæ *tract. de libert. oper.* Ambrosius Catherinus *Opusc. de Præscientiâ.* Fr. Thomas Elisæus Dominicanæ ejusdem Familiæ Theologus *lib. de lib. Arb. quæst. 4. art. 8.* & hi quidem ante exortam controversiam, quorum sensus communis fuit Thomistis ante Dominicum Bañez.

Prima classis Thomistarum. S. Thomas. Suprà lib. 3. à num. 5. & à num. 8. & lib. 5. à num. 72. & lib. 10. à num. 87. Cajetan. Dom. Soto. Hieronym Bononia. Romæus. Catherin. Elisæus.

105 Post hunc, & illam exortam, Reverendissimus Magister Generalis Turcus, ut habes authenticè *apud Henão event. 8.* Magister Thomas de Lemos, qui causam egit Romæ Thomisticam, ut habes apud Caramuelem *in Theolog. Fundam. part. 28.* provocans Thomistas, ut contrarium probent. Frat. Thomas Campanella *lib. de Prædest. & reprobat.* qui eam Doctrinam contendit non Thomæ, sed Calvini, *approbantibus opusculum Favili æ Dominicanæ Primoribus*: ut habes apud Annatum *de Scientiâ Mediâ, disp. 3. cap. 4. §. 2.* Patres Avenionenses Dominicani *in Thesibus publicis*, quas

M. Turchi. M. Lemos. Campanel. & alii.

apud

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliāt.

apud Henaum habes *event.* 7. ex Eugenio Philadelpho, & Theophylo, qui aderat Comitiis Provincialibus horum Patrum: Petrus Trillhac Avenionensis Cœnobii Prior Dominicanus, conquestus amarè de Nostris, quòd suæ Familiæ eam Doctrinam affinxerimus, ut habes *apud Theop. Raynaud. in Hipotheca* contra ictum calumniæ *pag. mihi* 226. Sed lubet apponere verbo ad verbū, ex Thesibus illis Avenione defensis *anno* 1606. die 12. Augusti à Fr. Hyacintho de la Planâ, Præside P. M. Fr. Vincentio Le clerc, Utroque Dominicano, *septimam conclusionem*, quæ erat de Auxilio Efficaci: Lege, & mirare: *Efficacem Gratiæ Naturalis nobis esse videtur, ut neque Physicè, neque moraliter Voluntatem humanam prædeterminet ad volendum, & eligendum bonum, quod tibi ope Divinæ Gratiæ inspiratur: hac enim ratione subtrahitur credituri OMNIS OMNINO liberi arbitrii usus.* Iactet modò Gonetus Vniformitatem Scholæ suæ.

Thesis Avenione defensæ à Patribus Dominicanis anno 1606.

Suprà lib. 3. num. 19. & nu. 11.

106 Sed Recentius, & plausibilius Testimonium habes in Patre Fr. Iosepho de Vitâ, Dominicano. Hic, liberatus à morte ope Sancti Augustini, & adjutus auxilio Sancti Thomæ, ut ipse ait; vindicaturus Aristotelem, Augustinum, & Thomam ab opinione Physicæ Prædeterminationis, rem egregiè præstat, in opere, quod Panormi edidit *anno* 1665. approbantibus Opus quatuor Dominicanis alioqui gravissimis. Tu lege, ut multa scias, ob quæ debeat esse procul ab Schola Thomisticâ Physica Prædeterminatio.

Iosephus à Vitâ Dominicanus

Altera classis Thomistarum.

107 Secūda classis est eorum, qui Prædeterminationes defendunt, sed morales, & in actibus vitalibus consistentes: Physicas verò, quales Moderni tuentur, Tridentino contrarias, Augustino, & Thomæ repugnantes censent: & hi sunt Ioannes Vincentius, Ioannes Gonzalez de Albeldâ, Franciscus Araujus, vocans eas, *inventum novitiorum Theologorum*: loca non cito, quia obvia sunt.

Ioannes Vincent. Albelda. Araujus.

Tertia classis. Bañez. Alvarez. Cabezud. Navarret. Rispolis. Verdun. Ledesm. Nazarius.

108 Tertia Classis est eorum, qui Doctrinam *à nu.* 94. propositam, & physicas Prædeterminationes, quales descripsi, tuentur acerrimè: ita Modernior es Thomistæ post Bañez, Alvarez, Cabezudum, Navarretum, Rispolis, Verdùn, Ledesmam, Nazarium, Ioannem à Sancto Thomâ, Godoium, Gonetum, & Alexandrum Seville *in Interprete Thomistico*: & alii Dominicani fame minoris, quos vide apud Henaum: quibus ex externis accessere Cabrera Hieronymianus, Zumelius, Prudentius, & Saavedra Mercenarii: & ex aliis Ordinibus alii.

Ioanne à S. Thoma. Godoy. Gonet. Seville. Cabrera. Zumel. Prudent. Saavedra.

Quarta classis.

109 Quarta Classis est eorum, qui Physicas illas Prædeterminationes dicūt esse qualitates operativas se tenentes ex *parte potentiæ*, sive *per modum habitūs*, seu qualitatis transeuntis, constituendo potentiam in actu primo, sive per modum complementi de lineâ actūs primi proximi. Et hi sunt *priores, & consequentiores* Thomistæ, & primi Prædeterminantes: Bañez 1. *part. quæst.* 14. *art.* 3. Cabezudus 3. *part. quæst.* 62. *art.* 5. *in solutione septimi*: Alvarez *disp.* 23. *num* 27. *ad tertium, & disp.* 18. *num.* 18. & 19. licèt *ejusdem in toris* refugiat id ipsum quod dicit, vocando *actum medium*, quod inauditum in Scholis est. Zumelius *de Auxil. pag.* 19. & 23. Navarretus, & Verdùn, licèt subtimidè: nam ex una parte non audent dicere Gratiam efficacem non dare vires, & complere potentiam in actu primo: ex aliâ timent eam ex parte actūs primi.

Bañez. Cabezud. Alvarez. Zumel. Navarret. Verdùn.

Quinta classis.

110 Quinta classis est eorum, qui eas Prædeterminationes negant esse ex parte actūs primi, solūmque volunt eas esse, vel actum medium inter Primum, quem jam supponunt, & secundum, quem præcedunt; vel motionem aliquam virtuosam, vel param applicationem actūs primi ad secundum: & hi sunt *Moderniores* cum Godoy, Gonet, Ioanne Thomasio, & Castelli, secuti P. Alvarez penès hæc variantem, ut dixi.

Godoy. Gonet. Thomas. Castell. Alvarez.

Sexta classis.

111 Sexta classis est eorum, qui eas prædeterminationes realiter identificant cum ipsâ actione, & ab ipsâ solùm per rationem distinguunt, addendo eam ipsissimam actionem, ut est à Deo, præcedere, & prædeterminare seipsam, ut est à Creaturâ. Sic discurrere visus est Cabezudo *in* 3. *part. quæst.* 62. *art.* 5. *dub.* 1. *ad* 3. & Albelda *loc. cit. disp.* 2. *num.* 60. Sic apertiùs Ledesma *quæst. unicâ de Aux. art.* 7. *conclus.* 2. quem secuti novissimè sunt Primarii Complutenses Dominicani: sic etiam insinuavit olim Lorca, & hodie defendunt aliqui Schotistarum. Sed audi Ledesmam, & vide quàm

Albelda. Ledesma.

sui memor sit *art.* 16. *pag. mihi* 219. sic scribit: *quamvis non sit in voluntate potestate, quòd non ponatur auxilium physicè prædeterminans, vel quòd tollatur, nihilominùs operatio ipsa, quæ infallibiliter sequitur, est in potestate voluntatis. Et art.* 6. *ad* 1. *pag.* 144. sic: *Ad confirmationem respondetur, quòd illud Auxilium concurrit effectivè physicè ad ipsam operationem, tanquam vera causa ipsius.* Quis hæc conciliet?

Classis altera.

112 Adòi posset & altera classis eorum, qui physicas Prædeterminationes ad actus nostros honestos admittunt, & omninò detestantur ad malos, etiam quoad materiale: His sunt Ioannes Vincentius Dominicanus, solitus apud Paulum Leonardum dicere *part.* 1. *sect.* 12. *se, nisi Ecclesiæ Authoritate coactum, assensurum penès id nunquam Conthomistis suis.* Petrus de Ledesma *art.* 18. Gonzalez de Albelda *disp.* 59. Franciscus Araujus 1. *part. quæst.* 19. *art.* 10. *dub.* 1. & 2. Paulus Nazarius 1. *part. quæst.* 22. *art.* 4. *controv.* 13. Blasius Verdùn *in Select. de efficac. fol.* 14. ubi *conclus.* 12. dicit ad naturales actus honestos nō requiri physicam Prædeterminationem, sed sufficere concursum simultaneum: idque sibi sequenti Magistrum suum videri probabilius. Ex quibus apparet, quàm sit in se divisum Prædeterminantium Regnum, ut Gonetus jactare desinat illam uniformitatem, de quâ suprà nos *lib. 3. num.* 17.

Vincētius. Ledesma. Albelda. Araujus. Nazarius Verdùn. Gonetus.

§. III.

Quid alii scripserint de Scholâ Prædeterminante?

113 Circa quartum judicabunt alii, audiente me, nec probante censuram. Primò: Hæretici fatentur se nihil aliud in re dicere, quàm quod Thomistæ defendunt de libero arbitrio, & efficaciâ Gratiæ: ita Molinæus Calvinista, & Amesius etiam Calvinista, qui *tom.* 4. *Bellarmini enervati lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 7. postquam ex Alvarez Prædeterminantium Principe recitasset Thomisticam Doctrinam, subdit: *Hæc sententia sic explicata, est nostra. Et lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 1. repetit idem, & *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. sic ait: *Sensus Nostrorum non est alius, quàm qui à Thomistis approbatur.* Idque testantur alii sectarii communiter, teste Campanellâ Dominicano, coacto exiude conscribere librum contra Prædeterminatores, quos *Pseudo-Thomistas* appellat. Sed hæreticis Fides adhibenda non est.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliāt. Campanel. la Dominicanus. Cardinal. Bellarmin

Cāpanella. Ruviere. Dom. Sot.

114 Secundò: Aliqui Doctores Catholici: Prædeterminantem Gratiam, putant Calvinianam: ita Eminentissimus Bellarminus *lib.* 1. *de Grat. & lib. Arb. cap.* 12. §. *hæc opinio & lib.* 4. *cap.* 14. ubi censet inter Prædeterminantes, & Calvinistas solùm esse quæstionem, & discrimen de nomine, reipsâ convenire. *Et lib.* 6. *cap.* 15. §. *Octava sententia.* Frater Thomas Campanella Dominicanus *loc. cit.* Ruviere Parisiensis Augustinianus *in libello* cui titulus: *Calvinismus, bestiarum Religio*: Dominicus Soto Dominicanus *de Naturâ, & Gratiâ cap.* 15. Cardinalis Perronius vindex Catholicæ Religionis in Galliâ apud Eugeniū Philadelphum *Exerc. Scholast. cap. in append. ad Camerarium pag. mihi* 338. & apud Annatum de Scientiâ Mediâ *disp.* 4. §. 2. *dnum.* 102. *in append.*

115 Quorum ratio fortasse fuit expensio accurata Calvinianæ Sententiæ, quam ex Annato, & Antonio Moraines in Antijansenio continet sequentes Propositiones. *Prima Propositio*: Ad actiones voluntarias (quas ipsi dicimus liberas) præcedit indifferentia judicii: ita Calvinus juxta Bellarminum, qui ut meliùs impugnaret, evolverat *lib.* 4. *de Grat. & libero Arb. cap.* 14. *fin.* & omnes Controversistas nostri temporis. Adjicere possem verba clarissima ipsius Calvini *lib.* 5. *de libero arb. contra Pighium pag.* 318. & *lib.* 6. *pag.* 344. Sed Hæretici ne verbis quidem uti nolo.

Annatus. Moraines.

Bellarmin

116 Secunda Propositio sit: ad ipsas actiones voluntarias concurrit Activè, licèt tota ratio influendi sit Gratia: ita Calvinus *lib.* 8. *de libero Arb. contra Pighium*, & refirmat *ex ipso* Bellarminus *lib.* 2. *de Amissione Gratiæ cap.* 3. Audiatur tamen (ex Stapletonio) ipse Calvinus *lib.* 5. *contra Pighium* sic scribens: *Hominem docemus sic agi Dei Gratiâ, ut tamen simul agat; sic tamen simul agere, ut penès Dei Spiritum sit, & maneat actionis efficacia.*

Bellarmin Stapleton.

117 Tertia propositio sit: ad ipsas actiones requiritur in Deo Prædefinitio effi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in Ca. Tract. 3. de Deo Auxiliat. Annatus.

efficax, absoluta, irresistibilis, & in creatura motio efficax, & etiam irresistibilis, *non quæ necessitatem inducat absolutam, & consequentis, sed secundùm quid, & consequentiæ.* Ita Calvinus formaliter apud Annatum *de Scientiâ Mediâ disp. 4. cap. 4. §. 3.* citans verba Calvini *ex lib. 2. inst. cap. 16. sect. 9.*

118 Quarta propositio Calvini sit: si hoc sufficit ad libertatem, libertatem assevero: aliud in re non admitto: voca actionem, ut volueris: nam logomachias odi: ita apud eundem Annatum Calvinus *& lib. 2. Inst. cap 2. sect. 7. & 8. & lib. 8. de lib. arb. contra Pighium.* Et hæc quoad liberum arbitrium.

119 Quoad efficaciam Gratiæ. *Prima propositio* Calvini fuit: Gratia efficax ex suâ naturâ & entitate volûtatem humanam sibi subigit: ita Calvinus loquitur *lib. 6. contra Pighium*: unde deduxit Gratiæ efficaci nec dissentiri, nec resisti posse, quod damnavit Tridentinum. *Secunda propositio* fuit: Licèt voluntas incitetur, & excitetur, impossibile est quòd convertatur sine Gratia à se efficaci: ita Calvinus *lib. 2. Instit. cap. 2. num. 25.* & iterum *cap. 3. sect. 9. in lib. 3. contra Pighium*: ubi nota duo advertenda quàm maximè: Primùm contra Ioannem à Sancto Thomâ, exinde conantem discrimen suorum à Calvino 1. *part. tom. 1. pag.* 694. Calvinum non negasse Gratiam excitantem, & illuminantem, sed eam agnovisse, & superaddidisse physicè præmoventem. Alterum, de hac efficaci necessariò intelligendum Tridentinum, ne dum vult damnare Calvinum, non feriat.

Trident.

Ioannes à S. Thomâ.

Vid. suprà lib. 3. à num. 322.

120 Tertia propositio fuit: licèt attentâ Naturâ liberi arbitrii, actus quando fiunt, contingenter, & liberè fiant; at ex suppositione decreti immutabilis Dei, & impulsûs Gratiæ à se efficacis, necessariò fiunt actus, hoc est sine ullâ contingentiâ, & indifferentiâ in sensu composito: ita Calvinus *lib. 2. de libero Arb. contra Pighium §. 3. & lib. 1. inst. cap. 16. sect. 4. Quarta Propositio* fuit: unum converti; nõ, alium, ex solius Gratiæ inæqualitate procedit: ita Calvinus *Actor. 13. vers. 48. & lib. 5. de libero Arb. contra Pighium pag. 305. Quinta Propositio* fuit: sine his Decretis, & Prædeterminationibus stare non potest infallibilis, & fixa Prædestinatio, & Reprobatio: ita Calvinus *lib. 3. Inst. cap. 21. sect. 5.*

121 Hæ sunt præcipuæ Propositiones erroris Calviniani, ut videre est in citatis Controversistis, & Antistitè Antonii Moraines. Ad horum evidentiam evolvendi curiosè sunt, Tapperus, Stapletonus, Bellarminus, Ruviere, Philadelphus, Annatus, & Moraines, Ioannes Thomasius, & Alexander Seville *in suo interprete*, ambo Dominicani.

Moraines. Tapper. Stapler. Bellarm. Ruvier. Philadelp. Annatus. Moraines. Thomasis. Alexand. Seville.

122 Nec curanda est adversus Annatum Apologia Thomistarum facta à Gonet, appendix *ad Disputationem contra Scientiam Medi am.* Conqueritur enim; quasi de lectore, solo sono querelæ, gratiam, & assensum aucupatutus. *Art. 1.* Annatum notat inconsequentiæ: quòd *alibi* Thomistas excuset cum Ripaldâ, & Martinono. Hæc non est inconsequentia. Annatus scribens cõtra Ianseniitas, vult ne glorientur isti habere pro se Thomistas, quia, (quidquid de re sit) Thomistæ sunt Catholici sensûs, & oris: & Ecclesiæ, Scholæque Catholicæ, Magna, & Gloriosa Portio. *Art. 2. 3. & 4.* tentat pluria discrimina, & colligit varias illationes: quæ discrimina, & quas illationes satis ante oculos habuit Pater Annatus: & illis non obstantibus, ex modò repræsentatis *à num. 93. & à nu. 113.* scire desiderat Reale discrimen, ut secuscire desiderat Reale discrimen, ut secuscire desiderat Reale discrimen, ut secusc

In Primâ par. & in 1-2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

acerrimum Prædeterminationum, easque ut annexas Iansenismo reprobantem *in suo Cursu Philos. p. Aristothomistico disp. 13. Physic. quæst. 6. §. 1.*

S. Francis-cus de Sales.

129 Sed Sententiæ Societatis pondus summum accessit ex Magno Theologo, & Sanctissimo Episcopo & Principe Gennevensium S. Francisco de Sales, qui tuetur passim, & eam mirificè illustrat, & explicat in *Opere mirabili Praxis Divini Amoris lib. 2. cap. 12. n. 4. & lib. 8. cap. & §. 3.* ut expendit optimè P. Maynam ex Ordine Minimorum, ut dixi *lib. 3. à num.* 25. quò me remitto. Eam autem ipsissimam esse Augustini, Anselmi, & Thomæ Doctrinam, ibi etiam vidimus. Oportet tamen eam priùs ab aliquorum imposturis, & ab omni erroris umbrâ procul agere: quo & agetur Causa Communis tantorum Patrum, & fiet clarior Sententiæ Iesuiticæ repræsentatio.

Maina.

§. II.

LIBERATUR AB IMPOSTURIS.

130 PRima Impostura est; quòd Sententia Societatis doceat, vel ex eâ fiat, Gratiam, ut agat, expectare consensum arbitrii, inchoareque primò arbitrium, seu hoc priùs operari, quàm Gratiam: unde Deus, *inquiunt*, expectat, quam in partem se determinet ex se solâ Voluntas: quod assequitur per Scientiam Mediam prævidendo determinationem, & influxum voluntatis antecedenter ad influxum Gratiæ, & concursum ipsum Dei: quod involvit, vel maximè sapit Semipelagianum errorem. Ita imponunt

Bañez. Alvarez. Davila. Cabrera. Navarret. Rispolis. Gonet.

Bañez, Alvarez, Davila, Cabrera, Navarrete, Rispolis, & Gonet.

131 Sed est mera calumnia, quam satis depulere Doctor Eximius *lib. 5. de Grat. cap. 27.* Ripalda *disp. 113. sect. 6.* quos consulere studiosi Thomistæ debent, nec hærere calamo Fratris Gonet. Doctrinam hanc, *quam Semipelagianam agnoscimus*, nullus de Societate docuit. Quod Societas docet, est, *primò*, Gratiam prævenire nostrum consensum, tùm excitando ipsum arbitrium; tùm præbendo ipsi physicam activitatem ad illum, & hanc prævention em ad omnes, & singulos actus salutares indispensabilem esse. *Secundò*: nunquam, & nusquam operari, vel prævideri operans arbitrium sine concursu Gratiæ, & Dei: Tùm quia, sine Gratiâ liberum arbitrium insufficiens est: Tùm etiam, quia omnis actio salutaris arbitrii est indispensabiliter actio simultanea Dei, & Gratiæ. Unde nec arbitrium inchoare se solo potest, nec priùs operari, quàm Gratia. *Tertiò*: Voluntatem Divinâ Gratiâ præventam determinare se, & Gratiam ad operandum: hanc autem determinationé ex ipsâ Dei Gratiâ esse, & ex Deo quod solùm est negare fatalem vim prædeterminandi, & adstruere libertatem nostram, modo, quo rem explicui *lib 10. &* rursus *lib. 12.* Videatur Suarez *loc. cit. num. 12.*

P. Suarez

132 Secunda Impostura est; quòd Sententia Societatis doceat, aut ex eâ fiat, veras esse istas causales: *Quia homo operatur, Deus operatur*: *quia homo vult consentire, Deus anxiatur, & adjuvat*: & hanc esse falsam: *Quia Deus præbet auxilium efficax, ideò voluntas præbet consensum.* Ita imponunt Thomistæ, seu Alvaristæ post ipsum Alvarez *disp. 22. & 99.* Unde deduxit ipse, Concursum Dei consequenter à Iesuitis dicendum *Posse determinationem*: & Cabrera deduxit, à Iesuitis defendi priùs se determinare voluntatem ex vi sui arbitrii, & sufficientis auxilii, quod dicitur præhabere, *quàm Deus* concurrat per auxilium efficax.

Alvarez.

Cabrera.

133 Sed est mera calumnia, in objicientium sensu: nam istæ causales finguntur, à nobis dici ex reali præcessione nostræ causalitatis ad Divinam: quam constantissimè negamus, tuentes identitatem in actione indivisibili Dei, Gratiæ, & arbitrii. Unde si tales propositiones in rigore causales sint, sunt omninò falsæ: si verò solùm insinuent conditionem nostri concursûs, & libertatis, sunt verissimæ, ut explicui jam *lib. 10. à num. 121.* Sed cavendæ sunt, nec sine adjuncta explicatione proferendæ.

Suprà lib. 10. à num. 121.

134 Illa tertia causalis: *Quia Deus præbet auxilium efficax, ideò voluntas præbet consensum*, solùm negatur à nobis in duplici sensu, qui Thomistis unicè noceat: in altero admittitur ut verissima, & omninò catholica. Primò negatur in sensu, qui di-

stinctionem, aut præcessionem importet in concursu indivisibili Dei, Gratiæ, & Arbitrii. Admittitur verò primò, quatenus dicit prævium excitationem. Secundò: quatenus inclinat etiam prævie voluntatem ad consensum. Tertiò, quatenus datur à Deo ex, vel cum præscientiâ fruetûs ex ipsâ Gratiâ secuturi: Præcedit enim auxilium efficax ad opus, pro quo datur, ut sæpè dictum est. Nunc vide quàm frivolè deduxerint alia illa duo Alvarez, & Cabrera. Ille ex suâ hallucinatione nostræ præcessionis ad concursum Dei, quasi pòst sequentis. Iste ex inadvertentiâ contradictionis: nam si loquitur de efficaciâ in actu secundo, ipsa cooperatio complet auxilium in esse efficacis: ergo non priùs se voluntas determinat, quàm auxilium sit efficax. Si loquatur de efficaciâ in actu primo: tota præcedit ad consensum arbitrii in aliquo vero sensu.

Redarguitur Alvarez, & Cabrera.

135 Tertia Impostura est: quòd Sententia Societatis doceat, aut ex eâ fiat, cooperationem Arbitrii non esse referendam in Deum tanquàm in causam principalem ipsius physicè causativam, faciêtemque ut velimus, & ut faciamus. Ita imponit Alvarez, & alii, quorum nescio quis apud Lessium *cap. 1.* supposuit à nobis dici, præsuppositâ semel Gratiâ solùm moraliter excitante, Arbitrium suis solis viribus determinare se, & ex hac determinatione efficaciam Auxilii sumi.

Alvarez, & Alii apud Lessium.

136 Sed utraque est mera calumnia. Secunda Anonymi, quia nullus de Societate docuit inesse Arbitrio vires in genere physico se solis sufficientes ad opus salutare; ut suprâ constitit *lib. 12.* satis susè. Prima Alvarezii: quia constantissimè tenent Authores Societatis, ipsam etiam Arbitrii determinationem, & electionem revocandam in Deum, ut in causam principalem efficientem ipsius. Primò: quia illam efficit, tùm per se ipsum; tùm per auxilia ipsa Gratiæ apud nos physicè productiva; tùm per habitus supernos; tùm per ipsam obedientialem activitatem Arbitrii. Secùdò: quia illam liberaliter donat, tùm per collationem Vocationis congruæ, & efficacis, tùm per indebitam coëfficientiam. Itaque negat tota Societas, adscribi determinationem arbitrii Deo, ut causæ physicè Prædeterminanti; ut causæ eandem determinationem physicè, & principaliùs efficienti, non negat.

In Primâ par. & in 1-2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

137 Quarta Impostura est: quòd Sententia Societatis doceat, aut ex eâ fiat salutarem operationem dividi in Arbitrium, & Gratiam, ita ut pars respondeat soli Arbitrio; & pars soli Gratiæ: unde Arbitrium per vires naturales se discernit contra Apostolum. Sic imponunt communiter Thomistæ à Bañez adusque Gonet, his suppositionibus scatentem, dum nos impugnat, & Scientiam Mediam. Sed est mera calumnia. Nullus enim de Societate aliud docuit, quàm operationem salutarem indivisibiliter respondere, & arbitrio, & Gratiæ: Gratiæ, ut elevanti; Arbitrio, ut adjuto, & elevato per Gratiam. De quo diximus plura *lib. 12.* ubi etiam de discretione locutus sum, supra ea, quæ *lib. 8.* tanquam in loco proprio dixi.

Bañez. Gonet.

Suprà lib. 12. à num. 100. & lib. 8. à num. 234.

138 Quinta Impostura est: quòd Sententia Societatis doceat, aut ex eâ fiat, efficaciam Gratiæ à solo voluntatis consensu desumi, Auxiliumque prout à Deo non esse efficax. Ita imponunt ex Rispolis Thomistæ plures. Sed est mera calumnia. Et *primum* quidem: nam Auxilium efficax essentialiter dicit entitatem auxilii, & in ipsâ vim excitandi, movendi, & agendi: quas dotes non emendicat ab arbitrio nostro, sed eas habet independenter ab ejus usu. Quòd verò in actu secundo compleatur, & denominetur efficax per consensum ab ipsâ entitate auxilii, & arbitrio ortum, ut loquuti sunt ex Nostris nò pauci pòst Molinam, & Lessium, procul est ab eo, quod Rispolis imponit. *Secundum*: quia Auxilium efficax etiam admittimus tale pro priori ad ipsum consensum, & in actu primo, & ut venit à Deo: datur enim à Deo, cum, vel ex prævisione congruitatis, atqueadeò infallibiliter connexum cum operatione, quam prævenit. Sed hæc insinuare satis est.

Rispolis.

Molina. Lessius.

139 Sexta Impostura est; quòd Sententia Societatis doceat, aut ex eâ fiat, Cooperationem nostram Arbitrii non esse Divinæ Prædestinationis effectum. Ita imponit Alvarez, sed est mera calumnia: Nam apud Nos omnis effectus Gratiæ conferens ad salutem, qualem Arbitrii salutarem cooperationē agnoscimus, est, & dicitur Prædestinationis effectus.

Alvarez.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.
Molina.
Lessius.
Meratius.
Vazquez.
Bellarmin
Suarez.

140 Vltima Impostura est, quòd Sententia Societatis maximè variet, nec consistat in uno. Nam alii cum Molina, Lessio, & Merario negant efficaciam antecedentem, etiam extrinsecam: Alii cum Vazquez, Bellarmino, & Suarez admittunt. Alii eam sumant à consensu absoluto cum Molina, & Lessio: alii cum Vazquez à consensu conditionato: alii cum Suarez, & Bellarmino à Scientiâ Mediâ, in cujus explicatione, & usu ita in dies variant, ut vix unus cum altero sentiat. Ita imponunt Moderni Thomistæ cum Gonet, & Vives: qui non advertunt ad Scholæ suæ dissidium, quod repræsentavi *lib.* 3. & nuper *à num.* 104.

Molina.
Lessius.
Meratius.
Bellarmin
Suarez.

141 In nostrâ penès punctum Efficaciæ, & Scientiæ Mediæ, substantiale dissidium non est: nam *efficacia*, quam negant Molina, Lessius, & Meratius, negatur ab omnibus: nempe efficacia constituta per antecessionem causalitatis, & Naturæ inevitabilem, & prædeterminantem. Efficacia, quam admittunt Bellarminus, & Suarez, non negatur à Molinâ, nec à Lessio: nempe efficacia constituta per antecessionem logicam Scientiæ Mediæ. Omnes in hoc conveniunt, quòd auxilium efficax ex aliquâ connexione cum effectu constituitur. Hæc *in actu secundo* coaluit ex entitate auxilii *quoad rectum*; ex superaddito consensu *quoad obliquum*. *In actu primo*, ex ipsâ eadem entitate auxilii, & vel ex futuritione conditionatâ, vel ex Scientiâ Mediâ (quod apud me sonat idem, ut latè diximus *lib.* 4.) vel ex Divinâ Præfinitione: quod est leve dissidium.

Suprà lib. 4.

142 Ex his impostoris appingere Pelagiani, & Semipelagiani notam erroris solent Sententiæ Iesuiticæ Prædeterminatores: quarum proinde manifesta depulsio, notam illam abstersit. Addo tamen,

Navarret.

ut obstruam os Navarreti *tom. 2. controvers 21. §. 13. pag. 396.* clamantis contra Nos *ad Ecclesiam Dei*, Pelagianum errorem, quoad præsens attinet, constitisse in negandâ necessitate Divinæ Gratiæ ad inchoanda, ad perficienda, ad consummanda salutis opera: id est, ad omnes, & singulos actus salutares. Semipelagianum, in negandâ necessitate Divinæ Gratiæ *ad* initium Fidei, & ad finalem Perseverantiam: At Sententia Societatis immensum ab utroque distat; impugnat utrumque, & utrumque destruit. Relegantur errores horum errorum *lib. 5. à num. 179. & à num. 189. & lib. 10. à num. 68. & 69. & 75.* & quæ nuper diximus *à num. 83.* & miratus est jure Pater Franciscus Annatus *de Scientia Mediâ disp. 3. cap. 4.* Homines, qui Nostros legerint, & illos errores noverint, potuisse unquam parabolas istas calumnias ducere. Videatur ipse *loco citato, & in Augustin. rendicato toto lib. 7.*

T. Annat.

143 Scio Hieronymum Vives Dominicanum novissimè voluisse (quem imitati sunt Baronus, & Labat Moderni Thomistæ) regerere in nos Calvini, & Iansenii maculas: ita conatur *disp. 11. contra Scientiam Mediam dist. 7. §. 9. & 10.* eo forsan stratagemate, quo de crimine, de quo timeas accusationem, reum in antecessum facias, qui accusaturus est. Qui Iansenium noverit, facilè consilium impugnatoris intelliget. Ipse de jure, vel injuriâ, nolo loqui, contentus Docti Lectoris Intelligentiâ.

Vives. Baron. Labat.

SECTIO IV.

SENTENTIÆ NEVTRALES, ÀVT Mediæ.

144 ARduum est inter hæc extrema tutò tenere medium. Conatus tamen est primò, Nobilis Theologus Magister Lorca, qui primò docet 1. 2. *disp. 20. memb. 1.* Physicam Prædeterminationem nec esse necessariam titulo dependentiæ, aut subordinationis nostræ ad Causam Primam; nec titulo Gratiæ efficacis, nec ad materiale peccati possibilem esse. Secundò docet, Physicam Prædeterminationem, si necessaria sit ex parte actûs primi, componi non posse cum libertate Voluntatis in operando, *non minùs, quàm si voluntas operetur in somno.* Verba sunt Lorcæ *disp. 21. & tract. de pecc. disp. 38.* Tertiò docet *disp. illa 20. memb. 2.* posse sine Jæsione libertatis physicè prædeterminari Voluntatem, prædeterminatione tamen indistinctâ ab actione; vi cujus prius operetur Deus, quàm Creatura, non prioritate temporis, sed naturæ, nec prioritate instantis *in quo*, *sed à quo*. Quartò docet, existimandam præmoveri plerumque sic Voluntatem humanam à Deo: ubi aliquos,

Opinio M. Lorca.

quos, (nos scilicet,) ita horrere dicit, ne Deus vel leviter virtute suâ attingat voluntates nostras, quasi ipsi bufonem attingere cogerentur. Et hæc est Prima Sententia Media, in quam satis inclinavere nonnulli Thomistæ *ex nu. 110.*

Opinio aliquorũ Scholistarum.

145 Secunda Sententia Schoto tribuitur ab ingeniosis Schotistis, docentibus primò: Auxilium physicè prædeterminans esse libertati nocivum. Secundò: per cujuslibet entitatem auxilii manere Voluntatem cum indifferentiâ in actu primo ad obtemperandum, vel resistendum. Tertiò: in actu secundo præmoveri Voluntatem ab ipso per concursum simultaneum, non quidem naturâ, sed tempore: ità nempe, ut licèt illic concursus sit tempore simultaneus, tamen priùs naturâ est à Deo, quàm à Creaturâ: unde hanc ille præmovet & determinat ad unum in actu secundo: Per illa duo Thomistas deserunt; & Nos per hoc ultimũ: quod ut cum libertate componant, adunt talem modum concursûs non opponi libertati, quia dispensatur à Deo ex præscientiâ præviæ inclinationis, quæ resultat potiùs in unam partem, quàm in aliam in ipso actu primo voluntatis: Et hæc inclinatio est quædam propensio, quæ nec fit à Creaturâ, nec à Deo, sed resultat. Vnde colligunt superfluere Scientiam Mediam.

Montepil. Smising. Pontius.

146 Sic Schotistæ, quos audivimus heri, & nudiùstertiùs, qui tamen pro se laudant Montepilosum: cujus, & Smisingi, & Pontii, alter est sensus, ni vehementer fallor: nam isti Magni Schotistæ concursum Dei non solùm tempore, sed etiam Naturâ faciunt simultaneum cum actione Creaturæ, totamque determinationem dicunt oriri ex Decreto efficaci, quo Deus suam applicat Omnipotentiam, non quidem antecedenti, sed comitanti tempore, & Naturâ: inevitabili tamen, & independenti ab omni usu libertatis nostræ, & Scientiâ Mediâ: exinde tamen amico libertatis, quia consequens est, nec intrinsecè immutativum Voluntatis. Vide *suprà lib. 3. num. 13. & lib. 7. à num. 16.*

Opinio aliorum Thomistarum.

147 Tertia Sententia negat Gratiam physicè prædeterminantem; admittit verò prædeterminantem moraliter: & ex vi moraliter prædeterminandi intrinsecè efficacem. Id est, negat prædetermina-

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.
Caramuel.

tiones physicas: moralies admittit: negat necessitantes; admittit infallibilitantes. Hanc insinuat *initio Suæ Theologiæ fundam.* Caramuel, & *à num. 7.* cæptam noviter à se defendi Salmanticæ, ait: verùm (ut deponit ocularis testis Henaus) nec ipse docuit unquam Salmanticæ; & Sententia est illo vetustior. Nec in ipsâ quievit: modò laudat, modò reprobat, factus arbiter Scholarum, nec veritus pugnantia dicere, Vir, acuti licèt ingenii, sed minùs constantis in uno, quàm Docentem decet. Eam Sententiam concepit Ioannes Vincetius Dominicanus, & in lucem edidere Gonzalez, & Araujo, nec soli. De quibus *num.* 112. Videatur Basilius Legionensis *1. p. Re ctionis de Necess. Gratiæ cap. 9. & 10.* Author suus sic explicuit, ut diceret Gratiâ efficacem unicè consistere in Gratiâ illuminante, & afficiente connotante certam dispositionem, & contemperationem subjecti, cui dabatur. Quare efficacia Gratiæ consistet, *inquiebat*, non in solâ illuminatione & affectione, sed in ipsis, & certâ subjecti dispositione; quam tamen non constitutivè, sed connotativè diceret Auxilium efficax. Termini non satis sibi conveniunt.

Vincetius. Gonzalez. Araujo. Basilius Legionēs.

Opinio Complutensium Dominicanorum

148 Quarta Sententia admittit physicas Prædeterminationes, sed eas subjicit usui nostræ libertatis: non directè, & formaliter, Sed indirectè, & arguitivè. Ita Thomistæ, & Dominicani Complutenses, qui presi nostris argumentis voluerunt modum, quo nos utimur in concordiâ libertatis humanæ cum Divinâ Scientiâ Mediâ, & Prædefinitionibus, transferre in favorem suarum Prædeterminationum. Vtque nos dicimus Prædefinitum ad consensum, & sub eâ consentientem, liberè consentire; quia, licèt componere non possit cum Prædefinitione, & Scientiâ Mediâ dissensum, illas potest evitare arguitivè, quatenus potest dissensum ponere, unde arguitur illarum inexistentiâ; & dissentientem, liberè dissentire, quia potest arguitivè acquirere vel Scientiam Mediam, vel Prædefinitionem, quatenus potest consensum ponere ex quo bene valet illatio ad earum existentiam: sic ipsi dicunt Prædeterminatum ad consensum, licèt componere nequeat cum illâ Prædeterminatione dissensum, liberè consentire, quia potest argui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

guitivè vitare Prædeterminationem, per potestatem ponendi dissensum, ex quo valet illatio ad illius inexistentiam, &c.

Opinio aliorum Thomistarum.

149 Quinta Sententia admittit etiâ Physicas Prædeterminationes, sed aliter eas subjicit arbitrio nostro, docendo eas impediri, vel consequi posse per eos ipsos actus liberos arbitrii nostri, quos prædeterminant. Idque præstat per mutuam causalitatem in diverso genere, ita ut Prædeterminatio pendeat in existendo, à consensu, pro quo datur, in genere causæ materialis: & ipse consensus à Prædeterminatione in genere causæ efficientis. Quem dicendi modum, qui conformis est Thomisticæ Scholæ defendêti, ultimam dispositionem ad Gratiam justificantem, procedere ab ipsâ Gratiâ ad quam disponit, tenuit Magister Petrus Herrera Dominicanus, Salmanticensis Primarius, allegans pro se Petrum Lorca 1. 2. *disp.* 20. *dub. app.* Vegam *in Trident. lib.* 6. *cap.* 6. *& lib.* 13. *cap.* 13. & 22. Medinam 1. 2. *quæst.* 109. *art.* 10. *dub.* 2. *conclus.* 2. Zumelem *disp.* 4. *de Aux. sect.* 2. *concl.* 5. *pag.* 82. 85. 88. 91. & 92. Patrè Gregorium de Valentia 1. 2. *disp.* 8. *quæst.* 3. *punct.* 4. 6. 2. *propositi* 4. quibus novissimè subscripsit P. Labat Tolosanus Dominicanus, & Vincentius Baronus, sibi arrogans existimationem, quasi primus primùm invenerit in subsidium Physicæ Prædeterminationis. Ipsum acutè carpit, & validè premit Pater Ioannes Ferrier Noster *in speciali tractatu*. Existimationem despexerant sui Alvarez, Gonzalez, & Araujo: tetigerat Herize *tract. de Scientiâ Dei disp.* 6. *cap.* 2. *num.* 26. impugnarunt Hurtado 1. 2. *disp.* 127. *à sect.* 4. & Cardinalis de Lugo *de Pœnitentia disp.* 8. *sect.* 7. *à num.* 164. Dederat Pater Valentia, cujus elucubrationi ipsi nihil addunt, sed debent omninò quantum promunt. Sed doctrinam dedit: quâ in rem hanc abutuntur ipsi Thomistæ. Legatur ipse *loco cit. prop.* 6.

Herrera Dominicanus. *Lorca.* *Vega.* *Medina.* *Zumel.* *Valentia.* *Baron. Dominicanus* *P. Ioann. Ferrier.* *Alvarez.* *Gonzalez.* *Araujo.* *Herize.*

Opinio aliorum Thomistarum.

150 Sexta Sententia etiam Prædeterminationes physicas amat, & admittit: eas tamen aliter subdit Arbitrio nostro: facit enim dependentes ab aliquâ dispositione prævia illius: ratione cujus manet in potestate nostrâ, vel quòd sit Prædeterminatio, vel saltem quòd non sit. Ita Thomistæ non pauci videntur insinuasse: & aliqui tenuerunt apertè, fassi non aliter, fieri posse satis argumentis nostris, iis potissimùm, quibus ex Prædeterminatione contenditur excidium veræ sufficiêtiæ, & imputabilitatis in transgressione præceptorum. Verùm hi non uno modo discurrunt: nam alii dicunt eam dispositionem esse debere positivam alicujus actûs prævii: Ita Franciscus Davila *cap.* 7. & Zumel *disp.* 4. *sect.* 2. *concl.* 5. Alii dicunt esse solùm debere, & posse negativam: ita inter alios apertè Cabrera *disp.* 2. §. 11. *num.* 302. 457. & 476. & novissimè Dominicanus Labat, arrogans exinde sibi solutionem à multis quidem tentatam, *ut ait*, à nemine tamen hactenus obtentam. Sed jam superbire desierit, lecto Patris Ioannis Courbulezii Nostri *speciali tractatu* contra ipsum, & *solutionem animis veterem*, deserram, & contemptam olim à suis, nec probabilitate nunc auctam ex calamo recenti P. Labat.

Davila. *Zumel.* *Cabrera.* *Labat, Dominicanus* *P. Ioannes Courbulez.*

Postrema Opinio Melchior Fuster.

151 Septima Sententia distinguit inter Auxilium Prædeterminans, & Condeterminans. Illud negat contra Thomistas: & hoc admittit contra Nos: docendo primò: Neque requiri Prædeterminans, quia lædit libertatem: neque sufficere merè adjuvans, & indifferens: quia non minùs supernaturalis est determinatio Voluntatis, quàm actus ipse: cùm ergo ratione supernaturalitatis nequeat voluntas se solâ efficere actum sine principio efficiente superno; sic nec applicare se, nec determinare, sine coapplicante, & condeterminante superno: unde docet secundò, debere auxilium esse condeterminans, ita ut determinatio voluntatis sit ab illo, & ab istâ, condeterminantibus simul, à neutro verò determinante, se solo. Docet tertiò: ad imminantem Decreti Prædefinitivi, & Inimitationem Decreti Prædefinitivi, & Indifferentis distingui debere duplex genus Auxilii. Aliud erit absolutè, & intrinsecè condeterminans, quod nempe sit talis genii, ut faciat, quòd voluntas potens non operari, semper operetur: & hoc vocat vocationem condeterminantem Prædefinientem. Aliud erit quasi conditionatè condeterminans: quia licèt in se sufficiat ad determinandum, & in re determinet, quando ponit suam determinationem Voluntas; tamen ita pendet ab istâ, ut si hæc condeterminare nolit, nec

nec ipsum etiam condeterminet, sed maneat purè sufficiens, non sui defectu, sed voluntatis. Ita novissimè discurrebat *in Manuscriptis de Aux.* Doctor Valentinus Melchior Fuster. Et de hoc puncto hucusque licet, per Decreta Summorum Pontificũ Pauli Quinti, & Vrbani Octavi: quorum reverentiâ, calamum ultrò, & ultrà contineo.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

DISPVTATIO VLTIMA.

ET APPENDIX EXCVRSIO: CVR SECVNDA Trinitatis Persona præ Tertiâ, Filius; & illius Processio, Generatio?

152  ATERIAM Magnæ Disputationis repræsentavi nunc: evolvere disputando non potui. Loco tamen ejus, aliam difficultatis maximæ Resolutionem, quasi appendicem, incrcisis aliarum opinionum impugnationibus, annecto; non quidem tractatui, sed toti elucubrationi: nequis in hisce curis ad Primam Partem, ex toto, sequentem Controversiam alioqui celebrem, & ad quam me sæpè remisi *Tract.* 1. juxta principia *inibi* præjacta, desideret.

Ratio appendicis.

Lib. 1. *à num.*

SECTIO I.

PONDERATIO DIFFICVLTATIS: INSINUATA DD. in ipsâ varietate: & nostrum de Ipsâ Iudicium.

Difficultatis Summa, & Ratio.

153 SVmma, & Ratio summæ difficultatis est: Generatio, ex Philosopho à Conciliis, & Theologis hic admisso, est Origo Viventis à Principio Vivente Conjuncto in similitudinem Naturæ: Sed Processio Spiritûs Sancti est æquè Origo Viventis à Principio Vivente Conjuncto in similitudinem Naturæ, ac Processio Secundæ Personæ: ergo vel est Generatio, Neutra, vel Vtraque: & Vtraque Persona Filius æquè, vel Neutra. Id est contra Fidem, cujus Articulus est, Secundam Personam esse Filium: non Tertiam: Processionem Secundæ, & non Tertiæ esse propriè, & verè Generationem.

154 Et minor urgetur: quia Spiritus Sanctus ex vi processionis accipit à Principio eandem Naturam Divinam, & procedit ut Deus, & Persona Divina, non minùs ac Secunda: ergo procedit æquè similis in Naturâ, & æquè conjunctus, & æquè vivens à Vivente Principio, ac Secunda Persona. Certè videtur procedere magis similis, quàm homo genitus procedit ab Homine generante. Cur ergo Processio Secundæ Personæ, præ Tertiâ, Generatio sit: & Tertiæ, nullo modo sit Generatio, cùm productio hominis, longè in similitudine dispar, Generatio sit? Et exardescit difficultas ex tribus conditionibus, quas habere debet assignanda discriminis ratio: Veræ, Pertinentis, & sufficientis ad esse Filium, ubicumque ea sit. Vnde Augustinus ingeniorum apex, & Aquila, *lib.* 3. contra Maximum *cap.* 14 difficultate tactus, & pressus, dicere non erubuit: *Distinguere inter illam Generationem, & hanc Processionem nescio, non valeo, non sufficio.*

Angetur.

Augustin.

155 In expediendâ tantâ difficultate, mira est apud Doctores tam Veteres, quàm Recentes, opinandi varietas: quam totam reduco brevissimè ad quinque Classes. Prima discrimen sumit ex parte Principii, sive *Quod*, sive *Quo*. Et in hac classe tres video Sententias Principales: & in ipsis multiplicem dicendi modum:

Multiplex decidendi Classis: & Prima:

nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

nam alii respectivè ad Principium *Quod* requirunt ad rationem Geniti in termino, similitudinem summam, ita ut habeat omnia Producentis, præter Relationem ad ipsum. Alii sistunt in Principio *Quo* ad Verbum, quod statuunt in ipsâ Naturâ Dei, vel in Primâ Potentia: unde colligunt Filiationem in Secundâ Personâ.

Secunda: 156 Secunda classis discrimen sumit ex parte Perfectionis communicatæ. Et in hac sunt duæ Sententiæ valde celebres. Prima eorum, qui, statuentes Essentiam Metaphysicam Dei in prædicato singulari, colligunt, ideò Verbum esse Filium, quia ex vi processionis communicatur ipsi Divina Natura; non verò Spiritui Sancto. Altera, recurrit ad Fœcunditatem ad intra; & asserit, Verbum præ Spiritu Sancto esse Filium, quia à Patre accipit Naturam Fœcundam. Quam secundam sententiendi speciem variè colorant Magistri mihi gratissimi.

Tertia: 157 Tertia classis discrimen sumit ex parte Processionis. & in hac sunt Thomistæ, & aliqui Salmanticenses ex Nostris. Thomistæ: quia dicunt Secundam Personam procedere per vim assimilitivam, nempe per intellectum. Nostri verò, quia ex primitate Processionis, dicunt Secundæ Personæ Processionem esse operationem primò intentam, & illius, quod in Operante Primum est, atque adeò Naturæ, & consequenter antonomasticè Naturalem, & Generationem.

Quarta: 158 Quarta classis discrimen sumit ex modo communicationis: & in hac

P. Borrull classe singularis est P. Mathias Borrull, qui usus distinctione Virtuali intrinsecâ inter Intellectionem, & Volitionem: & exinde peregrinè tutus, communicationem Formalem, quâ Natura communicatur Secundæ Personæ, stare in Intellectione, & Communicationem Formalem, quâ Natura communicatur Tertiæ, in Volitione, colligit, modum accipiendi Naturam, destinatum Generationi esse per Intellectionem, atque adeò Secundam Personam præ Tertiâ esse Filium.

Quinta. 159 Quinta classis discrimen sumit ex parte Termini Producti, per varios discursus, quibus quærunt in Secundâ Personâ Rationem specialem Imaginis; vel specialem similitudinem Productam, ratione lineæ intellectivæ, in quâ Verbum est. Et hucusque Theologorum judicia, quæ latiùs in loco repræsentavi: &

Mens Authoris circa ipsas. 160 Circa quæ, (quando non licet ire per singula cum Amicis) pondera diligenter: Omnes, & singulas classes, & Sententias inibi contentas niti uno ex tribus Principiis, quandoque falsis, plerumque incertis, & ad minimum maximè dubiis. Primum est Distinctio Virtualis inter Perfectiones absolutas ne-

Non stant Fundamenta, quibus nituntur. cessarias Dei, vi cujus dici posset Primò in unâ potius, quam in aliâ consistere Essentiam Dei. Secundò: unam communicari ex vi processionis, & non aliam. Tertiò, in unâ potius, quam in aliâ stare Principium *Quo* respectu istius, vel illius Personæ Productæ. Secundum est, pertinere ad rationem Filii fœcunditatem acceptam à producente. Tertium: non solùm ad rationem Filii sufficere similitudinem intentionalem, sed ita requiri, ut ex ejus præciso defectu, deficiat ratio Filiationis: quo posito, similitudo intentionalis, mirabili artificio, quæritur. Hæc principia si ruant, nulla ex prædictis sententiis stare potest. Eâ verò principia sunt valde dubia, & fortasse maximè falsa, ut ostendi *supra l. b. 1. Latè.*

Ex lib. 1.

Nulla videtur satisfacere: & cur? 161 Exinde generaliter colligo, & censeo, per nullam ex prædictis Sententiis haberi in præsenti puncto, quod quæritur. Quod enim quæritur est quidam conceptus, qui simul tres habeat conditiones: Veritatem prædicati: pertinentiam ejus ad rem quæstionis, nempe ad Filiationem: & talem specialitatem ad esse Filii, ut ex ejus præciso defectu, in Spiritu Sancto desit conceptus Filii. Sed per nullam ex prædictis classibus opinandi, ut eas meditanti constabit, assignatur conceptus hujus triplicis conditionis: nam earum aliquæ peccant contra primam, recurrentes ad prædicatum, quod in Deo non est, nempe notionalis intellectionis, vel nixę falso fundamento, nempe distinctionis virtualis inter absoluta necessaria Dei, & quæ exinde architectantur circa Essentiam Dei, & Principia Processionum. Aliæ peccant contra secundam: nam si Filius stare apud omnes potest, præcisim à primitate processionis, à processione per Intellectum, ab emanatione à pluribus, vel ab uno, à ratione intellectionis, à similitudine intentionali, & ab acceptâ fœcunditate, quid pertinet recursus ad ista? Imò, quod maximè notandum est, si sine his invenitur conceptus Filii; cur etiam, sine his, non erit Filius, Spiritus Sanctus? Vnde ferè omnes peccant contra tertiam conditionem.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Illustratio Præcedentium. 162 Et contra omnes generaliter instauratur ratio difficultatis. Præsentis Controversiæ non est solùm assignare rationem, cur secunda Persona sit Filius, sed cur tertia Persona non sit Filius: sed quidquid sit de primâ parte, secundam, quæ potissima est, nulla ex sententiis prædictis assequitur; ergo nulla satisfacit præsenti controversiæ. Minor ostenditur. Ex prædictis sententiis solùm excluditur à Tertiâ Personâ, quod in secundâ sufficere dicitur ad rationem Filii: sed per exclusionē hujusmodi, nō fit exclusio veræ, & omnimodæ Filiationis à Tertiâ Personâ: quod probatur primò: quia conceptus assignatus à prædictis sententiis in Secundâ Personâ ad rationem Filii est conceptus specificè singularis, non verò ita univocus, & genericus, ut sine ipso stare nequeat vera ratio Filii, ut patet ex creatis: ergo per exclusionem illius, non fit exclusio omnimodę Filiationis: dicetur enim Spiritum Sanctum esse aliter Filium: sicut, licèt ex negatione generis excludatur omnes species; non excluditur Genus, ex negatione unius, aut alterius speciei: non enim homo esse desinit Animal, quia non est Leo: licèt neuter esset homo, vel Leo, si neuter esset Animal. Secundò, & est ratio à priori: quia non obstantibus prædictis sententiis, respectu Spiritûs Sancti cum majori rigore, quàm respectu Filii creati manet verificata definitio, quam habemus ut regulam præsentis controversiæ: origo viventis à Vivente principio cōjuncto in similitudinem naturæ. Hæc sufficiat tetigisse, quando non est animus descēdere ad singulares uniuscujusque impugnationes, quas latè dedi *in tractatu de Trinitate.*

SECTIO II.

LEGITIMA RESOLVTIO.

Vnde expedienda difficultas? 163 SVmi debet tam ex parte Principii, quam ex parte Processionis, & Termini. Singula enim exprimuntur in Definitione Generationis. Et meritò: nam si Productio, Generatio non est, Terminus, qui producitur, Genitus dici nequit: at nequit Productio dici, & esse Generatio, si Virtus Principii Generativa nō sit: ergo legitima Ratio indivisibiliter ostendere debet Conceptum Generativæ Virtutis, in principio; Generationis, in Productione: & Filiationis in Termino. Licèt enim tres hi conceptus, ita connexi sint, ut, uno probato, legitimè reliqui colligantur: eo tamen ipso, quòd sunt connexi, quovis excluso, excluduntur & reliqui. Vt autem, claritate, quâ desidero; res ostendatur

Produci similem in Naturâ, non sufficit ad esse Filium. 164 Notandum est primò: Posse haberi, & accipi ex vi productionis à Termino producto Naturam, vel specificè, vel numericè eandem, quæ est in Producente, quin eo ipso Terminus Productus sit Filius: v. g. homo productus ab homine, quin sit Filius Hominis; & à leone leo, quin filius sit leonis. Si sit casus iste possibilis, Principium nostrum erit evidens. Et, præterquam quòd videtur hoc certum de Spiritu Sancto; patet casum esse possibilem exemplo duplici. Primum est: casu quo Deus imprimat homini virtutem adventitiam producendi alterum hominem, modo, quo lapidi posset imprimere: quis dicat, concursum, parem, parem concursui lapidis in hominem, esse Paternum? Secundum est, casu quo fingas, hominem album v. gr. præcisè fœcundari per albedinem extra-quidditativam, ad productionem alterius hominis. In neutro casu, homo est ab homine, quâ homo est; & in Neutro exercetur in productione hominis, Hominis Natura, quâ talis: unde in neutro casu terminus productus est Filius.

165 Ecce acceptam à Termino Naturam Producentis, ex vi productionis, quin Productio sit Generatio: quin virtus productiva, quantumvis communicativa Naturæ sit Generativa; quin Terminus, quantumvis ejusdem specificæ Naturæ, sit vivens à Principio vivente conjuncto in similitudinem Naturæ, siquidem neque Genitus est, neque Filius. Sed unde sumenda est Regula pro discernendis his conceptibus. Ego censeo, haberi jam regulam in ipsâ Definitione

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Generationis. Quare pro ejus exactâ intelligentiâ

166 Notandum est secundò, in Definitione Generationis *Ortus Viventis à vivente Principio conjuncto in similitudinem Naturæ*, Voces istas, sub expressione, quâ ponuntur, reduplicativè sumendas. Et ratio est, quia expressio prædicati in Definitionibus facit reduplicationem: sic in definitione Hominis otiosum esset addere: *Animal Rationale, quâ tale*: quia expressio Rationalis satis notat reduplicationem. Ex quo principio sequitur manifestè, ly *Naturæ*, quæ *ex parte Principii* facit cõjunctionem Principii cum Termino procedente; & *ex parte Termini*, facit unitatem, vel similitudinem Termini cum *Principio conjuncto*, sumi reduplicativè in hac definitione, tam ex parte Principii, quàm ex parte Termini. *Ex parte Termini*, ut sensus sit, participari à Termino Procedente Naturam Principii sui, prout existit, & supponitur in Principio suo. *Ex parte Principii*, ut sit sensus, Naturam exercere Naturæ proprium munus in producente, dum producit.

Explicationis Ratio.

167 Ratio partis utriusque ex Terminorum expositione satis patet: si enim in Definitionibus expressio æquivalet reduplicationi, Natura, quæ in hac definitione Generationis, exprimitur, ex parte Termini, quatenus hic exigitur similis ratione naturæ, & ex parte Principii, quatenus hoc supponitur ratione Naturæ conjunctum; ex parte utriusque sumi debet Natura, quâ talis, id est, secundùm proprium munus Naturæ. Id quod ad Philosophi mentem eleganter, & profundè Damascenus expressit *lib. 1. de Fide Orthodox. cap. 8.* dum scripsit: *Generatio in eo consistit, ut ex Gignentis essentiâ, Proles ejusdem cum Gignente substantiæ producatur.* Nota benè repetitionem ex parte *Gignentis, & Geniti*. Probatur deinde quoad secundam partem. Nam Generatio, est *Operatio antonomasticè Naturalis*, unde dicta est à Philosopho *2. de Animâ tex. 34. & 7. Metaph. cap. 8. Opus Naturalissimum*, & à Damasceno, & Ambrosio, *Opus proprium Naturæ*: ergo supponit ex parte Principii Naturam, non quidem materialiter, sed formaliter ut Naturam. Probatur deinde quoad primam. Quia Genitus

Aristotel. Damasc. Ambros.

procedere debet, quantùm potest, in similitudinem Naturæ Principii sui: At qui ex parte principii, ut modò dicebamus, præsupponitur Natura quâ talis: ergo Genitus, ut procedat in similitudinem Naturæ Principii, debet accipere Naturam, prout existit, & supponitur in principio, id est, ut talem.

Naturæ munus omninò proprium.

168 Notandum est tertiò: Naturæ, definitæ à Philosopho: *Principium motûs, & quietis ejus, in quo est primò, & per se, & non secundùm accidens*, munus omninò proprium est constituere suppositum. Id quod est evidens: ad id enim ordinatur primò, & per se Natura. Vnde *tria* manifestè sequuntur. *Primum* est: Naturam, ut naturam, esse Principium sive *quod*, sive *quo*, (à quibus terminis modò præscindo,) solùm verificari, quãdo Naturæ convenit esse Principium, ut ordinatæ ad constitutionem suppositi, vel ut constituenti suppositum: tunc enim habet esse Principium *ejus in, quo est primò, & per se*: quæ est solemnis definitio Naturæ, quâ talis. *Secundum* est: Si Naturam constituere aliquod suppositum, sit idem, ac esse Principium sive *quod*, sive *quo* alicujus operationis, eam operationem necessariò esse Naturalissimam, quia necessariò provenit à Naturâ, quâ tali, id est, ut exercente propriissimum munus Naturæ. *Tertium* est: Si Naturæ adveniat esse principium, præexercito jam munere constituendi suppositum, neque constituenti suppositum, cum virtute, quæ advenit in eo casu, nec virtutem posse dici Naturæ quâ talis; nec operationem esse à Naturâ, ut natura est; neque Naturam pro ut in tali principio, exercere munus Naturæ. Id enim est, quod in definitione Philosophi intenditur explicari per illa: *& non secundùm accidens*. Nec requiritur, quod sit accidens: sufficit, quòd ex conceptu rationis extraquidditativæ, comparetur cum Naturâ quâ tali, ad imitationem accidentis.

Virtus Generativa, quæ?

169 Vides, ex his necessariò sequi primò, quòd Generativa virtus esse non potest, illa quæ non sit virtus Naturæ, ut talis, & maximè propria. Tunc autem erit Virtus, Naturæ ut talis, maximè propria, cùm ipsa virtus, seu productio sit ratio constituendi cum ipsâ Naturâ suppositum. Nam, cùm Natura *primò*, &

& per se ordinetur ad subsistentiam, & subsistentia sit Proprietas antonomastica Naturæ, quâ talis, si virtus, seu productio sit ipsa subsistentia, non potest non esse Naturæ propriissima. Secundò: quòd Generatio necessariò debet esse operatio Naturæ, quâ talis. Id quod satis indicat vox Nativitas, & Nasci, propria Filiationis, dicta à Naturâ, à quâ procedit, & quam intendit. Tùm quia Generatio est exercitium Virtutis Generativæ; sed Generativa Virtus est Virtus Naturæ, quâ talis; ergo & operatio. Tertiò: quòd Virtus, Naturæ non competens, quâ Natura est, sed illi comparata, per modum virtutis extranaturalis, & adventitiæ, non potest esse virtus generativa, nec operatio exinde subsequens, quantumvis communicativa Naturæ, generatio; ut patet exemplis adductis

Suprà nu. 164.

num. 164. Tunc autem virtus est extranaturalis, & adventitia Naturæ, quâ tali, quando ex se habet advenire Naturæ, præexercito munere constituendi suppositum, & supposito constituto. Id enim in virtute, quantumvis aliàs substantiali, potiùs redolet genium accidentis, quàm naturalitatis

Quam similitudinem in Naturâ intẽdat?

170 Quartò sequitur, (quod & observandum est maximè) similitudinem in Natura, quam intendit Generatio, sitam in eo esse, ut Natura sit in Termino ex vi productionis, cum munere Naturæ, quod in principio exercet, ut principium termini est. Hinc Philosophus dixit Generationem esse *à Naturâ in Naturam*: quia supponit in Principio Naturam ut Talem, & intendit Naturam ut Talem in Termino. Hinc etiam est, quòd cùm Generatio intẽdat in Termino Naturam ut talem, id est, constitutionem suppositi; non enim Filius accipit Naturam, nisi in suppositi constitutionem; necessariò supponit in Principio Naturam, cum munere Naturæ, id est, constituendi suppositum cum eâ ratione, quacum habet de per se constituere Principium Termini. Et ratio est manifesta: quia ut Terminus evadat similis in Naturâ sui Principii, debet habere Naturam, nõ utcumque, sed prout est in Principio suo, quatenus talis Termini Principium est: Sed Filius Naturam accipit in constitutionem suppositi, id est, ut talem: ergo Filius necessariò supponit in principio suo Naturam, ut talem, id est, constituendo suppositum, quatenus est Principium Filii. Quare Terminus, qui non supponat, in Principio Naturam, ut talem, quamvis ipsam accipiat, nequit esse similis in Naturâ Principii, ut talis, neque Filius.

In Primâ par. & in 1. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Virtus Generativa, & Spirativa Comparantur.

171 Notandum est quartò, Valde se habere diversimodè, respectu Naturæ, Virtutem productivam in Primâ Personâ, ac Virtutem spirativam, in Spiratore. Virtus Productiva, seu Productio in Prima Personâ est ipsa Personalitas; unâ de esse suppositum in Primâ Personâ; est omninò idem, ac esse Principium *Quod*, Secundæ. Quare neque Virtus, seu Productio potest esse magis Propria Naturæ, quâ talis, utpotè ratio subsistentiæ, ad quam ordinatur primò, & per se Natura, ut talis; neque operatio potest non esse à Naturâ, prout exercente munus Naturæ; cùm necessariò sit à Natura constituente cum ipsâ Naturâ suppositum, & Principium *quod*, ita ut ejus suppositum, sit esse Principium Secundæ Personæ.

Relatio Spiratoris non est Subsistentia.

172 At Virtus Spirativa est quædam Relatio, quæ, neque cum Naturâ Divinâ constituit subsistens, neque suppositum, ut certum est, neque ipsi competit ut ordinetur ad suppositi constitutionem, sed advenit extraquidditativè, & quasi resultans, ex duabus Personis, in ratione suppositorum, constitutis. Et ratio est certa ex Florentino: quia Prima, & Secunda Persona, nempè Pater, & Filius, non spirant per modum duplicis Principii, sed unius: unde Principium Spirativum, neque est Pater, ut Pater, neque Filius, ut Filius, sed Principium singulare, adveniens Patri constituto in esse Primæ Personæ, & Filio constituto in esse Secundæ; quo singulari Principio spirant Tertiam Personam, ut unicâ spiratio Activa, & unicus spirator.

Quod aliter ostenditur.

173 Vbi jam vides in ratione spiratoris, ut talis, non esse rationem suppositi: esset enim unicum suppositum, commune Patri, & Filio, ut est unicus spirator. Quare ratio concreta spiratoris, ut talis, nequit dicere Naturam cum munere Naturæ, cùm ex se præsupponat præexercitum Naturæ munus in constitutione suppositorum, quibus advenit, exinde neque ea Virtus potest dici Natu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

ræ, quâ talis, neque operatio proveniens, operatio à Naturâ qua tali, cum in principio ut tali non exerceat Natura Munus Naturæ proprium. Debet igitur dici Virtus quasi extra-naturalis. Vide *infrà num.* 183. *& à num.* 188.

Illatio pro Decisione

174 Colligitur ex hucusque dictis: Primò: Virtutem Productivam Secundæ Personæ, necessariò esse generativam in Primâ: non ita in Primâ, & Secundâ, Virtutem Tertiæ Productivam. Ratio est: quia illa est Virtus maximè propria Naturæ, quâ talis; secùs ista, quæ ex modo se habendi ad Naturam, est quasi extranaturalis. Secundò: Processionem Secundæ, & non Tertiæ, esse Generationem; quia Processio Secundæ ex se est Operatio maximè Naturalis, & à Naturâ, ut Natura est; non ita Processio Tertiæ. Tertiò: Secundam, & non Tertiam Personam, esse Filium: quia Secunda, & non Tertia procedit similis in Naturâ Principii sui, quâ talis. Licèt enim utraque sit ejusdem Naturæ; Spiritus Sanctus non est similis in habendo Naturam, Principio suo: Filius verò similis est: Filius est similis, quia Naturam accipit ut talem, id est in constitutionem suppositi, seu constituendo cum ipsâ suppositum, quâ productus est: & hoc modo Natura supponitur in Principio suo, nempè constituendo suppositum quâ producens. Spiritus Sanctus procedit ab spiratore, ubi neque Natura constituit suppositum, quâ producens, neque exercet Naturæ munus in constituendo principium: & aliunde Naturam accipit constituendo suppositum, quâ productus est: non ergo est similis in Naturâ Principii quâ talis. Quare sit tandem, pro decisione controversiæ

Decisio Nostra.

175 Conclusio: Secunda Persona ideò præ Tertiâ est Filius, ejusque Processio, præ Tertiæ Processione, Generatio: quia Processio Secundæ Personæ est operatio Naturæ, quâ talis, & in similitudinem Naturæ, quâ talis: non ita Tertiæ Processio; quæ solùm est ex virtute quasi extranaturali. Conclusio liquidò sequitur ex præcedentibus. Eoque mihi, præ cæteris, si diversa est à cæteris, magis placet, quia nulli innititur speciali principio aliàs controverso; æquè enim stat sive Principium quo stet in Absoluto, sive in Relativo. Nihil supponit, quod in Deo non sit: nihil immutat de definitione Generationis: quare hæc ratio, quam plurimùm judico, ut mox ostendam, tres illas habet conditiones, Veritatem in prædicato; pertinentiamque adesse Filii; & specialitatem hujusmodi, ut ex ejus præsentiâ deficiat ubicumque desinat esse Filiatio. Vide patet ad rationem difficultatis in disputationis limine positam. Sed ornemus sententiam Authoritate simul, & Ratione.

SECTIO III.

AVTHORITAS, ET RATIO PRO NOSTRÂ Sententiâ.

Authores pro Nostrâ Sententiâ. Bonavent. Durâdus.

176 AVthores pro nostrâ Sententiâ sunt, imprimis, Sanctus Bonaventura, Durandus, & omnes Theologi, qui *num.* 155. Secundæ Personæ ejus termini à Tertiâ petunt ex processione Secundæ, *a Natura, vel per modum Naturæ*, vel *secundùm Naturam*: à quibus reipsâ non discedimus. Deinde stant pro nobis omnes illi Patres, & Theologi, qui recurrerunt ad Primitatem, & Naturalitatem operationis. Insuper veteres illi Patres, qui dixerunt ex Augustino, Secundam Personam Filium esse, quia procedit ab unico tantùm suppositò, & Spiritum Sanctum non esse Filium, quia procedit à duobus, per modum unius principii, in nostro discursu fundati sunt: quia licèt ad Generationem impertinens sit esse ab uno, vel à duobus, utcumque: esse tamen ab uno, vel à duobus, prout in Trinitate credimus, maximè facit ad esse, vel non esse Generationem. Nam procedere ab unico tantùm suppositò, est procedere à virtute Naturæ, quâ talis: procedere verò à duobus suppositis, per modum unius principii, ipsis in ratione suppositali, jam plenè constitutis, advenientis, est procedere ex virtute quasi extranaturali: est ergo nostræ Sententiæ Mentis Augustinianæ, & omnium Patrum, qui secuti sunt Augustinum, Anselmi, Ruperti, Nazianzeni, & Basilii.

Augustinus explicatur.

Anselm. Rupertus. Nazianz. Basilius.

177 Est etiam nostræ Sententiæ Sanctus Thomas *quæst.* 10. *de potentiâ art.* 2. *Corp. & ad septimum*: *illa Processio per modum Naturæ intelligitur in Divinis, quæ nullam aliam præsupponit.* Qui dicendi modus necessariò nititur in nostro discursu. Sed clarior est, *in* 1. *dist.* 13. *art.* 3. *ad* 4. *Natura non est principium Spiritûs Sancti sub ratione Naturæ, sed sub ratione Voluntatis, à quâ procedit Amor, & ideò sua Processio non dicitur Nativitas, cùm Nativitas à Naturâ dicatur.* Est & Hilarius, qui *lib.* 5. *de Trinitate* de Filio sic loquitur: *Ex virtute Naturæ in Naturam eandem Nativitate subsistit.* Hî sunt Termini Sententiæ nostræ.

Mens S. Thomæ.

Hilarius.

Damasc. Ambros.

Sunt Damascenus, & Ambrosius, suprà jam relati, eisdem ferè verbis nostræ assertionis: dùm vocant *Opus Naturæ, & à Naturâ*, Generationem. Sunt etiam omnes *illi Patres*, citati soliti pro asserendo Principio *Quo* Generationis in Naturâ Divinâ: per hanc enim Sententiam nostram explicantur, & concilliantur. Sunt denique reipsâ omnes illi Theologi, qui Filiationem statuunt in ratione procedendi per intellectum, rati in Deo, idem esse procedere per Naturam, quia intellectus specialiter pertinet ad lineam Naturæ. Quare nostra Sententia, in re, communis est: utpotè Partium, & celebriorum Sententiarù expositio per terminos, in puncto Generationis, Philosophis, Theologis, & Patribus, valde communes.

Alii PP.

Sententiæ Ratio.

178 Ratio autem instruitur sic: De conceptu quidditativo Filii, ut Filii, est procedere suppositum vivens à Vivente Principio per Naturam ut talem constituto, in similitudinem ejusdem Naturæ. Atqui Secundæ Personæ, convenit sic procedere à Primâ: & Spiritui Sancto repugnat sic procedere à Patre, & à Filio: ergo ex hac ratione repugnat, quòd Spiritus Sanctus sit Filius: & quòd non sit secunda Persona in Trinitate Filius. Consequentia bona est: nam posito, quòd assignetur univocè genericus conceptus Filiationis; cui repugnet, non potest esse Filius: nec poterit non esse Filius, cui conveniat: sicut, cui conveniat conceptus genericus Animalis, erit Animalis species; nec esse poterit, cui conceptus ille repugnet. Difficultas est in præmissis: quarum imprimis

S. Thomas.

179 Major ostenditur primò: quia Generatio est *Operatio antonomasticè Naturalis*, ut *num.* 167. prænotatum est ex Philosopho, & ex communi apprehensione, eam vocante à Naturâ, Nativitatem, ut ajebat Angelicus Doctor: ergo habet

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

ex se procedere à Naturâ ex parte principii præsuppositâ, secundùm munus Naturæ. Id quod, Definitio Generationis satis explicat in Principio conjuncto: Conjunctio enim principii stat in constitutione Principii per Naturam, Genito communem. Sed de ratione Filii est procedere per generationem: ergo, &c. Quæ probatio conceptissimis Hilarii, Damasceni, Ambrosii, & Thomæ verbis, nuper appositis, ornari posset.

180 Ostenditur secundò: De ratione essentiali Filii est procedere à Principio, per Naturam Genito communicandam constituto indivisibiliter in esse suppositi, & in esse Principii: ergo est de Filii ratione procedere Vivens à vivente Principio per Naturam ut talem constituto in communicationem Naturæ. Consequentia sequitur: processio enim à Principio, cujus, esse Principium, sit esse suppositum, necessariò supponit, & respicit ex parte Principii Naturam, ut talem: quippe, Naturæ, ut talis, est suppositi constitutio. Probatur antecedens: Tùm quia ex dictis Virtus generativa, est Virtus maximè Naturalis, & Naturæ conveniens, ut Natura est, nempè primò, & per se: ita ut ipsi non accidat, aut quasi accidat esse principium operationis generativæ, ut ex philosophicâ definitione Naturæ satis patet: sed eò ipsò quòd virtus generativa, Naturæ sic conveniat, convenit ipsi, non supposito constituto, sed quatenus suppositum constituenti: ergo sic convenit, ut non præcedat esse suppositum ad esse Principium: ergo sic convenit, ut in esse suppositi, & in esse Principii generativi, indivisibilis constitutio sit: ergo. Tùm etiam, quia ex *num.* 164. stare potest participatio Naturæ Producentis sine Filiatione: sed non ob aliam rationem, nisi ex conditione virtutis, quasi extranaturaliter se habentis, & advenientis, supposito jam bene constituto: ergo de ratione Filii est procedere, &c.

181 Ostenditur tertiò: de ratione essentiali Filii est procedere in similitudinem Naturæ Principii sui: ergo est procedere à Naturâ constituente suppositum in principio: ergo est procedere à vivente Principio per Naturam ut talem constituto in esse Principii. Consequentia secunda liquida est. Et prima constat

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

quia similitudo, petit in Principio Naturam, qualis accipitur à Termino similis: sed à Termino accipitur constituendo cum producto suppositum: ergo supponitur in Principio, constituendo cum virtute producente suppositum. Ergo, &c. Antecedens autem patet ex ipsis terminis: sicut enim ratio producti, respicit producentem, ita similitudo cõparat Productum, & producentem, adeo ut ratio fundans similitudinem, considerari debeat ex producto quà tali, ad Producentem ut talem: debet ergo procedere Filius in similitudinem Naturæ, qualis est in Principio suo, exceptâ ratione Principii.

182 Minor autem Syllogismi principalis, quoad primam partem de Secundâ Personâ, est certa: nam in Primâ Personâ, quæ Pater est, omninò est idem esse suppositum, & esse Principium Secundæ: Deinde ipsa Virtus Productiva, seu Productio est ipsa Personalitas, Naturæ quà talis, maximè propria: quare, cũ Naturâ in Principio nõ possit nõ suppositari per ipsam rationem Principii, non potest nõ exercere Naturæ munus in ipso Principio quà tali: ergo secundæ Personæ propriissimum est procedere suppositum Vivens à Vivente Principio, per Naturam ut talem constituto, in similitudinem Naturæ. Id autem repugnare Tertiæ Personæ, (quæ erat secunda pars minoris) non patet minùs. Quia Principium Spiritûs Sancti sunt Pater, & Filius, non quidem ut Pater, & ut Filius, sed ut unicus spirator, constitutus per Virtutem ipsis advenientem, plenè constitutis in esse suppositorum. Neque Naturæ convenientem ad constitutionem subsistentis, neque suppositi, sed præexercito suo Naturæ munere, quasi extranaturaliter: ergo Spiritus Sanctus neque procedit à Naturâ quâ tali, neque Naturam accipit, qualis supponitur in Principio suo quâ tali. Hæc ergo est ratio, cur Tertia Persona non sit Filius, & cur sit Filius, Secunda Persona.

P. Fassol. 183 Quæ tota doctrina ne ingrata appareat, legatur Doctissimus Fassolus *tom. 3. ad quæst. 28. art. dub. 1. num. 8. & dub. 2. à num. 20.* & præsertim *num. 33.* Accipiatur tandem ex calamo Sancti

S. Thomas. Thomæ *in 1. dist. 33. quæst. 1. art. 3. Corp.* ubi hæc habet, in rem nostram, profundè meditanda: *Communis spiratio est in Personis sicut illud, quod advenit post esse constitutum; sicut albedo est in Sorte.* Nota benè comparationem: ne miseris, Virtutem spirativam vocari à nobis quasi extranaturalem ex modo adveniendi; quando eam Angelicus Doctor, ex modo adveniendi, comparat: non dubitat cum Albedine. Quò facit Capreoli dictum *in 1. d. 13. quæst. unic. art. 2.* Spiratio non concurrit ad constitutionem Divinæ Personæ. *Capreolus.*

SECTIO IV.

OBIECTIONES SOLVVNTVR.

Objectio prima:

184 Objicies primò: Virtus generativa est in Humanis, juxta Sententiam satis communem, Potentia accidẽtalis, Naturæ adveniens, constituto supposito, nec faciens cum ipsâ suppositum: sed hoc non obstat conceptui Generationis in Actione, nec Filiationis in termino: ergo neque obstabit, ne Spiritus Sanctus sit per generationem, & Filius, esse per virtutem Naturæ advenientem, constituto supposito, nec faciente cum ipsâ suppositum. Confirmatur, præoccupando solutionem: Nam juxta Sententiam satis communem, tota virtus generandi in humanis est accidens, ita ut substantia immediatè non concurrat ad generationem substantiæ: ergo vel non est de ratione Generationis, vel procedere per Virtutem quasi advenitiam non tollit processionem à Naturâ quà tali, sufficientem generationi.

Solvitur. 185 Respondetur. Permisso nunc, quòd substantiæ creatæ producant per potentias istas instrumentales, unum restat incertum, & certum aliud. Incertum est, an substantiæ nihilominùs (quod nos asserimus contra Thomistas,) immediatè concurrant cum instrumentali potentiâ. Certum est, substantiam, licèt immediatè non concurreret, concurrere ut *quod*; Nam instrumentum (ut ipsi ajunt) producit nomine, & in virtute substantiæ, ita ut verum sit: homo ut homo generat hominem; quia virtus illa est debita Naturæ quâ tali, id est ut ordinatæ ad constitutionem suppositi, & ut constituit suppositum. Igitur in primâ viâ discurrendi, quæ nostra est, de immediato concursu, etiam permissis instrumentis, Virtus generativa Naturæ convenit, ut natura est, ipsique prout ordinatæ ad suppositum, & ipsum constituenti debita, ita ut esse in supposito sit esse Principium. In alterâ negante immediatum concursum, etiam Virtus generativa, Naturæ convenit, ut Natura est: quia nomine ipsius ut ordinatæ, & constituentis suppositum agit, ita ut Natura quà talis dicatur concurrere, & agere. Ex his, permissâ quavis suppositione, negetur major. Non enim Virtus Generativa, Naturæ advenit, constituto supposito, sed prout in supposito, & ut ordinatur ad constitutionem ipsius. Ad confirmationem, nego consequentiam ex dictis.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat.

Objectio secundâ:

186 Objicies secundò, instãdo adversus præcedentem solutionem. Virtus spirativa, licèt non constituat cum Divinâ Naturâ suppositum, convenit ipsi ut ordinata ad constitutionem suppositi: ergo convenit ipsi, prout Natura est: ergo Processio Spiritûs Sancti est à Virtute Naturæ quâ talis, atque adeò secundùm Naturam, & Generatio. Consequentiæ videntur sequi. Probatur antecedens. Virtus spirativa, Naturæ convenit ex fine suppositi, quod producit: sed ad suppositum, quod Virtus spirativa producit, ordinatur Natura quâ talis: ergo Virtus spirativa convenit Naturæ, prout ordinatæ ad constitutionem suppositi. Confirmatur: quia Natura Divina habet ex se subsistere in triplici supposito, Producto duplici, & altero improducto: ergo habet ex se, esse vel radicare virtutem productivam duplicis suppositi producti in in quò subsistit: ergo virtus productiva unius & alterius suppositi nequit esse extranaturalis. Probatur illa consequentia. Nequit esse extranaturale, quod Naturæ non solùm convenit substantialiter, sed etiam ex exigentiâ essentiali Naturæ; atqui Virtus productiva utriusque suppositi producti, Naturæ convenit non solùm substantialiter, sed etiam ex exigentiâ essentiali Naturæ: ergo nequit esse extranaturalis: ergo est Virtus conveniens Naturæ, quâ talis: ergo.

Solvitur. 187 Respondetur. Ad argumentum, distinguo antecedens; convenit ipsi, ut ordinatæ ad constitutionem suppositi, in Termino, concedo: in Principio talis termini, nego antecedens, & duplicem consequentiam. Igitur Virtus quædam eatenus dici potest conveniens Naturæ ut Natura est, quatenus in esse principii ordinatur ad suppositum constituendum in esse suppositi, & in esse Principii: ut ex inductione Virtutum omnium, quæ Potentiæ Naturales vocantur, patet. Hæc ratio est. Nam actio non oritur ex Naturâ prout in Termino, sed prout in Principio: Licèt ergo Natura, proprium munus in Termino exerceat, si non exerceat in Principio, non potest dici Virtus Naturæ, quà talis, nec actio debet dici operatio Naturæ, ut Natura est. Nam istæ denominationes veniunt ex modo, quo se habet Natura in Principio.

188 Ad Confirmationem, concesso antecedente; distinguo consequens: habet ex se, esse vel radicare, eodem planè modo, Virtutem productivam utriusque suppositi producti, nego: aliter, & aliter, concedo consequentiam. Ratio autem diversitatis est: quia virtus productiva unius suppositi, qui Filius est, est Virtus uni Personæ competens, tanquam Ratio Personalis constituens ipsam indivisibiliter in esse Personæ, & in esse Principii, unde Naturæ competit immediatè, quatenus exercet proprium munus Naturæ, quod est constituere suppositum. At Virtus productiva alterius suppositi, (qui Spiritus Sanctus est) est virtus, per quam duo suppositа plenè jam constituta in esse suppositali, constituuntur in esse unius Principii, quod nec subsistens, nec suppositum est: unde ipsis, & Naturæ, quasi extranaturaliter advenit, ad modũ virtutis, ex identitate quidẽ, reipsà substantialis, ut inquit Doctor Eximius *lib. 10. cap. 4. nu. 6. ad finem*, non tamen ex modo adveniendi, qui cùm sit modus adveniendi, suppositis plenè constitutis, non comparatur cum Naturâ, quà tali: Nam hoc potiùs est extranaturalium, & accidentium proprium. Sume exemplum in Virtutibus Instrumentalibus. Istæ reipsà, accidentales sunt; quia tamen Naturę competunt quatenus ordinatæ ad suppositi constitutionem, & ut Perfectiones ipsius Naturæ, quà talis, & prout exercet munus constituẽdi suppositum, in modo se habendi sunt quasi substantiales. Econtrariò, virtus spirativa, *P. Suarez*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

tiva, reipsâ substantialis est, ex modo tamen se habendi cum Naturâ, & ad Naturam, est quasi extranaturalis. Extranaturale enim est, quod Naturæ competit, quantumvis alioquin substantialiter, & ex exigentiâ, præexercito munere Naturæ, quâ talis: unde patet ad reliquam formam.

Objectio tertia:

189 Objicies tertiò: Ratio generationis juxta Doctrinam præcedentem, ita debet esse à Naturâ in Naturam, ut in Principio quâ tali, Natura exerceat munus, quod exercet in Termino, & in termino sit cum munere Naturæ, quod exercet ex parte principii. Sed hoc est falsum: ergo & illud, ex quo sequitur. Major esse videtur tota substantia Doctrinæ nostræ. Minor probatur primò: quia ex parte Principii Natura præcedit cum munere generandi, quod est proprium Naturæ, quâ talis: Sed hoc munus Naturæ non opus est, quod reluceat ex parte Geniti, ut est de Fide: ergo. Secundò: vel fœcunditas est propria Naturæ, quâ talis, & generare, Naturæ proprium munus, vel non? Si secundum: cur suprà diximus Generationem debere esse Operationem Naturæ, quâ talis? Si primum: ergo sine fœcunditate communicatâ genito nequit communicari Natura quâ talis: & incidimus in sententias impugnatas.

Solvitur.

190 Respondetur, concessâ majori, juxta doctrinam præcedentem, negetur minor. Ad primam probationem, advertè: aliud est id, ad quod primò, & per se ordinatur Natura, tanquam ad munus maximè proprium Naturæ, quâ talis, scilicet in quarto modo dicendi per se: ita ut nullibi sine tali munere possit esse Natura quâ talis: Aliud est id ad quod primò, & per se ordinatur Natura, tanquam ad munus unicè proprium, in primo modo dicendi per se. Illud genus Proprii respectu Naturæ, solùm est constitutio suppositi. Hoc, est munus generandi, & similia. Naturæ quidem competunt, tanquam propria Naturæ solius, ita ut si dentur, Naturæ munera debeant esse: non tamen sunt Naturæ ita propria munera, ut sine ipsis plenè constituta natura non sit in Naturæ ratione, ut patet in Filio, & in Spiritu Sancto: & extra quæstionem in Angelis. Secùs se habet suppositi constitutio, quod munus ita proprium est Naturæ quâ talis, ut ubi non exerceat, non possit inveniri Natura formaliter, ut Natura est: est enim proprium in quarto modo dicendi per se. Ex his igitur

191 Ad primam probationem minoris: concessâ majori, de Proprio in primo modo dicendi per se; & negatâ de Proprio, in quarto modo; concedo minorem, & nego consequentiam. Et ratio est, tùm quia Generatio solùm est communicativa Naturæ Principii, secundùm munus maximè proprium Naturæ: quod non est generare, sed suppositum constituere: Patris enim non est dare Genito, Patrem esse: imò est, ut ajebat Florentinum, gignendo dare omnia præter esse Patrem, id est exceptâ Relatione Principii. Tùm etiam, quia sine munere generandi est perfectissima ratio Naturæ, quâ talis. Ad secundam jam dixi fœcunditatem generativam esse Naturæ, ut ad suppositum ordinatæ, propriam in primo modo dicendi per se. A Naturâ enim ut tali, esse debet Generatio, sicubi est; utpote *opus naturalissimum*, ut ajebat Aristoteles.

Objectio quarta:

192 Objicies quartò: Non potest non esse à Naturâ, quâ tali, quod nequit esse præter intentionem Naturæ, sed processio Spiritûs Sancti nequit esse præter intentionem Divinæ Naturæ: ergo non potest non esse à Naturâ, quâ tali: ergo stando principiis nostris, non potest non esse Generatio: quod cùm falsum sit, & contra Fidem, falsa necesse est sint principia nostra. Difficultas est in præmissis. Major probatur primò: Quod intenditur à Naturâ, est finis ejus, vel extrinsecus, vel intrinsecus, ut natura est: ergò non potest non esse à Naturâ, quâ tali. Secundò: Quod accidit Naturæ, est præter ejus intentionem; sed quod non est à Naturâ, ut Natura est, quasi accidit Naturæ: ergo. Iam minor principalis patet. Nam de exigentiâ Naturæ Divinæ est suppositum triplex: ergo processio Spiritûs Sancti nequit esse præter intentionem Divinæ Naturæ.

Solvitur.

193 Respondetur: Intentio dupliciter sumi potest; innatè, & elicitè. Elicitè; pro volitione operantis: Innatè, pro exigentiâ. Exinde, esse operantem præter intentionem innatam erit esse præter exigentiam: esse præter elicitam, erit esse

esse præter volitionem, antevertêdo operantis notitiam, & volitionem. Neutro modo potest esse præter intentionem Naturæ Processio Spiritûs Sancti: nam ex amore specialiter est, & ex purissimâ exigentiâ. Negetur jam argumenti majoris: aliud enim est exerceri à Naturâ munus Naturæ proprium in productione, seu in principio respectivè ad productionem; & aliud, esse processionem, antevertendo volitionem, & exigentiam. Ad probationem primâ, distinguo: est finis ejus, ut Natura est, quatenus operantis, nego: est finis ejus, ut Natura est, quatenus ultrà, communicatæ transeat; & nego consequentiam. Finis Naturæ est suppositi constitutio in casu nostro; atque adeò, terminativè, Naturæ est, ut Naturæ; non verò productivè: nam licèt sit ex exigentiâ Naturæ, & ex ejus amore tendentis ad ulteriorem sui communicationem ad exercendum Naturæ munus, non est ab ipsâ Naturâ, ut exercente tale munus. Ad secundam: estò verum esset, præter intentionem esse, quod simpliciter accidit, non sumus in hoc casu. Sed neque, quod simpliciter accidit, est eò ipsò præter intentionem, nisi antevertat vel exigentiam, vel notitiam.

Objectio quinta:

194 Objicies quintò: Si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, & à solo Patre procederet, vel distingueretur à Filio, vel non? Si secundum: ergo esset Filius, quin in Patre corresponderet virtus generativa respectu Spiritûs Sancti, ut talis: Virtus enim Spirativa nunquam potest esse generativa. Si primum: ergo non esset Filius. Sed tunc esset à Virtute Naturæ, quâ talis: esset enim à Primâ Personâ, in quâ idem esset, esse Personam, & esse indivisibiliter Principium Filii, & Spiritûs Sancti: ergo. Datâ optione arguenti, de parte, quam eligat, respondetur: si in eâ hypothesi Spiritus Sanctus distingueretur à Filio, dici posset esse secundum Filium à Patre genitum per Virtutem Naturæ, qualis in eâ hypothesi esset Virtus spirativa. Dici etiam posset non esse genitum: quia Virtus spirativa adveniret virtualiter Patri, constituto in esse suppositi, atque adeò esset virtus, in eâ etiam hypothesi quasi extranaturalis. Si non distingueretur, dici posset fore realiter Filium, non tamen virtualiter, atque adeò realiter non esse genitum ex beneficio distinctionis virtualis, per discussum nuper appositum de virtute, quasi extranaturali. Dici etiam posset, Filium esse: quia Virtus Generativa Patris esset ad Terminum, qui indivisibiliter esset Verbum, & Passiva spiratio. Nihil ergo contra nos sequitur ex admissâ, vel negatâ suppositione, de quâ dixi *citato loco* de Trinitate.

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliât.

Objectio sexta.

195 Objicies sextò: Christus Dominus, ut homo, est Beatissimæ Virginis verus Filius: sed Christus Dominus, ut homo, non processit à Virgine, per modum Naturæ, quâ talis, seu à Virginis Naturâ, quâ tali: ergo ratio Filii non exigit processionem à Naturâ Principii, quâ talis est. Major est de Fide: & ostenditur minor. Primò: quia Conceptio Christi Domini fuit omninò mirabilis, & miraculosa: ergo non potuit esse à Naturâ, quâ tali. Secundò: quia ita Christus ut homo fuit Beatissimæ Virginis Filius, ut ipsa fuerit Mater Dei: ergo non solùm est Filius Virginis Christus ut homo, sed Christus, ut Deus homo. Nunc sic: atqui non potest Christus, ut Deus homo, dici Filius Beatissimæ Virginis, sine concursu istius ad Hypostaticam Vnionem: ergo concursus Beatissimæ Virginis, ut Matris Dei, terminatus est ad Vnionem Hypostaticam. Sed Vnio Hypostatica, utpote supernaturalissima, esse non potest à Naturâ, ut Natura est: ergo concursus Virginis, ut Matris, non fuit à Naturâ, quâ tali. Confirmatur, quia Conceptio Christi Domini, utpote reipsâ supernaturalis, oriri debuit ex virtute supernaturali Virgini superadditâ: ergo fuit ex virtute extranaturali, magis quàm sit respectu Divinæ Naturæ, Virtus spiratoris. Sed nihilominùs Christus est verus Filius Beatissimæ Virginis: ergo illa quasi extranaturalitas spirativæ Virtutis, obstare non potest Filiationi Spiritûs Sancti: aliunde igitur est sumenda discriminis ratio.

Solvitur.

196 Respondetur: Negetur minor: Christus enim Dominus processit à Virgine, præstante maternum concursum, qui simpliciter non potest non esse Naturalis, & à Naturâ, ut Natura est; non quidem reduplicatione excludente supernaturalitatem concursûs, sed impro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Primâ par. & in 1.2. Tract. 3. de Deo Auxiliat. Virginis Deiparæ Elevatio ad Maternum Concursum.

prietatem, alienam à lineâ generandi. Elevata enim est Natura Virginis in lineâ Virtutis generativæ ad concursum specialem maternum: sicut igitur quando elevatur intellectus ad Visionem, oritur Visio ab intellectu quâ tali, reduplicatione non excludente consortium elevationis, sed significante elevationem in lineâ intelligendi: ita, quando elevata est Natura Virginis ad generationem Christi Domini, oritur est Generatio, à Virginis Naturâ, quâ tali, non excludente reduplicatione consortium elevationis, sed præcisè significante elevationem in lineâ virtutis generativæ: secùs ac accideret lapidi elevato ad productionem Hypostaticæ Vnionis. Vnde actio Virginis, quantumvis entitativè supernaturalis, Naturalis dici debet habito respectu ad Naturam, ejúsque modum in concursu verè materno. Ex his

197 Ad primam probationem minoris, patet: supernaturalitas enim non obstat veritati materni concursûs, si solùm elevet Naturam intra lineam concursûs materni: quare operatio manebit denominativè simpliciter Naturalis à Naturâ præsuppositâ ex parte principii, ut Natura est, quantumvis sit entitativè supernaturalis; ut convincitur appositò exemplo supernaturalis intellectionis. Ad secundam, concesso primo Entymemate: ad processum probationis sunt Theologi discordes: concedunt aliqui: negant reliqui cum Suarez minorem adjunctam.

De Incarn. lib. 1. disp. 2. à nu. 98.

198 Ego, qui humanam Vnionem in Christo identifico cum Hypostaticâ, concedere debeo: & exinde magis propriè defendo maternitatem Dei in Virgine Matre: cujus concursus maternus terminatus ad unionem Humanam, necessariò ex identitate istius cum Hypostaticâ, terminatus est ad constitutionem Hominis Dei. Distinguo jam ultimam minorem: à Natura, ut Natura est, excludente reduplicatione consortium elevationis; concedo minorem: præcisè significante elevationem in modo operandi, proprio Naturæ, ut Natura est, nego minorem, & consequentiam. Explicatio data jam est.

199 Ad confirmationem, concesso antecedente, nego consequentiam. Extranaturalitas enim sonat Virtutem ad modum operandi Naturæ non proprium, ut Natura est. Quod autem perficiatur Virtus Naturæ, quâ talis, intra suum operandi modum, nequit dici per extranaturalem Virtutem perfici, quamvis perfectio sit indebita, & supernaturalis; est enim Virtus, estò superioris ordinis, ad finem generis.

Ex Maternitate Dei Deiparæ firmatur præcedentia.

200 Advertere tamen non gravabor in calce, ex hac Filiatione verissimâ Christi ad Virginem Matrem, Sententiis suprà relictis heri præjudicium manifestum. Nam imprimis ubi illa similitudo producta? Vbi illa intentionalis? ubi summa possibilis cum suo Principio? Vbi finis propagandi Naturam in genitos? Deinde, ut ego arbitror, ipsa Vnio Hypostatica est in Christo positivum, & invincibile impedimentum ad ulus virtutis generativæ: ergo est sterilitas assumptæ Naturæ ad ultra generandum, tùm ex indecentiâ operationis, tùm ex defectu finis, cùm Vnio Hypostatica sit æternet Naturam speciei. At cùm ipsa Vnio Hypostatica, sit identificata cum humanâ, utriusque indivisibilis productio, est generatio: ergo generatio non est communicativa Naturæ fœcundè. Quomodo enim fœcunditatem exigeret, si ipsa positiva sterilitas est? Stat ergo contra Sententias reliquas, & pro Nostrâ, vera Filiatio Christi Domini, in quâ appendicem disputationem de æternâ Filiatione Verbi Dei, felici paralello concludimus: & hanc qualemcumque pro *Scholâ Scientiæ Mediæ* Elucubrationem, Sacris Nominibus Filii, & Matris, Iesu, & Mariæ, quibus sit omnis Honor, & Gloria, sigillamus.

LAVS DEO.

RERVM

RERVM IN TOTO VOLVMINE NOTABILIVM ACCVRATISSIMVS INDEX.

Prior Numerus Librum indicat: posterior, Marginalem.

A

ACTIO Naturalis respectivè ad terminum Supernum, an implicet? Lib. 12. num. 90.

Actio, titulus Divini Dominii. Lib. 10. à nu. 142. Vide. *Productio.*

Actûs Primi, & secundi notio lib. 1. nu. 2. Vnde sic dicantur? *Ibid.* Circa Intellectionem, & Volitionem, quantumvis contingentes, nullus in Deo. lib. 1. à num. 11. & seqq. *latè.*

Actûs purissimi notioni, quid repugnet? lib. 1. num. 67. & 68.

Qui actus speciem ab objecto sumant? lib. 1. num. 261.

Ex parte actûs primi quid importetur? lib. 3. à num. 53. & signanter à num. 61.

Actus supernaturalis movere potest ad actus naturales lib. 10. num. 204. Non verò è contra lib. 11. latissimè à num. 35.

Actus boni: Vide *Bonum, Gratia, Honestum, Necessitas Gratiæ.*

Actus Divinus. Actuum Dei contingentium, & liberorum explicatio valde difficilis. lib. 1. num. 74. Tres principaliores explicandi modi. Ibid. à num. 75. Per extrinseca constitui nequeunt. Ibid. à nu. 76. Neque per entia diminuta & media. Ibid. à nu. 77. Neque sine aliquali verâ & reali contingentia terminationis, quæ libera dicitur. Ibid. à nu. 79. Mens Authoris: à nu. 80. Repelluntur oppositа à num. 87.

Actus divini unde sumunt infinitatem? lib. 1. nu. 260. An sumant speciem ex objectis. Ibid. nu. 261.

Actus Dei, & creaturæ notanda diversitas in ratione voluntarii. lib. 4. à nu. 209.

Actuum divinorum libertas in actu secundo essentialis. lib. 6. num. 291. & 332. Invariabilis. Ibid. nu. 357. & 358. Vide *Decretum.*

Actus divini inimperabiles. lib. 6. à n. 359. & à nu. 613. & lib. 7. à n. 115. & 116.

Adjutorium quid sit, & sonet in phrasi, & mente Tridentini? lib. 3. nu. 330. & 331. & à nu. 492.

Adjutorium *quo* & *sine quo non*, quænam sint apud Augustinum? lib. 10. à num. 75. Quam vanò glorietur Iansenius de Mente Augustini? Ibid. Latè à num. 77.

Adultus. Adulti nulli carent auxilio sufficienti ad salutem. lib. 9. nu. 70. & à nu. 103. Quantumvis reprobi. Ibid. à num. 108. & quantumvis obcæcati. à nu. 110. & seqq.

Æqualitas. Adstruitur æqualitas divinarum perfectionum in perfectione, ut adinvicem distinctarum. lib. 1. à n. 136. Æqualitas & inæqualitas est passio rerum, nec cadit in Chymæras. lib. 1. à num. 296.

Æquivalentia Quomodo explicanda? lib. 1. nu. 40. & 42. & à nu. 54.

Æternitas Dei, quid: & quomodò explicanda? lib. 4. à nu. 218. & nu. 221. Divinæ Æternitatis Prærogativæ. ibid. Duplex distinguitur. ibid. num. 219. Æternitas Dei nequit ullam Creaturam denominare durantem. lib. 4. à nu. 234. Quomodo Sancti Patres ex Æternitate Dei colligant Divinam intuitionem? lib. 4. à nu. 247. & num. 256 Quid sit, Cognitionem Dei Commensurari æternitate? Ibid.

Affectus. Multiplex ejus genus. lib. 3. nu. 207. Simplex, Efficax, & Semiefficax. ibid. à nu. 208. & lib. 9. à nu. 60. explicantur. ibid.

Agentis Liberi, & Necessarii diversitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib. 3. ex Sancto Thomâ nu. 106. & à num. 120. Agentis liberi proprium est munus se determinandi lib. 3. à num. 238. & 339. & 433. & lib. 7. à nu. 30. & à num. 340.
Agendi tota ratio quoad actus supernos vitales non est elevans virtus supernaturalis. lib. 12. à num. 29.
Alienatio Verbi, *est*, quomodo exponenda, & verificanda. lib. 4. à num. 73. & à nu. 74.
Amor. Ex quo amore procedat Spiritus Sanctus? lib. 2. à nu. 115. Amoris, & Cognitionis discrimen quoad usum connexionis. lib. 2. à nu. 125.
Amor Dei super omnia explicatur lib 11. nu. 245. Et ejus efficacia. Ibidem à num. 247.
Non est ex conceptu suo supernaturalis, sed potest esse naturalis entitativè lib. 11. nu. 146. & rursus latè à nu. 290.
Quantum discrimen ipsius ab intuitione Dei? ibid. à nu. 293. & 294.
Elici nequit sine gratiâ speciali, sed purè philosophica lib. 11. à nu. 273. & explicatur, qualis ea gratia esse debeat. ibidem.
Angeli quid præstent, & quid possint in excitatione Auxiliorum. lib. 13. à nu. 16. & seqq.
Appetitus duplex: innatus, & elicitus, contradistinctus, & explicatus lib. 10. num. 21. Innatus in Naturâ respectu supernorum non datur. ibid. nu. 22.
Appetitus sensitivus, Gratiæ etiam aliquomodò est capax. lib. 10. à nu. 195.
Apprehensio. Simplex Apprehensio Dei repugnans: & cur? lib. 1. à nu. 301. Quæ apprehensiones præcedant iudicium falsum? lib. 2. à nu. 79.
Apprehensiones & complacentiæ naturales quomodo iuvent ad supernos affectus? lib. 11. num. 82. & seqq.
Apprehensiones ad superna judicia prævias cur sint supernaturales, & non sint supernaturales species ad ipsam prævias? lib. 10. nu. 158. & lib. 13. à nu. 16. & 21.
Scientia approbationis, quæ, & cui in Deo competat? lib. 1. à nu. 313.
Arbitrium. Vide: libertas; Liberum Arbitrium.
Argumentum: Arguendi loci quindecim contra physicam Prædeterminationem lib. 3. à num. 30.
Arguendi loci viginti septem pro Prædeterminatione physica. lib. 3. à nu. 361. adusque 517. inclusivè. Solvuntur. ibidem.
Argumentum à Collectivo ad distributivum, quando valeat? lib. 8. nu. 63. & lib. 11. à nu. 366.
Arguendi modus ex suppositione Decreti, & Revelationis ad probandum aliquod prædicatum essentiale rerum, ratione assensûs, maximè inidus, & inutilis. lib. 10. à nu. 133.
Aseitas, Quid sit, & quantæ perfectionis. lib. 1. à nu. 133. & à nu. 217.
Attributa. Quæ prædicata Dei dicantur Attributalia. lib. 1. nu. 127. & à num. 209. & à num. 211.
Omnimodâ gaudent æqualitate etiam ut interse distincta lib. 1. à num. 136.
Unum æquè perfectum, ac omnia. lib. 1. num. 145. & 147.
Augustinus, Imprædeterminans. lib. 3. nu. 21. & 84. Ne æquivalenter quidem unquam est usus voce Prædeterminandi. lib. 3. nu. 405.
Ejus sensus circa subsidium Gratiæ. lib. 3. nu. 53. Loca difficilia ejus juxta Germanam Intelligentiam. lib. 3. nu. 403. & 405. Ejus mens de Efficacia Decretorum Divinorum. lib. 3. à nu. 423.
Augustini Verba difficilia explicantur procul ab omni prædeterminatione, lib. 3. nu. 509. & omninò procul à sensu Iansenistarum abutentium Augustino. lib. 10. à nu. 83.
Augustini Mens circa causalitatem peccati, & permissionem à Deo. lib. 3. à num. 542. & à num. 580.
Augustini Mens de Quidditate futuritionis. lib. 4. à nu. 40. & à nu. 67.
Augustini Mens de existentiâ Scientiæ Mediæ. lib. 5. à nu. 36. & à nu. 118.
Quid reprehenderit in Semipelagianis quoad usum Scientiæ conditionatæ lib. 5. à nu. 37. & 38. & à nu. 189.
Augustini Controversia cum Pelagio nunquam de physicâ Prædeterminatione lib. 5. nu. 121. & à num. 179. & lib. 10. nu. 73. & lib. 13. à nu. 83.
Augustini Mens de Adjutorio *quo*, & *sine quo non* lib. 10. à nu. 75. & à nu. 82. & signanter. à nu. 83. Vindicatur adversus Bajanos, & Iansenistas. ibidem.
Auxilium. Sufficientis Auxilii Veritas stare nequit in indigentia prædeterminationis ad operandum. Latè. lib. 3. à nu. 148. & signanter à nu. 155. Negata à Ianseniistis hæc veritas auxilii sufficientis. lib. 3. nu. 156. & lib. 10. à nu. 75
Auxilium Thomisticè sufficiens, absente prædeterminatione, est absoluta necessitas non operandi. lib. 3. n. 158.
Doctrina Ioannis à Sancto Thomâ de Auxilio sufficiente. lib. 3. nu. 159. latè rejicitur, & membratim à nu. 160.
Auxilium excitans & adjuvans. Vide *Gratia Auxilians*.
Auxilium efficax in Actu Primo, & in actu secundo explicantur. lib. 1. à nu. 409. & lib. 6. à nu. 287. & lib. 13. à n. 66
Auxilii Efficacis Voluntarietas Divina, lib. 6. à nu. 348.
Auxilium efficax speciale donum, & Beneficium Dei. ibidem. Et quidem indispensabiliter. à nu. 351. Quid hoc importet? ibidem. & lib. 6. à nu. 484. & à nu. 486. & lib. 13. à nu. 66.
Auxilii alicujus efficacis vaga necessitas in infinito cumulo indifferentiû, etiam permissa, non infert possibilitatem prædefinitionis independentis à Scientiâ Mediâ. lib. 7. nu. 290. & 291.
Ea vaga necessitas explicatur. lib. 8. à nu. 47. adusque 52. Est fictitia, & repugnans. ibidem à nu. 62. & cum libertate irreconciliâbilis. ibid. à nu. 68
Auxiliorum sufficientium diversitas lib. 9. num. 72. Sufficiens quale esse debet? ibidem à num. 73. Generalitas sufficientis Auxilii: ibidem à nu. 79. Respectu Parvulorum. Ibid. à nu. 94. Adultorum etiam Reproborum. à num. 103. Obcæcatorum. à num. 119. Gentilium, & Infidelium. à num. 131.
Auxilii sufficiêtis continuitas ex parte Dei, qualis, & quanta sit. lib. 9. à nu. 113. & lib. 11. à nu. 189. Tempus opportunum, in hoc puncto, quodnam sit. Ibid. & lib. 9. à nu. 116.
Auxilium sufficiens quando debeat Deus, ex pacto: Facienti quod est in se? Vide *Axioma*.
Auxiliorum necessitas. Vide *Gratia Auxilians. Honestum*.
Auxiliorum concursus effectivus, & Moralis explicatur. lib. 12. à num. 3. Vterque adstruitur. lib. 12. à num. 8. & à num. 9.
Ex auxiliorum intensione, vel multitudine potest venire læsio libertatis, & cur? lib. 12 à núm. 25. Intensio potest superari per conatum Voluntatis in operando. Ibid. à num. 202.
Auxiliorum causæ. lib. 13. à num. 2. Efficientes. Ibid. à num. 3. Excitantes. à num. 12. Morales. à num. 25.
Auxiliorum divisiones. lib. 13. à num. 34. Latissimè.
Auxilium sufficiens, & efficax, innegabilia. lib. 13. à num. 59. & seqq.
Axioma. Facienti quod est in se, Deus non denegat Gratiam: Tractatur lib. 9. à num. 147. & à num. 148. Quàm antiquum, & receptum. num. 148. & num. 151. Ejus explicationes, fugiendæ. num. 149. & 150.
Expositiones impugnantur. à num. 151. adusque num. 158. De quâ Gratiâ, intelligendum, sufficientine, an efficaci? Ibid. num. 153. Expositio Patris Suarez. à num. 159. Legitima. Ibidem, & à num. 175. & num. 178.
Axiomata Prædeterminantium, explicata ab antiquis Thomistis cum Sancto Thomâ sine Prædeterminatione. lib. 10. à num. 127. & à nu. 128.

B

Bajus. Michael Bajus, quis? lib. 10. à num. 70. Ejus errores. Ibidem. Resipiscentia. Ibibem. Ejus Propositiones damnatæ: & in quo sensu? lib. 11. num. 140. & num. 142. & 143.
Bajus, & Pelagius comparati. lib. 11. nu. 222. Quomodo quærenda veritas ab utroque discedens? lib. 11. nu. 223.
Beatitudo. Major est Felicitas Beatorum, quàm sit infelicitas Damnatorum. lib. 9. à nu. 15. Beatitudinis spes eligibilior, periculo ipsam amittendi: & cur? Ibid. à num. 15.
Beatitudinis Bonum incomparabiliter majus est malo æternæ miseriæ. lib. 9. à num. 25. Id quod ex excessu gaudii Beatifici convincitur. à num. 26.
Beatitudo naturalis non dicitur nisi per abusum terminorum. lib. 10. nu. 24. Ex conceptu suo est supernaturalis Beatitudo. Ibidem.
Bellarmini judicium de Sententia Prædeterminante. lib. 3. num. 26. & lib. 13. à num. 173.
Ejus mens de quidditate determinationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionis Moralis. lib. 6. à num. 126.
Beneficium. Multiplex ab Authore Naturæ sine recursu ad miracula. lib. 6. à num. 59.
Ratio Beneficii in collatione Auxilii efficacis, ut talis, unde, & quomodo explicanda? lib. 6. à num. 348. & à num. 484. & à num. 486. Requirit indispensabiliter præcedentiam Scientiæ Mediæ. lib. 6. à nu. 486. Et specialem affectum. à nu. 492. & ex motivo efficaciæ. à num. 498.
Nemo Beneficium sibi debet ex Seneca. lib. 6. num. 485. Beneficii definitio explicata. lib. 6. num. 491. & 492.
Beneficium, unde taxandum. lib. 9. à num. 7. 9. & 10.
Beneficientia. Divinæ Beneficientiæ lata est sphæra intra lineam bonorum Naturalium, sine recursu ad miracula, & quomodo? lib. 6. à num. 60.
Divinæ Beneficientiæ series. lib 6. à num 302. Ejus explicatio. Ibidem à à num 348
Beneficientiam quomodo Deus exerceat in collatione efficacis auxilii. lib. 6. à num. 492. & à num. 498.
Beneficientiæ Divinæ Generalitas. lib. 9. à num. 1. triâ continet, & quæ sint. ibid. num. 2.
Ejus defensio quoad creari rerum, & existere. lib. 9. à num. 3. Quoad finem. lib. 9. à num. 24. & à num. 66. sine ullâ acceptione Personarum Ibid. à num. 68. & quoad media, ejusque dispensationem. lib. 9. latissimè à nu. 70. & à nu. 179.
Bonum. Summi Boni non est rapi necessariò ex finito. lib. 1. num. 258. Cur Bonitas finita non possit movere Divinam Voluntatem: possit verò Divinum Intellectum finita veritas. Ibid.
Omne bonum honestum, Dei est, & à Deo datur citra ullam determinationem. lib. 3. à num. 394. Explicatur autem modus. Ibidem, & latè à num. 479. & lib. 6. à num. 285. & lib. 7. à num. 146. Rursus explicatur lib. 6. à num. 506.
Bonorum multiplex genus in lineâ Naturalium. lib. 6. à num. 60. Boni spes, & periculum mali comparantur lib. 9. num. 15. & num. 25. Vnde æstimanda. Ibid. num. 28.
Bonum apud Sanctos Patres quid significet, quando loquuntur contra Pelagium de necessitate Gratiæ. lib. 10. à num. 279. & 280. & à num. 285. & à num. 304
Ad Bonum cognitum quomodo sequatur necessariò complacentia lib. 10. à num. 179.

C

Calvini errores in puncto libertatis. lib 3. à num 335. signanter nu. 337. Vide *Error*.
Ejus Audacia contra Tridentinum. Ibidem. Ejus pravus sensus circa Dei causalitatem erga peccatum. lib. 3. à num. 524. & per quæ effugia se tentaverit excusare. Ibidem. num. 525. & 595. *in fine*.
Carentia, in quo sita sit. lib. 1. num. 232. à Deo nota. ibid. à num. 231.
Causa quid importet ex parte potentiæ? lib 3. à num. 61. & à num. 63. & à num. 64. An determinentur à Deo quoad individuum. lib. 3. num. 449. & lib. 7. à num. 232.
Causa perse quid importet ad sui veritatem lib. 3. num. 590.
Causa rerum in Deo, quæ Scientia sit? lib. 6. num. 167. & à num. 143.
Quousque requiratur ex parte effectûs ut sit, quidquid requirit causa, ut ipsum ponat? lib. 6. à num. 244. & à num. 443.
Inter causas mediatas, & effectus potest dari causalitas, vel prioritas mutua in diverso genere: non verò inter proximas lib. 6. à num. 409. & 481. Cur ista, & non illa sint evitabiles. Ibidem.
Causæ mediatæ, & immediatæ manifesta discretio. lib. 6. à num. 455. Confunditur ex discursu Recentium. Ibidem, & à num. 456.
Causæ Rationalis, & Moralis ratio explicatur in Deo respectu omnis honesti. lib. 6. à num. 462.
Causæ Prædestinationis, quæ, & in quo sensu. lib. 8. à nu. 199. & à n. 200.
Causæ continentia, quid sonet? & quę causa dicitur effectum continere. lib. 12. à num. 76. Cui causæ debeatur concursus Causæ Primæ? Ibid. à num. 85.
Causæ Auxiliorum, quot, & quæ? lib. 13. à num. 2.
Causa moralis explicatur. lib. 13. à num. 25.
Causa Prima, ex primatu suo non debet prædeterminare, lib. 3. à num. 366. Ejus prærogativæ. Ibid. Non egent prædeterminatione Ibid. & lib. 10 à num. 89. & 127. Imò ex modo dandi libertatem se necessitat ad non prædeterminandam actionem Creaturę. lib. 7. à num. 9.
Causa secunda, ex subordinatione sui dominii manet ab ipso Deo imprædeterminabilis ad actionem, ad quam dominium accipit. lib. 7. à num. 9.
Causalis. Notæ Causales, quid sonent, & quomodo exponendæ in puncto libertatis. lib. 4. à num. 106. & latiùs à num. 112. & num. 114.
Causalitas mutua. Vide *Prioritas mutua*.
Quomodo excusetur causalitas Dei circa peccatum à Recenti Thomistâ. lib. 4. à num. 259. Causalitas Divinarum Prædefinitionum. lib. 7. à nu. 74.
Christus Dominus Causa Prædestinationis omnium perfectissima, quoad omnes effectus à se distinctos. lib. 8. num. 206.
Pactum cum Christo Domino de dispensandâ sufficientiâ: Facienti quod est in se. lib. 9. à num. 160 Gratia per Christum simpliciter dicta, quæ, & qualis. lib. 10. à uum. 296. latissimè.
Chymera. Vide *Ens rationis*, *Objectum impossibile*.
Coaptatio non fundat sufficientem infallibilitatem pro efficacia Gratiæ lib 3. à nu. 269. Nec favet Prædeterminationi. Ibid. nu. 269. Nec excusat Scientiam Mediam. Ibid. à num. 271.
Coexistentia futurorum, & rerum in Æternitate non favet immutabilitati Divinæ Cognitionis lib. 1. num. 306. & num. 308. Repugnat. Ibid. & lib. 4. num. 215. Adhuc permissa, nec est necessatia, nec utilis ad cognitionem de Rebus Absolutè futuris. lib. 4. à nu 250. & à num. 253.
Cognitio. Nihil volitum, quin percognitum: quo sensu sit verum universaliter. lib. 1. num. 176. An requirat præcedentiam cognitionis. Ibid. Cognitio dupliciter dirigens. Ibid.
Cognitio comprehensiva, quæ? lib. 1. num. 223. Cognitio quem respectum explicet circa objectum. ibid. num. 225. Præcisiva. Vide *Præcisio*.
Cognitio mediata & immediata quid sint: & quousq; se excludât. lib. 1. n. 263.
Cognitio *in se*; *in alio*; *ex alio*; propter aliud. lib. 1. nu 165. Explicantur. *Ibid*. Quinam ex his modis Deo repugnet; & qui competat. lib. 1. à nu. 266. Cognitionis modus unde taxandus? lib. 1. à nu. 281. Qualis sit Dei cognitio in Creaturis. Ibidem.
Nostrarum cognitionum discrimen à Divinis. lib. 1. à num. 287.
Cognitio disjunctiva Deo repugnat & cur? lib 1. à nu. 289.
Cognitio Dei circa infinita possibilia, qualis. lib. 1. à nu. 292.
Cognitio Apprehensiva Deo repugnat. lib. 1. nu. 301.
Cognitionis Divinæ immutabilitas explicatur lib. 1. à nu. 309. Non eget coëxistentiâ physicâ rerum in æternitate. ibid. nu. 306. & 307.
Cognitio practica, quæ? lib. 1. à num. 316. Divina cognitio Possibilium in se ipso, & in se ipsis lib. 2. à num. 27. & à num. 32.
Cognitionis infinitudo quid exigit? lib. 2. num 38.
Cognitionis fingentis objecta, qualia? lib. 2. à nu. 46. Cognitio fingens est tota vis identificandi vel separandi. ibidem à num. 70.
Ex quâ cognitione procedat Verbum? lib. 2. à num. 115.
Cognitionis, & amoris discrimen quoad usum connexionis. lib. 2. n. 125.
Cognitio intuitiva, quæ? lib. 2. à n. 132.
Cognitio contingentium, apud Thomistas, qualis? lib. 3. num. 7.
Cognitio vividior non rapit necessariò voluntatem. lib. 3. à num. 277.
Cognitio qualiter habeatur à Deo de futuris absolutè contingentibus. lib. 4. à nu. 248. Repelluntur varii modi. ibid. nu. 250. Verus assignatur. Ibidem. à num. 190.
Cognitionis dirigentis Prioritas. lib. 6. num. 290.
Cognitionis necessaria præsuppositio de aliquâ re non est infallibile signum affectus circa ipsâ. lib 7. n. 453. & 469.
Cognitionem boni, aut mali, quousque

Universidad de Deusto
Biblioteca

que sequatur necessariò simplex complacentia, vel displicentia? lib. 10. à num. 179.
Cognitio Naturalis, ne Divinitùs quidem, sufficere potest ad movendum supernum affectum. lib. 11. à nu. 35. latè. Discursus medii dissipantur. ibidem. à nu. 87. Nec in hoc genere datur locus obedientialitati. ibid. à nu. 59. Quid præstet in consortio supernaturalis cognitionis, cognitio naturalis, & appendix complacentia respectivè ad supernaturalem affectum. ibidem num. 82. & 91.
Cognitionis ad affectum quanta proportio esse debeat. lib. 11. à num. 52. & à num. 55 & à num. 65.
Quas cognitiones assequi Natura possit sine Gratiâ, & quas non possit, saltè sine philosophicâ. lib. 11 à n. 107.
Cognitio concursum effectivũ exercet in affectum. lib 12. à num. 13.
Cognoscibilitas rei cum ipsâ convertitur, ut passio entis simpliciter realis. lib. 1. nu. 233. Cognoscibile, & non esse ens reale repugnat. ibid. & lib. 2. à nu. 91. & à nu. 102. & nu. 104.
Cognoscibilitas infinitorum entium qualis sit. lib. 1. à nu. 292.
Cognoscibilitas quando, & quæ prærequiritur ad cognitionem. lib. 2. nu. 133. & num. 134.
Communicatio quid in Divinis est? lib. 1. à nu. 190. & nu. 192. Non requiritur præhabitio rei, quæ communicatur. lib. 2. nu. 161.
Compositum. Compositi sensus, & divisi distinctio. Vide *Thomistæ.*
Comprehensio, quid? lib. 1. num. 223.
Concilium. Rhemensis Concilii sensus. lib. 1. num 27.
Et Constantinopolitani. lib. 1. num. 49. & 50.
Concilii Tridẽtini sensus quoad quidditatem Auxiliorum. lib. 3. à nu. 322. Vide *Tridentinum.* Concilii Senonensis Authoritas. lib. 3. à nu. 356. Gravitas. ibid. à nu. 357. Sensus de Divinâ Gratiâ. ibid. Resistit Prædeterminationi. ibid. à num. 359.
Conciliorum, & Sanctorum Patrum sensus circa Honestum, & Bonum, quando de Gratiæ Necessitate loquũtur. lib. 10. passim, & signanter à nu. 304. Quo sensu dixerint: *Hominem nihil habere de suo, nisi mendacium, & peccatum.* lib. 10. num. 44. & num. 58. & num. 317.
Concionator. Cõcionatores ad Populum, quandoque excedunt. lib. 9. num. 107.
Cur comparati cum Nubibus, Sole, & Seminante? lib. 11. nu. 196. Concionatorum Apostolicorum Ministerio externo Deus annexuit infallibiliter Gratiam Vocationis internæ. lib. 11. nu. 197. & nu. 199. An ista lex patiatur exceptionem. ibid. à num. 200.
Concordia Divinæ Præscientiæ de Futuris cum ipsorum libertate. lib. 4. à nu. 317. Ob quæ difficilis. ibid. à nu. 318. Illustratur. à nu. 326.
Concordia Prædefinitionum, earumq; efficaciæ, & indispensabilis præsuppositionis ad omnes actus honestos cum istorũ libertate. lib. 7. à nu. 87. & à nu. 130. & à nu. 146. & cum indifferentiâ Divini concursus. lib. 7. nu. 224.
Concordia Influxûs Gratiæ Habitualis ad actum pro Instanti determinato præceptum cum ipsius libertate. lib. 7. à nu. 318. Duplex modus assignatur. à num. 320. & à num. 325.
Concretum. Concreta Prædicatio. Vide. *Prædicatio. Concretum secundùm dici; & secundùm esse.* lib. 4. Passim, & signanter num. 97.
Concupiscentia, ut à Deo est, non est mala. lib. 10. nu. 31. Ejus rebellio contra rationem, est homini secundùm se connaturalis. lib. 10. à nu. 14. Nec id repugnat Augustino. ibid. num. 31. & num. 33.
Concursus Omnipotentiæ, quomodo præparetur ad Causas liberas. lib. 3. à nu. 517. Duæ propositiones in hoc pũcto damnatæ. lib. 3. num. 517. Vide. *Decretum. Omnipotentiæ Præparatio.*
Concursus ad peccatum qualis sit ex parte Dei, peccante Creaturâ. lib. 3. à nu. 589. & à nu. 592. Quomodo excusetur à Gonet. lib. 4. num. 259. Repellitur ejus discursus. Ibid.
Concursus moralis, & effectivus explicatur. lib. 12. à num. 3. Vtrumque exercent Cognitiones, & Auxilia. lib. 12. à nu. 8. & 9. Concursus objectivus, qui? lib. 12. num. 24.
Concursus Causæ primæ cui causæ, & quando debeatur? lib. 12. à num. 85.
Condeterminatio æquè præjudicat libertati,

tati, ac Prædeterminatio. lib. 3. à nu. 314. & lib. 7. à num. 341.
Condeterminans Decretum à quibus inductum. lib. 7. à nu. 299. Variè proponitur. nu. 300. Omni ex latere repellitur. à nu. 301. & signanter. à nu. 332. Vt repugnans Scientiæ Mediæ à num. 333. Vt repugnans solidiori Theologiæ. à nu. 337. Vt in se repugnans. à nu. 341. & examatur Patrocinio. ibid. à num. 349.
Conditio importatur etiã ex parte actûs Primi. lib. 3. à nu. 60. Explicatur conditio sub quâ videre Deus potest actus, quos non habet, sed haberet. lib. 4. nu. 194. & à nu. 200. Conditio sub quâ Deus respicit actus Creaturæ. lib. 5. num. 8. & 9.
Varia genera conditionum. ibid.
Ex parte conditionis quid importet Scientia Media? lib. 1. à num. 214. & lib. 6. à num. 272.
Conditionata Scientia, quænam in Deo. lib. 5. nu. 1. fine. Non omnis Scientia conditionata est Scientia Media. lib. 5. nu. 1. & 2. & lib. 6. nu. 228.
Conditionata futura explicantur. lib. 5. à num. 4. Quænam sint Objectum Scientiæ Conringentis Conditionatæ. *Ibidem.*
Conditionatæ Notitiæ, Eventus, Hypotheſis, & Tendentia. lib. 5. nu. 8 & 9.
Circa Conditionatè futura opinio exotica. lib 5. nu. 62.
Thomistica Opinio de Scientiâ Conditionatâ contingenti. lib. 5. à nu. 71.
Discrimen à Nostrâ. ibid. à num. 74.
Officium Thomistarum in ipsâ. ibid. à nu. 75. Fabula pro Ejus Authoritate. lib. 5. à num. 76.
Conditionatus Status Duplex. lib 6. à num 228.
Conditionatus defectus operationis, si deficeret hæc aut illa circunstantia, quid arguat? lib. 7. à num. 453.
Condonatio purè extrinseca peccati repugnans est. lib. 6. nu. 69. remissivè.
Connexio Qualiter medium cognoscendi. lib. 1. nu. 269. Est identitas *in esse veri* inter Medium & Terminum. ibid. & lib 2. à nu. 27. & à nu. 30. non verò identitas in esse boni. lib 2. à nu 125.
Inde connexio est necessitas cognoscendi, non verò amandi. ibid.
Connexio Dei cum Possibilibus, & impossibilibus, in quo sensu disputanda? lib. 2. à nu. 19. Admittitur ex multiplici titulo. à num. 20. & à num. 22. & à num. 23.
Quæ connexio noceat libertati, & quæ non? lib. 3. tot. & signanter. à nu. 430. & à nu. 445 & 457. & lib. 6. passim præsertim. à nu. 586. & qualis obstet indifferentiæ. lib. 7 nu. 110.
Quæ connexio cum supernis superna sit, & quæ nõ? lib. 10. nu. 183. & à n. 193.
Conscientia invincibiliter errans est incapax peccandi: non tamen est libera ad merendum per amplexum mali falsò existimati ut boni. lib. 7. à nu. 394.
Constitutivum. Constitutivum alicujus quale esse debet. lib. 1. à nu. 124. Prædicati Constitutivi conditiones necessariæ, & impertinentes. ibid.
Constitutivum Actuum liberorum, & contingentium Dei ad intra, quale? lib. 1. à nu. 74
Constitutivum Metaphysicum Dei in quo? lib. 1. à num. 199.
Contingentia. Contingens simpliciter de quibus verificetur. lib. 1. à num. 102.
Qualis contingentia competat liberis determinationibus Divinæ Voluntatis? à num. 84.
Liberè contingens de futuris conditionatis, & Absolutis. lib. 3. num. 1.
Contingentium Divina Scientia an Dei Prædeterminatione nitatur? lib. 3. à nu. 1. per totum. Vide *Scientia Contingens. Prædeterminatio.*
Doctrina Thomistica de cognitione Divinâ contingentium. lib. 3. num. 7.
Iesuitica de eodem puncto. ibid. num. 28. & 29.
Contingens, quod determinari à Deo nequeat, non repugnat. lib 3. nu. 412. & toto lib. 5. signanter à num. 204.
Contingentium veritas in se ipsis, antequam sint, quomodo asserenda? lib. 4. à num. 53. & à num. 290.
Contingens, veritas media inter necessariam, & impossibilem. lib. 5. nu. 7. Quo sensu veniat, disputando de Scientiis contingentibus Dei? ibid.
Circa conditionatè contingentia exotica opinio. lib. 5 à nu. 62.
Continuitas Auxilii sufficientis, quanta sit, & quomodo intelligenda? lib. 9. à nu. 110. & à n. 114. & lib. 11. à n. 189.
Contradictio. Contradictionis conditio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib. 1. à nu. 156. Et rigor. lib. 2. nu. 7. & 8. & à nu. 71. & seqq. Æquè repugnat necessitas, ut sint contradictoria, quàm ipsa contradictoria. lib. 4. nu. 106. Quomodo ex rigore contradictionis arguat Societas determinatam futurorum veritatem in se ipsis. lib. 4. num. 314.

Creatio, & existentia sunt semper Beneficium, non obstante subjecti abusu, & ruinâ etiam æternâ. lib. 9. à num. 3.

Creationis Ordo, quid importet, & quot? lib. 10. num. 223.

Creatura objectum Divinæ Scientiæ necessarium, quoad esse eminentiale, & formale. lib. 1. à nu. 227. Quomodo Creaturæ, antequam sint, possunt dici plura, & distincta inter se, & à Deo? ibid. nu. 229. & lib. 2. nu. 14. & 16. Creata veritas potest esse formale motivũ cognitionis Divinæ. lib. 1 à n. 240. Creaturæ an præscindi possint à connexione cum Deo? lib. 4. num. 278. Sunt essentialiter præsuppositio Dei. ibidem

Creaturæ possibiles infinitæ. lib. 1 à nu. 292. & omnes à Deo cognitæ: & quomodo. ibid. & à nu. 294. & lib. 2. à nu. 27. & à nu. 32.

Creaturarum adinvicem subordinatio omninò mirabilis. lib. 6. à n. 208.

Creaturam prævideri conditionaliter consentientem omnibus, & singulis Auxiliis ex cumulo indifferentium, vel econversò dissentientem, non implicat: imò implicat vaga necessitas in oppositum. lib. 8. à nu. 62.

Moraliter implicat casus uniformis Consensus in infinitum; aut dissensus, in infinitum uniformis. ibid. à nu. 53.

Implicat tamen Creatura per merita imprædestinabilis. lib 8. à nu. 43. Et assignantur modi defendédi, qui placent. Ibidem à num. 53. & à num. 94.

Creatura secundum se possibilis, an possit reddi practicè impossibilis? lib. 8. à nu. 59. & à nu. 96. Creaturæ specialis dependentia à Deo, quoad esse bene. ibidem.

Propositio dicens aliquam existere, vel posse existere Creaturam, de quâ Deus, aut nullum conditionatum consensum, aut dissensum sub illâ hypothesi indifferenti, præxidit; an mereatur censuram? lib. 8. num. 191.

D

Decretum apud Thomistas præparativum Omnipotentiæ. lib. 3. nu. 53. & lib. 4. nu. 363.

Quale fingatur ab ipsis in Schola nostrâ. lib. 3. nu. 386. Defenditur Suarez. ibid. nu. 389. & ejus, ac communis de Decreto Indifferente Doctrina protegitur. ibid. à nu. 399. & 435.

Divinis Decretis, circa liberos actus, quæ sit efficacia possibilis? & quæ impossibilis. lib. 3. à nu. 416. & 423. omninò ipsis repugnat efficacia Prædeterminans. lib. 3. à nu. 423.

Decretum permissivum peccati. Vide *Permissio*.

Decretum nequit esse in universum futuritio rerum. lib. 4. à nu. 23. & nu. 39. & à num. 63. & prædeterminans nunquam. ibid. & toto lib. 3.

Decretis Dei, quæ sunt, nulla convenit futuri denominatio. lib. 4. à num. 186. Competit decretis, quæ essent. ibid. à num. 192.

Decreta, quæ non sunt, sed essent sub aliquâ conditione planè nosci Deus. lib. 4. nu. 193. & lib. 5. à nu. 229. non verò per Scientiam similem Scientiæ Mediæ. lib. 4. à nu. 199. & à nu. 207. & lib. 6. à num. 220.

Decretum Prædeterminans non est aptum medium, in quo Deus præsciat absolutè contingentia. lib. 4. à nu. 358. Imò est otiosum. lib. 4. à num. 260. etiã in viâ Thomisticâ. ibid. & à nu. 261

Decreta Prædefinitiva. Vide. *Prædefinitio*.

Ex parte Hypothesis Scientiæ Mediæ nullum Decretum tangitur. lib. 5. num. 215.

Decretorũ connexio cũ objecto ex triplici capite excogitabilis. lib. 6. n. 291.

Binarium Decretorum Efficacis, & Indifferentis circa Auxilium non requiritur pro tuendâ libertate nostrâ in casu Directionis. lib. 6. à nu. 328. & 329. & latiùs à nu. 576. & 597.

Decretum executivum Auxilii, necdebet, nec potest esse indifferens entitativè. lib. 6. à nu. 575. Doctrina Recentiorum opposita. ibid. repellitur à nu. 578. & Nostra de unicitate Decreti connexi conciliatur cum libertate habentis Auxilium. ibid. à num. 585.

Decreta Dei, semper libera, modo quo semel libera. lib. 6. nu. 358. & lib. 7. nu. 106. sunt invariabilis libertatis, & cur? lib. 6. à nu. 613. & 614. & lib. 7. num. 115. & 116. sunt inimperabilia. lib. 6. num. 359. & 360. & nu. 613. & lib. 7. ibid. Necessariò supponunt Scientiam Mediam. ibid. Latissimè.

Decretorum efficacia duplex, ex quâ multa pendent. lib. 6. à nu. 334. & lib. 7. à nu. 89. & à num. 126.

Decretorum Ordo intentivus, & executivus qui, & qualis in Deo. lib. 6. à nu. 541. & à nu. 556.

Decretum Efficax Prædefinitivum Cõsensûs, & Decretum entitativè indifferens sunt incomposibilia. lib. 7. à num. 112. & num. 185. & à nu. 201 & 218. Decretum Entitativè Indifferens in Deo repugnat. ibid. & num. 210.

Quale Decretum (etsi non constitutivè) præsuppositivè saltem requiratur ad præparationem Indifferentem Omnipotentiæ. lib. 7. à num. 214.

Decreta, per se necessitantia, quomodocumque fingantur. lib. 7. à nu. 260. & Vnde vis necessitandi? ibid. à n. 279

Variæ Decretorum Species exclusæ, ut hostium Creatæ libertatis. lib. 7. à nu. 297. maximè condeterminantium. à nu. 332. & Executivorum. à nu. 303.

Decretum comitans luxta Principia Patris Vazquez non est quale fingitur condeterminans. lib. 7. à nu. 301.

Decreti materia debet esse cõtingens, & libera prout in ipsum cadit. lib. 10. num. 134.

Defectibile. Defectibilitas, in quæ propriè cadat. lib. 1. à nu. 83. & à nu. 102.

Defectibilitas contingentium terminationum Dei, qualiter explicanda? lib. 1. à nu. 83. & à nu. 91.

Denominatio quid requirat. lib. 1. nu. 158.

Cur præsente etiam formâ desit? ibid. à num. 178.

Denominationes liberæ Divinæ. Vide. *Actus Divini: Terminationes*.

Denominatio Vitalis constitui per extrinsecum nequit. lib. 1. à num. 74. & lib. 2 à nu. 110.

Denominatio de præsenti repugnat sine formâ, aut quasi formâ de præsenti. lib. 4. à nu. 62. Latissimè. & à nu. 71.

Denominandi futura, & ea determinandi, non est universaliter eadem forma. lib 4. à n. 11. & 16. & à n. 23.

Desiderium stare potest de re invincibiliter impedirâ lib. 9. à num. 184 Ejus discrimen ab actu spei. ibid. à nu. 186.

Determinatio Actionis est privativè propria liberi Agentis. lib. 3. tot. præsertim à num. 238. Munus se determinandi est proprium ipsius, & quid importet. ibid. & nu. 319. & nu. 376. & 433. & lib. 7. à nu. 30. & à num. 340.

Determinatio libera in quo consistat? lib. 3. num. 257. & seqq. An distingui possit, aut debeat ab actione? Ibid. & à nu. 258. & lib. 6. à nu. 126. An saltem in aliquo casu? lib. 7. à nu. 320.

Determinabile à Creaturâ quod non possit à Deo determinari, non repugnat. lib. 3. nu. 412. & lib 5. à nu. 204.

Determinatio quoad individuum cui tribuenda? lib. 3. à nu. 449. & lib. 7. à num. 232.

Determinandi radix malè convertitur in futuris cum formâ denominandi. lib. 4. nu. 11. & 16.

Determinativa Prioritas. Vide *Determinativũ Prioritas, Scientia Media*.

Determinandi potestas in Creaturâ respectivè ad nexus determinativè priores est libertas existens. lib. 6. nu. 414. & à nu. 606.

Determinativum Scientiæ Mediæ, quid sit? lib. 4. à nu. 50. & 114. & quo genere prioritatis antecedit ad Scientiam? lib. 4. & 5. *ibid.* Explicatur, & solvitur tota difficultas. lib. 5. à num. 146. & à nu. 153. & à num. 162.

Deus. Scientia in Deo, quàm certò, & quo sensu stabilienda? pag. 1. & lib. 1. num. 1.

In Deo capacitas intelligendi non est per modum Actûs Primi realis, sive Physici, sive intentionalis. lib. 1. à nu. 11. & à nu. 12. Neque per modum Actûs Primi virtualis. ibid. à nu. 35. Etiam permissâ virtuali distinctione inter ipsam, & intellectionem. ibid. à nu 51. Imò neque quoad contingentes terminationes sciendi. ibid. à nu. 93. *ex lapsu*. 39. Ne per rationem quidem. ibid. à nu. 103. Est tamen cum omni perfectione. ibid. nu. 109. Nec trãsilit lineam potentiæ plusquam logicæ. ibid. nu. 110. Vivit Deus vitam intellectivam, & volitivam omninò pu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

purissimam. ibidem nu. 111.
In Deo, quæ prædicata asserenda? lib. 1. nu. 3. Regulæ Generales. ibidem. Cur Dei prædicata distinctionem virtualem admittant inter se. lib. 1. à nu. 35. & à n. 148. & 167. & n. 182. & seqq.
Divinorum Actuum contingentium quàm difficilis explicatio. lib. 1. à nu. 74. Authoris explicatio. à nu. 79. & 80. Verè possunt non esse realiter: estò simpliciter sint indefectibiles. nu. 83. Quid importet, & sit eorum contingentia vera, & aliquomodo realis? à nu. 84. Sunt etiam Perfectio quoad contingentem terminationem. lib. 1. à nu. 87. & 147. Eorum contingentia non obstat identitati. à nu. 88. & à n. 90. Nec arguit virtualem productionem. à nu. 93. *ex lapsu*. 39. Nec ex parte voluntatis potentiam plusquam logicam. à nu. 95. Vide *Libertas. Terminationes liberæ. Voluntas.*
In Deo quoad lineam intelligendi non datur facultas proxima. lib. 1. à n. 113. Nec habitus. à nu. 114.
Nec munus, aut ratio speciei. lib. 1. à nu. 127. Quæ dicantur Attributalia? ibidem.
Dei Perfectiones, æquales. lib. 1. à nu. 136. Et una æquè valens, ac omnes. ibidem. à nu. 145. & à nu. 147. Divinæ Infinitatis vis, & efficacia. lib. 1. à num. 185.
Dei Essentia Metaphysica, quæ? lib. 1. à num. 199. Quomodo definitivè exprimenda. ibidem à num. 203.
Deus se, & omnia comprehendit. lib. 1. à nu. 222. Sine ullâ imperfectione, aut sequelâ Infinitarum formalitatum. ibid. num. 225. & num. 264.
Dei perfectio est noscere etiâ minima: non ita amarè. lib. 1. num. 258.
Divina, an dicenda sint sumere speciem ex terminis ad extra, aut esse in aliquâ specie? lib. 1. num. 261.
Dei modus in cognoscendo. lib. 1. à nu. 265. & lib. 6. à nu. 230. Vnde taxandus? lib. 11. à nu. 281. Nequit limitari ex finitudine Medii. ibidem. Et cur? ibid.
Proprietates in cognoscendo. lib. 1. à num. 284.
Deus, æterna veritas Possibilium, & Impossibilium, eorumque Possibilitas, & Impossibilitas. lib. 2. à n. 5. & 9.
Cur Deus impossibilia producere nequeat. ibid. à num. 11.
Deus cum Possibilibus connexus. lib. 2. à nu. 18. & pluribus titulis. ibid. à nu. 20. & à nu. 22. Specialiter, ex titulo supremi Intelligêtis. ibid. à n. 23.
Deus, quâ ratione verè dici possit non esse infinitum in ratione objecti? lib. 2. nu. 39.
Dei Æquitas per prædeterminationem læditur. lib. 3. à nu. 147. & lib. 5. à nu. 98. & lib. 7. à nu. 7. & à nu. 24.
Dei Voluntas, circa salutem omnium qualis? lib. 3. à nu. 206. & lib. 8. à nu. 146. & lib. 9. à nu. 34. & 55. Cum Prædeterminantium Doctrinâ componi non potest. ibidem.
Deus ex nullo titulo Prædeterminator est operis liberi. lib. 3. tot. præsertim à nu. 361. Nec ex ullo Primatu. ibid. & nu. 366. & 376. & à nu. 383. & 384. & lib. 7. à num. 9.
Deo prorsus implicat Prædeterminatio ad materiale peccati. Latissimè. lib. 3. à nu. 518. & omne genus affectûs, & volitionis circa peccatû. ibid. & à nu. 583. & lib. 7. à nu. 182.
Deus quomodo concurrat ad peccatum cum Creaturâ. lib. 3. à num. 589.
Dei prærogativa in cognoscendo contingentia, antequam sint. lib. 4. à nu. 58. & à num. 298.
Deo nota sunt Decreta, quæ haberet sub hac, aut illâ conditione, sed non per scientiam similem Scientiæ Mediæ. lib. 4. à nu. 199. & lib. 5. à nu. 220.
Deo nequeunt Res ab æterno plusquâ intêtionaliter coëxistere. lib. 4. n. 215.
Dei Æternitas explicatur. lib. 4. nu. 118. & num. 221.
Deus in quo cognoscat absolutè contingentia? lib. 4. à nu. 248. Assignatur modus. ibid. à nu. 290. Et conditionatè contingentia. Vide *Scientia Media.*
Deus in minimis maximus. lib. 6. nu. 5. Ejus Providentia. à nu. 1. & seqq. latè. Nihil ipsi fortuitum. nu. 4.
Deus, ut Creator, & ut Provisor, diversimodè concipiendus. lib. 6. nu. 48.
Intra sphæram Bonorum naturalium, miris modis potest esse beneficus. ibid. à num. 60.
Dei libertas in conferendis Auxiliis qualis sit. lib. 6. à nu. 298. Quam Benefi-

nefica. à nu. 302. & à nu. 348. & 484.
Ex præscientiâ Abusûs non desinit esse benefica. lib. 7. nu. 306. & lib. 9. à n. 179.
Dei libertas qualiter constituatur ex Scientiâ Mediâ. lib. 6. à nu. 330. & à nu. 416. & à n. 606. & lib. 7. à n. 154.
Quid sit in Scholâ Scientiæ Mediæ Deum esse Causam Rationalem, & Moralem omnis Actûs honesti. lib. 6. à nu. 462. & à nu. 505. & lib. 7. à n. 130.
Omnis Boni, Deus causa specialis, & directa. lib. 6. à n. 506. Necessariò Deus complacet in Bono, si sit. lib. 6. à nu. 507. & 508. Omnis actus honesti, si sit, indispensabiliter Prædefinitor. lib. 7. à nu. 130. & à nu. 146.
Deus nequit supplere defectum Causæ formalis, quoad ejus formales effectus. lib. 7. nu. 380.
Dei etiam permittentis peccatum, Inclinatio ad bonum. lib. 7. à nu. 428. & à nu. 444. & à num. 446.
Deo necessarium est aliquod medium, ut quamcumque Creaturam Rationalem, si velit, prædestinet per obsequia libera, & merita. lib. 8. à nu. 43.
Dei Dominium quàm omninò diversum à Nostris, quoad usum. lib. 8. nu. 268. Non cadit in ipsum æterna cruciatio Innocentis. ibid à num. 267.
Dei Beneficientia Generalis. lib. 9. tot. à num. 1.
Dei Dominium quoad rerum destructionem. lib. 10. num. 144.
Deus, ut Author Naturæ, & ut Author Gratiæ quid sonet in re? lib. 12. num. 82. & 83.
Dionysius. Dionysii mens circa rationes motivas Divinæ Scientiæ. lib. 1. à n. 257.
Directio Cognitionis an requirat præcedentiam, aut distinctionem, ab affectu, ad quem dirigit? lib. 1. nu. 173.
Directio duplex stricta, & lata. lib 6. nu. 288. signum aptum ad dirigendum quodnam sit. lib. 6. nu. 289. Notitiæ dirigentis, quæ prioritas sit circa affectum? lib. 6. nu. 290.
De Directione Scientiæ Mediæ quàm gravis quæstio. lib. 6. nu. 285. & nu. 293 quàm varia. ibid. Authorum sensus. lib. 6. à num. 294.
Directio stricta Scientiæ Mediæ, possibilis est. lib. 6. à nu. 298. Solvuntur pulchri paralogismi contra ipsam. ibid. à nu. 308. Non requirit duo decreta circa collationem Auxilii, efficax, & indifferens. ibid. à nu. 328.
Directio stricta Scientiæ Mediæ etiam est necessaria in collatione Auxilii efficacis. lib. 6. à nu. 505. & à nu. 500.
Directio præcedentiæ in Scientiâ Mediâ, indispensabilis est. lib. 6. à nu. 330. latissimè. Imò est necessaria, ut defendatur existentia, & natura Scientiæ Mediæ. lib. 6. à nu. 364.
Directionis, & præcedentiæ concordia cum creatâ libertate. lib. 6. à nu. 383. quæ protegitur latè. à nu. 391. & denuò vindicatur. à nu. 433.
Mens Societatis de Directione, & necessariâ Præcedentiâ Scientiæ Mediæ ad Decretum collativum Auxilii. lib. 6. à num. 435. & num. 578.
Directio respectivè ad Supernum Affectum, omninò repugnat Actui naturali. lib 11. à nu. 35. Latissimè.
Discretio Salutariter operantis à non operante: quomodo Dei sit. lib. 3. à nu. 499. & lib 8. à nu. 234. & Prædestinati à Reprobo. ibid. lib. 8. Latè.
Discretio quid sonet. lib. 8. num. 234.
Duplex: in actu primo, & in actu secundo. ibid. Vtraque explicatur. ibid.
Discretio intrinseca, quomodo tota sit Dei, & tota Creatura. ibid. à num. 235. & 236. & quomodo magis Dei, quàm Creaturæ. ibid. à nu. 238. licèt Creatura determinet, & non Deus. ibid. à nu. 237.
Quid de extrinsecâ discretione? Ibid. nu. 239. Quomodo loquendum in hoc puncto. ibid. nu. 240. & nu. 241. Explicantur Apostolus, & Augustinus. lib. 8 à nu. 243. & à nu. 247. & lib. 10. à n. 100
Quàm similtrè de Nobis concipiant in hoc puncto Prædeterminantes ibid. à nu. 111. & seqq. & lib. 12. à num. 100.
Discursus Deo repugnat etiam virtualis. lib. 1. num. 267. & à nu. 271.
Discursus imperfectio, in quo sit. lib. 1. à nu. 273.
Cõclusio discurrendo deducta ex Præmissâ supernaturali, & ex Naturali, an supernaturalis? lib. 11. à num. 85.
Quo sensu sequatur debiliorem partem Conclusio? lib. 12. num. 91.
Disjunctio repugnat Deo in modo cognoscendi, & volendi. lib. 1. nu. 290 & 291. Quid sit in re Veritas disjunctionis. ibid. à num. 291.

Distin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Distinctio Realis, quam Identitatem excludat per *non esse aliud*? lib. 2. nu. 72.
Distinctio formalis extrinseca ex modo concipiendi, in quo consistat? lib. 1. à nu. 105. & 107. Pariformiter datur à parte rei formalis extrinseca ex modo exigendi. lib 1. à nu. 170. Vid. *Præcisio.*
Distinctio Virtualis quid? lib. 1. nu. 33. & à nu. 36. & à nu. 148. Cur Relativam Oppositionem inter easdem Realiter formalitates componere nequeat: cóponat verò contradictoriam, lib. 1. num. 33. & 34.
Distinctio Virtualis ulteriùs explicatur. lib. 1. à nu. 37. Distinctionem Realem in tertio essentialiter imbibit. lib. 1. à nu. 36 & rursus à nu 148. Inter prædicata mutuò, & adæquatè convertibilia repugnat. lib. 1. num. 37. & à num. 148.
Quousque & interquæ prædicata locum in Deo habeat. lib 1. à num. 35. & à nu. 148. latiùs, & à nu. 188. & seqq. Distinctio realis in tertio solâ voce differt à Virtuali distinctione. lib. 1. à nu. 36. & à nu. 148 & signantiùs. à nu. 154. An difficilior sit pure Virtualis, quàm imbib. us distinctionem realem in tertio lib. 1. à nu. 184. Ad quid ejus usus in Mysterio Trinitatis? ibid à nu. 183. & In Mysterio Incarnationis? à num. 195.
Distinctio Virtualis est Prædicatum Characteristicum Divinú. lib. 1. à n. 185. Paralogismi difficiles contra distinctionem Virtualem. lib. 1. à num. 188. & à num. 193.
Distributivum, Quando valeat, aut non valeat à Distributivo ad Collectivum consequentia, Regula generalis. lib. 8. à num. 63. & 67.
Dominium libertatis quale? Vid. *Libertas.*
Supremum Dei Dominium non eget, nec potest, adminiculo Physicæ Prædeterminationis. lib. 3. à nu. 382. & à num. 403.
Nihil est quod effectivè sit sub Dominio Creaturæ, quod Dominio Dei non subsit. lib. 3. num. 412.
Ratio Dominii dati Creaturæ à Deo quoad suos actus, essentialiter excludit Prædeterminationes tam intrinsecas, quàm extrinsecas. lib. 7. à nu. 9.
Dominii Divini Ratio an possit ex suppositione sibi non liberâ facere Creaturam practicè impossibilem? lib. 8. à num. 60. & 96. Ejus comparatio cum finitis Dominiis, & grande discrimen quoad usus. lib. 8. à num. 268.
Dominium Dei quoad rerum destructionem, quantum? lib. 10. à nu. 144.
An res ulla excipi possit? ibid.
Donatio, quâ Deus nobis donat merita, & Bona, quæ, & quid importet? lib. 3. nu. 333. & à num. 394. Explicatur iterum Modus donandi. lib. 3. à num. 498. & lib. 5. à nu. 146. & lib. 8. à nu. 244. & lib. 13. à num. 66.
Donum non definit esse beneficium ex præcognito abusu Recipientis. lib. 9. passim præsertim. à nu. 179.
Duratio Duplex. lib 4. num. 217. & 223.
Quomodo à Thomistis dictæ? ibid. Durationes Dei Hodierna, Crastina, & aliæ, an una, & eadem? ibid. nu. 243.
Quæ durandi denominatio sit Deo necessaria. lib. 4. num. 244.
Duratio major, aut minor, unde rebus veniat? lib. 10. à num 137. Cur sit magis appetibilis, duratio major? ibid. à num. 158.

E

Effectus Prædestinationis quas conditiones requirit? lib. 8. à nu. 208. Ex ipsis deciditur, quinam sint? ibid. à nu. 209.
Efficacia. Vide. *Auxilium. Gratia.*
Duplex efficacia in Affectibus distinguitur: & explicatur. lib. 6. nu. 331. & nu. 525. & lib 7. à nu. 69. & nu. 126. & lib 11. à nu. 279.
Electio & Intentio in Nobis plerumque sunt idem actus: In Deo necessariò sunt idem Virtualiter actus. lib. 6. à num. 519. & 520. Etiam si imperetur à prævia intentione, manet immediatè libera. lib 6. à num. 523.
Electio Mediorum Efficacium, ut talium, stare nequit sine efficaci Finis Intentione. lib 6. à nu. 527.
Electio an distingui possit aut debeat ab usu. lib 6. à nu. 541. & à nu. 556.
Electio ad Gloriam, qualis? lib. 8. à nu. 102. Quibus nominibus veniat in Scripturâ. ibid. nu. 103. Alia de Electione ad Gloriam. ibid. à nu. 194.
In modo intendendi, & eligendi differentia inter Deum, & Homines. lib. 8. à nu. 112.
Ele-

Elegibilior est Spes Beatitudinis, quâ periculum ipsam amittendi: & cur? lib. 9. à nu. 15. & à nu. 25. Electio unde taxare debet spem boni: & periculum mali. ibid à nu. 28.
Elevatio ad superna, quid secum ferat, ex parte Dei? lib. 8. nu. 265.
Nequit esse Naturæ debita. lib. 10. à num. 11. & 18.
Elevationis statuí an negari possit omnis cogitatio supernæ congruæ: lib. 10. à nu. 238. & à nu. 241.
Elevationis status non exigit indesinentem præventionem per auxilia supernæ Gratiæ. lib. 11. à nu. 207.
Qui elevationis modus sit connaturalior, & exinde præferibilior, per intrinsecum comprincipium, an per extrinsecum. lib. 12. à nu. 191.
Cur præferatur à Theologis Modus intrinsecè elevandi ibid. à num. 195.
Explicatur modus extrinsecæ elevationis. ibidem à num. 197.
Ens. Ens reale, & cognoscibile convertuntur. lib. 2. à num. 91.
An dentur Entia, quæ à solo Deo produci non possint? lib. 3. à num. 586.
Entia Media inter Ens, & Reale repugnant. lib. 2. à num. 77. & lib. 3. à num. 253. & lib. 4. à num. 42. latè.
Ens Rationis in quo resolvatur? lib. 1. à num. 433. & latè lib. 2. à num. 45.
A Deo neque fit, neque dicitur cognosci formaliter. ibid. lib. 1. à nu. 433. & lib. 2. à nu. 45. & num. 105.
Ens rationis ex divisivè Possibilibus coalescit. lib. 2. à nu. 46. & à nu. 70. & à nu 86. Nihil dicit absolutè distinctum ab omni ente reali. lib. 2. à nu. 86. Explicatur. ibid. & seqq. Denominatio Entis Rationis undenam sit, & quæ? ibid. à nu. 87. 88. & seqq.
Error. Errores adversus Divinam Gratiam. lib. 10. à nu. 66. Calvini, & Lutheri. ibi puncto liberi Arbitrii. lib. 3. à nu. 935. & lib. 10. nu. 30. & lib. 13. à nu. 115. Et in puncto Divinæ Gratiæ. ibid. & signanter. lib. 13. à num. 119.
Error Pelagii, & pugna cum Augustino. lib. 5. à nu. 179. & lib. 10. à num. 68. & lib. 13. à nu. 59. & à num. 83.
Massilienſium, & Semipelagianorum Error quoad usum, & explicationem Scientiæ Conditionatæ contingentis. lib. 5. à nu. 37. & à nu. 189. & lib. 10. à num. 69.
Errores Michaelis Baji. lib. 10. à nu. 71. Ejus Catholica resipiscentia. ibid. Bajus, & Pelagius comparati. lib. 11. à num. 222.
Error Jansenistarum quoad status Naturæ, eorumque inter se connexionem. lib. 10. nu. 9. & 10. Quoad Gratias correspondentes statui lapsæ, & statui integræ Naturæ. lib. 10. à num. 75. & 76. Alii errores. ibidem à num. 72. & 74.
Essentia significatum quàm varium. lib. 1. nu. 123. Strictè quid sit. ibid. nu. 124. Ejus necessariæ Conditiones. *ibid.* Et explicantur. Divisio in quasi Physicam, & Metaphysicam, explicata. lib. 1. nu. 125. Quomodo sibi istæ correspondeant. ibid. Metaphysicæ Essentiæ investigatio duplex, & explicatur ibidem num. 226.
Essentia Dei an faciat vices speciei impressæ? lib. 1. à nu. 117. lib. 4. num. 311. Unde dissidium inter Authores in designandâ Essentia Dei. lib. 1. à nu. 128. Quantum. à nu. 129. Authoris judicium de dissidio lib. 1. à n. 133. Essentia Dei necessariò est unicissima. lib. 2. à nu. 186. & 187. Non imbibit Relationes, nec Libera. ibid. à nu. 198. Omnes, & singulas Perfectiones Absolutas necessarias aquè quidditativè imbibit. ibid. à num. 199. Etiam per rationem expressa. ibidem à nu. 203.
Per hunc conceptum definitivum. *Venimus omnis Perfectionis Absolutæ necessariæ.* ibid.
Eventus. Qui dicatur respectu Scientiæ Conditionatæ, & Mediæ. lib. 5. num. 8. Quid attingat Scientia Media ex parte eventûs. lib. 5. à nu. 221.
Evitabilitas competit essentialiter Divinis Actibus circa liberos Creaturæ. lib. 4. à nu. 326. Explicatur sine ullâ imperfectione. ibid. à nu. 328. & lib. 5. à nu. 174. & lib. 6. passim, præsertim à nu. 404.
Cur Evitabilitas competere possit Causis Remotis, & non Proximis. lib. 6. à num. 409. & 481.
Evitabilitas, & frustrabilitas, quàm diversæ. lib. 7. num. 54.
Explicatur magis evitabilitas Decretorum efficacium circa actus liberos Creaturæ. lib. 7. nu. 79. & 80.

Qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qualis Evitabilitas requiratur, ne lædatur libertas Creaturæ. lib. 7. num. 264. & à num. 284.
Exceptio quomodo firmat regulam in contrarium? lib. 10. num. 307. Nihil, exceptione non indiget. ibid.
Executio. Executivus ordo, qui dicatur. lib. 6. num. 539.
Qui Actus veniant in ordine executivo. ibid. Ordo Executivus distingui nequit in Deo ab ordine intentivo. lib. 6. à nu. 541. & 556.
Executiva Decreta efficaciter Prædefinientia, simpliciter necessitant. lib. 7. à num. 303.
Extrema Entis rationis realia. lib. 2. à nu. 46. Separatio, & identificatio eorum, tota realis, & consistens in Actu lib. 2. à nu 70.

F

Facienti quod est in se Deus non denegat Gratiam. Explicatur latè. lib. 9. à num. 147. Vide *Axioma*.
Facultas proxima quid sonet in intellectu. lib. 1. à num. 112.
Fœcunditas, secundùm se est Perfectio. lib. 1. à nu. 185. Imbibit distinctionem à Termino. ibid. nu. 186. Quomodo componatur in Divinis cum Essentiæ unitate? ibid.
A Fœcunditate vel exactâ, vel acceptâ malè petitur Ratio Filii. lib. 13. à nu. 160. & num. 200.
Felicitas æterna, majus incomparabiliter bonum, quàm infelicitas Damnatorum. lib. 9. à nu. 25.
Nequit dari felicitas, nisi superna. lib. 10. num. 24.
Filius. In esse Filii discrimen Secundæ Personæ à Tertiâ, unde sumendum? lib 1. nu. 214. & latè lib. 13. à num. 153. & seqq. Ratio Filii quid exigat? lib. 13. à nu. 163.
Finis variè divisus. lib. 6. num. 31. comparatus adinvicem, & explicatus. ibid. & nu. 32. Vniversalissimus Dei. ibid. Relatè ad ultimum finem, an homines ex complexione, & indole, præcisè, possint dispares existimari. lib. 6. à num. 73.
Quomodo finis influat in media, & ea causet. lib. 6. à nu. 527. & à nu. 530.
Elucidatur influxus Finis in media. lib. 7. à num. 435.
Finis ultimus Naturæ Rationalis ex nobilitate ipsius Naturæ debet esse naturaliter inassequibilis. lib. 10. à num. 22.
Formido, in quo consistat. lib 6. nu. 518.
Fortuna. Fortunæ cum Providentiâ comparatio. lib 6. nu. 7. Quid adversa, quid prospera? ibid. nu. 71. Vera Rota Fortunæ, quæ? ibid. nu. 72.
Fortuitum quid, & respectu cujus verificari possit. lib. 6. nu. 4. Ex fortuitis ad liberè contingentia inepta fit paritas. lib. 11. à nu. 365.
Futurorum Coëxistentia physica in Æternitate non favet immutabilitati Divinæ. lib 1. nu. 306. & nu. 308. Ea coëxistentia explicatur. lib. 4. à num. 222.
Gravis de Futuritione quæstio lib. 4. nu. 2. Futurum divisum, & subdivisum. lib. 4 nu. 3. & 4. Quæ distinguenda in Futuro. lib. 4. nu. 5. 6 & 7. Ejus à Deo dependentia. lib. 4 à nu. 10 Futuritionis Metaphysica Definitio. lib. 4. nu. 8. Munera. ibid. nu. 9. Radix, & Forma Futuritionis diversissima. ibid. nu. 11. Futuritio Thomistica. ibid. nu. 12. Repellitur. à nu. 23. Media. ibid. nu. 13. Et rejicitur. à nu. 42. Adhuc permissa non valet pro medio Divinæ Cognitionis. ibid. à nu. 269.
Futura habere determinatam veritatem in se ipsis, antequàm sint, quid sit. lib 4. num. 33. & quo sensu dicatur à Nostris. lib 4. à nu. 53. & à nu. 290.
Futurorum quasi transitus de statu ad statum, explicatur. lib. 4. à nu. 34. & signanter, à num. 36. *ex errore* 26. & rursus. à num 66.
Futuritio *metaphysicè*, *definitivè*, vel *secundùm dici*: & Futuritio *secundùm esse*, & *Verificativè* explicantur. lib. 4. nu. 63. Necessario est aliquid præsens. ibid. à num. 67. & seqq. & quid hoc præsens. lib. 4. num. 64.
Futuritio liberè contingentium ab ipsis debet determinari. lib. 4 nu. 82. & Quomodo. ibid à nu. 86. & à nu. 133.
Futuri denominatio quibus competat. lib. 4. à num 134.
Futuritio secundùm quid, & per rationem quæ sit, & ubinam agnoscenda. lib. 4. à nu. 135. & à nu. 184. Decreta Dei

Dei, quæ sunt, nec per rationem quidem, futura dici possunt: bene verò decreta, quæ essent. lib 4. à nu. 186. & à nu. 192. In quo medio ista cognoscat, & per quam Scientiam. lib. 4. à nu. 199
Futurorum coexistentia physica in Æternitate. lib. 4. à nu. 222. Variè defensa. à num. 224. Repugnat Sancto Thomæ. ibid. à nu. 228. Omni modo explicata repugnat. lib. 4. à nu. 230. Nec pro Futurorum cognitione prodest. lib. 4. à nu. 250. & à nu. 253. Futura solùm habent ab æterno præsentiam objectivam. lib. 4. num. 238. Ea præsentia distinguitur, & explicatur. lib. 4. à nu. 216. & seqq.
Futura absolutè contingentia in quo & quomodo cognoscantur à Deo. lib. 4. Latè. à nu. 248. & à nu. 290.
Futura conditionata. Vide. *Conditionata. Contingens. Scientia Media.*
Futuritio quædam inchoata Thomistica discutitur, & impugnatur. lib. 9. à num. 50. & 55.

G

PAtres Generales. RR. Generalium Claudii, & Mutii Ordinatio circa Directionem Scientiæ Mediæ, & Prædefinitiones. lib. 7. nu. 130.
R. P. G. Caroli de Noyele Ordinatio circa aliquas Propositiones concernentes ad Scientiam Mediam. lib. 7. à num. 237.
Generatio, quid? lib. 13. à nu. 153. Aristotelica Definitio. ibid. & à nu. 166. explicatur latè. ibid. à nu. 167. & seqq.
Gloria, ut Hæreditas, & Gloria, ut Corona explicantur. lib. 8. nu. 113. Per quid ubique constituatur. ibid. & à nu. 127. signanter. à nu. 134.
Quomodo causetur à Meritis, & in quo genere. à nu. 134. Connaturalis est ita Gratiæ, ut præcisim à lege, decedenti in ipsâ, negari non possit. lib. 8. à nu. 34.
Gloria majus bonum, quàm sit malum æternæ Miseriæ. lib. 9. à nu. 25.
Spes gloriæ eligibilior est, quàm sit timendum Miseriæ æternæ periculum. ibid. & num. 28.
Gloriæ lumen non est tota Ratio, & Virtus agendi. lib. 12. à nu. 29. & signanter. à num. 53.
Gratia Auxilians. Gratiæ Auxiliantis consideratio quàm digna Theologo. prol. tract. 3. lib. 10 Ejus connexio cum Providentiâ. ibid. Tractatores. ibid. Gratia Auxilians in Tridentino descripta. lib. 3. à num 329. & 331.
Gratia Adjuvans, & Excitans, ex ipso, quæ? & quales? lib. 3. à nu. 329. Entitativè non differunt. lib. 3. ibid. & nu. 492. Munere differunt. ibid. & lib. 13. à nu. 35. Connexione cum opere, nunquam possunt. lib. 3. ibid. & à nu. 333. Quid si Entitativè aliter differrent? lib. 3. & lib. 13. ibid.
Doctrina Tridentini de Gratiâ Excitante, & Adjuvante resistit Prædeterminationi. lib. 3. à nu. 330. & 332. & à num. 493.
Cur Gratiæ, quin determinet, tribuatur Operatio Creaturæ. lib. 3 à n. 499.
Gratia Excitans, quo sensu dicatur à Sancto Prospero Gratia præoperans. lib. 3. à nu. 506. & 511.
Gratiæ Auxiliantis, & Habitualis Armonia in Concurrendo proponitur. lib. 7. à nu. 320. sed conatu distincto. ibid.
Gratiæ Auxiliantis Quidditas, & Excellentia. lib. 10. à num. 1. Ejus variæ Acceptiones. ibid. Quæ Philosophica, & quæ Theologica? ibid. nu. 62. & 63. & nu. 207. Errores adversus ipsâ. à nu. 66
Quid sit apud Jansenistas Gratia Medicinalis: & Gratia Sanitatis. lib. 10. à nu. 76.
An pro diversitate Statuum Naturæ Integræ, & Lapsæ, sit entitativè diversificanda Gratia Auxilians. Latè. lib. 10. à nu. 75. Error Jansenistarum ibid. & seqq. Vindicatur Mens Augustini. ibid. à nu. 80. & 82.
Gratia Auxilians describitur. lib. 10. nu. 64. Adæquatè consistit in Actibus Vitalibus. ibid. à nu. 85. & 89. Quinam sint. à nu. 151. & à nu. 155. Qualitatem emortuâ repellit à Choro Gratiæ Auxiliantis. à nu. 95. Vnicè vehit nomine *Vocationis*, apud Tridentinum. ibid. nu. 93. Apud Sanctos Patres, nomine *Illustrationis, & Inspirationis*. ibid.
Quousque sint beneficia distincta, Gratia Inspirationis, & Gratia Illustrationis? lib. 10. à nu. 178.
Gratia suum etiam locum habet in

Universidad de Deusto
Biblioteca

appetitu sensitivo. lib. 10. num. 295.
Gratia contra Pelagium asserta, seu Dogmatica, & Theologica, est entitativè supernaturalis. lib. 10. à nu. 96. latissimè: & signanter. à nu. 243. & à nu. 264. Cognitio congrua naturalis non est gratia dogmatica. ibidem à num. 209.
Gratia quo sensu requiratur à Sanctis Patribus ad vincendam gravem tentationem? lib. 10. à nu. 279. Non requiritur Theologica, & supernaturalis ad honestè operandum. lib. 10. passim, & à nu. 301. & seqq. Sancti Patres, & Conciliorum sensus circa Bonum, dum de Gratiæ necessitate loquuntur. ibid. & signanter à nu. 304.
Gratiæ Auxiliantis supernæ necessitas ad omnes, & singulos Actus salutares. lib. 11. à nu. 11. Defenditur contra varios excipiendi modos. ibidem à nu. 15. Etiam est metaphysicè, & divinitùs indispensabilis. ibid. à nu. 75. Cujus Gratiæ, & quanta sit necessitas in Naturâ ad verum naturale. lib. 11. à nu. 107.
Ad Actus honestos secundùm se non requiritur Gratia. lib. 11. à nu. 134. & nu. 137. Nec peraccidens, & ex lege. ibid. & à nu. 149. & à nu. 215.
Gratia cur comparetur in Scripturis cum Pluviâ, Luce, & Semente: Et Vocatio externa cum Nube, Sole, & Seminante. lib. 11. nu. 196.
Gratiam Vocationis quibus externis mediis infallibiliter Deus annexuerit. lib. 11. à nu. 194. & latè à n. 197.
Quæ Gratia, & quousque necessaria sit ad Actus Heroicos Honestos, etiâ Naturales? lib. 11. à nu. 306. & à nu. 311. & à nu. 113. Vide *Impotentia, Tentatio.*
Quæ, & quanta Gratia requiratur ad observationem totius legis Naturalis? & quomodo. lib. 11. à num. 323. usque à 331.
Gratia Auxilians, tam illuminans, quàm Afficiens, præter Moralem, exerceat effectivum concursum in actus salutares. lib. 12. à num. 8. & 9.
Vtraque simul sumpta sufficit pro Principio elevante ad eosdem. ibid. à nu. 16. Nunquam tamen est tota Ratio, & Virtus agendi. lib. 12. à nu. 28. & 29. Cur non determinet, si elevat. lib. 12. à nu. 202. Ejus Activitas potest extrinsecè suppleri per extrinsecam assistentiam Omnipotentiæ. lib. 12. latè à num. 120.
Gratiæ Auxiliantis Causæ. lib. 13. à nu. 2. Physicæ. ibid. à nu. 3. Excitantes. ibid. à num. 12. Morales. ibidem a num. 25.
Gratiæ Auxiliantis Divisiones. lib. 13. a nu. 34. In Excitantem, & Adjuvantem. a nu. 35. Et illustrantur a nu. 45. & 46. In operantem, & cooperantem. a nu. 37. & quid sint. ibid. & nu. 38. & à nu. 51. In Prævenientem, Comitantem, & Subsequentem. à nu. 49. ibid. & à nu. 52. In sufficientem, & efficacem. à num. 41.
Gratia Efficax non explicatur aptè per coaptationem cum Genio. lib. 3. à nu. 269. Sensus Tridentini circa ipsam. lib. 3. à num. 335. & à nu. 342. Gratia trahens, & faciens operari, qualis ex Tridentino, & Senonensi. ibid. & num. 359. & à num. 497.
Quam Gratiam petat Homo, dum petit Gratiam Conversionis. lib. 3. à num. 395. & à num. 475.
Gratia Efficax in Actu Primo, & in Actu secundo explicatur. lib. 3. à num. 459. & lib. 6 à n. 287. & lib. 13 à n. 66.
Gratiæ Efficacis Proprietates ex Scripturis, & Sanctis Patribus eruta, pro Prædeterminatione non faciunt. lib. 3. à num. 503.
Gratia Efficax, speciale necessariò Beneficium Dei. lib. 6. à num. 348. & à n. 351. & à n. 384. & lib. 13. n. 66. & 69.
Gratia Efficax innegabilis. lib. 13. à nu. 65. Quas Appendices Quæstiones habeat? ibidem.
Quæ sint communia Catholicis in ipsâ Controversiâ ibid. à nu. 66. Legitimus ejus sensus. ibid. à nu. 77. Quam sinistrè propositus à Thomistis. ibid. Eorum sensus variè comparatus, & ex ipsis propositus. Ibidem à nu. 93.
Sententia Societatis Iesu. ibid. à n. 124. Vindicata à Variis Impostoris. à nu. 130. Opiniones Neutrales, & Mediæ. ibidem à num. 144.
Gratia Sufficiens quæ? lib. 3 à nu. 48. & à nu. 91. & à nu. 155. & lib. 9. à nu. 72. Gratiæ sufficientis Generalitas. ibid. lib. 9. à nu. 79. latissimè. Respectu Parvulorum. à nu. 95. & Adultorum. à nu. 119. Vide *Auxilium sufficiens.*
Quousque verum, & in quo sensu Axioma celebre. *Facienti quod est in se, Deus non denegat Gratiam.* lib. 9. à nu. 147. Vide. *Axioma.*
Gratia sufficiens à Iansenistis negata. lib. 10. à nu. 75. & à nu. 76. & lib. 13. à nu. 59 & 60. Negari non potest. lib. 13. à nu. 61. & 64.
Gratia Habitualis immediatè concurrit ad Actus pro instanti determinato præceptos, illæsâ eorum libertate. lib. 7. à nu. 317. & 318. Assignatur duplex modus defensionis. à nu. 320. & à nu. 325. Gratia Sanctificans quousque cõnectatur cum Visione Dei. lib. 8. nu. 34
Gratia habitualis describitur. lib. 10. nu. 64. Non venit unicè sub voce Gratiæ gratum facientis. ibid.
Status Gratiæ non requiritur ad actus honestos contra Lutherum. lib. 11. à nu. 134. Requiritur ad diuturnam observationem totius legis naturalis. lib. 11. à nu. 323. & 325. Cur, & Vnde? Ibid.

H

Habitus, Habitûs munera. lib. 1. nu. 114. Quid sit operari ex habitu? ibid. Deo repugnat. ibid. num. 115.
Habitus supernus non subditur voluntati, nisi supernaturaliter cognoscenti. lib. 11. à num. 48. & 49.
Habitus Virtutum moralium naturalium, sunt innegabiles. lib. 11. num. 229. & 231.
Habitus superni intensionem superare potest conatu suo voluntas. lib. 12. à num. 204. & 208.
Habitus infusus non est tota ratio & Virtus agendi. lib. 12. à nu 29.
Habitus infusi conditio; ejusque discrimen ab Adquisitis. lib. 12. à n. 220.
Habitus infusi, Physicæ Auxiliorum Causæ. lib. 13. num. 5.
Honestum omne specialiter à Deo, & Dei speciale Donum. lib. 3. à nu. 394. & à num. 479. & alibi. Vide. *Bonum.*
Honestum, & supernaturale non convertuntur. lib. 10. à nu. 282. Nec peraccidens in hac lege. lib 10. à nu. 301. & lib. 11. à num. 239. & nu. 240. Nec honestum, & ex Gratiâ Dogmaticâ factum. ibid. à nu. 301.
Honestum apud Sanctos Patres contra Pelagium an convertatur cum supernaturali. lib. 10. à num. 282. & à num. 285. & à num. 301.
Actus Honesti naturales sunt innegabiles, etiam in hac lege. lib. 10. à nu. 282. passim. & à nu. 301. Non egent, ut sint, Gratiâ Theologicâ. ibid. Latissimè. Nec per se. lib. 11. à nu. 137. Nec peraccidens, & ex lege. ibid. à num. 149. & à num. 215.
Honestus Actus imperari non potest ab actu malo. lib. 11. à num. 76.
Ad Actus honestos non requiritur status Gratiæ. lib. 11. à nu. 134. Nec Gratia. ibid. à num. 135. Neque ulla Gratia extra Ordinem Creationis. ibid. à nu. 137. Sunt possibiles Naturæ potentiâ antecedenti, & consequenti, ex viribus naturalibus; & de facto contingunt. lib. 11. à nu. 137. & seqq. & à num. 215. Latissimè.
Actus Honesti heroici, ex quo capite. lib. 11. à nu. 243. Ex se & ex accidenti. ibid. Quousque requirant in eliciente Gratiam, & qualem? lib. 11. à nu. 262.
Honestus Actus Naturalis per se est sterilis respectivè ad præmium supernum. lib. 8. à nu. 200. & lib. 9. à num. 154. & lib. 13. à nu. 30.
An, & quomodo disponere possit ad actus salutares. lib. 9. à num. 165. & lib. 13. à num. 32.
Humilitas potest à Deo prædefiniri, & prædefinitur. lib. 7. à nu. 470. Humilitatis triplex genus. ibid. nu. 477.
Hypothesis Scientiæ Conditionatæ, & Mediæ, quænam? lib. 5. num. 8. & 9. Vide. *Conditio.*

I

Iansenius, & Iansenistæ. Eorum Error adversus communem. Definitionem Potentiæ liberæ. lib. 3. nu. 105. Quam libertatem admittant. lib. 5. nu. 139. & nu. 146. Quam sufficientis Auxilii rationem negent? lib. 3. nu. 156.
Eorum Error circa Status Naturæ, & connexionem Elevationis cum ipsâ. lib. 10. à num. 9. & 10.
Eorum deliria, & ex quo Capite? lib. 10. à nu. 75. & 76.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quas Gratias admittant, & quo sensu? lib.10. à nu. 75. & 76. & lib.13. à num. 59. & 60.

Idea. Ideæ Divinæ nomine quid venit? lib.4. num. 267. Non est medium ad cognoscenda futura absoluta. ibid. & à num. 268.

Identitas cui exclusioni, & cui separationi resistat? lib.1. à nu.88. & à nu. 90. Identitas cum aliquo, an æquè valeat, ac ipsum? lib 1. à nu.142.

Identitas, & simultanea distinctio, ex quo prædicato, componi possint. lib. 1. à num.185.

Identitas simplex impossibilis, quæ? lib.2. à nu.76. Negata à propositione negativa, qualis? ibid. à nu.70. quam excludat Distinctio realis. ibid. à n.72.

Illustratio. Illustrationis Gratia ad quos actus Intellectûs pertineat. lib. 10. à nu. 151. & à num. 155. Defenditur in Apprehensionibus. à nu. 157. In Iudiciis à nu.159. In Discursu. à num.161. An necessariò gignat Supernaturalem Complacentiam. lib. 10. à num. 182. Quousque sit Beneficium distinctum à Gratiâ Inspirationis? lib.10. à nu.178.

Immaterialitas quotuplex, & in quo sensu Intellectivum inferat. lib.1. nu.1.

Immutabilitas Divinæ Cognitionis non eget coëxistentiâ rerum in Æternitate. lib.1. nu. 306. & 308. Explicatur. ibid. à nu.309.

Impeditio. Impedibilitas Divinorum Actuum explicatur. lib.4. à nu.328. & seqq. Necessariò est admittenda. ibid. Quod *ex inimpedibili sequitur per bonam consequentiam est inimpedibile.* lib.5. à nu.129. Historia vetus Petri de Rivo super hoc effatum. ibid. & lib.7. num.252. Quanti habendum in Scholâ nostrâ hoc effatum. lib.7. n.252 Debenti impedire, nec impedienti, imputatur malum. lib. 10. nu. 240.

Imperfectio. Cur in Creaturâ sit imperfectio non habere Posse proximum, nisi à Deo: & in Deo non sit imperfectio aliquid non *Posse* proximè, nisi ex libito Creaturæ? lib.3. num. 411.

Imperfectio moralis, quomodo possit à Deo prædefiniri. lib.7. à num.306.

Imperium. Imperii Intellectualis qualitas. lib.6. à nu.97. & à nu. 104. Ejus usus. lib. 6. à nu. 100. & à num.120. Munus. ibid. à num. 131. Imperceptivum Implicat. ibid. à nû.104. In Deo potissimùm. ibid. Etsi Imperium intellectuale permittatur possibile, ad omnes, & singulos Actus Voluntatis nequit esse necessarium. lib.6. à num. 120. Repugnat Actus Intellectualis Imperii. lib.6. à nu. 133. & à nu.146. Specialiter repugnat in Deo. ibid. à nu.148. Etiam permissâ gratis distinctione Intentionis ab Electione; & Electionis ab usu. ibid. 149. Thomisticum Imperium. lib.6. num. 100. & 101. specialissimè repugnat. ibidem. à nu.151.

Imperare Voluntatis est, non Intellectûs. lib.6. à nu. 133. & nu.154.

Actus Divini sunt inimperabiles. lib. 6. à nu. 359. & à num. 613. Imperati Actus an frequentes in Nobis? An possibiles? lib.6. à nu.519. Quomodo immediatè liberi. lib.6. nu.513. & 614. & lib.7. à num.119.

Actus interni Voluntatis imperati, si possibiles sunt, sunt immediatè liberi. ibid. & lib.7. à nu. 314. & lib. 10. à nu.176.

Imperium turpe nequit inducere Actũ honestum. lib.11. à num.76.

Impossibile, in quæ resolvatur. lib. 1. à nu.233. & lib.2 à num.45. Quomodo cognoscatur à Deo. ibid. lib.1. nu.233 & lib.2. à nu.45. & nu.105.

Impossibilitas Impossibilium nequit esse impossibilis. lib. 2. à num. 5. Est veritas æterna à Deo indistincta. ibid. à nu. 9. Cur impossibilia nequeant à Deo produci ibid. à nu.11. & 12.

Impossibile objectum quodnam sit? lib.2. à nu.45. Nihil importat distinctum à Realibus Entibus. ibid. à nu. 86. Quomodo explicandum? ibid. Ex partibus divisivè Realibus, complexũ implicans, & Impossibile. ibid. à nu.88

Impossibilitas moralis. Vide *Impotentia.*

Impotentia ad honestum, & ad resistendum quo sensu sumatur à Sanctis Patribus, præsertim Augustino. lib. 10. à nu.78. & nu.304. & lib. 11. nu.317.

Impotentia Naturæ ad resistendum gravi tentationi quomodo explicanda. lib.11. à nu.306. In quo consistat. ibid. à nu.311. stat optimè cum imputabilitate. ibid. à nu. 313. & 314.

Impotentiæ Moralis nomine, quid veniat? lib.11. nu.318. & à nu.342. & à nu.352. & 354. Est potè denominativa, & secundùm dici. ibid.

Inæqualitas inter Divinas Perfectiones adinvicem distinctas, & comparatas implicat. lib.1. à nu. 137.

Inæqualitas, & æqualitas est passio rerum: nec cadit in Chymæras. lib.1. à num. 296.

Inæqualitas naturæ concurrentis, an possit inducere inæqualitatem Perfectionis in actus supernos. lib.12. à nu. 110.

Inclinatio. Inclinationes in Agentibus liberis præviæ, non productæ, sed resultantes, impugnantur. lib.3. à nu. 248. & lib 7. à nu.16.

Indifferentia quanta requiratur ad libertatem. lib.3. ferè tot præsertim à nu. 68. Ex parte prærequisitorum omniũ, quæ non facit sibi Voluntas, requiritur. lib. 3. à nu. 127. & 130.

Indifferentia Iudicii, vel repugnat cum alienâ determinatione, vel non sufficit ad libertatem. lib.3. à nu.139. & nu.144. Quid de primâ parte. ibid. num. 144 fine. & lib. 7. à num. 195. & à num. 121.

Qualis indifferentia relinqui debet in exercitio, ut maneat libertas Agentis. lib. 3. à nu. 143. & lib. 7. à nu. 256.

Indifferentia suspensionis, & incomplementi, quæ? lib. 3. num. 378.

Indifferentia Decreti. Vide *Decretum.*

Indifferentia contrapositæ determinationi, & contrapositæ connexioni. lib. 3. nu. 434. & lib.7. nu.82. & à n.210. Explicatur utraque: & quænam requiratur ad servanda jura libertatis ibid.

Indifferentia qualis, & quanta requiratur in causis remotis ad servanda jura libertatis. lib. 7. à num. 576.

Indifferentia suspensionis, & libertatis malè explicata, & distincta à Moderno Thomistâ. lib. 7. num. 34.

Indifferentiæ, quæ connexio obstet. lib.7. nu. 110. Indifferentia ex additione etiam infinitâ Indifferentium non minuitur, nec inferre potest consequentiam in oppositũ. lib 8. à nu 62.

Individuum. Determinatio Dei quoad individuum, quomodo intelligenda. lib 3. nu. 419. & lib 7. à nu. 234. forte, non determinat Deus. ibid. lib. 7. à nu. 292. Et assignatur ratio. ibid. num. 233.

Infallibile, & Infallibilitas an aliunde veniat, quàm à Scientiâ. lib. 3 à nu. 259. & à nu. 264. Non venit à coaptatione cum genio. ibid. à nu. 269. Nec à necessitate majoris cognitionis ad eligendum. ibid. à num 275.

Infallibilitas, & infrustrabilitas, quàm diversæ. lib. 3. à num. 423. & 424. & lib. 4. à nu. 341. & lib. 6. à nu. 92. & lib. 7. à num. 54.

Infallibilitatis motiva, quæ? lib. 7. à nu. 370.

Infallibilitas peccãdi distinguitur. lib. 7. nu. 408. An, & quousque prædefiniri possit à Deo. ibid. à nu. 410.

Infidelis quantumvis Barbarus, non destituitur Auxilio sufficienti ad salutem. lib 9. à nu. 135. & à nu.147. & lib. 10. à nu. 302. & lib. 11. num.215.

Eorum assistentia, & inexcusabilitas non præjudicat supernaturalitati Gratiæ. lib.10. à nu. 302. Nec cogit ad devias opinationes. lib. 11. à nu. 149. & à num. 201. & à num. 215.

Infidelium opera nõ eo ipso sunt peccata contra Bajum, & alios. lib. 11. à num. 135.

Infinitum. Infiniti simpliciter, Norio. lib. 1. nu. 137. Divinæ Infinitudinis efficacia. lib. 1. nu. 186. Infinitudo unde Divinis Actibus sit. lib 1. nu. 260.

Infinitum entium in esse producto repugnat actu. lib 1. nu. 292. Nõ ita actu repugat in esse cognito. ibid. & à nu. 292. & cur? ibid. Instantiæ subtiles. à nu. 295. Quomodo à Deo cognoscatur. ibid.

Infinitudo cognitionis quid exigat? lib. 2. num. 38.

Infinitum in ratione Objecti, an Deo competat. ibid. num. 39.

Infinitudo multitudinis indifferentium ad consensum compari nequit cum necessitate vagâ, ut aliquod sit conjunctũ cum consensu. lib. 8. à n. 62.

Infrustrabilitas Decretorum efficacium efficacia summa. lib 3. à num. 423.

Explicatur. ibid. Infrustrabilitas Divinæ Providentiæ, qualis, & quanta? lib. 6. à num. 82.

Infrustrabilitas in Decretis duplex. lib. 6. nu. 217. An sumatur formaliter à Scientiis. *Ibidem.* & lib. 7. num. 52.

Innocens addici non potest à Deo, pro suo Dominio, tormentis æternis. lib. 8. à nu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num. 27. Et cur? ibid. & lib. 10. à n. 35. Innocentiæ privilegium. lib. 8. à n. 269.
Inspiratio, quæ Gratia sit? lib. 10. à num. 89. & 162. Ad quos Actus Voluntatis pertineat? ibid. à nu. 161. & à num. 167. latè. Quousque sit beneficium distinctum à Gratiâ illustrationis? ibid. à num. 185.
Intellectio, quo sensu etiam in Deo dicatur Operatio? lib. 1. à nu. 49. Divina non sumit infinitudinem ab Objecto. lib. 1. à n. 260. Vide *Cognitio, Scientia.*
Intellectus. Intellectivum. Intellectivum, & Intellectus quâ vi ex immaterialitate convincatur. lib. 1. nu. 1. Quid dicat in Creaturâ ex parte Actus Primi? lib. 1. nu. 2. Quid perfectionis dicat in Deo. lib. 1. à num. 109.
Intellectûs, & Voluntatis dispar ratio quoad necessitatem suorũ actuum, & unde? lib. 1. nu. 258. Et quoad modum ipsorum lib. 1. nu. 271. Et quoad usum connexionis ad cognoscendum, vel amandum. lib. 2. nu. 225.
Intensio Principii elevantis, sive Actualis, sive habitualis, superari potest à Voluntate per intensiorem conatum. lib. 12. à nu. 204. & à nu. 208.
Intẽsio Actuum Vitalium non est gradualis. lib. 12. à num. 218.
Intentio, & Electio, in Nobis plerumque idem actus: in Deo semper, & necessariò, etiam virtualiter. lib. 6. à num. 519. & 520.
Intentio, quam prærequirit Providentia, non debet esse efficax circa finem. lib. 6. à nu. 524. bene tamen circa Media. Ibid. à num. 525.
Intentio efficax finis omninò requiritur in casu eligendi media efficaciter, ut talia. lib. 6. à num. 527.
Intentivus ordo, qui dicatur. lib. 6. à nu. 538. Qui Actus veniant intra ordinem Intentivum. ibid. Intentivus Ordo non distinguitur in Deo necessariò ab Executivo. lib. 6. à nu. 541. Imò nec potest. ibid. à num. 556. Dari tamen potest Actus purè intentivus respectu alicujus objecti in Deo. ibidem. à num. 570.
Quo sensu verum est: *Quod est primum in intentione est posterius in executione.* lib. 6. à num. 546.
Intentionis vis circa Finem, & Media, quanta sit necessariò? lib. 7. à nu. 96. & expensiùs. à nu. 435. Quando, & quousque necesitet ad amorem Medii? ibidem.
Intendendi, & eligendi Modus in Deo, quàm diversus à modo Creaturarum? lib. 8. à num. 112.
Intuitio. Intuitiva cognitio quid importet? lib. 2 à num. 132.
Intuitio Divina de Absolutè futuris non requirit eorum coëxistentiam in Æternitate. lib. 4. à num. 250.
Iudex. Cur Iudices respuant à litigantibus munera? lib. 6. num. 491.
Iustus nõ operatur supernaturaliter quoties operatur honestè. lib. 11. à n. 211. An Iusto ratione statûs, debeatur aliqua cogitatio congrua supernaturalis? lib. 10. à num. 248. & 251.
Iustus aliquando causa moralis Auxiliorum (etiam Primi) quæ dispensantur aliis. lib. 13. num. 29.

K

Patris Koninchi Mens de Actibus Hominis Iusti. lib. 10. num. 309. & lib. 11. à nu. 232. Et impugnatur. à nu. 211.

L

Lex de Inseparabilitate, & connexione Sufficientiæ Naturalis, & Sufficientiæ supernaturalis ad honestam operationem, & earum operationum comitantiam. lib. 11. à nu. 149. Nulla est, & impugnatur, latissimè. ibidem. à num. 154.
Lex de præveniendo potentiam per Gratiam, quoties se offert occasio operàndi honestè, ut omnis operatio sit superna, est fictitia. Et impugnatur. lib. 11. à num. 215.
Lex de annectendo externis Ministeriis vocationem internam, quousque teneat? lib. 11. num. 194. Explicatur. à nu. 194. An patiatur exceptionem. ibidem. à num. 200.
Legis totius naturalis observatio diuturna stare nequit sine speciali Gratiâ. lib. 11. à nu. 323. Imò, & sine statu Gratiæ Habitualis, & cur? ibid. à n. 325.
Libertas. Sufficientia Potestatis, & sufficientia libertatis non convertuntur. lib. 3. à nu. 50. & nu. 86. & seqq. & signanter. nu. 108. & à nu. 122. & lib. 4. nu. 263.
Libertas componi nequit cum Physicâ Prædeterminatione. lib. 3. latissimè. à nu. 68. & à nu. 91. Libertas est Potestas practica. lib. 3. nu. 88. In quo sensu. ibid. Et Potestas optionis. ibid. à nu. 88. & à nu. 108. & à nu. 122. & à nu. 469. Quid hoc requirat in Agente. ibid. à nu. 469.
Liberæ Potentiæ Quidditas, & definitio. lib. 3. à nu. 104. Ex communi sensu. ibid. Ianseniistis resistentibus. nu. 105. Signatè ex Sancto Thomâ. num. 106. Nequidquam contradicentibus novissimis Thomistis. num. 107.
Libertas æquè perit per defectum optionis ad agere, quàm per defectum potestatis. lib. 3. à nu. 108. & à num. 122. & lib. 4. num. 263. Et æquè per inevitabilem connexionem Prærequisitorum de lineâ *Agentis Primi*, & ex *parte Actus*, quam prærequisitorum de lineâ Potentiæ, & Agentis secundi. lib. 3. à nu. 128. & à nu. 130.
Libertas essentialiter gaudet munere se determinandi. lib. 3. à nu. 238. & à nu. 319. & lib. 7. à nu. 30 & à nu. 340.
De libertate, quod, & quale Iudicium Tridentini? lib. 3. à nu. 335.
Libertati quæ connexio noceat, & quæ non? lib. 3. tot. & signanter. à nu. 430. & 445. & à nu. 457. & lib. 6. passim, signanter. à nu. 586.
Qualis sit Prædeterminantiũ Mens de libertate. lib. 3. à n. 462. & lib. 13. à n. 93
Libertati Creaturæ non præjudicat Æternitas Præscientiæ Divinæ. lib. 4. à num. 317.
Libertati Divinæ, & Creatæ præjudicium, si Scientia Visionis sit Causa Rerum. lib. 6. à nu. 174. & à nu. 178.
Libertas Actibus Divinis, & Nostris intrinseca, & Essentialis. lib. 6. à nu. 291. & à nu. 332. & 333. & in Divinis invariabilis. lib. 6. nu. 357. & 358.
Libertas, & signum libertatis quid sit. lib. 6. à nu. 404. & 405. & à num. 619.
Quomodo comparanda cum Prærequisitis ad actum determinatum, & cum actu. lib. 6. nu. 405. & à nu. 619.
Tota libertas Creaturæ, quidditativè sumpta, physicè præscindit ab hac Scientiâ Mediâ, & ab hoc Decreto, à quibus supponitur esse. lib. 6. à nu. 113. & à nu. 606. & lib. 7. à n. 112. & à n. 154.
Ipsa existens est tota potestas determinandi actus Evitabiles Dei., aliter tamen, & aliter. lib. 6. à nu. 414. & à nu. 618. Explicatur modus. Ibid.
Libertati creatæ non præjudicat Principium, alioquin connexum cum actu, si purè remotum sit. lib. 6. à nu. 470.
Nec dispensatio Auxilii unicè posita per Decretum connexum cum altero extremo libertatis. Latè. lib. 6. à nu. 576. adusque nu. 624. In Auxiliis, & comprincipiis constituentibus libertatem distinguendus est duplex existendi modus. Ibid. à nu. 601.
Libertatis maior explicatio. lib. 6. à nu. 620. Quoad essentialia. ibid. Quoad vires acquisitivas. Ibid. quoad impeditivas. Ibid.
Libertatis mensura, unde sumenda? lib. 7. nu. 152. A quibus Decretis veniat ipsi præjudicium, quamvis fingantur poni ex Scientiâ Mediâ. lib. 7. à nu 263. & 264.
Libertati æquè nocet alterius conditerminatio, quam Prædeterminatio. lib. 3. à nu. 314. & Latè lib. 7. à nu. 341. Et æquè decreta efficacia proximè operativa, & executiva. lib. 7. à nu. 303.
Libertati Actus pro instanti determinato præcepti non præjudicat influxus physicus Gratiæ, aliàs incompossibilis metaphysicè cum peccato. lib. 6 à nu. 317. & à nu. 320. & à nu. 325.
Libertati officit necessitas Vaga consensus sub aliquâ ex Infinitis Hypothesibus, quas fingas. lib. 8. à nu. 68.
Libertatis Imago descripta. lib. 10. à num. 36.
Libertas ex lapsu non periit in Hominibus. lib. 10. à nu. 42.
Quo sensu Intelligendi Patres, si fortè aliter loquantur in speciem. Ibid.
Imò non periit, neque potuit sufficientia ad Actus naturales honestos. Latè. lib. 10. à nu. 43. & à nu. 78.
Libertas Dei. Libertatis Divinæ Mysterium quam ardhum? lib. 10. à num. 74. Explicatur. à num. 79. & 80. Liberæ ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

terminationes Divinę Libertatis, quomodo inter se, & à Divinâ Voluntate distinctæ. à nu. 85. Vide. *Terminationes.*

Liberum Arbitrium. Liberi Arbitrii Imago describitur. lib. 10. à nu. 36. Quomodo appelletur à Nisseno? ibid. Quæ requirat, & quæ noceant? ibid. Quale manserit in lapsâ Naturâ? lib. 10. à nu. 41. Reipsâ mansit. ibid. à nu. 42. Cum sufficientiâ ad actus Honestos naturales. ibid. à nu. 43. Quam debilitatem contraxit ex lapsu? ibid. à nu. 50. & seqq. Vide. *Libertas.*

Liber Vitæ unde constet, & quid sit? lib. 8. à num. 16. & 18. Quâ Proprietate dicatur? ibid. nu. 17. An etiam Liber mortis? lib. 8. nu 22. Quid sit deleri de libro Vitæ. lib 8. nu. 20.

Locutio, & loqui. Quid sit loqui? lib. 2. nu. 160. Pater loquitur de Contingentibus, quin præhabeat notitiam Contingentem. ibid. à nu. 159. Locutio de Contingentibus quid requirat, ex parte Patris, & ex parte Verbi? Ibid. Explicatur ea locutio. ibid. & à nu. 163. Quid Activa locutio Patris: & Auditio Filii? Ibid.

Luciferi peccatum quale descriptum à Thomista? lib. 3. nu. 8.

Lumen Gloriæ non est tota Ratio agendi Visionem Beatificam. lib. 12. à nu. 29. & signanter. à nu. 53.

Lutherus. Ejus error describitur. lib. 10. à nu. 70. Ingens ejus stoliditas. lib. 11. num. 108.

M

Malum. Duplex Malorum genus. lib. 1. nu. 231. Vtrumque Deo notum. Ibid. Mali moralis Volitio omninò repugnat Deo. lib. 3. à nu. 583 & lib. 7. à nu. 181. & à nu. 390.

Mala jure permittuntur à Deo. lib. 6. num. 5. Neque formale, neque materiale, si de lineâ morali sit, prædefiniri potest à Deo. lib. 7. à nu. 390. Ne in casu quidem conscientiæ inculpabiliter errantis. ibid. à nu. 394.

Circa malum, quæ cognitiones, & qui motus possint à Deo esse? & qui non? lib. 7. à nu. 399.

Mali vis offensiva, & vis nociva explicantur. lib. 9. nu. 13. & 14. Mali & Boni Actûs comparatio in ratione Nocentis, & Commodi. ibid. nu. 15.

Maria Virgo Quanto jure dicatur humani generis Corredemptrix? lib. 8. nu. 207. Causa moralis omnium Auxiliorum, quæ dispensantur Creaturis. lib. 13. nu. 28.

Prærogativarum ejus Regula, Possibilitas, & Decentia. ibid. Ejus elevatio ad productionem Unionis Hypostaticæ, qualis? lib. 13. à nu. 196. ejus vera maternitas. Ibid. & seqq.

Massilienses, qui? lib. 10. à nu. 69. Eorum Error. Vide. *Error.*

Mater, quomodò, & unde dicatur necessitari ad Filii amorem, & favorem? lib. 11. à nu. 365. & 369.

Medium cognoscendi, connexio. lib. 1. nu. 269. Qualiter? ibid. à nu. 281. & 282. Res inconnexa nequit esse medium cognoscendi. lib. 2. à nu. 27. & lib 4. à nu. 254. & 276.

Medium Ens intrà fictum, & Reale repugnat. lib. 1. à nu. 77. & lib. 3. à nu. 253. & lib. 4. à nu. 43.

Mediorum vtilitas, quotuplex? lib. 6. à nu. 234. & à nu. 260.

Mediorum, per quæ Deus excitat ad Honestum, duplex genus. lib. 11. à nu. 194. Alia per se, & ex institutione Dei; alia, non item. ibid. Illis Deus annexuit infallibiliter Gratiam. ibid. à nu. 199. Non istis. ibid. à nu. 198.

Memoria quid propriè? lib. 1. nu 120. An in Deo? ibid. Quo sensu intelligendi Patres. ibid. num. 119.

Mensura, Propria, & Aliena, Thomistici termini. lib. 4. nu. 217. Mensura libertatis, unde sumenda? lib. 7. à num. 152.

Meritum. Quomodo sit Dei donum, & donetur Nobis à Deo, citra Prædeterminationem? lib. 3. à num. 333. & 394. & à nu. 498.

Per merita imprædestinabilis, Creatura repugnat. lib. 8. à nu. 43. Vnde petenda hæc repugnantia? ibid à nu. 94

Merita, quam exerceant causalitatem in Gloriam, & quomodo? lib. 8. à nu. 134. & seqq. Latè.

An Omnes Actus Hominis Iusti sint meritorii? lib. 10. à nu. 309. & lib. 11. à num. 211. & seqq.

Actus Meritorius Gratiæ, & Gloriæ, necessariò supernus. lib. 10. nu. 309.

Ministerium externum, Dei medium ad Vocandum lib. 11. à nu. 197. & à nu. 199 Quomodo externis Ministeriis alligaverit Deus, Excitationem, Vocationem, & Auxilia. ibid. & lib. 13. à nu. 21. & 23.

Miracula non requiruntur, ut valde variam Deus exerceat Beneficientiam. lib. 6. à num. 60.

Mobile. Motivum, & Mobile, quomodo sibi correspondeant? lib. 1. nu. 246. & 247.

Modus cognitionis unde taxandus? lib. 1. à nu. 281. Varii Cognitionum Modi. nu. 265. Qualis Divinus? à nu. 266. Hic limitari non potest ex medio. ibid. à num. 280.

Molina. V. P. & D. Ludovici de Molinâ Pugnæ, & Victoriæ Pro, & cum Scientiâ Mediâ. lib. 5. nu. 1.

Ejus Mens de Vsu Scientiæ Mediæ in Constitutione Divinæ Providentiæ. lib. 6. à nu. 437.

Monstra unde proveniant, & cur? lib. 6. num. 4.

Motio, de quâ Concilium Tridentinum quænam, & in quo consistat? lib. 3. à nu. 332. & 334. & seqq. & lib. 10 à n. 93.

Motivum. Motivi ratio non fundat semper defectum conditionatum operationis, & affectûs, eo deficiente. lib. 6. num. 512.

Motiva Moraliter Infallibilia, & infallibilizantia, quæ? lib. 7 à nu. 370.

Munus, & Vis motivi non arguitur ex defectu conditionato operationis, eâ circunstantiâ deficiente. lib. 7. à nu. 453. & lib. 11. à nu 93.

Motivorum consortium, tam in ordine naturali, quàm in supremo, explicatur. lib. 11. à nu. 93. & à num. 99. Quando se consocient ad movendum, & quando non? ibid.

Motus Primò primus, qui propriè sit? lib. 10. nu. 188. Impropriæ vsurpationes. ibid.

Munus. Cur à Iudicibus, & Nobilibus respuatur acceptio munerum? lib. 6. num 491.

Mutua Prioritas. Vide. *Prioritas.*

N

Natura multipliciter accepta. lib. 10. num. 3. Quo sensu veniat, cùm de statibus est sermo. ibid.

Naturæ puræ status. lib. 10. nu. 4. Integræ. ibid. Innocentis nu. 5. Lapsæ. nu. 6. Reparatæ. num. 7. comparantur inter se. ibid.

Naturæ puræ status, sine elevatione ad supernа, nò repugnat. lib. 10. à nu. 10. Nec, sine subjectione concupiscentiæ ad rationem ibid. à nu. 14.

Natura etiam Rationalis creata, citra Conditoris simpliciter indebitum beneficium, ex-felix & misera. lib. 10. num. 22. & seqq.

Naturæ, præsertim Rationali, quæ Providentia necessariò respondeat ex parte Dei? lib. 10. à nu. 211. Dispensari necessariò debet aliqua cogitatio congrua. ibid. & à nu. 215. & à nu. 225. Quis sit sensus Sanctorum Patrum in extenuendâ Naturæ potestate ad faciendum Bonum? lib 10. à nu. 285. & 289. & lib. 11 à nu. 183.

Quo sensu verum sit, *Naturam nihil habere* de suo, nisi mendacium, & peccatum? lib. 10. nu. 44 & 58. & 307. Et cur Bajus volens ita loqui erraverit? Ibid.

Natura per lapsum, quid amisit de Naturalibus? lib. 10. à num. 41. & 55. Non amisit liberum arbitrium. nu. 42. Nec sufficientiam ad actus naturales honestos. à nu. 43. Quousque facta est lapsu debilior? à nu. 55. Nec incurrit necessitatem Erroris, quotiescumque cognosceret. lib. 11. nu. 108. Ad quas Veritates, etiam naturales, egeat Gratiâ saltem Philosophicâ, & ad quas non? lib 11. à num. 109. & seqq. Potest suis Viribus elicere Actus honestos, & elicit sine Gratiâ, præsertim Theologicâ. lib. 11. à nu. 134. & à nu. 149. & à nu. 215.

Natura concurrit immediatione Virtutis propriæ, cum elevante comprincipio ad supernos actus. lib. 12. à nu. 29. An dicenda Virtus partialis? ibid. à num. 99.

Necessitas. Inter simpliciter necessaria non est vnum magis, quàm aliud, necessarium. lib 2. nu. 140. Æquè necessaria est veritas Possibilium, ac Dei. ibid.

Necessitas antecedens, & consequens. lib. 3. à nu. 84. Antecedens impræscindibilis à physicâ Prædeterminatione. lib 3. à nu. 69. & signanter. à nu. 86.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& 87. & à nu. 100. & à nu. 114 & 200.
Tàm venit ex defectu optionis, quàm ex defectu potestatis. lib. 3. à nu. 108. & à num. 122.
Necessitas Inimica libertati, quæ? lib. 7. à nu. 260. Quæ ita est non emollitur ex præsuppositio medicamine Scientiæ Mediæ. ibid. à nu. 264.
Necessitas vaga alicujus auxilii conditionaliter Efficacis in infinito cumulo Indifferentium, non infert possibilitatem Prædefinitionis Independentis à Scientiâ Mediâ. lib. 7. à nu. 290. & 291. Ea necessitas vaga explicatur. lib. 8. num. 47. Et impugnatur ut repugnans in se. ibid. à nu. 62. & ut nociva libertati. ibid. à nu. 68.
Necessitas Gratiæ ad vincendam tentationem, ex Sanctis Patribus, quanta sit, & in quo sensu? lib. 10. à nu. 279. Imò, & ad non succumbendum ipsi. ibid. à num. 255. Quo sensu Sancti Patres, & Concilia *Bonum, & Honestum* usurpent quando loquuntur de necessitate Gratiæ ad Bonum, & Honestum. lib. 10. passim, signanter. à nu. 304. & lib. 11. à nu. 174. & à nu. 178.
Necessitas Gratiæ Divinæ efficaciter arguitur à Sanctis Patribus ex Oratione, & quomodo? lib. 10. à num. 314.
Ea necessitas ad Actus salutares proponitur. lib. 11. à nu. 2. & asseritur ad omnes, & singulos. à nu. 11. & repelluntur varii dicendi modi. à nu. 15.
Necessitas Illustrantis, & Afficientis Gratiæ ad Salutares Actus, est summa, & indispensabilis. lib. 11. Latè à num. 35.
Necessitas Gratiæ, saltem Philosophicæ ad assequendum verum quanta sit. lib. 11. à nu. 107. & ad Bonum Honestum secundùm se, lib. 11. à nu. 134. & à nu. 149. & à num. 215. Ad Actus Heroicos honestos, qualis, & quanta sit. lib. 11. à nu. 262.
In quo fundetur Necessitas specialis Gratiæ ad resistendum tentationi gravi. lib. 11. à nu. 306. & seqq.
Necessitas specialis Privilegii ad evitanda omnia venialia, quanta sit, & in quo fundetur. lib. 11. à nu. 321.
Necessitas Moralis quomodo soleat explicari & fundari? lib. 7. à num. 371. & à nu. 378. & lib. 11. passim. à num. 328. à nu. 342. & à nu. 352.
Necessitas Moralis explicatur. lib. 7. nu. 385. & lib. 11. à nu. 352. Non est quid intrinsecum rebus, quæ dicuntur necessitari. lib 7. à nu 409. & lib. 11. à nu. 328. & à nu. 342. & à nu. 352.
Negatio. Vide. Carentia. Quæ negatio sit verificativa Propositionis negativæ? lib. 1. à nu. 132. & lib 2. à nu. 72.
An debeat attingere negationem? lib. 2. à nu. 72. & lui verificativum. lib. 4. à num. 97. & à nu. 178.
Nobilis cur respuat ab aliis munera? lib. 6. à num 491.
Numerus, qui major Prædestinatorum ne, an Reproborum. lib. 8. à nu. 284.

O

Obiectum. Objecti multiplicis explicatio. lib. 1. nu. 221. Materiale, & Formale. Ibid. Formale physicè movens: & intentionaliter movens. ibid. Movens terminativè, vel etiam determinativè. ibid.
Objectum materiale Divinæ Scientiæ. lib. 1. à num 222.
Objectum impossibile. Vide. Enunciationis. Latè. lib. 2. à nu. 45.
Objecti formalis ratio, cui Veritati, & qualiter competat respectu Scientiæ Dei? lib. 1. à nu. 235. & seqq.
Ex Objecto, & Potentia pariter Notitia, quo sensu verum? lib. 11. à n. 247.
Objectum in ratione Objecti infinitum quid involvat? lib. 2. nu. 39.
Objecta cognitionis fingentis, necessariò Realia. lib. 2. à nu. 46.
Objecti incognoscibilis Paralogismus. lib. 2 à nu. 101.
Obligatio nulla optandi videtur in viâ Prædeterminantium. lib. 3. à nu. 169. signanter. à nu. 179. Objectum obligationis est inassignabile. ibid. Solutio Thomistica. nu. 181. Multipliciter explosa. à num. 182.
Oblivio quomodo dicatur ab Scripturis, & Patribus. lib 1. à nu. 220. & nu. 315.
Observatio Diuturna totius legis Naturalis est impossibilis sine Gratiâ. lib. 11. à nu. 323. Imò, & sine statu Gratiæ Habitualis. Ibid. à num. 325. Hujus privilegium est. Ibid.
Omnipotentia. Omnipotentiæ Relatio ad Creaturas, harum est dependentia ab illâ: Et non ipsius à Creaturis. lib. 1. nu. 259. Ipsa est Possibilitas Possibilium: & Impossibilitas Impossibilium. lib. 2. à nu. 5. & à nu. 9. Cur producere nequeat impossibilia? lib. 2. à nu. 11.
Omnipotentiæ connexio cum possibilibus, & Impossibilibus, quo sensu disputari debet? lib. 2. à nu. 18. & 19. Adstruitur. Ibid. à nu. 20.
Omnipotentiæ Decretum Præparativum apud Thomistas. lib. 3. nu. 53. & specialiùs. lib. 4. nu. 363.
Omnipotentiæ Præparatio ad Actus liberos, qualis fingatur à Thomistis, ut à nobis defensa. lib 3. nu. 386. Qualis sit. à nu 389. & lib. 7. à num. 170.
Duæ Propositiones in hoc puncto dânatæ. lib. 3. nu. 517. Vide. *Præparatio.*
Ex Omnipotentiæ virtute colligi nequit Concordia Prædeterminationis cum libertate. lib. 3. à nu. 403.
Quàm procul petatur Paritas pro Prædeterminatione ex inconnexione Omnipotentiæ. lib 3. à nu. 403.
Omnipotentiæ non est laus, posse se solâ omnium Entium genera producere. lib 3. num. 586. Ejus Concursus circa peccatum qualis? lib. 3. à nu. 589. & à num. 592.
Omnipotentia extrinsecùs specialiter assistens supplere potest activitatem Intrinseci comprincipii superni. lib. 12. à nu. 120. & explicatur Modus. ibid. à num. 197.
Optio. Potestas optionis, quid importet quidditativè? lib. 3. à nu. 88. & signanter. à nu. 108. & à nu. 469. Defectus optionis repugnat libertati. ibid. & à nu. 122. & lib. 4. à num. 263.
Orationis petentis Gratiam Conversionis, qui sit terminus? lib. 3. à nu. 395. & à num. 475. Triplex Modus orandi. ibid. Quid importet Oratio, & Petitio. lib. 6. nu. 118. & lib. 9 nu. 184. De Præteritis repugnat. ibid.
Oratio, quomodo probet efficaciter Gratiæ Divinæ necessitatem, apud Sanctos Patres? lib. 10. à num. 324.
Ordinatio Reverendissimorum Patrum Generalium Claudii, & Mutii circa Directionem Scientiæ Mediæ, & Prædefinitiones. lib. 7. nu 130.
R. P. Caroli de Noyele circa aliquas Propositiones. lib. 7. à num. 237.
Ordo intentivus, & executivus explicatur. lib. 6. à nu. 537. & comparantur inter se. ibid. & nu. 539. In Deo non distinguuntur necessariò. lib. 6 à nu. 541. Imò nec distingui possunt plusquàm extrinsecè ex modo nostro concipiendi. ibid. à nu. 556. Variæ distinguendi viæ excogitatæ repelluntur. à nu. 560 Eâ distinctione non eget Theologus ad suas veritates. ibid. à nu. 568 Nihilominus dari potest in Deo in ordine ad aliquod Objectum tendendi modus purè Intentivus. Ibid. à nu. 571.

P

Parvuli non carent sufficientiâ ad salutem. lib. 9 à nu. 98. Quomodo id explicandum ibid. & à num. 100.
Parvulorum sub baptismo decedentium Conditio. lib. 10. à nu. 60.
Peccator quomodo dicatur datus in Reprobum sensum, & defectus à Deo? lib. 3. à nu. 579. Ejus Excæcatio & Obduratio, quid sint? ibid. & lib. 9. à nu. 123. Consistere nequit in privatione sufficientis Auxilii. ibid. & à nu. 127.
Peccatum Luciferi ex Thomistæ calamo quale? lib. 3. nu. 8.
Peccati Materiale, & Formale. lib. 3. num. 518. Peccati Prædefinitio quoad materiale. Ibid. Vide. *Prædefinitio. Prædeterminatio.*
Peccati Permissio cum Doctrinâ Prædeterminantium incompossibilis. lib. 3. à nu. 529. & à nu. 557. & lib. 4. nu. 25. & à num. 258.
Quæ causalitas Dei circa peccatum removeatur à Tridentino? lib. 3. nu. 536. & à nu. 589. Vide *Concursus.*
Quo jure dicatur à Patribus, nullam dari peccati naturam, & essentiam? lib. 3. num. 592.
Peccati Permissio necessariò possibilis. lib 6. num. 6.
Peccati lethalis Remissio necessariò est superna? lib. 6 nu. 68. & extrinseca repugnat. ibid. nu. 69.
Peccatum minus suaderi non potest propenso ad peccatum grave, lib. 7. nu. 305. & lib. 11. nu. 252.
Peccandi Infallibilitas duplex. lib. 7. nu. 408. An permitti, vel causari possit à Deo, etiam in Homine justo. ibid. & à num. 413. Peccatum nequit esse al-

Universidad de Deusto
Biblioteca

alterius pœna. lib. 7. à nu 414.
In Peccato Malitia Moralis,& nociva, distinguendæ. lib.9. à num. 13. Vtra præponderet in peccato.ibid.& nu.14. Ad peccatum imputari nequit actio, si desit sufficientia ad ejus evitationem lib.9. à nu.127.Doctrinam oppositam, qui promoveant?lib.9.nu.128.& seqq. Peccati Servitus, & Peccandi Necessitas, diversissima. lib.10. à nu. 58.
Pelagius, quis? lib. 10. à num. 61. Ejus Error. Vide.*Error.*
Nunquam ipsi fuit lis cum Augustino de Physica Prædeterminatione. lib 5. à nu.121. & à nu.129. & alibi. Et lib. 13. nu.63. & 83.
Pelagius, & Bajus comparantur. lib. 11. num.122. Quomodo Veritas quærenda, discedendo ab utroque? Ibid. à nu. 223.
Perfectio. De Divinis Perfectionibus quo modo discurrendum?lib.1.nu.13.Actus Divini liberi ratione sui,perfectio etiã sunt. lib.1. à nu. 87. Omnes & singulæ Dei Perfectiones, adinvicem sunt æquales omnimodè. lib. 1. à nu. 156.
Perfectionis limes necessariò est imperfectio. ibid.à nu.139. Omnis Perfectio simpliciter simplex in Deo est æquè de ejus Essentiâ Metaphysicâ. lib.1. à nu.199.
De ratione Perfectionis est non esse Chymeram. lib. 2. nu.165.
Perfectionis limitatio non potest esse ratio, ut res finita sibi limitet certam durationem: & cur? lib.10. à nu.137.
Permissio, vel Decretum permissivum Peccati non habet locum in viâ prædeterminantium. lib 3. à nu.529. & à nu.557. & lib 4. à nu.25. & à nu.258. Quomodo per ipsam sint interpretanda loca Scripturæ, & Patrum. lib.3 à num. 579.
Permissio Peccati necessariò possibilis. lib 6. nu.5. Nequit habere rationem pœnæ. lib 7. à nu.418.
Perseverantia. Donum Perseverantiæ quousque connexum ex se cum æterna Beatitudine? lib.8. à num. 34. In quo consistat? lib. 11. à nu. 332. Quousque distinguendum à Dono confirmationis in Gratiâ? lib 11. à num. 334.
Petitio. Vide. Orario.
Plato. Platonis dictum de nominibus rerum. lib. 1. num. 205.
Pœna qualis esse debeat? lib. 7. à num. 414. Vnum peccatum non potest puniri per aliud. ibidem. Quomodo respiciatur à Deo etiam reprobante. lib. 8. num. 276.
Pœnitentia sicca, & purgativa, quæ? lib.7. nu. 420. Prædefiniri à Deo potest, ante prævisum absolutè peccatum. ibid à nu. 421. Et de facto prædefinitur. ibidem à num. 444.
Possibilia infinita, ut infinita cadunt in Dei cognitionem. lib. 1. à num. 293. Vnde nascantur quæstiones de Possibili? lib. 2. num. 68.
Possibilitas quotuplex? lib. 2. à num. 4. Verificativa Propositionum æternæ Veritatis circa Possibilia, & istotum denominativa, nequit esse cõtingens. lib. 2. à nu. 5. Consistit in Divinâ Omnipotentiâ. ibid. à nu. 9. Aliorum modi explicandi repelluntur. ibidem à nu. 10. Possibilitas operandi. Vide *Potentia.*
Potentia quotuplex? lib. 1. nu. 4 Potentia purè logica quid requirat, & per quid esse definat? lib. 1. à nu.67. & 68. Potentia proxima intelligendi, quæ? lib. 1. num. 112.
De Deo non dicitur: & cur? ibidem.
Potentia proxima, & remota, in quo se superent?& quid sint?lib. 3. à n 64.
Potentia libera, quæ? Vide *Libertas.*
Potentia sufficiens, quæ? lib. 3. à nu. 155. Vide *Sufficientia.*
Cum Prædeterminatione non manet ad oppositum. lib.3. à nu.148. & 169.
Potentia naturalis gaudet inchoatâ virtute ad superna. lib. 12. à nu. 29.
Potentia Obedientialis quoad superna, benè, & cur dicta? lib. 12. à num. 95. Vide *Supernaturalitas.* Quid præstare possit inæqualitas potentiæ naturalis quoad inæqualitatem supernaturalium Operationũ. lib.12.à nu.110.
Practicum, & Praxis. Quid requirat Praxis? lib. 1. à nu. 316. Cur Divinæ Scientiæ competat ratio Practicæ. ibidem. à nu.317. Et respectu cujus? ibidem, & sequentibus.
Præceptum positâ Prædeterminationis Indigentiâ nec obligat, nec est possibile. lib. 3. à nu. 169. Solutio Thomistica. ibid. à nu. 181. Explodituꝛ. à num. 182.
Seria Dei Voluntas, ut observentur Præ-

Præcepta stare nequit cum Prædeterminatione. lib.3. à nu. 206.
De Præcepto Christi Domini. lib. 3. num. 448.
Præcisio formalis ex modo concipiendi, quæ? lib. 1. à nu. 105. Duplex. lib. 1. à nu. 226. Attributiva præcisio, quæ? & an repugnans Deo? ibid. Præcisio similis nostræ, Deo necessariò repugnat. lib. 1. nu. 264. & lib. 6. nu. 231.
Prædefinitio. Prædefiniens Qualitas, à quo introducta? lib. 3. nu. 18. & lib. 13. nu. 151. Repellitur.lib.3. à n.314.
Prædefiniendi actus liberos Creaturæ Proxima in Deo Potestas, qualis? lib. 3. nu. 407.
Prædefinitio peccati quoad materiale. lib. 3. à nu. 518. Quid de eâ censuerint Hæretici?ibid.nu. 521. Quid multi Catholici? ibid. nu. 522. Quid aliqui Thomistæ? ibid. num. 523. Ea in Scholâ Prædeterminantium videtur sequela necessaria. ibid. à num. 527. Demonstratur impossibilis. ibid. à nu.536. Maximè, quia facit Deus Authorem, & Causam Peccati. ibidem. à num. 547.
Prædefinitionum qualis sit connexio cum objecto. lib. 4. à num. 285. & ibid. nu. 287. & nu. 289. Potest esse medium cognoscendi certissimè. ibid.
Cardo tuendi, illæsâ Creaturæ libertate, Prædefinitiones efficaces in Deo. lib. 6. à nu. 571. Earum efficacia explicatur. lib. 6. à nu. 534. & à num. 575. & lib.7.à num. 69. & à num.126.
Prædefinitionis vox. lib. 7. num. 1. Sensus. ibid. Magna varietas. ibid. Explicantur Thomistica, & Schotica, lib. 7. nu. 3. Impugnantur. ibid. Thomistica. à nu. 4. Schotica. ibidem. à num. 4. In quo conveniant,& disconveniant. ibid.
Prædefinitio Suaristica, seu essentialiter directa à Scientiâ Mediâ. lib. 7. à nu. 45. Est Decretum quoddam Absolutum. ibid. à nu. 46. Ab intrinseco infrustrabile. ibid à nu. 52. Præsupponit essentialiter Scientiam Mediam, ex titulo specialis; & quis iste sit? ibid. à nu. 56. Ejus efficacia. ibid. à nu. 69. Explicatur. ibid. à num. 72. Ejus causalitas. ibid à nom. 74. Ejus rendentia in comprincipia, & in consensum. Ibid. à nu.76 Essentialis Evitabilitas. ibid. à nu. 78. Et explicatur. num.79. & 80. Cujusmodi sit Decreti Prædefinientis indifferentia ibid à n. 82
Suaristicæ Prædefinitionis à Thomisticâ, & Schoticâ differentia. lib.7.nu 84.
Prædefinitionis Suaristicæ Possibilitas, & compossibilitas cum libertate Creaturæ. lib. 7. nu. 87. Defenditur. à nu. 97. Et existentia de facto. ibid. à nu. 130. Et necessitas indispensabilis ad omnem actum honestum Creaturæ. ibidem. à nu. 146.
Prædefinitionum efficacium concordia cum indifferentiâ Divini Concursûs, seu cum indifferenti præparatione Divinæ Omnipotentiæ ad concursum. lib. 7. à nu. 170. signanter à nu. 210. & à nu. 218. & num. 224. Cum Decreto entitativè indifferenti est incompossibilis efficax Prædefinitio.lib. 7. à num. 112. & à nu. 201.
Prædefinitio secundùm quid independens à Scientiâ Mediâ. lib. 7. à num. 252. Ejus varietas figuratur. nu. 253. Conditio. ibid. nu. 254. Permittitur alioquin possibilis ad quæstionem.nu. 258. In quo punctum? nu.256. & 257.
Hæc prædefinitio stare non potest cum libertate Creaturæ.ibidem. latè à nu. 268. Necessitans est. ibid. & à num. 279. Etiam si permittatur necessitas vaga alicujus Auxilii efficacis in cumulo infinito indifferentium. ibidem. à nu. 290. & 291.
Prædefinitiones aliquæ cum libertate Creaturæ irreconciliabiles. lib 7. à nu. 297. Comitantes. à nu 300. Proximè Operativæ, & Executivæ. à nu. 303.Condeterminãtes. à nu.332.latè.
Prædefinitio Dei efficax, nixa motivis moraliter infallibilizantibus, repugnat sine Scientiâ Mediâ. lib. 7. à num. 369. & à nu. 374.
Examinantur Prædefinitiones ergà res, Malitiæ aliquomodo annexas. lib. 7. num. 389.
Prædefinitio Pœnitentiæ, sine antecessione Prævisionis de peccato. lib. 7. nu. 420. Deo possibilis. Ibidem. à nu. 421. Et de facto. ibid. à num. 444.
Prædefinitio Humilitatis. lib. 7. à num. 470.
Prædestinatio. De Prædestinatione Disputatio, quàm ardua. lib.6. in prol.
Ejus acceptio,& existentia. lib.8. nu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Definitio nu.5. Et constitutio.à nu. 6. Quæ dicatur Prædestinatio Augustiniana. lib.8 nu. 3. & nu. 27. Comparatur cum Providentiâ. lib.8. à nu. 9.& cum libro vitæ.ibid.à nu.16.Quid significet liber Vitæ? Ibid.à nu.16 Vbi alia de ipso. à nu.17.
Prædestinationis quanta necessitas? lib.8. à num. 24 Distinguitur duplex Prædestinatio. ibid. num 27. Salvari aliquem, qui Prædestinatus non sit, implicat. lib 8. à nu.28.
Etiam juxta omnem legem.ibid à nu. 29.Imò Prædestinatione formali ibid. à nu. 31. Quo sensu verum illud Augustini *Si non es prædestinatus, fac ut prædestineris.* lib.8. nu.35.
Prædestinatio Ordinaria, & Extraordinaria. lib.8. nu.38. Vtriusque subjectum,& Termini. ibid nu.41. & 42.
Creatura per merita Imprædestinabilis à Deo repugnat.lib.8. à nu.43.Hæc repugnantia unde non petenda? Ibid. nu. 46. Repelluntur aliqui alii modi celebres. ibid. nu 47. & à nu.62. Examinantur alii modi. ibid. à nu. 94. & approbantur veri. ibid.
Prædestinationis respectus ad merita, quàm gravis quæstio. lib 8. à nu. 102. Qualiter proponi solita? Ibid.Errores in ipsâ.ibid nu.105.Disidium Catholicorum. à nu.108. & Origo disidii. à nu.112.
Prædestinatio nequit esse post absolute prævisa merita. lib 8. à nu.117.& à nu. 188. Neque simpliciter esse potest ante prævisa. ibid. à nu 173 & à nu. 189. Explicatio Authoris. ibid. à nu. 186. Dici tamen potest, & debet ante prævisa absolutè merita. num. 193. & quo sensu. ibid.
Prædestinationis,& Reprobationis in respiciendo merita, & demerita magnum discrimen. lib.8. à num 125. & à num.274.
Prædestinationis Causæ,& in quo sensu. lib. 8. à nu. 199. & à nu. 200. Per opera naturalia repugnat. Ibidem, & quoad omnes effectus,etiam repugnat per opera supernaturalia. ibid. à nu. 203. Quid de Christo Domino,& Matre Virgine? ibid. à nu.206. & 207.
Prædestinationis effectus quas habet Conditiones? lib.8. nu. 208. Et ex eis deciditur quinam sint? Ibid. à nu.209.
Prædestinationis Attributa. lib. 8. à num. 219. Certitudo ejus radicaliter à Scientiâ Mediâ. Ibidem. à num. 221. Et exinde concordia cum nostrâ libertate. ibid. à nu. 229. Quomodo sit in omnium, & singulorum hominum manu prædestinari. Ibid. à n. 231.
Prædestinati discretio à Reprobo distinguitur, & explicatur juxta principia Scientiæ Mediæ. lib. 8. à nu. 234. Vide *Discretio.*
Prædestinatorũ numerus,major quàm Reproborũ ex Fidelibus. lib 8. à n.284
Prædeterminatio. Quàm gravis de ipsâ controversia? Et ob quæ? lib. 3. num. 2. & lib. 13. à num. 65.
Prædeterminatio multiplex. lib.3. nu. 3. & 4. Singulæ explicatæ. ibid. Quæ dicatur Thomistica. ibidem & lib. 7. à nu.3. & lib. 13. à num. 104. Et ejus Attributa. ibid. lib. 3. nu. 6. & lib. 7. à nu.3. & lib. 13. nu.104.
Plurium Thomistarum judicium ipsi adversum. lib. 3. nu. 5. & nu. 9. & à nu. 11. & lib. 13. à nu. 104. Singulare Patris Fr. Iosephi de Vita Dominicani. ibid.
Quid exDoctrinâ Prædeterminationis Thomistæ pro cognitione contingentium. lib. 3. num. 7.
Prædeterminationis Ætas, & origo. lib. 3. nu. 8. Commentum de ejus antiquitate. ibid. Ejus Authoritas. ibid. nu. 9. Contra ipsam. ibid. à nu. 20.
Prædeterminandi modi benigniores. lib 3. nu. 11. & lib.13. à nu.144. Enumerantur. ibid. Quanta varietas inter Prædeterminantes, contra Gonetum. lib. 3. à num. 19. & à nu. 26. & lib. 13. à nu. 104. & num 122.
Arguendi quindecim fontes adversus ipsam. lib. 3. à num 30.
Ejus omnium acerrimus Insecutor, & Malleus Pater Ruiz de Montoya. lib. 3. num. 45.
Physica Prædeterminatio esset, & non esset ex parte Actûs Primi. lib. 3. à nu.47. Discordia Thomistarum quoad hoc. lib. 3. nu. 48. & num. 53. & lib. 13. à num. 107.
Cum libertate componi nequit. lib. 3. latissimè à nu. 68. Vim importat necessitantem simpliciter. ibid. à num. 84.& à nu. 91 & à num. 100. Et signãtiùs.à n. 114. & à n.199. & à n.200.
Cum Physicâ Prædeterminatione cõponi non potest Potentia ad oppositũ. lib.3. nu.114. & specialiter à nu.115.
Prædeterminari Actum, & Prædeterminari, ut liberè fiat, sunt termini contradictorii. lib. 3. à nu. 134. & à num. 413. & lib.7. à nu.29.
Physica Prædeterminatio Dei æquitatem lædit.lib.3. nu.147.& lib.5. à nu. 98. & lib.7. à nu.7. & à nu.24.
Prædeterminationis Indigentia componi nequit cum veritate Auxilii sufficientis. lib.3. à num. 147. & 148. & à num. 155.
Qualis pingatur à Ioanne à Sancto Thomâ Prædeterminatio. lib.3. à nu. 159. Ejus Doctrina examinatur,& rejicitur. à nu. 160. Reipsâ est omnium Thomistarũ Prædeterminantium.Ibid
Prædeterminationis oppositio & incompossibilitas cum actu oppositio,an ratione sui, & essentialis. lib.3. à nu. 169. Solutio Thomistarum. ibid. nu. 181. explodituir à nu.182.
Prædeterminatio subesse non potest arbitrio. lib. 3. à nu. 183. & latius. à nu.248. usque ad 314.Nec fingi potest acquiribilis pro libito Creaturæ.ibid. à num. 188. & à num. 287. Nec pro libito evitabilis. ibidem. à num.191. & à num. 281. Nec quæsito colore pœnæ. ibid. à num.303.& à num.287. Nec dependentia à prævia dispositione. ibid. à nu. 194. & à nu. 292. Nec prætextu mutuæ causalitatis,aut Prioritatis. ibid. à num. 300. Nec titulo prævię Inclinationis resultantis.ibid. à num.248.
Stare non potest cum Doctrinâ Prædeterminante seria Dei Voluntas, ut præcepta serventur. lib. 3. à nu. 206. Imò nec Voluntas Generalis omnes salvandi. ibidem, & lib. 9. à nu. 34. & 55. Imò Deus impediret observationem præcepti. lib. 3. à nu. 220.
Prædeterminationis identitas cum actione liberâ Creaturæ, à quo inducta? lib.3. à nu. 12. & lib. 13. nu.144. Repellitur. lib. 3. à nu. 253.
Prædeterminationes Morales, & Infallibilizantes. lib. 3. à nu. 260.
Prædeterminatio licèt fingatur pendens à Scientiâ Mediâ, irreconciliabilis est cum libertate. lib. 3. nu. 321. & nu. 433. & lib. 7. à nu. 263.
Doctrina Prædeterminantium comparatur cum Doctrinâ Tridentini. lib. 3. à nu. 335. & 341. & à num. 498.
Physica Prædeterminatio examinatur. lib.3. à nu.361. usq; ad 517. Inclusivè.
Prædeterminantium Mens de libertate. lib. 3. à nu. 462. & lib. 13. latiùs à nu.94.
Prædeterminantium Schola consequêter debet prædeterminare ad materiale peccari. lib. 3. à nu. 527.
Prædeterminatio ad materiale peccati, quàm fugienda. lib. 3. à nu. 520. Demonstratur impossibilis. ibidem à nu.535. comparatur cum suasione,& consilio. ibid. à nu. 560.
Prædeterminantium conatus contra Scientiam Mediam.lib.5.nu.1.Eorum Mens de Modo cognoscendi futura conditionatè contingentia. lib. 5. à nu.71.
Eorum modus in prædefiniendo.lib 7. à num. 3. & 4. Et sensus de Creaturâ imprædestinabili per merita. lib. 8. nu. 44.
Prædicatio. Prædicationes Abstractæ, & Concretæ. libri. à nu.159.& à nu.178. Earum discrimen. ibid. malè assignatum. à nu.161. assignatur,& explicatur. à nu.178.
Prædicatum. Prædicati constitutivi conditio. lib.1. num. 124. Prædicatorum Divinorum multiplex genus. ibid. à nu. 127. Quomodo de ipsa disserendum? lib. 1. nu. 3. Vide. *Perfectio.*
Præmium. In modo præmiandi quanta sit differentia inter Deum, & Homines. lib.8. à nu.112.
Præparatio Omnipotentiæ qualis nobis affingitur à Thomistis. lib.3.à nu.386. Duæ propositiones in modo ipsam explicandi damnatæ. lib.3. nu.367.
Difficultas de Præparatione Omnipotentiæ ad Actus liberos Creaturæ.lib. 7.à nu.170.Modi explicandi repelluntur. à nu 173. Communis explicandi Modus. ibid. nu. 177. Variè propositus. ibid. & displicet. ibid.
Ea præparatio est indispensabilis ex parte Actus Primi. lib 7. nu.176. Debet esse entitativè indifferens. ibid. Nullam dicit Volitionem Dei circa peccatum. lib 5. à nu.182. Nec requirit ullam Volitionem longa consursum. ibid. à nu. 190. & 191. Nec Decretum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cretum entitativè indifferens. ibid. à num.195. Præsupponit tamen Decretum Dei. lib. 7. à nu. 214. Et qualis, quantæque Indifferētiæ. ibid. à nu.216. Ea præparatio quidditativè explicatur. lib 7. à num. 218. Defenditur ab oppositis. ibid. à nu. 226. Et ornatur Authoritate. ibid. nu.221. & 241. An modus iste discurrendi conformis per omnia sit Scholæ Scientiæ Mediæ. ibid. à nu.241. Et intentioni Ordinationis propositæ. ibid. à num 237.

Prærequisitum quomodo distinguatur à Thomistis in favorem Prædeterminationis? lib 3. à num.127. & num. 129. quam irritò? ibid. nu. 128. & nu.130. Prærequisitorum duplex genus. lib.6. nu. 425. Explicatur. ibid.

Præscientia. Cum Præscientiâ inefficaciæ stat in Deo, auxilium conferente, sincerum & serium desiderium, & intentio rectæ Operationis. lib.9. à nu.180. & ex parte Auxilii Beneficium, & ex parte Dei Beneficientia. Latè lib.9. à num.189. Vide. *Scientia, & Scientia Visionis.*

Præsentia futurorum in æternitate. Vide. *Futurum.* Explicatur objectiva præsentia. lib.4. nu.216.

Præteritum. Nullam dari potentiam ad Præteritum, quousque est verum? lib. 3. nu.451. & lib.4. à nu.442.

Præteritio necessariò est aliquid præsens. lib.4. nu.62.

Principium. Principii realis notio, & vis. lib.1. num. 11. Necessariò realem distinctionem importat à termino. Ibid. & à nu. 15. & 16. tria necessaria ad principium Reale. lib.1. à nu.55.

Principium *Quo* ad *intra* in Relativo consistit. lib.1. nu.18. In quo differant Communicativum, & Productivum: Ibid.

Principii Virtualis, & Productionis Virtualis, ratio repugnat, etiam ubi permittitur Virtualis distinctio. lib.1. à nu. 51. Latè.

Principii notio. lib. 3. nu. 59. Multa de Ratione Principii. ibid. à nu. 53.

Principium remotum, etsi connexum cum vnâ parte libertatis, non præjudicat ipsi. lib.6. à num.470. Principii Remoti, & Proximi magna disparitas, quoad hoc, & quoad evitabilitatem. lib.6. à nu. 409. & 481.

Principii constituentis libertatem duplex existendi modus, distinguendus est. lib.6. à nu. 601. & per constitutivum libertatis, debet existere indifferenter. ibid.

Principium supernum, & elevans, nec est, nec esse potest tota Ratio, & Virtus agendi. lib.12. à nu 28. Latissimè. Vide. *Supernaturalitas.*

Principium intrinsecum elevans suppleri potest extrinsecè per specialem assistentiam Omnipotentiæ. lib.12. à num. 120. An fieri debeat exceptio quoad aliquos actus. lib 12. à nu.182. & à nu. 185. Qui modus elevandi sit connaturalior per intrinsecum Auxilium, an per extrinsecum? lib. 12. à nu.191. Cur Theologi de facto præferant intrinsecum? ibid. à nu.195. Explicatur modus. ibid. à nu. 197.

Principii elevantis intensionem superare potest Voluntas conatu suo in operando. lib.12. à nu 204. & à nu.208

Quomodo id contingat? ibid à nu.216.

Prioritas physica mutua repugnat. lib 3. à nu.301. Nec favet, adhuc permissa, Prædeterminationi. à num. 305. Nec cohæret principiis Prædeterminantiū. à nu.307. specialiter repugnat in liberis. à nu. 310. & à nu. 313.

Prioritatis varia genera. lib.4. nu.113 & lib.5. à nu. 159. & lib.6. à nu.450. Quo genere sit Scientiâ Mediâ prius ejus Objectum? Ibid. In quo consistat hæc prioritas? lib.4. nu. 113. & lib.5. à nu.159. & nu.161. explicatur magis. lib 6. à nu. 450.

Proritas notitiæ dirigentis. lib. 9. à num.290.

Prioritas in diverso genere mutua nō repugnat. lib. 6. nu. 393. Est innegabilis inter finem & Media. ibid. & nu. 616. Explicatur inter Scientiam, & ejus Objectum. lib.6. à nu. 407 & à num. 615. solùm potest esse inter effectum, & Causas mediatas. lib.6. à nu. 409 & à nu.481 Cur non inter proximas, & immediatas. ibid. Vtrobique.

Privilegium quid in rigore sit. lib. 11. à nu.346. Privilegii specialis ad vitanda omnia venialia, quanta necessitas. lib 11. à nu.338. Ad cujus impotentiæ genus reducenda? ibid. à nu.340. & à num. 341. Explicatur impotentia, ad quam reducitur. ibid. à nu.346. Specialitas Privilegii istius quid importet. ibid. à nu.351. An vlli Creaturæ concessum præter Beatissimam Matrem? ibid. Ejus est necessitas etiam Metaphysica. ibid.

Processio. Verbi Processio, quo pacto præ Processione Spiritus Sancti dicatur à Sanctis Patribus esse per Intellectionē, & ex intellectu. lib. 1. à nu. 168. Cur filiatio? lib. 1. nu.214. & latè lib.13. à nu.153. & seqq.

Productio quid? lib.1. nu.34. & à nu.55. Cur produci, & non produci de eadem Entitate possit verificari, non verò producere, & produci à seipsâ. lib. 1. nu.33. & 34.

Productio Virtualis est conceptus repugnans. lib.1. à nu. 51. Latè

Produci non posse impossibilia, quò reducendum? lib 2. nu.12. Productio titulus Dominii in Creatore. lib.10. à nu. 142.

Productio superni termini, naturalis, an implicet? lib. 12. à num. 9.

Propositio. Propositionum abstractè, & concretè prædicantium vis, & discrimen. lib. 1. à nu.159. & à nu 178.

Propositio nō debet necessariò sui verificativū attingere. lib.4. n.97. & latè à nu.128.

Propositionum de futuro contingenti veritas, Explicatur. lib.4. à nu. 120.

Sanctus Prosper. Quo sensu Gratiam excitantem dixit Præoperantem. lib.3. à nu. 511.

Providentia. Providentiæ vox. lib.6. nu.1. Divinæ existentia. ibid. à nu.3. Demonstratur. Et defenditur. ibid. là nu. 4. Ejus constitutio. lib.6. à nu. 8. Et definitio. ibid. à nu. 29. & nu.30. Comparatur cum Arte. ibid. nu.17. Et cum virtute Morali. ibid nu.24. Providentia latè, & strictè accepta. lib. 6. nu.34. Strictè accepta non dicit formaliter actus versantes circa finem, sed supponit. ibid. à nu.37.

Providentia multipliciter divisa. lib. 6. à nu.49. Explicantur, & comparantur adinvicem, membra divisionum. Ibid. à nu. 50. Naturalis, Quomodo differat à supernâ. ibid. nu.55. Stare sine istâ potest. ibid. & lib. 10. à nu.9. Connectitur cum bono Naturæ, saltem in æquivalenti. ibid. lib.6. à nu.57. Sine recursu ad miracula potest multipliciter esse benefica. ibid. à num. 59. & 60. Comparatur cum Fortunâ. ibid. à nu. 70. An præcisè per complexionem, & indolem faveat uni magis, quàm alteri relatè ad ultimum finem. ibid. à nu. 73.

Providentiæ quatuor Attributa. lib 6. nu. 76. Ejus universalitas explicatur. à nu.77. Infrustrabilitas, qualis, & quanta. à nu.82. Et qualis inevitabilitas? à nu.89. Quomodo in Deo necessaria à nu.94. Constitui nequit per actu ullum intellectualis Imperii. lib.6. à nu.97. latè, & à nu.153. Neque per Scientiam Visionis. lib.6. à nu.166. Etiam permissâ futuritione Decretorum ibid à n. 161. Neque per ipsam unquam tanquā per rationē directivam Decreti de suo objecto in sensu Thomistico. ibid. à nu. 167.

Providētia Dei tàm physica, quàm moralis quidditativè constituitur ex parte intellectûs per utramque Scientiam Naturalem, & Mediam. lib 6. à nu.195. 199. & à nu.220. Moralis specialiter requirit ad sui constitutivum Scientiam Mediam. lib.6. à nu.220 Et cum munere dirigendi decretum indispensabiliter. lib. 6. à nu.298. & à nu.330. latissimè.

Providentia Generalis: & Generalis Effectus Providentiæ, diversa. lib. 6. nu.250.

Providentia Dei quoad actus voluntatis quid involvat quidditativè? lib.6. à num. 518. & à nu.585.

Providentia Dei Prædefinitiva. Vide *Prædefinitio.*

Providentia necessariò respondens Naturæ Rationali, quæ? lib.10. à nu.221. Dispensare debet aliquam cognitionem congruam. ibid. & à nu. 225. & à num. 245.

Provisor. Provisoris sphæra, ut contradistincta ab sphærâ Creatoris lib.6. à nu.48. Ejus Perfectio, & Attributa. lib. 6. à nu. 236. & seqq.

Q

Qualitas condeterminans qualis fingatur? lib. 3. num. 28. & lib. 13. à num.151. Implicat. lib.3. nu. 314.

Qualitas emortua non est apta muneri Gratiæ Auxiliantis. lib.10. à nu.95. Ex se transiens, & per se fugax repugnat. ibid. à nu. 96. Et latiùs à nu 131. & lib.12. nu. 179. & 180. Cur qualitas possit sibi limitare ubicationem; & durationem non possit. lib.10. à nu.137. & 139. Licèt esset possibilis, in ordine superno repugnaret. ibid. à nu. 150.

Qualitas vitalis non est gradualiter intensibilis. lib.12. à nu.220.

Quæstiones de Possibili unde nascantur? lib.2. nu. 68. Quæstiones dignæ quæ puniantur. lib.6. num.1.

Quia non significat semper distinctionem, aut conditionem objecti. lib. 6. à nu. 170. Neque causalitatem. à nu.173. Neque vim motivam. lib.7. à nu.467.

Quia in puncto libertatis, quid sonet? lib.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

nu.106. Et latiùs,ex mente Sanctorum Patrum,& ratione. lib. 6. à nu. 167. & 171.

R

Reduplicatio quomodo explicanda, & aplicanda ? lib.7. num. 467. Non semper denotat rationem formalem. ibid.
Reduplicativa particula apud Concilia, & SS. Patres, *prout* oportet, & *prout* expedit ad salutem: Quid sonet. lib. 11. nu.241.
Regula. Regulæ Generales pro discurrendo circa Divina. lib.1. num.3.
Regulæ interpretandi Scripturas,& Sãctos PP.circa causalitatem peccati. lib.3.n.579.
Regula Generalis:Quando Scientia Media conciliet Decretorum efficaciam cum libertate. lib.7. à num. 264.
Regula arguendi à Distributivo ad collectivum, quando valeat. lib 8. à nu. 63. & lib.11. num.366.
Regula Generalis de Sufficientiâ ad salutem, neminem excipit. lib.9. à nu.79.
Exceptio, quando firmet Regulam in contrarium? lib.10. nu.317.
Regula pro Intelligentia Sanctorũ Patrũ, & Conciliorum loquentium de Impotentiâ Naturæ ad bonum. lib. 10. à num. 295. & 299. & lib.11. à nu.183. & à nu.187.
Relatio. Relationes Divinæ sunt Perfectio ratione sui.lib.1.n.145.& æqualis,Absolutis. ibid.& n.147.Quousq;possint terminare ad extra vnionẽ,& cognitionẽ.lib.1. à nu.196
Nõ sunt de Essẽtia Dei,& cur?lib.1.à nu.198
Relativæ Virtualitates, & Terminationes contingentes in Deo, multipliciter implicant. lib.2. à num.152.
Reprobatio quantum differat à Prædestinatione in modo respiciendi demerita ? lib. 8. à num. 125. & 273.
Reprobatio positiva,& negativa explicantur. lib.8. à nu.254.
Implicat Reprobatio ante præcognitum omninò Demeritum. lib 8. à nu 261. æquè ante Demeritum absolutè prævisum. ibid. à nu.263. Imò licèt non sit in pœnam, sed tanquam ab indebito beneficio, suppositâ semel elevatione. ibid. à nu. 265. Imò in ostensionem Iustitiæ. à nu 267.
Reprobationis respectus ad demerita explicatur. lib.8. à nu.273.Et Modus loquendi qualis esse debeat? ibid. à nu. 274
Reprobationis causæ. lib.8.à nu.278. Effectus. ibid. à nu. 282.
An lethalia,etiam remissa,& Venialia possint esse occasio Reprobationis?lib.8. n.281.
Reprobus nullam justam querelam habere potest adversus Deum,& cur?lib.8 à n.159.
In manu habet prædestinari, si velit. Ibid. à num.131.
An Plures Prædestinati, quàm Reprobi. lib.8. à num. 284.
Reprobus, non obstante damnatione, fuit beneficia Creatio,& existentia. lib.9. à nu. 7. & 9 Quomodo intelligendum illud Christi Domini: *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille*? ibid. nu.10.
Ad Reprobos extendit Deus voluntatem seriam, ut salventur lib.8. à nu.195.& lib. 9. à nu. 34. Quàm difficulter explicetur à Prædeterminantibus ? lib 9. à nu.50.& 55.
Nulli, quantumvis Reprobo,deest sufficiẽtia ad salutem. lib.9. à nu. 104. & nu.108.
*Rhemense.*Rhemensis Concilii de *Quod*,& *Quo* intelligendi,Mens. lib.1. nu.27.& nu.111.
*Ripalda.*Patris Ioannis Martinez de Ripaldâ, insigne contra Bajum,& Iansenistas,opus. lib.10. à nu. 43. & alibi.
Ejus singularis Opinatio de Indissociatione Actûs honesti Naturalis à supernaturali, secundùm Legem Dei. lib 11. à nu.199.explicatur nu.150. & seqq. Exploditur. à nu. 154.exarmatur. à nu.171. adusque nu.209.
Mens Authoris de eâ, ejusque fundamentis. num.209.
Rivo. Petri de Rivo historia. lib.5. nu.129.
Ruiz de Monroyâ. Ejus laus. lib.1. nu. 8. & à nu. 30. & num. 45. Prædeterminationis Physicæ Malleus. Ibid. nu.45.

S

Schola Iesuitica:representata lib.3.à nu.28. lib.4. à nu.290. lib.5. nu 1.& à nu.74. & à nu 116. & lib. 13.à nu. 124 Thomistica. lib.3. à nu.8. & à nu 361. & lib.5. à nu.71. & lib.13. à nu.93.
Scientia potest esse objectivum medium certò cognoscendi. lib.4 à nu.279.
Scientia Dei. Scientia quo sensu in Deo certa? Pag 1. In prologo. Evidentiâ naturali. ibid.Motiva talis Evidentiæ ibid.Quid de Discursu S.Thomæ? lib 1. nu.1. Substantialis immaterialitas rectè convincit Intellectivum Ibid. remissivè.
Quousque Scientia pertineat ad Dei Essentiam? lib.1. nu.122. & à nu.229
Scientiæ Divinæ Objecta. lib 1. à nu. 221. Materiale. ibid. à nu 222. Formale. ibid. à nu. 233. Repugnat ipsi, physicè Motivum. ibid.

ibid. à nu. 235. Non verò motivum Intentionaliter.ibid. à nu.236.Cui Scientiæ Divinæ repugnat, aut competat Formale determinans? ibid. nu.237.& 238.
Scientia Dei, unde habet Infinitudinem? lib.1. num.260. An ex Objectis speciem? Ibid. & num.261. Vide.*Cognitio.*
Scientiæ Divinæ Proprietates.lib.1.nu.284
Veritas, Certitudo, & Evidentia. ibid. à nu.285.Etiam in summo Gradu. ibid à nu. 286. Vniversalitas: & quæ? Ibid. nu. 288. & à nu.292. An privativè propria Scientiæ Divinæ? Ibid num. 299. Simplicitas etiam Virtualis in suâ qualibet lineâ.ibid. à nu. 300.& nu.303. Invariabilitas, & immutabilitas. ibid. à nu. 304.
Scientia Dei quotuplex.lib.1. à n.312.Quæ Scientia Approbationis, & cui competat? Ibid. à nu.314.& 315.Quæ practica? Ibid. à nu.316. Adæquatè divisa in Mediam, Naturalem,& Visionis. ibid. à nu.322. Ratio divisionis. à nu. 323. Tres istæ Scientiæ ex Objecto non differunt. ibid. à nu. 329. In quo differant? Ibid. à num. 332.
Ex quâ Scientiâ procedat Verbum Divinum? lib.2. à num.115.
Scientia Contingens in Deo, quasi genus ad Mediam, & Visionis. lib.3. num.1. An in Prædeterminatione nitatur. ibid. lib. tot.
Scientia contingentium Thomistica, qualis? lib.3. num.7. Per quod genus Scientiæ Contingentis cognoscat Deus Actus, quos non habet, sed haberet. ib.4. à nu.199. & à nu.207. & lib.5. à nu.220.
Scientia contingens conditionata,quam in Deo sphæram Objectivam habeat ? lib. 5. nu.4.& 5. est in Deo certa, & infallibilis. lib.5.à n.13.Vide.*Scientia Media.* Probatio multiplex. lib 5. à nu.13. à nu.20.& 24.
Cõditionatæ Scientię,explicantur,Eventus Hypothesis, & Tendentia. lib 5. nu.8. & 9.
Scientia conditionata circa liberè contingentia,qualiter à Semipelagianis admissa? lib.5. à nu.37. & à nu.189.
Scientiæ Thomisticæ conditionatæ contingentis explicatio. lib.5. à nu 71.Discrimen à Nostrâ. ibid. à nu.74 Authoritas. à nu. 75.& à nu.117.Fictio pro ejus Authoritate. Ibid.à nu.76. Ejus impugnatio Multiplex. ibid. à num. 78. Latè.
Scientia Media comparatur cum aliis Dei Prædicatis,& Terminationibus. lib.1.à nu.181.
Indivisibilis est Virtualiter in se, quoad omnia.& singula Objecta,quæ respicit ibid & lib.5. à nu.227 Competit ipsi ratio Practicæ: & cur? lib.1. à num. 320. Ejus cum Scientiâ Naturali, & liberâ comparatio. lib.1. à nu.323. & 324. Ab ipsis non differt ex Objecto. Ibid. nu. 329.
Sine Scientiâ Mediâ in Deo,nulla manere potest libertas in Creaturâ.lib.3.à nu 429.
Ejus accidentalis præsuppositio non sufficit salvare libertatem.ibid.& à nu.433.Quantâ necessitate præsupponi debet ad Divinas Prædefinitiones? ibid. & lib 6. à nu.232.& 330. & 505. lib.7. à nu. 56.
Scientia Media est Formalis futuritio conditionatè Cõtingentium, eorumque status conditionatus. lib.4. à nu. 65.& à nu.64. & à nu 131. Quæ Doctrina defenditur, ut vera. Ibid à num. 104. Et ut conformior Nostris Ibid à nu.131.
Scientia Media suo Objecto determinativè posterior est. lib 4.à nu.113. & lib.5. à nu. 154. & lib. 6 à nu. 225. & 443. exponitur ejus determinativum ibid.& Genus Prioritatis. lib.5. à nu.159 & lib 6. à nu.193. In quo consistat ea prioritas. ib.4.nu.50 & 113. lib 5. latè à nu.159.Quomodo exercetur ab æterno,& in tempore.lib.5.à n.156. explicatur magis Prioritas Objecti. lib.6. à nu.450.
Scientiæ Mediæ Nomen. lib. 5. num. 1. & nu. 115. Labores, & pugnæ. lib.5. num. 1. Triumphus ibid. & nu.117.
Ad quæ Futura conditionatè contingentia extẽdatur Scientia Media?lib.5.à n.4.5.& 6.
Scientiæ Mediæ Antiquitas,& Authoritas. lib.5. nu 115. & à nu.116. Definitio. ibid. nu. 115. Ejus existentia probatur à priori. à nu. 124. & à nu. 137.
Scientiæ Mediæ determinativum. lib. 5. à nu.146. Ponderatur difficultas. ibid. adusque 152. Vndenam oriatur? à nu. 153. Explicatur, & solvitur. à nu.154.
Scientiæ Mediæ Objectum, quo genere sit ipsâ prius. lib.5. nu.159. Quomodo determinet ipsam, cum non sit ibid à nu.155 & per qualem influxum? Ibid à nu.156. Respectu cujus objecti habeat posterioritatem Scientia Media ? lib.5. nu. 164. & 170. & lib.6. nu.225. & à nu.443.
Scientia Media est etiã Actus Divinæ Voluntatis. lib. 5. à nu. 209. Ejus tendentia. ibid. à nu.211. Non resolvitur in disjunctivam. ibid. à nu.213. *per lapsum.* 313. Ejus Objectum ex parte Hypothesis. lib.5.à nu. 214. & lib.6. à nu.173. & ex parte eventûs. ibid. à nu.222.& lib.6. à nu.176.
Scientia Media quousque Virtualiter indivisa. lib 5. nu 227.Essentialiter evitabilis, & impedibilis. ibid. nu. 230. Ejus usus, & Abu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abusus, quò reducantur? lib. 5. à nu. 231.
Scientia Media etiam physicam Dei Providentiam constituit. lib. 6. à nu. 199. Moralem etiam generalissimam essentiæ. ibid. à nu. 221. Quam certò, & ex mente Societatis? ibid. & nu. 221. & nu. 233.
Scientiæ Mediæ potissimus usus, Directio. lib. 6. à nu. 232. & à nu. 285. & à nu. 330. Ejus Directio duplex. lib. 6. nu. 289. Stricta possibilis. ibid. à num. 298. Imò necessaria in Collatione Auxilii efficacis. à nu. 505. & 510. Scientia Media ita necessariò præcedit ad quamcumque volitionem Auxilii, ut repugnet in Deo Actus liber, non præsupponens essentialiter ipsam. lib. 6. latè à nu. 330. & à nu. 615. Vide. *Directio.*
Scientia Dei Media libertatem Dei constituit, non nostram: & cur? lib. 6. à nu. 255. & à nu. 401. & à nu. 455. & à nu. 464. Quomodo Divinam constituat? lib. 6. nu. 415. & 416. & à num. 615. Disjunctivè necessitat Deum, vel ut non decernat Hypothesim libertatis, vel decernat Decreto sic connexo. ibid. Latè.
Scientia Media necessariò præcedere debet ad omnem Dei liberam volitionem, ut ejus existentia defendatur. lib. 6. à nu. 364. Qualis fingatur à nonnemine. lib. 6. à nu. 372. Redarguitur. lib. 6. à nu. 373. & ipse retractat sensum suum. ibid. à nu. 377. Non satis. ibid. à nu. 378. & à nu. 448.
Scientiæ Mediæ necessariò præcedentis Cõcordia cum nostrâ libertate. lib. 6. à nu. 383. Quæ protegitur à difficultatibus. à nu. 391. adusque 432. & denuò vindicatur. à nu. 443.
Inter Scientiam Mediam, & Objectum, datur prioritas mutua in genere diverso. lib. 6. à nu. 407. & à nu. 615.
Quid sit, juxta ipsam, Deum esse causam Rationalem, & Moralem consensûs honesti. lib. 6. à nu. 461.
Scientia Media, ex quo titulo præcedat necessariò ad Divinas Prædefinitiones? lib. 7. à num. 56.
Non quævis dependentia à Scientiâ Mediâ componere sufficit cum libertate Decretorum efficaciam. lib. 7. à nu. 260. & 265. Regula Generalis. ibid. nu. 264.
Scientia Naturalis, quænã in Deo? lib. 1. n. 322.
Non omnis Scientia Naturalis est Scientia Simplicis Intelligentiæ. ibid. Simplex Intelligentia, dicta communiter, Naturalis. ibid. Sphæra Objectiva Simplicis Intelligentiæ. lib. 1. à nu. 325. Quomodo attingat possibilia? Ibid. & nu. 328.
Scientiæ Naturalis Objecta, & Prærogativæ. lib. 2. à nu. 1. & à nu. 106.
Inter ejus sphæram objectivam non est aliquid ab omni Ente reali distinctum. lib. 2. à nu. 45. & à nu. 105.
Scientiæ Naturalis Dei Indefectibilitas, summa: & unde? lib. 2. à nu. 107. & à nu. 110. & signanter. nu. 113.
Præcedit ad omnem operationem Dei tam ad *intra*, quam ad *extra*: lib. 2. à nu. 115.
Scientia Naturalis formaliter constituit omnem Providentiam Dei. lib. 6. à nu. 195. & quidem secundùm totam amplitudinem suam, etiam respectu cujuscumque rei. Ibid. & à nu. 211.
Scientia Visionis, in quo physicè consistat? lib. 1. nu. 74. & nu. 181. Non distinguitur virtualiter à Decretis. ibid. & latè à nu. 276. & signanter. nu. 277. Non omnis Scientia Visionis est libera. lib. 1. nu. 322.
Dicta communiter Præscientia. lib. 4. nn. 1. Innegabilis Deo. ibid. Quid de ipsâ quærendum? Ibid. In quo videat absolutè contingentia? lib. 4. à nu. 248. Latè. assignatur modus. Ibid. à nu. 290. & illustratur à nu. 298. Ipsius concordia cum libertate Creaturæ. lib. 4. à nu. 317. Difficilis. ibid. & à nu. 318. Ostenditur à num. 326. Quomodo Præscientia sit, quantumvis æterna, & infallificabilis; impedibilis tamen, & evitabilis? Ibid. à nu. 328. Solvuntur Paralogismi. à num. 333.
Scientia Visionis non est causa rerum. Latè. lib. 6. à nu. 167.
Semipelagiani. Vide. *Error.*
Senonense. Vide. *Concilium.*
Sensus Compositi, & Divisi distinctio. Vide. *Thomistæ.*
Separatio quid propriè sonet? lib. 1. à nu. 88.
An dici possit de Perfectione Dei necessariâ, respectivè ad ejus contingentes Terminationes? Ibid. & nu. 89.
Simplex intelligentia. Vide *Scientia Naturalis.*
Societas Jesu. Societatis Universæ sensus contra Physicam Prædeterminationem. lib. 5. nu. 25. & lib. 13. à nu. 124. Ejus Doctrina. lib. 3. nu. 28. & 29. & lib. 13. à nu. 124.
Quis ejus sensus de veritate determinatâ Futurorum in seipsis, antequam sint? lib. 4. à nu. 53. & à nu. 290. & 291.
Sinistra Thomistarum intelligentia, & repræsentatio circa Sententiam Societatis. in hoc puncto lib. 4. nu. 313. Dissipatur. ibid. à nu. 314. Et circa controversiam de efficaciâ. lib. 13. à nu 77. & à nu. 130.
Societatis Mens de directione, & Præcedentiâ necessariâ Scientiæ Mediæ ad quamcumque volitionem Auxilii. lib. 6 à nu 435. & lib. 7. à nu. 130.
Species. An Divina, in specie? lib. 1. nu. 261.
Species impressa. Impressæ speciei munera. lib. 1. à nu. 116. Ejus ratio à Deo procul. ibid. & à num. 117.
Species impressa prævia ad supernaturales cognitiones non est supernaturalis. lib. 10. à nu. 158. & lib. 13. à nu. 4. & à nu. 21.
Spes Boni, & Mali periculum, unde taxanda? lib. 9. à nu. 28. Eligibilior est spes Æternæ felicitatis, quam sit timendum periculum æternæ Miseriæ. ibid. à nu. 25.
Spei, & desiderii discrimen, quoad prævias notitias. lib. 9. à num. 186.
Spirator, Vnicus. lib. 13. à nu. 173. Principium singulare. ibid. Non est subsistens, ut spirator est. ibid.
Spiratio Activa, quomodo se habeat ad suppositum Patris, & Filii? lib 13 à nu. 172. & seqq. & à nu. 183 & nu. 188. Nec est, nec dici potest subsistentia ibid. nu. 172. & 173.
Spiritus Sanctus, ex quo amore procedat? lib. 2. à nu. 115. & 125. Cur, non Filius? lib. 13. à nu. 163.
Status rerum, & veritatum Medii, ex parte objecti, inter entia ficta, & Realia, repugnat. lib. 4. à nu. 42. Qui fautores eorum. ibid. Non debet explicari per ipsos determinata veritas contingentium antequam sint. Et cui? ibid. à num. 53.
Rerum Possibilium, Futurarum, &c. status in quo consistant? ibidem, & ipso lib. 4. à num. 65. & 66.
Status elevationis ad supernaturalia quid secum ferat ex parte Dei? lib. 8 nu. 265. & lib. 11. à num. 207. Nequit esse Naturæ debitus. lib. 10. à nu. 11. & à nu 17. Status Naturæ multiplex. lib 10. à nu. 4. Explicatur, & defenditur. ibid. & à nu. 9.
Suarez. V. P. & Doctoris Eximii P. Francisci Suarez laus. lib 3. passim, præsertim nu. 123. & 184. & 322. Ejus Mens de quidditate futuritionis. lib. 4. à num. 70. De veritate determinatâ futurorum in se ipsis, antequam sint. ibid. à nu. 53. De necessariâ directione Scientiæ Mediæ, ejusque usu in Divinâ Providentiâ. lib. 6. signanter à num. 440. Ejus Prædefinitiones, quales? lib. 7. à nu. 45 & 46. Ejusque Mens de ipsarum compossibilitate cum Decreto aliàs indifferenti. ibidem. à nu. 77. & à nu. 195. & signanter. à nu. 199.
Ejus expositio circa Axioma: *Facienti quod est in se, &c.* legitima. lib. 9. à n. 159.
Ejus sensus de Excellentiâ Gratiæ Theologicæ. lib. 10. à nu. 205. & 208. Ceteris, in favorem Gratiæ, præferibilior. ibid. à n. 318.
Subsistentia, quid. lib. 13. nu. 173. Ratio subsistentiæ convenire non potest Relationi Spiratoris. ibid. nu. 172. & 173.
Sufficientia ad operandum quid sit, & quid importet? lib. 3. nu. 48. & à nu. 91 & à n. 148. & à nu. 150. Signanter verò à n. 155. Sufficientia potestatis, & sufficientia libertatis nõ sunt convertibilia. lib. 3. à nu. 49. & 50.
Sufficientis Auxilii veritas componi nequit cum indigentiâ Prædeterminationis. lib. 3. à num. 148.
Quam sufficientiâ negent Iãsenistæ? lib. 3. à nu. 156. Doctrina Thomistica de sufficientiâ lib. 3. n. 159. Membratim excussa, ibid. à n. 160.
Sufficientis Auxilii varietas, & qualitas. lib. 9. à nu. 72. & 73. & à nu. 75. Sphæra subjectiva. ibid. nu. 76. Ejus generalitas. ibid. à nu. 79. latissimè. Respectu Parvulorum. ibid. a nu. 94. Adultorum, & Reproborum. à nu. 103. Obcæcatorum. à nu. 119. Gentilium, & Infidelium. à num 131. Ejus continuitas ex parte Dei. ibid. à num. 113.
Explicatur de ipsâ celebre Axioma: *Facienti quod est in se, &c.* ibid à nu. 147.
Sufficientia ad non succũbendũ tentationi est Naturæ debita. lib. 11 à nu. 255. & 256.
Sufficientis Auxilii Existentia de fide. lib. 13. à nu. 59. Negata à Iansenio. ibid. & lib. 10. à num. 72. & 75.
Sufficientia ad peccatum vitandum, imò & ad operandum honestè, Creaturæ Rationali Naturalis, nec ex lapsu deperdita. lib. 10. latè a nu. 42. & 43. & seqq.
Supernaturalitas unicè sistit intra lineam Entium Creatorum, Theologicè sumpta. lib. 6. num. 55. & 56.
Supernaturalis Providentia. lib. 6. a nu. 55. & lib. 9. tot.
Supernaturalium Accidentiũ Classẽ, deberi Naturæ, est terminorum implicantia, & delirium Iansenistæ. lib. 10. a nu. 9. & 10.
Supernaturale ens per se fugax, & trãsiens implicat. lib. 10. nu. 150. Omnia supernaturalia sunt specialiter indestructibilia. lib. 10. a num. 159.
Supernus affectus an necessariò sequatur ex illustratione supernaturali. lib. 10. à nu. 182. & a nu. 200. & seqq.
Quæ connexio supernaturalizet? lib. 10. num. 203.
Supernaturalitas, quousque in effectu colligatur, & quando, ex supernaturalitate Principii. lib. 10. a nu. 183.
Supernaturalitatis Vox, unde? lib. 10. à nu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num. 207.
Supernaturalitatis Absolutæ excellentia, innegabilis. ibidem, à num. 209.
Supernaturalis est Gratia à Patribus asserta contra Pelagium. lib. 10. latissimè. à num. 206. usque ad nu. 329.
Supernus affectus moveri, aut dirigi nequit (neque per se, neque per accidens) ex cognitione naturali. lib. 11. a nu 35. latissimè.
Quid præstent in ordine ad ipsum cognitio naturalis, & naturalis complacentia, comitantes Gratiam illustrationis? lib. 11. nu. 82. & 91.
Affectus supernus imperari nequit efficaciter quoad effectum ab actu malo. lib. 11. à num. 76.
An supernaturalis sit conclusio deducta ex Præmissis, supernâ, & Naturali. lib. 11. n. 85
Supernaturalitas quousque possit per Intellectum percipi sine Gratia? lib. 11. à nu. 124. & 125.
Superna virtus non est tota Ratio, & virtus agendi. lib. 12. à num. 29. latissimè.
An virtus Principalis? ibid. à nu. 97. Cur si elevat, non determinet? lib. 23. à nu. 102.
Cur non etiam dicatur elevari, si determinatur. ibid à nu. 106.
An inæqualitate Potentiæ Naturalis elevatæ venire possit in actus inæqualitas. Perfectionis, & excessus. lib. 12. à nu. 110.

T

Tempus opportunum, in quo Deus assistere statuit, quodnam sit? lib. 9. à n. 116.
Tentatio. Discrimen tentationis gravis à levi, certum. lib. 3. à nu. 572. Nullum foret in viâ Prædeterminantium. ibid. & à nu. 573.
Tentationis Resistentia, & Victoria, diversa apud Sanctos Patres. lib. 10. à nu. 279.
Victoria quid apud ipsos sonet? ibid. & nu. 280. Cur, & in quo sensu loquuntur PP. de necessitate Gratiæ ad non succumbendum tentationi, per terminos negativos universales? ibid. & à nu. 285. usque ad 290.
Tentationum levitas, & gravitas in quo consistat. lib. 11. à nu 249. Quotupliciter eludi tentatio possit? lib. 11. nu. 251. Sufficientia ad non succumbendũ tentationi est debita naturæ rationali. lib. 11. à nu. 255.
Quæ tentationis resistentia requirat Gratiam supernam, & quæ non? lib. 11. à nu. 301. Tentationis gravis resistentia requirit Gratiam specialem. ibid. num. 306. Qualis sit hæc specialis Gratia? ibid. à nu. 307. & à nu. 213.
Sanctus Thomas. Sancti Thomæ Ratio pro existentiâ Scientiæ Dei ex gradu immaterialitatis. lib. 1. nu. 1.
Quo sensu dixerit Essentiam Dei facere vices speciei? lib. 1. nu. 118.
Sanctus Thomas imprædeterminans. lib. 3. nu. 5. & à nu. 22 & nu. 106. & lib. 4. à nu. 292 & lib. 6 à nu. 94. & lib. 7. nu. 283. Ejus Mens circa definitionẽ Potẽtię libere. ibid.
Non agnovit in liberis causis Prædeterminationem. lib. 3. nu. 134. & lib 4. à nu. 292. Ejus Mens de Futuritione. lib. 4. nu. 41 & nu 68. Et de Præsentiâ Rerum in Æternitate. lib 4. à nu. 228 Deque modo cognoscendi futura. lib. 4. à nu. 292. & à nu. 307.
Sanctus Thomas Patronus Scientiæ Mediæ. lib. 5. à nu. 119. Et Prædeterminationum Osor. lib. 10. à n. 127. usque ad n. 131.
Ejus Mens de concursu immediato Naturæ, immediatione virtutis ad Actus salutares? lib. 12 à nu. 32 & 72.
Thomistæ, quàm divisi in suâ Prædeterminante Scholâ. lib. 3 à nu. 5. & à nu 9. & à nu. 11. & lib. 13 à nu. 104. Plures è Dominicanis Prædeterminationi contrarii. ibid. & ipso lib. 3. nu. 9. & lib. 13. à n. 104. Eorum dicta contra ipsam. lib. 3. n. 5. & 9. Thomistarum Doctrina de Divinâ cognitione Contingentium. lib. 3. num. 7.
Thomistica Principia in Prædeterminando. lib. 3. num. 69. Solemnes termini. ibid. nu. 71. & 78.
Thomistica solutio de *sensu composito, & diviso.* lib. 3. nu. 110. Ejus sensus. ibid. Et Mysterium. num. 111. Additio, nu. 112. Quæritur, & excutitur. ibid. à nu. 114. Aliæ solutiones. ibid. à nu. 127.
Qualiter de suâ Prædeterminatione sentiant cum Ioanne à Sancto Thomâ. lib 3. à num. 159. Et repelluntur. à num. 169.
Thomistarũ Doctrina de obligatione Præceptorũ. lib. 3. à n. 181. Exploditur. à n. 282.
Qualiter Thomistæ effugere conentur, non impediri à Deo suorum Præceptorum observationem? lib. 3. à nu. 221. Et Doctrina repellitur. ibid. à num. 223.
Thomistarum conatus pro suæ Doctrinæ convenientiâ cum Tridentino. lib. 3. à nu. 323. & nu. 344.
Ejus sensus, & sentiendi veritas de coexistentiâ futurorũ in Æternitate. lib. 4. à n. 224
Thomistarũ conatus cõtra Scientiã Mediã. lib. 5. n. 1. & n. 76 Fabellę, & Fictiones. ibid.
Primitivus sensus eorum circa Notitiam Dei de conditionatè contingentibus. lib. 5. nu. 10. & 11. Communis Recentium sensus.

sus. ibid à num. 71. Cum quanto dissidio. ibid. nu 75. Eorum impugnatio. à nu. 78.
Thomisticum Imperium, quale? lib. 6. n. 97. & n. 101. Repellitur à constitutione Providentiæ, & à Possibilitate. ibid. à nu. 104. & à num. 151.
Eorum Mens, & subtilitates circa causalitatem rerum in Scientiâ Visionis. lib. 6. num. 157. & 158.
Thomistarum sẽsus de Gratiâ requisitâ ad non succumbendum tentationi. lib. 11. nu. 255. Impugnatur à num. 257.
Thomistarum sensus de concursu Potentiæ Naturalis ad actus supernos. lib. 12. à num. 30. & 31.
Transitus Rerum, antequam sint, de uno statu in alium, quomodo intelligendus. lib. 4. à nu. 34. & à nu. 36. *Ex lapsu* 26. & à nu. 66.
Tridentinum. Tridentini Mens contra Physicam Prædeterminationem. lib. 3. à num. 126. Et ex professo. à num. 322.
Quomodo ex ipso pugnent pro Prædeterminatione Thomistæ Recentes? lib. 3. à num. 323. Exarmantur ex Germano sensu Concilii. ibid. 329. Qui sensus offendit arguentes. ibidem.
Tridentini Doctrina de libertate Creaturæ methodicè tradita. lib. 3. à nu. 335. Comparatur cum Thomisticâ. ibid. à n. 341. Formatur exinde argumentũ contra Prędeterminationẽ. ibid à n. 342. Et iterum. à nu. 493.
Tridentini Mens in removendo Calumniatorem Dei circa peccatum. lib 3. à nu. 536.
Trinitas. Trinitatis Mysteriũ an distinctione Virtuali clarescat? lib. 1. à nu. 184. Quò pro ejus explicatione, & defensione recurrendum? ibid. & à nu. 185. An assignari possit aliqua ratio à priori. ibid. & à num. 186.

V

Venialc. Venialium evitatio, quod, & quale Privilegium importet? lib. 11. à nu. 336. Vide *Privilegium.*
Verbum Divinum. Verbum quid importet? lib. 2. à num. 162.
Verbum Divinum quo pacto præ Spiritu Sancto sit per intellectum, & intellectionem. lib. 1 à num 68.
Verbi in esse Filii discrimẽ ab Spiritu Sancto unde sumendum? lib. 1. à num. 214. Et latiùs. lib. 13. à num 153.
Verbum ex quâ, & ex cujus objecti cognitione procedit? lib. 2. à num. 120. à nu. 124. & à num. 144.
Etiam negatâ connexione Omnipotentiæ cum Possibilibus, procedit ex illorum notitiâ. ibid. à nu. 127. & à nu. 142. Quin procedat ex ullâ cognitione contingenti, procedit tamen tanquam verbum, & locutio contingentium. lib. 2. à nu. 159.
Verbum liberum in Deo Relativum implicat. lib. 2. à num. 148. & à nu. 152.
Verbi, est, suppositio in propositionibus Adjectivis, & de Prædicato concreto. lib. 1. à num. 159. & à num. 178. Ejus alienatio quomodo intelligenda, & explicanda. lib. 4. à num. 73. & à num. 74
Verificativum attingi non debet à Propositionibus, quas reddit veras. lib. 4. num. 97. Et latè. à num. 128.
Veritas Creata an sufficiens Objectum formale Divinæ Scientiæ? lib. 1. num. 240. & à num. 255. Et ultra num. 258.
Omnis æterna veritas, Deus. lib. 2. num. 9. & num. 124. & 140. Veritas possibilium æquè necessaria est, ac veritas existentiæ Dei. ibid. num. 140.
Veritas futurorum contingentium determinata in se ipsis, in quo sensu asserenda. lib. 4. à num. 53. & lib. 5 à nu. 154.
Duplex veritas. lib. 4. num. 54. Veritas Propositionum de Futuro contingente explicatur. lib. 4. à num. 129.
Verum aliquod Natura potest assequi sine Gratiâ ullâ. lib. 11. nu. 198. Quas veritates non possit sine Gratia saltem Philosophicâ comparare. lib. 11. Latè. à nu. 109. & seqq.
Veritas supernaturalis quousque attingi per intellectum possit sine superadditâ Gratiâ lib. 11. nu. 124. & 129.
Virtus. Non æstimari Virtutes ex Officiis, sed ex finibus, quid sit? lib 6. nu. 498. Virtutis actus debet moveri ex honestate Virtutis specificativâ, formaliter. ibid.
Virtus Naturalis Moralis est innegabilis. lib. 11. à nu. 209 & à nu. 232.
Virtualis Distinctio. Vide *Distinctio.*
Virtualitas. In Deo quæ virtualitates assignandæ? lib. 1. num. 181.
Omne genus essendi *virtualiter* reducitur ad *aliquod esse formale.* lib. 1. nu. 40. & 42.
Virtualis defectibilitas, Prioritas, & contingentia, explicantur. lib. 1. à nu. 70. Virtualis productio implicat. ibid à num. 51.
Virtualitates Necessariæ otiosæ in denominando repugnant in Deo. lib. 2. à num. 112. Et resultãtes ab extrinseco. ibid. n. 111.
Virtualitates in Deo Relativæ contingentes, sint Implicatoriæ. lib. 2. a num. 152.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virtualitas Affectuum, quando benè colligatur, & quantam latitudinem habeat. lib. 7. num. 464.
Visio Dei, ex suo conceptu, supernaturalis est. lib. 11. num. 293. & 294. Non est à principio superno, tanquam à totâ ratione agendi. lib. 12. à nu. 29. An inæqualis evadat in perfectione ex majori, vel minori Perfectione potentiæ Naturalis. lib. 12. à nu 110.
Vita Intellectiva, & Volitiva in Deo per modum actûs Purissimi. lib. 1. à nu. 11. & n. 111. Vivere quid sit, & quid importet? lib. 1 nu. 20. & nu. 25.
Quo sensu dicatur *operari*, & *operatio*. lib. 1. num. 39. & 50.
Viventis denominatio constitui per extrinsecum nequit. lib. 1. à num. 74 & lib. 2. à num. 110.
Vita. P. Fr. Iosephi de Vitâ, Dominicani recens insigne testimonium contra Physicam Prædeterminationé. lib. 3 nu. 5. & lib. 13. à n. 101
Vnio Hypostatica ad quid immediatè terminetur in Verbo? lib. 1. à nu. 196. Quo sensu sit unica. ibid. Triplicis Vnionis ad tres Relationes, vel vnius ad Tres, non vnitâ Naturâ, est status Impossibilis, ex speciali Ratione. ibid. nu. 197.
Vniversalitas duplex in Cognoscêdo. lib. 1. nu. 288. Que Deo competat: quæ repugnet? Ibid.
Vocatio. Nomine *Vocationis* quid veniat apud Tridentinum? lib. 10. nu. 93. & passim. ibid.
Vocationi externæ, an Deus infallibiliter annexuerit internam Gratiæ? lib. 11. à nu. 194. & 195. Cur externa Vocatio comparetur Nubi, Soli, & Sementi? Ibid. nu. 196.
Volitio. *Volitum*. Nihil volitum, quin præcognitum, quo sensu verum. lib. 1. nu. 176. Volitionum Divinarum à Nostris discrimen, etiam quoad hoc. ibid. & nu. 174.
Volitio seria; quæ? lib. 3. à nu. 210. & lib. 7. à nu. 435. & lib. 9. à nu. 34. & 55.
Volitiones liberæ Dei. Vid. *Actus Divinus*.
Omnis Dei Volitio libera connectitur essentialiter cum præsuppositâ Scientiâ Mediâ. lib. 6. nu. 390.
Voluntas Dei indistincta Virtualiter ab Actibus necessariis. lib. 1. à nu. 148. & 173. Virtualiter distincta à liberis. à num. 85. Non tamen potentia ad ipsos plusquàm logica. Ibid. à nu. 93.
Voluntatis & Intellectûs aperta disparitas quoad verum & bonum. lib. 1. nu. 258. & à nu 271 & quoad vsum connexionis. lib. 2. à num 125.
Voluntas non necessitatur eligere Objectum vividius propositum. lib. 3. à nu. 277.
Voluntas Generalis Divina circa salutem omnium, qualis? lib. 3. à nu. 206. & lib. 9. à num. 34. & 55. Cum Prædeterminatione componi nequit. ibid. & lib. 8 à nu. 146.
Magis habet Deus in manu sua Voluntates nostras, quàm Nos ipsi, juxta Augustinum. lib. 3. nu 405.
Voluntatis est imperare, & non Intellectûs. lib. 6. à nu. 133. & Latè.
Voluntas signi, quæ? lib. 9. num. 35. Quæ, Beneplaciti voluntas? Ibid.
Voluntas potest superare suo conatu Intensionem Habitûs, & Principii Elevantis. lib. 12. à nu. 204 & à num. 208. Quomodo id contingat? ibid. à nu. 216.
Voluntarietas Actuum Divinorum, quàm perfecta? lib. 4 à nu. 209. Discrimen à Voluntarietate Nostrorum. ibid. Voluntarietas in productione rerum. lib. 6. à nu. 199. & à nu. 199. & à nu. 212.
Valde diversa sufficit ad malum, ac ad bonum? lib. 6. num. 503.
Vson. P. Ioannis Antonii de Vson Doctrina, & laus. lib 1. nu. 214. & lib. 13. à nu. 163. Latè.
Vsus Activus, & Passivus explicantur. lib. 6. nu. 538. Vsus Activus non distinguitur necessariò in Deo ab Electione Mediorũ. lib. 6. à nu. 541. Neque distingui potest plusquã ex modo nostro concipiendi. ibid. à n. 556.
Vtilitas Mediorum qualis, & quotuplex? lib. 6. à nu. 234. & à nu. 260. Debet amari in dono quod datur, ad rationem Beneficii. lib. 6. à nu. 498.
Vtilitas in permissione, triplex. lib. 7. à nu. 464. Medium, ut vtile eligi, quid sonet? lib. 7. nu. 467. & seqq.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca